INSTITUTUM IURIDICUM CLARETIANUM

post Codicem ieris canonici editae

collegit, digessit notisque ornavit

Xaverius Ochoa $q.a
in Universitate Lateranensi Professor

Volumen II

LEGES ANNIS 1942-1958 EDITAE

Commentarium pro Religiosis
Via Giacomo Medici, 3-5
1969

r

© by Comentarium pro Religiosis

ALDUS, S. A. - Artes GrMIcas - Castello, 120 - Madrid.

Depôsito legal: M. 7.9O4.-1ÎH5O

DAL VATICANO 7 Iulii 1967

V gVA Santita
ES—

93844

Rev. me Pater,

In manus Augusti Pontificis rite pervenit primum volumen operis, cui titulus: "Leges Ecclesiae post Codicem Iuris Canonici editae", quod obsequii causa Ipsi mittendum curasti.

Minime effugit Sanctitatem Suam opportunitas huiusmodi incepti, magnae quidem molis sed non minoris momenti, utpote quod eo spectet, ut omnes leges omniaque documenta Sanctae Sedis vim iuris habentia, quae post Codicem edita sunt, in pauca volumina colligantur. Hoc enim modo facile in promptu cuique erit amplissima illa documentorum ecclesiasticorum copia, quae sparsa inveniuntur in variis voluminibus Actorum Apostolicae Sedis, quaeque proinde non semper expedite consuli possunt.

Beatissimus Pater, qui attente hoc volumen pervolvit, laudat diligentiam, scientiam sapientemque ordinem, quibus opus confectum est, ac dum vota facit ut inceptum a te initum quam primum absolvatur,

Rev. mo Patri
P. XAVERIO OCHOA
Professori apud Pontificiam Lateranensem
Universitatem
ROMAM

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY
CLEVELAND, OHIO

minime dubitat, quin illud magno favore excepturi sint canonici iuris cultores, quibus quidem subsidium laboris maximaeque utilitatis instrumentum praebuisti.

Gratus admodum de oblato munere, Vicarius Christi tamquam pignus Suae in te benevolentiae et existimationis Apostolicam Benedictionem tibi peramanter impertit.

Haec dum tecum communico et simul etiam tibi gratias ago de voluminis exemplari mihi humaniter destinato, qua par est observantia me profiteor

Tibi addictissimum

DECLARATIO

Colligare Leges Ecclesiae post Codicem iuris canonici hucusque editas duobus voluminibus, animo proposui cum primum horum collectaneorum volumen in lucem edebam. Ab hac tamen prima voluntate statim recedere debui ac mentem manusque applicavi ad materiam alterius voluminis digerendam et ordinandam.

Nam abundantia, primo, et copia maximi momenti et ponderis legum atque documentorum Pontificatus Pii Papae XII; ingens, dein, magnitudo ac numerus documentorum quae praecedunt, concomilantur et subsequuntur celebrationem Concilii Vaticani II, opportunam, immo necessariam effecerunt materiae divisionem in duas partes, ne pondus molesque alterius voluminis nimium atque extra modum accresceret, cum eiusdem utilitatis detrimento.

Hoc igitur volumen alterum colligit Leges Ecclesiae integris annis 1942-1958 editas, dum tertium, proxime Deo adiuvante edendum, Leges congregabit anno 1959 et deinceps, ad nostros usque dies promulgatas.

Talis materiae divisio utilitate minime caret, nec casu forte praedisposita est censenda. Nam Vol. II fere congruit cum integro Pontificatu Pii Pp. XII; ideoque exhibet complete, patefacit clare ac respondet fideliter illi rerum Ecclesiae condicioni quae proxime antecessit indictionem Concilii Vaticani II quaeque, non una natione, proprias ac peculiares retinet atque ostendit intemas notas, et extema temporum signa, sive in principiis et doctrina, sive in observantia et disciplina, sive in modo spiritum Ecclesiae vivendi eiusdemque vitam, liturgiam, apostolatum participandi, non parum ab annis subsequentibus distincta. Hoc igitur Volumen alterum strictam servat unitatem immensumque refert opus Pii XII in bonum Ecclesiae perfectum.

Vol. II propriam etiam ostendet notam, certo quodam modo conciliarem nuncupandam, quatenus documenta colliget tantum inde ab anno 1959 edita, ab anno, scilicet, qui principio congruit exercitii Pontificatus loannis Pp. XXIII quique initium signat illius renovationis Ecclesiae quae sub nomine Concilii Vaticani II communiter venit.

Nihil ratus sum in hoc Vol. II necessario mutandum relate ad ea quae selectionem et ordinem documentorum, vel apparatum attinent editionis. Plures refero allocutiones atque Litteras encyclicas Pii XII, nam saepe in eisdem continentur normae servandae, errores reiciendi vel tenenda principia *aucloritatiüe* proposita. Specialem adhibui curam ut documenta colligerem usum privilegii et favoris fidei in solvendis matrimoniis respicientia. In horum documentorum inscriptione, fuse multisque verbis, plus quam certe necessariis, descripsi condiciones partium et circumstantias matrimonii, ea ductus causa ut diversae huius privilegii figurae et applicationes aperte ac perspicue paterent. Recepi etiam omnes canones Codicis pro Ecclesiis orientalibus hucusque editos, quorum promulgatio inter monumenta, sane non levia, regestorum Summi Pontificis Pii Pp. XII debet hire recenseri.

Optatas utilitates, quas hoc collectaneorum opus inducendas ipsemet ominabar quasque inductas confitentur benigni in primum volumen censores, ut volumen II prosequatur, faxit Deus, adhuc Primus et Ultimus populorum Rector.

Scribebam Romae, die 14 februarii 1969, memoriae desideratissimi patris mei sacra.

Xaverius Ochoa

NOVAE ABBREVIATIONS ET SIGNA

Adhort.	=	Adhortatio.
Arch. Secr. Vat.	=	Archivum Secretum Vaticanum.
BiM	=	Bibliographia Missionalia. Roma. Cit. vol., annus et paginae.
Com. Artis Sacrae	=	Pontificia Commissio Artis Sacrae pro Italia.
Com. Cod. Or.	=	Pontificia Commissio ad redigendum Codicem iuris canonici orientalis.
DGRS	=	Decretum Generale de rubricis ad simplicionem formam redigendis. Cit. numerus internus Decreti.
IS	=	Ius Seraphicum. Roma. Cit. volumen, annus et paginae.
η.	=	Indicat documentum inveniri relatum apud notas illius documenti cui haec littera adnectitur.
REDC	=	Revista espanola de Derecho Canônico. Salamanca. Cit. volumen, annus et paginae.

ANNUS 1942

1942 IAN l.-DATARIA, INST. AAS 34 (1942) 113-118

INSTRUCTIO

De observandis a revmis ordinariis quum ab **APOSTOLICA DATARIA COLLATIONEM PETANT BENEFICIORUM NON CONSISTORIALIUM, QUAE AD NORMAM IURIS APOSTOLICAE SEDI SINT RESERVATA VEL DEVOLUTA**

Diuturnus rerum usus vltandorumque quarundam consuetudinum necessitas, quas sensim irrepsisse atque adeo postremis annis invaluisse compertum est, Datariam Apostolicam edocuerunt opus omnino esse ut Revmis Curiis Episcopalibus opportunae tradantur nonnae, praeceptaque revocentur, quibus apte atque ad rem accommodate testimonialia documenta ipsae Curiae instruant, quum locorum Ordinarii in necessitate, c Codicis praescripto, sc constitutos videant, recursum ad Summum Pontificem habendi, ut Beneficiorum non Consistorialium, quae Sanctae Sedi reservata sint aut devoluta, collationem consequantur.

Etenim qui in illud pro officii munere incumbunt ut nominationes ad reservata aut ad devoluta Beneficia, Pontificis Summi iussu ac nomine, curent, Id passim dolendum reperiunt, non modo supplices libellos ad Datariam Apostolicam missos, destitutos frequenter esse tum noscendis ad Beneficiorum intelligendam naturam, tum documentis quae candidatorum examina exequenda vel revisenda spectent, tum iis demum universis, quae Bullis Apostolicls rite edendis opus sint, ex quibus Bullis nonnulia interdum particularia iura gigni compertum est; verum etiam maioris quoque momenti, et quae ad ipsum Pontificis Maximi ius pertineant, quaedam crebro propagari et diffundi.

Nam inter dioecesanas Curias non raro fit, ut oblivioni data Pontificiae reservationis essentia ac natura, quae in eo est, ut uni Summo Pontifici ius quaedam Beneficia libere conferendi competat, faciliore quadam ratione Romanum ipsae Pontificem adeant, Illius libertatem ad unius certi candidati nominationem circumscribentes; immo eo etiam aliquando deveniant ut Datariam Apostolicam de hoc tantum commoneant, nominationem iam esse factam, ideoque in nominati favorem Apostolicas Bullas mitti pe-
114 tant, perinde ac si de Beneficio ab Ordina/rio conferendo, et per Sanctae Sedis ministerium solummodo expediendo res sit.

His incommodis ut congruum afferatur remedium has quae sequuntur normas et instructiones Apostolica Dataria edendas existimavit; casque, habita prius sententia Patrum Datariae Apostollcae Theologorum, aliorumque praeterea in re canonica apprime peritorum, Summi Pontificis approbationi submisit. Cum autem Beatissimus Pater, illas non tantum ut opportunas laudaverit, sed ut utiles probaverit Suprema Auctoritate Sua mandavit ut, typis editae, ad singulas Curias mittantur easque unaquaeque religiose servet; quod illud importat ut, quotiescumque cum Dataria Apostolica, quae eiusdem Sanctae Sedis proprium et peculiare Dicastcrium est ils in omnibus quae ad beneficiorum non consistorialium collationem Summo Pontifici reservatorum aut devolutorum spectant, Curiae agant, normis ipsis semper ac fideliter inhaereant.

NORMAE

Quaedam in primis opportune praemittenda censentur.

1.—Reservatlones Apostollcae, etsi a Codice I. C. ad tenuiorem numerum redactae sunt, tamen post promulgatum eundem Codicem *Legem Universalem* constituunt; id est, quae non certis tantum et definitis regionibus, uti antea, circumscriptae sint, sed totam omnino Ecclesiam amplectantur, salvo legitimo iure particulari.

2.—Apostollcae reservation!, liberae scilicet Summi Pontificis collationi, omnia et singula beneficia subiicluntur de quibus in canonibus 396, § 1 1 et 1435 1 Codicis luris Canonici./ ns

3.—Ad Sanctam Sedem devolvuntur, ideoque a solo Pontifice Maximo conferri possunt, ea omnia beneficia quorum collatio spectat quidem ad Ordinarios, sed tempore utili, nempe «intra semestre ab habita certa vacationis notitia», ad normam can. 1432, § 3, effecta non sit, nisi peculiaria locorum atque personarum adiuncta, prudenti Ordinarii iudicio, si quando de beneficio paroeclali agatur, collationem differendam suadeant ad normam can. 458. De devolutlone vero beneficiorum sine cura animarum cfr. interpretationem can. 1432, § 3 apud *Acta Apostollcae Sedis,* vol. XII, a. 1920, p. 577 (LE 308].

4.—Beneficia Sedi Apostollcae quomodocumque reservata ab inferioribus *invalide conferentur* (can. 1434).

His praemissis, Rcvmi locorum Ordinarii suas monere Curias rogantur ut quoties a Summo Pontifice impetrare collationem beneficiorum Sanctae Sedi reservatorum aut devolutorum velint, ad Antistitem Maximum expressam petitionem mittant per litteras testimoniales *latine conscriptas et a}Revmis Ordinariis subsignatas:* quae litterae, ut secure ad Pontificem Summum perveniant et sine mora expediantur, ad Emum Cardinalem S. R. E. Datarium (Palazzo della Dataria, Roma, via della Dataria, 94) mittendae erunL

In huiusmodi litteris haec quae sequuntur contineri et patefieri debent:

1.—*a)* nomen et natura beneficii vacantis;

b) an illud sit *dignitas* (primi ordinis, an secundi vel tertii, etc.);/ 116

e) an sit simplex Canonicatus aut aliud beneficium chorale vel etiam non chorale, et quo nomine appelletur;

d) an curam animarum adnexam habeat; quonam sub titulo aut quonam Sancto Patrono vocetur; et utrum erectum existât in Urbe, an alio in loco;

e) utrum beneficium sit liberae an necessariae collationis, idest an conferri debeat electione aut praesentatione praevia, et a quo peragenda;

» *Can. 396,* f x: «Collatio dignitatum tum ia Capitulis Catbedralibus tum in Collegiafibtxs Sedi Apostollcae reservatur».

' *Can. 1435,* § i: «Praeter omnia beneficia consistorialia et omnes dignitates Ecclesiarum Cathedralium et Collegiatarum ad nonnam can. 396, Ì r, sunt reservata Sedi Apostollcae, quanquam vacanti, sola beneficia quae infra memorantur:

x.° omnia beneficia, etiam curata, quae vacaverint per obitum, premotionem. renuntiationem vel translationem S. R. E. Cardinalium, Legatorum Romani Pontificis, Officialium Maiorum SS. Congregationum, Tribunalium et Officiorum Romanae Curiae et Familiarium, etiam honoris tantum. Summi Pontificis tempore vacationis beneficii;

2.0 quae, fundata extra Romanam Curiam, vacaverint per beneficiarii obitum in ipsa Urbe;

3° quae invalide ob simoniae vitium collata fuerint;

4. denique beneficia quibus Romanus Pontifex, per se vel per suum delegatum, manus apposuerit his qui sequuntur modis: si electionem d beneficium irritam declaraverit, vel vetuerit electores ad electionem procedere; si renuntiationem admiserit; si beneficiarium promoverit, transtulerit, beneficio privaverit; si beneficium in commandam dederit».

Can. *1433,* 5 «at nunquam sunt reservata, nisi id expresse dicatur, beneficia manualia, aut iurispatronatus laicalis vel mixti».

Ex boc § *2* consequitur.

beneficia *iurispàirvnafiu fccUiùuiici* esse omnibus reservatioaibus obnoxia;

beneficia manualia aut *tunspatronatui iaùalis* rrf miri». etiam quae ad nonnam can. X453 conferuntur per *tlaiiona* or *praruntaticnrs* popularη. licet paroecialia sint, per $e non subtacere reservatioaibus Apostollcis;

et dicta beneficia (manualia, iurispatronatus laicalis vel mixti, et etiam ea quae per electiones populares conferantur) *tnne* rue *rtsrr-.ata* cum expresse id statuatur, nimirum si ex. gr. fundator beneficii de consensu Ordinarii Loci declaraverit in limine fundationis beneficium subesae Apostolicis reservatioaibus; itemque si Romanus Pontifex ia casu pirtuuUri, suprema qua pollet potestate, decreverit beneficium aliquod esse reservatum. derogans m Mmw w/ m *paritm* iuri patronatus» ct illa sibi expresse reservaverit; derogans m M»·ı si Romanus Pontifex cvüalionetn beneficii sibi modo expficito reservaverit, riw ulû *pratuntatunr fel* riertwn/ « *paria patroni;* in *partrm,* si Romanus Pontifex institutionem cancukam tantum sibi reservaverit, prar.u *praamlaiiont itl* ab fis lacienda, vel facta, ad quos pertinet, ut commuriter accidit quando ex <r. Roazunt» Pontifex ad aliud beneficium incompabbilc promovet vel transfert beneficiarium qui beneficium possideat iurispatronatus lakalis vd mixti vel electionis populari

J) an sublidatur iuri patronatus; et an hoc sit ecdcslasticum, laicale vel mixtum.

2.—Quonam ex tempore beneficium vacet, sdllcet quo die, quo mense, quo anno benefidum vacans factum sit.

3.—Modus vacationis quis sit:

a) an per mortem; et utrum per mortem in ipsa Urbe (cfr. can. 1435, J 1. n. 2), an extra Urbem;

b) num per renuntiationem, camque factam in manus Ordinarii an Papae;

e) utrum per promotionem an per translationem, et utrum promotio vel translatio peracta fuerit ab Ordinario an a Romano Pontifice;

d) utrum per privationem factam ab Ordinario, an a Papa.

4.—Quinam sit annuus beneficii reditus, et utrum certus an incertus: idesL una cum distributionibus sl agatur de benefido chorali, vel una cum incertis si agatur de benefido cui animarum cura adnexa sIL

5.—*a)* nomen et cognomen candidati vel candidatorum eorumque parentum;

b) locus et dies nativitatis;

c) cuniculum vitae, studia peracta, tituli academid, mores, animi indoles, offida exercita et servitia praestita.

6.—An candidatus possideat aliud beneficium et cuiusnam naturae.

7.—An candidatus pertinuerit ad aliquem Ordinem Religiosum. Congregationem aut Institutum; an rite dimissus fuerit vel *saeculari:afionis* indultum obtinuerit et quando; an alicui Dioecesi sit incardinatus. Hac de re accurate significandum erit quis sit Ordo, quae Congregatio, quod Institutum cui candidatus adseriptus fuerit, an in lis vota perpetua nuncuparit, et quis horum exitus; ac praeterea declarandum, an in iis vota saltem temporaria, aut iusiurandum perseverantiae aut alias promissiones ad nonnam Constitutionum illius Ordinis, Congregationis vel Instituti emiserit» et an ab iisdem legitime dispensatus sit, si per sex integros annos eisdem ligatus fuerit (can. 642, { 2; Pont Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos, 24 Novembris 1920; *Acta Apostolicae Sedis,* vol· XII, p. 575) [LE 308]./

8.—Quum agatur de beneficio legi concursus obnoxio ad normam can. 399, f 2 et can. 459, } 3, n. 4 significetur an concursus fuerit rite indictus ac legitime habitus. Deinde ad Apostolicam Datariam diligenter remittantur vota seu suffragia quae singuli candidati consecuti sint, in iis quae spectant ad scientiam et ad idoneitatem sive absolutam sive relativam, tam coniunctim quam distincte, una cum curriculo vitae, ut supra. Acta vero concursus asservari debent apud Curiam ut quandocumque Dataria Apostolica petat, mitti possint.

Ad concursum quod attinet, haec ulterius sedulo sunt attendenda:

1? Sl agatur de benefido cum cura animarum concursus habendus est ad nonnam Constitutionis Pontificiae Benedicti XIV Cum *illud,* 14 Decembris 1742 (in calce Codicis L C. allegatae) [CICF n. 333], inspectis praesertim numeris: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 5 7M, et numeris 1. 2, 3, 4, 5, 6, 7, 5 16 M dusdem Constitutionis.

2. Sl autem agatur de Praebenda Theologall vel Poenltentiaria, concursus habendus est non solum ad normam Constitutionis Cum *Illud,* sed etiam ad normam Constitutionis *Pastoralis Officii* Benedicti XIII, 19 Mali 1725 [CICF n. 289]; circa quam advertendum est, eam praescribere *non ires sed quatuor examinatores,* ac propterea in concursu *quatuor quaestiones* esse ad solvendum proponendas; et sl agatur de Canonlcalu Theologall, quaestiones praesertim de Theologia Dogmatica et de Sacra Scriptura esse debere.

9,—Ut a Sancta Sede despensatio a lege concursus detur, graves rationes quae Summo Pontlfld exponendae sunt requiruntur.

10.—Quod spectat ad Canonlcatum Theologalem aut ad aliud benefidum *cui onus incumbat Sarrae Scripturae populo explicandae,* commemorare praestat, *vigore Rescripti ex audientia Ssrhi diei 8 Aprilis 1940 (Acta Aposto-Ucae Sedis,* vol. XXXII, p. 163) [LE 15271, Lauream vel Licentiam in Re Blbllca lam non requiri; sed coeteris paribus, eum. etiam Doctori In S. Theologia (de quo In can. 399, J 1) esse praeferendum qui Laurea vel Licentia in Re Blbllca Insignitus »11.

11.—Ut Summus Pontifex, quum agitur de beneficiis legi concursus non sublectis, libere eos eligere possit quos in Domino magis idoneos et digniores existimet, Revifiac locorum Curiae tenentur *nomina suppeditare omnium Sacerdotum* qui, vacatione beneficii rite nunciatn, supplicem libellum miserint ut sibi conferatur; vel, si nemo beneficium optaverit, significare debent *saltem tria nomina,* quatenus fieri possit, inter digniores, ad normam epistolae circularis Datariae Apostolicae diei 11 Novembris 1930. quae legitur in *Actis Apostolicae Sedis,* vol. XXII,/p. 525 ne [LE 993J; quae epistola expresse hac occasione confirmatur atque uti religiose servanda edicitur.

12.—Attamen do quocumque beneficio agatur, et praesertim si res sit de beneficio cum cura animarum, semper necesse est ut Reviiii Ordinarii manifestent quem candidatum coram Deo digniorem ac magis idoneum indicent: culus sententiae Romanus Pontifex, pro sua sapientia et prout in Domino expedire ludicet, benigne solet opportunam rationem habere.

IX—Tandem Revrïiis Curiis in memoriam revocatur, taxas pro Bullarum Apostollcarum concessione *ad obolum Sancti Petri unice atque integre destinari,* easque ad hoc solummodo exigi, ut consulatur gravissimis necessitatibus in quibus ipsa Sancta Sedes magis magisque in dies versari compertum est. Quapropter Revmi Ordinarii rogantur ut, in Ecclesiae Sanetaeque Sedis bonum, a postulationibus mittendis vel commendandis, eo directis ut huiusmodi taxae aut condonentur aut reducantur, reverenter abstineant, peculiaribus circumstantiis exceptis, quas, si adsint, pro sua conscientia accurate exponant opus est.

Datum ex Aedibus Datariae Apostolicae, die 1 lanuaril a. 1942.—F. Card. Tedeschini, S. *R. E. Datarius. 1.* Guerri, *Subdatarius.*

Ada. C. BERNARDINI in AρoΠ. 18 (1943) 31-32: f. b. In ME 54 (1942) 130-132: L M. RESTREPO in PrM 31 0942) 317-320.

1657

1942 IAN 1.-SECR. STATUS, NOTIFICATIO. PART.·

Media **PROPONUNTUR** quibus Ordinarii possunt ad Sedem Apostolicam **RECURRERE, PRAESERTIM AD DISPENSATIONES OBTINENDAS, DURANTE BELLO**

In order to remedy the difficulties of correspondence with the Holy See, the Cardinal Secretary of State has directed me to inform the Diocesan and Religious Ordinaries of this country that in the present circumstances they may recur to the'Holy Sec through this Apostolic Delegation, and so avail themselves of the facilities at our disposal· This office makes frequent use of radiograms, and also of the air mails to Lisbon which, however, are not as regular as heretofore.

Upon receipt of the petitions of the Ordinaries of Dioceses and Religious communities for faculties and dispensations, this Delegation will communicate with the Holy See by radiogram or by other channels, according to the possibilities and circumstances. When a response has been received from the Holy See, the relative rescript will be this Delegation, In accordance with instructions already Imparted, or to be given in particular cases.

The Holy See hopes that ñ this way it may continue to correspond with the Hierarchy, and to furnish every assistance to the Dioceses and faithful of the country.

His Eminence further notes that In virtue of the foregoing, the conditions for the use of Canon 81 are not verified. Consequently appeal cannot be made tot his Canon. If at a later date circumstances become even more difficult, the Holy See will not fail to give the necessary and opportune instructions.

In communicating the foregoing directions of His Eminence, I am pleased to add that this Delegation will gladly lend all possible assistance in expediting the ecclesiastical and religious affairs of the nation.

With sentiments of deep esteem, etc.

P.S. Mackay Radio, direct to Vatican City, is still available for use of the general public. Messages should be presented at the Mackay Radio or Postal Telegraph offices. AGC.

• Ordinarill S.F. A.S. par Legatum Apc·tolicum: BOUSCAREN II 44

1658

1942 IAN 1.-SECRETARIA STATUS, NORMAE. PART.·

Normae dantur ad efficacius reddendum opus **OFFICII INFORMATIONUM PENES SECRETARIAM STATUS ROMANI PONTIFICIS DURANTE HELLO CONSTITUTI**

L'Ufficlo informazloni presso la Scgreteria di Stalo richiama l'oiservanza di alcune norme.

Per evitaro i'nccumularsi di pratiche e di scgnalazlonl, che porlerebbcro una compilcazlone non licvo nel Javoro, gli intéressât! sono prcgati di attenersi a quanto segue:

1. Inviare tutta la corrispondenza a questo Indirlzzo: *Ufficlo Informazloni,* presso *Segreterla di Stalo di Sua Sanlllâ-Città del Vaticano.*

2. Indicaro sempre la *palernltà* del militare o civile, oggetto della rlchicsta di notlzie.

3. Non inviare *piü di una* rlcblesta di informazloni circa la stessa persona. Evitare nuove richlcstc dl informazloni o di ulterior! comunicazionl alia stessa persona con *frequenza* o *senza wra accessilà.*

4. NelFultcriore corrispondenza citare sempre posslbilmente il numero di protocollo di questo Ufficio Informazloni, che è il numero preceduto da due zerl (per cs.: 00223204), oppurc la sigla cne accompagna la comunicazione (per es.: E. 3 A.).

5. Non Insistere allo scono di ottcnerc precisazlon1 sul-Flndlrizzo o sul luogo di prlgionla del ricercato, al che già prowede spontaneamentc rUfflcio *net limiti della passibllltd.*

6. Non cnviarc letterc affinchè vengano spedite agli intéressât!. Servirsi Invcce dell'apposito foglietto della Segreteria di Stato, compllandolo diUgentemcnte secondo le istruzionl che vi sono segnate, con particolare awertenza a non superare nellc comunicazionl le 25 parole cd a non oltrepassare la prima facciata.

* Perfice manus 17 (1942) 100-101. Ada. Hae normae, olei indicatione diei careant, certe divulgatae erant initio anni 1942. Similes normas iterum datas vide infra sub die 8 apr. 1942: LE 1676 relatas.

1659

1942 IAN 2.-SC SACRAMENT., INDULTUM. PART.·

Facultas datur dispensandi a lege ieiunii eucharistici **FIDELES OPERIBUS SECURITATIS NATIONALIS, NOCTIS TEMPORE, INTENTOS, DURANTE BELLO**

I take pleasure In informing Your Excellency that the Holy Father, in response to various petitions presented to him' has graciously deigned to grant to the Most Reverend Bishops of the United Satates the faculty to permit the faithful of their dioceses, who arc engagend in works of National Defense and must work after midnight, to receive Holy Communion without observing the prescribed fast. This faculty is given for the duration of the war and the following conditions must be observed:

1. These workers must abstain from solid food for aL least four hours before receiving Holy Communion, and from liquids for at lesat one hour;

2. The liquids taken from midnight until one hour before Holy Communion must not be alcoholic:

3. This privilege must be used in such manner as to avoid *iscandalum et periculum admirationis·.*

With sentiments, etc.

• Ordinariis S. F. A. S. per Logatum Apostolicum: BOUSCAREN II 215-216. Adn. L, ECHEVERRIA in REDC 3 (1948) 147-178.

1660

1942 IAN 9.-SC RITUUM, DECR. AAS 34 (1942) 109-111

URBIS ET ORBIS

a. Mutationes in Breviario et Missali Romano faciendae **PROPTER NOVUM COMMUNE SUMMORUM PONTIFICUM**

Novo Communi unius aut plurimorum Pontificum, Martyrum vel Confessorum, approbato, necessario variationes quaedam in Missall et Breviario inserendae sunt. Ut autem facilius hoc eveniat. Sacra Rituum Congregatio sequentia statuit:

I - 1N BREVIARIO

1. In festo alicuius Pontificis, in respectlvo Communi, loco orationis de communi usque adhuc in usu, sumatur nova oratio: *Gregem tuum;* ct Homilia in tertio Nocturno sit nova proposita in Evangelium: *Venit Jesus.*

2. Pro sequentibus festis haec observentur:

a) Die 16 lanuaril: in festo S. Marcelli I Papae et Martyris: retineatur oratio propria.

b) Die 12 Martii: in festo S. Gregoril I Papae, Conf. et Eccl. Doct.: retineatur oratio propria.

c) Die 22 Aprilis: in festo Ss. Soteris et Caii Pont, et Mart.: oratio: *Gregem tuum,* adhibito numero plurali.

d) Die 26 Aprilis: in festo Ss. Cleti et Marcellin! Pont, ct Mart.: oratio: *Gregem tuum,* adhibito numero plurali.

e) Die 5 Mali: in festo S. Pii V Papae et Confessoris: retineatur oratio propria.

/) Dic 19 Maii: in festo S. Petri Caelestini Papae et Confessoris: retineatur oratio propria.

g) Die 25 Mail: in festo S. Gregoril VII Papae et Confessoris: retineatur oratio propria.

h) Die 14 Octobris: in festo S. Callisti Papae et Martyris: retineatur oratio propria,/ no

II - IN MISSALI

1. Sl Missa sumenda sit de respectlvo Communi: pro quocumque Pontifice sumatur nova Missæ Si *diligis me.*

2. Pro sequentibus vero festis haec adnotentur:

a) Die 16 lanuarii: in festo S. Marcelli I Papae et Martyris: Missa: Si *diligis me,* praeter primam orationem propriam.

b) Die 12 Martii: in festo S. Gregorii I Papae Conf. ct EccL Doct.: Missæ Si *diligis me,* praeter omnes orationes proprias ct dicitur *Credo.*

c) Die 11 Aprilis: in festo S. Leonis I Papae, Conf. et Eccl. Doct.: Missa: Si *diligis me* et dicitur *Credo.*

d) Die 17 Aprilis: in festo S. Aniceti Papae et Martyris: Missa: Si *diligis me.*

e) Die 22 Aprilis: in festo Ss. Soteris et Caii Pont, et Mart.: Missa: *Si diligis me,* adbibito in orationibus numero plurali.

f) Dic 26 Aprilis: in festo Ss. Cleti et Marcellini Pont, et Mart.: Missa: Si *diligis me,* adbibito in orationibus numero plurali.

g) Die 5 Mail: in festo S. Pii V Papae et Confessoris: Missa: *Si diligis me,* praeter primam orationem propriam.

h) Die 19 Mail: in festo S. Petri Caelestini Papae et Confessoris: Missa: SI *diligis me,* praeter primam orationem propriam.

I) Die 25 Mail: in festo S. Gregorii VII Papae et Confessoris: Missa: Si *diligis me,* praeter primam orationem propriam.

I) Die 20 lunii: in festo S. Silver!! Papae et Martyris Missa: *Si diligis me.*

m) Die 3 Iulii: in festo S. Leonis II Papae et Confessoris: Missa: Si *diligis me.*

n) Die 2 Augusti: In festo S. Stephanl I Papae et Martyris: Missæ Si *diligis me.*

o) Die 14 Octobris: in festo S. Callisli I Papae et Martyris: Missæ Si *diligis me,* praeter omnes orationes proprias.

p) Die 12 Novembris: in festo S. Martini I Papae et Martyris: Missæ Si *diligis meJ* m

q) Die 19 Novembris: in festo S. Pontiani Papae et Martyris: Missa: Si *diligis me.*

r) Die 23 Novembris: In festo S. Clementis I Papae ct Martyris: Missa de Communi unius Summi Pontificis praeter Introitum ct Epistolam propriam.

s› Die 11 Decembris: in festo S. Damasi Papae et Confessoris: Missa: *Si diligis me.*

t) Die 31 Decembris: in festo S. Silvestri Papae et Confessoris: Missa: *Sl diligis me.*

b. Decretum de communi unius act plurium Summorum Pontificum in Breviario et Missau Romano inserendo

Sancta Mater Ecclesia Summos Romanos Pontifices peculiari semper prosequuta est honore, qui, dum Apostolicae Cathedrae iura strenue defenderunt, atque evangeiicam veritatem totum per orbem diffuderunt, vitae quoque sanctitudine ac pretiosa morte fidelibus commissi sibi gregis facti sunt exemplar. Quod sl inferorum portae omni tempore apostolicae petrae soliditatem vanis quidem, diuturnis saevis ac saepe cruentis tentaminibus aggressae sunt; hodiernis temporibus, negata quavLs super naturalium rerum oeconomia. Ecclesiae hostes directe et ipsos Supremos Pastores livore suo impetere, pravisque dicteriis maculare impie conantur. Ut Itaque his lacrimabilibus obvietur excessibus, atque Summorum Pontificum dignitas. cius divinitus collata, magis magisque honestetur.

flmulque Il Inter ipsos, qui sanctitate fulserunt maiori veneratione colantur, Sanctissimus Dominus Noster, Dominus Pius Papa XII novum Commune In festo Sanctorum Summorum Pontificum conficiendum esse decrevit. Cum autem infrascriptus Cardinalis Carolus Salottl, Episcopus Praenestinus, S. R. C. Praefectus, in audientia diei 9 danuaril, confectum schema una cum lectionibus tertii nocturni, legendis in festo Summorum Pontificum, et additionibus et variationibus sive In missali sive in breviario romano ex hac nova concessione occurrentibus, Sanctissimo Domino obtulerit, Sanctitas Sua benigne illud approbavit et adhibendum mandavit in festo sive unius sive plurium Summorum Pontificum tam martyrum quam confessorum, qui propria missa In missali romano non Sudent. Contrariis quibuscumque, etiam speciali men-»ne dignis, non obstantibus.

Datum Romae, die 9 lanuarii 1942.—C. Card. Salotti, Ep. Praenestinus, *Praef.* A. Carinci, *Secr.*

Ada. EUP 56 (1942) 12-23.

1661

1942 IAN 16.-SC S. OFFICII, DECR. AAS 34 (1942) 22

Decretum de cautionibus ad normam can. 1061 praestandis **DE UNIVERSA PROLE CATHOLICE BAPTIZANDA ET EDUCANDA**

Quaesitum est ab hac Suprema S. Congregatione:

1.· utrum cautiones quae ad nonnam can. 1061 praestari debent de universa prole catholice tantum baptizanda et educanda comprehendant solummodo prolem nascituram, an etiam prolem ante matrimonii celebrationem forte Jam natam;

2.· quid sentiendum de matrimoniis celebratis cum cautionibus de prole nasdtura, neglecta prole forte lam nata.

Erhl ac Revihl Patres, rebus fidei ac morum tutandis praepositi, in consessu plenario feriae IV diei 10 Decembris 1941, praefatis dubiis responderunt:

ad 1°»: *Affirmative* ad primam partem; *negative* ad secundam;

ad 2·®: Provisum in primo.

Et ad mentem; mens autem haec est: quamvis per se, ad normam praefati canonis, cautiones non exigantur de prole forte lam nata ante matrimonii celebrationem, omnino monendas esse nupturientes de gravi obligatione iurls divini curandi catholicam educationem etiam dictae prolis forte iam natae.

Et feria V, dic 15 lanuarii 1942, Ssmus D. N. Pius, Divina Providentia Papa XII, in solita audientia Excnio ac Revibo Domino Assesorl S. Officii impertita, relatam Sibi Eihorum Patrum resolutionem probavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, die 16 lanuarii 1942.—I. Pepe, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

Adn. E BERGH in NrT 87 (194045) 845-348; f. b, in ME 54 (1942) 74-75; L CREUSEN in PrM 31 (1942) 176-183; S. FRÂGH1 in ApoU. 15 (1942) 213; jurist 9 (1949) 50-54.

1662

1942 IAN 17.-SC CONSIST., DECR. AAS 34 (1942) 230

S. MARIAE MONTIS OLIVETI MAIORIS

Decretum de reoimine abbatiae «nullius» s. mariae **MONTIS OLIVETI MAIORIS**

Abbatii *nullius* S. Mariae Montis Oliveti Maioris nuncupata. cum saltem tribus paroeciis haud constet, iure singulari, ad normam can. 319, § 2 Codicis luris Canonici, regitur, quod Apostollca Constitutione *Credita divinitus* a L r. Clemente XIII die 18 lanuarii 1765 data continetur.

Quum vero eiusdem nonnae minus cum luris canonici db positionibus concordent, neque omnia caveant quae ad ecclesiasticum regimen, disciplinam et admlnlstratlonem attinent, Ssihus Dominus Noster Plus Div. Prov. Pp. XII benigne statuit, praesenti Consistorial! Decreto, ut pro eadem Abbatia *nullius* leges vigentis Codicis I. C., congrua congruis referendo, applicentur; abrogatis proinde memoratae Constitutionis praescriptis, quatenus a iure communi discrepent Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Conslstorialis, dic 17 lanuarii 1942.—Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.* V. Santoro, *Adsessor.*

Ada. ME S4 (1942) 148.

1663

1942 IAN 25.-SECR. STATUS, NOT1FICATIO. PART.·

De **LIBERTATE RELIGIOSA QUOAD CONVERSIONEM ET VERUM FIDEI ACTUM DOCTRINA REPETITUR ECCLESIAE CATHOLICAE**

Se référant à la Note de la Légation Royale de Yougoslavie près le Saint-Siège, n. 1-42 du 9 Janvier courant, la Sccrétalrerie d'Etat de Sa Sainteté a l'honneur de porter à la connaissance de la même Légation ce qui suit:

D'après les principes de la doctrine catholique, la conversion doit être le résultat, non pas de contraintes extérieures, mais de l'adhésion de l'âme aux vérités enseignées par l'Egllse catholique.

C'est pour cela que l'Egllse catholique n'admet pas dans son sein les adultes, qui demandent à y entrer ou a y faire retour, qu'à la condition qu'ils soient pleinement conscients de la portée et des conséquences de l'acte qu'ils veulent accompile.

Par conséquent. le fait que tout à coup grand nombre de dissidents croates demandât à être reçu dans l'Egllse catholique, ne pouvait pas ne pas préoccuper vivement l'Episcopat croate auquel revient naturellement la défense et la protection des Intérêts catholiques en Croatie.

Loin de prendre acte officiellement, soit explicitement soit implicitement, de ce fait, il se fit un devoir de rappeler formellement à qui de droit la nécessité que le retour des dissidents pût s'accomplir en toute liberté et de revendiquer en même temps à † Autorité ecclésiastique la compétence exclusive de donner des ordres et des directives en matière de conversions.

Si un Comité épiscopal fut aussitôt constitué avec la charge de traiter et de décider toutes les questions concernant cette matière, cela a été fait précisément dans le but d'obtenir que les conversions fussent, en conformité avec les principes de la doctrine catholique, le fruit de la persuasion et non pas d'une contrainte.

Le Saint-Siège, de son côté, ne négligea pas non plus de recommander et d'inculquer l'observance exacte des prescriptions canoniques et des directives données à ce sujet.

• Legationi diplomaticae dicionis lugcslavine: CR 27 (1947) 278.

1664

1942 IAN 31.-C0M. INTERPR., RESP. AAS 34 (1942) 50

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

1—De vicario cooperatore quoad matrimonia. 2—De **IURE FUNERANDI MONIALES. 3----ÜE TRANSMISSIONE ACTORUM CAUSAE**

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

1. **DE VICARIO COOPERATORE QUOAD MATRIMONIA**

D. An vicarius cooperator *ratione officii,* de quo in canone 476 § 6, matrimoniis valide assistere possit.

R. *Negative.*

2. De iure funerandi moniales

D. Utrum parocho an cappellano, ad normam canonis 1230 § 5, competat Ius funerandi moniales ab Ordinarii loci iurisdictlone non exemptas iuxta canonem 615.

R. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

3. De **TRANSMISSIONE ACTORUM CAUSAE**

D. An sub verbis *acta causae,* de quibus in canone 1890 veniant omnia acta iudiclalia.

R. *Affirmative.*

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 31 mensis Ianuarii, anno 1942.—M. Card. Massimi, *Praeses.* I. Bruno, *Secretorius.*

Adn. R. BIDAGOR in PrM 31 (1942) 195-199; A. LARRAONA in CpR 23 (1942) 77-81; O. M. in ME 54 (1942) 43^4; I. M. PINNA in Apoli. 16 (1943) 34-40; REGATILLO n. 230; NrT 67 (1940-45) 960.

1665

1942 FEB 6.-SC S. OFFICII, DECR. AAS 34 (1942) 37

Proscriptio librorum M. D. Chenu et L. Charlier

Feria IV, die 4 Februarii 1942

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Eiïil nc Revînt DD. Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendos mandarunt libros qui inscribuntur

M.-D. Chenu, *Une école de théologie: Le Saulchoir;*

L. Charlier, *Essai sur le problème théologique.*

Et sequenti Feria V, die 5 eiusdem mensis et anni, Ssrîius D. N. Pius Divina Providentia Papa XII In solita audientia Excmo ac Reviiio D. Adsessorl Sancti Officii Impertita relatam Sibi EiTiorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iusslt.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 6 Februarii 1942.—I. Pepe, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

Adn. P. PARENTE in PrM 31 (1942) 184-188; ME 54 (1942) 28-27.

1666

1942 FEB 14.-SC CONC., RESOL. AAS 34 (1942) 299-300

TERGESTINA

Distributionum capitularis absentis a choro dum munere iudicis synodalis fungitur

VI canonis 420 § 1 n. 14 Codicis iuris canonici excusantur a choro ut percipiant fructus praebendae ac distributiones quotidianas, inter ceteros, iudiccs synodales, dum proprio munere funguntur. lamvero in Capitulo Tergestino dubium ortum est num praescriptum memorati canonis teneat, etiamsi iudex synodaiis, non gratuito, sed retributione percepta, ratione huius muneris sibi commissi, absens sit a choro. Et rationem dubitandi idem Capitulum desumit ex comparatione iudicis synodaiis cum Vicario Capitulari vel Generali, qui, ad normam canonis 421 j 1 n. 3, dum suis muneribus vacant, excusantur quidem a choro ut percipiant praebendae fructus dumtaxat, non autem distributiones quotidianas.

Nam ex praescripto canonis 420 facile argui potest, censet Capitulum, quod Capituiarcs de quibus in eodem canone est sermo, ideo distributiones quotidianas lucrantur, quia suam operam gratuito impendunt, dum officiis choralibus vacant; quod ceterum congruit praxi Sacrae Congregationis Concilii, uti legitur in una *Gerunden. - Distributionum choralium* diei 20 Februarii 1915: «Etenim iuxta canonici iuris sanctionem ac Sacrae Congregationis stylum nullus canonicus a choro ! absens ratione muneris sibi
300 commissi quotidianas distributiones lucratur, ubi pro dicto munere congruum percipiat stipendium» *(A.* A. S., vol. VII, pag. 262 ss.).

Animadversiones.—Notandum in primis quod citatus canon 420 § 1 n. 14, uti verba sonant, nullam distinctionem admittit, sed regulam claram eamque absolutam statuit, et ubi lex non distinguit, nec nostrum est distinguere.

Praeterea in re de qua ngitur per analogiam aptandum est responsum Pontificiae Commissionis ad Codicis I. C. canones authentice interpretandos, die 2-1 Novembris 1920 datum. Proposito enim dubio: «Utrum in § 1 n. 1 canonis 421: *qui de licentia Ordinarii loci publice docent in scholis ah Ecclesia recognitis sacram theologiam aut ius canonicum,* etiam comprehendi debeant canonici, qui de Ordinarii licentia docent, retributione peculiari pro lectione percepta; an tantum qui absque tali retributione theologiam vel ius susceperint edocendum·, responsum prodiit: «Affirmative ad primam partem, negative ad secundam·. Sicut enim distributiones quotidianas lucratur Capitularis qui docet sacram theologiam, etc., retributione percepta, ita a pari de Judico synodal! qui ratione huius muneris lucrum facit sentiendum est. Nam ubi eadem est ratio, eadem est iuris dispositio.

Sed ratio iuridica huius rei In hoc praecipue esse videtur, aula persona iuridica Vicarii Capitularis vel Generalis et Officialis alia est a iudlce synodalL Officium enim ludlcls synodaiis non est stabile et firmum, nec hac ratione stabili retributione remuneratum, atque eiusdem retributio in ipsis causis, quae non sunt eratuiti patrocinii, non est certa sed naturam potius Induit oblationis incertae et obventitiae, quod contra evenit de Vicario Generali et Capitulari et de Officiali, Suorum munera, cum sint stabilia atque diuturnum et con-
nuum laborem praescierant, congruum est ut congrua et stabili remuneratione donentur: qua de causa, ad normam canonis 421 § 1 n. 3 distributionibus quotidianis iure privantur, cum a choro haec munera obeundi causa abesse cogantur.

Resolutio.—Proposito Itaque in Comitiis Plenariis diei 14 februarii 1942 dubio: *An Capitularis, absens a choro dum munere iudlcis synodaiis fungitur, lucretur distributiones quotidianas, etiamsi peculiarem retributionem rationem huius muneris percipiat;*

Edii Patres huius Sacrae Congregationis responderunt: *Affirmative.*

Quam resolutionem Ssmus Dominus Noster Pius Pp. XII in Audientia dici 23 Februarii 1942, referente subscripto Secretario, approbare et confirmare dignatus est.—I. Bruno, *Secr.*

1667

1942 FEB 14.-SC CONC., RESOL. AAS 35 (1942) 182-184

ARCHIDIOECESIS T.

Distributionum inter praesentes post iubilationem

Die 14 Februarii 1942

Species pacti.—Duo capitulares ecclesiae cathedralis T., iubilationis induito a Sacra Congregatione Concilii legitime donati, cum nonnullis functionibus capitularibus, quibus adnexae sunt distributiones inter praesentes, non interfuissent, his a Capitulo privati sunt. De hac agendi ratione penes Capitulum conquesti, innixi praescripto canonis 422 § 2 Codicis I. C., a Capitulo responsum acceperunt: distributiones inter praesentes eisdem non competere, attentis synodo dloecesana anno 1877 celebrata, statutis capitularibus et consuetudine, immo nec ad Ipsas fallentias ex distributionibus quotidianis ius habere.

Revera synodus dioecesana in tit. XXVII § 8, praemisso quod «iuris dispositione pro praesentibus habendi qui... post quadragenarium chon servitium iubilationis indultum a Sede apostolica obtinuerint etc.», quapropter distributiones quotidianas percipiunt, in § 12 eiusdem tituli subdit: «nequeunt tamen Iliis obventionibus frui quae fundatione, recepta consuetudine vel statuto physicam personae praesentiam ita exigunt ut realiter praesentibus tantum sint concedendae».

Statuta vero capitularia anni 1924, quin aliquid singulare innuant, in art. 2 verba antea relata synodi dioccesanae repetunt ac causas memorant in canonibus 420 et 421 Codicis I. C. descriptas, «quibus canonici et bénéficiât! detenti, quamvis choro et functionibus desint, pro praesentibus habentur ac propterea distributiones pariter lucrantur». Quae statutorum praescripta In suis deductionibus Capitulum ita explicat: «A tale legge e consuetudine della presenza fisica richiesta in determi nate funzioni sono 133
pertanto in questa archidioccsi sottoposti, nonostnnte siano dispensati dall'intervento in coro, i seguenti: !.♦i canonici eventualmente inviati dalFOrdinario *ad visitanda Limina,* l giubilati, dopo 40 anni di servizio, proweduti di apposito induito, il teologo nei giorni di insegnamento etc., il penitenziere quando confessa, il canonico parroco etc.».

Consuetudinem tandem quod spectat, hoc unum animadvertere praestat, in memorato Capitulo sexaginta abhinc annis nullum fuisse canonicum, qui iubilationis indultum a Sede Apostolica obtinueriL

Cum quaestionem Inter se capitulares componere nequissent, Archieplscopus quaestionem ipsam huic Sacrae Congregationi dirimendam proposuit.

Animadversiones.—Praescriptum canonis 422 $ 2 C. I. C. non videtur recte fuisse a Capitulo intellectum, ea praesertim de causa quia non bene animadvertisset distinctionem, iuxta Codicem, in distributiones quotidianas et distributiones inter praesentes. Ex quo factum est ut capitularibus iubllatl» Capitulum denegasset ipsas quoque fallentias ex distributionibus quotidianis contra praescriptum canonis 395, vi cuius

■distributiones quotidianae cedunt diligentibus»; quibus fictione luris procul dubio accensendl sunt lubflatl, quamvis choro non intersint. Quod sanxit haec Sacra Congregatio in causa *Mataricen.* diei la Januarii 1921 [LE322J in qua ad dubium: «An absentes n choro vi indulti apostolic! quo conceduntur distributiones, amissis inter praesentes tantum, ius habeant ad faUentlas in casu», respondit: «Affirmative, dummodo ne agatur de fallenUls e distributionibus inter praesentes tantum provenientibus». Quae decisio, quae infirmos spectabat apoitolico induito donatos, *a* fortiori applicanda esse videtur !ablUtis, utpote potiore iaris favore fruentibus.

Quod vero pressius quaestionem spectat. Capitulum contendit in pluribus functionibus capitularibus requiri physicam canonicorum praesentiam, quamvis ipsi a choro sint dispensati, inter quos indiscriminatim enumerat canonicos accedentes vice Episcopi ad visitanda Limina Apostolorum, canonicos piis exercitiis meantes, iubiiatos, canonicum theologum nec non poenitentiarium, dum suis meant officiis, allosque. Et lubdiL· «Tutti questi, mentre sono dispensati dal coro, se occupati nei loro affici, parteeipando tutlavia aile distribuzioni coraii, non sono invecc qui dispensati dalTintervento aile titre determinate funzionl, per le quali in questa diocesi in vtrtù dei sinodo, drgli statuti e d! immemorabile consuetu-
184 dîne è rich!esta la presenza fisica»./

At plura in his sunt animadvertenda. Et in primis, recensiti canonici nul distributionibus inter praesentes privantur, omnes Indiscriminatim assimibntur, quoad perceptionem harum distributionum, canonicis Jubilatis, qui postremi singulari iuris favore gaudent, utpote qui ad normam citati canonis 422 § 2, licet a choro absentes, lus habent percipiendi distributiones inter praesentes, iis tantum exceptis quibus obstet expressa fundatorum vel oblatorum voluntas etc.

Revera memoratura indicem a synodo dioecesana diei 4 Septembris 1877 fere ad litteram Capitulum mutuavit, non advertens synodum in loco citato non agere de distributionibus inter praesentes sed de distributionibus quotidianis, uti patet quoque ex eodem titulo XXVII, qui inscribitur: *De quotidianis distributlonlbus.*

Praeterea Capitulum in aliis deductionibus mentem suam hae in re ita clarius aperuit: «Nei nostro sinodo dioccsauo celebrato nel settembre 1877, ai Ut. 27 § 8, i giubllatl sono considerati per le puntozioni come gl'informl, come i canonici che ossistono 1'Arcivcscovo ecc. Tali disposlzlonl dei nostro sinodo sono state conicrmate dal nuovo statuto approvato in data 25 dicembre 1924». Quae praescripta tamen sunt contra lus commune α Codice firmatum in canone pluries citato, immo nullius sunt momenti, attenta quoque omissione distinctionis, qua laborat argumentatio Capituli, inter distributiones quotidianas et Inter praesentes.

Qulbusattentis, liquido patet statuta Capituli cathedralis T., contra ius commune, hoc caput quod spectat, concinnata, haberi non posse tamquam fontem luris, vi culus canonici lubflatl priventur distributionibus inter praesentes, lis tantum exceptis de quibus in canone 422 § 2.

Resolutio.—Proposito Itaque In Comitiis plenariis diei 14 Februarii 1942 dubio: *An iubilati ius habeant ad distributiones inter praesentes in casu;* Emi Patres huius Sacrae Congregationis responderunt: *Affirmative, nisi obset expressa fundatorum vel oblatorum voluntas: cauto praeterea ut Capitulum T. hac in re propria statuta capitularia emendet ad normam Codicis iurls canonici.*

Quam resolutionem Sanctissimus Dominus noster Pius Pp. XII in Audientia diei 22 Februarii 1942, referente subscripto Secretario, approbare et confirmare dignatus esL—1. Bruno, *Secr.*

Ada. Ph. AGUIRRE in PiM 33 (1644) 149-150.

1668

1942 FEB 19.-SC RITUUM, INDULTUM. PART.·

TOLETANA SEU SALMANTICEN.

Facultas datur adbibendi quaelibet olea et lucem **ELECTRICAM PRO LAMPADE SsftI SACRAMENTI, ATQUE MINUENDI NUMERUM CANDELARUM IN FUNCTIONIBUS I.ITURG1CIS 0B ADÎUNCTA EXTRAORDINARIA TEMPORUM**

Preces—*RealIsiime Pater,* R. P. D. Henricus Pia y Dtnid. Episcopus Salmanticensls, Archlcplscopus promotus Toletanus, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus humillime exposuit ob causas ex teterrimo bello promanantes tum olivarum oleum, tum cera apum, tum aliud quodcumque In praesentiarum desiderari oleum, quo lampas quae coram Sanctissimo lucere debet ad tenorem canonis C. J. 1271, nutriri possit; ac similiter desiderari cereos qui ad normam legum llturglcarum Sanctissimi Sacramenti, expositione publica vel privata durante. In altari collucere debcnL Immo timetur ut cito neque cerei pro Missa celebranda habeantur. Quapropter Orator eamdem Sanctitatem Vestram humillime rogat ut significare dignetur quomodo in his difficultatibus adiunctis procedi possit.

Rescr.—Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XII tributarum, Inspectis circumstantiis enunclatls elsquc perdurantibus, benigne indulgct ut pro lampade quae collucere debet ante Sanctissimum Sacramentum, loco olei olivarum vel cerae adhiberi possint etiam alia olea, quantum fieri potest vegetabilia, lisque deficientibus etiam electrica lux: in expositione vero Sanctissimi Sacramenti numerus cereorum requisitus, praeter quatuor candelas, suppleri potest lampadibus electricis, sicut pro Missa cantata seu solemn! praeter duas candelas: pro Missa vero lecta nihil innovetur. Servatis servandis: contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 19 Februarii 1942.—A. Carimei, S. Λ. *C. Secr.*

* Ordinario S&lmanticenai-Toletano: Dustradôn del Clero 35 (1942) 163-164.

1669

1942 FEB 23.-SC SACRAMENT., RESCR. PART.·

Formula sub qua definiuntur causae de matrimonio **RATO ET NON CONSUMMATO PENES S. C. DE SACRAMENTIS**

In Curia Archiépiscopal! Strigonien. confectus est canonicus processus super nullitate ex capite viri Impotentiae matrimonii, quod N. N. actrix in causa, et X. Y. pars conventa, Budapestini, in ecclesia parochial! Vârosmajorensi, die 10 iuhi 1936 contraxerunt.

Cum autem huiusmodl processu de matrimonii nullitate non constaret, sed potius nondum consummati matrimonii emerserit probatio, Ordinarius acta ad hanc S. Congregationem misit pro gratia dispensationis super matrimonio rato et non consummato in casu.

Et actis in eadem S. C. examini sublectis, cum ex ipsis plene constet tum de matrimonii inconsummatione, tum de causis dispensandi, in Congressu diei 10 Januarii 1942 rescriptum fuit:

«Proponatur directe Ssmo pro gratia dispensationis».

In audientia autem diei 9 februarii 1942, Ssmus D. N. Pius Pp. XII, audita relatione facta ab Emo Cardinali Praefecto huius S. C., benigne dispensare dignatus est super matrimonio rato et non consummato inter N. N. et X. Y., vetito tamen viro transitu ad alias nuptias, inconsulta hac S. C. Datum Romae, ex aedibus eiusdem S. C. die 23 februarii 1942.—Card. Jorio, *Prael.* Bracci, *Secr.*

• Ordinario Strigonienai. Prêt. N. 3696/41: J. BANK. Connubxa canonica, Roma 1959. p. 539-540. Adn. J. BANK op. et loc. cit

1670

1942 MAR 2.-S. PAENITENTIARIA, RESP. PART.·

Circa facultatem audiendi confessiones, quatenus **CONDITIO EST AD APPLICANDAS INDULGENTIAS OBIECTIS RELIGIOSIS REQUISITA**

Dubium—*Beatissime Pater,* Carmelus Patane, Archieplscopus Catanensls, ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus, humiliter proponit pro opportuna solutione dubium quod sequitur.

Utrum clausula «dummodo sit adprobatus ad recipiendas sacramentales confessiones» quae invenitur in aliquibus facultatibus applicandi indulgentias obtectis religiosis, Intelligenda sit de sacerdotibus tantum qui ad recipiendas fidelium *utriusque sexus* confessiones adprobati sint, an etiam de illis qui ad christifldelium unius tantum sexus confessiones recipiendas adprobati sint. Et Deus etc.

Responsum.—*Die 2 Martii 1942.* Sacra Paenitcntiaria Apostollca proposito dubio respondendum censet: *Negative* ad primam partem; *Affirmative* ad secundam.

Dc mandato Emlnentlssimi: S. Luzin, *Regens.* I. Rossi, a *Secr.*

• Ordinario Catanonii: ME 54 (1942) 80 Adn. f h. in ME 54 (1942) 81

1671

1942 MAR 13. SC RITUUM, DECR. AAS 34 (1942) 112

URBIS ET ORBIS

Decretum de lampade ssmi sacramenti et de luminibus **IN SACRIS FUNCTIONIBUS ADHIBENDIS**

Sacra Rituum Congregatio, quoties ei contigit cavere de lampade quae ante Ssihum Sacramentum indesinenter lucere debet, semper abstinuit a concedendo per générale Indultum usu lucis electricae, iugiter insistens traditional! legi de usu cerae apum et olei olivarum et, non exclusis, in casu necessitatis, aliis oleis (Decret. N. 4334): idque ut nostrae fidei et caritatis svmbolica significatio servetur et, iuxta indolem cultus, visibilis materiae destructio. Porro haec S. Rituum Congregatio summam decretorum circa usum lucis electricae praebuit Decreto N. 4322 diei 24 lunll 1914. At biennio post, id belli curopaei conditionibus exquirentibus, et instantiis plurimorum Ordinariorum morem gerens, per Decretum N. 4334 dici 23 Februarii 1916 indultum temporaneum concessit quo, pro lampade Ssihi Sacramenti, ultimo loco adhiberi posset etiam lux electrica.

lamvero nunc, praesenti bello perdurante atque redeuntibus iisdem adiunctis, haec S. Congregatio, auctoritate Summi Pontificis, derogans praescripto canonis 1271 C. I. C. et *Ritualis Romani,* tit. IV, c. I, n. 6, necnon huius S. Congregationis Decretis, inhaerens vero Decreto N. 4334 diei 23 Februarii 1916, rursus remittit Ordinariorum prudentiae ut, peculiaribus huius belli circumstantiis sive ordinariis sive extraordinariis perdurantibus, ubicumque oleum olivarum vel cera apum vel penitus deficiant vel sine gravi incommodo et dispendio haberi nequeant, ibi lampas Ssmi Sacramenti aliis oleis, quantum fleri potest vegetabilibus, nutriri possit, ultimo autem loco etiam lux electrica adhibeatur.

Item Ordinariorum prudentiae remittit, ut, praesentis belli supradictis adiunctis perdurantibus, in defectu cerae apum, reducatur numerus candelarum pro singulis sacris functionibus rite praescriptus, et huic deficientiae cereorum sufficiantur usque ad numerum requisitum candelarum alia lumina, etiam electrica. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 13 Martii 1942.—C. Card. Salotti, Ep. Praenestinus, *Prae/,* A. Carinci, *Secr.*

Adn. S. INDELICATO in Apoll. 16 1943) 24; ELIP 56 (1942) 27 NrT 67 (1940-45) 1211.

1672

1942 MAR 21.-SC CONS., DECR. AAS 34 (1942) 203-204

B. VIRGINIS MARIAE A SSMO ROSARIO SEU POMPEIANA

Decretum de regimine Pompeianae Praelaturae «nullius» cum Pontificio Sanctuario B. Virginis Mariae a Ssmo Rosario

Pompeiana Praelatura *nullius,* cum Pontificio Sanctuario, lure singulari, ad normam can. 319 § 2 *Codicis I. C.,* regitur, quod Apostolicis Constitutionibus ac Decretis de ipsa latis continetur.

Cum vero in his haud omnia caveantur, quae ad ecclesiasticum regimen, disciplinam et adminisIratloncm attinent, Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XII benigne statuit, praesenti Consistoriali Decreto, ut pro eadem Praelatura ac Sanctuario, quando speciales dispositiones In memorato iure particulari desint, leges luris communis, congrua congruis referendo, applicentur.

Ordinarius autem, qui Praelaturam regit, ut Delegatus Pontificius Sanctuarium administrabit.

Quoniam Insuper territorium Pontificiae Basilicae Beatissimae Mariae Virginis, cum adnexis Operibus a lurisdictione paroeciae Ssmi Salvatoris, in Praelatura exstantis, exemptum manet, Ssiftus Dominus Noster benigne indulget, ut, praeterquam ab Ordinario, etiam a Rectore Basilicae vel, eo deficiente, ab altero sacerdote, ab ipso Ordinario habitualiter delegato, functiones paroeciales ibidem exerceantur, non excepta matrimoniis adsistentlæ servatis tamen de iure servandis.

Item statuit ut Consilium Praelaturae, Constitutione Apostollca *Beatissimae Virginis* diei 8 Mail 1926 constitutum, tamquam Consilium administrationls Pontificii Sanctuarii simul habeatur, llludque posthac quatuor constet Consiliariis a Sacra Congregatione Consistonali, proponente Ordinario Praelaturae, nominandis, quorum unus deputabitur ad officium Vicarii Generalis, ad normam luris communis./ 204

Demum quod peculiariter spectat ad Patrum Cardinalium Coetum seu Commissionem pro tutela ac vigilantia in res spirituales ac temporales Sanctuarii Pontificii, eadem Constitutione Apostollca confirmatam, Sanctitas Sua decrevit ut ipsam perpetuo constituant Cardinalis a Secretis Sacrae Congregationis Conslstorialis, uti Praeses, Cardinalis Praefectus Sacrae Congregationis ConcQil et Cardinalis a Secretis Status.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 21 Martii 1942.—Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.* V. Santoro, *Adsessor.*

Adn. ME 54 (1942) 116-118.

1673

1942 MAR 23.SC S. OFFICII, DECR. AAS 34 (1942) 100

Proscriptio libri a Otto Karrer conscripti

Feria IV, die 18 Martii 1942

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revihl DD. Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur:

Otto Karrer, *Gebel, Vorsehung, Wunder.*

Et sequenti Feria V, die 19 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. Pius Divina Providentia Papa XII in solita audientia Exciho ac Revnio D. Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Einorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 23 Martii 1942.—I. Pepe, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

Adn. ME 54 (1942) 59-60.

1674

1942 MAR 24.-VIC. URBIS, STATUTA. PART.·

Statuta Piae Unionis «Militiae Mariae Immaculatae»

Statuto della Pia Unione «Milizia di Maria Immacolataj»

Capo I.—*Naiura e Fine delta Miliria di Maria Immacolaia e Doveri degli Associati.*

Art. 1. La Millzia di Maria Immacolata, sorta nellOrdine dei Frati Minori Conventual!, è dl natura eminentemente *Mariana.* Per la quai cosa gli Associati dovranno professare verso la Vcrgine Santlssima una speciale divozionc, che faranno consistere sopra tutto nell'imitazlone dello Sue virtù, e nell'adoperarsi con ognl miglior mezzo possibile per ottenere il fine délia Milizla.

Art. 2. Questa Santa Milizia si preflgge corne fine la santificazione propria c del prosslmo, la conversione dei peccatori, eretici e scismatici in genere, e in modo particolare dei massoni.

Art. 3. Dovere di ogni Socio per ottenere II fine dl tale Assoclazione sarù:

a) di fare nei giorno delTiscrizione l'offerta dl se stesso alia Santlssima Vcrgine, quale stramento per la santificazione di tutti, la conversione del peccatori, cretici e scismatici, e in Ispccie dei massoni;

b) di portare indosso la Medaglia Miracolosa dcll'linmacolata;

c) dl recitare almeno una volta al gtomo la seguente invocazlone: «0 Maria conccplta scnra peccato, pregate per nol che ricorriamo a Vol e per quanti a Vol non ricorrono, in modo speciale per l massoni e per quelli che VI sono raccomandatl». Oppure: «Fatemi degno de lodarvi, o Vergine Immacolata. Daterai forza contre i vostri nemici». Oppure l'atto dl offerta: «Santlssima Vergine e

Madré di Dio, Maria, io benchè indegnissimo di cssere Vostro servo, mosso nondlmeno dalla mirabile Vostra pietà e dal desiderio di servirvi, vi eleggo oggi, in presenza dell'Angelo mio Custode e di tutta la Corte celeste, per mia Signora, Avrocata e Madre, e fermamente propongo di volervi sempre servire e di fare quanto potro, perché da altri ancora siate amata e servita. VI supplico, dunque, Madre pfetosissima, pel Sangue dei Vostro Figlroolo sparso per me, che mi riceviate nel numero degli altri Vostri devoti per Vostro *servo* perpetuo. Assisteteml in tutte le mie azionl ed impetratemf la grazia che talmente mi porti nei miel pensleri, parole ed opere, che non abbia mai ad offendere gli occhi Vostri purissimi c dei Vostro Divin Figliuolo. Ricordatevi di me e non mi abbandonate nelTora della morte. Cost sia».

Ca po II.—*Norme per appartenere alia Milizia dl Λfaria Immacolaia*

ArL 1. Tutti I fedeli cristiani possono appartenere alia Milizia di Maria Immacolata, porchè diano ii proprio nome ad una Sede canonicamente eretta. Con do vengono a partecipare delle indulgenze e privilegi concessi alia Pia Unione,

ArL 2. Per I'ammisssione dei Sod gli Assistenti ecclesiastici e Direttori delle singole Sedi iscriveranno l nomi nei Registri partlcolari e rilasceranno la Pagella colla Medaglla benedetta (can. 694 5 2).

Ca po III.—*Norme per erigere canonicamente la Milizia di Maria Immacolata*

Art. 1. I.a Pia Unione della Milizia Immacolata puô essere eretta in tutte Je chiese, e negli oratori pubblici e semlpubblici (can. 712 f 1).

ArL 2. Per tslituire una Sede Filiale della Milizia di Maria Immacolata si richiede, oltre 1'crezione canonica fatta In iscritto dallOrdinario dei luogo, 1'aggregazione alia Sede Primaria di Roma (can. 722 § 1).

Art. 3. Perché 1'aggregazione alla Sede Primaria sia valida, si richiede:

a) che la Sede da aggregate! sia glà canonicamente eretta (can. 723, n. 1);

b) che 1'aggregazione si faccia coi consenso dell'Ordinario dei luogo, dato in Iscritto (ibid., n. 2);

e) che venga dato alia Sede da aggregarsi 1'elenco delle Indulgenze e dei privilegi della Pia Unione (Ibid., n. 3).

Art. 4. AH Ordinario dei luogo spetta pure la nomina dell'Assistente ecclesiastico della Milizia dell'Immacolata nelle chiese ed oratori fuori delTOrdine dei Frati Minori Conventual! (can. 698 § 1).l

Art. 5. L'AssIstente ecclesiastico nominato dall'Ordinario dei luogo sl metta In relazione colla Sede nazionale o colla Direzlone generale di Roma.

.Art. 6. Nelle diocesi. In cul 1'Ordinarlo non giudicasse opportuno l'erezione canonica della Pia Unione della Milina dl Maria Immacolata lo Zelatore potrà fare Iscrivere l nuovl aspiranti ad altra Sede canonicamente eretta, flno a tanto che non si sarù ottenuta l'erczione canonica della nuova Sede.

Ca po IV.—*Apostolalo della Milizia di Maria Immacolaia*

Art. L La Milizia di Maria Immacolata, come tutte le Pie Unioni, lascia ai Soci la massima libertà d'azlone per ottenere il fine ad essa preflsso.

Art. 2. Clascun Socio, approfittando di tale libertà, sappia Indirizzare al nobile fine della Pia Unione, oltre il gran mezzo della preghlcra, tutti i mezzi che Γamore del Sacro Cuoie di Gesù, di Maria Immacolata e delle anime gli suggerirà secondo le diverse circostanzc di luoghi, di tempi e di condlzloni di vita in cui avrà a trovarsi.

Art. 3. Coloro che s'adopereranno per la propagazione della Milizia dl Maria Immacolata, saranno riconosciuti per Soci Zelatori, ed il loro nome verrù conservato In un apposito registre della Sede Primaria di Roma.

Art. 4. Per una maggior diffusione della Milizia e per a«evolare le Lscrizloni, in ciascuna Sede Filiale si curerà di trovare dei Sod Zelatori, ecclesiastici o secolari, i quali rimetteranno *i* nomi degli Ascritti alia Sede cui appnrtengono.

ArL 5. Affine di rendere più compatta e fnittuosa I'opera loro, gli Zelatori si raduneranno ogni due mesi nella Sede propria per riferire sui lavoro fatto e concreLare secondo le circostanzc, d'accordo coll'Assistente ecclesiastico, l mezzi più adatti, per il raggiungimento del fine della Milizia. Di ogni singola adunanza l'Assistente ecclesiastico o uno degli Zelatori a clô Incaricato darà ampla relazione al Direttore nazionale. Se sarù ll caso, a queste adunanze potrà presledere anche ll Direttore nazionale.

Art. 6. In ogni Sede Filiale della Milizia prcslederà l'Assistente ecdesiastlco, ll quale assieme agll Zelatori e Zdatrid attendent al miglior andamento della Pia Unione.

A tale scopo si propone:

a) tenere di tanto in tanto funzioni partlcolari in onore dell'Immacolata nella chiesa od oratorio dove ha Sede la Milizia (cann. 716-717);

b) tore con solennftà più volte all'anno, specie nolle feste della Madonna, delle generali ammissloni di Soci alia Pia Unione, secondo ll rituale della Milizia;

e) promuovere la Comuntone Generale menslle a cui potrebbero intervenire tutti l Soci, anchc per acquistarc rindulgenza plenaria loro concessa (Pio XI, 18 Dicembre 1926);

d) indire delle riunioni pubbliche per illustrare con qualche conferenza o trattenimento la natura, lo scopo c i fasti ddla Milizia;

e) diffondere l'idealc e ll programma della Milizia con la stampa, per mezzo di fogliettl di propaganda, articoli su bollettinl, giornali, ecc.

Ca po V.—*Gooerno della Milizia di Maria Immacolata*

Art. 1. La Sede Primaria della Milizia di Maria Immacolata è a Roma, presso la cappella del Collegio Serafico Internazlonale dei Frati Minori Conventual!.

ArL 2. Moderatore supremo della Milizia di Maria Immacolata è il Ministro Generale dell'Ordine dei Frati Minori Conventual!, al quale è riservala l'aggregazione delle Sedi Filiali alia Sede Primaria.

ArL 3. Per la dlrezione generale della Milizia è incaricato dal Moderatore supremo il Direttore Generale con il suo Consiglio generale.

Art. 4. L'AssIstente ecclesiastico della Sede Primaria è sempre lo stesso Padre Rettore dei Collegio Serafico Internazlonale.

Art. 5. Ogni Nazione ha Il suo Centro o Sede Nazionale, con Direttore nominato dal Consiglio Generale.

Art. 6. La Rlvista ufficlale della Milizia è *II Cavalière deIΓImmacolata.*

Franqscus ...

Pia Consociatio sub vulgari titulo «Pia Unione della Milizia dl Maria Immacolata» a Nostro praedecessore, decreto diei 2 lanuarii 1922, in Oratorio Collegii Seraphici Fratrum Minorum Conventualium de Urbe canonice erecta fuiL Cum autem decursu temporum teges, quibus ipsa Consociatio ab initio regebatur, varias immutationes subierint, prout experientia opportunum indicatum fuerit, ipsas leges quinque capitulis comprehensas praesenti Decreto Auctoritate Nostra Ordinaria adprobamus, servata Nobis ac Successoribus Nostris facultate eas immutandi si quando opportunum visum fuerit.

Datum Romae, ex Aedibus Vicariatus Urbis, dic 24 Martii 1942.—F. *Cardinalis Vicarius.* F. Pascucci, Ep. Sion., *Secretorius.*

• COFMConr 39 (1942) 168-171. Adn. Apud COFConr 39 i1942) 172-173 invaduntur: a) Venio latina Statulcruxn; b) Decrotuxn d. 18 dec. 1923 quo Pia Unio privilegii» gratdsquo spiritualibus ditatur, c) Decretum d. 24 apr. 1927 quo ipaa Pia Unio ad dignitatem Primariao evehitur.

1G75

1942 MAR 26.-SC S. OFFICII, DECK. AAS 34 (1942) 148

Cl er ic is pr o h ibet ur consultatio r a d ia est h esia e circa **PERSONARUM CIRCUMSTANTIAS ET EVENTUS DIVINANDOS**

Suprema S. Congregatio S. Officii, incommodis mature perpensis, quae in religionis veraeque pietatis detrimen-

l Xd Ccdtcc di D.ritlo Caaonloo (cm. d distinti gli offkl di Moderator* owa Dtrettor* e dl CappelUno dalle Pm Unioni. Uuno infatti r<urda U dimko* <MTAntJoaxtone. Taino ü nfnùce aile sacre tunxwni dl chroa- Sl aeaerd perù che d rredttkno canone 698, | 4, dichiara che questi doe divmi olftri powmo dirimpegnatt da una ites&a penooa. Cosl U Pu Union# dtlh Miùiu di Haria Ismacolata aotto Tunica denonütuxionc di «AMàsUnte ecdedaatko· rooie riconoedQti nd sacerdote autodxxato <UH*Ordlncrio del turap a reggere una Sedc FiHale Il dtrpliee uffkio e potetv tnenüoiuto dal Cabre dl Dirttto canonico.

tum cedunt ex *Radiaeslhesiae* consultationibus a clericis peractis circa personarum circumstantias et eventus divinandos, ac prae oculis habitis quae in can. 138 et 139 f l Codicis luris Canonici statuuntur ad clericos religiososque ab lis rebus arcendos quae Ipsorum officium dignltatemque dedeceant aut eorum auctoritati nocere possint, haec quae sequuntur decernit, quin tamen quaestiones sclentiflcas de Radiacsthesia hoc Decreto attingere velit:

Excellentissimis nempe locorum Ordinariis ct Religiosorum Superioribus mandat, ut suis clericis et religiosis districta ratione prohibeant quominus ad illas Radiaestheslae scrutationes unquam procedant, quae supradictas consultationes respiciunt.

Eorumdem Ordinariorum vel Superiorum Religiosorum erit, si Id necessarium vel opportunum duxerint, huiusmodi vetito poenalium sanctionum minas addere.

Quod si quis ex clericis ct religiosis hoc vetitum transgrediens recidivus fiat, vel gravibus incommodis aut scandalo locum dederit, Ordinarii vel Superiores id deferant ad hoc S. Supremum Tribunal.

Datum Romae, cx Aedibus S. Officii, die 26 Martii 1942. loannes Pepe, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

Xdn. R. CARPENTIER in NrT 67 (1840-45) 849-850; J. GRANERE in ΛρoΠ. 15 (1942) 214; A. WILLWOLL-L CREUSEN in PrM 31 (1842) 280-290; REGATILLO n. 51; ME 54 (1942) 58-59 et 55 G&42) 55-58.

1676

1942 APR 8.-SECRETARIA STATUS, NORMAE. PART.·

Normae repetuntur ad efficacius reddendum opus **OFFICII INFORMATIONUM PENES SECRETARIAM STATUS ROMANI PONTIFICIS DURANTE BELLO CONSTITUTI**

L'Ufficio Informazioni presso la Segrcteria di Stato ha fortunatamente potuto, in questi ultimi tempi, comunicare copiose notizie c trasmettere numerosi messaggi di prigionicri ed internati civili, provenienti anche dalle regioni pi(i lontane. Man mano, perô, cne i servizi ordinari postal! si rendono suffidentemente recolari, le richieste ed i messaggi si fanno meno urgenti, e Uf licio, in conformità alla Legge di quella caritâ cristiana che gli ha dato vita, intende conservare le sue possibilité n casi di maggior bisogno. Per questo, al fine di meglio disciplinare le richieste, alio scopo di evitare Taccumularsi di pratfche e segnalazioni, che comportcrcbbero complirazioni non iievi nel iavoro, gli intéressât! sono pregatl di attenersi alie norme seguenti:

1. Inviare tutte le corrispondenze a questo indirizzo: *Offiicio di Informationi presso la Segrcteria di Stato di Sua Santilà-Città del Vaticano.*

2. Scrivcre in maniera molto chiara e précisa, possibilmente a stampatello, gli indirizzi completi tanto dei destinatario che del richicdente.

3. Indicare sempre la paternità, domicilio, luogo di nascita, fronte, Corpo e data dalle ultime notizie dei militare ricercato.

4. Evitare la ripetlzione di richieste e dell'invio di messaggi circa la stessa persona. E' desiderabile che sia limitata ai genitori od ai parenti più prossimi ed alie Autorité ecclcsiastiebe Tinizialiva dclla richiesta.

5. Nell'ulteriore corrispondenza, citare con cura il numero di protocollo dell'Ufficlo Informazioni, che è quelio prcceduto da due zeri (come ad esempio 00223204) oppure la sigla che accompagna la comunicazione (ad esempio E. 34 A.).

6. L'Ufficio dà gih spontaneamente, in ogni comunicazione, tutti I dati cho sono in suo possesso. Quindi si prega di astenersi assolutamente dal richfcdcre ogni ulteriore preclsazione sull'indirizzo, luogo di prigionia dei ricercato.

7. Quando si intenda richiederc nli'Ufficio Informazioni Hnoltro di notizie ni prigionicri ed internati civili, nel caso che ciô fosse necessario, si vedn di non inviare lettere o messaggi che superino le 21 parole. E' prcfcriblle servies! dell'apposlto modulo dell'Ufficio Informazioni.

8. Si rende noto che non d possibile la richiesta di notizie per le Amerlche, salvo In casi di particolare urgenza o grnvith, segnalati sempre con raccomandazione dell'Autorith ecclesiastica diocesana o parrocchiale: anche per questa, è bene che ia richiesta sia trasmessa sull'npposito modulo.

* Perfice munus 17 (1842) 281. Adn. Normae publici iurie fuerunt apud I/Osservatore Romano diei 8 apr. 1942 Similes normas vide supra sub die 1 lan. 1942: LE 1658 relatas.

1677

1942 APR 17.-SC S. OFFICII, DECR. AAS 34 (1942) 149

Decretum de praevia censura librorum pietatis

Supremae huic Sacrae Congregationi Sancti Officii haud infrequenter parvi libri pietatis ac folia precum deferuntur quae, etsi ab erroribus sunt immunia, quaedam tamen continent genuinae pietati Christianae parum congruentia, et insueta cultus seu devotionis genera inducunt non conformia cum Decreto S. Officii, diei 26 Mali 1937, «De novis cultus seu devotionis formis non introducendis· (LE 1386J.

Ut igitur haec vitentur, Ordinarii ad praeviam librorum foliorumque pietatis censuram doctos et prudentes viros deputent, qui in suo obeundo munere nedum doctrinae puritati, sed et sacri cultus gravitati consulant; iidemque Ordinarii licentiam edendi huiusmodi scripta ne concedant nisi maxima adhibita cautela.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 17 Aprilis 1942.—loannes Pepe, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

1678

1942 APR 20.-PIUS XII, LIT. AP. AAS 34 (1942) 219

Consociatio mulierum et puellarum catholicarum **PRO MISSIONIBUS, IN PFAFFENDORF-KOBLENZ DIOECESIS TREVIRENSIS, TITULO «PONTIFICIAE» DECORATUR**

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam.—Decessorum Nostrorum Insistentes vestigiis, quae in orbe catholico sodalicia ob navitatem in religionis rebus provehendis excellere videantur, ea consuevimus peculiaribus titulis privilegiisque locupletare, ut ea christifideles quo maiore fieri potest ardore ad se alliciant. Hoc ducti consilio annuendum censemus precibus Venerabilis Fratris Nostri Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Ostiensis atque Albanensis Episcopi, qui Nos rogat ut ad bonum decusque promovendum Consociationis mulierum pucllarumque catholicarum pro missionibus, quae iam intra Trevirensis dioecesis fines in «Pfaffendorf» prope Confluentes a pia foemina Catharina Schynse valde utiliter constituta est, nunc Consociationem'eandem titulo Pontificiae honestare velimus. Quapropter praesentium Litterarum tenore, apostolica Nostra auctoritate perpetuumque in modum memoratam «Mulierum puellarumque catholicarum pro missionibus Consociationem» titulo *Ponli/iciae* decoramus, cum omnibus iuribus, honoribus privilegiisque quibus ceteri coetus hoc titulo cohonestati utuntur, fruuntur vel uti, frui possunt ac poterunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec benigne largimur, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, enunciataeque Consociationi pro missionibus fovendis nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite indicandum esse ac definiendum, Irrltumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xx mensis Aprilis, an. mcmxxxxii. Pontificatus Nostri quarto.—A. Card. Maglione, *a Secr. Status.*

Adn. F. HÜRTH in PrM 31 (1942) 291-294; L. P. in ME 54 (1942) 76-77; ELIP 65 (1942) 4-5.

1679

1942 APR 30.-SC SACRAMENT., INDÜLT. PART.·

Facultas datur sacerdotibus curae militum addictis missam celebrandi horis postmeridianis, ieiunio eucharistico **MITIGATO**

Preces—*Beatissime Paler,* Archlepiscopus Neo-Eboraccn.. Ordinarius Castrensis pro Statibus Foederatis z\mericae Septentrionalis, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter facultatem postulat permittendi Missae celebrationem horis postmeridianis capcllanis militaribus aliisque sacerdotibus spirituali militum curae addictis, necnon dispensandi a lege ieiunii eucharistici sive sacerdotes Sacrum litantes sive milites ad S. Synaxlm accedentes, attentis temporis belli peculiaribus rerum adiunctls.

Rescr.—*Ex Audientia Ssrhi diei 27 aprilis.* Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XII, audita relatione tnfrascripti Cardinalis Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum Praefecti, attentis praesentis temporis peculiaribus circumstantiis necnon expositis ab Exciho Oratore, Eidem gratiam indulgere benigne dignatus est iuxta preces: dummodo initium Missae ne fiat post horam decimam nonam cum dimidio et quatenus milites nequeant mane S. Missae Sacrificio adsistere; servato ieiunio ante Mis-

sae celebrationem vel S. Communionem per quattuor saltem horns post dbi solidi sumptionem et per unam tantum horam post sumptionem potus, non tamen alcoholici; remoto semper quocumque profanationis, sacrilegii vel irreverentiae periculo ceterisque animae et corporis servatis dispositionibus; contrariis non obstantibus quibuscumque.

Praesentibus valituris *ad tempus actualis belli.*

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disdplina Sacramentorum, die 30 Aprilis, 1912.—D. Cardinalis Jorio, *Praef.* F. Bracci.

* OrticanoCutreui in S. F. A. &, Prct. N. ‡726/42. 5OUSCÂREN II 620. Ada. H. BUGNINIin ELIP 56 (1644) 64-69.

1680

1942 MAI 1.-SC RIT., DECR. AAS 34 (1942) 205-206

Decretum de functionibus pro defunctis

Quum plures locorum Ordinarii ab hac Sacra Rituum Congregatione exquislerint qualiter se gerere debeant quoad functiones funebres quae, praesertim hac tempe-
206 state, a defunctorum propinquis etiam diebus do/minids aut festis de praecepto celebrandae indiscriminatim petuntur; haec porro S. R. Congregatio eosdem vehementer hortatur, ut in huiusmodi functionibus peragendis curent ut omnino serventur praescriptiones quae tum in Rituali Romano (tit VI, cap. I, n. 8 et cap. Ill, η. 18) cum in novis Missalls Rubricis *(Addit, et variat, in Rubr. Miss.,* tit. Ill, n. 4) continentur.

In exsequiis autem, si Missa celebretur, semper —nisi de pauperibus agatur— fiat in cantu, reprobata invalescente praxi eam legendi absque cantu etiam cum funus externam Induit pompam. Quandocumque vero ex rationabili causa funebris functio ritu breviori aut simpliciori agi contingat, ea tamen gravitate ac pietate peragatur, quam non minus reverentia sacrorum quam populi aedificatio requirit

Quod vero ad Missae funebris qualitatem spectat. Missa exsequialis ca dicitur, iuxla novas rubricas *(Addit, et variat.,* 1. c., n. 4), quae fit corpore defuncti physice aut saltem moralltcr praesente. Corpus autem censetur praesens in altero ex immediate sequentibus duobus ab obitu diebus (S. R. C., decreL 3755, § 2); non autem nitra biduum ab obitu (S. R. C., decreL 3767, ad XXVI). Quoties autem praefata Missa a rubricis impeditur, transferri potest in proximiorem diem similiter non impeditum *(Aadit. et vortal.,* L c., n. 4). Si vero Missa impediatur non a rubricis, sed ab alia causa, tunc dicitur opportuniori die post acceptum mortis nuntium *(Addit, et variat.,* L c., n. 6); sed haec Missa, etsi privilegiata, non est tamen exsequialis, Ideoque diebus dominicis aut de praecepto prohibetur. Hoc Igitur in casu dicatur Missa dominicalis aut festiva diei; poterit tamen fieri absolutio ad tumulum, exceptis iis diebus dominicis et festis in quibus Missa exsequialis etiam præsente cadavere prohibetur *(Addit, et variat., L* c., n. 4).

Hoc servandum praecipit S. R. Congregatio, sive agitur de militibus in locis dissitis bello peremptis, quorum mortis nuntius mature ad suos non pervenerit; sive agitur de definitiva aliculas corporis humatione, sive denique —eoque magis— de defunctorum anniversariis propriis vel fundatis, et de similibus casibus.

Datum Romae, die 1 Mail 1942.—C. Card. Salotti, Ep. Praenestinus, *Prae/.* A. Carinci, *Secr.*

Ada. L M. HANSSENS In PiM 31 (1942) 377^82; S. INDELICATO in AρoII. 16 Q943) 26. ELIP 56 (1942) 28; ME 54 (1942) 122-123.

1681

1942 MAI 1.-SC RELIGIOSORUM, FACULT. PART.·

Facultatifs spéculeS tribuuntur delegatis generalibus **O. F. M. IN AMERICA KT ORIENTIS REGIONIBUS CONSISTENTIBUS, PERDURANTE BELLO**

Preces—*Beatissime Paler,* Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter exponit atque Implorat quae sequuntur.

Immani bello invalescente omnino fere impediuntur negotia Ordinis cum Provinciis nostris transoccanicls. Ne, deficiente sollicita vigilantia, detrimentum patiatur nexus unioque spiritualis simul atque disciplina regularis, opportunum placuit Ministro Generali ciusque Definitorio, iuxta Constitutiones Generales n. 541 et n. 542, constituere pro illis territoriis, cum quibus vix vel satis difficulter communicare potest, Delegatos seu Coinmissnrios Generales, unum pro America septentrionali ct centrali, alterum pro America meridionali et insuper augere facultates Delegati Generalis pro Missionibus Sincnsibus et extremi Orientis iam existentis, cum obligatione ut saltem bis in anno accurate mediis opportunis ad Ministrum Generalem ciusque Dcfinitorium de rebus agendis rationem reddant.

Ut autem illarum Provinciarum necessitatibus plenius Ěrovideri queat, Orator, de memorati Definitori! Gcnerals consensu, sequentes facultates pro istis Delegatis implorat, praesentibus tantum perdurantibus rerum adiunctis:

1) Confirmandi omnes electiones canonicas quae confirmatione definitiva Definitori! Generalis indigent.

2) Permittendi ut Guardian! necnon ceteri Superiores locales ad tertium vel etiam ad ulteriorem triennium Immediate in eadem domo instituantur, ob graves causas, non obstante can. 505 C. I. C.

3) Dispensandi pro Superioribus localibus vel aliis officialibus super defectu aetatis et annis religionis, exceptis Superioribus Maioribus.

4) Permittendi commorationem extra claustra ultra sex menses, ex rationabili ac insta causa, servatis de iure servandis.

5) Admittendi ad novitiatum et professionem, sive simplicem sive solemnem, candidatos qui cum proprio Superiore propter distantiam territorii communicare nequeunt, et concedendi istis litteras dimissorias ad ordines suscipiendos.

6) Dispensandi a votis temporariis; et, si casus ferat, ab iisdem votis temporariis professos dimittendi.

7) Peragendi sive per se sive per alios visitationem triennalem et Capitulum celebrandi, quando Minister Generalis Visitatores tempestive providere non potueriL

8) Instituendi Commlssarios Provinciales cum consiliariis, quatenus a respectivis Superioribus Maioribus tempore statuto non fuerint nominati.

9) Permittendi debita contrahenda vel alienationem infra summam triginta millium libellarum, servatis servandis.

10) Permittendi ut petant a Nuntiis vel Delegatis Apostolicis dispensationem votorum solemnlum pro clericis nondum in Maioribus Ordinibus constitutis vel pro fratribus laicis.

11) Permittendi ut petant a Nuntiis vel Delegatis Apostolocis licentiam erigendi domos religiosas vel acceptandi paroecias, servatis servandis. Et Deus etc.

Rescr.—Vigore facultatum a Ssiiio Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, Reviiio P. Ministro Generali benigne commisit ut petitam gratiam pro Suo arbitrio et conscientia iuxta preces concedat, attenta necessitate et pro tempore belli, servatis ceteris de iure servandis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, dic t Mali 1942.—Vine. Card. La Puma, *Praef.* Fr. L. H. Pasetto, *Secr.*

• Procuratori Genor&li O. F. M.: AOFM 61 (1942) 123-124.

1682

1942 MAI 11.-SC RELIGIOSORUM, RESP. PART.·

Qui e seminariis exeunt ad amplectendam vitam **RELIGIOSAM NON TENENTUR DECRETO D. 25 IULII 1941 SS. CC. DE RELIGIOSIS ET DE SEMINARIIS**

Haec S. Congregatio, mature perpenso dubio circa applicationem Decreti S. Congregationis de Religiosis et Seminariorum dici 25 Iulii 1941 [LE 1635), rescribendum consuit prout rescribit: «Decretum non respicere eos qui e seminario vel collegio exeant ad amplectendam vitam perfectionis religiosae in aliquo Instituto Religioso de quibus satis provisum est in can. 544 § 3». Ssrtius Dominus

noster supradictam responsionem approbavit In Audientia habita ab Eїїo Cardinali Praefecto die 11 Mali 1942.

Haec a me communicanda erant cum Paternitate tua, cui interim omnia fausta adprecor a Domino. Paternitati Tuae addihus in Christo.—Fr. I. H. Pasetto, *Secr.*

• Praeposito GcnoraU S. I., Prot. N. 6230/40: PrM 32 (1943) 173: vide etiam BOUSCAREN II 166. Adn. L CREUSEN in PrM 32 (1943) 172-174.

1942 MAI 12.-PIUS XII, MOTU PROP. AAS 34 (1942) 153

SINOULIS SACERDOTIBUS, EUCHARISTICUM SACRIFICIUM CELEBRANTIBUS, ALTARIS PRIVILEGIAT! FACULTAS AD ANNUM TRIBUITUR

PIUS PP. XII

Summo solacio novimus iubilarem Episcopatus Nostri celebrationem filiorum Nostrorum animos ubique gentium ad mirandum prorsus precum concentum excitare, quibus Udem, In tam gravi, quo angimur, rerum discrimine, et communi Patri, et Ecclesiae universae superna a Deo munera impetrare contendant. Perquam acceptum id profecto Nobis obvenit; quandoquidem nihil magis hodie necessarium putamus, quain caelestem opem divinumque auxilium; atque ita testatum cernimus christlfldelium mentes voluntatesque in præsens, si umquam alias, mira quadam consensione incensaque caritate Noblscum arctissime conlungi.

Cupimus autem amplissimam hanc amoris significationem quodammodo rependere, aliquid ex inexhaustis Ecclesiae thesauris impertientes, quod omnibus, ac sacerdotibus potissimum existimamus fore maxime gratum. De Apostolicae igitur plenitudine potestatis, singulis sacerdotibus, rite probatis, personale privilegium concedimus, cuius vi Indulgentiam plenariam possint, Eucharisticum Sacrificium celebrando, uni animae piaculari igne expiandae applicare. Idque a die vigeat xm huius mensis ad diem usque xin mensis Mail, anni mdccccxxxxiii.

Quod quidem firmum ratumque esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xn mensis Mail, anno mdccccxxxxh, Pontificatus Nostri quarto.—Pius Pp. XII.

Adn. I. M. RESTREPO in PrM 31 (1942) 278-278; ELIP 66 (1942) 4.

1684

1942 MAI 19.-S. PAENITENTIARIA, INDULT. ₱ART.

Facultas datur ordinario castrensi benedicendi et erigendi stationes s. viae crucis in oratoriis militum

Under date of May 19, 1942, the Sacred Penitentiary has granted to the Military Vicar the power of blessing and erecting the Way of the Cross, either personally or through others, and to attach the usual indulgences. It is stated specifically in the faculty that this permission may be granted for militry cahapels used by Catholics and non-Catholics alike [LE 1684].

Applications for permission to erect the Way of the Cross may now be made to us directly. With the gran of the faculty in each particular case, we will send a res cript to which will be attached a form for declaration of erection, to be signed and framed and kept in the particular chapel.

The grant of this extraordinary privilege is one more evidence of the loving care of Rome for the spiritual welfare of the American Armed Forces.

• Ordinario Caitrensi in S. F. A. S.: BOUSCAREN II 627.

1685

1942 MAI 20.-SC RELIGIOSORUM, INDULT. PART.·

Facultas datur scapularia et cingula pro tertiariis **SAECULARIBUS S. FRANCISCI COMMUTANDI ALIO PIETATIS OBIECTO, BELLI ADIUNCTIS PERDURANTIBUS**

Preces—*Beatissime Pater,* Superiores Provinciales Ordinis Fratrum Minorum Capucclnorum Europae, cum ob grassantis belli discrimina scapularia et cingula pro Tertiariis saecularibus difficilius in dies obtineri queant, adeo ut alicubi materia pro eorum confectione vix habeatur, ne confusio ac damnum spirituale hac in re exinde suboriantur, ad pedes S. V. provoluti, humiliter Implorant facultatem gestationem scapularis et cinguli Tertiariorum saecularium commutandi alio quocumque pietatis seu devotionis oblecto benedicto indolem franciscanam prout possibile erit praeseferenti, praesentibus rerum adiunctis perdurantibus. Et Deus etc.

Rescr.—Vigore facultatum a Ssmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, audito voto Revnhl P. Pro-Procuratoris Gcn.lis O. F. M. Cap., Revmo P. Ministro Gen.li benigne commisit ut petitam gratiam pro suo arbitrio et conscientia Iuxta preces concedat, perdurantibus praesentibus rerum adiunctis, servatis ceteris de iure servandis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, die 20 Mail 1942.—Vine. Card. La Puma. *Prael.* Fr. L. H. Pasetto, *Secr.*

• Ordini F. M. Cap.. Prot. N. 2761/42: AOMCap. S8 (1942) 87. Adn. ME 54 (1942) 121.

1686

1942 MAI 25.-SC RELIGIOSORUM, RESP. PART.·

DE RELIGIOSORUM ABSENTIA A DOMO OB INFIRMITATIS CAUSAM

Romæ, die 25 Maii 1942

Reverendissime Pater, Haec S. Congregatio, mature perpenso dubio (·] circa necessitatem recurrendi ad S. Sedem ut Religiosi gravibus infirmitatibus afflicti possint degere extra domum propriae religionis, attentis omnibus ad rem facientibus, rescribendum censuit prout rescribit: «Provisum in Canone 606, § 2».

Quae dum praestolor P. T. Revihae, Tibi fausta omnia adprecor a Domino, ac permaneo Eidem Paternitati Tuae Revmae addictissimus.—Fr. L. H. Pasetto, *Secr.*

[·] En textus dubii S. Congregationi praesentali:

Beatissimo Padre, L'umile sottoscritto. Procuratore Generale dei Frati Minori, prostrato al bacio dei S. Piede, umilmente espone e chicde quanto segue:

Da varie Provincie dell'Ordine gli pervengono domande di Induito della S. Sede perché nostn Religiosi, affetti da gravi malattle lunghe, e alie volte incurabili (p. es. tubercolosi, demenza e simili) possano dimorare in Ospcdnll, Sanatori, Manicomi o luoghi simili. Trattandosi di casi di forza mnggiore sembra che non sia necessaria nel caso la dispensa della S. Sede richiesta dal can. 606, § 2. D'altronde per tranquillità di sua coscienza e di molti Religiosi e Superiori, chiede umilmentc se anche negli accennati casi sia necessario Γ Induito Apostolico, affinche i Religiosi possano lecitamcnte essere ricoverati nelle case di cura.—Chc dclla grazia ecc.

♦Procuratori Generali O. F. M.. Prot. N. 2737/42: AOFM 61 (1943) 125. Adn. X. OCHOA in CpR 44 (1965) 324-344; ME 54 (1942) 150

1687

1942 MAI 27.-SC RELIGIOSORUM, INDULT. PART.·

Facultas datur anticipandi matutinum diei sequentis **AB HORA SECUNDA POST MERIDIEM**

Preces—*Beatissime Pater,* Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum, cum consensu sui Ministri Generalis, ad pedes S. V. provolutus, humiliter Indultum implorat, quatenus obligationi chori in toto Ordine nostro satisfieri queat incipiendo Matutinum pro dic sequenti iam ab hora secunda postmeridiana, sive naturali sive legalL

Rationes sunt: 1) quia frequentia chori, deficiente tunc alia occupatione, valde faciutatur; 2) horarium, praesertim in Conventibus studiorum, melius disponi potest; 3) horae serotinae reservari possunt exercitiis spiritualibus vel meditationi. Et Deus etc.

Rescr.—Vigore facultatum a Ssrtio Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, Rcviïio P. Mi·

nlslro Generali benigne commisit ut petitam gratiam pro suo arbitrio et conscientia luxta preces concedat ad quinquennium, servatis ceteris de iure servandis.

Contrariis qulbuscumque non obstantibus.

Datum Romae, die 27 Mali 1942.—Vine. Card. La Puma, *Praef.* Fr. L. H. Pasetto, *Seer.*

♦Ordini Fritrua Minorum. Prot. N. 2838/42: AOFM 61 (1942) 124 Ada. Indultum pluriel doicde renovatum eet, v. gr. die £2 Maii 1947 AOFM 66 (1947) 194 etc.

1688

1942 IÜN 10.-S. PAENIΠENT., RESP. AAS 34(1942) 210

Dubium de facultate altaris privilegiati sacerdotibus concessa in motu proprio «summo solacio»

Sacrae Paenitentiariae Apostolicae dubium, quod sequitur, pro opportuna solutione exhibitum fuit:

•Utrum privilegium personale, in Motu Proprio *Summo solacio,* d.d. 12 mensis Mali vertentis anni (LE 1683], Sacerdotibus concessum, intelligendum sit ad tramitem Declarationis S. Paenitentiariae Apostolicae d. d. 8 Martii 1929 *(Acta Apost. Sedis,* vol. XXI, pag. 168) [LE 886], ita ut Sacerdotes, Sacrum litantes, in quolibet Missae Sacrificio plenariam Indulgentiam lucrari et applicare possint, independenter a Missae applicatione, uni animae, in Purgatorio detentae, ab ipsis ad libitum designatae».

Et Sacra Paenitentiaria Apostolica proposito dubio respondendem censult:

Affirmative.

Facta autem de praemissis relatione Ssmo D. N. Pio div. Prov. Pp. XII ab infrascripto Cardinali Paenitentlario Maiore, in Audientia diei 8 mensis currentis, idem Ssibus Dominus responsum Sacrae Paenitentiariae benigne adprobavit, confirmavit et publici iuris fleri mandavit.

Datum Romae, e Sacra Paenitentiaria Apostolica, die 10 lunii 19-12.—N. Card. Canali, *Parnilenliarius Maior.* S. Lurio, *Regens.*

Ada. ELI? 56 (1942) 34: ME 54 (1942) 100-101.

1689

1942IUN 12.-SC S.OFFICII, DECR. AAS 34 (1942) 200-202

Decretum de quibusdam cautelis adhibendis in causis **MATRIMONIALIBUS IMPOTENTIAE ET INCONSUMMATIONIS**

Qua singulari cura providendum sit et ab Ecclesia provisum fuerit ut in causis matrimonialibus impotentiae et inconsummationis necessitas assequendae iuridicae probationis, etiam quandoque per corporalem coniugum inspectionem, apte semper componatur cum naturali et Christiano pudicitiae sensu, nulla unquam ratione obtundendo, immo, maxime in muliere, sancte fovendo, iam constat ex pluribus huius Supremae S. Congregationis documentis, inter quae meminisse sufficiat duas Instructiones, alteram anno 1858 editam <Pro conficiendo processu super vtri impotentia et non secuta matrimonii consummatione» [C1CF n. 9461, alteram vero anno 1883 datam ad Episcopos rituum orientalium (art. 5, de Impedimento impotentiae) [CICF n. 4901).

In prima ex his Instructionibus facile patere dicitur «quam sancte In omnibus hulusmodl inspectionibus cavendum sit, ne ouldquam agatur quod divinae legi et castitatis virtuti adversetur»; haec autem continua Ecclesiae sollicitudo relata est in Codicem Iuris Canonici, qui cavet ut In causis impotentiae et Inconsummationis matrimonii Inspectio corporalis coniugum flat «nisi ex adlunctls Inutilis evidenter appareat» (can. 1976) atque «servatis plene Christianae modestiae regulis» (can. 1979, 3).

Ut haec iuris praescripta adamussim serventur, Excihi ac Revflil Patres huius Supremae S. Congregationis, rebus fidei et morum tutandis praepositi, In plenario Conventu feriae IV, diei 3 lunii 1942, opportunum duxerunt, quae sequuntur, vel quondam statuta in mentem Ordinariorum revocare, vel novlter praecipere.

1. Examen physicum coniugum, praesertim vero mulieris, utpote inutile, omittitur luxta «*Regulas screandas* 201 In processibus super matrimo/nlo rato et non consummato» editas a S. C. dc disciplina Sacramentorum, die 7 Mail 1923 (LE 513] (art. 86):

a) si consummatio haberi non potuit quia nec tempus nec locus nec modus adfuerunt matrimonii consummandi;

b) si iam constat de mulieris defloratione.

His casibus alii duo addendi sunt, nempe:

c) omitti poterit inspectio si, attenta partium ct testium morall excellentia, ac serio pensatis eorum animi dispositionibus necnon ceteris adminiculis aut argumentis, Ordinarii iudiclo, plenissima Iam habeatur probatio de impotentia vel de Inconsummationc;

d) omittatur mulieris inspectio, si ex Inspectione viri plene constiterit de huius incapacitate ad matrimonium consummandum.

2. Quoties ad necessariam probationem assequendam requiratur coniugum inspectio corporalis, ad inspiciendum virum deputentur periti medici, ad mulierem vero inspiciendam designentur (ad mentem can. 1979, 2) duae mulieres quae laurea doctoral! in arte medica, vel saltem legitimo peritiae in arte obstetricia testimonio praeditae sint.

3. Si vero praefatae mulieres ad inspectionem perficiendam haberi nequeant, tunc licitum erit Ordinario, de consensu mulieris inspiciendae, examen peragendum committere viris, qui tamen non tantum medica arte sint insignes, sed etiam religionis et honestatis laude commendati, moribus atque aetate graves, ab ipso Ordinario vel indicé moniti de Christianae modestiae regulis sancte servandis; quique ad inspectionem ne deveniant nisi adstante honesta matrona ex officio designanda (can. 1979, 3).

4.Si mulier aut inspectionem Ipsam aut vironim operam recuset, abstinendum est ab urgenda inspectione vel ab exigendo virorum interventu; satis tunc erit illam monere de iuridicis suae recusationis consectariis, seu de graviori difficultate vel etiam de probabili Impossibilitate assequendi sui propositi probationem.

5.Peracta per mulieres inspectione, earum orale examen fiat ab ipso Tribunali, semper tamen adstante medico in his rebus vere perito ac honestate claro, qui suas animadversiones et opportunas interrogationes proponere possit.

6.Excussio mulieris, quae est pars In causa, paratis ad normam iuris Interrogationibus eidem proponendis, semper quidem fiat coram Tribunali, *sed a medico,* qui sit religione, moribus, aetate gravis, ab ipso Ordinario deligendus, omni exceptione maior.

7. In exarandis sententiis in huiusmodi processibus, praesertim si hae publici iuris fieri debeant, abstinendum erit a nimia et minuta rerum descriptione: facta vero et rationes exponantur castigatis verbis./ 202

diei 11 lunii 1942, Sibi relata adprobare dignatus est, ac publici iuris fieri et ab omnibus servari iussit, contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus, ceterisque servatis de iure servandis.

Datum Romae, ex Aedibus S. Offici, die 12 lunii 1942.—I. Pepe, *Supr. S. Congr.* S. *Officii Notarius.*

Adn. V. FAG1OLI in M£ 74 (1649) 184-187; S. FRAGHI In Apoll. 15 (1942) 217-218.

1690

1942 IUN 21.-PROP. FIDE, INSTR. AAS 34 (1942) 347-349

In STRUCHO **DE NOVIS PRAEFECTURIS AUT VICARIATIBUS APOSTOIÏCIS AUT DIOECESIBUS CONDENDIS**

Antequam haec S. Congregatio de Propaganda Fide de novis erigendis Missionibus decernat, omnes notitias ad hanc rem spectantes diligenter requirere solet. Ne autem illae in superfluis abundent aut in necessariis deficiant, haec, quae sequuntur, prae oculis habenda erunt.

1.Breviter exponantur quae ad Missionum catholicarum historiam in regione, de qua sermo est, referuntur, et rationes quae suadent novam erectionem.

2. Dentur, *nomen* novae Missionis et *gradus* (Praefecturae, Vlcariatus, Dioecesis); *superficies; confinia* territorii quibus nova Missio contineri debet, et gradus latitudinis et longitudinis intra quos includenda est; *charta* chorographica etiam coloribus distincta, ac, siquidem ha-

bcri possit, typis edita. Quantum fieri potest, curandum erit ut fines novae Missionis ildem sint ac limites civiles vel Status, vel Provinciae, vel Districtus, etc., vel, sl casus ferat, ut secundum tribus determinatas, aut linguas, statuantur. Quamvis enim compertum sit, aliam divinarum, alia humanarum rerum rationem esse, ideoque Ecclesiam in Missionum limitibus constituendis vel immutandis, civiles divisiones sequi non teneri, nihilominus eis aptari non renuendum est, quoties opportunius et commodius sacri ministerii exercitium id requirat.

3. Referantur forma gubemll civilis, divisiones civiles territorii, numerus principalium civitatum regionis; numerus Incolarum corumque stirpes ct linguae: insuper quae spes affulgeat progressus Evangelicac praedicationis inter ipsos.

4. Numerus catholicorum, et utrum fidem et observantiam sanctae religionis practice colant.

5. Quot misslonarii in promptu sint, qui in territorio
348 commorantur;/quam ad gentem pertineant, quas linguas calleant, et ex quo tempore morentur in Missionibus.

6. An et quot adsint sacerdotes indigenae; an convenienter instituti.

7. An In territorio adsint haeretici vel schismatici, et an eorum errores sint valde diffusi.

8. An et quot sint Inibi scholae aliave instituta ab acatholicis erecta.

9. An libere possit per ea loca praedicari et exerceri catholica religio, et quaenam impedimenta forte obstent eius progressui, sive ex parte civilis gubernii, sive ex parte haereticorum aut schismaticorum aut paganorum.

10. An catholici repedantur consociati in aliquibus territorii tractibus, vel contra per totam regionem dispersi inter acatholicos versentur.

11. Qua in urbe vel loco constituenda proponatur residentia Ordinarii; atque utrum et in quo statu adsint inibi Ecclesia et domus, in qua novus praesul commorari debeat.

12. Indicetur numerus et status ecclesiarum et sacellorum, quae in territorio erecta sunt; an sint sacra supellectili Instructa, et utrum, saltem in praecipuis ecclesiis vel sacellis rite asservari possit Ssmum Eucharistiae Sacramentum: an habeant coniunctum presbyterium, aut saltem in iisdem locis conveniens mansio pro sacerdote procurari possiL denique an praedictae ecclesiae reditus habeant, et quos; qua ratione reditus administrentur.

13. Qui reditus Missioni novae assignari possint et quo modo provideri valeat sustentationi Ordinarii ct misslonariorum.

14. An incolae catholici oblationes pro Missione alenda conferre valeant.

15. Utrum obtineri possint subsidia a civili Gubernio ad fabricam ecclesiarum, ad victum sacerdotum et ad dotationem Operum, salva libertate et independentia Ecclesiae.

g} Si loci Ordinarius, menti S. Congregationi inhaerens, statuerit ut ipsius *licentia «nihil obstal»* impetretur antequam parochus matrimonio assistat, parochus ad suam Curiam congruo tempore praevio mittere tenetur omnia documenta praematrimonialia, una cum *exemplari (Instr, Allrg.* V) quod *«status documentorum»* nuncupatur, cum omnibus notitiis in eo requisitis: quod quidem exemplar, cum a sua Curia denuo cum dicta licentia receperit, asservare debet parochus in suo paroeciali archivo; documenta vero asserventur in archivo Curiae. Si loci Ordinarius praestare duxerit ut et exemplaris spedmen in suo archivo asservetur cum documentis, praecipere potest parocho ut *duplex exemplar* mittat.

5. *Si matrimonio parochus* (vel loci Ordinarius) non *assistit,* sacerdos assistens praeditus esse debet, tum pro valida cum pro lldta assistentia, *legitima delegatione ad normam luris (Instr.,* n. 10).

6.*Post matrimonium celebratum,* quamvis parochus eidem non adstiterit, ipse tenetur quantodus illud adnotare *in regesto matrimoniorum* et, sl uterque sponsus est baptizalus In sua paroecia, describere quoque in calce actus baptismi utriusque sprnsl *in renatorum libro.*

Si uterque vel alteruter sit baptizatus in aliena paroecia, praeter descripHonem initi coniugii in suo matrimoniorum regesto, necnon, si alter saltem coniux in sua paroecia sit baptizatus. In renatorum libro, uti supra; parochus quam pnmum *nuncium scriptum* de celebrato coniugio mittere debet ad parochum vel parochos loci collati baptismi, ut hi receptas notitias transcribant in suis baptizatorum libris atque *scriptum nuncium* de peracta transcriptione praestoletur nec acquiescere debet quousque Illum receperit *(Instr.,* n. 11, *b).*

Si concordatario iure id fuerit statutum, intra praefinitum tempus nuncium scriptum de inito matrimonio mittat parochus ad Officialem status civilis ad dviles effectus matrimonii obtinendos; ceteraque expleat quae eodem iure explenda sunt *(Instr.,* ibi, *a).*

I. Praeter adnotatlones in enundatis paroeclalibus libris initi connubll parochus In promptu habebit in suo archivo asservandum *specialem catalogum* (Italice: *cartella)* in quo reponat istos *scriptos nuncios,* ordine chronologico dispositos, de matrimoniis in aliena paroecia contractis, receptos a parochis in quorum paroecia connubia ipsa sunt celebrata.

8. Si quae peculiares difficultates occurrant, praesertim super probatione status liberi nupturientium, parochus consulat loci Ordinarium eIusque pareat mandatis-

CASUS ALTER

Quomodo sese gerere debeat parochus si nupturientes sunt diversae paroeciae eiusdem dioecesis

1. SI, prout de regula, matrimonium coram sponsae parocho celebretur, *sponsi parochus,* congrua congruis aptando, aut marte proprio, aut instante sponso vel sponsae parocho, omnia peragat, quae enunclantur in praecedenti casu, nn. t-5, quod ad sponsum attinet, et collecta documenta quam primum *reda via* mittat ad sponsae parochum *(Instr.,* n. 4, a).

2. SI e contra, iusia causa Intercedente, matrimonium coram sponsi parocho celebretur, eadem, de quibus in praecedenti n. 1, expleat versa vice sponsae parochus *(Instr.,* ibi).

3.*Sponsae parochus,* si prout ex more matrimonio assistit, inquirere debet circa sponsam documentaque omnia colligere iuxta superius dicta in *primo casu,* et postulare sponsi documenta ab istius parocho si eadem mittere moretur.

4. Celebrato matrimonio, praeter ea quae enunciata sunt in *primo* cusu. n. 6, scriptum nuncium de inito coniugio mittere tenetur ad parochum sponsi, si sponsus in eius paroecia sit baptizatus, ut illud adnotet in renatorum libro.

CASUS TERTIUS

Quomodo tete gerere debeant parochi »1 nupturientes sunt divertat dioeceeh et alteruter est eorum subditus

Praeter observantiam eorum, quae enunclantur in *primo* et *allero caiu,* quaeque ad rem (acere videantur, antequam matrimonium in aliena dioecesi celebretur, parochus qui matrimonio non assistit, mittere lubetur tempore congruo ante ipsius celebrationem ad canceliariam suae Curiae omnia documenta praematrimonialia nupturientis sui subditi ut eadem rcmiltat una cum testimonialibus litteris status liberi ipsius ad canceliariam parochi alienae dioecesis, qui matrimonio assistet.

Iste vero parochus connubio assistens, haec alieni subditi documenta a sua Curia recepta adiicict documentis sponsi sui subditi, quae prae manibus habet, et ita simul collecta *omnia praematrimonialia* utriusque sponsi sua vice mittere debet ad canceliariam Curiae sibi propriae una cum *exemplari «status documentorunit* (et quidem in duplici specimine si duplex praeceptum sit), ad impetrandam licentiam *«nihil obslal»;* qua vero impetrata licentia valet ad connubio assistendum procedere.

Documenta omnia praematrimonialia asservari debent in archivo Curiae, quae praefatam licentiam impertivit; *status* vero *documentorum* alterum exemplar (si duplex fuerit imperatum) asservabitur in eiusdem Curiae archivo documentis allegatum, alterum In archivo parochi qui matrimonio adstitit; si unicum exemplar praescriptum sit, asservabitur in praefati parochi archivo.

CASUS QUARTUS

Quid faciendum a parocho, cui Ius est assistendi matrimonio, si nupturientes, sive eiusdem sive diversae dioecesis: nempe dioecesis A aut dioecesis A et B, connublum inire postulent paulo ante statutam celebrationis diem in dioecesi C: puta in aliquo sat celebri sanctuario

1.Iste parochus *«statui documentorum»* suam licentiam *«nihil obstat»* ut matrimonium alibi celebretur adiiciet eundemque *statum* sponsis iismet tradet ut illum consignent parocho in cuius paroecia matrimonium inire constituunt.

2.Ordinarius tamen dioecesis, in qua matrimonium celebrant isti sponsi, qui subditi sui non sunt, statuere potest ut isto casu parochus, in cuius territorio nuptiae meantur, et *suae Curiae licentiam «nihil obstat»* assequatur praeviam: proinde et iste parochus debet *«statum documentorum»* a sponsis receptum cum iam obtenta, uti diximus, licentia a competenti sponsorum Curia propria, ad canceliariam suae Curiae mittere, quae et ipsa suum *«nihil obstat» statui documentorum* scripto apponat, et dumtaxat quum hanc licentiam suae Curiae impetraverit, demum ipse (aut eius delegatus) valet matrimonio assistere.

3. Uti patet, acta seu *documenta praematrimonialia* asservari debent in archivo Curiae sponsorum propriae, quae priorem licentiam dedit; *status* autem *documentorum,* si praecipiatur in duplici exemplari mittendus, asservabitur tum in archivo Curiae sponsorum propriae, tum in archivo parochi qui matrimonio assistet (uti reposuit S. C. de Sacramentis ad Ordinarium T.ÿ. nisi et Ordinarius dioecesis celebrationis matrimonii etiam *alterum* in sua Curia asservandum exemplar istius status praecipere opportunum iudicaverit Quo casu triplex erit exemplar confidendum.

4. Si ecdesla, in qua matrimonium celebratur, paroecialis non sit, praefatus *«status documentorum»* asservabitur in archivo paroeciae in cuius territorio ecclesia ipsa reperitur, el matrimonium initum describetur in eiusdem paroeciae copulatorum regesto.

Nundus autem scriptus de matrimonio contracto ad parochum aut parochos sponsorum loci collati baptismi eorundem, ut in renatorum regesto connublum initum adnotent, uti in *casu primo* t1 6 cautum est, dabitur a parocho In culus territorio nuptiae celebratae sunt.

Quoties vero parochus sponsorum proprius non sit idem ac parochus loci collati baptismi eorundem, etiam ad ipsum nundus scriptus de contracto coniugio mitti debet a parocho in cuius territorio illud initum est: sponsorum parochus vero istum receptum nuncium reponat et custodiat in speciali *catalogo,* de quo in casu *primo* n. 7.

• C. Z.HRBA. Explutatio taatructxxds <S&croeaactam>, Rorni® 1950 p. 53-67. ubi aan datur die· rcxpouiicnum. Eaa tamen inno 1642 tribuo. quasm· nonnulla rerpecia posteriori» «tat tempori». Adn C ZER3A cp. d!.

Facultates quas s. c. pro ecclesia orientali concedere **SOLET ORDINARIIS SIBI SUBIECTIS**

CAPUT I.—Facultate» generale»

1. (Dispensandi el commutandi *vola}* Dispensandi et commutandi vota simplicia in alia pia opera; item dispensandi et

commutandi, ex rationabili causa, super volts privatis Sedi Apostollcae reservatis, quae sunt tantummodo votum perfectae ac perpetuae castitatis et votum Ingrediendi in rcligiooem votorum sollemnium, quae emissa fuerint absolute et post completum decimum octavum aetatis annum.

2. *(Dispensandi super irregularitatibus)* Dispensandi in quibuscumque irregularitatibus, excepta irregularitate fidelium qui in crimen hncresis vel apostasiae inciderint, vel Sacros Ordines ab Episcopis haereticis, schismaticis aut apostatis receperint, el clericorum qui In sacris Ordinibus constituti matrimonium quomodocumque attentaverint, quae Supremae Congregationi S. Officii reservantur, atque insuncr Illis exceptis quae ex blgamla vera vel ex homicidio voluntario proveniunt.

3. *(Commutandi Divinum O/fichim)* · Concedendi ut ob legitimam causam, de qua eius conscientia oneratur, loco Divini Officii rosarium vel alius plus preces recitare possint *.

4. *(Induendi vestes lalcales)* Permittendi suis sacerdotibus ut vestes lalcales Induant si aliter vel transire ad loca eorum curae commissa, vel in eis permanere non possint.

5. *(Dispensandi ab abstinentia et iclunio)* Dispensandi in casibus particularibus, quando expedire videbitur, super esu carnium ovorum et lacticlnlorum tempore ieiunlorum et quadragesimarum, non tamen per generale indultum, sed in casibus particularibus.

6. *(Consecrandi calices, patenas, etc.)* Concedendi uni alterive sacerdoti consecrandi iuxta formam praescriptam calices, patenas et altarium lapides.

7. *(Permittendi opera servilia)* Dispensandi ex congruenti causa fideles, ut servilibus operibus attendere valeant diebus dominicis, exceptis Paschate et Pentecoste, post tamen Missae auditionem, si possit audiri: si vero non possit, recitatis precibus suppletivis.

8. *(Concedendi licentiam legendi libros prohibitos)* Legendi ic retinendi, sub diligenti custodia tamen, ne ad aliorum manus deveniant, ac remoto scandalo, libros ab Apostolica Sede prohibitos; exceptis omnino operibus de obscenis ex professo agentibus; libros vero haeresim vel schisma data opera propugnantes, aut ipsa Religionis fundamenta utcumque evertentes, nonnisi ad effectum eos impugnandi, vel in proprii olOcii honestorumque studiorum subsidium.

Usdem servatis conditionibus aliis hanc facultatem concedendi.

CAPUT Π,—Facultates circa matrimonii sacramentum

9. *(Dispensandi super cognatione spirituali)* Dispensandi ab impedimento cognationis spiritualis praeter quam inter levantem et levatum, baptizantem et baptizatum.

10. *(Dispensandi super publica honestate)* Dispensandi super Impedimento publicae honestatis, iustis ex sponsalibus proveniente.

11. *(Dispensandi super crimine)* Dispensandi super criminis impedimento, neutro tamen conlugum machinante, tam In matrimoniis contractis renovato secreto a partibus consensu, quam in contrahendis, iniuncta in utroque casu gravi poenitentia salutari; nec non restituendi Ius amissum petendi debitum.

12. *(Dispensandi super consanguinitate et affinitate)* Dispensandi In tertio et quarto consanguinitatis et affinitatis gradu simplici et mixto tantum, et In secundo, tertio et quarto mixtis, tam in contractis quam In contrahendis: et etiam, quoad contracta. In secundo solo, dummodo non attingat primum, cum iis qui ab hoeresi, vel schismate, vel infidelitate convertuntur ad fidem catholicam, datis, si una pars tantum convertatur, cautionibus ab Ecclesia praescriptis, et in praefatis casibus prolem susceptam declarandi legitimam.

13. *(Conditiones in dispensationibus)* Hae vero dispensationes matrimoniales, videlicet n. 9, 10, 11, 12, non concedantur nisi cum clausula: «dummodo mulier rapta non fuerit, vd ti rapta fuerit, in potestate raptoris amplius non existât·, et In dispensatione tenor huiusmodi facultatis inseratur, cum expressione temporis ad quod fuerint concessae.

14. *(Dispensandi super affinitate ex copula licita)* Dispensandi catholicos sibi sublectos super Impedimento primi gradus simplicis vel etiam mixti cum secundo affinitatis *ex eopala licita* provenientis in linea collaterali, dummodo iusta ac legitima causa concurrat, in matrimoniis tam contractis quam contrahendis.

15. *(Dispensandi super affinitate ex copula illicita)* Dispensandi, iusta tamen ac legitima concurrente causa catholicos sibi subditos super primo et secundo gradu simplici et mixto affinitatis *ex copula illicita,* sive occulta sive publica provenientis. In linea sive collaterali sive recta, dummodo si de linea recta agatur, nullum sit dubium quod coniux possit este proles ab altero contrahentium genita, in matrimoniis tum contractis quam contrahendis.

16. *(Dispensandi super votis)* Dispensandi —ad effectum tantum matrimonii contrahendi— super voto simplici virginitatis, castitatis perfectae, non nubendi, suscipiendi ordines sacros et amplectendi statum religiosum.

17. *(Cumulandi dispensationes)* Cumulandi dispensationes super Impedimentis matrimonialibus circa quae lidem Ordinario facultas datur, ita ut. uti etiam possit in casibus in quibus duo vel plura simul concurrant ex praedictis impedimentis; nec non concurrente quoque impedimento mixtae religionis, si pro huius dispensatione concedenda facultatem lam obtinuerit; accedentibus tamen iustis iisque gravibus causis, et in urgentioribus casibus pro quibus tempus non suppetat recurrendi ad Sanctam Sedem, et dummodo singulae facultates, sive primitus ab Ordinario obtentae sive el renovatae, adhuc perdurent, et si agatur de facultatibus pro certo casuum numero Laxative eidem concessis, hunc numerum non excedant.

18. *(Sanandi in radice)* Sanandi et convalidandi in radice per se vel per ecclesiasticum virum ad hoc expresse deputandum, matrimonia ob aliquod Impedimentum invalide contracta, dummodo utraque pars In consensu de praesenti perseveret.

Ipse vero dispensans, in hoc munere explendo, declaret se agere nomine Sanctitatis Suae, et tanquam ab Apostolica Sede specialiter delegatum; serio moneat, si matrimonium sit criminose invalidum, de gravissimo patrato scelere, salutares poenitentias imponat, et a censuris allisquc ecclesiasticis poenis ob praemissa quomodolibet Incursis absolvat; simulque declaret ob hanc dispensationem sic concessam et acceptam matrimonium fieri validum ac legitimum, et indissolubile evadere iure divino, prolemcnie sive susceptam sive suscipiendam exinde legitimam habendam esse. Cum autem de matrimonii validitate In foro externo constare debeat. Ordinarius nomina, cum reliquis personarum consuetis indicationibus, in regestis matrimoniorum secretorum describi lubeat, simulque autographum documentum concessionis, communicationis, acceptationis, absolutionis et declarationum ut supra factarum, servetur in Curia Episcopali, et exemplar authenticum sedulo custodiendum tradatur parti cui interest.

In concedenda autem convalidatione vel sanatione in radice, ct quod attinet ad prolis legitimationem prae oculis habeat normas quae in appendice referuntur [’].

19. *(Sanandi in radice matrimonia invalida inter catholi·cum et acalholicum)* Sanandi in radice matrimonia invalide Inita Inter catholicum et acatholicum, pro suo prudenti iudicio et conscientia, dummodo utriusque partis consensus perseveret, et moraliter certum sit partem acatholicam universae prolis *lam natae quam* (·] nascltur ae baptismum catholicum et catholicam educationem non esse impedituram, sive per se sive per alium ecclesiasticum virum ab ipso Ordinario specialiter deputandum, praevia dispensatione super impedimentis luris ecclesiastici quae forte exoritura sint.

Ipse vero dispensans serio moneat partem catholicam de gravissimo patrato scelere, salutares el poenitentias Imponat, et a censuris absolvat, si matrimonium contractum fuit coram ministro acatholico; simulque Ipsi declaret, ob hanc dis-Ijcnsationem ab ea acceptam, matrimonium fieri validum et egitimum, et indissolubile evadere iure divino, et prolem, sive susceptam sive suscipiendam, legitimam habendam esse.

Eidem insuper parti catholicae imponat atque declaret obligationem, qua semper tenetur, implendi conditiones ab Ecclesia praescriptas: videlicet de conversione confugis ad fidem catholicam pro viribus curanda, ac de universa utriusque sexus prole in catholicae religionis sanctitate baptizanda et educanda, non obstante, si forte adsit. legum civilium oppositione.

Cum autem de matrimonii validitate In foro externo constare debeat. Ordinarius nomina, cum reliquis personarum consuetis indicationibus in regestis matrimoniorum secretorum describi lubeat, simulque autographum documentum concessionis, communicationis, acceptationis, absolutionis, et declarationum a parte catholica ut supra factarum, servetur In Curia Episcopali, ct exemplar authenticum eidem parti catholicae sedulo custodiendum tradatur.

Ordinarius, in hac sibi concessa facultate explenda, expressam faciat mentionem Apostollcae delegationis.

20. *(Dispensandi urgente mortis periculo)* Urgente mortis periculo, locorum Ordinarii, ad consulendum conscientiae et, si casus ferat, legitimation! prolis, possunt tum super forma In matrimonii celebratione servanda, tum super omnibus et singulis impedimentis luris ecclesiastici, sive publicis sive occultis, etiam multiplicibus, exceptis impedimentis provenientibus ex sacro presbyteratus ordine et ex affinitate in linea recta, consummato matrimonio, dispensare proprios subditos ubique commorantes ct omnes in proprio territorio actu degentes, remoto scandalo, et. si dispensatio concedatur super cultus disparitate aut mixta religione, praestitis consuetis cautionibus.

21. *(Dispensandi in circumstantiis gravissimis)* Possunt quoque Ordinarii locorum, sub clausulis In praecedenti numero expressis, dispensationem concedere super omnibus impedimentis quae in praecedenti numero memorata sunt, quoties impedimentum detegatur cum lam omnia sunt parata ad nuptias, nec matrimonium, sine probabili gravis mali periculo, differri possit usque dum a Sancta Sede dispensatio obtineatur.

Haec facultas valet quoque pro convalidatione matrimonii iam contracti, si Idem periculum sit in mora nec tempus suppetat recurrendi ad Sanctam Sedem.

1 Facdtatibus quae hoc peculiari signo · afficiuntur, uti valent Ordinarii Uatra pro fidrhbus btini ritus et sacerdotibus latini ritus, qui forte sint a qarcLia Ordinarii Orientalis ritas. quique subsint eorum ordinariae iuvel administraboni.

p Agitur de normis in canonibus x131-1x40 Codicis luris canonici pro latinls sancitis].

p Haec verba expuncta sunt e textu Facultatum, nata certitudo moralis exigitur tantum pro prole aascltura. dum suftki! prombsio seria pro prole iam nata].

CAPUT III.—FacolUtes area alia ^aenmnsu

22. *(Permittendi celebrationem extra ecclesiam)* Permittendi sub sacerdotibus et misslonariis operam dantibus in sua eparthia ut Missam celebrare possint —in casu necessitatis— etiam sine ministro, sub dio et sub terra, loco tamen decenti, et praesentibus haereticis, schismaticis, infidelibus et excommunicatis, si aliter celebrare nequeant; atque ut Missa celebrari queat una hora post mediam noctem.

23. *(Permittendi celebrationem missae in mari)* Concedendi suis presbyteris facultatem celebrandi in navi sacrosanctam Missae sacrificium, durante dumtaxat tempore itineris, dummodo locus, in quo Missa peragenda est, nihil indecens aut indecorum praescierat, mare aut flumen sit adeo tranquillum ut quodeumque e Calice effusionis sacrarum speelerum periculum absit atque sacerdos, si adsit, celebranti presbytero adsistat.

24. (Permittendi tres missas in Xafioitalr Domini) · Permittendi ut in ecclesiis sui territorii tres Missae statim post mediam noctem Nativitatis Domini celebrari possint, cum potestate administrandi fidelibus sacram Communionem, cauto tamen ut omnia debita reverentia fiant.

25. *(Deferendi Ssifium occulte)* Deferendi Sanctissimum Sacramentum occulte ad infirmos, sine lumine, illudque sine eodem retinendi pro iisdem infirmis, loco tamen decenti, si ab haereticis aut infidelibus sit periculum sacniegii.

26. *(Dispensandi super ieiunio eucharistico)* Concedendi infirmis decumbentibus, de quibus certa spes non adest ut dto convalescant, etiam ante plenum mensem a quo decumbunt, ut sacram Communionem sumere possint bis vel 1er in hebdomada. etsi aliquam medicinam vel aliquid per modum potus sumpserinL

Eamdem concessionem facere etiam cotidie sacerdotibus vel religiosis sive viris sire mulieribus, etsi antea aliquam medicinam vel aliquid per modum potus sumpserint, ad sacram Communionem recipiendam, non autem ad Missae celebrationem.

27. */Conficiendi olea sacra)* · Conficiendi olea sacra cum sacerdotibus quos potuerit habere: et si necessitas urgeat, etiam extra diem Coenae Domini.

28. *(Dispensandi super defectu aetatis)* Dispensandi super defectu aetatis unius anni ob operariorum penuriam, ut promoveri possint ad sacerdotium, sl alias Idonei sint, et dimidiam partem quarti anni cursus theologici rite absolverint.

29. */Conferendi ordines* exfra *tempus et sine Interstitiis)* Conferendi ordines minores omnes simul, etiam cum prima tonsura, lusta de rausa.

Conferendi omnes sacros ordines, etiam maiores, extra tempora et non servatis interstitiis, usque ad presbyteratum inclusive, dummodo necessitas sacerdotum ibi urgeat et dummodo ordinum collatio flat diebus dominicis aut festis de praecepto.

CAPUT IV.—Facultates circa mdulgeotias

(Ex commissione habita a S. PoenUentlaria Apaslolica)

30. *(Largiendi ter indulgentiam plenariam)* Largiendi 1er in anno, occasione sacrorum sollemnium. Indulgentiam plenariam ehrhtifldelibus qui, confessi ac sacra Communione refecti. aliquam ecclesiam vel publicum aut, pro legitime utentibus, semipublicum oratorium visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis preces fuderint.

31. *(Canted.* Indui?, *plen. In actu visitationis)* Concedendi Indulgentiam plenariam In actu visitationis paroeciae, suetis conditionibus lucrandam.

32. fImpertiendi Bcnrd letIonem *Aposlolieam)* Impertiendi Benedictionem Apostolicam. servatis de lare servandis, 1er in anno, in magnis sollemnitatibus, cum indulgentia plenaria, appUcabili quoque animabus In purgatorio detentis, ab lis acquirenda qui, confess! ac S. Communione refecti, praefatam Benedictionem devote acceperint et ad mentem Summi Pontificis aliquam precem fuderint.

33. Concedendi indulgentiam plenariam, suetis conditionibus, primo convenis ab haeres! et ad sinum Catholicae Eccledae redeuntibus.

31. *(Concedendi Indulgentiam plenariam* in articulo mortis) Impertiendi christiftdelibus In articulo ⁕morti constitutis, secundum formam a probati» Hturgicis libris traditam, benedictionem apostoticam cum Indulgentia plenaria, lucranda ab iisdem fidelibus qui. confessi uc X Communione retecti vel, « Id tacere nequiverint, saltem con'riti, sanctissimum lesu Notato ure si potuerint, sin minus corde, devote Invocaverint et mortem, tanquatn peccati stipendium» de manu Domini patienter susceperint.

35. /Concedendi *Indulgentiam plenariam indie* Con/irmaflonls) Concedendi indulgentiam plenariam die S. Confirmatioηi», omnlbas qui «aeramentum receperint et Illis, qui sacrae tnnctlonl adstIterint, suetis conditionibus servatis.

36 (Concedendi indulpenliam *plenariam in* die primae Comm an fanis) Concedendi indulgentiam plenariam die primae CnmmaTitoni». omnibus que prima vice Pune Coelesti se refecerint, et ehristifldrllbus omnibus, qui. suetis conditionibus podiis, adslitrrmt sacrae functioni.

37. (Concedendi *Indulgentiam plenariam* in *oratione aua draginia horarum;* · Concedendi ter In anno, indulgentiam plenariam in oratione quadraginta horarum indicenda diebus Ordinariis bene vids, curistlhdeilbu» confessis et sacra Communione refectis, si tamen ex concursu populi et expositione Sanctissimi Sacramenti nulla probabllfs suspicio sit sacrilegii ab hcreticis et infidelibus, aut offensionis n magistratibus.

38. *(Erigendi Viam Crucis)* Benedicendi rt erigendi sive per se, sive per alium presbyterum ad id specialiter deputandum, pium exercitium *Viae Crucis,* in locis suae iurisdfctlonl sublectis, ubi non adsint Religiosi Frnnciscales, cum applicatione Indulgentiarum, quae huiusmodi exercitium peragentibus a Summis Pontificibus Impertitae sunt; dato tamen decreto in singulis casibus pro unaquaque stationum erectione, sub poena nullitatis.

39. *(Applicandi crucifixis indulgentias Viae Crucis)* Benedicendi, unico crucis signo (gratis quocumque titulo), cruces cum simulacro cx metallo, ebore, ligno aliave huiusmodi non fragili materia, imaginem Domini Nostri lesu Christi cruci affixi referente, eisdemque applicandi omnes sacrae Viae Crucis Indulgentias pro infirmis, navigantibus, carceribus detentis, in partibus infidelium commorantibus nllisque a visitandis eiusdem Viae Crucis stationibus legitime impeditis; dummodo, ad normam Decretorum «Urbis et Orbis» diei 16 Septembris 1859 et Sacrae Paenitentiariae dici I I decembris 1917, 25 martil 1931 et 20 octobris 1931, crucifixum ad hoc benedictum manu tenentes recitent, saltem corde contrito cum pia recordatione Passionis Domini, viginti *Pater, Aoe* et *Gloria,* unum nempe pro qualibet statione, quinque in memoriam sacrorum Vulnerum D. N. I. C. ac unum iuxta mentem Summi Pontificis; aut, si agatur de infirmis, qui ob suae infirmitatis seu naturam seu gravitatem nec horum viginti *Paler, Ave* et *Gloria* recitationem absque gravi incommodo aut difficultate peragere valeant, crucifixum ut supra benedictum, eis a sacerdote vel ab aha persona exhibitum, cum affectu et animo contrito osculentur vel etiam tantum intueantur, brevem insimul, si possint, aliquam orationem vel precem iaculatoriam In memoriam Passionis et Mortis Domini recitando.

40. */Erigendi Confraternitates)* Erigendi in locis suae iurisdictioni sublectis, exceptis locis ubi adsint Regulares ex privilegio sui Ordinis eiusmodi facultate gaudentes, omnes Confraternitates a S. Sede approbatas. Confraternitatc Ssmi Hosarii excepta; iisque adsenhendi utriusque sexus Christifideles, dummodo sint praesentes in loco adseriptionis, eorumque nomina In albo relativae Confraternitatis recenseantur; necnon benedicendi Coronas et Scapularia earumdera Sodalitatum propria, eaque fidelibus imponendi» cum applicatione omnium et singularum Indulgentiarum et Privilegiorum, quae Summi Pontifices memoratis Confrnternitatlbus impertiti sunt.

41. *(Benedicendi et imponendi 5 scapularia sub unica formula)* Exceptis locis ubi adsunt Regulares ex privilegio sui Ordinis eiusmodi facultate gaudentes, adseribendi christifideles Confratemitatibus Ssihae *Trinitatis, D. Alariae Virginis de Monte Carmelo* et *Septem Dolorum* eiusdem B. M- V. ac benedicendi coronas et scapularia earumdem Confraternitatum propria, pariterque benedicendi scapularia *Passionis D.* N. *J. C.* et *Immaculatae Conceptionis B. Ai. V~,* eaque fidelibus Imponendi cum applicatione omnium et singularum Indulgentiarum et Privilegiorum, quae Summi Pontifices memoratis Confraternitatibus et fidelibus praedicta scapularia suscipientibus et Restantibus impertiti sunt, dummodo non adseribantur nisi fideles qui praesentes sint in loco adseriptionis; addita etiam potestate adhibendi, quoad benedictionem et impositionem eorumdem scapularium, unicam formulam a Sancta Sede approbatam, quae In fine refertur (·]-

42. *(Benedicendi coronas, rosaria, etc.)* Benedicendi unico Crucis signo Coronas, Rosaria, Cruces, Crucifixos, parvas Statuas ac Numismata, eisque applicandi Indulgentias a Sanctitate Sua concessas ⁕, ut in elencho qui In appendice invenitur, nec non applicandi Coronis precatorils Indulgentias a S. Birgitta nuncupatas, quae parlier In fine reperiuntur.

•IX *(Applicandi indulgentiam quingentorum dierum coronis)* Benedicendi, unico Crucis signo, Coronas eisque adnectendi Indulgentiam quingentorum dierum, defunctis quoque applicabilem, a ChrisUfldelibus lucrandam quoties aliquam ex eisdem Coronis manu gerentes. Orationem Dominicam vel Angelicam Salutationem devolo recitaverint; dummodo tamen Coronae ita benedicendae iuxta typum Coronarum Ssiiii Rosarii B. M. V. confertae sint.

44. *(Applicandi Indulgentiam plenariam crucifixis pro moribundis)* Benedicendi unieo Crucis signo. Crucifixos cx metallo aliave solida materia confectos, eisque applicandi plenariam Indulgentiam α quocumque christifldeli lucrandam, qui in mortis articulo constitutus, aliquem ex huiusmodi Crucifixis, etiamsi ad cum non pertineat, osculatus fuerit, vel quomodocumque tetigerit; dummodo confessus ac S. Communione refectus, vel si id tacere nequiverit, saltem contritus, Sanctissimum lesu Nomen, ore si potuerit, sin minus corde, devote invocaverit, et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienter susceperit.

45. *(Concedendi indulgenliam plenariam iis nui vacant exercitiis spiritualibus)* Concedendi sive per se si^e η^Γαiioχ Indulgentiam plenariam ab lis lucrandam, qui spintualibus exercitiis saltem per triduum intearum ,vacaverint sueti conditionibus «ersatis. ncase-

] . *(Concedendi Indulgentiam plenariam in fine missionis)* Impertiendi vel per se vel per Patres Missionaries okv nlbus ac singulis utriusque sexus ChrisUndelibu», nui wiritunUbus exercitiis seu sacris . missionibus, ultra interfuerint, et benedictioni cum Cruce, in Tine concionis impertiendae, vere poenitentek confitear X™ Communione refecti, adstlterinl, atque Ecclesiam In qua ?o™

P Vide prasdrcura form ibra aped AAS 25 (im»i yivt.o. Π p ,,,,1 (· .Unur lodtdrnüii Aposfnbm). ILE ,,,75)

dones huiusmodi habebuntur devoto visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces effuderint pro Sindae Fidei propagatione et ad mentem Sanctitatis Suae, Aoostoiicam Benedictionem cum Plenaria Indulgentia, applicabili quoque per modum suffragii animabus in purgatorio detentis.

47. *(indultum personale altaris privilégiait)* Indultum personale perpetuum nitaris privilégiât!, quater in hebdomada. dummodo Intuitu huius privilegii nihil omnino, praeter consuetam eleemosynam, percipiatur.

CAPUT V.—Facultates pro foro interno
(Ex Sacra Poenllentiarla Apostolica)

48. *(Absolvendi a censuris)* Absolvendi in foro conscientiae ab omnibus censuris Apostolicae Sedi sive simpliciter sive speciali modo reservatis, exceptis censuris specialissimo modo reservatis Sanctae Sedi.

In casibus urgentiorlbus, si nempe censurae latae sententiae exterius servari nequeant sine periculo gravis scandali vel infamiae, aut sl durum sit poenitenti in statu gravis peccati permanere per tempus necessarium ut Superior competens provideat, tunc quilibet confcssarius in foro sacramcntnli ab eisdem, quoquo modo reservatis, absolvere potest, iniuncto onere recurrendi, sub poena reincidcntine, intra mensem, saltem per epistolam et per confessorium, si id fieri possit sine gravi incommodo, reticito nomine, ad S. Pocnitentiariam vel ad Superiorem hac facultate praeditum et standi eius mandatu.

49. *(Dispensandi super impedimento criminis)* Dispensandi super occulto criminis impedimento, neutro tamen coniugum machinante, tum in matrimoniis contractis, renovato secreto a partibus consensu, tum in contrahendis, iniuncta in utroque casu gravi poenitentia salutari —Restituendi Ius amissum petendi debitum.

50. *(Dispensandi a beneficio dimittendo)* Dispensandi In foro conscientiae, sanando titulum, bencficlatos a dimittendo beneficio, invalide suscepto ob occultum simonlae crimen, si beneficium fuerit paroeciale et praesto non sint alii sacerdotes qui ipsi praefici possint; necnon condonandi fructus invalide perceptos partialiter vel totaliter, iuxta diversas casus circumstantias. imposita poenitentia salutari et aliqua eleemosyna, prudenti sui iudicio. operibus piis vel pauperibus eroganda.

Adxotanda.—1. Ordinarius recensitis facultatibus pro foro conscientiae, etiam extra sacramcntalem confessionem, intra fines suae iurisdictionis. et cum suis subditis etiam extra, uti valebit, quavis exclusa mercede et facta mentione aposlolicae delegationis.

2. Ordinarius insuper praedictas facultates, omnes vel nonnullas, pro casibus particularibus vel habitualiter, sacerdotibus idoneis suae Ecclesiae subdelegare poterit, in sacramentall confessione dumtaxat ab ipsis exercendas.

CAPUT VI.—Facultates pro ipso Ordinario

51. *(Lucrandi sibi indulgentias)* Lucrandi indulgentias quas aliis, vi facultatum sibi concessarum, impertiendas consuerit, impletis tumen conditionibus.

52. *(Utendi pro se facultatibus quas concesserit)* Utendi Ipse personaliter. In iisdem tamen adiunctis, facultatibus seu permissionibus, quas concedendas esse censuerit, intra limites in singulis articulis expressos.

53. *(Asservandi Ssrtium)* Asservandi in sacello domus stabUls suae residentiac Ssrhum Eucharistiae Sacramentum, ea lege ut omnino diligenter custodiatur et secluso quovis periculo profanationis, ab Infidelibus vel haereticis alllsquc omnibus plene servatis iuxta liturgicas leges.

CAPUT VII.—Animadversionei

54. *(Subdelegandi facultas)* Facultates caracterem episcopalem non requirentes. Ordinarius suis sacerdotibus subdelegare potest, pro sua prudentia ct iudicio.

55. *(De usu facultatum)* Facultatibus omnibus supradlctis Ordinarius sive per se sive per alios uti tantum valet infra limites suae iurisdictionis.

Eas gratis et sine ulla mercede exerceat, factaque semper mentione Apostoilcae delegationis.

56. *(De relatione ad Sacram Congregationem mittenda)* Ordinarius in fine cuiuslibet anni referat ad Sacram Congregationem de numero ct specie dispensationum super impedimentis matrimonialibus quas, vigore harum facultatum, ipse elargitus fuerit.

57. *(De expiratlone facultatum^ earumque temporanea validitate)* Quod si forte, ex oblivione vel inadvertentia ultra tempus praefinitum, his facultatibus Odinarium uti continuat. absolutiones, dispensationes, concessiones omnes exinde impertitae uti ratae atque validae habeantur. Insuper datis ab Ordinario precibus pro renovatione seu prorogatione earum facultatum, ipsae in suo robore perseverare censeantur, usque dura responsum huius Sacrae Congregationis ad eumdem Ordinarium pervenerit.

Hae facultates ad - - - - ..... valiturae.

Specimen.—Praxis s. paenitentiariae

I. Absolvendi quoscumquc poenitentes (exceptis haereticis haeresim inter fideles e proposito disseminantibus) a quibusvis censuris ct poenis ecclesiasticis ob haereses tam nemine audiente quam coram aliis extematas incursis, postquam tamen poenitens magistros ex professo haercticalis doctrinae, si quos noverit, nc personas ecclesiasticas et religiosas, si quas hac In re complices habuerit, prout de Iure, denunciaverit; et quatenus ob iustns causas huiusmodi denunclatio ante absolutionem peragi nequeat, facta ab eo seria promissione denunclutloncm ipsam peragendi cum primum et cpio meliori modo fieri poterit, ct postquam in singulis casibus haereses coram absolvente secreto abiurnverit; iniuncta pro modo excessuum gravi poenitentia salutari cum frequentia sacramentorum, et obligatione se retractandi apud personas coram quibus haereses manifestavit, atque illata scandala reparandi.

II. /Kbsolvcndi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui libros apostatarum, haereticorum aut schismaticorum, apostasiam, haeresim aut schisma propugnantes, aliosve per Apostolicas Litteras nominatim prohibitos defenderint aut scienter sine debita licentia legerint vel retinuerint; iniuncta congrua poenitentia salutari ac firma obligatione supradictos libros, quantum fieri poterit, ante absolutionem, destruendi vel Ordinario aut confcssario tradendi.

III. Absolvendi a censuris eos qui impediverint directe vel indirecte exercitium iurisdictionis ecclesiasticae sive interni sive externi fori, ad hoc recurrentes ad quamlibet laicalem potestatem.

IV. Absolvendi a censuris da poenis ecclesiasticis circa duellum statutis, m casibus dumtaxat ad forum externum non deductis; iniuncta gravi poenitentia salutari et aliis iniunctis, quae fuerint de iure iniungenda.

V. Absolvendi α censuris et poenis ecclesiasticis eos qui nomen dederint sectae massonicae aliisque eiusdem generis associationibus quae contra Ecclesiam vel legitimas civiles potestates machinantur; ita tamen ut a respectiva secta vel associatione omnino se separent eamque abjurent; denunclent, iuxta can. 2336 § 2, personas ecclesiasticas et religiosas, si quas eidem adscrlptas noverint; libros, manuscripta ac signa eamdem respicientia, si qua retineant, in manus absolventis tradant, ad S. Officium quamprimum caute transmittenda aut saltem, si (ustae gravesque causae Id postulent, destruenda; iniuncta pro modo culparum gravi poenitentia salutari cum frequentatione sacramentalis confessionis et obligatione illata scandala reparandi.

VI. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui clausuram Regularium utriusque sexus sine legitima licentia ingressi fuerint, necnon qui eos introduxerint vel admiserint; dummodo tamen id factum non fuerit ad finem utcumque graviter criminosum, etiam effectu non secuto, nec ad externum forum deductum; congrua pro modo culpae poenitentia salutari iniuncta.

VII. Dispensandi ad petendum debitum coniugale cum transgressore voti castitatis perfectae et perpetuae, privathn post completum XVIII aetatis annum emissi, qui matrimonium cum dicto voto contraxerit, huiusmodi poenitentem monendo, ipsum ad idem votum servandum teneri tam extra licitum matrimonii usum quam si conlugl supervixerit.

VIII. Dispensandi super occulto criminis impedimento, dummodo sit absque ulla machinatione, et agatur de matrimonio iam contracto; monitis putatis coniugibus de necessaria consensus secreta renovatione, ac Iniuncta gravi et diuturna poenitentia salutari.

Item dispensandi super eodem occulto Impedimento, dummodo pariter sit absque ulla machinatione, etiam in matrimoniis contrahendis, iniuncta gravi et diuturna poenitentia salutari.

IX. Dispensandi ab irregularitate cx homicidio voluntario aut abortu, de qua in can. 985 £ 4, sed ad hoc dumtaxat ut poenitens ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exercere queat; iniuncto eidem poenitenti onere intra mensem, saltem per epistolam, per alium vel per se. reticito nomine, docendo de omnibus casus circumstantiis, et praesertim quoties delictum patraverit, ad S. P. recurrendi ct standi eius mandatis, sub poena suspensionis u divinis ipso facto incurrendae.

♦ E foliis eiusdem S. C. oro Ecclesia Oriental!

1728

1943 IAN 25.-SC CONCILII, LIT. CIRC. PART.·

Circa tutelam aedium operumque artis sacrae
IX ITALIA, DURANTE BELLO

Roma, 25 Gennalo 1943

EcccUenza Rererendiuinia, Attese le eccezionali clrcostanze dei momento occorre prendere con la maggiore sollecitudine prowedimenti adeguali per salvaguardare, nei limit! dei possibile, le chiese e gli aitri édifie! ecclesiastici e religiosi, nonchè le opere d'arte in essi contenute, le quali costitoiscono cosi importante patrimonio storico o artlstico, spesso dl ineslimabile valoir e destinato ad assicurare 1'eserdzio dei sacro ministère ed ii decoro dei culto catlolico.

A tai fine prego 1'Eccelienza Vostra Reverendissima affinchè, con fo zelo che La distingue, voglia impartira a tutti I parroci e rettori dl chiese, anche religiose, ed agli altri enti intéressât!, opportune disposlzioni per 1'esecuzione d! quanto segue:

1. Prowedcre alla migllor tutela possibile dei predetti edlflcl, con speciale rigaardo a quelil di importanza storica o artistlca, e perciô, ira l'altro, sgombrare sollecitamente dalle materie combustlbill, che potrebbero aggravare ed estendere eventual! Incendi, le soffitte ed I ripostlgli situât! nelle parti pia elevate ed esposle degli edifici medeslmi, o comunque ad essi adiacenti. Per rimuovere tempestivamente tali materie, anche se per la loro utilitâ mentino di essere conservate, possono prendersi accordi con la R. Soprintendcnza ai Monumenti, che ha già ricevuto superiori islruzloni In proposito;

2. Stabilire prevle intese con la medesima R. Soprintendenza anche per asslcurare, in casi d'incendlo o dl aitro grave danno, un pronto ed efficace servizio di primo Intervento, precisando in tempo auale concorso I detli parroci e rettori di chiese debbano dare con personale proprio alie squadre di soccorso, o coadiuvandole neJTopera materiale, o almeno facendole assistere per fomire pratiche indicazioni sulla disposlzione degli ambienti e passaggi interni degli edifici stessi, necessarie a rendere pîù spedlta, nei momento dei pcrlcolo o del danno, 1'azione dei soccorsL

3. Far proteggere, ad opera della R. Soprintendenza alie Gallerie, le statue, i bassorillevi, gli affreschl e gli altri oggetti di pregio storico o artIs1lco che non possano essere rimossl.

4. Rimuovere temporancamente, d'accordo con il R. Soprintendente alie Gallerie, tutte quelle opere (tavole, paramenti, vasi sacri, clmeli, ecc.) di valore storico o artistlco, che non convcnga lusciore esposte a eventual! danni e che d'altronde non siano indispensablll per 11 momento all'esercizlo del culto. Alcune di tali opere probabilmente sono giA state trasportate in luoghi plù sicuri; convlene ora riesaminare quali altre debbano essere rimossc e collocate in ambienti chc offrano maggiore sicurczza, preferibilmentc nei Museo dlocesano o in altri edificl ecclesiastici.

3. Ove ciô non risultl possibile, e sia necessario affldare ai RH. Soprintcndentl o a loro incaricati 11 trasferimcnto e la custodia di dette opere, I rispeltlvl enti ecclesiastici o religiosi se ne faranno rilasciare regolari verbali dl conscgna, con l'indicazione dello stato attuale dei slngoll oggetti, mero, nei casi plù urgenti, almeno una ricevuti prowisoria. da complétant non appena sarù possibile.

G. L'eventuale conscgna dl opere d'arte sacra o dl aitro materiale al RR. Soprintendenti o a loro incaricati non es'me I rappresentanti degli enti religiosi da ogni loro responsabilité, nè dalla necessaria vigilanza nelle oprnulnni, da fani con le dovute cautele, dl rimozlone, d'lmbaUagglo e di trasferimento. Essi pertanto debbono Accertani che I luoghi e le modnllia del ricovcro dl quanto oppartiene al proprio ente corrispondano alio scopo, sia per Ia buona conservazlone degli oggetti, sia per la slcurczza contre eventual! dannl o furti.

7. In occasione di eventual! incursioni e conscguenti danni sarà dovere dei parroci e rettori di chiese, anche religiose, di assistere alie opcrazioni di sgombro delie rovine per il ricupero di oggetti sacri e di aitro materiale, onde siano evitati ulteriori deterioramenti, trasferimenti o dispersioni.

8. La Commissione diocesana per l'arte sacra, coadiuvata, ove occorra, da altre persone competenti e di fiducia dell'EcceUenza Vostra, dovrà esplicare opera di vigilanza nonchè di assistenza agli enti ecclesiastici e religiosi, agevolandoli nei loro compito.

9. Totte le spese per le suddette opere di difesa, di remozione, di trasferimcnto e di custodia delie opere d'arte come pure quelle dei loro ricollocamento nella propria sede, sono assunte dallo Stato ai sensi dell'unita Circolare n. 157, dei 29 dicembre 1942, emanata dal .Ministère deli'Educazione Nazionale.

Data l'importanza del fine, a cui si ispirano queste norme, che è appunto la tutela e conservazlone de! patrimonio specialmente di pregio storico o artistico di cotesta Diocesi, sono sicuro che l'Eccellenza Vostra si impegnarà con ogni sollecitudine affinchè le medesime abbiano la plù fedele esecuzione.

Con sensi, intanto, dl ben distinta stima mi confermo dell'Eccellenza Vostra Revma affmo come fratello.— F. Card. Marsiaqgi, *Prefetlo. G.* Bruno, *Segretario.*

• Ordinariis Italiae. Prof. N. 288/43 : ME 55 (1943) 9-11.

1729

1943 IAN 25.-COM. INTP., RESP. AAS 35 (1943) 58

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

1—De delegato episcopali quoad siatrimonia. 2—De **CURATORE DEMENTIS**

Etfii Patres Pontiflcae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae seouuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I.—De delegato episcopali quoad matrimonia

D. An Delegato episcopali, cui conceditur facultas delegata ad universitatem negotiorum iuxta canonem 199 f 1, hoc ipso concessa Intelligatur vel saltem concedi possit delegatio generalis ad assistendum matrimoniis, attento canone 1096 (1.

R. Ne^a/lrc.

2.—De curatore dementis

D. I. Utram vi canonis 1651 J 1 et § 2 ad curatorem dandum ils, qui rationis usu destituti vel minus firmae mentis sunt, requiratur regulare iudicium. an sufficiat decretum Ordinarii, praevia eiusdem prudenti inquisitione.

II. Utrum denuntiatio citationis et communicatio sententiae, dc quibus in canonibus 1712 et 1877, fleri debeant ipsi rationis usu destituto aut mente infirmo, an eorumdem curatori legitime constituto.

R. Ad I el II: xVegafiw ad primam partem, *altirmailoe* ad secandam.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 25 mensis lanuarii, anno 1943.—Card. M. Massimi, Praeses. I. Bruno, *Secretorius.*

Adn. Ph. AGUIRRE in PrM 32 (1&43) 2S2-2S6·. E. BERGH in NrT *B'I* (1940-45) 1105-1106; REGA7TLLO n. 554.734; ME 55 (1M31 21-àï 155-157. J

1730

1943 IAN 26.-SC S. OFFICII, DECR. AAS 35 (1943) 25

Proscriptio libri ab stephanos Johannes conscripti

Feria IV, die 20 ianuarii 2943

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revrtd Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur;

Stephanos Johannes, *Christliche Einheit im Zeichen des Kreuzes.*

Et sequenti feria V, die 21 eiusdem mensis et anni, Ssrtius D. N. Pius divina Providentia Papa XII, in solita audientia Excmo ac Reviïio D. Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 26 ianuarii 1943.—Ioannes Pepe, *Supr. S. Congr. Sancti Offlcil Notarius.*

1731

1943 FEB 2.-SC SACRAMENTORUM, RESP. PART.·

Solvuntur dubia circa iusiurandum sponsorum, licentiam **MATRIMONIIS ADSISTENDI, NOTIFICATIONEM ET ADNOTATIONEM CELEBRATI MATRIMONII IN ITALIA**

2 febbraio 1943

1.® Dubbio. Alcuni parroci temono, che venga mcnomato il valore dei giuramento, se uno sposo che ha già deposto sotto giuramento per lo stato libero nell'esamc dello sposo (Mod. I) [x] debba ripetere (Mod. IV) la medesima cosa nei casi quando si rende necessario ii giuramento suppletorio. Domandano, se non sia sufficiente il giuramento prestato colTesame, facendo presente in quell'occasione il monito contenuto nelTAllegatum IV, salvo di procedere in casi speciali come è previsto per il giudice nei can. 1768.

Risposta. *II giuramento degli sposi nelVesame è* generico, *riguarda cioè tutte le risposte in esso contenait; quelio suppletorio inueee è* specifico *e riguarda ia sola libertà di stato separatamente. Questo d'altronde è obbligaliorio soltanto quando la prova legale dello stato libero non è sufficiente. E ciô puô spiegarsi a chi deue preslarlo.*

2.® Dubbio.—Se il Mod. XIII delTIstruzione 1-7-1929 è sostituito daU'rVllegatum V?

Risposta. *Al/irmative.*

3.® Dubbio.—Quando il parroco coli'Allegatum V dà la licenza per aitro parroco *entra la diocesi,* il quale deve conservarlo nell'archivio (Istr. 4, a):

1)è necessario inviargli anche gll altri documenti ecclesiastici il cui sunto già rlsulta dall'Allegatum V?;

2)possono essere conservati dal parroco proprio, che dà la licenza?

Risposta. *Negative* alla prima parte; *al/irmative* alla seconda parte.

4.® Dubbio.—1) Se il parroco assistente al matrimonio fuori della parrocchia propria degli sposi è obbligato a notificare al parroco, che ha dato la licenza, il matrimonio contralto, quando il battesimo ad ambedue gli sposi non è stato conterito (risp. annotato) in quella parrocchia, che ora è per essi la parrocchia propria?; e

2) se il parroco proprio è obbligato ad annotarlo nei libro dei matrimoni come era prescritto in questa regione sotto ΓAustria?

Risposta. *Affirmative* alla prima parte; *negative* alla seconda.

Nota. In quanto all'annotazione del battesimo la S. Congregazione ha rescritto:

Si insista perché si dia assicurazione che nei registri di battesimo è stato annotato il matrimonio contralto. Nelle presenti circostanze, per facitiiare ta pralica, si potrà far uso della eartolina doppia, cioè con risposta pagata. Le spese gravaro suqli sposi.

ÂcitCT de Modulis et Allecatis propositis et contentis in Instructione S. C de Sarramrnth diei x iuL 1929 quae videri potest apud AAS ‡ (1929, 363-383. Vide LE 9x4].

• Ordinario Tridentino. Prot. N. 572/43: ME SS (1943) 8-9.

1732

1943 FEB 3.-SC CONCILII, INDULTUM. PART.·

Facultas datur adimplendi praeceptum paschale **INDE A FERIA IV CINERUM IN ARCHIDIOECESI TOLETANA**

Preces—Archiepiscopus Toletanus, ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter orovolutus, reverenter exponit quod multo abhinc ante Codicem fideles solebant in Hispania adimplere praeceptum paschale toto tempore Quadragesimae; quo insuper, maxime conveniens censetur hoc tempus ad praefatam obligationem implendam in hac dioecesi, Ita ut personarum et locorum adiuncta suadeant tempus anticipare a feria IV Cinerum. Quare a Sanctitate Vestra enixe postulat indultum ut fideles archidioecesis Toletanae praeceptum paschale a Feria IV Cinerum adimplere valeant. Et Deus, etc.

Rescr.—Sacra Congregatio Concilii, attentis expositis ab Archiepiscopo Toletano, eidem benigne tribuit facultatem iuxta preces per quinquennium.

Datum Romae, die 3 februarii 1943.—F. Card. Marmaggi, *Praef.* J. Bruno, *Secr.*

* Ordinario Toletano: Duitradôn del Clero 36 (1943) 222.

1733

1943 FEB 9.-SC RELIGIOSORUM, FACULT. PART.·

Facultates speciales conceduntur superioribus maioribus **O. F. M. CONV. EXTRA ITALIAM COMMORANTIBUS» PERDURANTE BELLO**

Preces—*Beatissime Paler,* Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Conventuallum, ad pedes S. V. provolutus, humillime exponit prout sequitur

Quapropter Ius quod Summus Pontifex, velati Episcopus Romanus. Ethis Cardinalibus concessit conferendi beneficia In suis Titulis vel Dlaconiis hac conditione circumscribitur ut sint praesentes in Urbe. Hinc Riganti *(Comment. In Rea. VIII, ℓ* 1, n. 27-29) scribit: .Licet Cardinales In suis Titulis Jurisdictione eplscopaU seu quasi fruantur, ut sancivit Honorius III, proindeque de iure conferre possint beneficia in iisdem Titulis vacantia, habeantque in illorum collatione fundatam Intentionem», attamen in hoc mandato Pontifex mon inteiligit comprehendere collationem beneficiorum nisi cum dicta qualitate *praesentiae* in Romana Curia».

Qoae praesentia debet esse realis et personalis, non ficta, fallente in casu regula luris 68 In VI: «Potest quis per alium quod potest facere per se ipsum», nam, ut ait Reiffenstuel (Reg. 68, voL 6, n. 9): «fallit regula In iis quae ex ipsa natura et Institutione sua vel speciali luris dispositione factum propriae personae requirunt, uti sunt residentia...»/

Nec aliter auctores magnae notae hanc Regulam VIII Concellariae Apostolicae interpretati sunt, inter quos, praeter memoratum Riganti, recensendi sunt Lotterius *(De re bénéficiai!,* lib. II, quaest. 2), Fagnanus et Gonzalez *(Commentarium ad Reg. VIII)t* Cardinalis De Luca *(De beneficiis,* disc. 145, n. 14) aliique.

Verum quidem est quod Regulae Cancellariae Apostolicae, nua tales, abrogatae sunt per Codicem luris canonici. Attamen Codex plures earumdem Regularum dispositiones servavit. Inter quas certo recensendae sunt quae respiciunt collationem et reservatlonem beneficiorum in Urbe vacantium dum Cardinales Titulares vei Diaconi a Romana Curia absunt, cum huiusmodi dispositiones constituant Illas *leges peculiares antea vigentes,* quas ipse Codex in memorato canone 1435 § 3 praescribit ut serventur. Interpretatio nutem huius canonis, nd normam canonis 0 n. 2 Codicis, desumenda est «ex veteris luris auctoritate, atque Ideo ex receptis apud probatos auctores interpretationibus», quae supra relatae sunt.

Idipsum confirmatur praxi Datariae Apostolicae, quae Regulam VIII etiam post Codicem promulgatum servavit uti normam In collatione horum beneficiorum; quae praxis est optima luris Interpres in easu, ad normam canonis 20 Codicis luris canonici.

Cui expositae doctrinae et praxi Datariae Apostolicae non adversatur praescriptum canonis 1432 $ 1, vi eulus «ad collationem beneficiorum vacantium Cardinalis In proprio titulo vel diaconla et ordinarius loci in proprio territorio habet intentionem tn iure fundatam». Nam ex hac clausula «intentio in Iure fundata» hoc tantum eruere licet quod Cardinales et Ordinarii locorum, vi luris communis, lus habent beneficia conferendi In suis titulis vel in suo territorio, exclusis aliis collatoribus Inferioribus, nisi aliter constet, Immo et Ipso Summo Pontifice, nisi aliud caveatur. Verum aliud expresse cavetur, tamquam exceptio huic regulae generali. In Codice I. C. per canoncm 1435 f 1 quoad omnes dignitates, familiares Papae, beneficia offecta etc., et per f 3 eiusden canonis quoad beneficia Romae fundata.

Resolutio.—Proposito itaque in Congregatione Plenaria diei 12 lunll 1943 dubio: An, *ad normam canonis 1435* § 3 *Codicis I. C., sit Sanctae Sedi reservata collatio beneficiorum vacantium tn Titulis vel Diaconlis dum Cardinales Titulares a Romana Curia absunt;* Ethi Patres eiusdem Sacrae Congregationis responderunt: *Affirmative.*

Quam resolutionem Ssihus D. N. Pius Pp. XII tn Audientia diei 18 eiusdem mensis, referente subscripto Secretario. approbare et confirmare dignatus est.—L Bruno *Secretorius.* 9

Adn. Ph. AGUIRRE ia PrM 33 (1944) 144-143.

1757

1943 IUN 15.-SC CONCILII, NORMAE. PART.·

Statuta mensae argentariae ad egestatem oeconomicam **CLERI SUBLEVANDAM IN ITALIA**

Rtgrtamtnlo dclla Cassa dl sovuenzioni per U Clero secolare d'Ilalla

Art 1. La Cassa dl sowcnzioni per d Clero secolare d'Italla, costituita dalla Sacra Congregazione del Concilio con cireolare dei 1.° luglio 1941, n. 1-41 C. S. [LE 1927], ha lo scopo di corrispondere una congrua sovvenzione periodica al Sacerdoti bisognosi dei Clero secolare d'Italla in caso d'invalidité permanente ed anchc temporanea repertore ai tre mesl.

In casi spedali la Cassa sowenziona, con sempllci sussidi occasional!, anche quel Sacerdoti che abbisognassero di tale forma dl aiuto.

Art. 2. Il relativo fondo è formato ed alimentato dalla mnnlficenza del Santo Padre, dai contributi delle Diocesi d'Italia, concorrenti con fraterna solidarieté al nobile scopo, ed anche dalle eventuall offerte e donazlonl.

Art. 3. La Cassa è gestita gratuitamente dalla Sacra Congregazione dei Concilio, che si vale altresl dell'opera volonterosa dell'Istituto per le Opere di Religione, sia per la custodia dei relativo fondo, sia per la trasmissione delle soweazionl agli Ordinari diocesani x.

Art. 4. Gli avanzi annui saranno capitalizzati per costltuire 11 necessario fondo di riserva.

Art 5. I contributi diocesani saranno invlati alia Sacra Congregazione dei Concilio nei mesi di gennaio e dl ogni anno, rispettivamente a semestre posticipato.

Le Diocesi, che ne avessero la possibilité, potranno versare una volta tanto il capitale corrispondente al contributo loro spettante.

Art 6. Dettl contributi sono stabiliti in ragione di cinque centesimi annui per ogni fedele di ciascuna Diocesi, e comprendono anche il gié esistente contributo per 11 Sanalorio dei Clero d'Italia.

Art. 7. Le sowenzloni, entro i limiti dei bilancio, saranno proporzionate aile reali nécessité di ogni Sacerdote, e saranno erogate soltando ad integrazione dei proventi, anali che siano, di clascuno e delle altre eventuall prowidenze, di cul la rispettiva Diocesi possa disporre.

Art. 8. E' considerato invalido il Sacerdote, la cui capacité dl guadagno per causa d'infermité permanente o duratura oltre tre mesi, accertabile per attestato medico, sla ridotta a meno dclla meté del suo provento normale.

Art. 9. Agli effetti dclla sovvenzione, specialmente periodica, di regola, non si considera bisognoso Il Sacerdote che goda di un complcssivo provento, superiore a L. 4.500 annue.

Tale misura puô essere elevata, a giudizio della Sacra Congregazione dei Concilio, per I centri più Importanti, ove maggiori siano le esigenze dclla vita, e secondo la natura e la gravité dei casi.

Art 10. La domanda di sovvenzione saré fatta alia Sacra Congregazione dei Concilio dall'Ordlnario diocesano, owero anche dal Sacerdote interessato con la commendatizia dello stesso Ordinario diocesano.

Art 11. Le sowenzioni saranno decise dalla Sacra Congregazione dei Concilio di regola, ogni mese, ed anche più spesso nei casi urgenti.

Art. 12. Le sowenzloni concesse saranno dalla Sacra Congregazione dei Concilio notificate all'Ordinario diocetano e, dietro invito dclla stessa Sacra Congregazione, trannesse dall'Istitulo per le Opere di Religione al medesimo Ordinario, che ne daré discarico al detto Istituto, informandone anche la Sacra Congregazione.

Art 13. LOrdinario diocesano avré cura di consegnare, a rate mensili, e dietro regolare ricevuta, la sovvenzione periodica alia Cassa ecclesiastica o al Pio Ricovcro in coi si trovi degente il Sacerdote bisognoso-Invalido, per il pagamento della relativa diaria; owero, comc nel caso di sussidio occasionale, direttamente al medesimo Sacerdote od anche, secondo 11 giudizio dellOrdinario diocesano, a chl ne avré cura, se 11 Sacerdote medesimo vivré a domidlio.

Per gli Ecclesiastici ricoverati nel Sanatorio dei Clero la Sacra Congregazione prowederé direttamente per il tramite della relativa Commissione Arclvescovile.

Art. 11. Venendo a cessare, per decesso o per qualslasi altro motivo, lo stato dl bisogno o d'invalidité, cesseré pure, nel mese successivo, la sovvenzione.

Della ccssazione dello stato di bisogno o d'invalidité rOrdlnario diocesano daré comunicazione, entro lo stesso mese, alia Sacra Congregazione del Concilio.

Art. 15. La sowenzione è personale ed insequestrabile, nè puô essere ceduta a terzi, se non nell'interesse della Cassa ecclesiastica o del plo Ricovero, in cul fosse degente il Sacerdote bisognoso-invalldo, per U pagamento délia relativa diaria.

Art. 16. Il présenté regolamento avré la durata di un triennio ad esperimento, allo spirare dei quale, la Santa Sede vedré, in segulto ai rlsultati ragglunti ed ail'esperienza acquisita, se e come converré prorogarlo od eventualmente anche estenderlo ad altri casi per l'aiuto e l'assistenza migliore al benemerito Clero secolare d'Italia.

Roma, 15 giugno 1943.—F. Card. Marmaggi, *Prefetto.* G. Bruno, *Segrelario.*

♦ Ordinarii locorum Italiae: ME 55 (1943) 62-84.

1758

1943 IUN 16.-SC CONCILII, LITTERAE CIRC. PART.·

Circa usum cerae et numerum candelarum pro functionibus **SACRIS**

Roma, 16 Giugno 1943

Eccellenza Reuerendissima, Con riferimento alla precedente Circolare dl questa Sacra Congregazione dei 15 luglio 1942, n. 2630-42, circa la prowista di cera per Tesercizio dei culto, ritengo opportuno richiamare l'attenzione dell'Eccellenza Vostra Reverendissima suile facolté concesse dalla Sacra Congregazione dei Ritl con 11 decreto dei 13 marzo 1942, pubblicato negli *Acia Aposlolicae Sedis,* vol. XXXIV, pag. 112 [LE 1671], nel caso che 1 preposti alie chiese e agli Oratori, anche dei Religiosi e delle Religiose, compresi nclla circoscrlzione territoriale di cotesta Diocesi, non potessero ottenere dai loro fomitori sufficiente quantitative di candele.

In pari tempo, poi, Le partscipo che il quantitative di cera disponibile presso le Ditte fornitrici, non essendo soggetto al slstema dei blocco, puô essere acqulstato senza speciali buoni.

In tale intesa, con sensi dl particolare ossequio mi professo dell'Eccellenza Vostra Reverendissima affiïio come fratello.—F. Card. Marmagoi, *Prefello.* G. Bruno, Se*grelario.*

* Ordinariis locorum. Prot. N. 20/43-0. A.: ME 55 (1943) 52.

1759

1943 IUN 29.-PIUS XII, ENCYCL. AAS 35 (1943) 193-248

LITTERAE ENCYCLICAE

Ad venerabiles fratres patriarchas, primates, ar-**CHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES**

De Mystico lesu Christi Corpore deque nostra in eo cum Christo coniunctionc

PIUS PP. XII

VENERABILES FRATRES SALUTEM ET a POSTOUCAM **BENEDICTIONEM**

Mystici Corporis Christi, quod est Ecclesia x, ex ipsius Redemptoris labiis primitus excepta doctrina, ex qua magnum in sua luce ponitur beneficium, satis numquam elatum laudibus, arctissimae coniunctionls nostrae cum tam excelso Capite, res eiusmodi profecto est, quae praestantia dignitateque sua omnes homines ouotquot Divino moventur Spiritu, ad contemplationem Invitat, eorumque men-

• Cf. *Col., I, u-*

U denocdiuzxme dl *Ordinari Diocesani* nd présenté ReçoUmento *œ ^x ›o coasfcferaü gli Axrivescovi ed i Vescovi, i PreUti ed Abati nttZlïuj. lû Asœnbtratori Apostotid ed 1 Vicari capitolari.

tes collustrando, ad salutifera ea opera, quae praeceptis hisce consentanea sint, summopere excitat. Nostrarum igitur esse partium ducimus hac de causa per Encydicas has Litteras vobiscum colloqui, ea praesertim enucleando cdisserendoque, quae ad militantem pertinent Ecclesiam. Ad quod quidem faciendum non modo insignis huius doctrinae granditas Nos permovet, sed praesentes etiam, quibus *i* utimur, rerum condiciones.

194 Loqui siquidem In animo est de divitiis in sinu conditis/ Ecclesiae, quam Christus acquisivlt sanguine suo et cuius membra spineo serto redimito gloriantur Capite. Quod quidem perspicuum testimonium est gloriosissima quaeque atque eximia non nisi ex doloribus nasd, atque adeo communicantibus nobis cum Christi passionibus esse gaudendum, ut et in revelatione gloriae eius gaudeamus exultantes

Ac prindpio animadvertendum est, quemadmodum humani generis Redemptor ab iisdem fuit, quorum salutem procurandam susceperat, insectationibus, calumniis cruciatibusque affectus, ita constitutam ab eo societatem hac quoque in re divino adslmulari Conditori suo. Etenim, quamquam non infitiamur, immo potius grato erga Deum fatemur animo, turbulenta etiam aetate hac nostra non paucos esse, qui, etsi a lesu Christi grege seluncti, ad Ecdttlam tamen velati ad unicum salutis portum adspidant, haud ignoramus tamen non modo ab iis, qui, contempto Christianae sapientiae lumine, ad ethnicae vetustatis doctrinas, mores institutaque miserrime regrediantur, Ecdeslam Dei contemni ac superbe hostllitcrque detrectari, sed a pluribus etiam Christianis, vel fucata errorum specie allectis, vel saeculi Illecebris corruptclisque delenitis, eam saepenumero ignorari, neglegi ac nuodam etiam taedio fastidioque haberi. Est igitur cur Nos, Venerabiles Fratres, ex ipsius conscientiae Nostrae offido, ac multorum obsecundantes votis, Ecclesiae Matris, cui post Deum omnia debemus, pulchritudinem, laudes, gloriam ante omnium oculos collocando celebremus.

Ac spes est haec praecepta hortamentaque Nostra uberiores esse, in praesentibus rerum adiunctis christifidellbus paritura fructus; quandoquidem novimus tot procellosae huius aetatis aerumnas doloresque, quibus pene innumeri homines acerbissime torquentur, si veluti e Del manibus pacata quiescentique voluntate excipiantur, eorum animos e terrenis fluxisque rebus ad caelestia acternumque mansura naturali quodam impulsu convertere, atque ar-

195 canam quandam in eis commovere spiri/tuallum rerum sitim impensumque desiderium, quo, Divino exstimulante Spiritu, ad Dei Regnum studiosius inquirendum excitentur ac velati compellantur. Quo enim magis homines ex huius saeculi vanitatibus et ab Inordinato præsentium rerum amore abstrahuntur, eo aptiores profecto fiunt ad supernorum mysteriorum lucem perspiciendam. Atqui luculentius fortasse hodie, quam unquam alias, terrenarum rerum levitas et Inanitas cernitur, dum Regna Civitatesque corruunt, dum ingentes opes omneque genus divitiae per vasta oceani spatia submerguntur, dumque urbes, oppida, fertllesque terrae immanibus consternuntur ruinis iratemaque caede foedantur.

Ac praeterea fore confidimus ut iis etiam, qui a Catholicae Ecclesiae gremio seiuncti sunt, ea non ingrata neque inutilia evadant, quae mox sumus de mystico lesu Christi Corpore exposituri. Idque non modo 'quod eorum erga Ecclesiam benevolentia in dies augeri videtur, sed quod etiam, cum iidem in praesens cernant gentem adversus gentem, Regnumque adversus Regnum exsurgere, atque in immensum excrescere discordias, invidias slmullatlsque semina, si ad Ecclesiam oculos convertant, si eius divinitus acceptam unitatem contemplentur —qua omnes cuiusvis stirpis homines fraterno foedere cum Christo coniunguntur— tum profecto eiusmodl caritatis coetum admirari cogentur, et ad eandem unitatem caritatemquo participandam, divina adspirante luvuntcque gratia, allicientur.

Peculiaris quoque ratio est, eaque suavissima, qua huius doctrinae caput menti Nostrae occurrit eamque summopere delectat. Per elapsum scilicet annum a suscepto a Nobis Episcopatu XXV, aliquid summo solacio vidimus, quod mystici lesu Christi Corporis imaginem in totius terrarum orbis partibus perspicue signiflcanterque refulgere Iussit. Vidimus nempe, quamvis per Internecivum dluturnumque bellum fraterna gentium communitas misere diffracta esset, quotquot tamen ubique habemus in Christo filios, una omnium voluntate caritateque. animum nd communem Patrem erigere, qui, omnium sollicitudines anxitudinesque In se referens. Catholicae Ecclesiae navi-'

gio tam adversa tempestate moderatur. Qua quidem in re, non modo mirabilem Christianorum coetus unitatem, sed hoc etiam testatum animadvertimus, quemadmodum Nos omnes cuiusvis nationis populos paterno amplectimur pectore, ita undique catholicos homines, c gentibus etiam inter se digladiantibus, ad lesu Christi Vicarium, quasi ad universorum Parentem amantissimum suspicere, qui integra In utrasque partes aequabilitate Incorruploquc iudicio ductus, ac turbulentas humanarum perturbationum procellas transcendens, veritatem. Justitiam, carltatemque commendet ac pro viribus tueatur.

Nec minus solacii id attulit, quod novimus ultro libenterque fuisse stipem corrogatam, qua sacra aedes Romae excitari queat sanctissimo Decessori Nostro ac nominali Praestiti Eugenio I dicanda. Ut igitur hoc templo, christlfldelium omnium voluntatibus largitionibusque excitando, faustissimi huius eventus erit memoria perennanda. Ita cupimus ut grati animi Nostri testimonium per Encyclical has Litteras exhibeatur, in quibus res est dc vivis illis lapidibus, qui superaedificati lapidi vivo angulari, qui Christus est, coaedificantur in templum sanctum, quovis templo manibus constructo longe excelsius, in habitaculum videlicet Dei in Spiritu *.

Pastoralis autem sollicitudo Nostra potissimum in causa est, cur Nos In praesens hac dc excelsa doctrina enucleate satis pertractemus. Multa siquidem hac super re in lucem prolata sunt; neque ignoramus non paucos hodie actuosiore voluntate ad haec studia converti, quibus etiam Christianorum pietas delectatur et alitur. Quod quidem inde praesertim repetendum esse videtur, quod et renovatum sacrae liturglae studium, et frequentius in morem Inducta Eucharistici pabuli perceptio, et impensior denique sacratissimi Cordis lesu cultus, quo hodie laetamur, ad altiorem contemplationem investigabilium divitiarum Christi, quae in Ecclesia adservantur, multorum animos adduxerint. Accedit quod, quae de Catholica Actione postremis hisce temporibus prodiere documenta, quandoquidem Christianorum inter se et cum ecclesiastica hierarchia, 197 imprimisque cum Romano Pontifice, magis magisque adstrinxere nexus, ad hanc causam in sua luce ponendam haud parum procul dubio contulere. Nihilo secius, si de his, quae supra attigimus, iure meritoque gaudere possumus, diffitendum tamen non est, non modo ab iis, qui sunt a vera Ecclesia disiuncti, graves, ad hanc doctrinam quod attinet, disseminari errores, sed inter chrislifldcles etiam vel minus accuratas, vel omnino falsas serpere sententias, quae quidem mentes e recto veritatis tramite abducant

Dum enim ex una parte commenticius perdurat *rationalismus*, qui perabsurdum reputat, quidquid transcendat atque evincat humani ingenii vires, dumque eidem comitatur cognatum erroris genus, *naturalismum vulgarem* quem vocant, qui in Ecclesia Christi, nihil aliud nisi vincula mere iuridica et socialia nec videt, nec cernere vult; ex altera parte falsus subrepit *mysticismus,* qui immobiles limites removere conatus inter creatas res earumque Creatorem, Sacras Litteras adulterat.

Haec autem contraria sibique Invicem adversantia ac falsa commenta Id efficiunt, ut quidam inani quodam timore perculsi, altlorem eiusmodi doctrinam utpote periculosum quiddam considerent, atque adeo ab ea tamquam a pulchro, sed prohibito Paradisi pomo abhorreant. Haud recte id sane: non enim revelata a Deo mysteria exitialia hominibus esse possunt, nec instar thesauri in agro absconditi, Infructuosa permanere debent; sed Idcirco divinitus data sunt, ut ple contemplantium ad spiritualem conferant profectum. Nam, ut Vaticana Synodus docet, «ratio fide illustrata, cum sedulo pie ct sobrie quaerit aliquam Deo dante mysteriorum Intelligcntiam camque fructuosissimam assequitur, tum ex eorum, quae naturaliter cognoscit analogia, tum e mysteriorum nexu inter se et cum fine hominis ultimo»; quamquam eadem, ut ipsa sacra Synodus admonet, «nunquam Idonea redditur ad ea perspicienda instar veritatum, quae proprium ipsius obiectum constituunt» *. 198

Quibus omnibus coram Deo mature perpensis: ut summa Ecclesiae pulchritudo nova gloria affulgeat; ut fidelium qui in Christi Corpore cum Capite suo coniunguntur, nobilitas eximia supraque naturam elata luculentius innotescat; ut denique multiplicibus erroribus in hanc rem penitus claudatur aditus, Nos pastoralis Nostri officii partes duximus universo christlano gregi per Encydicas has Litteras doctrinam proponere de mystico lesu Christi Corpore deque fidelium in eodem Corpore cum divino Redem-

ptore conjunctione; slmulque ex suavissima eadem doctrina documenta quaedam proferre, quibus altior mysterii bulus investigatio uberiores usque dat perfectionis sanctllallsquc fructus.

• ♦ ·

Meditanlibus nobis huius doctrinae caput Apostoli verba principio occurrunt: «Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia» ·. Constat siquidem totius humani generis parentem in tam excelsa fuisse a Deo condicione constitutum, ut una cum terrena supernam posteris traderet caelestis gratiae vitam. Attamen post miserum Adae casum, universa hominum stirps, hereditaria labe infecta, divinae naturae consortium 7 amisit, omnesque facti sumus filii irae ·, Sed mlserentlssimus Deus «sic... dilexlt mundum, ut Filium suum unigenitum daret» », et Verbum Aeterni Patris una eadem divina dilectione sibi ex Adae progenie humanam assumpsit naturam, innocentem tamen omnioue labe expertem, ut ex novo ac caelesti Ada Spiritus Sancti gratia in omnes protoparentis filios deflueret; qui quidem cum fuissent per peccatum primi hominis divinae subolis adoptione privati, per Incarnatum Verbum, fratres secundum carnem effecti Filii Dei Unigeniti, potestatem acciperent, qua filii Dei fierent 17. Atque adeo pendens e
199 Cruce Christus lesus non/ modo violatam resarsit Aeterni Patris justitiam, sed ineffabilem nobis consanguineis suis gratiarum copiam promeruit. Quam directo per se ipse universo humano generi dilargiri potuerat; voluit tamen per adspectabilem, in quam homines coaelescerent Ecclesiam, ut per eam omnes in divinis impertiendis Redemptionis fructibus sociam quodammodo sibi operam praestarent. Sicut enim Dei Verbum, ut doloribus cruciatibusque suis homines redimeret, nostra voluit natura uti, eodem fere modo per saeculorum decursum utitur Ecclesia sua, ut inceptum opus perennet n.

lamvero ad definiendam describendamque hanc veracem Christi Ecclesiam —quae sancta, catholica, apostolica. Romana Ecclesia est—11 nihil nobilius, nihil praeitantlus, nihil denique divinius invenitur sententia illa, qua eadem nuncupatur «mysticum lesu Christi Corpus»; quae quidem sententia ex fis effluit ac veluti efflorescit, quae et in Sacris Litteris et in sanctorum Patrum scriptis CTebro proponuntur.

* . *

Ecclesiam esse corpus saepe Sacra Eloquia praedicant. •Christus, inquit Apostolus, est Caput Corporis Ecclesiae»11. Quodsi corpus est Ecclesia, unum quiddam et indivisum sit oportet secundum illud Pauli; «Multi unum corpus sumus In Christo» M. Nec solummodo unum quiddam et indivisum esse debet, sed aliquid etiam concretum ac perspicibile, ut Decessor Noster tel. rec. Leo XIII in Encyclicls Litteris *Salis cognitum* affirmat: «Propter eam rem quod corpus est, oculis cernitur Ecclesia»1S. Quapropter a divina veritate ii aberrant, qui Ecclesiam ita
200 effingunt, ut neque attingi neque videri possit,/ sitque tantum «pneumaticum» aliquid, ut alunt, quo multae Christianorum communitates, licet fide ab se invicem seiunctae, inter se tamen haud adspectabili nexu conlungantur.

At corpus multitudinem quoque membrorum exigit, quæ Ita Inter se connectantur, ut mutuo sibi auxilio veniant. Et (luamadmodum in mortali concretione nostra cum membrum dolet, cetera omnia condolescunt; et quae sana sunt aegrotantibus suppetias veniunt: ita in Ecclesia singula membra non sibi unice vivunt, sed aliis quoque opitulantur, atque omnia sibi invicem adlutricem operam praestant, cum ad mutuam consolationem, tum ad ampliorem usque aedificationem totius Corporis.

Ac praeterea sicut In natura rerum non ex qualibet membrorum congerie constituitur corpus, sed organis, uti aiunt, instructum sit oportet, seu membris, quae non eundem actum habeant ac sint apto ordine composita: ita Ecclesia ea maxime de causa Corpus dicenda est, quod recta consentaneaque coalescit partium temperatione coagmentatioueque, ac diversis est siblque invicem congruentibus membris instructa. Nec aliter Apostolus Ecclesiam describit, cum dicit: «Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra ie.

Minime autem reputandum est hanc ordine digestam, seu «organicam», ut alunt. Ecclesiae Corporis structuram

• Im, V, w. » CL *II Prtr., 11,* 4. · *Epl·..* II. 3. · Io a x w ^ III, x6. '•Ct loAinf., I, τι. UCL Cone. VaL.Conii. *dc EccL,* proL ll CL ibidem, *C*ul defid.* adb., cap. i. »· Cot. I. ι8. " Rom., XII. 5. »«CL *A. S.* S, XXVUI, p. *710-* " XII, 4-

solis hierarchiae gradibus absolvi ac definiri; vel, ut opposita sententia tenet, unice ex *charismalicls* constare; qui quidem donis prodigialibus instructi, numquam sunt in Ecclesia defuturi. Omnino utique retinendum est, qui sacra potestate in elusmodi Corpore fruantur, primaria eos ac principalia membra exsistere, cum per eosdem, ex ipso Divini Redemptoris mandato, munera Christi doctoris, regis, sacerdotis perennia fianL Attamen luxe meri/toque Ec- 201
cleslae Patres, cum huius Corporis ministeria, gradus, professiones, status, ordines, officia dilaudant, non cos tantum prae oculis habent, qui sacris fuerint ordinibus initiati; sed eos quoque omnes, qui evangelica consilia amplexi, vel operosam inter homines, vel umbratilem in silentio vitam agant, vel utrumque pro peculiari instituto suo efficere contendant; cosque etiam, qui licet In saeculo vivant, actuosa tamen voluntate misericordiae operibus se dedant, sive animis, sive corporibus iuvandis; ac denique eos quoque, qui casto sint connubio coniugati. Quin Imo animadvertendum est, in praesentibus potissimum rerum condicionibus, patres matresque familias, ac patres matresque ex baptismate, eosque nominatim, qui ex laicorum ordine ad Divini Redemptoris regnum dilatandum adlutricem ecclesiasticae hierarchiae operam navent, honorificum, etiamsi saepenumero humilem, in Christiana societate obtinere locum; ac vel cos posse, adspirante faventeque Deo, ad sanctitudinis culmen ascendere, numquam in Ecclesia ex lesu Christi promissionibus defuturum.

Sicut autem humanum corpus propriis instrumentis ornatum cernitur, quibus vitae, sanitati, ac sui ipsius slngulorumque membrorum incremento consulat: sic humani generis Servator ex infinita bonitate sua Corpori suo mystico mirum in modum prospexit, illud sacramentis ditando, quibus membra quasi per non intermissos gratiarum gradus, ab incunabulis ad extremum usque halitum sustentarentur, itemque socialibus totius Corporis necessitatibus uberrime provideretur. Siquidem per lustralis aquae lavacrum non modo qui sunt mortali huic vitae nati, ex peccati morte renascuntur et Ecclesiae constituuntur membra, sed spirituali etiam charactere insigniti capaces aptique fiunt ad cetera suscipienda munera sacra. Confirmationis vero chrismate credentibus novum robur inditur, ut Ecclesiam Matrem et quam ab ea acceperint fidem, strenue tueantur ac defendant. Per Paenitentiae autem Sacramentum Ecclesiae membris, in peccatum lapsis, salutaris fjraebetur medicina, non solum ut ipsorum saluti consu-
atur, sed ut ab aliis/ etiam mystici Corporis membris con- 202
tagionis periculum removeatur, immo potius virtutis Iisdem praestetur incitamentum atque exemplum. Neque id satis; nam per sacram Eucharistiam fideles uno eodemque epulo enutriuntur ac roborantur, atque inter se et cum divino totius Corporis Capite ineffabili ac divino copulantur vinculo. Ac postremo nominibus ad mortem oblanguescentibus praesto est pia Mater Ecclesia, quae per sacram infirmorum unctionem, si non semper mortalis huius corporis sanitatem. Ita volente Deo, impertit, supernam tamen sauciatis animis medicinam praestat, ut novos cives novosque sibi datos praestites coelo transmittat, divina bonitate omne per aevum fruituros.

Ac peculiari modo Christus socialibus Ecclesiae necessitatibus per duo instituta ab se sacramenta consuluit. Matrimonio enim, quo conlugcs sibi invicem sunt ministri gratiae, extemo Christianae consortionis providetur ordinatoque incremento; ct quod maius est, rectae etiam religlosaeque subolis educationi, sine qua mysticum eiusmodi Corpus gravissimum in discrimen vocaretur. Sacro autem Ordine ii Deo mancipantur ac consecrantur, qui Eucharlsticam Hostiam immolent, qui fidelium gregem Angelorum Pane et doctrinae pabulo enutriant, qui divinis cum praeceptis consiliisque dirigant, qui ceteris denique supernis muneribus confirment-

Quam ad rem animadvertendum est, quemadmodum Deus initio temporis hominem ditissimo corporis apparatu instruxit, quo creatas res sibi sublceret, ac multiplicatus repleret terram, ita eum Christiani aevi exordio necessariis opibus comparasse Ecclesiam, ut, pene innumeris superatis periculis, non modo universum terrarum orbein, sed caelestia quoque repleret regna.

In Ecclesiae autem membris reapse ii soli annumerandi sunt, qui regenerationis lavacrum receperunt vernmque **fidem profitentur, netnie** a Corporis compage semel ipsos **misere separarunt, vel** ob gravissima admissa a legitima auctoritate seiunctl sunt. «Etcnim in uno Spiritu, ait Apostolus, omnes nos in unum Corpus baptizatl sumus, sive ludaei, sive gentiles sive/ servi sive liberi»l?. Sicut igitur 203
in vero christlfldelium coetu unum tantummodo habetur

«· *I* XII, 13.

Corpus, anas Spiritus, unus Dominus et unum Baptisma, sic haberi non potest nisi una fides 18; atque adeo qui Ecclesiam audire renuerit, iubente Domino habendus est ut ethnicus et publicanus M. Quamobrcm qui fide vel regimine invicem dividuntor, in uno elusmodi Corpore, atque ano eius divino Spiritu vivere nequeant.

Neque existimandum est Ecclesiae Corpus, idcirco quod Christi nomine insigniatur, hoc etiam terrenae peregrinationis tempore, ex membris tantummodo sanctitate praestantibus constare, vel ex solo eorum coetu exsistere, qui a Deo sint ad sempiternam felicitatem praedestinati. Id enim est infinitae Servatoris nostri misericordiae tribuendam, quod heic in mystico suo Corpore iis locum non deneget, quibus ollm In convivio locum non denegaverit3°. Siquidem non omne admissum, etsi grave scelus, eiusmodi est ut —sicut schisma, vel haeresis, vel apostasia faciunt— suapte natura hominem ab Ecclesiae Corpore separeL Neque ab lis omnis vita recedit, qui licet caritatem divinamque gratiam peccando amiserint, atque adeo superni promeriti lam non capaces evaserint, fidem tamen christlanamque spem retinent, ac caelesti luce collustrati, intimis Spiritus Sancti suasionibus Impulsionibusque ad salutarem instigantur timorem, et ad precandum suique lapsus pacnitendam divinitus excitantur.

Horreat igitur omnium animus peccatum, quo mystica maculantur Redemptoris membra; sed qui misere deliquerit, nec contumacia sese indignum reddiderit christlfidellum communione, summo excipiatur amore, in eoque actuosa caritate consplciatur infirmum lesu Christi membrum. Praestat enim, ut Hipponensis Episcopus animadvertit, <in Ecclesiae compage sanari, quam ex illius corpore veluti insanabilia membra rese cari»11. «Quidquid enim adhuc haeret corpori, non desperatae sanitatis est; quod autem praecisum fuerit, nec curari nec sanari potest» 33.

Usque adhuc edisserendo vidimus, Venerabiles Fratres, Ita constitutam esse Ecclesiam, ut corpori adsimularl queat; superest in praesens ut enucleate accurateque explanemus quibus de causis eadem non qualecumque corpus, sed lesu Christi Corpus praedicanda siL Quod quidem ex eo eruitur quod Dominus Noster mystici huius Corporis est Conditor, Caput, Sustentator, Servator.

Exposituris breviter, qua ratione Christus sociale Corpus suum condiderit, principio haec Nobis occurrit Decessoris Nostri feL rec. Leonis XIII sententia: «Ecclesia, quae lam concepta, ex latere ipso secundi Adami, vetat in Cruce dormientis, orta erat, sese in lucem hominum Insigni modo primitus dedit die celeberrima Pentecostes n. Divinus enim Redemptor mystici Ecclesiae templi aedificationem tum inchoavit, cum condonando sua tradidit praecepta; tum consummavit, cum clarificatus e Cruce pependit; ac tum denique manifestavit promulgavitque, cum adspectablli modo Paradltum Spiritum in discipulos misit

Dum nimirum conclonntoris munus obibat, Apostolos eligebat, mittens eos sicut ipse erat missus a Patre *, doctores nempe, rectores, sanctitatlsque effectores in credentium coetu; eorum Principem suumque In terris Vicarium indicabatM; omnia, quae audierat a Patre, eis nota faciebat M; Baptismum quoque designabat37, quo crediturl Ecclesiae Corpori insere rentur, ac tandem ad vitae vesperam cum pervenisset, novissimam celebrans coenam, Eucharistiam, mirabile sacrificium mlrabileque sacramentum, instituebat.

Opus autem suum in Crucis patibulo consummavisse, haud interrupta Sanctorum Patrum testimonia asseverant, qui quidem animadvertunt in Cruce Ecclesiam e latere Salvatoris esse natam instar novae Evae, matris omnium viventium *. «Et nunc, ita magnus Ambrosius de latere Christi perforato agens, aedificatur, et nunc formatur, et nunc... figuratur, et nunc creatur... Nunc domus spiritalis surgit lu sacerdotium sanctum»Quam venerandam doctrinam qui religiose perscrutatus fuerit, haud difficulter rationes, quibus eadem Innititur, cernere poterit.

Et primo quidem Redemptoris morte. Legi Veteri abolitae Novum Testamentum successit; tunc Lex Christi una cum suis mysteriis, legibus, institutis, ac sacris ritibus pro universo terrarum orbe sancita est lesu Christi sanguine. Nam. dum Divinus Servator in angusto territorio condonabatur —non enlin erat missus nisi ad oves quae perierant domus Israel30— simul currebant Lex et Evangelium 31; in suae autem mortis patibulo lesus Legem cum decretis suis evacuavit33, chirographum Antiqui Testamenti Cruci affixit33, in sanguine suo, pro universo humano genere profuso, Novum Testamentum constituens3I. •Adeo tunc, ita S. Leo Magnus de Cruce Domini verba fadens, a Lege ad Evangelium, a Synagoga ad Ecclesiam, a multis sacrificiis ad unam hostiam evidens facta est translatio, ut emittente spiritum Domino velum illud mysticum, quod templi penetralia sanctumque secretum suo intercludebat oblectu, a summo usque ad imum vi subita scenderctur·33.

In Cruce igitur Lex Vetus mortua est, mox sepelienda et/ mortifera futura3·, ut Novo Testamento locum cederet, 206
cuius quidem Christus idoneos ministros Apostolos elegerat37: atque e Crucis virtute Servator noster, etsi lam in utero Virginis Caput totius humanae familiae constitutus, ipsum Capitis munus in Ecclesia sua plenissime exercet. «Per Crucis enim victoriam, ex Angelici Communisque Doctoris sententia, meruit potestatem et dominium super gentes·31; per eandem in immensum nobis auxit thesaurum illum gratiarum, quas gloriosus regnans in caelo, membris suis mortalibus nulla intermissione elargitur; per sanguinem in Cruce profusum id effecit, ut divinae irae remoto obice, omnia cadestia dona Imprimisque spiritualia Novi et Aeterni Testamenti muncra e fontibus Servatoris in salutem hominum, maximeque fidelium, effluere possent; in arbore Crucis denique sibi suam acquisivit Ecdesiam, hoc est omnia mystici sui Corporis membra, quippe quae per Baptismatis lavacrum mystico huic Corpori non coagmentarentur, nisi ex salutifera virtute Crucis, in qua quidem lam plenissimae Christi ditionis facta essent.

Quodsi morte sua Servator noster, plena atque integra verbi significatione, factus est Ecclesiae Caput: haud secus Ecclesiae per sanguinem eius uberrima illa Spiritus communicatione ditata est, qua quidem, inde a «Filio hominis» in suum dolorum patibulum elato ibique clarificato, divinitus Illustratur. Tunc enim, ut Augustinus animadvertit3>, conscisso templi velo factum est, ut ros charismatum Paracliti, qui eo usque descenderat in solum vellus, hoc est in populum Israël, large abundanterque, exsiccato et relicto vellere, universam terram. Catholicam scilicet Ecclesiam Irrigaret, quae nullis vel stirpis, vel territorii finibus terminaretur. Sicut igitur primo incarnationis momento, Aeterni Patris Filius humanam naturam sibi substantiali- 207
ter unitam Sancti Spiritus plenitudine ornavit,/ ut aptum divinitatis instrumentum esset In cruento Redemptionis opere: ita pretiosae suae mortis hora Ecclesiam suam uberioribus Paraditi muneribus ditatam voluit, ut in divinis Redemptionis fructibus impertiendis validum evaderet incarnati Verbi instrumentum, numquam utique defuturum. luridica enim, quam vocant, Ecclesiae missio, ac docendi, gubernandi sacramentaque administrandi potestas, idcirco ad aedificandam Christi Corpus supernam vim habent atque vigorem, quod Christus lesus e Cruce pendens Ecdesiae suae divinorum munerum fontem aperuit, quibus et fallentem numquam doctrinam homines docere posset, et eos per divinitus Illuminatos Pastores salutariter regere, ac caelestium gratiarum imbre perfundere,

Quodsi haec omnia Crucis mysteria attente consideramus, lam ea non obscura nobis sünt Apostoli verba, quibus docet Ephesios, Christum sanguine suo ludacos et Gentes unum fecisse, «medium parietem... solvens... in carne sua», quo duo populi dividebantur; itemque Legem Veterem evacuasse, «ut duos conderet In semetipso in unum novum hominem». Ecclesiam videlicet: et ambos in uno Corpore reconciliaret Deo per Crucem <0.

Quam autem sanguine suo condidit Ecclesiam, eam Pentecostes die peculiari virtute, caelitus delapsa, roboravit. Siquidem, in excelso suo munere sollemniter eo constituto, quem suum lam antea designaverat Vicarium, caelum ascenderat; ac sedens ad Patris dexteram, Sponsam suam adspectablli Spiritus Sancti adventu, cum sonitu flaminis vehementis ignitisque linguis41, manifestare ac promulgare voluit. Nam, sicut ipse, cum concionandi munus inchoaret, ab Aeterno Patre suo per Spiritum Sanctum, sub specie columbae descendentem manentemque super eum ·>, manifestatus est; ita pariter, dum Apostoli sacrum

/n **Π. 8Γ. Micxe *P. L-*, XV, J5S5, ·· CL** Ματτη , **XV, 24. »l CL S.** Trom **. III. q.** Î03, a. **3. ad 3. «CL *Epk^* II. 15. ‘‘CL *Cel.y* II. 14. ·· CL** Ματτη.. **XXVI,** zB **et *i Cor.*, XI,** »5. **« Lxo SL, LXVIII v Micxx *P. L·*, LIV. 374- "CL** Hiaa. **et** Avguzt^ ***Epùî.* CXII, t4 et CXVI i6:** Migma, ***P. L·*, XXΠ. 924 et 943; S** Thom.. **1-Π, q.** îoj. **1. j ad r j 4 \d r CoociL Flor .** ***lac^b.t*** Μλκιι, **XXXI, 1738. »»CL *II Cor.* ni 6 ·· CL S.** Thom_, **III. q. u.a.1. "CLD< *pw ori^* χχv,** Migma **'*p r* XUV, 400 ‘‘CL *Eph* . 11,** I4·îβ. **‘‘CL *Ad.,* II, ,.4. uCV**

condonandi officium inituri erant, Christus Do/minus suum e cado demisit Spiritum, qui eosdem per flammeas linguas attingens, supernam Ecclesiae missionem supemumque munus velati divino digito indicaret.

♦ * .

Secundo autem loco, hoc mysticum Corpus, quod est Ecdesia, Christi nomine Insigniri ex eo evincitur, quod ipse eiusdem Caput reapse sit ab omnibus habendus. «Ipse, ut Inquit Paulus, est Caput Corporis Ecclesiae»43. Ipse est Caput, ex quo totum Corpus congruo ordine compositum, succresdt ct augmentum facit in aedificationem sui 4t.

Exploratum habetis, Venerabiles Fratres, quibus luculentissimis sententiarum luminibus Scholasticae Theologiae Magistri, ac praecipue Angelicus Communisque Doctor, hac de re disputaverint; vobisque profecto est cognitum prolata ab eo argumenta sanctorum Patrum placitis fideliter respondere, quae cctcroquin nihil aliud referebant edisserendoque commentabantur, nisi divina Sacrarum Litterarum eloquia.

Libet tamen Nobis heic in communem utilitatem id presse attingere. Ac principio perspicuum est Dei Bcataeque Virginis Filium peculiarissima quadam excellentiae ratione Ecclesiae Caput esse vocandum. Caput enim in sublimi locatum est. Quis autem est altiore loco locatus, quam Christus Deus, qui utpote /Veterni Patris Verbum «primogenitus omnis creaturae»45 haberi debet? Quisnam elatiore in vertice positus, quam Christus homo, qui e Virgine labis experte natus, verus naturalisque Dei Filius est, et ob prodigialem gloriosamque anastasim, qua ex triumphata morte surrexit, «primogenitus mortuorum»44 exsistit? Quisnam denique excelsiore in culmine collocatus
209 quamille, qui utpote «unus... mediator Dei et hominum»47,/ mirando prorsus modo terram cum coelo coniungit; qui exaltatus in Cruce, veluti in misericordiae solio, omnia traxit ad semet ipsum48; quique, filius hominis electus ex myriadibus, plus quam omnes homines, omnes angeli, omntsque creatae res a Deo diligitur?4®.

Quia vero Christus tam sublimem occupat locum, iure meritoque ipse solummodo est, qui Ecclesiam regit atque gubernat; proptercaque hac quoque de causa capiti adslmolari debet. Siquidem, quemadmodum caput —ut Ambrosii verbis utamur est «arx regalis» corporis 6°, ab eodemque, utpote potioribus dotibus praedito, omnia membra, quibus superponitur ut consulat 41, natura ipsa diriguntur, ita Divinus Redemptor universae Christianorum reipublicae clavum tenet eiusque gubernacula moderatur. Ac quandoquidem hominum coetum regere nihil est aliud, nisi utili eos providentia, idoneis opibus rectisque rationibus ad assignatum finem perducere facile cernere est Servatorem nostrum, qui bonorum Pastorum forma et exemplar exsistit M, haec omnia mirando prorsus exercere modo.

Ipse enim, cum In terris commorabatur, legibus, consiliis, monitis, per ciusmodi verba nos docuit, quae numquam transibunt, quaeque cuiusvis aetatis hominibus spiritus erant et vita ⁑ Ac praeterea triplicem potestatem Apostolis eorumque successoribus impertiit; docendi nempe, regendi, ad sanctitudinemque ducendi homines; quam quidem potestatem pcrculiaribus praeceptis, iuribus officiisque praefinitam, primariam legem statuit totius Ecclesiae.

Sed directo etiam per se divinus Servator noster conditam ab se societatem moderatur ac dirigit. Ipse enim regnat
210 In men/tlbus animisque hominum et ad beneplacitum suum vel rebelles inflectit ac compellit voluntates. «Cor regis in manu Domini, quocumque voluerit inclinabit illud» w. Quo quidem interno moderamine non modo ipse, ut «pastor et episcopus animarum nostrarum» 6e, singulorum curam habet, sed universae quoque prospicit Ecclesiae; sive quando eius rectores ad munia cuiusque sua fideliter fructuoseque obeunda illuminat atque corroborat; sive, quando —in gravioribus praesertim rerum adiunctis—, viros ac mulieres, sanctitatis fulgore enitentes, e gremio Ecclesiae Matris excitat, ut ceteris christ!fidelibus exemplo sint ad mystici sui Corporis incrementum. Huc accedit quod e cado Christus Intemeratam Sponsam, heic in terris exsilio laborantem, peculiari semper amore respicit; cumque eam periclitantem cernit, vel per se ipsemet, vel per angelos 5Q&S ", vel per eam, quam Auxilium Christianorum Invocamus, aliosque caelestes praestites, et tempestatis fluctibus eripit, ac sedato tranquillatoque mari, pace ea solatur, «quae exsuperat omnem sensum» ··.

Non est tamen reputandum eius regimen modo non conspicuo 69 vel extraordinario tantum absolvi; cum contra, adspectabill quoque ordinariaque ratione, Divinus Redemptor per suum in terris Vicarium Corpus suum mysticum gubernet. Norunt enim omnes, Venerabiles Fratres, Christum Dominum, postquam per hoc mortale iter «pusillum gregem»40 per se Ipse perspicibili modo rexissct, mox hunc mundum relicturum ac rediturum ad Patrem, totius ab se conditae societatis adspectablle regimen Apostolorum Principi commisisse. Siquidem, ut sapientissimus erat, constitutum ab se sociale Ecclesiae corpus nequaquam sine conspicuo capite relinquere poteraL Neque ad rem elusmodi infitiandam asseverari potest per statutum in Ecclesiae iurisdl/ctionis primatum, mysticum 211
elusmodi Corpus gemino instructum fuisse capite. Est enim Petrus, vi primatus, nonnisi Christi vicarius, atque adeo unum tantum primarium habetur huius Corporis Caput, nempe Christus: qui quidem arcana ratione Ecclesiam per sese gubernare non desinens, adspectabill tamen modo per eum, qui suam in terris personam gerit, eandem regit Ecclesiam, iam post gloriosam suam in caelum Ascensionem non In se solo, sed in Petro quoque tamquam In perspicuo fundamento aedificatam. Unum solummodo Caput constituere Christum eiusque Vicarium, Decessor noster imm. mem. Bonlfacius VIII per Apostolicas Litteras *Unam Sanciam* solemniter docuit 4l, idque subinde Successores eius Iterare non desiere unquam.

Periculoso igitur in errore ii versantur, qui se Christum Ecclesiae Caput amplecti posse existimant, licet eius in terris Vicario fideliter non adhaereant. Sublato enim adspcctablli hoc Capite, ac diffractis conspicuis unitatis vinculis, mysticum Redemptoris Corpus ita obscurant ac deformant, ut ab aeternae quaerentibus salutis portum lam nec videri, neque inveniri queat.

Quae autem Nos heic de universali Ecclesia diximus. Id de peculiaribus etiam asseverari debet Christianorum communitatibus, tum Orientalibus, tum Latinis, ex quibus una constat ac componitur Catholica Ecclesia: quandoquidem ct ipsae a Christo lesu proprii uniuscuiusque Episcopi voce potestateque reguntur. Quamobrem sacrorum Antistites non solum eminentiora universalis Ecclesiae membra habendi sunt, ut qui singulari prorsus nexu iunguntur cum divino totius Corporis Capite, atque adeo iure vocantur «partes membrorum Domini primae» sed, ad propriam cuiusque Dioecesim quod spectat, utpote veri Pastores assignatos sibi greges singuli singulos Christi nomine pascunt ac regunt43; id tamen dum faciunt,/ non 212
plane sui iuris sunt, sed sub debita Romani Pontificis auctoritate positi, quamvis ordinaria lurisdictlonis potestate fruantur, immediate sibi ab eodem Pontifice Summo impertita. Quapropter, ut Apostolorum ex divina Institutione successores 44, a populo venerandi sunt; ac magis quam huius mundi moderatoribus, etiamsi altissimls, illud Episcopis, utpote Spiritus Sancti chrismate ornatis, convenit effatum: «Nolite tangere Christos meos» ··.

Itaque summo Nos maerore afficimur, cum Nobis affertur, non paucos e Nostris In Episcopatu Fratribus, idcirco quod facti sint forma gregis ex animo ··, ac sacrum sibi traditum «fidei depositum» 47 strenue, ut addecet, fideliterque custodiant; idcirco quod sanctissimas leges urgeant. In animis hominum divinitus Insculptas, ac sibi creditum gregem, supremi Pastoris exemplo, adversus rapaces lupos tutentur, non modo in semetipsos Illatas Insectationes vexationesque perpeti, sed —quod crudelius Ipsis graviusque est— in oves etiam suis curis commissas, In apostolici laboris socios, ac vel in ipsas virgines Deo sacratas. Elusmodi Nos iniuriarn, utpote Nobismet Ipsis inustam reputantes, Decessoris Nostri imm. rec. Gregoril Magni grandiloquam sententiam Iteramus: Honor noster universalis Ecclesiae est honor, honor Noster solidus Fratrum Nostrorum est vigor, ac tunc Nos vere honorati sumus, cum singulis quibusque debitus honor non negatur ··.

Nec tamen putandum est, Christum Caput, cum tam sublimi in loco sil positum, opem non requirere Corporis. Etenim de mystico quoque hoc Corpore Illud asseverandum est, quod Paulus de humana concretione asseverat: «Non potest dicere... caput pedibus: non estis mihi necessarii· ··. Liquido utique patet christlfiddes divini Redcm-

JÜ1C., L io. « CoL. I, i8. "Cf. EM·, IV. 16 coll. CoL, II. 19. " CoL, I, 15. "CeL, I, 18; *Apoc.,* I, 5. «' *I Tim.,* II, 5- " Ct loAMM., XII, *32.* " CL Cn. Aiu., *Comm. \n Ioh.* I, 4: Migkk, *P. G* LXXIII, 69: S. Thom., I, 4. M, a. 4, ad I. " *Heurm.,* VI, 55: Migmx, *P. L·,* XIV. 265. 11 Ct AUGVST., D«Xpc. *Chrùi.,* XX, *22:* M«J«. *P, L.,* XL, 301. "Cf. S. Tnox., I. q. *22,* ‘‘CL X. i-i3; *I Par.,* V, 1-5. " CL ïoaww., VI, 63. " *Pro-*XXI, i. "CL *I Pdr,,* II, J5. HCL *Ad.,* VIII, 36; IX, ι-ιφ; X, i-7î

XII, 3-IO. " *Philipp.,* IV, *γ.* "CL Lxo XΠΓ. ĕĕp·»/· *A.* S. XXVIIL 713. " Loc. XII. 31. "CL *Corp.* Caw, Eitr. couihk, I, 8, x. " Gxkg. Magx^ .Vo*oL, XIV. 35. 43: Mtgxt, Λ L·. LXXV, xcés. " CL Cone. Vat.. *Const. de Ecck,* cap. V "Ct *Cod.* ter. C«., can. 349, 1 " I *Parol.,* XVI. *Ɨ Pi..* CIV, 15. " CL f *Pc* V, 3 ·· Cfr / Γ»-«. VI. jo. "CL *Ep. ad Evlog..* 30: Mi&x i *P. L* LXXVII. 933. ♦♦*I Cor.,* XU. n.

ptoris ope omnino egere, cum' ipse dixerit: «Sine me nihil potestis facere»7·, et cum ex Apostoli sententia, omne mystid huius Corporis incrementum in aedificationem sui ex Christo Capite sit n. Attamen hoc quoque retinendum est, quamvis mirandum prorsus videatur, Christum nempe requirere membra sua. Idquc primo quidem, quatenus lesu Christi persona a Summo geritur Pontifice, qui ne pastoralis officii onere obruatur, alios non paucos In sollicitudinis suae partes vocare debet, ac cotidie est totius comprecantis Ecclesiae adiutorio relevandus. Ac praeterea Servator noster, prout ipse per se non adspectabili modo Ecclesiam regit, a mystici vult sui Corporis membris adiuvari in exsequendo Redemptionis opere. Quod tamen non ex eius indigentia debilitateque aeddit, sed ex eo potius quod ipsemet ad maiorem intemeratae suae Sponsae honorem rem ita disposuit. Dum enim in Cruce emorlens, immensum Redemptionis thesaurum Ecclesiae suae, nihil ea conferente, dilargitus est; ubi de elusmodi thesauro distribuendo agitur, Id efficiendae sanctitatis opus non modo cum Intaminata sua Sponsa communicat, sed ex eius etiam opera suit quodammodo oriri. Tremendum sane mysterium, ac satis numquam meditatum: multorum nempe salutem a mystid lesu Christi Corporis membrorum prcdbus voluntariisoue afflictationibus, ab iisdem hac de causa susceptis, pendere, et ab adiutrice Pastorum ac fidelium, imprimisque patrum matrumque familias opera, quam Udem divino Servatori nostro quasi sociam praestare debeant.

In praesens autem rationibus modo expositis, quibus eruitur Christum Dominum socialis sui Corporis Caput esse vocandum, tres aliae adidendae sunt, quae et Ipsae Intimis nexibus devinciuntur.

Initium sumimus ex invicem conformata ratione, quam inter caput et corpus intercedere videmus, cum eiusdem naturae exsistant. Quam ad rem animadvertendum est naturam nostram, quamvis inferior sit angelica, ex Dei
2H tamen bonitate angelorum naturam evincere: «Christus enim, ut dfcit Aquinas, est Caput angelorum. Nam Christus praeest angelis etiam secundum humanitatem... Item etiam secundum quod homo angelos illuminat et in eis Influit. Quantum autem ad naturae conformitatem, Christus non est Caput angelorum, quia non angelos apprehendit, sed —secundum Apostolum— semen Abrahae»7X. Nec solum naturam nostram apprehendit Christus, sed in fragili etiam, patibili mortahque corpore consanguineus noster factus est. At si, Verbum *emetipsum exinanivit, formam servi accipiens»7®, hoc ea quoque de causa egit, ut suos secundum carnem fratres consortes faceret divinae naturae 7I, cum in terrestri exsilio per sanctitatis effectricem gratiam, tum in caelesti patria per sempiternam assequendam beatitatem. Idcirco enim Aeterni Patris Unigenitus filius hominis esse voluit, ut nos conformes efficeremur imagini Filii Del ’’, ac renovaremur secundum Imaginem illini, qui creavit nos 7B. 11 Igitur omnes, oui Christiano nomine gloriantur, non modo divinum Servatorem nostrum, vcluti excelsum perfectisslmumque virtutum omnium exemplar intueantur, sed per sollertem etiam peccatorum fugam sanctimoniaeque exercitionem studiosissimam, ita eius doctrinam ac vitam suis moribus exprimant, ut cum Dominus apparuerit, in gloria similes ei fiant, videntes eum sicuti est77.

Quedmamodum autem singula membra sibi adsimulata vult Christus Ita totum etiam Ecclesiae Corpus. Quod profecto evenit, cum ipsa, Conditoris sui vestigiis Insistens, docet, regit, divinumque sacrificium Immolat. Ipsa praeterea. dum evangelica consilia amplectitur. Redemptoris paupertatem, obedientlam, virginitatemque In se refert. Ipta per multiplicia variaque instituta, quibus velutl mo-
215 nUlbus ornatur, Christum quodanVmodo commonstrat, vel In monte contemplantem, vel condonantem ad populos, vel sanantem aegros et saucios, ac peccatores ad frugem bonam convertentem, vel denique bene facientem omnibus. Nihil Igitur mirum si eadem, quamdiu hlscc In terris degit. Insectationibus quoque, vexationibus doloribusque, Christum imitando, afficiatur.

Ac praeterea Idcirco Ecdeslae Caput habendus est Christus, quod supernorum munerum plenitudine perfectioneque cum praestet, ex elusmodi plenitudine mysticum eius Corpus nauriL Sicut enim —quod plures Patres animadvertunt— mortalis nostri corporis caput sensibus omnibus pollet, dum ceterae concretionis nostrae partes tactu solummodo fruuntur. Ita quae In societate Christiana virtutes sunt, quae dona, quae charismata, ea omnia In eius Capite Christo perfectissime renident. «In ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare·7* Eum superna ea munera exornant, quae hypostaticam unionem comitantur: siquidem in eo Spiritus Sanctus habitat cum tali gratiarum plenitudine, ut maior Intellegi ncqucaL Ei data est «potestas omnis carnis· uberrimi in eo sunt «omnes thesauri sapientiae et scientiae· 80. Eaque etiam, quam visionis scientiam vocant, ita in eo viget ut tam ambitu quam claritate beatam id genus scienta. prorsus exsuperet sanctorum omnium caelitum. Ac denique tam ipse est plenus gratiae et veritatis, ut de inexhausta plenitudine eius nos omnes accipiamus ei.

Haec autem illius discipuli verba, quem singulari caritate diligebat lesus, ad extremam edisserendam rationem Nos movent, e qua quidem peculiari quodam modo evincitur Christum Dominum mystici sui Corporis Caput esse asseverandum. Sicut scilicet nervi in omnes nostri corporis artus e capite diffunduntur, Hsdemque sentiendi seseque movendi facultatem impertiunt, ita Servator noster vim virtutemque suam in Ecclesiam immittit, qua fit ut res divinae et illustrius a christIfideli/bus cognoscantur et 218
appetantur avidius. Ex eo profluit in Ecclesiae Corpus omnis lux, qua credentes divinitus illustrantur, omnisque gratia, qua sancti fiunt, sicut ipse sanctus est.

Universam Ecclesiam suam illuminat Christus; quod quidem ex pene innumeris Sacrarum Litterarum sanctorumque Patrum locis comprobatur. «Deum nemo vidit unquam: unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, Ipse enarravit· :* Veniens a Deo magister M, ut testimonium perhiberet veritati M, primaevam Apostolorum Ecclesiam ita sua luce illustravit, ut .Apostolorum princeps exclamaret: «Domine, ad quem ibimus? verba vitae aeternae ha-
bes Evangelistis e caelo ita adfuit, ut tamquam membra Christi illud operati sint, quod veluti dictante Capite cognoverunt ··. Atque etiam hodie nobis, hoc in terrestri exsilio commorantibus, est auctor fidei, sicut in patria consummator B7. Ipse est qui In fideles lumen fidei infundit; ipse qui Pastores et Doctores, imprimisque suum in terris Vicarium, supernis scientiae, intellectus, sapientiaeque donis divinitus ditat, ut fidei thesaurum fideliter adservent, strenue defendant, pie diligenterque explicent atque corroborent; ipse denique est, qui, etsi non visus, Ecclesiae Conciliis praesidet atque praelucet 8:*

Sanctitatis auctor est ataue effector Christus. Nullus siquidem salutaris actus haberi potest, qui ex eo, tamquam e superno fonte, non profluat. «Sine me, inquit, nihil potestis facere» B:* Si, ob admissa perpetrata, animi dolore paenitentiaque movemur, si filiorum timore ac spe ad Deum convertimur, ipsius semper virtute ducimur. Gratia et gloria ex Inexhausta eius plenitudine oriuntur. Eminentiora praesertim mystici sui Corporis membra, consilii, fortitudinis, timoris pietatisque donis/Servator noster con- 217
tinenter munerat, ut totum Corpus magis in dies magisque vitae sanctitate integritaleque augeatur. Et quando Ecclesiae Sacramenta externo ritu administrantur, ipsemet effectum in animis operatur®0. Itcmque ipse est, qui redemptos nutriens propria carne et sanguine, concitatos ac turbidos animi motus sedat; ipse est, qui gratias auget assequendamque animorum corporumque gloriam praeparat. Quos quidem divinae bonitatis thesauros, mystici sui Corporis membris non modo idcirco impertire dicendus est, quod eos, tam eucharistica hostia in terris, quam darificata In coelis, ostensione vulnerum prccumque effusione a Patre Aeterno efflagitat, sed idcirco etiam quod singulis singulas gratias «secundum mensuram donationis Chri-
*ti· 1, eligit, determinat, distribuit. Ex quo consequitur ut a Divino Redemptore, tamquam ex capitali fonte vim hauriens, «totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis faciat In adiflcationem sui In caritate· :**

Quae supra exposuimus, Venerabiles Fratres, modum presse brevlterque explanantes, quo Christus Dominus ex divina plenitudine sua in Ecclesiam vult ubera sua dona influant, ut eadem sibimet ipsi quam maxime adsimuletur, haud parum profecto conferunt ad tertiam illam edisserendam rationem, ex qua etiam eruitur cur sociale Ecclesiae Corpus nomine Christi decoretur, quae quidem in eo ponitur, quod Servator noster ab se conditam societatem ipse divinitus sustentat.

Ut acute subtiliterque Bellarminus *’ animadvertit, haec

·· taunt. XV, s. n Cf EM . IV. «β ' 11. ⁋ n ⓒ ta q› »1 EM . «r f. feet :* ⁋ II. 16-17 n R. T ⓒ. ΠI Prfr.. 1. 4. ° CI. VIH. *n ''fa.* III. te. "CL / Z^w«, HI. 1. ’· CoL 1, 19. "Cf.

IOAMN.. XVIII, 3. ·· *Coi.,* II. j. ’’CL Ioajtx., i, u,j6 «»c1 Io .xx · 1». ‘‘CL Ioaxw.. III. x. "Cf- XVIII. 37 «»Cf Ioaxn VI M ••Cl AvcviT., Dr ⁋on r«mC.. I. 35. SC Migxe. P. *L* XXXIV λ™ "Cf. f/rfer, XII, *2.* "CL Ct * Alxx. *Ep.* 55 *d, Symb-* LXXVII, MJ. "CL Ioa*»-. XV. 5." CL S. ⁋eo II, q. 64 £⁋S ’ IV, 7 ·’ EM . IV. ⁋ a. CoL. II. 17. -CL D.

Corporis Christi nominatio non ex co solummodo explicanda est, quod Christus mystici sui Corporis Caput est
218 dicendus,/se ex eo etiam quod ita Ecclesiam sustinet, et ita in Ecclesia quodammodo vivit, ut ipsa quasi altera Christi persona exsistat. Quod quidem gentium Doctor ad Corinthios scribens affirmat, cum, nihil aliud adliciens, «Christum· Ecclesiam vocat ipsum profecto Magistrum imitatus, qui eidem Ecclesiam insectanti adclamaverat ex alto: «Saule, Saule, cur me persequeris?»9S. Quin immo si Nvsseno credimus, saepius ab Apostolo Ecclesia «Christus» nuncupatur ··; nec ignotum vobis est. Venerabiles Fratres, illud Augustini effatum: «Christus Christum praedicat» 97.

Nobilissima tamen elusmodi appellatio non ita accipienda est, ac si ineffabile illud vinculum, quo Del Filius concretam assumpsit humanam naturam, ad universam pertineat Ecclesiam; sed In eo posita est, quod Servator Noster bona maxime sibi propria ita cum Ecclesia sua communicat, ut haec secundum totam vitae suae rationem, tam adspectabilem quam arcanam. Christi Imaginem quam perfectissime exprimat. Nam per iuridlcam, ut aiunt, missionem qua Divinus Redemptor Apostolos in mundum misit, sicut ipse missus erat a Patre *5, ipse est, qui per Ecclesiam baptizat, docet, regit, solvit, ligat, offert, sacrificat. Ea vero altiore donatione, interna ac sublimi prorsus, quam supra attigimus, Capitis scilicet rationem describentes influendi In membra sua, Christus Dominus Ecclesiam superna sua vita vivere iubet, totum eius Corpus divina virtute sua permeat, et singula membra secundum locum, quem in Corpore occupant, eo fere modo alit ac sustentat, quo cohaerentes sibi palmites vitis nutrit fadtque frugiferos ".

Quodsi divinum hoc, a Christo datum, vitae virtutisque principium attente consideramus, prout ipsum fontem
219 constituit/cuiusvis doni gratiaeque creatae, facile Intellegimus illud nihil aliud esse nisi Paraclltum Spiritum, qui a Patre Filioque procedit, quique peculiari modo «Spiritus Christi» seu «Spiritus Filii» dicitur 10°. Hoc enim gratiae veritatisque Flamine Filius Del In ipso intaminato Virginis sinu animam suam ornavit; hic Spiritus in deliciis habet In almo Redemptoris animo tamquam in templo suo dilectissimo habitare; hunc Spiritum proprio effuso cruore Christus nobis in Cruce promeruit; hunc denique super Apostolos efflans, Ecclesiae ad peccata remittenda largitus est101; ac dum Christus solummodo hunc Spiritum non ad mensuram accepit10S. membris tamen mystici Corporis non nisi secundum mensuram donationis Christi ex ipsius Christi plenitudine Impertitur103. Ac postquam Christus In Cruce clarlflcatus est, cius Spiritus cum Ecclesia uberrima effusione communicatur, ut ipsa elusque singula membra magis in dies magisque Servatori nostro adsimulentur. Spiritus Christi est, qui nos adoptivos Dei filios effecit1M, at aliquando «omnes revelata facie gloriam Domini spéculantes, In eandem imaginem transformemur a claritate In claritatem»los.

Huic autem Christi Spiritui tamquam non adspectabili principio Id quoque atribuendum est, ut omnes Corporis partes tam Inter sese, quam cum excelso Capite suo conjungantur, totus In Capite cum sit, totus in Corpore, totus In singulis membris; quibus pro diversis eorum muneribus atque officiis, pro maiore vel minore, quo fruuntur spiritualis sanitatis gradu, diversis rationibus praesens est atque adsistlt. Ille est, qui caelesti vitae halitu In omnibus corporis partibus cuiusvis est habendus actionis vitalis ac reapse salutaris principium. Ille est, qui licet per se Ipse In omnibus membris habeatur, in ilsdemque divinitus agat,
220 in Inferioribus tamen etiam per superiorum ministerium/ operatur; Ille denique est, qui dum Ecclesiae nova semper In dies, sua afflante gratia, incrementa parit, membra tamen, a Corpore omnino abscissa, renuit sanctitatis gratia Inhabitare. Quam quidem lesu Christi Spiritus praesentiam operationemque sapientissimus Decessor Noster Imm, mem. Leo XIII Encyclicls Litteris *Divinum illud* per haec verba presse nervoseque significavit: «Hoc affirmare sufficiat, quod cum Christus Caput sit Ecclesiae, Spiritus Sanctus sit eius anima»loe.

Si vero vitalem illam vim virtutemque, qua tota Christianorum communitas a Conditore suo sustentatur, iam non in semet ipsa, sed in creatis, qui Inde oriuntur, effectibus spectamus, In caelestibus ea muneribus consistit, quae Redemptor noster una cum Spiritu suo Ecclesiae impertit, unaque cum Spiritu suo, supernae lucis dator sanctitatisque effector, operatur. Ecclesiae igitur haud aliter ac sancta cius omnia membra, grandem hanc Apostoli sententiam sibi sumere potest: «Vivo autem; iam non ego; vivit vero In me Christus»107.

Haec Nostra de «Capite mystico»109 facta eloquia imperfecta quidem manerent, si non paucis saltem attingeremus hanc eiusdem Apostoli sententiam: «Christus Caput est Ecclesiae: Ipse Salvator Corporis eius»lw. Hisce enim verbis postrema indicatur ratio, cur Corpus Ecclesiae Christi nomine donetur. Est nempe Christus huius Corpori divinus Servator. Ipse enim Iure meritoque a Samaritanis praedicatur «Salvator mundi»110; immo absque ullo dubio dicendus est «Salvator omnium»; quamvis cum Paulo sit addendum: «maxime fidelium»1U. Prae aliis videlicet omnibus, membra sua, quae Ecclesiam constituunt, acquisivit sanguine suo ni. Haec tamen, cum supra de Ecclesia e Cruce orta, de Christo lucis datore/effcctoreque sanctitatis, 221
deque eodem mystici sui Corporis sustentatore, enucleate satis scripserimus, non est cur amplius explanemus, sed cur potius omnes, immortales grates agentes Deo, demisso intentoque animo medltemur. Quod autem Servator noster, olim c Cruce pendens, inchoavit, id perpetuo continenlerque in caelesti beatitate peragere non desinit: «Caput nostrum, ait Augustinus, interpellat pro nobis: alia membra recipit, alia flagellat, alia mundat, alia consolatur, alia creat, alia vocat, alia revocat, alia corrigit, alia redintegrat» ll1. Nos autem omnes Christo In salutifero hoc opere debemus sociam praestare operam, «qui ex uno et per unum salvamur ct salvamus»lli.

• . .

Iam nunc, Venerabiles Fratres, ad illud edisserendum gradum faciamus, per quod quidem In sua luce ponere cupimus Christi Corpus, quod est Ecclesia, mysticum esse appellandum. Appellationem elusmodi, quae "iam in plurium aetatis veteris scriptorum usu habetur, haud pauca Summorum Pontificum documenta comprobant Non autem una de causa haec vox adhibenda est; quandoquidem per illam sociale Ecclesiae Corpus, cuius Christus Caput est ac moderator, internosci potest a phvsico eius Corpore quod e Deipara Virgine natum nunc ad Patris dexteram sedet, velisque Eucharisticis delitescit; ac discerni item potest, quod ob hodiernos errores maioris momenti est, a naturali quovis corpore sive physico, sive, ut aiunt, morali.

Dum enim in naturali corpore unitatis principium ita partes iunglt, ut propria, quam vocant, subsistentia singulae prorsus careant; contra In mystico Corpore mutuae coniunctionls vis, etiamsi Intima/membra ita inter se copulat, ut singula omnino fruantur persona propria. Accedit quod, si totius et singulorum membrorum mutuam inter se rationem conside/ramus, in phvsico quolibet vi- 222
venti corpore totius concretionis emolumento membra singula universa postremum unice destinantur· dum socialis quaelibet hominum compages, si modo ultimum utilitatis finem inspicimus, ad omnium et uniuscuiusque membri profectum, utpote personae sunt, postremum ordinantur. Itaque —ut ad rem nostram regrediamur— sicut Aeterni Patris Filius ob sempiternam omnium nostrum salutem de caelo descendit. Ita Corpus Ecclesiae condidit divinoque Spiritu ditavit ad immortalium procurandam assequendamque animarum beatitatem, secundum illud Apostoli: «Omnia enim vestra sunt; vos autem Christi; Christus autem Dei»11* Ut enim Ecclesia In bonum conformatur fidelium, ita In Del et quem ipse misit Christi lesu gloriam destinatur.

Quodsi mysticum comparamus cum morali, ut ălunt corpore, tum etiam animadvertendum est non leve quiddam intéressé, sed aliquid summi momenti Inter utrumque summaeque gravitatis. In hoc enim, quod morale vocant, nihil aliud est unitatis principium, nisi finis communis, communisque omnium in eundem finem per socialem auctoritatem conspiratio; dum in mystico, de quo agimus. Corpore conspirationi huic Internum aliud adiungitur principium, quod tam In universa compage, quam in singulis eius partibus reapse exsistens virtuteque pollens, talis est excellentiae, ut ratione sui omnia unitatis vincula, quibus vel physicum vel morale corpus copuletur, in immensum prorsus evincat. Hoc est, ut supra diximus, aliquid non naturalis, sed superni ordinis, immo in semet ipso infini-

A. II. 19. MCL *I Cor.,* XII, *12.* "CL *Ad.,* IX, 4: XXII, r, XXVI, 14. "CL Giig. Ny»., Dz vUa Λ/w îû : Migmb, *P. G.,* XLIV, 385. ·» CL *Sm.,* CCCUV. xi MiGKi, P. L, XXXIX, 1563· M CL Ioanx^ XVII, xB et XX, n. ’’CL Lio XIII, *Chrütianar. A. S. S.,* XXII, 391; *Satit Ibiitm.* XXVIII, 710. «·· *Rom.,* VIII, 9; *II Cor.,* ni. 17; *Gal.,.* IV, 6J"CL1oanx.,XX.m. IW CL Ioλχχ.. IIT, 34. *CLEpE,* I, 8; IV. 7, ‘‘‘Ct *Rem.,* VITI, X4-jr, GoL, IV, 6-7. ⁂· *Ct. II Cor.,* III, *18* S. XXIX, p. 650. II, ». ,MCL Ambio».. *Dr EKλ rt Ἐnv* , 10, 36-37 et *I* Pialm.* 118. wrw », 1: Micmz. *P.* L·, XIV, et XV, 14S3. ⁂·££ V. 13. "Hoλχμ – IV. ⁂ ,HCt Ż Am. ÎV. icu "· *Ad.,* XX. 18. «· Ehjff. »4 *P*^ LXXXV. 3 Miut, *P L* XXXVTI. jo 85. A1XX-, Sirtm., VII. 2· *P. G,* IX, 413. »«› Z *£o* III. at. Ptvs XI. *Dtrini Rrdrmpiorû: A. A S,* 1937. P 80 [LE 137«) *Dr*

tum omnino atque increatum: Divinus nempe Spiritus, qui, ut ait Angelicos, «unus et Idem numero, totam Ecclesiam replet et unit·n·.

Recta Igitur vocis huius significatio in mentem revocat, Ecclesiam, quae perfecta genere suo sodetas haberi debet, non ex sodalibus solummodo ac Juridicis elementis rationibusque constare. Ea nimirum longe praestantlor est
223 quam quaelibet aliae/hominum communitates 11T; quibus quidem sic antecellit, ut gratia naturam exsuperat, rebusque caduds omnibus Immortalia sunt praestabiliora 11·. Id genus communitates, Imprimisque Civilis Sodetas, utique non spernendae sunt, nec parvi habendae; venuntamen in earum rerum ordine non tota Ecdesia est, sicut in mortalis corporis nostri concretione, non totus homo ll1. Quamvis enim juridicae rationes, quibus Ecdesia etiam innititur atque componitur, ex divina oriantur a Christo data constitutione, adsunernumque finem assequendum conferant, id tamen, quo cnristiana societas ad gradum evehitur, qui omnem naturae ordinem prorsus evincit, Redemptoris nostri Spiritus est, qui ceu fons gratiarum, donorum, ac charismatum omnium, perpetuo et Intime Ecdesiam replet et In ea operatur. Siquidem, quemadmodum mortalis nostri corporis compages mirificum utique est Creatoris opus, sed quam longissime distat ab excelsa animi nostri dignitate: sic sodalis Christianae reipubllcae structura, quamvis divini Architecti sui sapientiam praedicet, allquid tamen inferioris omnino ordinis est, ubi cum spiritualibus donis comparatur, quibus eadem ornatur ac vivit, cum eorumqne divino fonte.

Ex iis, quae adhuc. Venerabiles Fratres, vobis scribendo explanandoque persecuti sumus, omnino patet gravi eos in errore venari, qui ad arbitrium suum quasi latentem minlmeque conspicuam fingant Ecdesiam; Itemque qui eam perinde habeant atque Institutum quoddam humanum cum certa ouadam disciplinae temperatione externisque ritibus, at sine supernae vitae communicatione u·. Dum contra sicut Christus Ecclesiae Caput el exemplar, «non omnis est, si In eo vel humana dumtaxat spectetur natura visibilis,.., vel divina tantummodo natura invisibilis..., sed unus est ex utraque et in utraque natura...: sic Corpus
224 eius mysticum»U1, quandoquidem Del/Verbum humanam naturam assumpsit doloribus obnoxiam, ut adspectablll sodetate condita et divino sanguine consecrata, «per visibilem gubernationem ad invisibilia homo revocaretur m.

Quapropter funestum etiam eorum errorem dolemus atque Improbamus, qui commenticiam Ecclesiam sibi somniant, utpote sodelatem quandam caritate alitam ac formatam. cui quidem —non sine despicientia— aliam opponunt, miam iuridicam vocant. At perperam omnino clusmodl distinctionem inducunt: non enim intellegunt divinum Redemptorem eadem ipsa de causa conditum ab se hominum coetum, perfectam voluisse genere suo societatem constitutam, ac luridicis omnibus sodalibusque clementis Instructam, ut nempe salutiferum Redemptionis opus hisce In terris perennaretia; ct ad eundem finem assequendum caelestibus eam voluisse donis ac muneribus a Paracllto Spiritu ditatam. Eam utique Aeternus Pater voluit «regnum Fllll dilectionis suae»1M; attamen reapse regnum, In quo nimirum credentes omnes plenum praestarent intellectus voluntatisque suae obsequium u;* ac demisso obedlentlque animo el sese confirmarent, nui pro nobis «factus est obedlens usque ad mortem»ut. Nulla Igitur veri nominis oppositio vel repugnantia haberi potest inter invisibilem, quam vocant. Spiritus Sancti missionem, ac luridicum Pastorum Doctorammie a Christo acceptum munus; quippe nuae —ut in nobis corpus animusque—, se Invicem compleant ac perficiant, et ab uno eodemque Servatore nostro procedant, qui non modo divinum afflando halitum dixit: «Accipite Spiritum Sanctum»117, sed etiam dari voce imperavit: «Sicut misit me Pater, et ego
225 mitto vos»111; Itemque: «Qui vos audit, me audit» lw.|

Quodsl In Ecdesia aliquid cernitur, quod humanae arguit conditionis nostrae Infirmitatem, id quidem non luriildicae est eius constitutioni attribuendum, sed lamentabili potius singulorum ad malum prodivitati, quam Idcirco divinus eius Conditor in ollioribus etiam mystici sui Corporis membris esse patitur, ut et ovium Ᵽas oramque virtus comprobetur, et in omnibus increscant Christianae fidei promerita, Christus enim, ut supra diximus, ex constituto a se coetu seclusos noluit peccatores; sl Igitur nonnulla membra spiritualibus morbis laborant, non est cur erga Ecdesiam nostrum minuamus amorem, sed cur potius erga eius membra pietatem adaugeamus.

Utique absque ulla labe refulget pia Mater In sacramentis, quibus filios procreat ct alit; in fide, quam nullo non tempore intaminatam servat; In legibus sanctissimis, quibus omnes iubet, consiliisque evangellcis quibus admonet; in coelestibus denique donis et charismatis, per quae innumera parit. Inexhausta sua fecunditate xso, martyrum, virginum confessorumque agmina. Attamen eidem vitio verti nequit, si quaedam membra vel infirma vd sauda languescant, quorum nomine cotidie Ipsa Deum deprecatur «Dimitte nobis debita nostra», quorumque spirituali curae, nulla Interposita mora, materno fortique animo incumbit

Cum Igitur «mysticum» Icsu Christi Corpus nuncupamus, per Ipsam huius vocis significationem gravissime admonemur. Quae quidem monita in hisce S. Leonis verbis quodammodo resonant: «Agnosce, o Christiane, dignitatem luam, et divinae consors factus naturae, noli in veterem vilitatem degeneri conversatione redire. Memento culus Capitis et cuius Corporis sis membrum» ial.

Placet in praesens, Venerabiles Fratres, peculiarissimo modo verba facere de nostra cum Christo In Ecclesiae Corpore con/Junctione, quae si —ut iure meritoque Au- 22«
gustinus ait1,1— res grandis est, arcana atque divina, nac eadem tamen de causa saepenumero contingit, ut a nonnullis perperam Intellegatur atque explicetur. Imprimis patet eam arctissimam esse: nam in Sacris Litteris non modo casti connubil vinculo adsimulatur, et cum vitali palmitum vitisque unitate, nostrique corporis compagine comparatur1M; sed etiam tam intima exhibetur, ut —secundum Illud Apostoli: «Ipse (Christus) est Caput Corporis Ecclesiae»— perantiqua perpetuoque a Patribus tradita documenta doceant, divinum Redemptorem cum suo sociali Corpore unam dumtaxat constituere mysticam personam, seu ut Augustinus ait: Christum totum13S. Quin Immo ipse Servator noster in sacerdotali sua oratione eiusmodi coagmentationem cum miranda illa unitate, qua Filius est In Patre et Pater in Filio, conferre non dubitavit ut.

Nostra autem, quae In Christo est et cum Christo compages, primo loco ex eo constat, quod cum Christiana respublica ex Conditoris sui voluntate sociale exsistat perfectumque Corpus, idcirco In ea copulatio insit oportet membrorum omnium ob eorum in eundem finem conspirationem. Quo autem nobilior est finis, ad quem haec conspiratio contendit, quo divinior est fons ex quo eadem procedit, eo excelsior procul dubio evadit unitas. Iam vero altissimus finis est: continuata nempe ipsius Corporis membrorum sanctificatio in gloriam Del et Agni, qui occisus estin. Fons autem divinissimus: non modo scilicet Aeterni Patris placitum, studiosaque Servatoris nostri voluntas, sed, internus etiam Sancti Spiritus in mentes animosque nostros afflatus atque appulsus. Si enim ne minimus quidem actus, qui ad salutem conducat, elici potest, nisi In Spiritu Sancto, quomodo possunt innumerae cuiusvis gentis, cuiusvis stirpis multltudines/in supre- 2
mam unius trinlque Numinis gloriam communi consilio conspirare, nisi ex illius virtute, qui a Patre Filioque uno actemoque efflatur amore?

Quoniam vero, ut supra diximus, sociale eiusmodi Christi Corpus ex Conditoris sui voluntate adspectabile esse debet, conspiratio illa membrorum omnium extrinsecus etiam sese manifestet opus est, cum per eiusdem fidei professionem, tum per eorundem communionem sacrorum, per eiusdemque participationem sacrificii, tum denique per actuosam eorundem legum observantiam. Idque praeterea omnino necessarium est, ut in oculis omnium conspicuum adsit supremum Caput, a quo mutua Invicem ndiutrix omnium opera ad propositum assequendum finem efficienter dirigatur, lesu Christi dicimus In terris Vicarium. Quemadmodum enim divinus Redemptor Paraclltum misit veritatis Spiritum, qui suas partes agens iae, arcanam sumeret Ecclesiae gubernationem, ita Petro elusque Successoribus mandavit, ut suam in terris gerentes personam perspicibilem quoque Christianae reipubllcae moderationem agerent.

luridlcls autem hisce vinculis, quae iam ratione sui

sufficiunt, ut cuiusvis alius, etsi supremae, humanae societatis nexus longe exsuperentur, alia necesse est accedat unitatis ratio ob tres illas virtutes, quibus nos Inter et cum Deo arctissime copulamur: Christianam inquimus fidem, spem caritatemque.

Siquidem «unus Dominus, ut admonet Apostolus, una fides» M· ea nimirum fides, oua uni Deo adhaeremus et ei, quem misit, lesu Christo 14<5. Quam intime vero hac fide obstringamur Deo, verba discipuli docent, quem lesus peculiari modo diligebat: «Quisquis confessus fuerit, quoniam lesus est Filius Dei, Deus in eo manet et ipse In Deo»,<l. Nec minus inter nos ct cum divino Capite nostro Christiana hac fide copulamur. Nam quotquot credentes sumus, «habentes... eumdem spiritum fidei»14J, eadem
223 Christi luce collustramur, eodem/Christi pabulo enutrimur, eademque Christi auctoritate et magisterio regimur. Quodsi idem In omnibus fidei spiritus virescit, omnes quoque eandem vitam «in fide vivimus Filii Dei, qui dllexlt nos et tradidit semet Ipsum pro nobis»1W; et Christus Caput nostrum vivida fide In nobis susceptus et habitans In cordibus nostris141, sicut fidei nostrae est auctor, ita erit et consummator 14\

Sicut autem per fidem hisce in terris Deo ut veritatis fonti adhaeremus, ita eum per Christianae spei virtutem appetimus ut fontem beatitatis, «exspectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei» 14e. Ob commune autem Illud caelestis Regni desiderium, quo heie manentem civitatem habere renuimus, sed futuram inquirimus 147, supemamque gloriam anhelamus, gentium Apostolus dicere non dubitavit: «Unum Corpus et unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae»148; immo Christus in nobis velutl spes gloriae residet ,4·.

At si fidei et spei nexus, quibus cum Divino Redemptore nostro in mystico eius Corpore Jungimur, magnae sunt gravitatis maximique momenti, non minoris profecto gravitatis efficientiaeque sunt vincula caritatis. Namque si etiam in rerum natura aliquid praestantissimum est amor, ex quo vera amicitia ducitur, quid de supemo illo amore dicendum, qui ab ipso Deo in animos infunditur nostros? «Deus caritas est, et qui manet in caritate, in Deo manet et Deus in eo» 15°. Quae quidem caritas id efficit quasi ex constituta a Deo lege, ut in nos amantes eum redamantem descendere iubeat, secundum illud: «SI quis diligit me..., et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus»161. Caritas
229 igitur/omni alia virtute arctius nos coniungit cum Christo, cuius caelesti ardore inflammati, tot Ecclesiae filii gavisi sunt pro eo contumeliam pati, et ad supremum usque vitae halitum sanguinisque effusionem, quaelibet, etsi maxime ardua, obire atque evincere. Quapropter divinus Servator noster hisce verbis vehementer nos adhortatur: «Manete in dilectione mea». Et quandoquidem caritas ieiuna res est ac prorsus vacua, si bonis operibus non panditur et quodammodo efficitur, idcirco haec continuo subiunglt: «Si praecepta mea servaveritis, manebitis In dilectione mea; sicut et ego Patris mei praecepta servavi et maneo In eius dilectione» 157.

Huic tamen erga Deum, erga Christum amori caritas in proximos respondeat oportet. Siquidem quomodo asseverare possumus divinum nos Redemptorem diligere, si eos oderimus, quos ipse ut mystici sui Corporis membra faceret, pretioso suo sanguine redemit? Quamobrem Ita IDe nos admonet, quem prae ceteris Christus dllexlt Apostolus: «Si quis dixerit quoniam diligo Deum, et fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, auem videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum»153. Immo id etiam est affirmandum, eo magis nos fore cum Deo, cum Christo coniunctos, quo magis futuri simus alter alterius membra 1M, pro Invicem sollicita 1M; sicut ex altera parte, eo magis nos fore inter nos cohaerentes caritateque copulatos, quo flagrantiore amore ad Deum divinumque Caput nostrum adstricti fuerimus.

Nos autem Unigenitus Dei Filius, iam ante mundi exordium, aeterna infinitaque cognitione sua perpetuoque amore amplexus esL Quem quidem amorem, ut adspectabüi ac miranda prorsus ratione patefaceret, nostram sibi in hypostaticam unitatem adiunxit naturam; qua fit
230 —quod candida quadam simplici/tate Maximus Taurinen-iis animadvertit— ut «in Christo caro nostra nos diligat» 1M.

Eiusmodi vero amantissima cognitio, qua divinus Redemptor a primo Incarnationis suae momento nos prosecutus est, studiosam quamlibet humanae mentis vim exsuperat; quandoquidem per beatam illam visionem, qua vixdum in Deiparae sinu exceptus, fruebatur, omnia mystici Corporis membra continenter perpetuoque sibi praesentia habet, suoque complectitur salutifero amore. O mira erga nos divinae pietatis dignatio; o inaestimabilis ordo Immensae caritatis! In praesepibus, in Cruce, in sempiterna Patris gloria omnia Ecclesiae membra Christus sibi conspecta sibique coniuncta habet longe clarius, longeque amantius, quam mater filium suum In gremio positum, quam quilibet semetipsum cognoscit ac diligit.

Ex hucusque allatis facile cernitur, Venerabiles Fratres, cur Paulus Apostolus tam frequenter scribat Christum esse in nobis, nosque esse in Christo. Quod quidem subtiliore quoque ratione comprobatur. Est nempe Christus in nobis, ut supra enucleate satis exposuimus, per Spiritum suum, quem nobiscum communicat, et quem Ita In nobis operatur, ut quaecumque divina a Spiritu Sancto in animi peracuntur, etiam a Christo Ibi peracta dicantur oporteat «47. «Si quis Spiritum Christi non habet, inquit Apostolus, hic non est eius: si autem Christus In vobis est.., spiritus vivit propter lustiflcationem»15e.

Ex eadem autem Spiritus Christi communicatione efficitur, ut, cum omnia dona, virtutes et charismata, quae In Capite excellenter, uberrime efficienterque insunt, in omnia Ecclesiae membra deriventur, et in iis secundum locum quem in mystici lesu Christi Corpore occupant. In dies perficiantur, Ecclesia velutl plenitudo constituatur et complementum Redemptoris; Christus vero quod omnia in Ecclesia quodammodo adimpleatur1M. Quibus quidem verbis ipsam attigimus rationem, cur,/secundum Au- 231
gustini placita, iam breviter indicata, Caput mysticum, quod Christus est, et Ecclesia, quae hisce in terris velutl alter Christus eius personam gerit, unum novum hominem constituant, quo in salutifero Crucis opere perpetuando caelum et terra iungantun Christum dicimus Caput et Corpus, Christum totum.

Profecto non sumus nescii, arcanae huic intellegendae explicandaeque doctrinae —quae circa nostram versatur cum Divino Redemptore conlunctioncm, peculiarique modo circa Spiritus Sancti in animis inhabitationem— multa obstare velamina, oulbus arcana eadem doctrina ob inquirentium mentis debilitatem quasi quadam caligine obvolvatur. At novimus etiam ex recta adsiduaque huius rei pervestigatione, atque ex variarum opinionum conflictu sententiarumque concursu, si modo veritatis amor ac debitum Ecclesiae obsequium eiusmodi inquisitionem dirigant, pretiosa scatere atque exsilire lumina, quibus in sacris quoque id genus disciplinis profectus reapse habeatur. Non eos igitur improbamus, qui diversas vias rationesque ingrediantur ad tam altum attingendum et pro viribus collustrandum mirandae huius nostrae cum Christo coniunctIonis mysterium. Verumtamen id omnibus commune atque inconcussum esto, si a germana velint doctrina, a rectoque Ecclesiae magisterio non aberrare: omnem nempe reicendum esse mysticae huius coagmentationis modum, quo christifideles, quavis ratione ita creatarum rerum ordinem praetergrediantur, atque in divina perperam invadant, ut vel una sempiterni Numinis attributio de iisdem tamquam propria praedicari queat. Ac praeterea certissimum illud firma mente retineant, hisce in rebus omnia esse habenda Sanctissimae Trinitati communia, quatenus eadem Deum ut supremam efficientem causam respiciunt.

Animadvertant quoque necesse est, hac In causa de occulto mysterio agi, quod in hoc terrestri exsilio, velamine quolibet detectum, omnino introspici, humanaque lingua significari numquam possit. Inhabitare quidem Divinae Personae dicuntur, quatenus in creatis animantibus intellectu praeditis Imperscrutabili modo praesentes, ab Iisdem per cognitionem et amorem attingantur 1<0, quadam 232
tamen ratione omnem naturam transcendente, ac penitus intima et singulari. Ad quam auidem intuendam ut parumper saltem accedamus, non illa via ac ratio neglegenda est, quam Vaticana Synodus 141 in Id genus rebus valde commendat; quae quidem ad hauriendam lucem contendens. qua Dei arcana paulisper saltem Internoscantur, Id assequitur, mysteria eadem Inter se comparans et cum supremo fine, quo dirigantur. Opportune Igitur saplentlssimus Decessor Noster fel. rec. Leo XIII. cum de hac nostra cum Christo conlunctione deque Divino nos inha-

fcaw, XIV, i6 et 16. «· *Eph.*. IV, 5. 10 Cf. lOAXX^ XVII, 3. ⅋* */ Ɨpan* IV, 15. ««П Cor., IV. x3. ««Ct *GaL,* II. 20. ««Cf. *Eph.*. III, 17. »«Cf. *Ɨ-Ht* , XП, 2. ··· Tit, П, ·" Cf. *Ɨ-Ht* XПI, x4. «· *Eph.,* IV, 4.10 Cf. Cet, ζ J7· *I Ioann.*. IV, x6. ««Ioanx., XIV, 23. «‘‘Ioamx., XV. g-io. *,M 1I^I-,* IV. JO-JI. ⅋ *Rom.*. XII, 5. »·· *I* Cor., XII, 25. »·· Srrw. XXIX,

Miû.xi, *P. L*·. LVU, νχ ·’’(X S. Twom., Cm m *Ep tU Eph . crp* II. kct. 5. «·· E^·., VHÎ, 9-10. ’"Cf. S. Twom , Om U *EK* W EH, L lecL L «·· Cf. S. Tkom., I. 9.43, * 3-10 1П. Cm, *Λι fU*. -eO.. αψ 4

biUnte Paradito loqueretur, ad beatam illam visionem oculos convertit, qua aliquando in caelis haec eadem mystica copulatio consummationem suam perfectionemque consequetur. «Haec mira coninnctio, inquit, quae suo nomine Inhabitatio dicitur, conditione tantum seu statu ab ea discrepat, qua caelites Deus beando complectitur»in. Qua quidem visione, modo prorsus ineffabili fas erit Patrem, Filium Divinumque Spiritum mentis oculis superno lumine auctis contemplari, divinarum Personarum processionibus aeternum per aevum proxime adsistere, ac simillimo illi gaudio beari, quo beata est sanctissima et indivisa Trinitas.

Quae autem hactenus de arctissima hac mystici lesu Christi Corporis cum Capite suo coniunctione proposuimus, Imperfecta Nobis viderentur, si heic pauca saltem de Sanctlsssima Eucharistia non odiiceremus, qua elusmodi coniunctio hac In mortali vita velat ad culmen adducitur.

Voluit siquidem Christus Dominus ut haec miranda, ac numquam satis exornata laudibus coagmentatio, qua Inter nos et cum divino Capite nostro iungimur, per Eucharisticum Sacrificium peculiari modo credentibus manifestaretur. In eo enim sacrorum administri non solum Servatoris nostri vices gerunt, sed totius etiam mystici Corporis singoiorumque fidelium; Hemone in eo christifideles Ipslmet immaculatum Agnum, unius sacerdotis voce in altari
2^3 pracsentem/constitutum, communibus votis precibusque consociati, per eiusdem sacerdotis manus Aeterno Patri porrigunt, gratissimam quidem laudis placationisque hostiam pro totius Ecclesiae necessitatibus. Et perinde ac divinus Redemptor, In Cruce moriens, semet ipsum, ut totius humani generis Caput, Aeterno Patri obtulit, ita Idem «in hac oblatione munda»ltt non modo semet ipsum, ut Ecclesiae Caput, caelesti Patri offert, sed in semet Ipso mystica etiam sua membra, quippe qui eadem omnia, debiliora quoque et Infirmiora, in Corde suo amantissime includat.

Eucharistiae vero sacramentum, dum vivida et mira pronus unitatis Ecclesiae imago exsistit —quandoquidem consecrandus panis ex multis granis oriens in unum coalescit—lu, nobis Ipsum supernae gratiae auctorem impertit, ut illum ex eo caritatis Spiritum hauriamus, quo non iam nostram, sed Christi vitam vivere iubeamur, et in omnibus socialis sui Corporis membris Redemptorem ipsum diligamus.

Si igitur in tristissimis, quibus hodie angimur, rerum adiunctis, plurimi habeantur, qui Christo Domino, Eucharisticis velis delitescenti, ita adhaereant, ut nec tribulatio, nec angustia, nec fames, nec nuditas, nec periculum, nec gladius eos separare queant ab eius caritatelcl. tum procul dubio sacra Synaxis, non sine providentis Dei consilio, postremis hisce temporibus in frequentiorem usum inde a pueritia restituta, illius fortitudinis fons evadere queat, quae haud raro Christianos ellam heroas excitare ac fovere possit.

Haec sunt. Venerabiles Fratres, quae, si Christifideles pie ac recte intellegant diligenterque retineant, facilius ab illis etiam erroribus cavere possunt, qui ex difficilis huius camae Investigatione, per arbitrium a quibusdam peracta, non sine magno catholicae fidei discrimine animorumque
234 perturbatione scateant iNon enim desunt, qui haud satis considerantes Paulum Apostolum translata tantummodo verborum significatione hac In re fuisse locutum, nec peculiares ac proprias corporis physici, moralis, mystici significationes, ut omnino oportet, distinguentes, perversum aliquod inducunt unitatis commentum; quandoquidem divinum Redemptorem et Ecclesiae membra in physicam unam personam coire et coalescere lubent, et dum hominibus divina attribuunt, Christum Dominum erroribus humanaeque in malum proclivitati obnoxium faciunt. A qua quidem doctrinae fallacia quamadmodum catholica fides sanctorumque Patrum praecepta prorsus abhorrent, ita pariter gentium Apostoli mens ac sententia omnino refugit, qui. quamvis Christum elusque mvstlcum Corpus mira inter se coagmentatione coniungat, alterum tamen alteri, ut Sponsum Sponsae, opponit

Nec minus a veritate aberrat periculosus eorum error, qui ex arcana omnium nostrum cum Christo coniunctione Insanum quemdam, ut alunt, qilletismum deducere conantur, quo quidem spiritualis omnis Christianorum vita eorumque ad virtutem progressio Divini Spiritus actioni unice attribuuntur, ea nempe seclusa ac posthabita, quae a nobis eidem praestar debet, socia ac velutl adiutrice opera. Nemo profecto infitiari potest Sanctum lesu Christi Spiritum unum esse fontem, ex quo superna omnis vis In Ecclesiam in eiusque membra profluat. Etenim «gratiam et gloriam, ut Psaltes ait, dabit Dominus» 1<7. Attamen quod homines in sanctitatis operibus constanter perseverent, quod in gratia in virtuteque alacri animo proficiant, quod denique non modo ad Christianae perfectionis apicem strenue contendant, sed ceteros quoque ad eam assequendam pro viribus excitent, haec omnia caelestis Spiritus operari non vult, nisi Udem homines cotidiana actuosaque navitate suas partes agant. «Non enim dormientibus, ait Ambrosius, divina beneficia, sed observantibus deferuntur»1<s. Namque, si in mortali/nostro corpore haud 233
intermissa exercitatione membra roborantur ac vigescunt, multo profecto magis id contingit in sociali lesu Christi Corpore, in quo singula membra propria cuiusque libertate, conscientia agendique ratione fruuntur. Quam ob rem, qui dixit: «Vivo autem, iam non ego: vivit vero in me Christus»1W; Idem asseverare non dubitavit: «Gratia eius (hoc est Dei) in me vacua non fuit, sed abundantius iliis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum»1T·. Omnino igitur perspicuum est fallacibus hisce doctrinis mysterium, de quo agimus, non In spiritualem christifldclium profectum, sed in eorum ruinam miserrime verti.

Quod ex falsis etiam eorum placitis evenit, qui asseverant non tanti esse faciendam frequentem admissorum venialium, ut alunt, confessionem, cum praestet potius generalis illa confessio, quam singulis diebus Sponsa Christi cum filiis suis sibi in Domino coniunctis, per sacerdotes faciat ad altare Dei accessuros. Pluribus utique modis, lisque summopere laudandis, ut probe nostis, Venerabiles Fratres, haec admissa expiari possunt; sed ad alacriorem cotidie per virtutis iter progressionem faciendam maxime commendatum volumus pium illum, non sine Spiritus Sancti instinctu ab Ecclesia inductum, crebrae confessionis usum, quo recta sui Ipsius cognitio augetur, Christiana crescit humilitas, morum eradicatur pravitas, spirituali neglegentiae torporique obsistitur, conscientia purificatur, roboratur voluntas, salutaris animorum moderatio procuratur, atque ipsius sacramenti vi augetur gratia. Ii igitur animadvertant, qui inter iuvenis cleri ordines fréquentions confessionis aestimationem minuant atque extenuent, rem se aggredi a Christi Spiritu alienam, ac mystico Servatoris nostri Corpori funestissimam.

Sunt praeterea nonnulli, qui precibus nostris omnem veri nominis impetrandi vim denegant, vel qui in hominum mentes insinuare conantur supplicationes ad Deum privatim admotas parvi esse faciendas, cum publicae potius, Ecclesiae nomine^adhibitae, reapse valeant, quippe quae 23<j
a mystico proficiscantur lesu Christi Corpore. Perperam id quidem: nam divinus Redemptor non modo Ecclesiam suam, utpote Sponsam dilectissimam, sibi coniunctissimam habet, sed in eadem singulorum quoque fidelium animos, quibuscum percuplt, postquam praesertim ad Eucharisticam mensam accesserint, quam Intime colloqui. Et licet pubfica comprecatio, utpote ab Ipsa Matre Ecclesia procedens, ob Sponsae Christi dignitatem prae qualibet alia excellat: attamen preces omnes, vel privatissime prolatae, nec dignitate nec virtute carent, et ad totius etiam mystici Corporis utilitatem, multopere conferunt; in quo quidem nihil bene, nihil recte a singulis membris perfici potest, quod per Sanctorum Communionem in universorum quoque salutem non redundet. Neque singuli homines prohibentur, Idcirco quod huius Corporis sunt membra, quominus peculiares quoque grallas, vel ad praesentem vitam quod attinet, servata tamen divinae voluntati obtemperatione, sibimet Ipsis petant: manent enim iidem sui turis personae, et singularibus suis obnoxii necessitatibus 17k Caelestium vero rerum meditationem quanti debeant facere omnes, non solummodo Ecclesiae documentis, sed omnium etiam sanctitate praestantium usu atque exemplo comprobatur.

Non desunt postremo, qui dicunt supplicationes nostras non ad ipsam lesu Christi personam, sed ad Deum potius, vel ad aeternum Patrem per Christum esse dirigendas, cum Servator noster, prout mystici sui Corporis Caput, «mediator Del et hominum»1,1 solummodo sit habendus. Attamen id non solum Ecclesiae menti adversatur Christlanorumque consuetudini, sed veritati etiam offendit. Christus enim, ut proprie accurateque loquamur, secundum utramque naturam una simul, totius Ecclesiae est Caput 17i; ac cetcroquin Ipse sollemniter asseveravit' «Si auld petieritis me in nomine meo, hoc faciam» Et quam-/ 237

*·· *Eip^t. Evant. uc. Lue.,* IV, 4$·. p. *r* χν -
Π, »·-·>·; Θ', XV. ια >n Cl. S Tncx , Π-Π. q. J7 - i , ^ -
Π. 5. '"CL S. T«OM„ D. q. ? J, »£u

vis In Eucharistico praesertim Sacrificio —In quo Christus cum sacerdos ipsemet et hostia sit, conciliatoris munere peculiari modo fung'tur— orationes ad aeternum Patrem per Unigenitum suum plerumque admoveantur, nihilo secius non raro, ac vel in Ipsa litatione, ad Divinum quoaue Redemptorem preces ahhibentur; quandoquidem Christianis omnibus cognitum clareque perspectum esse debet hominem Christum lesum eundem esse Dei Filium, ipsumque Deum. Atque adeo, dum militans Ecclesia intaminatum Agnum sacratamque Hostiam adorat ac precatur, triumphantis videtur Ecclesiae voci quodammodo respondere, perpetuo canentis: «Sedenti Jn throno et Agno: benedictio ct honor et gloria et potestas in saecula saeculorum» 17i.

♦ · *

Postquam, Venerabiles Fratres, in huius commentatione mysterii, quod arcanam omnium nostrum amplectitur cum Christo coniunctionem, ut universalis Ecclesiae Magister, mentes veritatis luce collustravimus, pastorali muneri nostro consentaneum ducimus animis quoque stimulos adlicere ad mysticum elusmodi Corpus incensa illa caritate adamandum, quae non modo cogitatione verbisque, sed dedita etiam opera proferatur. Si enim Veteris Legis sectatores de terrestri Civitate sua haec cecinere: «Si oblitus fuero tui, Jerusalem, oblivioni detur dextera mea: adhaereat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui; si non proposuero Jerusalem in principio laetitiae meae»17β, quanto cum maiore gloria effusioreque gaudio idcirco nobis exsultandum est, quod Civitatem inhabitamus ex rivis et electis lapidibus exstructam in monte sancto, «ipso summo angulari lapide Christo lesu»177. Siquidem nihil gloriosius, nihil nobilius, nihil profecto honorificentius cogitari potest, quam sanctam, catholicam, apostolicam Romanamque Ecclesiam participare, qua unius tam venerandi Corporis membra efficimur, ab uno
233 dirigimur tam/excelso Capite; ab uno perfundimur Divino Spiritu una denique doctrina unoque Angelico Pane hoc in terreno exsilio enutrimur, eo usque dum tandem aliquando una sempitemaque in caelis beatitate fruamur.

Ne autem a tenebrarum angelo decipiamur, transfigurante se in angelum lucis178, haec sit amoris nostri suprema lex, ut nempe Christi Sponsam, qualem eam Christus voluit suoque sanguine acquisivit, diligamus. Non modo igitur sacramenta, quibus Ecclesia pia Mater nos alit; non modo sollemnia, quibus nos solacio laetitiaque afficit, ac sacra cantica et liturgici ritus, quibus mentes nostras ad caelestia erigit, carissima nobis sint oportet, sed et sacramentalia, quae dicimus, atque via illa pietatis exercitia, quibus eadem fidelium animos Spiritu Christi suariter Imbuit et consolatur. Nec solummodo officium nobis est maternam eius erga nos pietatem, ut filios addecet, rependere, sed acceptam etiam a Christo auctoritatem eius revereri, quae in captivitatem redigit intellectus nostros in obsequium Christi178 atque adeo eius legibus eiusque de moribus praeceptis, nonnumquam naturae nostrae a primaeva innocentia lapsae durioribus, obtemperare iubemur itemque rebellans, quod gerimus, corpus voluntaria castigatione compescere; quin immo interdum a iucundis etiam rebus, neque iis noxiis, abstinere admonemur. Nec satis est mysticum hoc Corpus diligere, divino Capite caelestibusque dotibus insigne; sed actuoso etiam amore idem prosequi debemus, prouti in mortali manifestatur carne nostra, ex humanis nempe infirmisque elementis constans, etsi minus eadem nonnumquam ei loco congruunt, quem in venerando illo Corpore occupant.

Ut autem solidus eiusmodl atque integer amor in animis resideat nostris, in dlcsque augeatur, assuescamus necesse est In Ecclesia ipsum Christum videre. Christus est enim, qui in Ecclesia sua vivit, qui per eam docet, regit, unctitatemque Impertit; Christus quoque est qui varie sese in variis suis socialibus membris manifestat. Ubi igi-
239 lur virido hoc fidei spiritu/christifideles omnes vivere reapse conitentur, tum profecto non solum altiora mystici huius Corporis membra, eaque praesertim a quibus est ex divini Capitis mandato ratio aliquando reddenda de animabus nostris 18°, honore debitoque obsequio prosequentur, sed ea etiam sibi cordi habebunt, erga quae Servator noster peculiarissimo amore affectus est: infirmos dicimus, saucios et aegrotos, qui vel naturali, vel superno medicamine indigent; pueros, quorum innocentia tam facile hodie periclitatur, quorumque animula ut cera effingitur; pauperes denique, in quibus iuvandis ipsa lesu Christi persona miseratione summa agnoscenda est.

Ut enim iure meritoque Apostolus admonet: «Multo magis quae videntur membra Corporis infirmiora esse, necessariora sunt; et quae putamus ignobiliora membra esse Corporis, his honorem abundantlorem circumdamus» lel. Quam quidem gravissimam sententiam. Nos in praesens, pro altlssiml conscientia officii, quo obstringimur, iterandam reputamus, dum magno cum maerore cernimus corpore deformes, amentes patriisque morbis infectos, utpote molestum societatis onus, vita interdum privari; Idcrue a quibusdam efferri quasi novum humanae progressionis Inventum, communique utilitati maxime consentaneum. At quisnam cordatus non videat hoc non tantum naturali divinaeque legi188, in omnium animis inscriptae, sed altloris etiam humanitatis sensibus acerrime adversari? Horum igitur sanguis, qui sunt Redemptori nostro idcirco cariores, quod maiore sunt miseratione digni, «clamat ad Deum de terra»18S.

Ne autem sincera illa caritas, qua In Ecclesia eiusdemque membris Servatorem nostrum cernere debemus, pedetemptim languescat, valde opportunum est ipsum lesum, veluti supremum erga Ecclesiam amoris exemplar, intueri.

Et primum quidem huius amoris amplitudinem imitemur. Una profecto est Christi Sponsa, nempe Ecclesia; attamen divini Sponsi amor tam late patet, ut neminem excludens, uni/versum hominum genus in sua Sponsa am- 240
plectatur. Hac scilicet de causa sanguinem suum Servator noster effudit, ut omnes homines natione ac stirpe seiunctos, Deo reconciliaret in Cruce, eosdemque in unum Corf>us coalescere luberet. Verus igitur Ecclesiae amor postu- at non solum ut in ipso Corpore simus alter alterius membra pro invicem sollicita 184, quae gloriante alio membro gaudeant, patienti compatiantur oporteat 18>, sed etiam ut alios homines noblscum nondum in Ecclesiae Corpore coniunctos, fratres agnoscamus Christi secundum carnem, una noblscum ad eandem aeternam salutem evocatos. Utique, proh dolor, hodie praesertim non desunt, qui simultatem, odium livoremque superbe iactent, veluti quiddam extollens atque efferens humanam dignitatem, humanamque virtutem. Nos tamen, dum funestos huius doctrinae fructus dolentes cernimus, pacificum Regem nostrum sequamur, qui nos docuit non solum eos amare, qui non ex eadem gente, neque ex eadem stirpe sint orti 18f, sed vel ipsos inimicos diligere l87. Nos, suavissima Apostoli gentium sententia perfusis animis, cum eodem canamus quae sit longitudo, latitudo, sublimitas, profundum caritatis Christi1S8; quam quidem nec generis morumque diversitas diffringere, nec immensi oceani tractus imminuere, nec bella denique, vel iusta vel iniusta de causa suscepta, dissolvere possunt.

ST Gravissima hac hora, Venerabiles Fratres, qua tot dolores corpora lacerant maeroresque animos, ad hanc supernam caritatem excitari omnes oportet, ut coliatls omnium bonorum viribus —eorum praesertim recordamur, qui cuiusvis generis consociationibus ad suppetias occurrendum dant operam— tam ingentibus animi corporisque necessitatibus mira pietatis misericordiacque contentione subveniatur; atque adeo mystici lesu Christi Corporis studiosa largitas et Inexhausta fecunditas ubique gentium refulgeant./ 2U

Quandoquidem autem caritatis amplitudini, qua Christus dilexlt Ecclesiam, actuosa in eo respondet caritatis constantia, nos quoque omnes adsidua studiosaque voluntate mysticum Christi Corpus adamemus. Porro nulla assignari potest hora, qua Redemptor noster ab Incarnatione sua. cum primum Ecclesiae fundamentum posuit, usque ad mortalis vitae exitum, et fulgentibus sanctitudinis suae exemplis, et condonando, colloquendo, convocando, constituendoque, ad Ecdeslam aut formandam aut confirmandam, ad fatigationem usque, licet Del Filius, non laboraverit. Cupimus igitur, ut omnes, quotquot Ecdeslam agnoscunt veluti matrem, sedulo perpendant, non modo sacrorum administris, iisque dumtaxat, qui Deo mancipati religiosae vitae se dederint, sed ceteris quoque mystici lesu Christi Corporis membris, pro sua cuiusque parte, officium esse impense dillgenterque adlaborandl ad aedificationem et incrementum eiusdem Corporis. Quod ut peculiari modo animadvertant optamus —quod cetcroquin laudabiliter faciunt—, il, qui in Catholicae Actionis agminibus militantes, sacrorum Antistitibus ac sacerdotibus in apostolatus munere adtatricem operam navant; lique etiam» qui in piis sodaliciis ad eundum finem auxiliariam opem praestant. Quam quidem eorum omnium sollertem navitatem, in praesentibus rerum condicionibus, summi esse

V, x3. CXXXVT. 5-6. >"EpA.r II, 2o / *Pdf.,* II. 4-5. n,Ct *H Cor.,* XI, 14. »'· Ct *Π Cor.,* X, 5. *199 Ct. Hgbr.*. XIII, 17. «·« / C®r, XII. ai-13. ,uCf. IW S *Offaii, 9* Dee. 1^40- *A. A* S.. ttoa P 553 (LE 1571J. ,MCL G IV. ta »MCL Λχ, χπ. *t C<r..* XII, 25.1MCt *r* c<r.. xn, *26.* »··α tec. X, srjy. »'a 1 w . v i. Μαπγμ ., V. 44-4S. «••Ct Ill,

momenti, moTimaeque gravitatis, nemo est qui non videat.

Neque heic praeterire silentio possumus patres matresque familias, quibus Servator noster tenerrima sui mystici Corporis membra concredidit; enixe igitur eos ob Christi Ecdesiaeque amorem compellamus, ut sibi demandatae suboli cura diilgentissima prospidant; eamque ab Insidiis omne genus, quibus tam facile hodie illaqueatur, praecavere lubeanL

Peculiari autem modo Redemptor noster suum erga Ecclesiam flagranUssimom amorem piis ostendit supplicationibus, ad caelestem Patrem pro eadem admotis. Siquidem —ut haec solummodo In memoriam revocemus— omnes norunt, Venerabiles Fratres, eum, mox Crucis patibulum subiturum, incensissimas effudisse preces pro Petro ie,
242 pro ceteris Aposto/lls *, pro omnibus denique, qui per divini verbi praedicationem eidem essent crediturі *11. Quod quidem nos Christi exemplum imitantes, cotidie Dominum messis adprecemur, ut mittat operarios in messem suam 1M: ac cotidie omnium nostrum comprecatio nd caelestia evehatur omniaoue commendet mystici lesu Christi Corporis membra. Inprimisque sacrorum Antistites, quibus peculiaris cuique suae Dioecesis cura demandata est; ac sacerdotes dein religiososque viros ac mulieres, qui in sortem Dei vocali, cum apud suos, tum in exteris etiam ethnicorum regionibus divini Redemptoris Regnum lutantur, adaugent, provehunt Nullius autem membri huius venerandi Corporis haec communis supplicatio obliviscatur, eosque praesertim reminiscatur, qui vel terrestris huius incolatus doloribus angustiisque premuntur, vel vita functi piaculari igne purificantur. Neque eos praetermittat, qui Christianis praeceptis instruuntur, ut quam primum ustralis aquae lavacro expiari queant.

Ac vehementer cupimus, ut eis quoque communes hae preces incensa caritate prospidant, qui vel nondum Evangelil sint veritate collustrati, neaue in securas Ecclesiae caulas Ingressi; vel a Nobis, qui licet immerentes lesu Christi personam hisce in terris sustinemus, ob miserum fidei unltatlsque discidium seiuncti sint. Quam ob rem, divinam illam Servatoris nostri ad caelestem Patrem orationem geminemus: «Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater in me et ego In te, ut et ipsi in nobis unum sint; ut credat mundus, quia tu me misisti»1M.

Hos etiam, qui ad adspeclabilem non pertinent Catholicae Ecclesiae compagem, ut profecto nostis, Venerabiles Fratres, inde ab inito Pontificatu, supernae Nos commisimus tutelae supernoque regimini, sollemniter adseverantes nihil Nobis, Boni Pastoris exemplum sequentibus, magis cordi esse, quam ut vitam habeant et abundantius
243 habeant1M. Quam quidem sollemnem / adseverationem Nostram per Encydlcas has Litteras, quibus «magni et gloriosi Corporis Christi»1,1 laudes praedicavimus, imploratis totius Ecclesiae precibus. Iterare cupimus, eos singulos universos amantlssimo animo invitantes, ut intends divinae gratiae Impulsionibus ultro Hbenterque concedentes, ab eo statu se eripere studeant, in quo ae sempiterna cuiusque propria salute securi esse non possunt1M; quandoquidem, etiamsi inscio quodam desiderio ac voto ad mysticum Redemptoris Corpus ordinentur, tot tamen tantisque caelestibus muneribus adiumentisque carent, anibus In Catholica solummodo Ecclesia frui licet, ingrediantur igitur catholicam unitatem, et Noblscum omnes in una lesu Christi Corporis compagine coniuncti, ad unum Caput in gloriosissimae dilectionis societate concurrantlw. Numquam intermissis ad Spiritum dilectionis et veritatis precibus, eos Nos elatis apertisque manibus exspectamus, non tamquam alienam, sed propriam paternamque domum adituros.

At si cupimus non intermissam eiusmodi totius mystici Corporis comprecationem admoveri Deo, ut aberrantes omnes in unum lesu Christi ovile quam primum ingrediantur, profitemur tamen omnino necessarium esse id sponte Hbenterque fleri, cura nemo credat nisi volens l··. Quam ob rem si qui. non credentes, eo reapse compelluntur ut Ecclesiae aedificium intrent, ut ad altare accedant, sacramenUque suscipiant, ii procul dubio veri christifldeles non fiuntlw; fides enim sine qua «impossibile est placere Deo» *. liberrimum esse debet «obsequium intellectus et voluntatis» * 1. SI Igitur aliquando contingat ut, contra constantem Apostolicae huius Sedis doctrinam ad amplexandam catholicam fidem aliquis adigatur Invitus id Nos facere non possumus quin, pro officii Nostri conscientia, reprobemus./At quoniam homines libera fruuntur 2«
voluntate, ac possunt etiam, animi perturbationibus pravisque cupidinibus impulsi, sua libertate abuti, Idcirco neccsse est, ut a Patre luminum per Spiritum dilecti Filii sui ad veritatem efficaciter pertrahantur. Quodsi multi adhuc, proh dolor, a catholica veritate aberrant, nec divinae adsplranti gratiae volentes concedunt, id non modo Idcirco evenit, quod ipslmet 1M, sed quod etiam christlfideles preces hac de causa Incensiores ad Deum non admovent. Quas quidem Nos ut omnes, erga Ecclesiam amore flagrantes, ac divini Redemptoris exemplum secuti, continenter adhibeant, iterum atque iterum adhortamur.

Idque etiam, in praesentibus potissimum rerum adiunctis, non tam opportunum quam necessarium esse videtur, ut nempe pro Hegibus ac Principibus, pro iisque omnibus, qui populorum gubernacula moderantes, externa tutela sua Ecclesiae auxiliari queant, incensae fundantur preces, ut rebus recto ordine compositis, «opus iustitiae pax»,M. divina afflante caritate, fatigato humano generi, e teterrimis huius tempestatis fluctibus emergat, ac pia Mater Ecclesia quietam ac tranauiliam vitam agere possit in omni pietate et castitate ,β·. A Deo est efflagitandum, ut diligant sapientiam omnes, qui praesunt populis ,oe. Ita quidem ut gravissima haec Sancti Spiritus sententia In eos numquam cadat: «Interrogabit Altisslmus opera vestra et cogitationes scrutabitur, quoniam, cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiae, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende et cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum his, qui praesunt, fieL Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam; quoniam pusillum et magnum ipse fecit, et aequaliter cura est illi de omnibus; fortioribus autem fortior instat cruciatio. Ad vos ergo,/ 243
Reges, sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam et non excidatis»ltT.

Non modo autem impense laborando constanterque precando, Christus Dominus suum erga intaminatam Sponsam patefecit amorem, sed per dolores etiam angoresque suos, libenter pro ea amanterque toleratos. «Cum dilexlsset suos..., in finem dilexit eos» ,0>. Ac non nisi sanguine suo Ecclesiam acqulsivil ,te. Hisce igitur cruentis Regis nostri vestigiis, ut nostra salus in tuto collocanda postulat, volentes ingrediamur: «Si enim complantati sumus similitudini mortis eius, simul et resurrectioni erimus» et «si commortui sumus, convivemus» 11X. Id postulat quoque tum Ecclesiae, tum earum etiam, quas eadem Christo procreat, animarum germana actuosaque caritas. Quamvis enim Servator noster per acerbos cruciatus acerbamque mortem infinitum prorsus gratiarum thesaurum Ecclesiae suae meruerit, harum tamen gratiarum munera, ex providentis Dei consilio, nobis per partes dumtaxat impertiuntur, earumque maior vel minor ubertas haud parum a nostris quoque pendet recte factis, quibus eiusmodi caelestium donorum imber, sponte a Deo datus, super hominum attrahatur animos. Qui quidem caelestium gratiarum imber uberrimus profecto erit, si non modo incensas adhibebimus ad Deum preces, Eucharisticum praesertim Sacrificium vel cotidie, si potest, pie participando, si non modo per Christianae caritatis officia tot Indigentium aegritudines relevare conabimur, sed si caducis etiam huius saeculi rebus non peritura bona praeoptabimus, Itemque si raortale hoc corpus voluntaria afflictatione cohibebimus, eidem illicita denegando atque aspera etiam imponendo et ardua; ac si denique praesentis nuius vitae labores doloresque veluti e Dei manibus demisso animo suscipiemus. Ita enim, secundum Apostolum «adimplebimus ea, quae desunt passionum Christi, in came nostra, pro Corpore eius, quod est Ecclesia»11S./ 246

Quae dum scribimus, paene infinita, proh dolor, ante oculos Nostros obversatur miserorum multitudo, quibus dolenter inlacrimamur. infirmos dicimus, pauperes, artubus mutilos. In viduitate vel orbitate degentes, ac plurimos etiam ob proprias vel suorum acerbitates haud raro ad mortem usoue oblanguescentes. Omnes igitur, qui quavis de causa In maestitia in angoreque lacent oatemo adhortamur animo, ut fidentes ad caelum respTcia^t suasque aerumnas ei ocrant, qui aliquando IllSm ube^ rem est mercedem redditurus. Ac meminerint omnes non

>··α Lee, XXII. p. ''ʾCL 10AJW., XVII, V-M: lw Ct Ioaxm- XVII, n>M ··· Ct Matth. IX. Lee., X, t. "* Ioawm., XYII. n. ʾ"Ct UtX ee S»-«m A. 4. S. p. «n. »···. Iw». 4>. /fur IV. V. r ton, P G, VII. ιστὺ »···<X Pit IX. i. Act One. V.t, C L. VII. ια "ʾCt Gim». L fHd XIVI Mam. P. U LIX. M. »··<:. Avow. * '* Fr »rw» XXVI. i Γ L. XXX. ^7 -Ct AWVJT, ·♦ W/W XI, b. ··ʾ Cctk Vit, i/ Mr «ii . ʾ CL Lio XIII.**

l Dtiz A. S. XVIII, pp. •MC£ Accc»T.. ··./,,, XXXU. 7 »«rf r 7V . VI. n. VI. ... To;Λ7 y. ·■· .vi. 5· ■" II II ...et άΐ . i,a; η.^ ·· CL

Inanem esse dolorem suum, sed siblmet et Ecclesiae etiam esse admodum profuturum, sl iidcm, in hunc finem erecti, eum sint patienter toleraturi. Ad quod quidem propositum aptius efficiendum multum profecto multumque confert cotidiana sui Ipsius Deo oblata devotio, quae membris in usu est piae illius sodalitatis, quam ab *orationis apostolalu* vocant; eruam quidem sodalitatem utpote Deo gratissimam, Nobis cordi est heic summopere commendare.

Quodsi nullo non tempore ob animarum salutem procurandam, cum divini Redemptoris cruciatibus nostri sunt dolores consociandi, id hodie potissimum, Venerabiles Fratres, omnibus officium esto, dum ingens belli conflagratio paene universum terrarum orbem incendit, ac tot mortes, tot miserias, tot aerumnas parit; itemque hodie peculiari modo omnibus officium esto sese a vitiis, ab illecebris saeculi ab effrenatisque corporis voluptatibus abstinere, atque ab ea etiam terrenarum rerum inanitate vanitateque, quae nihil ad animum Christiano more excolendum, nihil ad caelum assequendum attineant. Ea potius mentibus nostris Inculcanda sunt gravissima immortalis Decessoris Nostri Leonis Magni verba, adseverantis nos baptismate factos esse Crucifixi carnem t,a; ac pulcherrima illa S. Ambrosii precatio: «Porta me, Christe, in Cruce, quae salutaris errantibus est, in qua sola est requies fatigatis, in qua sola vivent, quicumque moriuntur» iu.

Antequam scribendi finem facimus, temperare Nobis
218 non/possumus quin iterum atque iterum adhortemur omnes, ut piam Matrem Ecclesiam studiosa actuosaque caritate diligant. Pro eius incolumitate ac felicioribus auctloribusque incrementis preces, labores angoresque nostros cotidie Actemo Patri offeramus, sl reapse universae hominum familiae, divino sanguine redemptae, nobis cordi est salus. Ac dum caelum coruscantibus infuscatur nubibus, magnaque discrimina in universum hominum consortium in ipsamque Ecclesiam ingruunt, nos nostraque omnia misericordiarum Patri committamus supplicantes: «Respice, quaesumus, Domine, super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster lesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium et Crucis subire tormentum» m.

Efficiat, Venerabiles Fratres, haec Nostra paterna vota, quae vestra etiam profecto sunt, ac veracem erga Ecclesiam amorem omnibus impetret Deipara Virgo, cuius sanctissima anima full, magis quam ceterae una simul omnes a Deo creatae, divino lesu Christi Spiritu repleta; quaeque consensit «loco totius humanae naturae», ut «quoddam spirituale matrimonium inter Filium Dei et humanam naturam» haberetur 21·. Ipsa fuit, quae Christum Domi-
num, lam in virgineo gremio suo Ecclesiae Capitis dignitate ornatum, mirando partu utpote caelestis omnis vitae fontem edidit; eumque recens natum, iis qui primum ex ludaeorum ethnicorumque gentibus adoraturi advenerant, Prophetam, Regem, Sacerdotemque porrexit. Ac praeterea Unigena eius, eius maternis precibus «in Cana Galileae» concedens, mirabile signum patravit, quo «crediderunt in eum discipuli eius»117. Ipsa fuit, quae vel propriae, vel hereditariae labis expers, arctissime semper cum Filio suo coniuncta, eundem in Golgotha, una cum maternorum iurium matemique amoris sui holocausto, nova veluti Eva, pro omnibus Adae filiis, miserando eius lapsu foedatis, Aetemo Patri obtulit; ita quidem, ut quae corpore erat nostri Capitis mater, spiritu facta esset, ob
249 novum etiam doloris gloriaeque titulum, eius membrorum/ omnium mater. Ipsa fuit, quae validissimis suis precibus impetravit, ut Divini Redemptoris Spiritus, iam in Cruce datus, recens ortae Ecclesiae prodigialibus muneribus Pentecostes die conferretur. Ipsa denique immensos dolores suos forti fldentlque animo tolerando, magis quam Christlfldeles omnes, vera Regina martyrum, «adimplevit ea quae desunt passionum Christi... pro Corpore eius, quod est Ecclesia»,1B; ac mysticum Christi Corpus, e scisso Corde Servatoris nostri natum 1X>, eadem materna cura Impensaque caritate prosecuta est, qua in cunabulis puerulum lesum lactentem refovit atque enutrivit

Ipsa Igitur, omnium membrorum Christi sanctissima Genetrix no, culus Cordi Immaculato omnes homines fidenter consecravimus, et quae nunc in caelo corporis animique gloria renidet, unaque simul cum Filio suo regnat, ab eo efflagitando contendat, ut uberrimi gratiarum rivuli ab excelso Capite in omnia mystici Corporis membra haud Intermisso ordine deriventur, itemque praesentissimo patrocinio suo, sicut anteactls temporibus, ita in praesens Ecclesiam tueatur, eique atque universae hominum com-munitati tandem aliquando tranquilliora a Deo tempora Impetret.

Qua Nos superna spe freti, caelestium gratiarum auspicem, peculiarisque Nostrae benevolentiae testem, vobis singulis universis, Venerabiles Fratres, ac gregibus unicuique vestrum concreditis, Apostolicam benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxix mensis lunil, in festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli, anno mdccccxxxxiii, Pontificatus Nostri quinto.—Pius Pp. XII.

Adn. L. J4ALAVEZ in NrT 67 (1Ô4O-45) 993-1015; S. 7ROMP ni PrM 32 (1943) 377-401; ME 55 (1943) 41-43.

1760

1943 IUN 29.-SECR. STATUS SC CONC., RESP. PART?

INDULTIS BULLAE CRUCIATAE HISPANAE CIRCA ABSTINENTIAM IN FERIIS VI TEMPORUM EXTRA QUADRAGESIMAM, UTI POSSUNT LICITE OMNES CLERICI

*Eremo. Q Rvdmo. Sr^* Habiéndose suscitado dudas acerca de las dos últimas concesioncs hechas por Su Santidad Pio XII en favor de los fioles espaAoles, es a saber acerca de la dispensa de la abstinenda en los Viernes de las Témporas fuera de Cuaresma para todos los laicos que tomen el Induito de Ayuno y Abstinenda y también respecto del destino de las limosnas dadas por la Bula de reconstrucdôn de Iglesias, dirigimos las oportunas consultas a ia Santa Sede, la cual se ha dignado resolverlas en la siguiente forma:

Quiénes quedan dispensados de la abstinencia los Viernes de Témporas fuera de la Cuaresma.

La concesiôn hecha por Ia Santa Sede para la Bula de los ahos 1942 y 1943 estaba concebida en los siguientes literales términos: «Tenlendo en cuenta las actuales circunstancias el Santo Padre se ha dignado concéder que en la mendonada Bula se incluya la dispensa de la abstinenda en los Viernes de Témporas extra Quadragesimam, a favor de los simples fieles, pero permaneciendo firme la obligndôn de observer aquel precepto para el clero tanto secular como regular «ne penitus obliberata maneat antiqua Temporum ratio».

Se interpretô por algunos que quedaban excluldos de esta concesiôn los onienados in sacris y los religiosos. Otros entendian que debia estarse a la letra de la concesiôn y por tanto que quedaban exduidos también los tonsurados y mlnoristas Sque en cambio los religiosos no clérigos, o sea todas las regiosas y los religiosos no clérigos, gozaban de la concesiôn. Expuesta la duda, la Secretaria de Estado se ha dignado contestar lo siguiente:

«Por lo que se refiere a la dispensa de la abstinendo, la Sagrada Congregadôn dei Concilio recalca los términos de la concesiôn hecha a su tiempo, en el sentido que de la gracia f>ueden gozar no solamente los simples flelcs, sino también os religiosos laicos y las religiosas. Relatlvamente al dero, éste debe entenderse a norma del canon 103 del Côdigo de Derecho Canônico comprendiendo asi a los mismos tonsurados. Mas la misma Sagrada Congregadôn, todo considérado, ha creido màs oportuno que la frase «permaneciendo firme la obligadôn de observer aquel precepto por el clero tanto secular como *regular fuese sustituida con la siguiente: «Pero exhortando vivamente al clero tanto secular como regular a la observanda de tai precepto». Y Su Santidad se ha dignado acoger benignamente tai propuesta.

♦Ordinariis Hispaniae per litteras Commissariatu· Generalis pro Bulla Cruciata: Sal Terra® 31 (1943) 538-538.

1761

1943 IUL 7.-SC S. OFFICII. RESPONSUM. PART.·

Circa sensum verbi «iudaei» in n. 3 facultatum **QUINQUENNALIUM RELATE AD DISPENSATIONEM IMPEDIMENTI DISPARITATIS CULTUS**

Dubium—Does the exception in regard to a Jewish party, which Is mentioned in the Qulnauennial Faculties in n. 3 of the faculties from the Holy Office, refer to all Jews indiscriminately, bv the simple fact of their Jewish origin, even though they have abandoned or never followed the observance of thels religion; or does it rather Include only those who, whatever their origin, profess the Jewish religion?

Resp.— In the *a//irmalive* to the first part; in the ne$a*tioe* to the second.

* LXVI, ır MfCMB, *P. L·,* LIV, 357 et 366. «· *In Ps.* 1x8. XXII, 3« Mt-«t. *P. L·,* XV. xjjx. *Off. Mawt. Htbd.* «'S. Tnox., III, q. 30, a. x. ’’ Ioa<m.. π. II. «· Cot. I. 14- M· Cf. *Off. Snni* Corfu in hymno ad v«p. “•C£ Pros X, *Ai dxan iUum: A. S. S., XXXVI.* p. 433.

* BOVSCAREN ID 420. Vid· infra documentum S. Officii d. II ·< 13 Apr. 1945: LE 1823·! 1324.

1762

1943 IUL 8.-SC RELIGIOSORUM, FACULT. PART.·

Facultates speciales delegatis generalibus **o.** f. m. **IN REGIONIBUS TRANSOCEANTCIS COMMORANTIBUS CONCESSAE, EXTENDUNTUR, DURANTE BELLO**

Preces.—*Beatissime Pater,* Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum, consentiente P. Ministro Generali, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit ut facultates peculiares quas Sanctitas Vestra benigne iam die 1 Mali 1942 [LE 1681) et dic 12 Aprilis 1943 [LE 1741] concessit nostris Delegatis Generalibus transoceanids ad expedienda negotia, quorum pertractatio cum S. Sede dlfddlis reddita est, extendantur ad alios Superiores Maiores digeudos In Delegatos pro Ordinis nostri Provinciis et Commissariatlbus, quae in hodiernis rerum adlunctls sive natura loci, v. gr. in insulis, sive rationibus publicis, v. gr. occupatione bellica aut censura rigorosa, non possunt libere et tempestive nobiscum communicare.

Insuoer Orator rogat, ut sequentes addantur facultates:

1) Dispensandi super impedimenta pro ammissione in Novitiatum, de quibas in Can. 542, habito prius consensu Legati Apostolid.

2)Dispensandi super defectu aetatis canonicae et annorum vitae religiosae, qui a iure requiruntur pro Magistro Novitlorum eiiuque socio.

3)Erigendi vel transferendi, urgente necessitate, domos Novitiatus.

4)Dispensandi super votis solemnibus clericos nondum In Maioribus Ordinibus constitutos et fratres laicos, praevio consensu Legati Apostolid.

5)Erigendi Ordinis novos domos vel eas supprimendi, praevio consensu Legali Apostolid.

6)Acceptandi novas paroecias Ordini oblatas, item cum consensu Legati Apostolid. Et Deus etc...

Rescr.—Vigore facultatum a Sstfio Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis a RevAo Procuratore Generali, Reviho P. Ministro Generali benigne commisit ut gratiam in omnibus iuxta preces pro suo arbitrio et conscientia concedat, durante tempore belli.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, die 8 lulii 1943.—Vine. Card La Puma, *Praef.* Fr. L. H. Pasetto, *Secr.*

• Procuntori Generali O. F. XL, Prot.N. 2879/42: AOFM 82 (1943) 134

1763

1943 IUL 12.-SC ORIENT., DECK. AAS 36 (1944) 307-308

Decretum erectionis unius tribunalis secundae **INSTANTIAE PRO VICARIATIBUS APOSTOLICIS IN AEGYPTO**

luris prudentiam, quae non tantum sdentia sed et experientia constat, ad iudlcls munus rite obeundum omnino requiri nemo est qui Ignoret Hulusmodi autem munus congruam, per assiduum disciplinarum luridlcarum studium, praeparationem expostulat necnon habitum leges recte Interpretandi et appllcandL

Mirum ergo non est, praesertim ubi sacerdotes numero exigui sint et pluribus gravibusque negotiis intenti, difficilius membra inveniri ad Tribunal constituendum Idonea, quae debita sollicitudine diligentiaque causis sibi commissis incumbere vnleanL Haec vero rerum conditio eo gravior evadit, sl de Tribunalibus appellationis constituendis agatur, in quibus recta Iustiliae administratio peritlores sdentia et experientia indices exquirit.

His innixa rationibus, ac votis annuens Vicariorum Apostolicorum qui fideles ritus latlnl In Aegypto regunt, Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali statuendum decrevit:

L Vlcartatus Apostolid Aegypti. Canalis Suesti, peltae Nili unicum habeant Tribunal appellationis in Urbe Cabira, nd ouod causae cuiuscumque generis, a tribunalibus ordinariis primae instantiae eorumdem Vicariatuum pertractatae. In secunda instantia deferendae sunt, firmo praescripto Can. 1559 | 9, C. I. C.;

II. Tribunal appellationis a tribunali ordinario primae instantiae omnino distinctum esse debet;

III. Tribunalis appellationis ludiccs, Promotor lustltiae, Vinculi Defensor ct Administri ab Ordinariis eorumdum Vicariatuum Apostolicorum eligantur;

IV. Tribunalis Praeses ad triennium constituatur, qui tamen poterit etiam pluries in suo munere confirmari;

V. Unum saltem notarium idem Tribunal habeat stabiliter constitutum; /

VL ludicum, Promotoris lustitiac, Defensoris Vinculi et Notariorum nominationes cum Delegato Apostolico Aegypti communicandae sunt, neque electis ullo modo patefiant, antequam Delegatus Apostolicus rescripserit nihil obstare;

VII. Album procuratorum et advocatorum ildem Vlcirii Apostolid conficiant; itemque notulam taxarum et expensarum iudidalium nec non emolumentorum ad procuratores et advocatos spectantium;

VIII. ludices, Promotor lustitiac. Vinculi Defensor et Notarii a Vicariis tantum Apostolicis, communicatis Inter se consiliis, removeri possunt;

IX. Vicarius Apostolicus Aegypti, nomine aliorum Vicariorum, Tribunal moderetur.

X. Coram Vicario Apostolico Aegypti omnia Tribunalis membra ct administri, antequam suo munere fungi inc-p.ant, iusiurandum praestent de officio suo rite et fideliter implendo.

Ssihus D. N. Pius div. prov. Pp. XII, in Audientia d. 10 lulii a. 1943 infrascripto Cardinali a secretis concessa, haec omnia adprobare rataque habere dignatus est, contrariis quibuslibet, etiam speciali ct individua mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. pro Ecclesia Orientali, die 12 m. lulii anno 1943.—E. Card. Tisserant, *a Secretis.* Ant. Arata, Archiep. Ut. Sardianus, *Adsessor,*

1764

1943 IUL 30.-SC ORIENTALIS, RESPONSUM. PART.·

Validum declaratur matrimonium mklchitae cum **PARTE PRESBYTERIANA CONTRACTUM ABSQUE FORMA CANONICA**

Roma-, die 30 lulii 1943

Escfhe Domine: Litteris quibus casum exponebas cuiusdam N. N., melchitae, qui matrimonium iniit cum N. N., presbyteriana, coram magistratu civili, S. haec Congregatio respondendum censuit: «non constare de nullitate matrimonii in casu».

Interim, Tibi omnia a Deo fausta adprecans, eo quo par est obsequio sum ct permanere gaudeo Excellentiae Tuae Revmae addictissimus uti frater.—Card. Eugenius Tisserant, *a Secr.*

* A^gelcnszi in S F. A. S., Prot. N. 348/43: T. MARBÂCH. Marnage Leçialahoa for the Catholics of the Oriental Rites fa tho Unites States sad Canada. Washington 1948, p. 282-283.

1765

1943 AUG 10.-SC ORIENT., NOTIF. AAS 36 (1944) 47

Preces et pia opera indulgentiis ditata in favorem **CBRISTIFIDEUUM RITUUM ORIENTALIUM**

Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali omnibus, quorum Interest, notum facit Ssmum D. N. Pium div. prov. Pp. XII, In Audientia die 15 m. Mail a. 1943 Erfio Cardinali Paenltentlario Maiori concessa, in favorem christifidelium rituum orientalium ubique locorum ac In perpetuum, Indulgentiis ditasse orationes ac pia opera quae infra recensentur.

Orationes vero, lingua latina helc propositae, ex libris llturgld» ritus byzantini apud Ruthenos usitatis depromptae sunU at eaedem Indulgentiae acquiri possunt etiamsi orationes recitentur alio textu vel lingua legitime in ritu byzantino admissis.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Eccle-

sla Orientali, dic 10 mensis Augusti anno 1943.—E. Cardinalis Tisserant, *a Secretis.* A. Arata, Archlcp. tit. Sardian., *Adsessor.*

Adn. A BETTA in ELIP 58 (1944) 25-30. Vido Proco· ct pia opera indulgentiis ditata apud AAS 38 (1944) 47-57.

1706

1943 AUG 22.-COM. B1BL., RESP. AAS 35 (1943) 270-271

Responsum de versionidus sacrae scripturae in LINQUAS VERNACULAS

Pontificia Commissio de Re Biblica ad solvendam quaestionem sibi propositam de usu et auctoritate versionum bibllcarum In linguas vernaculas, praesertim ex textibus primigeniis, atque ad suum decretum *De usu aersionum Sacrae Scripturae in ecclesiis* d. d. 30 aprilis 1934 (LE 1218| magis declarandum, sequentes normas referre et commendare opportunum duxit:

Quandoquidem a Leone XIII f. r., Pontifice Maximo, in Litteris encydicis *Proaidentisslmus Deus (Acta Leonis XIII,* vol. 13, p. 342; *Enchiridion Biblicum,* n. 91) commendatum fuit, ut ad penitiorem cognitionem et declarationem uberiorem verbi divini adhibeantur primigenii Bibitorum textus; eaque commendatione, sane non in solum commodum exegetarum ct theologorum facta, visum est ac videtur propemodum consultum, ut iidem quoque textus in linguas communiter notas seu vernaculas, utique sub vigili competentis auctoritatis ecclesiasticae cura, iuxta probatas scientiae sacrae adaeque profanae leges vertantur,

quoniam porro ex Vulgata editione, quam unam et solam inter latinas versiones tunc temporis circumlatas Synodus oecumenlca Tridentina declaravit authenticam *(Cone. Trid.,* sess. IV, dccr. *De editione et usu Ss. Librorum; Ench. Bibi.,* n. 46), desumptae ut plurimum sunt pericopae biblicae in Uturgicis Ecclesiae Latinae libris ad sacrosanctum Missae Sacrificium et ad officium divinum publice legendae;

servatis servandis:

1.° Versiones Sacrae Scripturae In linguas vernaculas sive ex Vulgata sive ex textibus primigeniis factae, dummodo competentis auctoritatis ecclesiasticae licentia editae sint ad normam can. 1391, a fidelibus pro privata ipsorum pietate rite adhiberi et legi possunt; atque etiam, sl qua versio, diligenti tum textus tum adnotationum
271 examine a viris biblica/et theologica scientia excellentibus peracto, magis fida ct apta inventa sit, hanc Episcopi sive singuli sive in conventibus provinciae vel nationis suae congregati, fidelibus suae curae commissis peculiariter, sl placuerit, commendare possunt.

2.° Pericoparum bibllcarum in linguam vernaculam versio quam forte sacerdotes s. Missam celebrantes, pro consuetudine vel pro opportunitate, post lectum ipsum textum liturgicum, populo praelecturi sint, iuxta responsum Commissionis Pontificiae de Re Biblica *(Acta Ap. Sedis,* 1934, p. 315) [LE 1218J textui latino, nempe liturgico, conformis sit oportet, integra manente facultate illam ipsam verslonem, sl expediat, ope textus originalis vel alterius versionls magis perspicuae apte illustrandi.

Quod responsum Ssmus D. N. Pius Pp. XII, in audientia die 22 Augusti an. 1943 infrascripto Revino Consultori ab Actis benigne concessa, ratum habuit et publici iuris fieri mandavit.

Romae, 22 Augusti 1943.—lacobus M. Vosté, *Consultor ab Actis,*

ληά. REGATILLO n. 714; ME 55 (1943) 118-119.

1767

1943 AUG 31.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.·

Circa amissionem consecrationis altaris immobilis ET EIUSDEM RECONSECRATIONEM

24 Augusti 1943

Dubium—Ordinarius Tridentinus humiliter Implorat responsum ad sequens *Dubium:*

In Ecclesia S. Marci Tridenti separari debuit mensa altaris immobilis consecrati a stipite qui constabat lateribus (mattoni). Hac occasione lateres stipitis substituti sunt lapidibus. Mensa et operculum intacta manserunt.

Quaeritur utrum, cum stipes iam non sit idem, vi can. 1200 § 1 ad reconsecrationem altaris sufficiat formula brevior.

31 Augusti 1943

Resp.—*Excellentissime et Reome Domine,* In tua Epistola diei vigesimae quartae labentis mensis augusti dubium exponebas circa validitatem consecrationis alicuius altaris in Ecclesia Sancti Marci Tridentinae Archidioeceseos. Sacra haec Congregatio, omnibus mature perpensis Excellentiae Tuae significat altare in casu amisse consecrationem: de speciali autem gratia *indulget* ut mensa consecrata lapideis stipitibus imponatur atque praescriptae unctiones mensam inter stipites fiant ut unum altare constituatur.

Quae omnia dum pro meo munere Excellentiae Tuae communico, eidem Excellentiae Tuae me profiteor addictissimum.—A. Carinci, S. *R. C. Secr.*

• Ordinario Tridentino, Prot. N. 3280/43: AXKR 123 (1944-43) 147

1768

1943 SEP 8.-SC STUD., NORMAE. AAS 35 (1943) 369-370

Statuta pontificii operis vocationum sacerdotalium

I—Pontificium Opus Vocationum Sacerdotalium est opus princeps a Ssrno Dfio Pio Pp. XII constitutum per Apostolicas Litteras motu proprio datas *Cum Nobis,* d. IV Novembris a. MCMXLI, 1 ad tuendas, provehendas, iuvandas sacerdotales vocationes.

II—Pontificium Opus Vocationum Sacerdotalium suam sedem habet apud Sacram Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

III—Ad finem, qui praestitutus est, adsequendum Pontificium Opus;

1) curat in primis propagationem verae et clarae notionis de sacerdotii natura, necessitate, excellentia;

2) promovet oblationem Missarum, Communionum, precum, operum poenitentiae et caritatis, ut Deus multas easque optimas vocationes sacerdotales concedat;

3) fovet incrementum Operis quod pro sacerdotalibus vocationibus in Dioecesibus erectum est, ct curat ut constituatur ubi nondum constitutum sit.

IV—Ad Pontificium Opus adgregari poterunt societates et adseribi personae.

Societates adgregantur tamquam:

«Filiales·: Opera Dioecesana Vocationum Sacerdotalium.

«Adhaerentes·: Domus Generalitiae et Provinciales Religiosorum; Instituta, «Consilia Generalia» consociationum catholicarum, et similia, quae fines singularum dioecesium excedant./ 370

Personae, quae dignitate speciali Insignitae sint vel maioribus officiis ecclesiasticis fungantur, aut de Sancta Ecclesia bene meritae sint, adseribi possunt directe Pontificio Operi.

V—Pontificium Opus Vocationum Sacerdotalium consecratur Domino Nostro lesu Christo summo et aeterno Sacerdoti; committitur tutelae maternae B. V. Mariae Reginae Apostolorum et patrocinio S. loseph Patroni Ecclesiae universae; colit praecipue Ss. /Kpostolorum Principes Petrum et Paulum.

Romae, die VIII mensis Septembris, in festo Nativitatis Beatae Mariae Virginis, anno MCMXLIII.—I. Card. Pizzardo, *Praef.* E. Ruffini, *Secr.*

l Cfr. .4da *Afrod. Stdis, S3* ¥194 479 [LB 1646t.

Adn, P. TOCANEL in ApoU.16 (1943) 183.

1769

1943 SEP 8,-SC STUD., NORMAE. AAS (1943) 370-373

Normae ad statuta exsequenda poxtoiot operis
VOCATIONUM SACERDOTALIUM

REGIMEN

Romae

Pontffldo Operi Vocationum Sacerdotalium praeest EminentIssimus Cardinalis Praefectus Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus; vices eius gerit Excellentissimus Secretarins eiusdem Congregationis.

In singulis dioecesibus

Opus Pontificium nulla in re autonomiam atque libertatem adimit Operibus Dioecesanls, quae propriis legibus continentur et ordinantur.

ADSCRIPTIO

Societatum

Petitio adseriptionis Pontificio Operi pro Societatibus «Filialibus· fit ab Ordinario: pro Societatibus «Adhaerentibus» ab eanimdem moderatoribus.

Titulus «Pontificium» Jure et facto pertinet ad Opus apud Sacram Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus constitutum. Opus Dioecesanum Vocationum Sacerdotalium, rite adseriptum, vocari potest «Pon-
371 tlfidi Operis Vocationum Sacerdotalium Opus Filiale»./

Personarum

Petitio adseriptionis Pontificio Operi pro iis qui in Ecclesia speciali dignitate insigniti sint vel maioribus officiis fungantur, formulis non indiget.

In actu adgregatlonis, Pontificium Opus tradit Societatibus diploma et personis speciale testimonium.

Omnes adscript! modicam stipem annuam conferunt.

DIVULGANDA DOCTRINA DE SACERDOTIO

Quo melius in dies cognoscatur et magis aestimetur dignitas et necessitas sacerdotii, oportet Societates «Filiales·:

Invitent *sacerdotes* ut ad hoc pertractandum argumentum omnes opportunitates nanciscantur (e. g.: conciones quadrageslmaies, exercitia spiritualia, supplicationes novendiales, catecheses pro adultis).

Indtent *fideles* ut studeant tum documentis a Sancta Sede datis tum scriptis Sanctorum Patrum et piorum Auctorum de sacerdotio, praesertim vero Litteris Encyclicis Pii Pp. XI Ad *Catholici Sacerdotii.* l

Foveant in *pueris et adolescentibus* sacerdotii aestimationem el intimum perfectionis Christianae desiderium in eisdem alant

PIAE EXERCITATIONES

Quae sequuntur valde commendantur, ut Deus optimas vocationes ad statum ecclesiasticum concedere dignetur una cum auxiliis necessariis quibus vocationes ipsae ad ad felicem exitum adducantur:

Quattuor Tempora quae ab Ecclesia lam inde a primis saeculis instituta sunt etiam ut oratione et leiunio adspirantes ad sacerdotium adiuvenlur.

Dies sacerdotalis pium exercitium approbatum per Decretum Sacrae Congregationis Rituum (11 Martii 1936) l atque peculiaribus Indulgentiis a Sacra Paenltentlaria Apostolica ditatum (Decr. 12 Aprilis 1937). *

Prtces quas Familiae Religiosae *per vices* sine Intermissione ad Deum fundanL

Dies doloris, quo thesaurus dolorum inter aegrotos
372 colligatur./

PONTIFICII OPERIS NAVITAS

Quo Impensius Opera Dioecesana Vocationum Sacerdotalium floreant atque Consociationum catholicarum studium et adlumentum ad ea Ipsa convertantur. Pontificium Opus

?rov«i.ei Ut "Rla cdnntur *scripta.* Societate» autem «Filiales· sollicite iis utcntur quae ad Ipsas missa fuerint aut Ipsis commendata, atque ea pervulgent-

convocat *congressus,* sive ordinarios sive solemncs inter

Delegatos Operum Dloccesanorum,

Directores et socios variarum Societatum quae Ponfido Operi adgregatae sunt,

alias personus quae, iudiclo Pontificii Operis vel Operum Dioecesanorum, aptae sin ad adiutriccm operam praestandam;

servat *necessitudinem et rationes* cum Societatibus adgregatis. Opera Dioecesnna Vocationum Sacerdotalium certis temporibus ad Pontificium Opus de omnibus quae egerint et consecuta sint, breviter, plene, accurate referant

FIDELIUM ADIUTORUM ORDINES

Opera Dioecesana Vocationum Sacerdotalium personas adseribendas curant et stipem corrogant ratione quae aptissima iisdem videatur.

Ut Christifldeles excitentur ad succurrendum adolescentnlis spei bonae et iis qui in sacris Seminariis educantur, utile erit describere socios in plures ordines, e. g.: *bene meritos, benefactores, socias in perpetuum.*

Peculiares coetus constitui possunt:

1) ex *pueris,* qui, etiam nulla oblata stipe, precibus et parvis sacrificiis rem adiuvent;

2) ex *aegrotis,* qui infirmitatis suae aerumnas offerant.

Adscribi poterunt non tantum singuli fideles, sed etiam *communitates religiosae* virorum ct mulierum atque *consociationes catholicae* dioecesanae.

DIES FESTI

Festum praecipuum Pontificii Operis est Fer. V in Coena Domini, qua die institutio sacerdotii commemoratur.

Festa specialia sunt:

1) *Sabbatum infra Oct. Ascensionis:* Solemnitas B. λ. Mariae Reginae Apostolorum;/

2) *Fer. IV infra hebd. II post Oct. Paschae:* Solemnitas S. loseph Patroni Ecclesiae universalis;

3) 29 *lanii:* Solemnitas Ss. Apostolorum Petri et Pauli.

Romae, die VIII mensis Septembris, in festo Nativitatis Beatae Mariae Virginis, anno MCMXLIII.—L Card. Pizzardo, *Praef.* E. Ruffini, *Secr.*

Ada. P. TOCANEL ia ΑροΠ. 16 (1943) 152.

1770

1943 SEP 15.-SC SACR., EPIST. AAS 35 (1943) 282-285

Epistula ad ordinarios de custodia et protectione
SANCTISSIMAE EUCHARISTIAE ADVERSUS BELLICOS INCURSUS

Quam longe lateque immoderatus bellicus furor per universum paene orbem saeviat atque omnia pessumdet, adhibitis tormentis bellicis omne genus, tum aëriis tum maritimis tum terrestribus, nemo est qui non videat.

A tara dira armorum direptione, proh dolor, Immania non sunt ipsa quoque sacra Dei templa, quae sacrosanctum Christi Corpus sub eucharisticis Speciebus delitescens asservant.

Ad quamlibet irreverentiam, quantum fieri poterit, a Sanctissima/ Eucharistia arcendam, sacra haec Congre- 233
gatio Ordinariorum (can. 198 5 1) mentem convertere studet ad perquirenda media accommodatiora: quamvis non ignoret nonnullos Excmos Praesules laudabiliter ad rem idoneas normas suis parochis ecclesiarumque rectoribus lam suppeditasse.

Quaedam Idcirco hisce litteris visum est concinnare, quae Ordinariis atque presbyteris Sanctissimae Eucharistiae custodibus inserviant ad tam grave, quo adstringuntur, munus explendum. M

1. Apprime sacerdotes missalls rubricam De *in cel. Miss,* oce„ X, η. 2, prae oculis habeant, si incursionis nuncio percelluntur dum sacra peragunt Mysteria, £iae

• *Arta Aped. Sedit, V)* (1937) »·
▮ ***Ada Aped. Salit, 1S (1936) 340*** «▮ **[LE 1331].**
» ***Ada Aped. Sedit,*** **S (1936) J-JJ [LE xjosJ.**

Inter alla praescribit: «SI sacerdote celebrante... timeatur incursus hostium vel alluvionis vel ruina loci ubi celebratur, ante consecrationem dimittatur Missa, post consecrationem vero sacerdos accelerare poterit sumptionem Sacramenti, omissis omnibus aliis».

2. Prudenti Ordinarii iudlcio, spectato hostilium offen·sionum incumbente periculo, potestas committitur suspendendi ad tempus, donec scilicet periculum ipsum perseveret, facultates asservandi Sanctissimam Eucharistiam in ecclesiis, quae tamen paroeciales aut praecellentes in loco non sint; et in oratoriis scmipubllcis, idest cappellls communitatum, seminariorum, nosocomiorum, etc., ubi sacerdos aut diaconus praesto non sit, qui sacras Species in tuto collocare possit tempore incursionum; necnon praesertim in oratoriis domesticis.

3. In communitatibus tamen per sacerdotes aut moniales moderatis, quae de more semipubllcum habent oratorium, sl contingat quod specialis locus sit deputatus ut *re/ugium,* quod vocant, contra bellicas insidias communitati exclusive reservatus, qui locus sit aptus et decens, ibi pro oratorio asservari poterit etiam habitualiter Sanctissima Eucharistia, aptato altari convenienter ornato cum ciborio conopeo contecto, cum lampade electrica diu noctuque collucescente, iblque communitatis membiis licebit sueta pietatis exercitia explere. Quoties autem Missa in oratorio litetur ad commodum praebendum sacrae Communionis suscipiendae, consecrentur dumtaxat particulae necessariae.

4. Ita pariter, in urbis praefatis incursibus magis expositis, si ecclesia cryptam aut sacellum subterraneum habeat, aut facile Ibi aptari possit, quod contra hostiles Inlurias securitatem praeseferat, ibi Sanctissima Eucharistia potest continenter asservari In altari cum tabernaculo recondito in loco tutiore, servatis quae n. 3 diximus; et si ibi facilis pateat accessus ac suppetat loci capacitas, integrum sit fidelibus sacris functionibus in-
8-1 teresse./

5. Canone 1269 § 3 casui prospicitur in quo «gravi aliqua suadente causa ab Ordinario loci probata, non est vetitum Sanctissimam Eucharistiam nocturno tempore extra altare... in loco tutiore et decenti... asservari...». Hoc luris praescriptum iam expendimus in Instructione *De Sanctissima Eucharistia sedulo custodienda»* diei 26 maii 1938 ad 5: 1 ubi tali asservatlonis modo magis consuli dicebatur securitati Sanctissimae Eucharistiae praesertim adversus fures: at hoc valere etiam in bellicis offensionibus evidens est, et quidem etiam diurno tempore, si necesse sit.

Hic locus tutior potest esse etiam specialis aliquis recessus, subter ecclesiam aut sacrarium vel in paroeciali domo, potissimum sl sacrae Species includantur in quadam arca ferrea, artificum iudlcio construenda ut ab igne, umore aliaque offensione protegatur, imis ecclesiae muris aut intimo marmoreo columnae stylobati inserenda, servatis, quantum fleri poterit, legibus' llturgicis atque citata Instructione.

6. Aliquando praestabit, uti iam innuimus n. 3, tot dumtaxat singulis diebus consecrari hostias quot sufficiant fidelibus sacra Dape sese refecturis, consumptis iis quae forte inde superfuerint, praeter eas quae viatico aut communioni infirmis ministrandis reserventur, et hae suadetur ut collocentur non in ordinaria pyxide, sed in theca quadam ex solido metallo confecta, omnino obstructa, decenti iuxta morem, facilius recondenda et transferenda.

Sacerdos vero, qui prope ecclesiam incolit, incursionis tempore praefatam thecam cum sacris Particulis ita reservatis arripiat et In locum lutum deferat.

7. Valde autem expediet ut parochus edoceat aliquos fideles, prudentia ac pietate praestantes —in primis sodales confratemitatls Sanctissimi Sacramenti, cuius praecipue est curam Sanctissimae Eucharistiae exhibere et cultum promovere— in extrema necessitate, nempe si parochus aut sacerdos in loco desit et periculum profanationis Sanctissimae Eucharistiae Immineat, Sacras Species in loco tuto ponere aut forte deperditas quam diligentissime requirere et colligere.

8. Hac, quas recensuimus, quaedam dumtaxat sunt normae ad enunciatum finem attingendum; his vero ouominus aliae addantur, quae inspectis locorum peculiaribus adiunctis magis idoneae reperiantur, nihil vetat; imo enixe Ordinarios adhortamur ut, sl efficaciora comperiant media, iisdem utantur.

| *Acia A. Sedû,* vol. XXX, pag. 98 seqq. (LB 1455].

Gratum equidem foret huic sacrae Congregationi suo tempore ea/omnia agnoscere quae Ordinarii moliti fuerint 285
ad tuendam Sanctissimam Eucharistiam adversus bellicos Incursus.

Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, In Audientia Excrtio Secretario huius S. Congregationis die 14 septembris 1943 concessa, praefatam epistulam, ab EE. PP. in Plenariis Conventibus maturo ac diligenti examini lam sublectam, approbare dignatus est ac publici luris fieri iusslt in Commentario Officiali *Acta Apostollcae Sedis* et exsecutioni illico demandari; cum derogationibus necessariis et opportunis.

Datum Romae, ex aedibus Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 15 mensis Septembris anni 1943.—D. Card. Jorio, *Praef.* P. Bracci, Secr.

And. V. BARTOCCETTI in ΑροΠ. 18 (1943) 147-148; L P. in BLIP 57 (19437 12-14.

1771

1943 SEP 15.-UNIO CLERI PRO MISSION., FACULT. PART.·

Facultates favoresque spirituales olim revocati, **ITERUM CONCEDUNTUR SACERDOTIBUS UNIONI CLERI PRO MISSIONIBUS INSCRIPTIS**

Romae, 15 septembris 1943.

Excellentissime Domine, multa cum laetitia sequentes litteras defero tibi, quibus S. Congregatio de Propaganda Fide Secretariatul International! communicavit quod Sacra Poenitentiaria Apostolica spiritualia privilegia pro Unione Cleri Missionali redintegravit: de quo gratias Deo agamus et privilegia paremus nos ad utendum quam optime:

Romae, 10 mali 1943.

«Cum gaudio libi communico quod, folio dato die 1 mensis mali c. a. N. 605-43, S. Poenltentiaria Apostolica, ex postulatione S. Congregationis de Propaganda Fide, sacerdotibus inscriptis Unioni Cleri Missionali sequentes spirituales favores concedere dignata est:

1. facultatem benedicendi religiosa vel pietatis utensilia, cum applicatione indulgentiarum apostolicarum;

2. facultatem benedicendi coronas cum applicatione indulgentiarum quae a patribus Crucigeris nominantur,

3. facultatem benedicendi Crucifixos cum applicatione indulgentiarum pii exercitii a Via Crucis nuncupati et Indulgentiae plenariae in articulo mortis;

4. indultum personale altaris privilégiât].

Huiusmodi concessiones, congruentiae causa cum Decreto *Consilium suum persequens* eiusdem Sacrae Poenit. Apostol. dato die 20 mensis martii 1933 [LE 1160], sequentibus conditionibus subliduntur:

a) favores isti spirituales concedentur ab hoc S. Tribunali iis tantum Sacerdotibus qui eos petant per tramitem Secrctariatus Intemationalis Unionis Cleri Mlsslonalis apud S. Congregationem de Propaganda Fide;

b) singulae petitiones comendationem Ordinarii Loci praeseferent;

c) concessio septem annos perdurabit; sed, servatis praedictis conditionibus, renovari potcriL

Benigna hacc concessio, dum impigrum coronat laborem, ab Unione Cleri Missionali explicatum in primis ab Inita vita XXV annis, profecto eidem Unioni maiorem conferet vigorem ut sit ampliori atque efficaciori auxilio Missionibus, praesertim hoc tempore tam egenis.—P. Card. Fumasoni Biondi, *Praef.*

Simul normas communico statutas ut praedicta Privilegia obtineantur:

1. Directores Dioccesani indicem componere debent sacerdotum Unioni inscriptorum cpii perfrui huiusmodi cupiant spiritualibus privilegiis. Folium, ordinatis numeris destinctum, titulum habeat:

«Sacerdotes huius Dioeceseos... quorum nomina hic sequuntur, legitime Cleri Missionali Unioni inscripti, postulant ut privilegiis fruantur a. S. Poenit. Apostol. sub die mensis mali 1943 concessa.» Nomina et cognomina sequantur nitidissima scriptura signata. Demum dies, subscriptio Directoris Dioccesani. necnon adprobatio vel nihil oostat Ordinarii Loci apponantur. Hic index ad

Revifium Directorem Nationalem mittatur Unionis Cleri, qui, sua apposita subscriptione, eum Romam mittet ad Secretariatum Intematlonalem.

2. Secretariatus Internationalis, accepta indicam transcriptione, curabit ut Indices ad Sacram Poenitentiariam Apostolicam deferantur, et obtenta personalia rescripta, si quae sint pro Sacerdotibus pertinentibus ad Illas regiones cum quibus communicationes difficiles hoc tempore evadant, retinebuntur ut custodiantur in Sede Secretariatus Intemationalis qui, tamen, qua via vel modo meliores ac celeriores esse putaverit, de obtentis privilegiis notitiam communicabit

Occasionem hanc libenter amplector ut Tibi ♥enera tlonis meae porrigam sensus, cum quibus humilime Tibi Sacrum Anulum deoscularis, mihi honori duco me profiteri devrtium servum tuum in C. J.—Sac. Felicem Beretta, *Secret. Gen. U. C, p.* M.

•Ordfcario AXXR 122 (1942-43) 396-397. Adr. L LEE 13 Cp2 34 0955) 293; AOMCap 60 (1944) 66. ME 55 (1943) 59-60.

1772

1943 SEP 28.-SC SACRAMENTORUM, ÏNDULT. PART.·

MmGATIONES IEIUNII EUCHARISTICI FIDELIBUS DITIONIS CANADENSIS NOCTIS TEMPORE LABORANTIBUS CONCESSAE, EXTENDUNTUR AD INFIRMORUM MINISTROS EODEM NOCTIS TEMPORE SUO MUNERE FUNGENTES

Romæ, die 2S Septembris 1943

Preces-*BealisiIme Paler,* Delegatus Apostolicus in Ditione Canadensi et Terra Nova, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter postulat ut dispensatio a lege ieiunii eucharistici, fidelibus eiusdem Ditionis nocturnis laboribus pro Relpublicae defensione addictis per Rescriptum S. C. de Sacramenti N. 972-43 (LE 1743] concessa, extendatur ad infirmorum ministros utriusque sexus qui item nocturno tempore suo munere funguntur.

Rescr.—Ex *Audientia Ssûii diei 20 Septembris 1943.* Ssthus Dominus Noster Pius Papa XII, audita relatione Eftl Cardinalis S. Congregationis de Sacramentis Praefecti, attentis expositis ab Excriio Oratore, gratiam extensionis benigne induigere dignatus est luxta preces: servato ieiunio quattuor saltem horarum post cibi solidi sumptionem et unius saltem horae post sumptionem potus, non tamen alcoollci; remota quacumque scandali vel admirationis fidelium occasione, quovis sacrilegii vel irreverentiae erga Sacra Mysteria periculo amoto, ceterisque animae et corporis servatis dispositionibus: contraria quibuscumque minime obstantibus.

Praesentibus valituris ad tempus actualis belli.—F. Bracci, *Seer.*

• >1^120 ladidcae Casadesii. Fret. N. 4517/43 loriil 4 G>44) 326-

1773

1943 SEP 28.-SC SACRAMENTORUM, INDULT. PART.·

Lex ieiunii eucharistici mitigatur pro infirmis in **NOSOCOMIIS DITIONIS CANADENSIS DEGENTIBUS**

Romr, die 2N Septembris 1943

Preces—*Beatissime Pater,* Delegatus Apostolicus In Ditione Canadensi et Terra Nova, 'od pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter postulat ut dispensentur a lege ieiunii eucharistici, ita ut aliquid per modum potus et medicinae ante SS. Communionem sumere valeant, fideles Infirmi In nosocomiis eiusdem Ditionis degentes.

Rescr—*Fx Audientia SsiTti diei 20 Septembris 1943.* Sanctissimus Dominus Noster Plus Papa XII, audita relatione Etfil Card. Praefecti Sacrae Congregationis de Sacramentis, attentis expositis, Excifao Delegato Apostolico gratiam luxta preces indulget. remota quacumque scandali vel admirationis occasione, quovis sacrilegii vel irreverentiae erga Sacra Mysteria periculo amoto, ceterisque animae et corporis servatis dispositionibus: contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Praesentibus valituris ad triennium.—F. Bracci. *Secr.*

• Dd»T»to A^rollco in dlrtos· Canadanri·. Prot. N. 45M.'43. fortot 4 (19441177. Ada. L ECHEVERRIA In REDC 3 (1948) 144-178

1774

1943 SEP 30.-PIUS XII, ENCYCL. AAS 35 (1943) 297 326

LITTERAE ENCYCLICAE

Ad **VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES, ITEMQUE AD UNIVERSUM CLERUM ET CHRISTIFIDELES CATHOLICI** orbis:

De sacrorum bibitorum «tudlls opportune provehendis

PIUS PP. XII

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII SALUTEM KT APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Divino afflante Spiritu, illos Sacri Scriptores exararunt libros, quos Deus, pro sua erga hominum genus paterna caritate, dilargiri voluit «ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in lustltla, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus». 1 Nihil igitur mirum, f* Sancta Ecclesia hunc e caelo datum thesaurum, quem doctrinae de fide et moribus pretiosissimum habet fontem divinamque normam, ut ex Apostolorum manibus illibatum accepit, ita omni cum cura custodivit, a quavis falsa et perversa interpretatione defendit, et ad munus supernam impertiendi animis salutem sollicite adhibuit, quemadmodum paene innumera cuiusvis aetatis documenta luculenter testantur. Rccentioribus autem temporibus, Sacras/ Litteras, cum divina earum origo et recta earumdem explanatio peculiari ratione in discrimen vocarentur, maiore etiam alacritate et studio tutandas ac protegendas suscepit Ecclesia. Itaque iam sacrosancta Tridentina Synodus «libros integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia catholica legi consueverunt et in veteri vulgata latina editione habentur, pro sacris et canonicis» esse agnoscendos sollemni edixit decreto. 5 Ac nostra aetate Concilium Vaticanum, ut falsas de inspiratione doctrinas reprobaret, hos eosdem libros, «pro sacris et canonicis» ab Ecclesia habendos esse declaravit «non ideo quod sola humana industria concinnati, sua deinde auctoritate sint approbati, nec ideo dumtaxat, quod revelationem sine errore contineant, sed propterea, quod Spiritu Sancto inspirante conscripti Deum habent auctorem, atque ut tales ipsi Ecclesiae traditi sunt».3 Deinceps vero, cum contra sollemnem hanc catholicae doctrinae definitionem, qua libris «integris cum omnibus suis partibus» divina eiusmodl vindicatur auctoritas, quae cuiusvis erroris immunitate fruatur, catholici quidam scriptores ausi essent Scripturae Sacrae veritatem ad res tantum fidei morumque coarctare, cetera autem, sive physici sive historici generis, ceu «obiter dicta» et cum fide —prout ipsi contenderunt— minime conexa reputare. Decessor Noster imm. mem. Leo XIII Encyelicis Litteris *Prüvidentissimus Deus,* die xvni mensis Novembris anno MDCccLxxxxin datis, et illos errores iure meritoque confodit, et Divinorum Librorum studia praeceptis nonnisque munivit sapientlssimis.

Quandoquidem vero quinquagesimum exeuntem annum recolere addecet, cam Encyclicae hae Litterae, quae princeps studiorum bibllconim habentur lex, editae sunt, Nos quidem, pro ea, quam inde a Summi Pontificatus exordiis de sacris disciplinis curam professi sumus, 4 illud opportunissime factum iri/ censulmus, si et ea, quae Decessor Noster sapienter statuit eiusque successores ad opus stabiliendum pcrficiendumquc contulerunt, confirmemus et inculcemus, et quae in praesens tempora postulare videantur decernamus, ut omnes Ecclesiae filios, qui hisce studiis se dedunt, ad rem tam necessariam tamque laudabilem magis magisque Incitemus.

Haec prima ac summa Leonis XIII cura fuit, ut doctrinam de Sacrorum Voluminum veritate exponeret et ab Impugnationibus vindicaret. Gravibus igitur verbis edixit nullum omnino haberi errorem cum hagiographus, de rebus ♥hysici loquens. «ea secutus sit quae sensibiliter appareant», ut ait Angelicus,1 verba faciendo «aut quodam traiulatlonh modo aut Meut communis sermo per ea ferebat tempora, hodleque de multis fert rebus In cotidiana vita, ipsos inter homines scientlwtmos.. Ipsos enim .scrip

* // fm. Ill, t6 iq- ' Sessio IV, deci i- *Enc\ Ri>J* « «c «
Cap. r. £«w BiM n. 63 'Srr^o <U SeSSIOrîîh
«Ln m I«ii *AeU* Ap. Srfu XXX1 ~

tores sacros, seu verlus —verba sunt Augustin!— · Spiritum Dei, qui per ipsos loquebatur, noluisse ista —videlicet Intimam adspectabilium rerum constitutionem— docere homines nulli saluti profutura»; 7 quod quidem «ad coSatas disciplinas, ad historiam praesertim, luvabit trans- t l», nimirum «haud dissimili ratione adversariorum fallacias» refellendo et «historicam Sacrae Scripturae fidem ab eorum Impugnationibus» tuendo. · Neque Sacro Scriptori errorem imputandum esse, ubi «quaedam librariis in codicibus describendis minus recte exciderint» aut «germana alicuius loci sententia permaneat anceps». Denique nefas omnino esse «aut inspirationem ad aliquas tantum Sacrae Scripturae partes coangustare, aut concedere sacrum ipsum
300 errasse scriptorem»,/ cum divina inspiratio «per se ipsa non modo errorem excludat omnem, sed tam necessario excludat et respuat, quam necessarium est Deum, summam Veritatem, nullius omnino erroris auctorem esse. Haec est antiqua et constans fides Ecclesiae». 9

Hanc Igitur, quam Decessor Noster Leo XIII tanta cum gravitate doctrinam exposuit, Nos quoque auctoritate Nostra proponimus et, ut ab omnibus religiose teneatur, Inculcamus. Nec minus sollerter iisdem vel hodie obsequendum esse statuimus consiliis ct incitamentis, quae ille, pro suo tempore, sapientissime adiunxit. Nam cum novae nec leves surgerent difficultates et quaestiones, tum ex pracludicatis *rationalismi* usque quaque grassantis opinionibus, tum maximo ex antiquissimis monumentis passim in orientalibus regionibus effossis et exploratis, idem Decessor Noster sollicitudine muneris apostolici impulsus, non modo ut praeclarus elusmodi catholicae revelationis fons tutius atque uberius ad utilitatem dominici gregis pateret, verum etiam ut eumdem ne pateretur ulla in parte violari, optavit et cupiit, «ut plures patrocinium Divinarum Litterarum rite susciperent tenerentque constanter, utque illi potissime, quos divina gratia in sacrum ordinem vocavit, maiorem In dies diligentiam industriamque iisdem legendis, meditandis, explanandis, quod aequissimum est, impenderent». 10

Quapropter idem Pontifex, ut iam pridem Scholam studiis Bibliorum Sacrorum colendis Hierosolymae ad Sancti Stephani, cura quidem Magistri Generalis Sacri Praedicatorum Ordinis conditam, laudaverat et comprobaverat, ex qua, ut ipsemet ait, «ipsa res biblica non levia cepit incrementa maloraque exspectat»; 11 ita postremo suae vitae anno novam etiam adiecit rationem, qua haec studia, per Encyclicas Litteras *Prooidentissimus Deus* tantopere commendata, cotidie magis perficerentur et
301 quam tutissime proveherentur. Litteris enim Apo/stolicis *Vigilantiae,* die xxx mensis Octobris, anno mcmii datis, Consilium, seu *Commissionem,* quam vocant, gravium virorum constituit, «qui eam sibi haberent provinciam, omni ope curare et efficere, ut divina eloquia et exquisitiorem illam, quam tempora postulant, tractationem passim apud nostros Inveniant, et incolumia sint non modo a quovis errorum afflatu, sed etiam ab omni opinionum temeritate»; 11 quod quidem Consilium Nos quoque decessorum Nostrorum exemplum secuti, re ipsa firmavimus et auximus, illius ministerio, ut pluries antea, usi, ut Sacrorum librorum interpretes ad sanas illas catholicae exegeseos leges revocaremus, quas Sancti Patres et Ecclesiae Doctores et Summi ipsi Pontifices tradiderunt. 13

Heic nutem haud abs re alienum videtur grate recolere, quae Nostri subinde Decessores in eumdem finem praecipua et utiliora contulerunt, quaeque felicis incepti Leonlani dixerimus sive complementa sive fructus. Ac primo quidem Pius X, volens «certam suppeditare rationem, unde bona paretur copia magistrorum, qui gravitate et sinceritate doctrinae commendati, in scholis catholicis Divinos interpretentur Libros, ... academicos prolytae et doctoris in Sacrae Scripturae disciplina gradus ... a *Commissione* Biblica conferendos» instituit; 14 deinde legem tulit «de ratione studiorum S. Scripturae In Seminariis Clericorum servanda» eo nempe spectans, ut sacrorum alumni «non modo vim rationemque et doctrinam Bibliorum haberent ipsi perceptam et cognitam, sed etiam scite probeque possent et in divini verbi ministerio versari, et conscriptos Deo afflante libros ab oppugnationibus ... defendere»; 14 denique, «ut in Urbe Roma altiorum studiorum ad Libros Sacros pertinentium haberetur *centrum,* quod efficaclore, quo liceret, modo doctri/nam bibllcam 302
et studia omnia eidem adiuncta, sensu Ecclesiae catholicae promoveret». Pontificium Institutum Biblicum condidit, quod, Inclitae Societatis lesu curis concreditum, «altloribus magisteriis omnique instrumento eruditionis biblicac ornatum» voluit, eiusque leges ac disciplinam Eraescripslt, hac in re «salutare ac frugiferum propositum» conis XIII sese exsequi professus. 14

Haec denique omnia proximus Decessor Noster feL rec. Pius XI perfecit, inter alia decernens, ne ullus esset «Sacrarum Litterarum disciplinae in Seminariis tradendae doctor, nisi, confecto peculiari eiusdem disciplinae curriculo, gradus academicos apud *Commissionem* Biblicam vel Institutum Biblicum adeptus legitime esset». Quos quidem gradus eadem lura eosdemque effectus parere voluit, ac gradus in Sacra Theologia vel in iure *canonico* rite collates; itemque statuit ne ulli conferretur «beneficium. In quo *canonice* inesset onus Sacrae Scripturae populo explanandae, nisi, praeter alia, is esset licentia aut laurea in re biblica potitus». Atque una simul exhortatus tam summos Ordinum regularium Sodalitatumque religiosarum Moderatores, quam catholici orbis Episcopos, ut ex alumnis suis aptiores ad Scholas Instituti Biblid celebrandas et ad gradus academicos ibi adipiscendos mitterent, hortationes elusmodi suo exemplo confirmavit, annuis, in id ipsum efficiendum, ex largitate sua reditibus constitutis. 17

Idcmque Pontifex, postquam fuit, Pio X fel. rec. favente et approbante, anno xotvii «delatum Sodalibus Benedictinis munus pervestigationum studiorumque apparandorum, quibus nova innitatur editio Conversionis Latinae Scripturarum, quae Vulgatae nomen invenit»,11 hoc idem, quod diuturnum tempus magnosque sumptus postulat, «operosum et arduum facinus»,/ cuius permagnam utilitatem egregia 303
ostenderant volumina iam in lucem edita, firmius securlusque constabilire volens, Urbanum S. Hieronymi Coenobium, quod In illud opus unice incumberet, a fundamentis exstruxit, et bibliotheca ceterisque investigationis subsidiis uberrime ditavit. 19

Nec silentio heic praetereundum esse videtur, quantopere iidem Decessores Nostri, datis occasionibus, Sacrarum Scripturarum sive studium, sive praedicationem, sive piam denique lectionem ac meditationem commendaverint. Etenim Pius X sodalitatem a S. Hieronymo, quae consuetudinem, sane laudabilem, legendi meditandique sacrosancta Evangelia christifidelibus suadere studet, idque pro viribus facilius reddere, vehementer probavit; ct ut alacriter in incepto persisteret hortatus est, edicens «eam esse omnium utilissimam rem quae tempori magis respondeat» quippe quae haud parum conferat ad «abolendam opinionem Scripturis Sacris vernacula lingua legendis repugnare Ecclesiam aut impedimenti quidpiam interponere». 10 Benedictus autem XV, revoluto decimo ac quinto sacculo, ex quo Maximus In Sacris Litteris exponendis Doctor e vita excessit, postquam tum eiusdem Doctoris praecepta et exempla, tum principia ac normas a Leone XIII et ab Se datas religiosissime inculcavit, atque alia hoc in rerum genere maxime opportuna neque unquam oblivioni tradenda commendavit, hortatus est «filios Ecclesiae universos, clericos potissimum, ad Sacrae Scripturae reverentiam, cum pia lectione assiduaque meditatione conlunctam»; monultque «in his paginis cibum quaerendum esse, unde vita spiritus ad perfectionem alatur», ac «praecipuum Scripturae usum ad divini verbi ministerium pertinere sancte fructuoseque exercendum»; itemque iterum dilaudavit operam Societatis ab eodem S. Hieronymo nuncu/patae, cuius cura Evangelia et Acta Apo- 304
stolorum quam latissime pervulgantur, «Ita ut nulla lam sit Christiana familia quae iis careat, omnesque cotidiana eorum lectione et meditatione assuescant». 11

Non modo autem hisce Decessorum Nostrorum institutis, praeceptis, Incitamentis, sed eorum etiam omnium, qui diligenter iisdem obsecundarunt» operibus ac laboribus cum in meditando, in pervestigando. In scribendoque, tum in docendo, in condonando, In Sacrisquc Libris vertendis

■rt. x ad 3. · *Dt Gen. ad liti,* a, 9, *ter, PL·* XXXIV, coL 270 494 *CSEL·* XXVIII (Sectio III, pars. 3), p. 46. ' Leoxls XIII. *Acta XIII,* p. 355; *Bibi.* n. 106. · CL Bkxxdictvs XV, Enc. *Spiritus Paraditus, Acta Ap. Scdù* XII (1920), p. 396; EnrA. *Bibi.* o. 471. · Lxoxxs XIII. *Acta XIIZ,* P 357 sq·: *Each. Bibi.* n. 109 »q. €L Lxoxis XIII. *Acia XIII,* p. 32S; *Bibi.* n. 67 *tq.* ll LitL AposL *Hicrowiyinar* »n *coenobio* d. d. 17 Sept 1872; Lrox:s XIII. *Ad.* in, pp. 239-241, v. p. 24α ll CL Lxoχπ XIII. *Acia XXII,* p. 232 $$.; *Ench. Bibi.* n. 130x41; v. nn. 130, 132. ‘‘Pontificiae Commissionis de Re biblica Litterae ad Excroos PP. DD. Archkpiscopoi et Episcopos Italiae d. d. 20 Aug. 1941; *Acta Ap. Sedis* XXXIII (1941), PP· 4ϖ3. 14 Litt. Apost *Scripturae Sanctae* d. d. 23 Febc. 1904; Pii X *Acta I,* pp. 176-179; *Ench. Bibi.* nn. 142-150; ▾. nn. 143-144-

ll CL LitL Apost. Qwchmwifa *rt hbtea* d. d 27 Mart. 1906; Pïi X. *Acta III.* pp. 72-76; *EncX Bibi.* nn. 155-173. * &- «5<- ** Utt. Apo»l. 1'wwa *data* d. d. 7 Mail 1909; .4rU .4£. *Sedis I* (1909), pp ϖ4% en. 193-306, v. nn. 294 et 296. CL Motu propr» îîw ù u m d. d. 17 Aptt-lls 1924: *Acta Ap. Satis* XVI (1924}. pp· 1S01S2; ZhN. nn. 316-323. x* Epùtula ad RevAsm D. AiUnum Gasquet d. d. 3 Drc. χφοτ. Pli X *Acia* IV', pp. 117-119; *Ench. Bibi.* n. >65 M- ‘"Const Apost Z«w/r *proacipuas* d. d. 15 iun. >933; -4rU *Ap. Stdis* XXVI (1934). ΓP- 83-87. 19 Ep»L ad Eiftum Card. CassetU *Qui ρia* d.d.11 Ux 1907; Fu X *Acia* IV, pp. 23-15. u LitL encycL *Spiritus Paradent* d. d. 13 Sept. ϖ9 *Ada Ap. Sedis* XII (1920). pp. 363-422; lati SiN. nn. ϖ37-3 V. an. 437. 493

ac propagandis exantlatis, aequum ac gratam est profiteri Sacrarum Scripturarum scientiam et usum inter catholicos haud parum profecisse. Permulti enim e scholis, in quibus altiores de re theologica et biblica disciplinae traduntur, ac praecipue e Nostro Pontifido Instituto Biblico, iam prodierunt et in dies prodeunt Scripturae Sanctae cultores, qui incenso studio erga Sacra Volumina animati, hoc eodem impenso studio adulescentem clerum imbuunt, eamque, quam hauserunt, doctrinam eidem sedulo impertiunt. Eorum non paud scriptis quoque rem biblicam multifariam provexerunt et provehunt; sive cum sacros textus ad criticae artis normas condonatos edunt, eosque explicant, illustrant, in vulgatas linguas vertunt, sive cum fidelibus ad piam eorumdem lectionem et meditationem proponunt, sive denique cum profanas disciplinas ad Scripturam explanandam utiles excolunt atque adsdscunL Ex nisce igitur aliisque Inceptis, quae in dies latius propagantur ct Invalescunt, ut, exempli gratia, de re biblica consociationibus, congressibus, coetibus per hebdomadam habitis, bibliothecis, sadalltatibusque meditandis evangeliis, spem concipimus haud dubiam fore, ut In posterum ct reverentia et usus et scientia Sacrarum Litterarum etiam atque etiam ad animorum bonum ubique profidant, dummodo studiorum bibllcorum rationem a Leone XIII praescriptam, ab eius Successoribus luculentius perfectius-
305 que declaratam, a Nobis/ vero confirmatam et auctam —quae quidem unice tuta est atque experimento comprobata— firmius, alacrius, fidentiusque retineant omnes, illis haudquaquam impediti difficultatibus, quae, ut in humanis rebus assolet, huic quoque praeclaro operi numquam deerunt

II

Biblicae disciplinae, ceterarumque quae eidem utilitati sunt, condiciones, his quinquaginta annis valde mutatas esse nemo est, quin facile possit animadvertere. Nam, ut alia praetereamus, quo tempore Decessor Noster Encydicas Litteras *Providentiisimus Deus* edidit vix unus vel alter In Palaestina locus effossionibus ad elusmodi res pertinentibus coeperat explorari. Nunc vero Id genus investigationes et numero anctae sunt plurimum, et severiore ratione atque arte ipso usu expolita, multo plura ac certiora nos docent Quantum porro lucis ex illis Investigationibus ad Sacros Libros rectius pleniusque intellegendos eliciatur, norunt periti omnes, norunt quotquot his studiis dant operam. Augetur autem harum explorationum momentum repertis identidem monumentis scriptis, quae ad cognitionem linguarum, litterarum, eventuum, morum ac cultuum antiquissimorum multum conferunt. Atque haud minoris momenti est Inventio et Inquisitio, adeo frequens aetate hac nostra, papyrorum, quae ad cognoscendas litteras, Institutionesque publicas et privatas, temporis praesertim Servatoris Nostri, tantopere valuere. Ac praeterea vetusti Sacrorum Librorum codices inventi et sollerti data opera editi sunt; exegeris Ecclesiae Patrum latius pleniusque pervestigata est; antiquorum denique modus loquendi, narrandi, scribendique Innumeris exemplis Illustratur. Haec omnia, quae, non sine providentis Dei consilio, aetas haec nostra consecuta est. Sacraram Litterarum interpretes quodammodo Invitant atque admonent, ut ad Divina Eloquia penitius perscrutanda, Illustranda clarius, lucldiusque proponenda, tanta
306 hac luce data alacriter utantur./Quodsi, summo cum animi solacio, cernimus eosdem Interpretes invitationi huic naviter iam obsecutos esse, atque adhuc obsequi, id non postremus profecto, nec minimus fructus est Encycllcarum Litterarum *ProvidentiisImus Deus,* quibus Decessor Noster Leo XIII, hunc novum disciplinae biblicae florem quasi animo praesagiens, exegetas catholicos et ad laborem advocavit, et iisdem quae esset laboris via ac ratio sapienter definivit Ut autem labor non modo constanter perseveret, sed in dies etiam perficiatur ac reddatur fecundior, Nos quoque Encydlcis his Litteris consequi cupimus, in id maxime intenti ut omnibus ostendamus, quae agenda restent, et qua mente exegetae catholico tantum ac tam excelsum mrmus hodie adgrediendum sit, utque operarii», in vinea Domini sedulo laborantibus, novos stimulos novumque animum addamus.

Catholico Interpreti, qui ad Sacras Scripturas intellegendas explananoasque accederet, iam Ecclesiae Patres, imprimisque Augustinus, veterum linguarum studium et ad textus primigenios recursum magnopere commendabant. 11 Vcruntamen Ita tunc temporis ferebant litterarum condiciones, ut non multi, lldemque imperfecto tantum, hebraicam linguam noscerent. Media vero aetate, cum Scholastica Theologia maxime florebat, graecl etiam sermonis cognitio apud Occidentales adeo iam dudum imminuta erat, ut Ipsi summi illorum temporum Doctores, in Divinis Libris explicandis, sola niterentur latina conversione, quam Vulgatam vocant. Ex contrario nostris hisce temporibus non graeca tantummodo lingua, quae inde a renatis humanioribus litteris ad novam quodammodo vitam revocata est, omnibus paene antiquitatis et litterarum cultoribus est familiaris, sed hebraicae quoque aliaruraque orientalium linguarum cognitio inter litteratos viros late propagata est. Tanta pono nunc suppetit subsidiorum copia ad eos sermones addiscendos, ut Blblliorum interpres qui, Illis neglectis, ad textus primigenios/ praecluserit sibi aditum, levitatis et socordiae notam effugere minime possit. Exegetae enim est etiam minima quaeque, quae Divino Flamine inspirante, ex hagiographl calamo prodiere, summa cum cura ac veneratione quasi arripere, quo penitius pleniusque mentem eius intellegat. Quare diligenter id agat, ut linguarum blblicarum ac ceterorum quoque orientalium sermonum in dies maiorem sibi comparet peritiam, suamque interpretationem omnibus illis fulciat adiumentls, quae a cuiusvis generis philologia repetantur. Id quidem divus Hieronymus, pro suae aetatis cognitionibus, sollicite consequi studuit; idque etiam haud pauci ex magnis saeculi xvi et xvn exegetis, quamquam multo minor tum fuit quam hodie linguarum scientia, indefesso studio ac fructu non mediocri appetivere. Eadem igitur ratione primigenium illum textum explanari oportet, qui ab ipso sacro auctore conscriptus maiusque pondus habet, quam quaelibet, utut optima, sive antiqua sive rccentlor conversio; quod facilius profecto utiliusque fieri potest, si cum cognitione linguarum etiam solida criticae artis peritia, ad eumdem textum quod attinet, coniungitur.

Quantum momentum in elusmodi critice sit collocandam. scite monuit Augustinus, cum inter praecepta Sacrorum Librorum studioso inculcanda curam emendati textus habendi primo loco posuit. «Codicibus emendandis —ita ille ait clarissimus Ecclesiae Doctor— primitus debet invigilare sollertia eorum qui Scripturas Divinas nosse desiderant, ut emendatis non emendati cedant» 23 Hodie vero haec ars, quae *critices textualis* nomine venit et in edendis profanis scriptionibus magna cum laude et fructu adhibetur, in Libris quoque Sacris, ob ipsam reverentiam divino eloquio debitam, hire optimo exercetur. Id enim ex instituto suo praestat, ut textum sacrum, quantum fieri potest, quam perfectissime restituat, a depravationibus Infirmitate amanuensium illatis cum expurget, cumque a glossis et lacunis, a verborum Inversionibus ac re-
petitlo/nibus ab alilsque omne genus mendis, quae In Iit- 308
teras per multa saecula traditas irrepere solent, pro viribus liberet. Ac vix opus est animadvertere istiusmodi criticen, quam abhinc aliquot decenniis non pauci arbitrio plane suo adhibuerunt, atque ita non raro, ut quis dixerit eosdem ad inferendas in sacrum textum praeiudicatas suas opiniones Id fecisse, hodie eam legum stabilitatem et securitatem attigisse, ut Insigne facta sit instrumentum ad divinum eloquium purius accuratiusque edendum, et ut quilibet abusus facile detegi possit. Neque oportet hoc loco in memoriam revocare —quippe quod omnibus Sacrae Scripturae cultoribus notum ac perspicuum sit— quanto videlicet Ecclesia, inde a primis sacculis ad aetatem usque hanc nostram, haec criticae artis studia in honore habuerit. Hodie igitur, postquam huius artis disciplina ad tantam pervenit perfectionem, rei biblicae studiosorum munus est honorificum, etsi non semper facile omni ope curare, ut quam primum a catholicis opportune apparentur tam Sacrorum Librorum, quam antiquarum conversionum editiones ad has normas redactae, quae nempe cum summa sacri textus reverentia accuratam coniungant omnium legum criticarum observationem. Atque omnes probe sciant diuturnum hunc laborem non solum esse necessarium ad scripta divino instinctu data recte perspicienda, sed vehementer etiam ex pietate illa postulari, qua providentissimo Deo, qui hos libros veluti paternas litteras e malestatis suae sede propriis filiis misit, gratos nos esse summopere decet.

Neque arbitretur quisquam hunc primorum textuum usum, ad critlces rationem habitum, praescriptis illis quae de Vulgata Latina Concilium Tridentlnum sapienter statuit, 44 ullo modo officere. Constat enim e litterarum monumentis Concilii Praesldibus fuisse creditum ut Ipsius Sacrae Synodi nomine Summum Pontificem' rocarent —quod illi quidem fecerunt— ut Latina primum editio,

4T7. Θ "C!. <x. cr. S. Hnaov., *Prod. in IV* Evan?. *ad Damrnm; PL.* XXIX, coi S· Awrn., D« *docir. (knd.* II, xfr, *PL* XXXIV,

cot 43-4J. “ D< «fort. CÀTUL n «; *PL.* XXXIV «L <6. – Dor. *de* rt utu Liirorum; *Cone. Tnd.* ed. Soc. Goerna. t V p qnf

309 deln vero ct Graeca et Hebraica, quoad/ fleri posset, corrigerentur, M In Ecclesiae Sanctae Del utilitatem tandem aliquando vulgandae. Cui voto, si tunc propter temporum difficultates allaqc impedimenta non plene responderi potuit, In praesens, ut fore confidimus, doctorum catholicorum collntis viribus perfectius nmpliusque satisfieri potest. Quod autem Vulgatam Trldentlna Synodus esse voluit latinam conversionem, «qua omnes pr> authentica uterentur», id quidem, ut omnes norunt, latinam solummodo respicit Ecclesiam, ciusdemque publicum Scripturae usum, ac nequaquam, procul dubio, primigeniorum textuum auctoritatem et vim minuit. Neque enim de primigeniis textibus tunc agebatur, sed de latlnis, quae illa aetate circumferebantur conversionibus, inter quas idem Concilium illam lure praeferendam edixit, quae «longo tot sacculorum usu in ipsa Ecclesia probata est». Haec igitur praecellens Vulgatae auctoritas seu, ut aiunt, *autheniia* non ob criticas praesertim rationes a Concilio statuta est, sed ob illius potius legitimum in Ecclesiis uram, per tot saeculorum decursum habitum; quo quidem usu demonstratur eamdem, prout intellexit et intellegit Ecclesia, in rebus fidei ac morum ab omni prorsus esse errore immunem; ita ut, ipsa Ecclesia testante et confirmante, in disputationibus, lectionibus concionibusque tuto ac sine errandi periculo, proferri possit; atque adeo eismodl *authentla* non primario nomine *critica,* sed *iuridica* potius vocatur. Quapropter haec Vulgatae in rebus doctrinae auctoritas minime vetat —immo id hodie fere postulat— quominus eadem haec doctrina ex primigeniis etiam textibus comprobetur et confirmetur, atque etiam quominus passim in auxilium iidem textus vocentur, quibus recta Sacrarum Litterarum significatio ubique magis in dies patefiat atque explanetur. Ac ne Id quidem Tridcntini Concilii decreto prohibetur, quonimus nempe ad christifidelium usum et bonum et ad faciliorem divini eloquii intellegentiam, conversiones in vulgatas linguas
310 conficiantur, eaeque etiam ex ipsis primige/niis textibus, ut iam multis in regionibus, approbante Ecclesiae auctoritate, laudabiliter factum esse novimus.

Linguarum antiquarum cognitione et criticae artis subsidiis egregie instructus, exegeta catholicus ad illud accedat munus, quod ex omnibus ei impositis summum est, ut nempe germanam ipsam Sacrorum Librorum sententiam reperiat atque exponat. Quo in opere exsequendo ante oculos habeant interpretes sibi illud omnium maximum curandum esse, ut clare dispiciant ac definiant, quis sit verborum biblicorum sensus, quem *litteralem* vocant. Hanc *litteralem* verborum significationem omni cum diligentia per linguarum cognitionem iidem eruant, ope adhibita contextus, comparationisque cum assimilibus locis; quae quidem omnia In profanorum quoque scriptorum interpretatione in auxilium vocari solent, ut auctoris mens luculenter patescat. Sacrarum autem Litterarum exegetae, memores de verbo divinitus Inspirato heic agi, cuius custodia et interpretatio ab ipso Deo Ecclesiae commissa est, non minus diligenter rationem habeant explanationum et declarationum magisterii Ecclesiae, itemque explicationis a Sanctis Patribus datae, atque etiam «analogiae fidei», ut Leo XIII in Encyclicis litteris *Provideniissimus Deus* sapientissime animadvertit. le Singulari vero studio id agant, ut non tantum —id quod in quibusdam commentariis fieri dolemus— eas res exponant quae ad historiam archaeologiam, philologiam ad aliasque huiusmodi disciplinas spectent; sed, illis quidem opportune allatis, quantum ad exegesin conferre possint, ostendant potissimum quae sit singulorum librorum vel textuum theologica doctrina de rebus fidei et morum, ita ut haec eorum explanatio non modo theologos doctores adiuvet ad fidei dogmata proponenda confirmandaque, sed sacerdotibus etiam adiumento sit ad doctrinam Christianam coram populo enucleandam, ac fidelibus denique omnibus ad vitam
311 sanctam homineque Christiano dignam agendam adserviat./

Talem cum dederint interpretationem, imprimis, ut dbdmus, theologicam, efficaciter illos ad silentium redigent, qui, asseverantes se vix quidquam in blblicis commentariis invenire, quod mentem ad Deum extollat, animum enutriat, interiorem vitam promoveat, ad spiritualem quamdam et mysticam, ut aiunt, interpretationem confugiendum esse dictitant. Quod quam parum recte profiteantur, ipsa multorum experientia docet, qui verbum Dei iterum atque iterum considerantes ac méditantes, suum animum perfecerunt, et erga Deum sunt vehementi amore permoti, idemque perpetua Ecclesiae institutio ac summorum Doctorum monita lucide ostendunt. Non omnis sane spiritualis sensus a Sacra Scriptura excluditur. Quae enim in Vetere Testamento dicta vel facta sunt, ita a Deo sapientissime sunt ordinata atque disposita, ut praeterita spirituali modo ea praesignificarent, quae in novo gratiae foedere essent futura. Quare exegeta, sicut *litteralem,* ut aiunt, verborum significationem, quam hagiographus intenderit atque expresserit, reperire atque exponere debet, ita spiritualem etiam, dummodo rite constet illam a Deo fuisse datam. Deus enim solummodo spiritualem hanc significationem et novisse potuit, et nobis revelare. lamvero elusmodi sensum in Sanctis Evangeliis nobis indicat, nosque edocet divinus ipse Servator, hunc etiam, Magistri exemplum imitati, Apostoli loquendo scribendoque profitentur, hunc perpetuo tradita ab Ecclesia doctrina ostendit; hunc denique antiquissimus liturglae usus declarat, ubicumque rite adhiberi potest notum illud pronuntiatum: Lex precandi lex credendi csL Hunc igitur spiritualem sensum, a Deo ipso intentum et ordinatum, exegetae catholici ea diligentia patefaciant ac proponant, quam divini verbi dignitas exposcit; alias autem translatas rerum significationes ne tamquam genuinum Sacrae Scripturae sensum pi oferant, religiose caveant. Nam etsi, in concionatoris praesertim obeundo munere, amplior quidam Sacri Textus usus translata verborum ratione habitus, ad res fidei et morum illustrandas et commendandas utilis esse potest, dummodo moderate ac/ sobrie fiat, nunquam tamen obii- 312
viscendum est hunc verborum Sacrae Scripturae usum eidem esse quasi externum et adiectum; eumdemque hodie potissimum non carere periculo, cum christifideles, ii nominatim qui tam sacris quam profanis disciplinis instructi sint, quaerant quid ipse Deus in Sacris Litteris nobis significet, potius quam quid facundus orator vel scriptor, Bibliorum verbis dexteritate quadam adhibitis, exponat. Nec «vivus sermo Dei et efficax et penetrabilior omni gladio anclpiti et pertingens usque ad divisionem animae ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, et discretor cogitationum et intentionum ¢ordis 37 calamistris indiget vel humana accommodatione, ut animos moveat ac percellat; ipsae enim Sacrae Paginae, Dei afflante Spiritu exaratae, per se nativo abundant sensu; divina virture ditatae, per se valent; superno decore ornatae, per se lucent ac splendent, dummodo ab interprete tam integre et accurate explicentur, ut omnes thesauri sapientiae et prudentiae, quae in eis latent, in lucem proferantur.

Qua in re praestanda catholicus exegeta egregie iuvari poterit sollerti illorum operum studio, quibus Sancti Patres, Ecclesiae Doctores, illustresque superiorum temporum interpretes Sacras Litteras explanarunt. Illi enim, etsi interdum eruditione profana et linguarum scientia minus instructi erant, quam nostrae aetatis interpretes, pro eo tamen, quod Deus in Ecclesia eis attribuit munere, suavi quadam eminent caelestium rerum perspicientia miroque mentis acumine, quibus divini eloquii profunda intime penetrant, et in lucem afferunt quidquid ad doctrinam Christi illustrandam sanctitatemque vitae promovendam conducere potest. Dolendum sane est pretiosos huiusmodi Christianae antiquitatis thesauros non paucis e nostrorum temporum scriptoribus parum esse cognitos, neque historiae exegeseos cultores iam ea omnia peregisse, quae ad rem tanti momenti rite pervestigandam recteque aestimandam necessaria videantur. Utinam multi exsistant, qui catholicae Scri/pturarum interpretationis auctores et 313
opera studiose perquirentes, ab Hsdemoue paene immensas congestas opes quasi exhaurientes, valide ad id conferant, ut et in dies magis appareat, quantopere Illi divinam Sacrorum Librorum doctrinam perspexerint atque illustraverint, et hodierni quoque interpretes inde exemplum sumant opportunaque repetant argumenta. Sic enim tandem aliquando fiet et veterum doctrinae spiritualisque dicendi suavitatis, et recentiorum maioris eruditionis adultiorisque artis felix et fecunda coniunctio, novos utique fructus allatura in Divinarum Litterarum campo, nunquam satis exculto, numquam exhausto.

Ac praeterea nostra quoque tempora ad Sacras Litteras penitius et accuratius Interpretandas aliquid conferre posse lure meritoque sperare licet. Non enim pauca, inter ea praesertim quae ad historiam spectant, aut vix. aut non satis explicata sunt a superiorum saeculorum explanatoribus, quippe quibus fere omnes notitiae deessent ad illa magis illustranda necessariae. Quam difficilia ipsi» quoque Patribus et quasi impervia quaedam fuerint, illis ostenditur, ut alia mittamus, conatibus, quos multi ex iisdem iterarunt ut prima interpretarentur Geneseos capita; itemque ex repetitis illis a S. Hieronymo tentaminibus ita vertendi Psalmos, ut *litteralis,* seu ex verbis ipsis expressus, eorum sensus clare patefieret. Alit denique habentur libri

IV, ia.

11/b. t X. **p. 47x; cL t V, pp. 29, 59, 65; U X, p. 446 sq. ·· Lxokis XΠI.** *Λάα* **XΠI, pp. 346; *Enck. Bibi.* no. 94-96**

vel sacri textus, quorum difficultates recens demum detexit aetas, postquam ex altiore rerum antiquarum *cognitione* novae sunt obortae quaestiones, quibus aptius in causam introspiclatur. Perperam igitur uuidam, scientiae biblicae condiciones haud recte perspicientes, nihil iam catholico nostrae aetatis exegclae dictitant ad ea addendum supcresse, quae Christiana antiquitas protulerit; cum ex contrario, nostra haec tempora adeo multa proposuerint, quae nova investigatione novoque examine indigeant, et actuosum hodierni interpretis studium non parum exstimulent

Nostra siquidem aetas, ut novas aggerit quaestiones
314 novas'que difficultates, ita, favente Deo, nova etiam praebet exegeseos subsidia et adiumenta. Inter haec illud videtur peculiari mentione dignum, quod catholici theologi, Sanctorum Patrum ac potissimum Angelici Communisque Doctoris doctrinam secuti, inspirationis biblicae naturam et effectus aptius perfectiosque explorarunt ac proposuere, quam praeteritis saeculis fleri assoleret Ex eo enim edisserendo profecti, quod haglographus in sacro conficiendo libro est Spiritus Sancti ιργανον seu instrumentum, idque vivum ac ratione praeditum, recte animadvertunt illum, divina motione actum, ita suis uti facultatibus et viribus, «ut propriam uniuscuiusque indolem et velutl singulares notas ac lineamenta» » ex libro, eius opera orto, facile possint omnes colligere. Interpres igitur omni cum cura, ac nulla quam recentiores pervestigationes attulerint luce neglecta, dispicere enitatur, quae propria fuerit sacri scriptoris Indoles ac vitae condicio, qua floruerit aetate, quos fontes adhibuerit sive scriptos sive ore traditos, quibusque sit usus formis dicendi. Sic enim satius cognoscere poterit quis hagiographus fuerit, quidque scribendo significare voluerit. Neque enim quemquam latet summam interpretandi normam eam esse, qua perspidatur et definiatur, quid scriptor dicere Intenderit, ut egregie Sanctus Athanasius monet: «Hic, ut in omnibus aliis divinae Scripturae locis agere convenit, observandum est, qua occasione locutus sit Apostolus, quae sit persona, miae res culus gratia scripsit, accurate et fideliter attendendum est, ne quis illa ignorans, aut aliud praeter ea intellegens, a vera aberret sententia». °

Quisnam autem sil *litteralis* sensus, in veterum Orientalium auctorum verbis et scriptis saepenumero non ita in aperto est, ut apud nostrae aetatis scriptores. Nam quid illi verbis significare voluerint, non solis grammaticae, vel philologiae legibus, nec solo sermonis contextu determinatur; omnino oportet mente/ quasi redeat Interpres ad
315 remota Fila Orientis saecula, ut subsidiis historiae, archacologiae, ethnologiae aliarumque disciplinarum rite adiutus, discernat atque persplclat, quaenam litteraria, ut aiunt, genera vetustae illius aetatis scriptores adhibere voluerint, ac reapse adhibuerint. Veteres enim Orientales, ut quod in mente haberent exprimerent, non semper iisdem formis Hsdemque dicendi modis utebantur, quibus nos hodie, sed illis potius, qui apud suorum temporum et locorum homines usu erant recepti. HI quinam fuerint, exegeta non quasi in antecessum statuere potest, sed accurata tantummodo antiquarum Orientis litterarum pervestigatione. Haec porro, postremis hisce decenniis maiore, quam antea, cura et diligentia peracta, clarius manifestavit, quaenam dicendi formae antiquis lUls temporibus adhibitae sint, sive In rebus poètlce describendis, sive In vitae normis et legibus proponendis, sive denique in enarrandis historiae factis atque eventibus. Haec eadem pervestigatio id quoque lam lucide comprobavit. Israèlltlcum populum Inter ceteras Orientis veteres nationes In historia rite scribenda, tam ob antiquitatem, quam ob fidelem rerum gestarum relationem singulariter praestitisse; quod quidem ex divinae inspirationis charismate atque ex peculiari historiae biblicae tine, qui ad religionem pertinet, profecto eruitur. Nihilominus etiam apud Sacros Scriptores, sicut apud ceteros antiquos, certas quasdam Inveniri exponendi narrandlque artes, certos quosdam Idiotismos, linguis praesertim semitidi proprios, *approiimaliones* quae dicuntur, ac certos loquendi modos hyperbollcos, Immo Interdum etiam paradoxa, quibus res menti firmius Imprimantur, nemo sane miretur, qui de inspiratione blbllca recte sentiat. A Libris enim Sacris nulla aliena est Illarum loquendi rationum, quibus apud veteres gentes, praesertim apud Orientales, humanus sermo ad sententiam exprimendam uti solebat, ea tamen condicione, ut adhibitum dicendi genus Dei sanctitati et veritati haud quaquam repugnet, quemadmodum, pro sagacitate sua, lam ipse Angelicus Doctor
31e hisce verbis animadvertit: «In Scriptura divina traduntur nobis per modum, quo homines solent uti». 3» Sicut enim substantiale Dei Verbum hominibus simile factum est quoad omnia «absque peccato», 31 ita etiam Dei verba, humanis linguis expressa, quoad omnia humano sermoni assimilia facta sunt, excepto errore; quod quidem utpote providentis Dei συγκατάβχσιν, seu «condescensionem», iam Sanctus Joannes Chrysostomus summis laudibus extulit, et in Sacris Libris haberi iterum iterumque asseveravit 33

Quapropter catholicus exegeta, ut hodiernis rei biblicae neccesitatibus rite satisfaciat, in exponenda Scriptura Sacra, in eademque ab omni errore immuni ostendenda et comprobanda, eo quoque prudenter subsidio utatui, ut perquirat quid dicendi forma seu litterarum genus, ab hagiographo adhibitum, ad veram et genuinam conferat interpretationem; ac sibi persuadeat hanc officii sui partem sine magno catholicae exegeseos detrimento neglegi non posse. Non raro enim —ut hoc solummodo attingamus— cum Sacros Auctores ab historiae fide aberrasse, aut res minus accurate rettulisse obiurgando nonnulli lactant, nulla alia de re agi comperitur, nisi de suetis illis nativis antiquorum dicendi narrandlque modis, qui in mutuo hominum inter se commercio passim adhiberi solebant, ac reapse licito communique more adhibebantur. Iusta Igitur mentis aequitas postulat, ut haec, cum in divino eloquio, quod pro hominibus verbis humanis exprimitur, inveniantur, non magis erroris arguantur, quam cum eadem in cotidiano vitae usu habeantur. Cognitis igitur accurateque aestimatis antiquorum loquendi scribendlque modis et artibus, multa dissolvi poterunt, quae contra Divinarum Litterarum veritatem fidemque historicam opponuntur; neque minus apte eiusmodi studium ad Sacri Auctoris plenius Ulustriusque perspiciendam conducet./ 317

Nostri igitur rerum bibllcarum cultores in hanc quoque rem animum debita diligentia intendant, neque quidquam omittant, quod novitatis attulerint, cum archaeologia, tum antiqua rerum gestarum historia priscarumque litterarum scientia, quodque aptum sit, quo melius veterum scriptorum mens, eorumque ratiocinandi, narrandi scribendlque modus, forma ct ars cognoscatur. Qua In causa laicorum etiam ordinis catholici viri.animadvertant se non tantum ad profanae doctrinae utilitatem conferre, sed de re quoque Christiana optime mereri, si omni, qua par est, sedulitate ac studio rebus antiquis explorandis et investigandis se dedant, et ad quaestiones Id genus, hucusque minus claras et perspicuas, enodandas pro viribus adluvenL Omnis enim humana cognitio, etiamsi non sacra, ut suam habet quasi insitam dignitatem ct excellentiam —quippe quae sit quaedam finita participatio Infinitae cognitionis Dei— ita novam altioremque dignitatem et quasi consecrationem assequitur, cum ad res ipsas divinas clariore luce collustrandas adhibetur.

Per provectam illam, de qua supra diximus, orientalium rerum antiquarum explorationem, per ipsius primigenii textus accuratiorem Investigationem, Itemque per ampliorem dlligentiorcmque tum linguarum biblicarum, tum earum quoque omnium, quae ad Orientem pertinent, cognitionem, feliciter, suffragante Deo, contigit, ut non paucae ex quaestionibus illis, quas Decessoris Nostri imm. rec. Leonis XLII aetate, contra Sacrorum Librorum *autiienliam,* antiquitatem, integritatem, fidemque historicam critici ab Ecclesia alieni, vel eidem etiam adversantes habuere, hodie lam expeditae ac solutae sinL Excgctae enim catholici, iisdem doctrinae armis recte usi, quibus adversarii non raro abutebantur, illas protulerunt interpretationes, quae et catholicae institutioni genuinaeque a maioribus traditae sententiae congruae sunt, et una simul pares evasisse videntur difficultatibus, quas sive novae explorationes novaque Inventa attulerint, sive antiquitas nostris temporibus enodandas/ reliquerit. Inde SIS autem evenit, ut Bibllorum auctoritatis et veritatis historicae tiduria, tot Impugnationibus apud quosdam aliquatenus labefactata, hodie apud catholicos in integrum restituta sit; quin immo scriptores non desunt etiam non catholici, qui Inquisitionibus sobrio et aequo animo institutis, ad id adducti sint ut, relictis recentlorum placitis, ad antiquiores sententias, saltem hic Illic, redierint. Quae rerum mutatio magna cx parte lQdrienso illi debetur labori, quo catholici Sacrarum Litterarum explanatores, difficultatibus ommsque generis obstaculis minime perterriti, totis viribus contenderunt, ut lis quae hodierna eruditorum hominum pervestigatio, sive In archaeologlae, sive In historiae ac

“ U. Bmmcm XV. Km SrinhM Pwrxlüu»; *AOλ Ap.* XΠ taso), p *m* ** HiM n 01 ·· Centra ðrtaw.· 1. 54; PG. XXVI, cot tjj.

ad HrW. cap. I. kctio 4. n *Hthr* W r< ·« rr 9 V. Jr. In G^n. L 4APG. LHI.c o L 34-35); *U* Gm. Π. M & «i' Gm HI, 8 (O., col. 135h Ham. x5 m f * I, à

philologiae rebus ad novas quaestiones solvendas attulisset, debito modo uterentur.

Nemo tamen miretur non omnes adhuc esse difficultates expeditas atque evictas, sed graves etiam hodie quaestiones catholicorum exegetarum mentes non parum agitare. Quam ad rem non est profecto concidendum animo; neque est obllvescendum, in humanis disciplinis rem non aliter se habere atque in rerum natura: videlicet incepta paulatlm crescere, ac non posse nisi post multos labores colligi fructus. Ita factum est, ut quædam, quae elapsis temporibus non solutae ac suspensae haberentur disputationes, nostra demum aetate, progredientibus studiis, feliciter enodatae sint. Quamobrem fore spes est, ut illae etiam, quae nunc maxime implicatae maximeque arduae videantur, constanti conamine tandem aliquando plena luce pateant. Quodsi optata enodatio diu tardet, nec nobis arrideat, sed forte posteris assequendus rerum felix reliquatur exitus, nemo idcirco succenseat, cum id ad nos quoque pertinere sit aequum, quod Patres, ac potissimum Augustinus, 31 suo tempore monuere: Deum nempe Sacros, quos ipse inspiravit, Libros consulto difficultatibus adspcrslsse, ut et
319 intentius ad cos evolvendos et perscrutandos excitaremur,/ et salubriter mentis nostrae limites experti, debita animi demissione exerceremur. Nihil igitur mirum, si unius alteriusve quaestionis nullum unquam habebitur responsum plane perfectum, cum interdum agatur de rebus obscuris ct a nostris temporibus nostraque experientia nimis longe remotis; et cum etiam exegesis, sicut ceterae graviores disciplinae, sua habere possit secreta, quae mentibus nostris impervia, quibusvis conatibus aperiri nequeant.

Hac tamen in rerum condicione catholicus interpres, actuoso fortique suae disciplinae amore actus, ac Sanctae Matri Ecclesiae sincere devotus, neutiquam retineri debet, quominus difficiles quaestiones, hucusque nondum enodatas, iterum atque iterum aggrediatur, non modo ut, quae ab adversariis opponantur, propulset, sed ut solidam etiam explicationem reperire enitatur, quae et cum Ecclesiae doctrina, cum iisque nominatim, quae de Sacra Scriptura ab omni errore immuni tradita sunt, fideliter concordet, et certis quoque profanarum disciplinarum conclusionibus debito modo satisfaciat. Horum autem strenuorum in vinea Domini operariorum conatus non solummodo aequo iustoque animo, sed summa etiam cum caritate Judicandos esse ceteri omnes Ecclesiae filii meminerint; qui quidem ab illo haud satis prudenti studio abhorrere debent, quo quidquid novum est, ob hoc ipsum censetur esse impugnandum, aut in suspicionem adducendum. Illud enim imprimis ante oculos habeant, in normis ac legibus ab Ecclesia datis, de fidei morumque doctrina agi; atque Inter multa ilia, quae in Sacris Libris, legalibus, historicis, sapientialibus et propheticis proponuntur, pauca tantum esse quorum sensus ab Ecclesiae auctoritate declaratus sit, neque plura ea esse, de quibus unanimis Sanctorum Patrum sit sententia. Multa igitur remanent, eaque gravissima, In quibus edisserendis et explanandis catholicorum interpretum acumen et ingenium libere exerceri potest ac debet, ut ad omnium utilitatem, ad maiorem in dies doctrinae sacrae profectum, et ad Ecclesiae defensionem et honorem ex suo quisque viritim conferat. Haec vera filiorum Dei libertas, quae et Ecclesiae doctrinam fideliter teneat, et quacumque profana attulerit cognitio,
320 tamquam Dei donum grato accipiat animo et/ adhibeat, studio utique omnium elata ac sustentata, omnis sinceri fructus omnlsque in scientia catholica solidi profectus condido est et fons, ut praeclare admonet decessor Noster fel. rec. Leo XIII cum dicit: «Nisi salva consensione animorum collocatlsque in tuto principiis, non licebit ex variis multorum studiis magnos exspectare huius disciplinae progressus».34

Quapropter, re mature perpensa, certa scientia cl de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, hanc Constitutionem, quae eadem est ac illa a Pio X s. m. data, sed passim reformata, edere ct promulgare statuimus, «qua —ut verbis utamur eiusdem Praedecessoris Nostri— Sacrum Cardinalium Collegium, Romana Petri Sede vacante, ac in Romano Pontifice eligendo unice utatur», abrogata Idcirco Constitutione *Vacante Sede Apostolica,* prout a Pio X Decessore Nostro fuerat lata.

Praesentis vero Nostrae Constitutionis capita haec quae sequuntur habeantur/ 67

TITULUS I

DE SEDE APOSTOLICA VACANTE

Caput I—Dc potestate S. Collegii Cardinalium Sede Apostolica vacante

1. Sedis Apostolicae vacatione durante, Sacrum Collegium Cardinalium in iis. quae ad Pontificem Maximum dum viveret pertinebant, nullam omnino potestatem aut Jurisdictionem habeat, neque gratiam, neque iustitlam faciendi, aut factam per Pontificem mortuum executionl demandandi; sed ea omnia futuro Pontifici reservare teneatur L Itaque irritum et inane esse decernimus quidquid potestatis aut iurisdictionis ad Romanum, dum vivit. Pontificem pertinentis (nisi quatenus in hac Nostra Constitutione expresse permittatur) coetus ipse Cardinalium duxerit (eadem vacante Ecclesia) exercendum

2. Item praecipimus, ne S. Cardinalium Collegium dc iuribus Sedis Apostolicae Romanacque Ecclesiae quomodolibet disponere valeat, neque in quopiam iuribus eiusdem sive directe detrahere attentet, siye indirecte per conniventlae speciem, seu per dissimulationem facinorum adversus eadem lura, etiam post obitum Pontificis seu vacationis tempore, perpetratorum, attentare videatur, Immo volumus ut omnium virium contentione eadem custodire et defendere debeat

3. Leges a Romanis Pontificibus latae, per coetum Cardinalium Romanae Ecclesiae, ipsa vacante, corrigi, vel immutari nullo modo possunt, nec quicquam eis detrahi sive addi, vel dispensari quomodollbet circa ipsas seu aliquam earum partem. Quod potissimum valet de Constitutionibus pontificiis, ad ordinandum negotium electionis Ro/mani Pontificis latis * Immo si quid contra hoc praescriptum fieri vel attentari forte contigerit. Ipsum Suprema Nostra auctoritate nullum et irritum declaramus. 63

4. SI quae tamen dubia exoriantur circa sensum praescriptionum, quae hac Nostra Constitutione continentur, vel ellam circa rationem, iuxta quam ad usum ca traduci debeat, sive super quovis alio Nostrae huius Constitutionis capite, edicimus ac decernimus unice penes Sacrum Cardinalium Collegium potestatem esse super his ferendi sententiam; quam in rem cidem S. Cardinalium Collegio plenam tribuimus facultatem, qua hanc Nostram Constitutionem Interpretari ac dubia declarare valeant. Qua quidem in re, quemadmodum In reliquis, dc quibus ad Nostrae huius Constitutionis tramites, excepto Ipso electionis actu, deliberari contingat, satis omnino erit si maior congregatorum Cardinalium pars in camdem sententiam consentiat *

5. Pariter in casu urgentis negotii, quod, ex voto maioris congregatorum Cardinalium partis, in aliud tempus differri non valeat, S. Collegium, item iuxta maioris partis sententiam, de opportuno remedio disponere potest et debet ·.

Caput II—De Cardinalium Congregationibus

6. Tempore Sedis vacantis duplex habeatur Cardinalium Congregatio, altera *generalis,* sive totius Collegii, altera *particularis,* constans tribus Cardinalibus antiquioribus,

• Hi IV ConsL *In* τη Idus OcL 1561.4 6: CW› XII Const. *officium,* rv Non. Oct. 173s, | 6.

• Cl«n_ V in Cone. Viennensi. op. 3. .V, romani in pr. *dt eltct.,* I, 3 in Clem.

• Leonis XIII Const. *Pnudocaaoret* N0UH, 34 x88a

• Clem. V cap. 3» *Nt Romani* in pr. *dt deet.,* T ;n ci— . yv Const. *Atitrni pidrit,* χνη kal. Dee. 1631,) to. 3 G<‘ XV

• Leonis XIII Const. *Prardetciiarti Ncitri.*

• Grt<. X in C^ner. Cone. Lugdun., op. 3, CH t t 1. 6 in SexL; PU IV Const. *In digtndù.* | 6. 5 X *dt tltcL,*

uno ex quoque Ordine, cum S. R. E. Camerario, quorum officium tertIn die post Conclavis ingressum omnino exspirat, In eorumque locum tres alii sequentes in Ordine quolibet tertio dic una cum eodem Camerario succedunt 7.

7.Volumus ut in dictis Congregationibus particularibus, quae sive ante, sive post coeptum Conclave haberi poterunt, levioris dumtaxat momenti, ac in dies seu passim occurrentia negotia expediantur. Si quid vero gravioris momenti atque indaginis fuerit, id omne ad Congregationem generalem, scu ad S. Collegium Cardinalium deferatur. Ac ulterius, quae in una Congregatione particulari decreta,
69 resoluta, vcl/denegata fuerint, in alia revocari, mutari, aut concedi nequeant, sed id faciendi lus habeat ipsa tantum Congregatio generalis per pluralitatem suffragiorum g.

8. Cardinalium Congregationes generales in Aedibus Aposlolicls Vaticanis habeantur, vel, si rerum adiuncta Id postulent, In alio opportuniori loco, iudiclo ipsorum Cardinalium, clsquc praesit Cardinalis S. Collegii Decanus, vel, ipso impedito, Subdccanus.

9. Suffragia in Cardinalium Congregationibus, cum de rebus gravioris momenti agatur, non ore, sed secretis calculis dentur.

10. Inter generales Congregationes singulari mentione dignae sunt quae ante ingressum in Conclave habentur, eaedemque Congregationes praeparatoriae appellari possunt.

11. Congregationes generales praeparatoriae quotidie omnino locum habere debent a die post obitum Pontificis prudenti trium Cardinalium in unoquoque Ordine priorum et S. R. E. Camerarii iudiclo statuendo usque ad diem quo Conclave Cardinales ingrediuntur, etiam diebus, quibus exsequia defuncti Pontificis persolvuntur, idque eo consilio fiat ut liberum sit tum Cardinali Camerario sententiam S. Collegii exquirere atque cum ipso quae necessaria vel opportuna indicaverit, communicare, tum singulis Cardinalibus sententiam suam circa occurrentia negotia aperire, in rebus dubiis explicationes sciscitari, ct opportuna proponere.

12. In memoratis Congregationibus generalibus haec praecipue negotia expedienda sunt·, rerum agendarum ordine prius cum Cardinalibus communicato:

a) In primis Congregationibus integre legenda erit praesens haec Constitutio, eaque perlecta, iusiurandum ab omnibus Cardinalibus praesentibus Iuxta praescriptam formulam [10l praestandum. Quod iusiurandum pariter emittere tenentur omnes alii Cardinales, qui serius ad locum elec-
70 tionis pervenerint, sive nondum sive iam inceptis Comitiis./

b) Cardinales quam cito ea omnia decernere ac deponere debent, quae ad Conclave inchoandum urgentiora sunt.

c) Constituendus est dies, hora ac modus, quo corpus defuncti Pontificis in Basilicam S. Petri transferatur. Ille dc more publicae fidelium venerationi exponendum.

d) Item Cardinales omnia opportune paranda curabunt, ut Pontificiae exsequiae per novem continuos dies persolvantur, et praefinient dies quibus sex priores habendae eruntu.

e) Deputentur duo viri ecclesiastici, qui orationes *De Ponti/ice de/undo* et *De eligendo Ponli/lce* recitare debeant.

I) Constituatur dies, quo, si ab ipsis petatur, tum Legatis civilium Regiminum tum Equitibus Ordinis Hierosolymitani S. Collegium conveniendi aditus detur. Praedicti autem Legati nonnisi simul congregati admittantur neque singulis facultas concedatur S. Collegium adeundi.

g) Nominentur singulares duorum vel trium Cardinalium coetus, vulgo *Commissiones:* a) pro inquisitione de qualitatibus Conclavistarum eorumque approbatione lg, Itemque pro eorum designatione, qui Conclavi qualibet ratione inservire debeant nec non pro ipsis servitiis ordinandis et moderandis; 3) pro constructione et clausura Conclavis, ac pro cellarum dispositione 13./ '1

h) Propanantur atque approbentur expensae Conclavis.

i) Epistolae Imperatorum, Regum aliorumque civitatum Moderatorum, item Nuntiorum relationes, omniaque alia, quae S. Collegii interesse possint, cum ipso communicentur.

k) Perlegantur, si quae sint, documenta a defuncto Pontifice Sacro Cardinalium Collegio relicta.

I) Frangantur Annulus Piscatoris ct Plumbum Cancellariae Apostolicae.

m) Cellae Conclavis Cardinalibus sorte distribuantur 14, nisi alicuius Cardinalis aetas vel Infirma valetudo aliter suadere videantur.

n) Constituantur dies et hora ingressus in Conclave.

Caput II—De nonnullis peculiaribus officiis Sede Apostolica vacante

13. S. *R. E. Camerarii* et *Poenilentiarii Maioris* officia non cessant per obitum Pontificis u.

14. Si autem contigerit alterius vel etiam utriusque officii vacatio quo tempore Romanus Pontifex supremum diem obiit, vel contingat ante novi Pontificis electionem, tunc in prima Congregatione generali, in priori casu, vel in alia quae habebitur triduo post secutam vacationem alterutrius ex praefatis officiis, vota seu suffragia Cardinalium simul congregatorum pro deputatione illius, qui S. R. E. Camerarii vel PoenitenHarii Maioris vices suppleat usque ad electionem novi Pontificis, exquirantur, denturque per schedulas secretas, a Magistris Caeremoniarum etiam ab infirmis Cardinalibus colligendas, ac coram tribus Cardinalibus eo tempore in ordine Prioribus, praesentibus S. Collegii Secretario atque eisdem Caeremoniarum Magistris, aperiendas; Isque deputatus habeatur. In quem maior pars votorum seu suffragiorum praefatorum convenerit, ac sic deputato facultates omnes, quas ipse S. R. E. Camerarius vel Poenitentlarus Maior exercere poterat, quamdiu Sedes vacaverit, atrlbuimus *. Quod si forsan vota paria fuerint, ille deputatus habeatur, qui fuerit Ordine dignior, vel, sl eiusdem Ordinis, senior, optione videlicet ad Ordinem episcopalem, inter Cardinales istius/Ordinis, elevatione autem ad sacrum purpuram inter Cardinales aliorum Ordinum.

15. Cardinali S. R. E. *Camerario,* vacante Sede Apostolica, incumbit cura et administratio bonorum ac iurium temporalium ipsius S. Sedis, adsistentibus el In suo officio Cardinalibus eo tempore in ordine Prioribus seu Capitibus Ordinum, et prachabitis semel pro levioribus, ac semper pro gravioribus negotiis suffragiis S. Collegii. Hinc Cardinalis S. R. E. Camerarius, statim ac a secreti Cubiculi Praefecto nuncium dc Pontificis obitu acceperit, ad Apostolicum Vaticanum Palatium perget, ut ipsius possessionem, sicut, sive per se, sive per delegatum, utriusque

• **Clen. XII ConsL** *officium,* 5 7; **PU IV ConsL** *In eligendis.*
l Gctl **XII ConsL** *Apostdatas officium,* $ 7.
* **Ctem. XII, Oirocrafo** *Avendo Noi,* **24 dec. 1732, n. 17.**

Formula iurisiurandi ab Edis ac RexdusS. R. E. Cardinalibus praeEpiscopi, Presbyteri ci Diaconi S. R. E. Cardinales promittimus, vxcvni *et iuramus, inviolabiliter et ad unguem omnes ei singulos Nos esse* **ebunaturos contenta** *omnia* **in** *Constitutione Summi Pontificis Pii Decimi* ***unodi*** **De Sede Apostolica vacante et de Romani Pontificis electione, ,-xiz** *incipit* **Vacantis Apostolicae Sedis»** *data die octavo decembris anni millerirti nongentesimi quadragesimi quinti Item promittimus, vovemus, et iu-ts **i quod quilibet es* **Nobis** *in Romanum Pontificem, Deo sic disponente,* **crd aiiumftus** *iura spiritualia et etiam temporalia, praesertim de civili Ro-*■**«u** ***Pontificis*** *principatu, hbertaiemque Sanctae Sedis integre ac strenue tlserere atque tueri ct, si* **opus** *fuerit, vindicare numquam desistet.*

tPrucipne *autem* ***promittimus d*** *iuramus, sub poenis in praedicta Pii Decimi icrundi* ***Constitutione*** **Vacantis Apostolicae Sedis** *statutis. Nos rdipstiisine ci quoad omnes,* ***diam*** *familiares seu Conclavistas nostros, secrdum* ***au*** *tervaiurot* **m ïü** ***omnibus quae*** *ad electionem Romani Pontificis quomo-* ***Idibd*** *pertinent, et* **m iis quae** *in Cardinalium* ***Congregationibus,*** *ante Condose* ***td*** *ipso durante habitis, de hac re acta vel decreta sint, itemque de iis* ***que*** **m** ***conclavi seu in loco electionis*** *aguntur, scrutinium directe vel indirecte* ***rapcientibus, neque secrdum Praefatum quoquomodo*** *violaturos, sive ipso Condazi durante,* ***sive diam post novi Pontificis*** *electionem, niti peculiaris facultas* ***aut expressa dispensatio ab eodem*** *futuro Pontifice Nobis tributa fuerit; itemque* ***nullo modo a quavis civili potestate,*** *quovis praetextu, munus frvpmendi* **Velo** ***sive*** **Exclusivam,** ***diam sub forma simplicis*** *desiderii, esu itcepCum, îpsumve hoc* **Veto,** ***qualibd ratione Nobis cognitum,*** *patefacturos, nze tmiverso* ***Cardinalium Collegio*** *simul* ***congregato, sive*** *singulis* ***purpuratis fainhu,*** *sive scripto, sive ore,* ***sive directe*** *ac* ***proxime, sive*** *obliqua ac per alias,* ***me*** *ante Conclave sive ipso perdurante;* ***nuUique interventui,*** *intercessioni, tlusa cudibet modo, quo laicae potestates cuiuslibet gradus d* ***ordinis*** *soluerint* ***me*** **m** ***Pontificis dedione immiscere,*** *auxilium* ***vel favorem*** *praestituros».*

Hanc bnaulam Cardinalis Decanus coram omnibus Cardinalibus iabeat **a Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum elata voce legi. Deinde** singuli **Cardiaiks dicent**

Lt Ego N. Cardinalis N. spondeo voveo, ac iuro.

Et imponentes utramque manum super Evangelium, adiungent:

Su fne Deux ***adiuvd d*** *haec* ***Sancta Dei*** *Evangdia.*

n Pii XI. Motu proprio *Cum proxime, l* **mut. 1922, ŋ. I (LE 39« J.**

11 **Pii IV ConsL** */« dipndù,* **f 17.**

11 **Pii IV Const.** ***In eligendis, i*** **1$ Ckm. XII ConsL .ipcsLitfw» J xo·**

»· **Pii IV ConsL** *In fligendis,* **j 13.**

» **Om. V, cap.** *3, Nt Romam,* **f** 1, *da dad.* **I. 3 ia Ckm.; Pü IV Cbtwt** ***In eligendis,*** **$ 9; Clan. XII ConsL** *Apoitolatni officium,* **} 15.**

*·· **Qrm. V, cap.** *3, Nt Romani,* **f** T, *de dexi.,* **I. 3 ia Ornu Orrt XII ConsL** *Apcsiolatus officium.* **| 13; Pened XIV** Cotxnt ***In Apo^ioinae,*** **ɓlibu Apr. 1744. J 4.**

quoque Palatii ad Lateranum et ad Castrum Gandulphi, capiat ac eorum regimen exerceat Eiusdem Camerarii erit Pontificis mortem iure recognoscere, adstantibus Praelatis Clericis Reverendae Camerae Apostolicae, cum Secretario-Cancellario, cuius est authenticum mortis actum conficere n; statuere, auditis Cardinalibus Capitibus Ordinum, modum ad conservationem corporis defuncti Pontificis pro temporum conditionibus magis convenientem et aptum (nisi forte Pontifex ipse vivens suam hac de re voluntatem manifestaverit); privatis eiusdem Pontificis aedibus sigilla apponere: ipsius obitum cum Cardinali in Urbe Vicario communicare, qui de re Populum Romanum singulari Edicto edocebit; eanue omnia, nomine et consensu S. Collegii, curare, quae ad lura Apostolicae Sedis tuenda et ad ipsius administratlonem recte gerendam rerum temporumque adiuncta suadebunt.

16. Cardinalis autem S. Collegii *Decani* erit, vix dum ab eodem secreti Cubiculi Praefecto de Pontificis morte fuerit edoctus, ceteris Cardinalibus vacationem Sedis Apostolicae significare, eosoue ad Palatium Apostolicum advocare, itemque Pontificis mortem communicare cum exterarum Nationum Oratoribus, nec non cum iis qui ipsarum supremo potiuntur imperio.

17. *Poenitentiarius Maior* elusque officiales. Sede vacante, ea facere et expedire valeant, quae a fel. rec. Pio XI constituta ac definita sunt >·.

18. *Cancellarii S. R. E.* officium per obitum Romani Pontificis non expleat: Apostolicarum tamen sub plumbo Litterarum per eum expeditio, vacante Apostolica Sede, suspenditur. *Datarii* vero ministerium per eiusdem Pontlflds obitum omnino expirât u.f

73

19. Item per obitum Pontificis cessat munus Cardinalis *Secrtlarii Status,* eoque munere, Sede vacante, fungitur Praelatus S. *Collegii Secretorius.* Quod sl hoc officium iam vacaverit, vel ipsa Sede Apostolica vacante, vacare contingat, eiusdem S. Collegii erit, aliquem ad illud, quamdiu scilicet Sedes Apostolica vacaverit, per pluralitatem suffragiorum deputare.

20. E contra *Cardinalis in Urbe Vicarii* officium et Jurisdictio non exspirant morte Romani Pontificis. Quod si Ipsum Vicarium Urbis Sede vacante, e vivis decedere contigerit, ne Christifideles Urbis elusque Districtus aliquod inde accipiant in spiritualibus detrimentum, tunc exsistens Vlcesgerens, quamdiu Sedes vacaverit, omnes et singulas habebit facultates, auctoritatem et potestatem, ouae eidem Vicario pro exercitio officii Vicariatus quomodollbet competebant, quasque Pontifex ipse, occurrente vacatione Vicariatus Sede plena, Vicesgerenti praedicto quandoque per aliquod tempus, donec scilicet successorem Vicarium deputaverit, attribuere solet20.

21. Item *Legatorum, Nuntiorum* ac *Delegatorum Apostolorum* officium et potestas non cessant Sede vacante.

22. Probe autem scientes eo maximo tempore, cura de creando Pontifice agitur, divinam opem per assiduas preces. aliaque Christianae pietatis et caritatis opera Impensius expetendam, ac promereri satagendum esse: Ideo sicutl magnopere commendamus, ita quoque retineri volumus laudabilem morem huc usque observatum, ut defuncti Pontificis *Eletmosynarius secretus* Id muneris exercere pergat cum debita S. Collegio Cardinalium sublectione ct ab eo dependentia, donec novus Pontifex eligatur, utque eadem pecuniae vis in subventionem eorumdem pauperum et egenorum Sede vacante per ipsum Eleemosynariura dispensetur ac erogetur, quae vivente Pontifice distribui solet, ad quem effectum consueta mandata a tribus Cardinalibus eo tempore In Ordine Prioribus, seu deputatis expediantur n.

23. Sede Apostolica vacante, universa civilis potestas Romani Pontificis circa regimen et gubernium Status Civitatis Vaticanae spectat ad S. Cardinalium Collegium, quod tamen leges condere non poterit, nisi urgente necessitate et pro tempore vacationis Sedis, in posterum tantum valituras sl novus Pontifex eas confirmare sta-
74 luerit11.!

,f M XI Const. *Al* 15 io*, iqjt. n. XCVIH [LE 1140].

·· Cotnt Qum 15 curt. 1755, n. ta [LE t:6<]; elr. Benedict! XIV Const. *PıAατ* knui. Idilxn ipr. 1744,

u Pii IV Cntut I· thcotta. | ii.

Gm. XU Caret | 17.

u Gun. XU Comt {//trium. $ 35.

» I.etft hndaxnmUle d*Eo Stalo dcJU CilQ dd Vaticano, 7 ipu«ao nu a· ».

Caput FV— Dc sacris Romanis Congregationibus et Tribunalibus corumque facultatibus Sede Apostolica vacante

24. Circa facultates Sacrarum Romanarum Congregationum. Sede vacante, hae, quae sequuntur, normae ab omnibus servandae sunt, non obstantibus privilegiis quibusvis.

25. Sacrae Congregationes, eadem Sede vocante, nullam potestatem habent In iis, quae Sede plena facere ct expedire non possunt nisi *facto verbo cum Ssrfio,* vel *ex audientia Ssriii,* vel *oigore specialium et extraordinariarum facultatum,* quae a Romano Pontifice earumdum Congregationum Praefectis vel Secretariis concedi solent.

26. Facultates vero quae ipsis per Litteras apostolicas attributae sunt, et proinde tamquam ordinariae atque ipsarum Congregationum propriae censentur, eae morte Romani Pontificis non extinguuntur.

27. Volumus tamen ut his facultatibus ordinariis Sacrae Congregationes solummodo in lis gratiis concedendis, quae minoris momenti sunt, libere, pro rei opportunitate, utantur. In lis vero expediendis definiendisque negotiis quae graviora vel controversa esse videntur, illud statuimus ut, si res talis sit, quae in aliud tempus differri valeat. futuro Pontifici reservetur omnino: sin autem nullara admittat moram, tunc S. Collegio concedimus ut committere nossit negotium Praefecto ct aliquot aliis Cardinalibus eius Congregationis, ad quam Pontifex illud examinandum verisimiliter commisisset, qui, negotio accurate discusso, ea desuper decernere possint, per modum tamen provisionis, donec eligatur Pontifex, quae, iuxta datam sibi a Domino prudentiam, iuribus et rationibus ecclesiasticis custodiendis ac tuendis apta ct consentanea consuerint u.

28. Tribunal S. R. Rotae et Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae Sede vacante Ius dicere pergunt iuxta ïeces sibi proprias, servatis tamen quae cann. C. I. C., 244 5 1 et 1603 § 2 praescripta sunt.

Caput V—De exsequiis Romani Pontificis

29. Romano Pontifice vita functo, Cardinales exsequias pro eius anima de more per novem continuos dies persolvent, nisi forte in illis novem diebus aliquod festum ex praecipuis et magnis incidat, propter/cuius observantiam 75
exsequiae intermittendae videantur, vel etiam causa quaedam vere gravis et urgens occurrat quae prudenti Cardinalium iudicio exequiarum ordinem suspendere cogat: exsequiae autem forte intermissae erunt resumendae, sl tempus sufficiat Tribus vero postremis diebus solemniori ritu exsequiae Ipsae celebrabuntur: et ultimo earumdem exsequiarum die a viro ecclesiastico ad hoc deputato habebitur oratio *De Pontifice defundo.*

30. Tumulationis authenticum instrumentum, si ipsa flat in Basilica Vaticana, Notarius conficiet Capituli eiusdem Basilicae. Postea vero Clericus unus Rev. Camerae Apostolicae nec non delegatus aliquis a Praefecto secreti Cubiculi defuncti Pontificis separatim documenta conficiant quae fidem faciant peractae tumulationis, primus coram Reverenda Camera Apostolica, alter coram Praefecto Cubiculi11.

31. SI contingat Romanum Pontificem extra Urbem supremum diem obire, S. Cardinalium Collegii erit omnia opportune disponere pro digna ac decora translatione cadaveris ad Vaticanam Basilicam S. Petri.

TITULUS II

DE ELECTIONE ROMANI PONTIFICIS

Caput I—De electoribus Romani Pontificis

32. Ius eligendi Romanum Pontificem ad S. E. R. Cardinales unice et privative pertinet, excluso prorsus atque remoto quolibet cuiuspiam alterius Ecclesiasticae dignitatis, aut laicae potestatis cuiuslibet gradus et ordinis interventu 1B.

33. Sl quando contingat ut Romanus Pontifex decedat, perdurante celebratione alicuius Concilii generalis, sive Romae lUud habeatur, sive In alio quovis orbis terrarum

M Ckm. XII Const. of/uiWM,) 18.

·· Cfr. PU XI Conrt. *AA* n. C. [LE XI40].

·· PU IX Ccail. *In* K34 nU4ûm. x kxL Mptobr. 1871 et 10 oct- ⁂877 Lrocjs XIII Coart. Nortri,

loco, electio novi Pontificis ab uno S. R. E. Cardinalium Collegio semper ct exclusive fieri debet, minime vero ab Ipso Concilio, culus acta quae quomodocumque privativum Ius Sacri Cardinalium Collegii auso temerario labefactare viderentur, Ipso lure irrita declaramus, atque etiam omnino exclusis ab eadem electione peragenda quibuslibet aliis personis cuiusvis, licet ipsius Concilii, auctoritate forte deputandis, praeter Cardinales praedictos. Quin imo, ut
76 In elusmodi electione memorati Cardinales, omni prorsus impedimento submoto ct quavis perturbationum ct dissidiorum occasione sublata, liberius ct expeditius procedere queant, Ipsum Concilium In quibuslibet statu et terminis exsistat, statim ab accepto certo nuntio demortui Pontificis, suspensum Ipso iure Intelilgi debet, adeo ut, nulla prorsus intericcla mora, cessare statim debeat a quibuslibet conventibus, congregationibus ct sessionibus, et a quibusvis decretis scu canonibus conficiendis, sub poena nullitatls eorumdem, nec ob quamlibet causam, etiamsi gravissima ct speciali mentione digna videatur, ulterius progredi, donec novus Pontifex canonice electus Illud réassurai et continuari iusscrit 20.

31. Nullus Cardinalium cuiuslibet excommunicationis, suspensionis, interdicti aut ecclesiastici impedimenti praetextu vel causa a Summi Pontificis electione activa ct passiva excludi ullo modo potest; quas quidem censuras ad effectum hulusmodi electionis tantum, illis alias in suo robore permansuris, suspendimus ,7.

35. Postquam aliquis S. R. E. Cardinalis In Consistorio creatus et publicatus fuit, is statim vocem et ius eligendi Pontificem habet, et consequenter etiamsi cardinalltius galerus nondum illi traditus sit, neque os clausum, vel si clausum fuerit, nondum tamen apertum sit. Etenim hulusmodi claudendi oris ritus ad praecipuam Cardinalium facultatem, quae circa Summi Pontificis electionem versatur, non pertinet, sed caeremonia quaedam est, ea de causa introducta, ut Cardinales, antequam in Consistoriis et Congregationibus suffragium ferant, de modestia, quae ab Ipsis in his et aliis actibus adhiberi debet, quodammodo admoneantur 2S.

36. Cardinales canonice depositi, vel qui dignitati cardinalitiae, consentiente Romano Pontifice, renuntiaverunt, nullum ius ad electionem habenL Immo, Sede vacante, nec potest S. Collegium restituere et hahilitare Cardinales per Papam privatos seu depositos, ne ad vocem quidem

37. Statuimus etiam, ut cum Pontificem dc hac vita migrare contigerit, praesentes Cardinales expectare de-
77 beant absentes per quindecim/tantummodo solidos dies, facta tamen potestate S. Cardinalium Collegio ingressus in Conclave etiam per alios duos tresve dies proferendi, ea tamen lege ut decem et octo ad summum diebus elapsis30, quibus exsequiae defuncti Pontificis celebrantur, Cardinales, quotquot praesentes aderunt, statim Conclave ingredi et ad electionis negotium procedere teneantur31.

38. Si tamen Cardinales absentes supervenerint, re integra, id est antequam Ecclesiae sit de Pastore provisum, eodem negotio, in illo statu, in quo ipsum invenerint, admittantur31.

39. Omnibus autem Cardinalibus in virtute sanctae obedientlae praecipimus et mandamus, ut, postquam per Cardinalem Decanum, vel, Ipso impedito, per alium Cardinalem, de vacatione Sedis Apostolicae certiores facti, atque ad novi Pontificis electionem advocati fuerint, nisi legitimo impedimento, a S. Cardinalium Collegio recognoscendo, detineantur, indictionis litteris obtemperare, et ad locum eisdem designatum pro perficienda Pontificis electione statim se conferre debeant33.

40. Si quis vero forte Conclave intrare noluerit, vel ingressus, absque manifesta infirmitatis causa Juramento medicorum et a maiori parte Cardinalium approbata, exiverit; tunc, ipso minime requisito, nec in eiusdem electionls negotio ulterius admittendo, per alios ad eligendum Summum Pontificem libere procedatur. Si vero, infirmitate superveniente, aliquem eorum e Conclavi exire contingat, Ipsa etiam Infirmitate durante, poterit, eius suffragio non requisito, ad electionem procedi; sed si ad Conclave, post sanitatem sibi redditam, scu ante, redire voluerit, rursus admittatur34.

•11. Cardinales omnes et singuli, valetudine non impediti, cum tertio pulsata per loca solita conclavis campanula fuerit, ad scrutinium convenire debent; cui legi si quis non obtemperaverit, latae sententiae excommunicationis poenam incurrat3:*

42. Tandem ut normae iam traditae3· de ratione vesti-
78 mentorum qui/bus S. R. E. Cardinales, Sede vacante, uti debent, hic opportune recolantur, haec quae sequuntur sunt animadvertenda. Habitus quem vocant *cardinaUium,* eadem Sede vacante, violaceus erit et laneus, sicuti et cappa; elusdemque coloris fascia serica cum floccis aureis, collare, et caligae; rochetum adhibebitur simplex, opere pinnato ornatum, tum in ore, tum in extremis manicis, 3uod tamen trium centimetrorum altitudinem non exceat; mozzeta sine mantelleto supra rochetum induatur, fnleolum et biretum erunt rubri coloris, sed ex lana; gaerus usualis rubeus; calcei nigri. Cardinales ex Ordinibus monasticis et mendicantibus assumpti, habitum sibi proprium de more adhibebunt.

In Congregationibus generalibus quae ante Conclave celebrantur, Cardinales uti debebunt rocheto et mozzeta; itemque rocheto et mozzeta durantibus scrutiniis in Conclavi: in sacris functionibus quae Cappellae vocantur cappam induent.

Caput H—De Conclavistis ac de aliis in Conclavi partem habentibus

43. Cuilibet Cardinali in Conclavi liberum sit duobus servientibus clericis, vel laicis, vel uno clerico et uno laico, uti; liceat tamen unum tantum eumque laicum in Conclave secum adducere17: infirmis autem et graviter affectis, a maiori parte S. Collegii, vel a Cardinali S. R. E. Camerario una simul cum Cardinalibus Capitibus Ordinum, de consensu maioris partis S. Collegii, tertius indulgeri potest38.

44. Conclavistae Praelati esse non possunt, neque consanguinei vel affines in primo et secundo gradu Cardinalium, etiamsi expensis eorum viverent, neque eiusdem Ordinis seu Congregationis religiosae: lis autem omnibus ne fas esto in Conclavi aliis Cardinalibus deservire, quamvis cum istis nullum sive consanguineitatis sive affinitatis sive religionis habeant vinculum. Et de qualitatibus Conclavistarum, qui Integritate morum, singulari prudentia et insigni erga S. Sedem religione debent esse conspicui, Cardinales deputati ante ingressum in Conclave diligenter inquisitionem habere, ct eos approbare, ac post ingressum denuo diligenter Inquirere debent3'.

45. Conclavistae iusiurandum, quod ab ipsis Iuxta sta-
79 tutam ion mulam [40J edi debet, serio ac religiose, pro rei

·· Greg. X, cap. 3, *Ubi periculum,* 5 x, *dc elect.,* 1,6 ia Sext; Pii IV Const *In eligendis,* | 4.

* Grrg. XV Const *Aeterni Patris,* | X?.

■· Congr. Caerrmooialis, *Norme ceremcnioli per gli Emi Signori Cardinali,* 6 grnnaio 1943, n. 33.

'' Pii XI Motu proprio Cwm *proxime,* ɳ. II (LE 394].

■· Pii IV Const *In eligendis,* f *16.*

·· Pii IV Const *In eligendis, § 17.*

(“1 Formula iurisiurandi a Ma^iitris Caeremoniarum atque ab ccuubtt» ahis conclavists ecclesiasticis praestandi, una vel altera die ante Infineum in Conclave, coram S. Collegii Secretario, Apostobcarum Coemuxx.Arum Praefecto adsUnte, ad rem deputatis:

•*Ego..... constitutus coram te..... lactis per me SS. Dei Erangdiis coram me potitu. promitto et ivro me innciabile serraturum esse secretum in omnibus d singulu quae de nevi Pifnti. electione «n Cardinalium Congrefalisnibns acta* rd *decreta lini ei* in *Conclavi seu in loco electionis aguntur,* scrWiamm *directe lei indirecte reipicicnlia, quaeque omnia quovis modo cognoverim^ adeo ut nec directe, nec indirecte, neque nutu, neque* wtH, *neque* unffix, rd *alias quomcdoiibet, ipsum miki notare liceat, itrmque prrmitto d ineo me natta modo* tw Collari *esse instrumentis quibuslibet ad occem transmittendam* rd *recipiendam,* rd *ad imagines luce exprimendxi çu.-.ni wvxio Agtii, ei hoc* ιλ/κi mi i*ywj *excommunicationis latae sententiae, futura Pontifici* tfvcwb *medo reienatae, pniu/ive diam quoad S. Poenstentsariam, sed diam ni poena pmvettionit cuiuxcumque beneficii, Pcnxionu, officii* rd «vni *facte incurrendae* •m cajm fraajfrtmomft. xecedara *arcuratisnme ac rtiipne tcruabo erium post peractam noei Pontificis* dartten/m. wari *ab eodem Fvntifae peiuliaru facultas aut expressa dispensatio* nu«i *concessa fuemt.*

•*Pariter promitto d iuro mitto modo a quams* rmh *potestate, quevù praetextu, munus proponendi Veto scu* ExcKsMvam, *ferma ismfdins deriderii, esse recepturum, iptumque* Kv Veto, *qualibet rut^-me mgmTum.*

M Pii IX Const *Cum Romania Pontificibus,* pridie Nonas dec. 1869; Cod. I. C. can. 329.

'' Om *V, cap. 2, Ne Romani,* $ 4, *dc elect.,* I, 3 in Clem.; Pii IV Const *In rhrenin,* J 19; Gréa;. XV Const. *Ademi Patrii,* f 22.

·· Pii V d-cr. die 26 ian. 137x5 Caeremoniale Greg. XV, f *Porro;* Cod. J. C. CAO. 233. f I.

'' Bonif. VIII, cip an., *dc schismatic., V,* 3 in Sext; Pii IX Lltt *Quam*fLm. 29 «eptembris 1867.

*' PÜ XI Motu proprio *Cum proxime,* ɳ. X [LE 394]·

'* Grez. X, cap. 3, *Ubi periculum,* | x, *de elect,* I, 6 in Sext; Pii IV Const *In eligendis,* H 2, 3, 5.

'' Greg. X, cap. 3, *Ubi periculum,* f *1, dc deci.,* I, 6 in Sext.

11 Leonis XIП Const. *Praedecessores Nostri.*

gravitate, praestent Quam ob rem S. R. E. Camerarii erit cavere, at ab ipsis praedictum iusiurandom saltem una vel aitcra die ante ingressum In Conclave emittatur, postquam unusquisque eorum eiusdem iurisiurandi momentum
80 ac formulae sententiam probe intellexerit./

46. Conclavistae vero, ct quicumque alii servientes, c Conclavi, ex causa infirmitatis manifestae et notabilis a medicis iureiurando probatae, et de consensu deputatorum, quorum etiam conscientiam oneramus, et non aliter exituri. nullo modo reverti possunt; sed eorum loco, si necessitas ferat, alii eodem prorsus tempore, quo infirmi exibunt, legitime adprobati et admissi, ac Iurisiurandi religione iam adstricti, Ingrediantur 4I.

47. Item sl quem Cardinalem In Conclavi vita fungi accidat. Ipsius Conclavistae statim e Conclavi exire debent neque ad alterius Cardinalis famulatum in eodem Conclavi assumi poterunt°.

48. S. Collegii quoque Secretarius, itemque Sacri Palatii Apostolid Sacrista cum uno vel pluribus, ad S. Collegii arbitrium, Clerids coadiutoribus in offido Sacristiae, nec non Praefectus Apostolicarum Caeremoniarum et Magistri Caeremoniarum non plures quam sex Conclave ingrediantur, muneribus quae ad ipsos pertinent vacaturi.

49. Adsint praeterea unus Religiosus pro confessionibus exdpiendls, duo Medici, unus Chirurgus, unus Aromatarius cum uno aut duobus servientibus, qui omnes a mariori parte Cardinalium vel a Cardinali S. R. E. Camerario una simul cum Cardinalibus Capitibus Ordinum, de consensu maioris partis Cardinalium, erunt eligendi; aliique Condaris utilitati atque commoditati servientes, qui tamen plures esse non debent quam quod necessitas postulaverit ·\ quique a Cardinalium Commissione eligentur
81 (dr. n. 12 *gjf*

Caput III—De ingressu in Conclave 44

50. Exsequiis defuncti Pontificis, ut supra, persolutis, et Interim Conclavi opportune praeparato, Cardmales, die statuta, in Basilicam Sancti Petri, vel alio pro temporis et loci opportunitate, conveniunt, ubi per Decanum S. Collegii, vel eo Impedito per alium ex antiquioribus Cardinalibus. Missa *de Spiritu Sancto* celebratur, et in fine per aliquem Praelatum aut alium virum ecclesiasticum doctum habeatur oratio, qua moneantur, ut, sepositis omnibus privatis affectibus, solum Deum prae oculis habentes. Sanctae Romanae et universali Ecclesiae de Pastore sufficienti et Idoneo providere, omni qua possunt brevitate et diligentia curent.

paldadurum,* jfrr *uniceno Cardinalium Collegia* nwW *congregato, site nngulis Cardinalibus, rive scripto, sito ore. sito directe ac prorsme, nve oblique* ar *per alsos, nsa stale inpnntm* tn *Ccmdave, riw ipso perdurante, nuUiqsu inlcruntoi, intercessioni, aliiot cuilibet modo. quo laicae potostatea cuiuslibet gradus d ordinis veburmt seu in Pontificis electione immiscere, aunlium vd fetorem praebiturum.

•Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia, quae propriis manibus tango·.

FmhjoL» dd ginmmrato per i CoocUrùtl ed altri iaserrfeoti br·· ***do------- · ---------- dando dinonri a. ---------- toctando ton le mû proprie* num *i Santi Erongdi, promctlo e giuro cAe otser-* wri *nguroto t innolabile ugrdo tuite e ringtde queUe cose, te quali in qualunq^e modo renias a conaccre, circa Tdniom dei nuovo Ponletice. Iradait e definii ndle Congreganoui dei Cardinali, come pure nel Conclave o nd htogo d/aeUn-Tue, ngua/danti dirgUamcnls 0 indirgtiamente* ji» irndim, r *cke non aioterb* m *alcun modo questo segreto, ni dirdiamcnle, nd indtrdlamcnie, nd con parole, ni con uriUi, ud con ugni. od* ih *olira qualiiaa guisat inoltre prometis t giurj di non more nd Candore di apparnxAi radio, di tdefono. mtcrofona 0 di quahiasi allro drumento trasvntteule o ricertnle, t di non utare neppare di macthinc /ototratidu e cinemdograticke, t cib non solo Kito pene di uomnnka, rùerudo in modo speciale al futuro Pontefice, od ududona tache della Sacra Pcnilensieria. e de incorreni icnsOllra dicJkiaruioue* coi *sdo fatio della violosione dd giuraio ugreto,* r u *fwt sotto oltre Pene cnckc grevittisue du la deas Santità* Smj *potrà inflixerim* in caso 4i *troigrenicne. Il qud ugrdo io promette e giun du manterrà eosxienôotamenlg anche dopo* acremtia *Fdai-Jne dd nwwj Pontefice.* a *mena che non mi cenzs* iv d *concessa dal rndaimo Poniefice una agressa e speciale faohd* ii *furiare***

•ParimenU pnrmdto e* o'µτo *che non riceverb* m nnmna maniera *e da noms pdcdà dasie, udo quabiasi preiaio, fincanco di propvrte il* Veto **• EftcHàn,** *anche sotto forma d· lemgOcs desidervy, e che non manifaterb quoto Vdtr,* in *modo da me conoteiuto, ni dtntnti a tutto* d S. CoUepo *dei Cardinali, namto, ai ai tingsli Cardinali, ai per iscriito, na* a *voce, ni itrrtlommU e Prwimamente, ni indirtdatnenîa* 0 *per mem* Jt *altri, ni prima ddPtngrnso nel Condoue, ηé neo durante, e du non prezterb mat aiulo o

I»5« ω *Rama Pontefice.*

u Ph IV Caul. Γη eÜ(miu. | 14.
“ Oβη. XH Qirocr. Not. a. 16.
·· IM IV OniL *In dtgemdis,* | tS: Qrsa. XH CotuL Kp4U- *offuium.*

51. Re divina peracta, statim, vel, sl Patribus potius libuerit, vespere, fit ingressus in Conclave. Magister Caeremoniarum Crucem Papalcm ferens, procedit: quem Cardinales sequuntur, Episcopi primum, deinde Presbyteri, Kostremo Diaconi, omnes vestibus et mozzeta viofaceb meis cum fascia serica eiusdem coloris ct rocheto simplici induti: Crucem praecedunt Familiares Cardinalium, ct immediate Cantores Hymnum *Veni, Creator Spiritus* cantantes; post Cardinales sequuntur Praelati, atque ita ordine procedentes. Conclave ingrediuntur, et cum ad Cappellam pervenerint, Cardinalium Decanus apud Altare dicit orationem *Deus qui corda fidelium;* qua finita et ab Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto intimato *extra omnes* a Sacello, praesens Constitutio (praetermissis lis, quae nonnisi res iam peractas respiciunt) iterum legitur, ac iusiurandum, luxta superlus praescriptam formam, ab omnibus Cardinalibus rursus emittitur. Deinde Cardinalis Decanus Cardinales omnes brevi sermone convcnientibusque verbis ad electionis negotium rite ct recte peragendum hortatur.

52. His omnibus absolutis, Praelatus secreti Cubiculi Praefectus, qui est Gubernator Conclavis, et Mareschallus perpetuus S. R. E., qui Conclavis est Custos, iusiurandum emittere debent iuxta statutas formulas (45| coram Cardinali Decano, praesentibus omnibus Cardinalibus,/idemque 82
praestant Praelati, quibus Rotarum Conclavis custodia concreditur, videlicet, Archlepiscopi et Episcopi Pontificio Solio Assistentes, Protonotarii Apostolici de numero Participantium, Auditores S. R. Rotae ct Praelali Clerici Reverendae Camerae Apostolicae 4e.

53. His expletis. Cardinales ad cellas, sorte inter eos distributas, divertunt, exceptis Cardinalibus in unoquoque Ordine prioribus et Cardinali S. R. E. Camerario, qui In Sacello remanent ut ad clausuram Conclavis procedant

Interim vero Officiales Conclavis et alii In Conclavi servientes iusiurandum Iam emissum (cfr. n. 45) iuxta praescriptas formulas iterum praestant coram S. Collegii Secretario, adstante Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto, ad rem deputatis a Cardinali S. R. E. Camerario, coram quo antea et ab Ipsis iusiurandum emittendum est (47J.

54. Tandem postquam ter, iussu Cardinalis Decani» campanula personata fuerit, exclusis, qui in Conclavi remanere non debent, facibus accensis, tres Cardinales Capita Ordinum et S. R. E. Camerarius, una cum Secretario Conclavis, Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto et Magistris, nec non Architecto Conclavis, latebras ct angulos omnes Conclavis diligenter perquirant, ne quis ex iis, qui esse in Conclavi prohibentur, intus remanserit; post haec autem Conclave intus claudatur et claves Cardinali S. R. E. Camerario et Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto concredantur. In Conclavi autem esse possunt Familiares Cardinalium ct alii Officiales et Ministri Conclavis, quos superius recensuimus; omnium autem istorum Conclavistarum recognitio fleri debet, ne quis Inter Illos forte sit ex iis, qui in Conclavi esse non possunt: quae recognitio, ut certius flat, iubentur Conclavistae omnes Intrare Cappellam, et postea slngillatim recensentur./ 83

55. Eodem tempore quo intus, Conclave et extra claudatur a Gubernatore et a Mareschallo Conclavis, cum suo uniuscuiusque comitatu, necnon a Decano Praelatorum Clericorum Reverendae Camerae Apostolicae cum Secretario-Cancellario, a Cardinali S. R. E. Camerario deputato, cum Magistris Caeremoniarum et Architectis, debitis antea adhibitis diligentiis ct explorationibus: claves autem Mareschallo-Custodl adsignentur.

56. Utriusque peractae clausurae instrumentum respective conficiatur, unum a Praefecto Apostolicarum Cae-

Formula iumviran.li α Praelato Gubernatore Conclavis et a Prars quibva custodia Rotarum Conclavis committitur:

.....*spondeo,* porco ct ɨro o//irio *meo ddigenier tu religioie* mz nw /uvuAurwm, tzcunJum *praescripta apostolua d normas traditas a Sacro Cardinalium Collegio.*

•Sic me Deus adiuvd et haec sancta Dei Evangdia·.

FormoU dei puramento prr Il SVirevialio-Custode.

«Io.....*promoto e* fiuro *di complete con religiosa leddLl < diligenta* ü mû *ulficio. seconda le norme stabilito dai Sommi Poniehci e le dispatiswni dato dal Sacro Collegia iri Cardinali.*

•Coii Dia m aiuîi e quests Sards

·· Pü XI Const- *Ad incrementum, va.* XXXVU, LXX, CIII [LE 1340].

[°] Formula Iurisiurandi a Srcretarto S. Colle^ü et ab Apostolicarum Caeremooiaram Praelecto praestandi eadem est ac formula iurisiurandi ab alit» Conckavisüs «xlesUsticH emittendi (n. 4S, » praeter initium quod ita habebitur:

pojUn' *'promitto d iuro fiddem in omnibus rt Cardinalium* C^do d *ddigentor ac rdig^*
4 *tem promiUo Λ* m< tnrvoiaAtXz, etc.«. nmowwm.

wrt

m

remonlorum, a Secretario Conclavis et ab Ipso Caeremoniarum Praefecto, Notarii munere fungente, subsignandum, testibus adhibitis duobus Caeremoniarum Magistris; aliud ab aliquo e Praelatis Clericis Rcv. Camerae Apostolicae simul cum Secrctarlo-Cancellario a Cardinali S. R. E. Camerario deputatis, ct quidem in aedibus MareschalU Conclavis, adstanllbus et subscribentibus Ipso Marcschallo, Praelato Gubernatore Conclavis, Commissarlo Generali eiusdem Conclavis, qui debet esse unus e Collegio Advocatorum Aulae Conslstorialls ··, ct Gubernatore Civitatis Vaticanae 4t.

Caput IVr—De clausura Conclavis, ac de secreto servando in iis omnibus quae in Conclavi aguntur

57. Electio Summi Pontificis fleri debet in Conclavi, et eo clauso ft0, sublata tamen nullitate electionis a Gregorio XV (vel alio quovis decreto pontificio) hac de re statuta.

58. Tenentur quoque Cardinales pro tempore deputati, per se vel per alios, cellas Cardinalium et alia Conclavis loca saepius visitare et diligenter perauircrc, ne Conclavis clausura ullo modo violetur. Et sl quid tale deprehensum fuerit, auctores e Conclavi expellantur et gravibus poenis futuri Pontificis arbitrio plectantur B1.

59. Clauso Conclavi, nulli ad colloquium cum Cardinalibus vel aliis in Conclavi partem habentibus admittantur, nisi praesentibus Praelatis, quibus Conclavis custodia concreditur, et nisi voce et idiomate intelligibili loquantur.
Sl Et si quis forte (quod absit) clam ipsum Con/clave ingrediatur, omni honore, gradu, atque officio et beneficio ipso facto privatus existât fts.

60. Volumus item ut epistolae, aut cuiusvis generis scripta, etiam typis edita, tum ad eos, qui in Conclavi sunt (non exceptis ipsis S. R. E. Cardinalibus), tum praesertim e Conclavi ad eos, qui foris sunt, mitti nullatenus possint, nisi prius omnia ct singula S. Collegii Secretarii, ac simul Praelatorum, qui ad custodiam Conclavis deputati sunt, examini atque inspectioni sublidantur. Ab hac regula tamen excipitur litterarum commercium, quod liberum erit atque expeditum, inter Officium Sacrae Pocnltentiariae et Cardinalem Poenitentiarium Maiorem in Conclavi degentem; eaeque litterae, sigillo Officii munitae, nulli examini ct inspectioni erunt obnoxiaeM. Absolute autem omnibus interdicimus, ne ephemerides quotidianae vel periodicae extra Conclave et in Conclave mittantur. Qui vero contra omnia superius enunciata fecerint, poenae excommunicationis latae sententiae sublaceant M.

61. Praeterea, uti iam in supra relatis, tam pro S. R. E. Cardinalibus quam pro Conclavistls, iurisiurandi formulis expressum est, severe praecipimus et mandamus ut ab omnibus in Conclavi partem habentibus secretum religiosissime servetur in lis omnibus, quae ad electionem Romani Pontificis pertineant, et in lis quae in Conclavi, seu in loco electionis agantur. Hinc quaccumque directe vel indirecte secretum violare quomodollbet poterunt, sive verba, sive scripta, sive signa, aut alia quaevis, omnia vitare et cavere omnino tenentur M, ita ut hanc legem violantes excommunicationem latae sententiae incurrant, a qua, sicut ab alia quavis et contra quoslibet in hac Constitutione imposita et Irrogata, seu infra imponenda et irrogando, poena excommunicationis, a nullo, ne a Maiori quidem Poenitcntiario, cuiuslibet facultatis vigore, praeterquam a Romano Pontifice, nisi In mortis articulo, absolvi possint5<.

62. Specialiter autem, sub eiusdem excommunicationis poena. Cardinales prohibemus, ne suis Familiaribus seu Conclavistis vel aliis quibusvis ea pandant, quae scrutini-
ns um directe vel indirecte respiciant,/itemque quae in Cardinalium Congregationibus, sive ante Conclave sive ipso durante habitis, de Pontlfids electione acta vel decreta sint.

63. Insuper praecipimus, graviter onerata Ipsorum conscientia, S. R. E. Cardinalibus ut secretum huiusmodi servetur etiam post peractam novi Pontificis electionem, neque ullo modo ipsum violari liceat, nisi ab eodem Pontifice peculiaris ad hoc facultas aut expressa dispensatio concessa fuerit. Quod praeceptum extendi volumus ad alios omnes, qui in Conclavi partem habuerunt, sl quid forte, bona vel mala fide, de lis, quae in Conclavi gesta sint, cognoverint.

64. Tandem, ut secreto servando strictius consulatur, omnino prohibemus ne In Conclave introducantur, sub quocumciue praetextu, instrumenta quae dicunt telegraphlca, teiephonica, microphonica, radiophonica, photographica, clnematrographlca et alia huiusmodi.

Caput V—Dc forma electionis 47

65. Mane sequenti, post clausum praecedenti nocte Conclave, ac post solitum campanulae sonum, conveniunt Cardinales in eo praesentes, qui Infirmitate non sunt Impediti, ad designatum Sacellum, et ibi edebrata consueta Missa, et facta Cardinalium Communione, qui se a Sacro peragendo quavis de causa sponte abstinuerint48 ac postea a Sacrista recitato Hymno *Veni, Creator Spiritus* cum oratione de Spiritu Sancto, necnon a Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum instrumentis perlectis utriusque Conclavis clausurae, statim ad negotium electionis procedere debent, quod quidem uno tantum ex tribus, qui infra exponuntur, modis sive formis peragendum est, alioquin electio nullitatis vitio subiacet.

66. Primus modus est, qui quasi *per inspirationem* vocatur, quando scilicet omnes Cardinales, quasi afflati Spiritu Sancto, aliquem unanimiter et viva voce, libere ac sponte Summum Pontificem proclamant; circa quem modum infrascripta notanda sunt.

Primum, haec forma electionis adhiberi potest solum in Conclavi, et eo clauso. Secundo, debet fieri electio secundum hanc formam ab omnibus et singulis Cardinalibus in Conclavi praesentibus, etiam iis, qui ob infirmitatem in cellis detinentur. Tertio, communiter, et nemlne/eorum 86
dissentiente. Quarto, nullo praecedente de persona speciali tractatu, per verbum <*eiigo*> Intelligibili voce profatum, aut scripto expressum, si voce non possit proferri. Exemplum autem huius, potest esse huiusmodi. Sl quis e Patribus clauso Conclavi, nullo, ut praefertur, praecedente speciali tractatu, diceret: «Reverendissimi Domini, perspecta singulari virtute et probitate Reverendissimi Domini iV. indicarem illum eligendum esse in Summum Pontificem, et ex nunc ego Ipsum eligo in Papam». Deinde hoc audito, si ceteri Patres, nemine excepto, sequentes primi sententiam eodem verbo *teligot* intelligibili voce prolato, aut, si non potest, in scriptis expresso, eumdem A'., de quo nullus specialis tractatus praecessit, communiter eligerent, ipse iV. esset canonice electus et verus Papa secundum hanc electionis formam, quae dicitur *per inspirationem.*

67. Secundus modus est *per compromissum,* quando scilicet in quibusdam peculiaribus rerum adiunctis, Cardinales ad electionem per hanc formam seu viam procedere volentes, committerent aliquibus ex Patribus eligendi potestatem, ut vice omnium Ecclesiae Catholicae provideant de Pastore, cuius formae praxis debet esse huiusmodi. Primo omnes et singuli Cardinales in Conclavi clauso praesentes, nemine eorum dissentiente. In aliquos ex Patribus (I. e. in tres vel quinque vel septem, non in minorem vel maiorem numerum) compromissum faciunt, exempli gratia in hanc formam: «In nomine Domini. Amen. Anno etc. mense etc. die etc. Nos Episcopi, Presbyteri et Diaconi S. R. E. Cardinales omnes et singuli In Conclavi existentes, videlicet A'. *N.* (ct slngillatim omnes nominentur Cardinales) elegimus, et eligimus per viam procedere compromissi, et unanimiter et concorditer nemine discrepante, eligimus compromissarios N., Λ'. et ₹. Cardinales, etc., quibus damus plenariam facultatem ct potestatem providendi S. R. E. dc Pastore sub hac forma videlicet» (Hic neccssc erit ut Cardinales Compromittentes exprimant modum ct formam secundum quam Compromissarii debent eligere, et secundum quam electus debet censeri verus et legitimus Papa, ut puta si electi sint tres Compromissarii, declarandum est an ad hoc ut electio sit valida, prius proponere debeant S. Collegio personam ab ipsis nominandam ad Pontificatum, an vero absolute debeant electionem peragere; an omnes tres debeant convenire in

“ Beoed. XIV Const. *Inter conspicuos,* iv kal. septembr. 1744, § 31.

*· Cfr. Pü XI Coast *Ad incrementum,* o. CII [LE X240].

* Greç. X cap. 3. *Ubi periculum, I i, de elect.,* I, 6 In Sext; Greg. XV Coast. *Ademi Palm,* f 1.

u PÜ IV Const *In eligendis,* J 13.

M *Gng.* X cap 3, *Uin periculum, I i,de elect.,* I, 6 in Sext; Pii IV Const *It ehgenlis,* | 19.

w Pii XI Const *Quae divinitus,* n. U (LE 1264].

M Grtj. X cap. 3, *Ubi periculum,* 5 *t,de elect.,* I, 6 in Sext: Pii IV Const */· difeniis,* J 2o Clen. XII Const *Apoitolalus officium,*) u.

M Gref. XV Const *Aelemi Patris,* | 30.

“ Gres. XV Const *Ademi Patrii,* | 19.

Ctr. Qjx>alile Gref. XV.

M Hi XI Motu proprio *Cum* prew, n. IU (I.E 394J.

unam personam; an vero sufficiat, quod duo in unam concordent, ct an debeant nominare aliquem de Collegio, vel etiam aliquem extra Collegium, et alia his similia). His autem, vel aliis similibus expressis, addi compromisso dc-
37 bet tempus, ad quod usque volant Cardinales po/testatem Compromissarios habere eligendi, et postea subiunguntur haec verba: »Et promittimus nos illum pro Romano Pontifice habituros, quem DD. Compromissarii secundum formam praedictam duxerint eligendum», vel alia ad formam Compromissariis praescriptam accommodata.

Secundo, completo huiusmodi mandato. Compromissarii ad partem In aliquo loco separato ct clauso se conferant, et de electione facienda tractant, ct debet inter cos praemitti protestatio, quod per quamcnmuue prolationem verborum suum dare consensum non intclligunt, nisi in scriptis Illum expresse ponant. Et haec protestatio necessaria est Inter Compromissarios, ut verbis humanis et reverentialibus Inter se, sine praeiudido, uti possint.

Tertio, facta per Compromissarios electione secundum formam eis praescriptam, et In Conclavi promulgata, electas per huiusmodi viam compromissi, est canonicus et verus Papa.

68.Tertius et ordinarius modus, seu forma electionis Romani Pontifids est, quae vocatur *per scrutinium.* Qua In re plenissime confirmamus legem iam latam ac per plura deinde saecula semper religiosissime servatam, qua nempe statutum est at ad dam Romani Pontificis electionem requirantur duae saltem ex tribas partibus suffragiorum M, eandem tamen modo Innovamus quatenus decernimus at daabus ex tribus suffragiorum partibus unam insaper addatur suffragium, alloquin electio sit Ipso iure nulla atque Irrita, Ita ut ille tantummodo Romanus Pontifex habendus sit In quem duae saltem ex tribus partibus Cardinalium, uno plus, in Conclavi praesentium per secreta schedularum suffragia convenerint

Quod autem decretam inducendam et observandum Jubemus ut quaelibet praecaveatur occasio dubitandi ne in duabus tertiis partibus suffragiorum suffragium ipsius Electi numerari queat, cum nemo unquam sive scrutinii sive compromissi via procedatur, seipsum eligere, seu suffragium sibi dare ullatenus possit: electi tamen persona, sl in Conclavi sit, debeat in numerum Cardinalium computari ··.

69.Scrutinii autem ritus continet tres actiones: atteram, quae *anlcscrulinium,* alteram, quae *scrutinium,* ct tertiam, quae *postscrutlnlum* appellari potest

70. *Antescrutlnii* actus sunt quatuor, videlicet: prae-
83 paratio schedu/larum; extractio Scrutatorum. Deputatorum pro votis infirmorum et Recognitorum, per sortem; scriptio schedularum; earum complicatio.

71.Schedularum praeparatio et distributio ad Magistros Caeremoniarum pertinet, qui eas singulis Cardinalibus saltem duas vel 1res distribuent.

72.Forma autem schedulae, quoad eius figuram attinet, erit altera parte latior hoc est plus lata, quam longa. In medio autem anterioris eius partis, continere debet haec verba, typis impressa, ubi fieri potest, alloquin unius manu scripta:

Eligo in Summon Pontificem Reverendissimum Dominum meum D. Cardinalem.....

Exemplar ergo huius schedulae scrutinii hoc erit:

Eligo in Summum Pontificem Rev.mum

D. meum D. Card.....

73. Secundus actus antescrutlnii est extractio Scrutatorum, Deputatorum pro votis Infirmorum, et Recognitorum: ouae extractio, antequam ad scrutinium procedatur, sorte lacienda est, hoc modo. In uno sacculo, aut vase, publice ponantur tot schedulae, vel sl magis placet, spherulae ligneae palam numeratae, quot sunt Cardinales praesentes In Conclavi cum eorum nominibus: deinde per ultimum Diaconum extrahantur primo Scrutatores tres, postea tres Deputati pro votis infirmorum, qui brevitatis gratia infirmari! appellari possunt, ac tandem Recognitores, de quorum omnium officio Inferius suo loco scribetur.

·· **Aki. ininCoadLLit^T.cap ô, Lûrt-i/nU'Ja.dr dirt , l,^Γ, Γ'Γ«- XV Conit.** ***Aticrni*** *PʌIHr,* **) t.**

Quod si in extractione Scrutatorum, Inflnnariorum et Recognitorum, extracti fuerint Cardinales, qui ob Infirmitatem aliudve impedimentum muneribus praedictis satisfacere non possint, alii non impediti, loco Illorum, extrahantur. Peracta vero extractione, schedulae, seu spherulae eorum, qui extracti fuerunt. In sacculum, seu in vas iterum conllciantur.

74. Tertius actus antescrutlnii est schedularum scriptio. Hic, antequam, videlicet, Cardinales nomen eligendi In schedulis scribere coeperint, Secretorius S. Collegii et Magistri Caeremoniarum debent ab/aula discedere, Ita ut tempore scrutinii Cardinales soli In Cappella remaneant

Porro, post eorum egressum ex aula, ultimi Cardinalis ordinis Diaconorum erit ostium Cappcllae claudere: ac gcneratlm Ipsum, quotiescumque opus fuerit, aperire et claudere, exempli gratia, quum Cardinales InfinnnriI ad vota Infirmorum colligenda pergunt ac postea quum ad Cappellam redeunt, vel ob quamcumque aliam necessitatem.

75.Schedularum scriptio ab unoquoque Cardinali st* creto fiet, in media parte schedulae scribendo nomen illius» quem eligit, charactere tamen, quantum fieri potest, alterato, ne manus scribentis facile co nosci possit; et caveat ne plura nomina in schedula seri nt, quin suffragium esset nullum.

Exemplar schedulae scriptae esto:

Eligo in Summam Pontificem Rev.mum

D. meum D. Ca'd. Baronium

76. Quartus actus antescrutlnii est schedularum complicatio, quae flet in medio uniuscuiusque schedulae, ita ut schedula ipsa fere ad latitudinem pollici redigatur, prout ex figura, quae hic exempli gratia ponitur conspici potest.

Eligo in Summam Pontificem Rev.mum

(locus plicaturae)

D. meum D. Ca'd. Baronium

Haec de antescrutinio sufficiant; ceterum, quod attinet ad Cardinales infirmos, aut aliter impeditos, inferius suo loco dicetur./

77.Sequitur secunda actio, quae nomine *scrutinii* appellata fuiL Octo sunt huius actionis actus, videlicet: delatio schedulae, lurlsiurandi praestatio, positio schedulae in calicem, schedularum mixtio, earum numeratio, scrutinii publicatio, schedularum in filum Insertio, earum depositio seorsum.

78.Delatio schedulae, et duo sequentes actus, qui melius simul describuntur ob eorum connexionem, hoc modo fient. Quilibet Cardinalis, ordine praecedentiae servato, propriam schedulam, postquam Illam scripserit et complicaverit, duobus primis digitis dexterae manus sumet, ac elevata manu palam deferet ad Altare, penes quod stant Scrutatores, et in quo est calix magnus ad recipiendas schedulas paratus et patena coopertus; iblquc genuflectens, aliquantulum orabit; deinde surgens, alta ct intelliglbill vocc, iurabit in hanc formam, quae in tabella super Altari posita descripta habetur.

eligere, quem secundam Deum iudizo eligi debere.

Post haec schedulam In patenam ponet, et per patenam mittet in calicem; quo facto inclinabit sc ad Altare, et ad suum locum revertetur.

79. Haec servanda erunt, sl Cardinalis ad Altare pergere possit: nam si ob infirmam valetudinem non possit, et praesens in Cappella sit, ultimus Scrutator ad cum accedet; et Cardinalis Infirmus, postquam schedulam in loco suo. secreto, ut supra dictum est, confecerit, praevio iurelurando praedicto. Ipsam complicatam eidem Scrutatori

tradet, qui eam palam deferet ad Altare, ct sine oratione et lurriurando In patenam ponet, ct per cam In calicem mittet.

80. SI vero allgui Cardinales Infirmi sint in suis cellis, 1res Cardinales Inflrmaril, ut supra extracti, ad eos accedent cum capsula altitudine unius palmi, in culus superiori parte sit rima, seu foramen, cius magnitudinis, ut per illud schedula complicata possit per suam latitudinem intus capsulam transmitti; quam capsulam antequam Scrutatores Inflrmarils tradant, palam aperient, ut ceteri Cardinales possint eam inanem et vacuam conspicere, deinde claudent. ct elavem ponent super Altare; deinde Infirmari! cum capsula clausa, et cum parvo disco sufficientes schedulas continente, ad unumquemque eorum accedent; et Infirmi acceptas ex disco schedulas secreto scribent et complicabunt, ct nraevio lam dicto lurciurando In capsulam per rimam mittent; quod si Infirmi scribere non possint, sive aliquis ex tribus Cardinalibus Inflrmarils, sive
91 alius ex ordine tamen clericali, cuiuslibet Cardinalis in/firml vel Infirmariorum arbitrio deligendus, praestito de secreto servando in manibus Ipsorum Infirmariorum iureiurando <l, praedicta faciet: atque hi advertere debent quod non solum iurlslurandi vinculo tenentur servare secretum, sed etiam In excommunicationem latae sententiae, si contrafecerint, incurrent. His peractis, Inflrmaril ad Cappcllam revertentur cum capsula, auam Scrutatores aperient, et schedulas in ea contentas palam numerabunt: et tot repertas, quot sunt infirmi, ponent slngillatim in patenam, et per patenam simul omnes in calicem.

Ne autem nimis in longum protrahatur scrutinii actio, Inflrmaril poterunt proprias schedulas post Decanum conficere et in calicem ponere, deinde dum ceteri Cardinales scrutinium agunt, ad infirmos pergere ad accipienda eorum suffragia eo modo, quo proxime ante dictum est.

81. Quartus actus scrutinii est schedularum permixtio, quae fiet per primum Scrutatorem, calice in quo ipsae schedulae positae fuerunt, patena cooperto, pluries agitato.

82. Quintus actus est numeratio schedularum, quae palam fiet per ultimum Scrutatorem, capiendo slngillatim unamquamque schedulam ex calice, eamque ponendo in alium, qui ad hoc paratus sit, calicem vacuum. Quod si numerus schedularum non respondeat numero Cardinalium, omnes comburendae sunt, et iterum, idest secunda vice, ad suffragia statim est deveniendum. Si vero numerus schedularum numero Cardinalium respondeat, prosequendi sunt alii actus scrutinii.

83. Sextus actus est publicatio scrutinii, quae per Scrutatores, qui sedent ad mensam ante Altare positam, fiet hoc modo. Primus Scrutator accipiet unam schedulam, eamque explicabit, et viso in ea schedula electi nomine, eam tradet secundo Scrutatori, qui pariter, eodem electi nomine perspecto, eamdem tradet tertio, qui illam alta et inlelllgibili voce perleget, ut omnes Cardinales praesentes notare possint suffragium in folio impresso, quod penes se habebunt cum nominibus omnium Cardinalium: notabit autem iuxta nomen Cardinalis ex schedula recitati. Idem faciendum erit de ceteris schedulis in calice positis, usque ad ultimam. Quod si in scrutinii publica-
92 lione inveniant Scruta/tores duas schedulas ita complicatas ut ab uno tantum datas fuisse appareat, si quidem unus et idem in utraque electus fuerit, schedulae praedictae habebuntur et notabuntur pro uno suffragio, si vero diversi fuerint nominati, neutrum suffragium validum erit; scrutinium tamen neutro casu vitiatur. Ceterum suffragia praedicta, finita scrutinii publicatione, a Scrutatoribus iaxta nomina Cardinalium, qui ca obtinuerunt, in unam summam redigentur, vel in separato folio notabuntur, hoc modo: *Reverendissimus D. Cardinalis Λ habet suf/ragia 20, d Reverendissimus D. Cardinalis B habet suf/ragia 15,* et sic de aliis; quod fit ne Cardinales, cum opus est, cogantur semper numerare suffragia, quae iuxta nomina Cardinalium notarunt.

84. Septimus actus scrutinii est schedularum in filum Insertio, quae ut schedulae ipsae cautius conservari possint excogitata fuit. Haec autem insertio fiet per ultimum Scrutatorem, inserendo schedulam unamquamque, postquam eam perlegerit, acu cum filo ad hunc effectum parato, In loco, ubi est verbum *Eligo.*

" Fonnuh hmnsmodi inrisiurandi haec erit:

•£p A'. spondeo, wieo ac iuro me fideliter impleturum munus ab Ema Cortinali .V. Miλι commissum schedulam dus nomine et vice conscribendi, (t ₣»Ubile secretum semper senuiurum de iis quae in ea continentur, sub pstms in Constitutione Pii ℵZ VacantU Apostolicae Sedis, diei octavi Đc (cnbm anni millesimi nongentesimi quadragesimi quinti statutis.

******Stc me Deus* ***adiutei et haec Sancta Dd Eiançetia·.***

85. Octavus et postremus scrutinii actus est depositio schedularum seorsum, quae similiter fiet per ultimum Scrutatorem, qui, finita insertione omnium schedularum in filum, capita fili nodo iunget. et schedulas omnes ita colligatas in alium calicem vacuum, vel In mensa seorsum ponet.

86. Sequitur tertia et postrema actio, quae *postscruliniam* appellata fuit, cuius actus tres sunt, videlicet: numeratio suffragiorum, eorum recognitio, et schedularum combustio.

Primus itaque actus est numeratio suffragiorum, quae fiet per Scrutatores semper, sive secuta sit electio, sive non: et sl quidem secuta non sit electio, ut sciatur, quod in eo scrutinio non habetur Papa; si vero secuta sit, ut constet de canonica Pontificis electione. Fiet autem haec numeratio suffragiorum hoc modo. Scrutatores in unam summam redigent suffragia, quae quilibet nominatus in Pontificem obtinuit, et sl invenerint nullum ex nominatis ad duas tertias partes suffragiorum, uno insuper addito suffragio, pervenisse, non habetur Papa in illo scrutinio; si vero invenerint aliquem ex nominatis duas saltem tertias partes suffragiorum, uno insuper addito suffragio, obtinuisse, electio Papae habetur, et quidem canonice valida.

Secundus actus postscrutinil est recognitio, quae per Recognitores, sive secuta sit electio, sive non. fiet inspiciendo tam schedulas scrutinii, quam suffragiorum annotationes factas per Scrutatores, ut per/ huiusmodi reco- 93
gnltionem constare possit an Scrutatores sincere et fideliter muneri suo satisfecerint.

Tertius, et postremus actus postscrutinil est combustio omnium schedularum, quae semper et palam per Scrutatores fiet, statim post recognitionem, sive electio sit secuta, sive non, antequam Cardinales discedant ab aula, arcessitis interim ab ultimo Cardinali Diacono, et adluvantibus, Secretario Conclavis et Praefecto cum Magistris Caeremoniarum. Si tamen secundum scrutinium, iuxta ea quae inferius praescribentur, peragendum sit, tunc combustio schedularum primi scrutinii nonnisi in fine una cum schedulis secundi scrutinii facienda erit.

87. Omnibus et singulis Cardinalibus in virtute sanctae oboedientiae praecipimus ut, ad secretum tutissime servandum, omne genus scripturas quas de exitu uniuscuiusque scrutinii apud se habeant, una cum schedulis comburendas tradant.

88. In Praedecessorum Nostrorum, ac praecipue Grcgorii XV, Constitutionibus, ad expeditiorem electionem habendam statutum fuerat ut, scrutinio publicato, si electio per consensum tunc duarum tantum partium in eo facta non fuerit, statim antequam ad alios actus deveniretur, Cardinales possent, semel in quolibet scrutinio, accedere alicui ex illis, qui in eodem scrutinio saltem unum suffragium validum obtinuissent, dummodo is non esset, Sui ab ipsomet Cardinali fuerat in scrutinio nominatus. Sum tamen huiusmodi forma *accessus* non parum esset ad exequendum difficilis, praesertim quoad ea, quae schedularum inspectionem, aperitionem et collationem spectabant, immo cum in praesens, attenta nova schedularum forma per Nos inducta, fere impossibilis evaderet. Nos, Praedecessoris Nostri Pii X ordinationem confirmantes, qui ct huius incommodo occurrere ct nihilominus optatae accelerationi nullimode officere cupiit, iterum statuimus ac praescribimus ut loco ipsius accessus, semel tam mane quam vespere, post completum iuxta huc usque exposita scrutinium, si quidem in eo secuta non sit electio, Cardinales statim ad novum scrutinium peragendum procedere debeant, in quo rursus suffragia sua ferant, iis, quae in primo scrutinio lata sunt, minime computatis. Volumus autem ut in hoc secundo scrutinio Udem ac in primo ritus serventur, ita tamen ut Cardinales non tencantur novum emittere iuslurandum, neque novos eligere Scrutatores, Infirmarios ct Recognitores, sed quae in primo scrutinio quoad haec praestita sunt, sine renovatione valeant etiam pro secundo.

89. Et haec omnia, quae de scrutinii ritibus sunt exposita, servanda erunt diligenter a Cardinalibus in omnibus scrutiniis, quae singulis/ diebus peragi debent mane 9 i
post solitam Missam ct Hymnum *Veni, Creator Spiritus* cum oratione de Spiritu Sancto, et post meridiem, hora opportuna, pariter post Hymnum *Veni, Creator Spiritus* et orationem dc Spiritu Sancto ·'.

90. Quod sl electio aliter celebrata fuerit, quam in *scrutinio* per secreta schedularum suffragia duarum ex tri-

·· **Grr?. XV Const** ***Patris,*** **f 17.**

bus partibus Cardinalium in Conclavi praesentium, uno insuper addito suffragio; vel per viam *compromissi* ab omnibus Cardinalibus similiter in Conclavi praesentibus, nemine dissentiente, initi et ita ut nemo scipsum elegerit; vel quasi per *inspirationem,* nullo praecedente de persona speciali tractatu, omnium pariter Cardinalium praesentium in Conclavi, communiter, nemine itidem dissentiente, per verbum *'eligo·* intelligibill voce prolatum aut scripto, si voce non potuerit, expressum; nulla sit ct invalida eo ipso absque ulla declaratione, et ita electo nullum ius tribuat u.

91. Quae de praecedentibus electionem et de ipsa electione Romani Pontificis hactenus dicta sunt, haec omnia servanda esse declaramus etiam si contingat vacationem Sedis Apostolicae occurrere per renuntiationem Summi Pontificis.

Caput VI—Dc iis quae serranda vel vitanda sunt in electione Romani Pontificis

92. Simoniae crimen, tam divino ouam humano iure detestabile, in electione Romani Pontificis omnino sicut reprobatum esse constat, ita et Nos reprobamus atque damnamusM, huiusque criminis reos poena excommunicationis latae sententiae innodamus; sublata tamen irritatione electionis simoniacae, quam Deus avertat, a Iulio II (vel alio qualicumnuc decreto pontificio) statuta, ut praetextus amputetur impugnandi valorem electionis Romani Pontificis.

93. Item sub eadem poena excommunicationis latae sententiae prohibemus ne quis, etiamsi Cardinalatus honore fulgeat, vivente Romano Pontifice et eo inconsulto, tractare dc ipsius Successoris electione, aut aliquod suffragium polliceri, vel hac de causa privatis conventiculis
93 factis aliquid deliberare et decernere praesumat u./

94. Quae autem a Praedecessoribus Nostris et praesertim a Pio X ·· de civili *Velo* seu *Exclasiva,* uti vocant, in electione Summi Pontificis edicta et sancita fuerunt, ut omni externo Interventu remoto, plenae libertati in Summo Pastore eligendo consulatur, ea omnia, hic omni ex parte atque integre renovantes, confirmata esse volumus. Quamobrcm iterum in virtute sanctae oboedientiae, sub inllmidatlone divini ludlcii cl poena excommunicationis latae sententiae, omnes et singulos S. R. E. Cardinales, lam présentes quam foturos, pariterque Secretarium S. Collegii Cardinalium aliosque omnes in Conclavi partem habentes, prohibemus ne, quovis praetextu, a quavis civili potestate munus recipiant *Veto* sive *Eiclusioam,* etiam sub forma simplicis desiderii, proponendi, Ipsumve hoc *Veto,* qualibet ratione sibi cognitum, patefaciant sive universo Cardinalium Collegio simul congregato, sive singulis purpuratis Patribus, sive scripto, sive ore, sive directe ac proxime, sive oblique ac per alios, sive ante Conclave sive ipso perdurante. Quam prohibitionem extendi volumus ad omnes Interventus, intercessiones aliosque modos quoslibet, quibus laicae potestates cuiuslibet gradus ct ordinis voluerint sese in Pontificis electione immiscere.

95. Cardinales praeterea abstineant ab omnibus pactionibus, conventionibus, promissionibus aliisque quibuscumque obligationibus, quibus adstringi possint ad suffragium alicui vel aliquibus dandum vel non dandum; quae omnia et singula, si de facto intervenerint, etiam lurciurando adiecto, nulla et Irrita, neque ad eorum observantiam quemquam teneri decernimus, et contra facientes ex nunc latae sententiae excommunicationis poena innodamus. Tractatus tamen pro electione habendos, Sede vacante, velare non inlclligimus

96. Pariter Interdicimus ne Cardinales, antequam ad electionem deveniant, capitula conficiant, scu quaedam communi consensu statuant, ad quorum observantiam sese adstrlngant, sl ad Pontificatum assumantur, quae Item, si dc facto intervenerint, etiam lureiurando adiecto, nulla et Irrita declaramus ·'.

97. Iisdem denique, quibus Decessores Nostri, vocibus, S. R. E. Cardinales vehementer hortamur ut In eligendo Pontifice, nulla propensione animi vel aversione ducti, nullius Inclinati gratia aut obsequio, non intercessione in saeculo potentium, non vi vel metu vel aura/ populari % moti, sed unice Del gloriam ct Ecclesiae bonum prae oculis habentes, in cum sua vota conferant, quem universali Ecclesiae fructuose utllltcrque gubernandae prae ceteris idoneum in Domino ludicaverint ··.

98. Cum vero fideles non tam humanae Industriae subsidiis, etsi sollicitae, inniti debeant, ouam In humilis devolaequc orationis instantia sperare, huic adiicimus sanctioni, ut in omnibus civitatibus, ceterisquc locis saltem Insignioribus, ubi primum de Pontificis obitu nunclum pervenerit, a Clero et populo, solemnibus pro eo exsequiis celebratis, singulis diebus (donec Romanae Ecclesiae de suo Pastore fuerit provisum) humiles assiduacque preces fundantur ad Dominum, ut Ipse, qui concordiam facit in sublimibus suis, sic efficiat eorumdem Cardinalium corda In eligendo concordia, ut provisio celeris, unanimis et utilis (prout animarum salus exigit, ct totius orbis requirit utilitas) cx ipsorum unanimitate sequatur. Et ne tam salubre praesentis sanctionis edictum, ignorantiae negllgi praetextu contingat, praecipimus ut Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et alii Ecclesiarum Praelati, ccterique, quibus officium est enuntiare verbum Dei, Clerum et populum, propter hoc specialiter frequentius congregandos, in suis sermonibus ad supplicum precum suffragia pro celeri et felici exitu tanti negotii frequentanda solcrier excitent, ct ipsis eadem auctoritate non solum orationum frequentiam, sed observantiam (prout circumstantiae pensandae suaserint) leiunlorum hortentur 7°.

99. Electum vero haeredem et Successorem Nostrum rogamus, ne muneris arduitate deterritus ab eodem subeundo se retrahat, at potius divinae voluntatis consilio humiliter se sublidat: nam Deus qui imponit onus, manum etiam Ipse supponet, ne ei ferendo sit impar, is enim qui oneris est auctor. Ipse est administrationls adiutor; et ne sub magnitudine gratiae succumbat infirmus, dabit virtutem qui contulit dignitatem 7l./ 97

Caput Vfl—De acceptatione et proclamatione electionis nec non de consecratione et coronatione novi Pontificis

100. Post electionem canonice factam, ab ultimo Cardinali Diacono accitis in aulam Conclavis S. Collegii Secretario, Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum atque duobus Caeremoniarum Magistris, consensus electi per Cardinalem Decanum nomine totius S. Collegii his verbis: *Acceptasne electionem de te canonice /actam In Summum Pontificem?* Requiratur 7S.

101. Hoc consensu praestito intra terminum, quatenus opus sit, prudenti arbitrio Cardinalium per maiorem votorum numerum determinandum, illico electus est verus Papa, atque actu plenam absolutamque iurisdlctlonem supra totum orbem acquirit et exercere potest7:* Hinc, sl quis litteras super negotiis qutbuscumque confectas, quae a Romano Pontifice ante coronationem suam emanaverint, audeat impugnare, excommunicationis sententiae, ipso facto incurrendae, eum innodamus 7I.

102. De acceptatione novi Pontificis et dc nomine ab Eo assumpto. Cardinali Decano interrogante: *Quo nomine ois vocari?* instrumentum conficitur, Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum Notarii munere fungente, testibus adhibitis Secretario S. Collegii et duobus Caeremoniarum Magistris.

103. Deinde, actis de more agendis, iuxta Caeremoniale Romanum, Cardinales primam *adorationem* Summo Pontifici Electo de more exhibent: qua expicta et hymno *Te Deum* decantato, populo expcctantl novus Romanus Pontifex a Priore Cardinalium Diaconorum publicatur 7>, pauloque post ipse Pontifex Apostolicam Benedictionem *Urbi el Orbi* impertit. Sequitur deinde secunda *adoratio* quam, cappls violaceis induti. Cardinales peragunt.

104. Sl Electus extra Conclave degit, normae sunt observandae quae habentur in Cacrcmoniali Romano lib. I, tit. 1, *De Conclavi et Electione Papae* § 37.··

“ Grr< XV Const. *Ademi Pdnt,* | 19.

·· luhi II CotwL Cmh Um xix ksi. tebr. 1505.

·· Synxmebtn Pupa In Synod. Rom, c. 1, D. 7% P»nW IV Coast. Cum urwiUam Jfftfcfrm, xni kal. bn. t}$8.

·· Comt. Co«»»utwm .VoH». so ian. 1901.

·· Gref, XV, crp. t/W rmcMbtm, 14. *dt dut.,* 1,6 In Sest; PU IV Const /r I *iff,* Gt- XV Comt *Ademi Paint,* | 18.

M ГH IV Const fn J jj Grey. XV Coast *Ademi Pairit,* \ 18.

·· Gr*g. X. cap. 3. *Ubi fericulum,* f 4, *de ded..* I, 6 in Sext; Pii IV Const. *in elidendis,* \ 26; Greg. XV Const. *Ademi Patris,* f 23; Clem. XII Const. /ipctioLduj *officium.* | 5; Pii IX Const *Lied per Apostolical,* vt Idm w©t 1874; Leonis XIII Const *Praedecessorei Nostri:* Pu X Const *Commissum Nobis.*

'' Gre«. X, cap. 3, *Ubi periculum,* J 5, *de dccî.,* I, 6 in Sext

« Lronis XI11 Con<t *1'rie.lecctsares NoUri.*

T' CaemnonUle lib. I, tit I, *de Conclavi d Electione Paôac* I ix » Cod. I. C. can. 119. *34.*

'· α«η. V. cap. 4, D< *sent. eicomm.,* V. xo in Exlrava*

'' Caeren. Rom . Hb. I. tit I, *de Conclavi d Electione Pa^ae* i\« Czvt T Q, can. -»39, I 3. ' ' VOO. I.

105. Omnibus tandem rite expletis, de mandato novi Pontificis aperitur Conclave, tum Intus, tum extra; huius-
98 que aperturae consuetum/ conficitur Instrumentum ut de clausura sancitum est superiori n. 56. Aperio autem Conclavi illi admittuntur qui, de more, electo Pontifici pro adoratione Introduci solent.

106. Ad tertiam adorationem peragendam Cardinales ab Apostollearum Caeremoniarum Praefecto erunt intimandi cum Summus Pontifex statuerit.

107. Quod sl electus nondum sit Presbyter vel Episcopus, a Decano S. Collegii Cardinalium, qui tunc pallio utitur, ordinabitur ct consecrabitur '·: quod privilegium, absente Cardinali Decano, competit Subdccano, coque ellam absente, antiquiori Cardinali Episcopo suburbicario ''.

103. Tandem per Cardinalem Protodlaconum Pontifex coronatur'1, ct cum Sibi placuerit Patriarchalls Archlbasilicae Lateranensis, possessionem, ritu praescripto, capit.

Haec igitur lota rei causa graviter considerata, atque etiam Decessorum Nostrorum exemplis permoti, statuimus et praescribimus, decernentes praesentes has Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet in praemissis lus vel intéressé habentes, vel habere praetendentes quomodolibet iliis non consenserint, nec ad ea vocali sive auditi fuerint, aut ex quibuslibet aliis causis, Impugnari minime posse, sed easdem semper ac perpetuo firmas, validas et efficaces exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac iis ad quos spectat et pro tempore spectabit suffragari, et ab eis respective et inviolabiliter observari debere, ac irritum et inane, sl secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Volumus etiam Nostras has Litteras legi coram omnibus in primis Congregationibus post obitum Pontificis haberi solitis, ut supra (n. 12 *a);* rursus post ingressum in Conclave, ut supra (n. 51); item cum quis ad purpurae honorem fuerit evectus, interposito sacramento de religiose
99 relinendis iis, quae in praesenti Constitutione decreta sunt./

Non obstantibus, quatenus opus sit, per Romanos Pontifices Praedecessores Nostros editis Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, quas omnes et singulas abrogatas, ut supra, declaramus, ccterisque etiam individua ac specialissima mentione et derogatione dignis, contrariis quibuslibet.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae constitutionis, ordinationis, abrogationis, mandati, innodationis, admonitionis, inhibitionis, praecepti, voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis De , el beatorum Petri ct Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo quinto, die octavo mensis decembris, in festo Conceptionis Immaculatae Beatae Mariae Virginis. Pontificatus Nostri anno septimo.— Pius Pp. XII.

'· Cierem. Rom., lib. I, lit. II, *Dc ordin. d comecrai. novi Pontificii,* J 13.
n Cod, 1. C., can. 239, 5 *3.*
M Caerrm. Rotn., lib. I, tiL II, *oniin. ct conucrai. novi Pontificii,* $ r&.

Ada. Ph. AGUIRRE in PrM 35 (1946) 310-316; S. ALONSO in iEDC 1 (1946) 441-452; E. BERGH in NrT 78 (1946) 336-338; D. STAFFA b Apoü. 19 (1946) 175-193; ME 58 (1946) 28-43.

1842

1945 DEC 15.-SC PROP. FIDE, RESPONSUM. PART.·

SOLVUNTVB DUBIA CIRCA INTERPRETATIONEM FACULTATIS DECENNALIS S. CONOR. DE PROPAGANDA FIDE DE USU ALTARIS PORTATILIS

Romae, 15 Decembris 1945

Rtoerendissime Domine, Litteris P. T. Rvmae, dic 10 aprilis n. e. datis huic S. Congregationi dubia quae sequuntur proposita sunt:

1. An mlssionarius certo Vicariatui Apostolico addictus, vi permissionis a suo Vicario Apostollco ad normam articuli 4 facultatum decennalium sibi concessae. Sacram Missam licite celebrare possit sub dio vel sine ministro, dum Ipse exstat extra territorium proprii Vlcariatus Apostollci.

2. SI affirmative ad primum: An idem mlssionarius ad id faciendum indigeat praeterea licentia, saltem legitime praesumpta, Ordinarii loci In quo actu ita celebrat.

3. Si negative ad primum: An idem mlssionarius id licite facere valeat etiam per modum habitus, accedente Ordinarii loci, in quo celebrat, licentia citra tamen usum can. 822 § 4 Codicis luris Canonici concessa.

Praehabita sententia Revmorum Consultorum, propositis dubiis haec respondere satago:

Ad primum: *allirmative,* pro territoriis huic S. Congregationis sublectis et in casibus necessitatis, cum scilicet desit ecclesia aut oratorium ubi S. Missa celebrari possit.

Ad secundum: *affirmalioe.*

Ad tertium: *provisum in primo.*

Haec dum Paternitati Tuae refero, Deum O. M. precor...

* Procuratori Generali O. M. L Ephemeride» iuris canonici 3 (1947) 254. Adn. M. AYALA in REDC 4 (1949) 235-248: X. PAVENTI in ME 75 (1950) 371-383 et in Ephemerides iuris canonici 3 (1947) 249-2S4.

1843

1945 .... -SANCTA SEDES, NORMAE. PART.·

Normae servandae a singulis fidelibus et ab actione **CATHOLICA RELATE AD PARTICIPATIONEM ET ACTIVITATEM IN FACTIONIBUS POLITICIS ITALIAE**

S. E. il Card, Patriarca mi dh Pincarico dl inviarle le direttive date dalla S. Sede per ΓItalia occupata dagli Alleath

a) «I CattolicI come Individui, ma non come organizzazioni cattollche, possono prendere parte attiva alia vita politica ed è anzi conveniente che facciano qualchc cosa.

b) È lecito ai cattolici adorire a partiti che offrnno slcure garanzie di rispettare la Religione, la Chiesa Cattolica, la sua dottrina e i suoi diritti.

Occorre ricordare che il «Centro» Germanico chc spesso viene ricordato da molti, non fu un partilo nè cattolico nè confessionale; tuttavia ebbe sempre come massima di difenderc gli intercssi religiosi ecclesiastici, cattolici in Germania.

c) Non è lecito ai Cattolici aderire a partiti, il cui programma e attività contrastano con la dottrina religiosa morale c sociale cattolica e non salvaguardano sufficientcmcnte i diritti délia Chiesa e delle anime.

d) I Cattolici per ll bene comune hanno obbligo di parteclparc alie elezioni; devono dare il voto ai candidati o partiti che offrano sicura garanzia dl rispettare ia religione della Chiesa Cattolica, la sua dottrina e i suoi diritti. Quanto più solide saranno tali garanzie tanto più stcuri in coscienza saranno i Cattolici nel dare il loro voto.

e) Si ricorda che l'Art. 43 dtl Concordato Lateranense fa divieto ngli Ecclesiastici c Religiosi IUliani di Iscriversi e militare in qualunque partito politico. Sopratutto nelFattuale momento in cul le passioni politiche sono tanto vive, necessiU che, senza pregiudizio di quanto è disposto nel numero 2. 3, 4, l'attività del Clero, specialmente dei Parrocl, mantenendosi al dl fuori e al di sopra di ognl competizione di parte, sia diretta n far opera di persuasione sui fedeli afflncbè sl plachino rancori, odii e si svolga fn sollievo delle miserie spirituali dd popolo».

S. Emin. raccomanda che tutti i Sacerdoti c Religiosi sin ne] consiglio e nelPazione osservlno con dlligenza le dlrvttive su esposte.

♦Universis clericis Italiae: Perfice montis 20 (1945) 153 Adn. Textus nonnarum datur iuxta notificationem factam a Vicarie General» dioecesecs Venotiarum de mandato Emnu Patriarchae illius Sedis

1844

1946 IAN 4.-C0M. INTP., RESP. AAS 38 (1946) 162

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

De fidelium associationibus. 2—De **IURE FUNERUM** 3—De iure accusandi matrimonium

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I—De fidelium associationibus

D. An canon 692 ita intelligendus sit ut: *ad fruendum associationis iuribus, privilegiis, indulgentiis aliisque gratiis spiritualibus,* necessaria quoque sint pia opera ad id legitime praescripta.

R. *Affirmative.*

II—De iure funerandi

D. An ad normam canonis 1216 § 1, collati cum canone 1226 f 1, sepulcrum malorum in aliqua ecclesia constitutum habendum sil post Codicem tamquam legitima electio ecclesiae funerantis.

R. *Negative.*

III—De iure accusandi matrimonium

D. An inhabilitas coniugis ad accusandum matrimonium, a canone 1971 $1 n. 1 statuta, secumferat incapacitatem standi in iudlcio, ita ut sententia vitio insanabilis nullitatis laboret iuxta canonem 1892 n. 2.

R. *Negative.*

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 4 lanuarii, a. 1946.—Card. M. Massimi, *Praeses.* I. Bruno, *Secr.*

Adn. l. CREUSEN in NrT 73 (1945) 343-345: M. GONZALEZ in REDC 2 (1947) 627-643; A CUTIÉRREZ in CpR 27 (1Ô43) 23-2S; A. SCHÔNEGGER et F. M. CAPPELLO in PrM 35 (1946) 1-198: REGATP ILO n. 345, 599, 816625.

1845

1946 IAN 10. SC RITUUM, RESPONSUM. PART

Solvuntvr dubia: **1**—De evangelio proprio missae **SUMMORUM PONTIFICUM. 2**—De **LECTIONE NONA IN TRANSLATIONE ALMAE DOMUS LAURETANAE B. M. V. 3**—De benedictione cinerum sine cantu in oratoriis **ET ECCLESIIS** minoribus

Dubia.—Redactor Kalendarii pro regione meridionali Instituti Pontificii n Sanctis Apostolis Petro et Paulo et a Sanctis Ambrosio el Carolo pro Missionibus ad exteras gentes, dubbi sequentia Sacrae Rituum Congregationi pro benigna declaatione humillime proposuit:

I. An exemplo sumpto ex Decr. 4369 ad II circa Missam Commemorationis Omnium Sanctorum Summorum Pontificum. sit Idem retinendum Evangelium stricte proprium quod exhibet novissima Missa communis Sanctorum summorum Pontificum «Si *diligis·?*

II. An lectio nonn dicenda de commemorato festo translationis Almae Domus Lauretnnae B. M. V. componenda sit ex tribus lectionibus secundi nocturni, vel sufficiat postrema pan sextae lectionis a verbis: *·Ipsius autem Virginis natalis domus·?*

HI. An quod a Sacra Congregatione dii 6 Novembris 1925, Decr. 4397 ad IV, rescriptum est: *lAffirmative ex gratia·,* quatenus Sacerdos ferla quarta Cinerum Missam lectam celebraturus In Oratoriis semlpubllcis possit ante Missam benedicere Cineres sine cantu easque omnibus petentibus distribuere, retinendum sit benigna concessio generalis. Et In casu affirmativo, quaeritur an Wem liceat etiam in oratoriis publieis et ecclesiis minoribus ubi deest commoditas sacros ritus perficiendi solemniter Iuxta Rubricas Missalls Romani.

Resp.—Et Sacra Rituum Congregatio, nudllo quoque Commissionis Specialis suffragio, omnibus mature perpensis, propositis dubiis respondendum ccnsuit:

Ad 1 *Negative,* Ad II: ad Primum *Negative;* ad Secundum *Affirmative,* dummodo postrema pars sextae lectionis redacta sit in forma sequenti: *'Beatissimae Virginis natalis domus,..·.*

Ad III: Ad Primum *Negative;* nd Secundum *Negative,* nisi adsit specialis facultas a S. R. C. concessa, non necessaria pro ecclesiis paroecialibus ruralibus. Atque ita rescripsit atque declaraviL Contrariis, non obstantibus quibuscumque.

Die 10 Jannarli 1916.—A. Carinci, Archiep. Selcuden.,

♦ Rcdaclori calendarii Pont. Inst. a SS. Apostolis Petro et Paulo et a SS Ambrosio cl Carol© pro missionibus ad exteres gentes. Pro N J. 20'46 Pal. Clero 2A (1946-D 177. Adn. C. ROMANO in Pal. Clero 26 (1945-Σ) 178.

1846

1946 IAN 16.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART

Dubia: **1**—De ritu missae vigiliae vel octavae simpli* **as PRO MISSA VOTIVA SOLEMN! CANENDAE. 2**----De **GENUFLEXION!BUS FACIENDIS IN MISSA VIGILIAE COMMUNIS IN EODEM PRAEDICTO CASU. 3**----De **MISSA VOTIVA CORDIS IESU VEL SUMMI SACERDOTIS IN OCTAVA PRIVILEGLATA PARTICULARI. 4**—De **ORATIONE ROGATIONUM IN DUPLICI I CLASSIS. 5**—De **ORATIONE SUB UNA CONCLUSIONE ADDENDA ET DE OMITTENDIS ORATIONIBUS DE TEMPORE VEL COLLECTIS IMPERATIS**

Dubia Hodiernus redactor Kalendarii Liturgie! Pine Societatis Missionum sequentia dubia pro debita solutione Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XII humillime subiecit:

Iuxta *Additiones et Variationes* in Rubricis generalibus Missalls tiL II n. 3 Missa Vigiliae communis aut Octavae simplicis canenda est pro Missa votiva solemn! de eadem Persona vel de identico mysterio divino cum Commemorationibus, quae in ipsa Missa votiva faciendae essent iuxta tit. V n. 3.

Unde dubium oritur:

1. Num in casu Missa Vigiliae vel Octavae simplicis habeat duplicem ritum el consequenter cantum festivum et Symbolum, iuxta ciL *Additiones et Varia iones* tit. VII num. 3 et tit. X num. 2, sicut iuxta *Addi Iones et Variationes* in Rubricis generalibus Breviarii tit. IV num. 7 Festum simplex obtinet ritum occurrentis dici Octavae communis de eadem Persona?

2. Num a pari In Missa Vigiliae communis In casu Chornlibus genuflectcndum non sit ad Orationes et inter Canonem post elevationem?

3. Utrum Octava prlvilcgiata particularis, velut Romae Octava privilegiata Principum Apostolorum, impediat menstruam Missam votivam Ss. Cordis lesu vel lesu Summi Sacerdotis, ita ut die 5 iulii Romae celebranda sit Missa s. Antonii Mariae Zaccaria cum Oratione Ss. Cordis lesu vel lesu Summi Sacerdotis sub unica conclusione et tertia Oratione de Octava Apostolorum?

4. Utrum Oratio Rogationum In Duplici I classis addenda sit sub unica conclusione, si fit processio?

5. Utrum Oratio In Missa votiva privata pro gratiarum actione vel pro quacumque necessitate aut Oratio pro ordinandis In Missa ordinationis nliavc similis Oratio, quae caret Missa ideoque coalescit cum aha Missa et sub una conclusione addenda est. numeretur ad excludendas Orationes de tempore vel Collectas imperatas, an cum Oratione cui adlungitur, una Oratio censeatur?

Resp.—Et Sacra Pituum Congregatio, audito quoque Com-

Ad primum: *negative* sl agatur de Missa Vigiliae; *affirmative* si dc Octava simplici.

Ad secundum: *negative·,* in Missis de Vigilia semner est genuflcctendum, exceptis Vigiliis de Epiphania et Ascensionis Domini.

Ad tertium: *affirmative.*

Ad quartum: *negative.*

Ad quintum: *negative* nd primam partem, *affirmative* ad Mcundam.

Atque Ita rescripsit ac declaravit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 16 lanunril 19-16.—A. Caiunci, Archiep. Selcuclen., *a Stertiis.* Henricus Dante, *Subst.*

• Pis· Societali Miuionum, Prot. N. P. 43/4S: EL 63 (1946) 86-87. Adn F. X. HECHT in EL 63 O949) 67-88.

18Î7

1946 IAN 22.-SC CONC., INDULT. AAS 38 (1946) 27

Indultum circa abstinentiam et ieiunium
ULTERIUS PROROGATUR

Attentis difficilibus rerum adiunctls quae recens bellum sequutu sunt, Ssriius Dominus Noster Pius Divina Providentia Pρ. XII benigne prorogare dignatus est, in Iisdem terminis et donec aliter providentur, Apostollcum Indultum dlel 19 Decembris 1941 circa legem abstinentiae et leiunii ecclesiastici *(Acta Apostollcae Sedis,* vol XXXIII, pag. 516) [LE 1652].

Quapropter omnes locorum Ordinarii, cuiuslibet ritus, concedere poterunt, secundum prudens ipsorum iudlcium, in territorio propriae iurisdictionis, generalem dispensationem super lege abstinentiae et ieiunii ecclesiastici, in favorem quoque Religiosorum et Religiosarum etiam exemptionis privilegio fruentium.

Firma tamen manet lex abstinentiae et ieiunii ecclesiastici, pro fidelibus ritus latini, Feria IV Cinerum et Feria VI In rarasceve; pro fidelibus vero alius ritus, duobus diebus ab eorum Ordinariis statuendis.

Locorum autem Ordinarii, qui supra memoratam dispensationem concessuri sunt, hortari curabunt fideles, praesertim Clerum saecularem. Religiosos ac Religiosas, ut hanc apostolicam concessionem compensare studeant voluntariis exercitiis Christianae perfectionis et expiationis atque bonis operibus, praecipue caritatis erga inopes ct aegrotos, neve omittant pias Deo ad mentem eiusdem Pontificis preces offerre.

Romae, die 22 Innuarii an. 1946.—F. Card. Marmaggi, *Praef.* I. Bruno, *Secr.*

Ada. FIDEL DE PAMPLONA in REDC 8 (1953) 453-473; REGATI-110 n. 617.

1848

1946 IAN 25.-PIUS XII, CONST. AP. AAS 39 (1947) 54-55

URBIS

DIACONIA IN ECCLESIA S. HADRIANI OLIM CONSTITUTA IN ECCLESIAM S. PAULI IN ARENULA TRANSFERTUR

PIUS EPISCOPUS

Serous Servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Sancti Hadriani Ecclesia, quae, uti noscitur, antiqua ollm erat Populi Romani Senatus Curia, in Christianum templum dein conversa quaeque Diaconiae honore dfcorabatur, quum paucos ante annos, de/ civilis magistratus mandato, ecclesiastica auctoritate benigne annuente, vetera monumenta restituendi causa in pristinum statum redacta sit, Nos, cupientes ut Diaconiarum in Urbe numerus servetur, omnibus mature perpensis, congruum sane duximus Diaconiam illam io Ecclesiam S. Paulo Apostolo ia Arenula dicatam, artis decore conspicuam, sitamque In ea Urbis regione, in qua pie traditur Doctor Gentium mansisse, *cum custodiente se milite,* transferendam. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua Interesse praesumant consensu, de apostollcae Nostrae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi Diaconiam, qua praefata Ecclesia Sancti Hadriani dccorabatnr, In Ecclesiam Sancti Pauli Apostoli in Arenula transferimus; eique propterea omnia tribuimus iura et privilegia, quae celeris almae Urbis Diaconils competunt, et cum omnibus pariter oneribus et obligationibus quibus Ulae adstringuntur. Contrariis non obstantibus quibuslibet, haec decernimus, et volumus praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore, luosque plenos ct integros effectus sortiri et obtinere illlsque ad quos res spectat seu spectare poterit, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudlcandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri cruidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo sexto, die quinta et vicesima lanuaril mensis, in festo Conversionis S. Pauli Apostoli, Pontificatus Nostri anno septimo.—Pro S. R. E. Cancellario: I. Card. Granito di Belmonte, *Decanus S. Collegit.* Fr. C. Card. Raphaël Rossi, S. C. *Consistoria^ lis a Secretis.* Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.* Franclscus Hannibal Ferretli, *Proton. Apost.*

1849

1946 IAN 25.-SC PROP. FIDE, INSTRUCTIO. PART.·

Instructio s. c. de prop, fide de relatione singulis
QUINQUENNIIS EIDEM S. CONGREGATIONI EXHIBENDA
(c. 300 et 340)

ANIMADVERTENDA

I. Relatio latina lingua, nitidis characteribus, in charta non translucida conscribenda erit et ab ipso Ordinario et ab uno saltem ex Canonicis vel Consultoribus *(In Dioecesibus)* aut ex consiliariis Missionis subsignanda, adiectis die, mense ct anno quibus data fuerit.

IL Quinquennia computanda erunt secundum can. 340, 2.

QUAESTIONES AD QUAS MISSIONUM ORDINARII RESPONDERE TENENTUR

CAP. I—Generales notitiae missionis

1. *a)* Breve *compendium historicum* circa originem, progressus ac mutationes Missionis, et sl casus ferat, de illustribus martyribus.

b) Superficies, confinia administrativa regionis, descripta In charta geographica, referente lineas meridianas et parallelas, atque modulum (scala, échelle, scale).

c) Brevis notitia detur *de natura loci caelique temperie,* ac de fertilitate terrae, de ratione et mediis itinerum. Quinam morbi In ea forte praevaleant.

2.*a)* De *divisionibus civilibus territorii,* de principaliοribus civitatibus, de Gubernii civilis forma.

b) De *Incolarum moribus,* indole, origine; de praecipuis commerciis, et Industriis regionis ac de varietate stirpium, linguarum ac religionum.

c) Quinam *incolarum numerus: quot* inter incolas sint *catholici;* sl autem varii adsint ritus, quot catholici pro singulis; ct inter non catholicos quot ethnici, mahumctanl, haeretici, etc.

CAP. II—De constitutione missionis

3. Cuinam *Instituto reliqioso* Missio forte concredita sit. Quinam *locus rcsldentiae Ordinarii* cum omnibus indicationibus ad epistolas inscribendas necessariis.

4. In quot *christianitates* vel *sectiones* seu *districtus* allasque circumscriptiones Missio divisa sit, ct an ibi sacerdotum residentiae sint stabiles, et an facilis ad eas accessus.

5. *a)* An ct quot adsint in Missione paroeciae vel *quasi-paroeciae* cum propria ecclesia, territorio et rectore. — An erectio paroeciarum ct quasi-paroeclarum facta fuerit per decretum asservatum in archivo Missionis. An observentur Instructiones huius S. C. dici 25 iulii n. 1920 [LE 238] et diei 8 dec. a. 1920 [LE 311] circa erectionem paroeciarum vel quasi paroeciarum.

b) An parochi, vel quasi-parochi applicent missam *pro populo* (c. 306), *tribulum* solvant pro seminario (c. 135611), alias suas obligationes servent, et Ubero exercitio in cura animarum gaudeant.

6. An habeantur *vicarii foranel* (cc. 217, 445 seq.) et Missionis districtus Ita ordinati sint, ut plures uni sacerdoti tamquam superiori subsint.

7. *a)* An spes affulgeat Missionem in posterum *dividendi,* ct quomodo hanc divisionem Ordinarius praeparet. Instituendo in unaquaque parte illa Opera, quibus opus erit ut Missio independens haberi possit iuxta Instr. S. C. P. F. a. 1942 [LE 1690] datam.

b) An et quaennm *pars* Missionis *nunquam fuerit evangelizala;* an et quomodo provideri possit eius evangelization!.

8. Utrum in singulis districtibus, paroeciis, quasi-paroeciis vel christianitatibus diligenter serventur *libri* baptizatorum, confirmatorum, matrimoniorum ct defunctorum, nec non status animarum, ad normam can. 470.

9. An quae in cc. 375 et seqq. de *archivo dtoecesano* habentur, habita ratione locorum el personarum, in Missione constituta sint (c. 304 § 1).

10. An habeatur *directorium seu* collectio regularum et consuetudinum Missionis circa ea, quae a sacerdotibus tum in sua sitae ratione tum In fidelium regimine sint servanda; illudque S. C. exhibeatur.

11. Utrum adsit *catechismus;* an sit communis cum aliis missionibus eiusdem regionis: an in variis libris huius generis servetur uniformitas circa doctrinae expositionem. Catechismi exemplar ad hanc S. C. mittatur.

CAP. III—De ordinario eiusque praecipuis adiutofibus

12. *a)* Indicet *Ordinarius* nomen et cognomen suum, aetatem, originis locum et Institutum religiosum nd auod forte pertinet, et quasnam facultates et indultn α S. Sede receperit.

b) Pro Dioecesibus, dicat Ordinarius, an sedes *metro·politana* sit, an et quas habeat suffraganeas sedes; et quem Ordinarium appellationis MetropoUta, probante Sede Apostolica, sibi elegerit; si vero suffraganca, quem Metropolitam habeat; si denique nulli Metropolitae suffragetur, quem Metropolitam pro Condllo provinciali et pro ludicio appellationis sibi constituerit iuxta cc. 285, 292 et 1594 $ 3.

c) An Episcopum *auxiliarem* vel *eoadlutarem* cum futura successione habeat, et indicet eius nomen, aetatem, locum originis, institutum religiosum nd quod forte pertineat.

d) An secundum praescriptum e. 309 constituerit suum *Pro-Vlcariam* vel *Pro-Praefectum,* et Indicet eius nomen, aetatem, nationem. Institutum religiosum; ntque de eius qualitatibus ct opera doceat.

e) Pro Dioecesibus vero, quaenam vigeat ratio providendi, sede episcopali *vacante,* dioecesis regimini (cc. 429-413).

t) Utrum constituerit *Vicarium generalem* (in Dioecesibus) vel *Vicarium Delegatum* (in aliis Missionibus), et an plures et ob quam rationem (c. 366, § 3); ac similiter referat de eorum nomine, aetate, natione; an ad aliquod Institutum religiosum pertineant, de eorum qualitate et activitate.

IX *a)* Pro Dioecesibus, utrum adsint *capitulum cathédrale* et alia capitula insignia; an *Communiar* deri ad modum capitulorum; utrum Episcopus nominet consultores dloecesanos (c. 423), et quinam eorum numerus.

b) Pro aliis Missionibus vero, utrum adsit *Consilium Missionis* ad normam c. 302, quot in eo exteri et quot indigenae sacerdotes habeantur.

14. *a)* An Ordinarius in regione sibi commissa *commoretur* et observantiam legum ecclesiasticarum urgeat (c 386); an et quando *Missionem visitaverit* Iuxta c. 301; an praeter loca, res, libros et archiva, clericos examinaverit, eos slngillatim audiendo ut cognosceret uniuscuiusque vitae rationem, confessionis sacramentalis frequentiam et alia huiusmodi; an in visitatione inspexerit quoque quae referuntur ad pia legata adimplenda et an circa missarum manualium satisfactionem ac stipem omnia constituerit ad normam cc. 824-844.

b) An *visitationem Ss. Liminum* suo tempore ipse vel per procuratorem perfecerit.

15. An praecipuos presbyteros indigenas et exteros *congreget* semel saltem In anno ut possit ex singulorum experientia et consilio deducere, quae sint perfectius In Missione ordinanda (c, 303).

16. *a)* Utrum et quomodo *sgnodum* celebraverit, et quando novissima synodus congregata fuerit (e. 304 § 2).

b) An aliquando *consilium Ineat* cum Ordinariis vicinioribus in maioribus negotiis pertractandis.

c) Quando Missionum *Concilium nationale vel regionale* celebratum fuerit, et an opportunum sit ülud iterum convocari (c. 304, 2).

17. *a)* Quae *mutua relatio* intercedat inter Ordinarium ct Superiores Religiosos (cfr. Instr. S. C. P. F. a. 1929 (LE 935] datam).

b) Utrum missionarii ipsi Ordinario etiam ut religiosi subsint

c) An ipse Ordinarius officia et residentias clericis assignet (c. 296 $ 1 coll. can. 454 § 5).

18. Quomodo se habeat Ordinarius *eum civili loci auctoritate:* an cius dignitas et lurisdictio sarta tectaquo Ita semper servari potuerit, ut nunquam detrimentum libertati ct immunitati ecclesiae obvenerit.

CAP. IV —De adiutoribus sacri ministerii

5 1—De *sacerdotibus in genere*

19. *a)* Numerus, nomina et praecipuae notae singulorum *sacerdotum* exterorum et indigenarum dentur. De ils, qui zelo, pietate, scientia et disciplina eminent, specialiter dicatur.

b) Quam *Idoneitatem* ad sacra ministeria atque ecclesiastica officia et quam vivendi rationem clerici praescierant. An obligationes clericorum, iuxta Ss. Canones ipsi adimpleant.

20. *a)* Utrum Ipsis occasio detur saltem semel in mense ad sacramentum Con/rssionis accedendi aliosque presbyteros *Invisendi* et mutuo adiumento fruendi.

b) An omnes sacerdotes Iuxta praescripta cc. 126 et 595 I 1, n. 1 *exercitia* spiritualia peragant.

c} SI In Missione ecclesiastici viri habeantur qui aliqua dignitate a S. Sede *decorati sint,* titulos quo exornati sint atque concessionis dies, officium et gradus quibus gaudeant In clero Missionis, aliaeque notitiae opportunae dentur.

21. Utrum omnes sacerdotes *studio theologiae moratis* incumbant, et utrum ad hoc studium fovendum habeantur conventus pro casuum moralium examine (cc. 131, 448).

22. An *praedicationi* oerbl Del (cc. 1337 sq., 1347), praesertim Inter acathollcos, assidue Incumbant: an sint aliqui ex missionarils huic operi exclusive addicti; vel hoc ministerium catechlstis remittant, de suis fidelibus tantum solliciti.

23. Num *negligentIa vel otiositas* aliquem ecclesiasticum in suo munere obeundo detinent; num blc *inobedlentior* vel *avaritiae* vel *incontinentiae* speciem In sua vita praeseferat.

24. An sacerdotes miti ratione *erga Christianos* se gerant; an circa modum sacri ministerii exercendi uniformitatem curent.

25. An *charitas ct concordia* Inter ecclesiasticos regulares et saeculares, exteros ct Indigenas foveatur.

26. An a rerum *politicarum* studio et a negotiis saecularibus se abstineant (cfr. c. 139 3, 4; Instr. S. C. P. F. dici 0 innuaril a. 1920) (LE 229].

27. An ct qualia vulgentur In Missione *diaria catholica,* an recte dirigantur, an sacerdotes operam suam ipsis praebeant, et in casu affirmativo, an ad normam can. 1386 ct Instr. S. C. P. F. 9 iunii 1939 (LE 1181],

An *Unio Mtsslonaria Cleri* In Missione Instituta sit (Instr. S. C. P. F. 11 apr. 1937) (LE 1381].

§ 2—*De missionarils exteris*

28. An *missionarii exteri* sint saeculares vel regulares, et cuius Instituti; utrum ct quot fratres lalcos addictos habeant. An sufficiens eorum *numerus* sit pro necessitate Missionis.

29. An singuli missionarii exteri *studia linguae vernaculae Missionis* sedulsm dent operam et an eam ad praedicandum verbum Del Inter indigenas et in audiendis confessionibus indigenarum adhibeant.

30. *a)* An missionarii *bona immobilia possideant:* an *industriam* vel *commercium* exerceant (c. 142).

b) An missionarii religiosi fidelibus et infidelibus exemplo sint regularis *observantiae* praesertim trium votorum pauper tatis, castitatis et obedientiae.

31. An in aedificandis et ornandis sacris aedibus et resldentlis missionariorum peregrinae *artis* forma adhibeatur, veL quantum fleri potest, nativae etiam ipsius gentis ortis species servetur.

32. De qualitate et opere *praecipuorum missionariorum* referatur: de singulis edicatur locus originis, aetas, ct quot Iam ab annis in Missione versentur.

§ 3—*De clero indigena*

33. *a)* Singulariter sermo instituendus de *clero indigena,* ac imprimis de *idoneitate* sacerdotum, deque animi qualitatibus quibus praediti appareant.

b) Utrum aliqua distinctio habeatur inter clerum Indigenam et sacerdotes exteros, quibus in rebus et quam ob rationem (Cfr. Decretum S. C. P. F. diei 16 lan. 1924) (LE 557] *Quibus in officiis* indigenae sacerdotes adhibeantur; an ab aliquibus officiis arceantur.

34. Utrum sacerdotes indigenae cum suis familiaribus *cohabitent,* vel communem vitam agant.

35. An clerus indigena habeat *quo honeste vivere possit.* An pro senibus et Infirmis domus aut saltem subsidia adsint, quibus adiuvari possint.

§ 4—*De Institutis religiosis et de aliis cooperatoribus*

36. *a)* An et quae Instituta religiosa iuris pontificii vel dioecesanl, utriusque sexus adsint, *quot domus,* et quot in eis indigenae et exteri. An Ordinarius sive per se sive per alium *quinquennalem visitationem* domorum religiosarum cuiusque sexus peregerit, iuxta cc. 296 § 1, 512, 513, et quae de iis magis notatu digna videantur.

b) Utrum religiosi cuiusque sexus *vitam communem* respective ducant.

c) An Instituta religiosa *bona possideant,* nomine proprio, in *Missione.*

37. Quacnam eorum pro *Missione utilitas;* quae Opera dirigent et quo successu; an indigenarum et pauperum curae atque Institutioni praecipue attendant.

38. Pro *Institutis religiosis* dioecesanl luris vel *Societatibus* sive virorum sive mulierum In communi sine votis viventium. Ordinarius nomen dicat et utrum iuxta Normas a S. C. P. F. editas condita sint.

39. De *religiosis mulieribus* Ordinarius referat:

a) an observentur *canonicae leges* circa admissionem ad novitiatum, professionem, clausuram, confessorios ac bonorum temporalium adminlstrationem;

b) an sint quae *infirmis* in privatis domibus adsistant, aut *rem domesticam* in nosocomiis, seminariis, vel similibus virorum domibus gerant; an cautum sit de vitandis periculis, ct an aliquid habeatur reprehendendum; an *matribus* forte assistant servata Inslr. S. C. P. F. 11 febr. 1936 (LE 1315].

40. Utrum *ulrglnes indigenae* extra claustra viventes habeantur, et de earum vita et opera.

41 *Quoi catechistae et magistri* scholarum utriusque sexus habeantur; an et quot viri et quot mulieres pueris moribundis baptismi collationi sint addicti; quomodo eorum honestae sustentationi provideatur.

CAP. V —De seminariis

42. An Seminarium adsit, et In casu affirmativo referatur.

a) de. nUTJr° corum 3?ll «ternam disciplinam regunt,^qui splritualiter alumnos (Ungunt, qui docent (cc.

b) de statu ncdlum; *de redillbus et oneribus,* hoc est dc itilu octlvo et pnssivo pH Instituti; et an solvatur ccclcsln-iticum tributum pro seminario (c. 1356);

c) de lis quae videantur necessaria ad *meliorem* Seminarii itatum.

43. An Collegium praeparatorium ad Seminarium habeatur. an distinctum sit Seminarium in *malus* et *minus* (c. 1354 I 2); *quot* alumni in singulis. An Missionis conditio exigat ut dumtaxat Seminarium minus habeatur ct *Semlna-Hum malui regionale* erigatur (c. 1354 $ 3). An hoc iam sit ertclum.

41. *a)* An observentur cc. 1363, 1371 circa alumnos *admittendos* vel *excludendos.* An servetur c. 1357 circa *visitationem alumnorum* ct regulas Internas.

b) Quibus *studiis* ad normam cc. 1364-1366 clerici Incumbant ct praesertim an linguam latinam ct natrlam alumni accurato addiscant, atque catechetlca disciplina erudiantur (Instr. S. C. de Seminariis 8 sept. 1026) [LE 7171 An pietate clerici se exerceant ut In c. 1367 praescribitur, ct· an spiritu ecclesiastico Imbuantur urbanitatisque legibus excolantur (c. 1369).

45.a) Si Missio Seminario *careat,* quomodo consulatur pro comparandis sacerdotibus Missioni necessariis.

b) An *studium habeatur seligendi bonae spei luvenes* ad etenim Indigenam creandum; ublnam et quo fructu educentur (e. 305).

46. An Ordinarius curet ut aliquis alumnus pietate et ingenio praestans peculiaria collegia *praesertim* quae *Romae* wnt adeat, ut ibidem in studiis perficiatur (c. 1380).

47. An ante ordinationem clerici ad *ministerium per aliquod tempus exercendum* apud presbyteros Idoneos mittantur. *probationis causa;* et quibus sub cautelis, ne vocatio clericorum detrimentum aliquod patiatur.

CAP. VI —De ACAT1IOL1CORUM CONVERSIONE, ET DE CATECHUMENIS

48. Qunnam *methodo* procedatur ad *propagandam fidem* inter ethnicos, in illis praesertim regionibus ubi Christiani nondum habentur vel pauci tantum.

49. *a)* Utrum adsint *hospitia pro catechumenis* cuiusque lexus, et quomodo ordinata sint. An omnes statim ad catechumenatus mittantur, vel solum post congruum tempus probationis. Quantum temporis duret haec probatio.

b) An pecunia vel alia beneficia *materialia* praebeantur infidelibus fidei ignaris ut ad catechumcnatum trahantur; vel solus finis catechumenatus sit praeparatio proxima ad baptismum pro illis qui Iam dispositi sunt et veritates prin-apillores religionis Iam cognoscant.

c) Quantum temporis *instructio* catechumenorum duret, an sit sufficiens. An post baptismum neophytorum, instructio et educatio Christiana perduret aliquot menses.

CAP. VII —De institutis dilatandae fidei utilibus

50. Utrum sit *nosocomium,* an dispensaris medicamentorum. et quomodo administrentur reditus pro Infirmorum suitentatione.

51. *a)* An et quot adsint *orphanotrophia* pro pueris et puellis, et quibus subsidiis sustententur; an et quot *brephotnphia.*

b) An et quaenam *opificia* habeantur ubi pueri et puellae aliquam artem addiscant.

52. *a)* Utrum et quae alia *Instituta charitatis* habeantur; ut hospitia leprosorum, gerontocomia et alia hulusmodi.

b) An *officinae typographlcae* habeantur, quo facilius libri sacri vel scholares in bonum religionis evulgentur (cc. 1381, seq.).

c) Quae aliae *officinae* in bonum Missionis institutae sint.

53. *a)* An nd«int Consociationes *Action,? Catholicae* et, praesertim in magnis civitatibus. *Uniones* illae quae *sociales* vocantur, an circuli pro iuventute etc., an aggregationes operariorum, agricolarum etc. in aliquem charitatis finem vel mutuum subsidium; an directioni Ordinarii et Apostolicae Sedis dociles subsint; quacnam eorum beneficia moralia et temporalia.

b) An cura sit ut hulusmodi associationibus *adscript!* in fidei doctrina instituantur et Christianam vitam ducant.

CAP. VIII— De educatione iuventutis in scholis

54. *a/* Circa scholas pro indigenis, enucleate referatur tum de earum *numero,* tum dc cnrum *gradu* ct *distributione* in variis Missionis locis; an aliquod superioris instructionis Inxtitutum adsit. An scholae sufficiant liberis fidelium (c. 1379), et an In Ipsis Christianae institutioni iuventutis apte provideatur. Numerus alumnorum dicatur.

b) Quomodo *deficientiae* scholarum *superiorum* consuli possit.

e) Quibus credita sit Iuventutis *institutio,* quot sint magistri catholici et auot acatholici vel infideles; an ab auctoritate civili approbati et quomodo sustententur. An habeatur schola pro magistrorum formatione vel quomodo eius deficientiae provideatur.

55. *a)* An In scholas admittantur *etiam filii aeatholicorum* ct quibus cautelis ne fidei catholicorum nocere possint; quinam eorum numerus respectu catholicorum; quomodo instructioni religiosae catholicorum provideatur (c. 1373);

b) An In memoratis scholis servetur omnimoda *separatio puerorum a puellis.*

56. An ndsint In Missione *scholae ministrorum protestantlum* vel *scholae paganae;* quinam earum numerus et gradus; an et quot adsint *scholae neutrae ab auctoritate civili* constitutae; utrum catholici eas frequentent, an iusta ratione et quomodo eorum Instructioni religiosae provisum sit; et quaenam cautelae nd periculum perversionis arcendum adhibeantur, Iuxta c. 1374.

CAP. IX—De educatione iuventutis in collegiis

57. *a)* An et quot adsint *convictus* seu *collegia,* sive pro masculis sive pro foemlnls; cui eorum directio concredita sit; utrum pro solis catholicis an In Ipsa admittantur Infideles vel haeretici et quibus cautelis; quinam ipsorum numerus respectu catholicorum; quomodo provideatur educationi religiosae catholicorum; an aliqua institutio religiosa detur acathollcis.

b) Quinam fructus pro religione habeatur ex *collegiis mixtis;* an potius aliquod ex his periculum pro fide habeatur.

c) An collegium pro *catechistis* efformandis habeatur.

d) An ct quot sint collegia *acalholicorum.*

CAP. X —De populo fideli

58. SI laid *ad aulam Pontificiam* pertinentes habeantur, nomen ct titulus honoris, dies concessionis aliaeque notitiae dentur.

59. Dicatur: *a)* quinam sint generatim *fidelium mores;* quaenam ratio vitae Christianae in familiis; quaenam publica; an in externis pompis et solemnitatibus magis consistat, quam in vero pietatis spiritu.

b) An *massonlcae* sectae addicti; an etiam massonlcae vel socialism! aut communism! societates habeantur, quot, quanti momenti; et quid fiat ad occurrendum huic malo.

c) Utrum in *exercitio iurlum* politicorum et civilium fideles catholici religionis bono ct Ecclesiae libertati pro viribus consulant.

60. Quomodo generatim parentes et qui loco parentum sunt *prolis educationi religiosae* prospidant.

61. Num *fideles* cum paganis vel haerctids ita versentur, ut spirituale ipsis damnum vel religioni detrimentum obventaL

CAP. XI —De sacramentorum administratione

62. An In *baptismate* administrando serventur omnia praecepta Ritualis Romani ct Codicis I. C. Speciatim vero an fiat divisio caeremoniarum et quo idlomate interrogationes fiant (cc. 755-761).

63. An sacerdotes antequam baptismum adultis conferant, de statu libero eorum vel legitimo matrimonio diligenter *inquirant* et quae sint inquirendi normae.

64. *a)* Utrum fideles solemn! praeparatione et pompa ad *trimam Communionem* admitti soleant; an exdtentur ut frequenter ct etiam quotidie, ubi sacerdos adest, pane eucharistico reficiantur.

b) An fideles *praeceptum paschale* adimpleant.

65. An presbyteri diligentes se praebeant in reficiendis *moribundis* Extrema Unctione aliisque sacramentis.

66. An in Missione *forma celebrationis matrimonii* nd normam c. 1094 observetur. Et an ea praemittantur, quae in iure praescripta sunt (c. 1019 ct seq.).

67. *a)* Quomodo se gerant sacerdotes in *dispensationibus* circa matrimonii impedimenta.

b) An dispensationes matrimoniales gratis concedantur et in scriptis, et utrum exprimatur *delegatio apostollca* (c.1057).

68. An abusus *matrimoniorum mixtorum* invaluerit, et quomodo circa ea presbyteri se gerant (cc. 1060, 106-1, 1063, 1071).

69. An in celebratione matrimoniorum christiani immisceant aliquas *caeremonias superstitiosas.*

CAP. XII—De rebus ad divinum cultum spectantibus

70. *a) An* in sacris functionibus ac praesertim in ndminlstratione sacramentorum, ct in solemni missae celebratione *ritus omnes S. R. E.* fideliter serventur; utrum confus *adhibeantur,* ct an iuxta canonicas praescriptiones.

b) An *Ingressus* in ecclesiam sit, prout debet, semper gratuitus.

c} Utrum et quinam *populares cantus* in ecclesiis admittantur.

71. An serventur, quod ad *custodiam Ss. Eucharistiae, cc.* 1265-1271 et Instr. S. C. de Sacramentis in festo Aseens. a. 1938 data [LE 1435J; an caveatur quodeumque periculum Irreverentiae; quaenam sit in tantum Sacramentum fidelium devotio.

72. *a)* Utrum ad maiorem divini cultus decorem et ad pia Opera exercenda, canonice Instituti sint *Tertii Ordines*

taeculares. *Confraiernitates,* rive virorum sive mulierum, praesertim Ss. Sacramenti ct Christianae Doctrinae (c. 711. § 2), aliaeque *piae Uniones* potissimum pro Juvenibus; quo numen) et quo religionis protectu.

b) An hae associationes servent praescripta c. 690 de *sublectione* erga Ordinarium, et c. 691 de *adminislrationis* ratione.

73. An in *cultu dialno ac veneratione Sanctorum* aliquae superstitiones irrepserint et quae.

CAP. XIII — De festïs, xetvniis et abstinentiis

74. Quaenam *festa* de praecepto in Missione observentur ct an peculiares difficultates habeantur ad alia introducenda quae in Codice praescripta sunt.

73. Quae *lelunla,* quique *abstinentiae dies* serventur; an uniformitas habeatur respectu riciniorum Missionum et utrum introductioni legis communis (c. 1250 et seq.) obstet aliqua necessitas.

CAP. XIV—De sacjus aedificiis

76. An rit in Missione *numerus* sufficiens *ecclesiarum* ct *sacellorum;* utrum munda, decentia et saltem necessariis ad divinum cultum ornamentis Instructa sinL Utrum sint Sanctuaria, *quae* peregrini adeanL

77. An ecclesiae rite custodiantur ne furtis et profanationi bus obnoxiae fiant; et eae ln quibus Ss. *Eucharistia* ndservatur, quotidie, si fieri potest, per aliquas horas fidelibus pateant (c. 12661.

78.An catholicus cultus *libere* exerceatur, et quatenus negative, an ratio suppetat qua obstacula e medio auferantur.

79.An iuxta ecclesias, cappellas et oratoria adsit *residentia* pro sacerdote vel decens presbyterium; aut saltem aliquis locus ubi sacerdos convenienter manere posrit. Num sacerdos necessitate compellatur cibum et somnum capere in domibus privatis, et an in hoc abusus habeantur.

CAP. XV —De coemetehus et funeribis

86. *a)* Utrum et quae *superstitiones (n funeribus* apud Christianos invaluerint.

b) An et quae *taxae* In funeribus exigantur.

81. An existant *coemeteria separata* pro Christianis, clausa et benedicta; et an canonicae de his leges serventur (c. 1205 et seq). Si non habeantur, ad id obtinendum quid tenlari posslL

CAP. XVI—De bonis ecclesiae temporalibus

82. An et quibus limitationibus iuxta leges civiles Missio bona, rive mibilla rive immobilia, possit proprio nomine *passidere,* et qune cautelae adhibeantur ut securitati ecclesiasticorum bonorum provideatur.

83.An institutum sit *Consilium Admlnlstrationis et* quot presbyteris constet; et an Ordinarius in negotiis maioris momenti illud audiat (c. 1520).

84.*al* An *administratores particulares* sive ecclesiastici rive laid reddant quotannis Ordinario rationem suae adminlstrationJi (c. 1525) et servent iuris praescripta circa modum ipsius administrationis (c. 1523, 1526, lo27. 1541, 1516, 1530-1533, 1548).

b) An circa *oblationes* in commodum Missionis serventur praescripta cc. 1182, 533 $ 1, 4·. 631 J 3. et 535 de earum administratione et de ratione Ordinario reddenda; an collectores se abstineant a vexatoria requisitione.

c) An *Inventaria* immobilium, mobilium ct sacrae supellectilis uniuscuiusque ecclesiae vel pii loci confecta ln duplici exemplari, altero pro pio Opere, altero pro curia Ordinarii, habeantur (cc. 1926. 1300, 1302, 1522).

85.aj Utrum bona *Immobilia* vel *reditus* in promptu Missio habeat ut sustentationi missionariorum, cleri Indigenae et expensis pro divino cultu satisfaciat.

b) SI bona Immobilia non habeantur, an *spes adsit* ut pedeteutlm certe reditus sive per oblationes fidelium sive alio modo constitui possint. Ctr. Instr. S. C- de Prop. Fide 19 marlli a. 1893 [CPF n. 1823).

86. a) Circa *missarum stipem,* quae taxa synodalis in Missione vigeat (can. 831). An sacerdotes missas colligant, quibus Intra annum ipsi satisfacere nequeant (c. 835) et exuberantes ad Ordinarium transmittant (c. 841).

b) Quomodo serventur quae α cc. 813, 814 praescripta sunt de *libro* tam personali quam ecclesiarum proprio pro missi adnotandls.

CAP. XVII—IVDICIVM summatim expositum οπγλ statum MISSIONIS

87. Ordinarius dleat quid actu sentiat de materiali ac morali condicione Missionis, quae spes melioris status effulgeat, quaenam maiora dlscriminla immineant; utrum Missio, vel pars Missionis Ita exculta sit ut clero Indigenae proximo tempore concredi possit.

Addat quomodo et quo fructu ad effectum perduxerit monita ct mandata si quae S. C. In sun responsione nd praecedentem relationem dederit; et utrum progressus, regressus, nn potius Idem formo persistens status In rebua fidei ct morum haberi videatur In Missione, et quncnarn harum rerum censeantur causae, quaenam proponantur remedia.

Datum Romae, ex Aedibus S. Conor, de Propaganda Fide, die 25 Ianuarii a. D. 1946.—Petrus Card. Fumasoni Biondi, *Praef,* Celsus Costnntinl, Archlcp. tiI. Theodos, a *Secretis.*

• E foliis ab ipja S. C de Prop. Fido vulgaris.

1850

1946 IAN 28.-SC SACR., DECR. AAS 38 (1946) 281 283

Decretum de ordinandis tribunalibus ecclesiasticis ditionis canadensis super causis nullitatis matrimonii **DECIDENDIS**

Excellentissimi Ordinarii ditionis Canadensis, prae oculis habitis lis quae Litteris Apostolicis «Qua cura», die 8 Decembris 1938 Motu Proprio a Pio Pp. XI f. r. datis *(A.* A. S., vol. XXX, p. 410) [LE 1457] pro tribunalibus ecclesiasticis Italiae salubriter provideque statuta sunt, itemque Decreto S. Congregationis de disciplina Sacramentorum diei 20 Decembris 1940 pro reductione tribunalium Insularum Philippinarum fA. A. S., vol. XXXIII, p. 363) [LE 1575], necnon perpensis tum raritate causarum nullitatis matrimonii quae in ipsorum tribunalibus agitari solent, tum praesertim difficultates quas ipsi passim experiuntur idonea tribunalia constituendi. In Conventu mense lanuario 1945 habito, sequentes postulationes Sanctae Sedi humiliter porrigendas esse statuerunt:

Ut nempe simili modo ac in Italia actum est per memoratum «Motu Proprio» necnon in Insulis Philippinis per laudatum Decretum, etiam in Canadensi ditione constituantur tribunalia provincialia pro tractatione causarum nullitatis matrimonii et analogice inter eadem ordinentur tribunalia appellationis.

Quas preces cum Sacra haec Congregatio de disciplina Sacramentorum rite perpendisset, attento etiam voto Exemi Delegati Apostolici ditionis Canadensis easdem per Lnfrascriptum Cardinalem Praefectum retulit Ssiïio Domino Nostro Pio divina Providentia Papae XII, in Audientia die 28 Ianuarii 1946 eidem benigne concessa.

Sanctitas vero Sua haec omnia quae sequuntur statuere dignata est, decernens eadem exsecutioni mandanda, contrariis quibuslibet, licet speciali mentione dignis, minime obstantibus.

I. In Canadensi ditione quoad tractationem causarum de nullitate matrimonii in prima instantia haec habeantur tribunalia et circumscriptiones:

1) Tribunal *Quebecense* pro binis provinciis ecclesiasticis Quebecensi ct Sancti Germani de Rlmouskl, nempe pro territorio sequentium dioecesium: Quebecen., Amosen., Chicoutimien., Nicolctan., Trifluvianen., Sancti Germani de Rimouski, Gaspesien., Sinus Sancti Laurentii, Vicarlalus Apostolici de Labrador necnon Insularum a Magdalena; 21

2) Tribunal *Marianopolilanum* pro sua universa provincia ecclesiastica, nempe pro territorio sequentium dioecesium: Marianopolitan., Jolietten., Sancti Hyacinthi, Sancti loannis Quebecen., Sherbrooken., Campivallen.;

3) Tribunal *Halifaxiense,* pro binis provinciis ecclesiasticis Halifaxlensi et Monctonensl, nempe pro territorio sequentium dioecesium: Hallfaxien., Antigonlccn., Carolinapolitan., Monctonen., Bathursten. in Canada, Edmundstoncn., Sancti loannis Canaden.;

4) Tribunal *OUaviense* pro universa sua provincia ecclesiastica, nempe pro territorio sequentium dioecesium: Ottavien., Hearsten., Montis Laurei, Pcmbroken., Timminsen., Vlcariatus Ap. Sinus lacobi;

5) Tribunal *Torontinum* pro binis provinciis ecclesiasticis Torontlna et Kingstonlcnsi, nempe pro territorio sequentium dioecesium: Torontin., Hamiltoncn., Londoncn., Kingstonien., Alexandrin. In Ontario, Peterboroughen.. Sanctae Mariae Ormen.;

6) Tribunal *Reginatense* pro binis provinciis ecclesiasticis Rcglnatensi et Sancti Bonifacll necnon pro archldloecesi Immed. sublecta Winnlpegen., nempe pro territorio dioecesium: Reginatcn., Gravclburgen., Princip Alberten., Saskatoonen., Abbatiae Nullius S. Petri Papud

Muenster, Sancti Bonlfacii, Vicarlatus Apostolici Sinus de Hudson, Vicarlatus Apostolici de Keewatin, Winnlpegen.;

7) Tribunal *Vancuueriense* pro binis provinciis ecclesiasticis Vancuvcrlensi ct Edinontonensi, nempe pro territorio sequentium dioecesium: Vancuvcricn., Nelsonen., Victorien, in Insula Vancouver, Kamloopsen., Vicarlatus Ap. de Prince Rupert, Vic. Ap. de Withorse, Edmontoncn., Cilgarien., Vic. Ap. de Grouard, Vic. Ap. de Mackenzie.

II. Pro tractatione praedictarum causarum in gradu appellationis, Incolumi semper facultate directe provocandi ad S. R. Rotam, iuxta can. 1599 § 1 Codicis I. C., ita procedetur

Ad tribunal Marianopolitanum deferentur causae in prima instantia tractatae apud tribunalia Quebecense et Torontinum; ad tribunal Ottavicnse quae apud tribunal Marianopolitanum; ad tribunal Quebecense quae apud tribunalia Ottavicnse et Halifaxiensc; ad tribunal Toronlinum quae apud tribunalia Reglnatensc ct Vancuveriensc.

III. Officiales, indices, promotores lustltiae, defensores vinculi aliique administri tribunalium provincialium de quibus supra, deligendi sunt et constituendi, ad definitum tempus, ab Excihls Ordinariis dioecesium respective tribunali provinciali perlinentium in Coetibus Provincialibus./

IV. Quoad lura et officia tribunalium provincialium ut supra, necnon quoad eorum agendi rationem, S. Congregatio de disciplina Sacramentorum definiet, necnon circa tempus executionls eorum quae supra statuta sunt et circa nonnas temporarias.

V. Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum vigilem sedulamque, pro suo munere, dabit operam, ut tum officiales, tum iudices, tum, praesertim, promotores lustltiae et vinculi defensores muneribus suis rite naviterque perfungantur iuxta normas ab eadem S. C. editas vel edendas.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de disciplina Sacramentorum, dic 28 mense lanuario anno 1946.—D. Card. Jorio, *Prael.* F. Bracci, *Secr.*

Âdx V. BARTOCCETTI ln Apoll. 19 (1948) 225-227.

1851

1945 MAR 20.-S. PAENIT., RESP. AAS 38 (1946) 160

Dubia de pio exercitio viae crucis

Sacrae Paenltentiariae Apostollcae dubia quae sequuntor pro opportuna solutione proposita fuerunt:

L Utrum norma decreti d. d. 6 Augusti 1757, quo statuitor ut pro pio exercitio Viae Crucis, quando perturbatio excitari potest, unoquoque de populo suum locum tenente, sacerdos cum duobus clericis sive cantoribus drcumeat ac sistens in qualibet statione Iblque recitans consuetas preces, ceteris altcmatim respondentibus, valeat tantum pro publico *Viae Crucis* exercitio ln ecclesia peracto vel etiam quando a religiosis peragitur in suis oratoriis?

II. Utrum in circumstantiis, de quibus in decretis d. d. 27 Februarii 1901 ct 7 Mail 1902, quando scilicet In oratoriis religiosorum ob angustiam loci omnes religiosi simul a statione ad stationem sine perturbatione procedere nequeunt, Ipsi Indulgentias pio Viae Crucis exercitio adnexas lucrari possint, si unus tantum religiosus vel, respective, una tantum religiosa circumeat et ad quamlibet stationem suetas preces praelegat, ceterique suo loco manentes, inibi pro qualibet statione exurgant et genuflecUnt?

III. Utrum in iisdem circumstantiis iam relatis pro religiosis ct methodo ab Ipsis servata, christlfideles qui sitam communem agunt, de quibus in can. 929 C. I. C., Indulgentias pro pio Viae Crucis exercitio adnexas lucrari possint, si unus vir vel, respective, una mulier stationes Viae Crucis circumeat ct suetas orationes recitet?

Et Sacra Paenitentlaria Apostolica die 25 Ianuarii vertentis anni respondendum censuit:

Ad I. *AHirmallve* ad primam partem, *negative* ad secundam.

Ad II et III. *Affirmative.*

Facta autem dc praemissis relatione Ssrfio D. N. Pio div. Prov. Pp. XII ab infrascripto Cardinali Paenltentlario Maiore in Audientia diei 18 huius mensis, idem Ssihus Dominus resolutionem Sacrae Paenltentiariae approbavit, confirmavit ct publicandam mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Paenltentiariae, die 20 Martii 1946.—N. Card. Canali, *Paenitentiarius Maior.* S. Luzio, *Regens.*

Adn. L B. in EUP 81 (1947) 24-25; A. GUTTÈRRE7 in CpR 28 (1947) 85-83; L ROSSI in Apoll. 19 (1948) 255-258.

1852

1946 APR 4.-SC SACRAMENTORUM, INDULTUM. PART.·

Facultas datur dispensandi a ieiunio eucharistico **FIDELES POST MEDIAM NOCTEM LABORANTES, ET FIDELES IN NOSOCOMIIS MALE AFFECTA VALETUDINE DEGENTES**

Roma, 4 aprile 1946

Eccellenza Reverendissima, A riscontro della Sua lettera ln data 8 febbraio c. a. n. 454-46, mi pregio significarle che neirUdicnza del 25 marzo p. p. ho sottoposto al sovrano giudizio dei S. Padre la domanda deli'Episcopato dl codesta nazione, [·| intesa ad ottenere la dispensa dal digiuno eucaristico «ad modum potus et medicinae» per tutti i fedeli degenti ln ospedali durante il tempo della loro infermità; nonchè «ad modum solidi cibi et potus non alcoolicb per coloro che lavorano dopo la mezzanotte.

Sua Santità si è benignamente degnato dl accordare «ad *triennium* a tutti gli Ordinari degli Stati Uniti dell'America Settentrionnale la facoltà di concedere la dispensa dal digiuno eucaristico «per modum potus et medicinae pro infirmis in nosocomiis degentibus, durante tantum male affecta valetudine, remota quavis scandali vel fidelium admirationis occasione». La tassa per la S. Congregrazione da applicarsl a ciascun rescrltto che l'Eccellenza Vostra Revma rilascerà ai slngoll Ordinari è di doliari cinque.

Per quanto pol concerne la seconda domanda di dispensa a favore dei fedeli che lavorano durante la notte, questa S. Congregazione risponde «*Dilata* poiché è stata sottoposta all'esame e allô studio dl RR. PP. Consultori onde, se sarà il caso, stabilire comuni norme valevoli anche per gli Ordinari di altrc nazioni che eventualmente chledessero la stessa facoltà.

Ml valgo ben volentieri della circostanza per confcrmarmi con sensi di distinto ossequio di Vostra Eccellenza Revma devotissimo per serviria.

[·] Pefitio hù Urminù concepta crai:

«Metropolitae, Episcopi necnon alii Ordinarii locorum Foederatorum Americas Septentrionalis Statuum, humiliter postulant benignam facultatem dispensandi a naturali ie.unio fideles habitualiter post mediam noctem laborantes, ut ipsi, abstinendo a cibis solidis per quatuor Loras, et a potu per unam horam, et dummodo potus post mediam noctem sumptus non alcboolicus sit, Ssrfiam Eucharisticam Communionem recipere valeant ex devotione, remoto quocumque scandalo et admiratione; necnon benignam facultatem permittendi fidelibus Id nosocomiis degentibus, ut aliquid sumere possint per modum potus aut medicinae ante Ssrtlam Eucbaristicam Communionem durante tantum male affecta valetudine, remoto scandalo et admiratione».

• Ordinariis locorum in S. F. A. S. per Delegatum Ap., ProL N. 1975/48: e foliis eiusdem S. Congr. de disciplina Sacramentorum. Indultum allegatur interdum sub die 25 Martii 1946 (vide The Jurist 6 (1948) 422; BOUSCAREN III 386). Adn. L. ECHEVERRIA in REDC 3. (1943) 147-178.

1853

1946 APR 11.-PIUS XII, CONST. AP. AAS 38 (1946) 301-313

S INARUM

Hierarchia episcopalis **IN SINIS INSTITUITUR**

PIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Quotidie Nos, universo christiano orbi, licet immerito, praepositi, suprema ex hac Petri cathedra tamquam c specula dominicum agrum circumspicientes ct in dissitas potissimum gentes evangelicae adhuc ignaras veritatis mentis Nostrae oculos concupiscenti animo convertentes, humillimas Patri Nostro, qui est in caelis, preces effundimus, ut Eius regnum toto terrarum orbe Iuxta Christi praeceptum prolatetur stabiliusquc constituatur. Quas

quidem humillimas preces Nostras misericors Deus numquam non exaudire dignatur neminem profecto latet et maximum Nobis solatium affert In hac temporum acerbitate quod non paucae ct amplissimae regiones *albae sunt iam ad messem* (Ioan. IV, 35), In Asia Orientali, praesertim freouentissima incolarum regio Sinensis, ubi impensae Evangelii praeconum operae, indefessum cleri indigenae apostolicum studium, Deo auctore, largiter lam adiicitur.

Primum quidem catholica fides sub fine saeculi decimi tertii per d. mem. loannem de Montecorvino et B. Odoricum a Portunaone in Sinas invecta est, ac magnopere Î»er totum saeculum decimum quartum per Frandscalls amlllac sodales disseminata. Postea vero cum Christiana res penitus intercedissct, iterum exeunte decimo sexto fe-
302 Mei ter / latcque diffusa est, sub sapienti ductu Alexandri Vallgnauo, opera praesertim Michaelis Ruggieri, Matthaei Ricd el aliorum Patrum Sodetatls lesu, quibus dein adsdti sunt e Franciscali et Domlniciana familia Patres, nec non ex ordine Eremitarum S. Augustini, e Congregatione Missionis et e Parisiens! Societate Missionum ad Exteras Gentes sodales.

Hisce autem temporibus catholicum nomen maximum habuit incrementum post Apqstollcae Delegationis institutionem. a fel. rec. Pio Papa Undecimo, Decessore Nostro, apostolicis litteris die nona Augusti mensis, anno Domini millesimo nongentesimo vicesimo secundo datis, feliciter peractam, post Plenarium et a praedicato illic Evangelio Primum Condliam, anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto in Sciamhaevensi *(Shanghai)* urbe sollemniter celebratum, post plurium locorum Ordinariorum ex ipsa sinensl gente ortorum electionem, valide inde adjuvantibus recentlorlbus missionalibus Congregationibus et Institutis, adeo ut impraesentiarum centum triginta septem habeantur ecclesiasticae circumscriptiones, quarum novem ct nonaginta ad Vlcariatus Apostollci gradum evectae, ceterae in Apostolicas Praefecturas constitutae sunt. Ea iisdem autem viginti octo nunc a Praelatis e Clero indigeno assumptis reguntur, quorum unus et viginti, charactere episcopali ornati. Apostolicis Vlcarialibus praesunt: porro pius quam tricies centena millia hominum adnumerantur sacro baptismate ablutorum et septies circiter centena millia cathecumenorum. quinque autem fere millia exsistunt sacrorum operariorum, quorum duo circiter millia ex Ipsa sinensl gente qui omnes sollerti adiuvantur opera mille ducentorum sexaglnta duorum religiosorum sodalium et sex millium centum triginta trium religiosarum mulierum.

In singulis Vicariatibus Apostolicis et in plerisque Praefecturis minus seminarium habetur pro puerorum institutione In spem Ecclesiae succrescentium, qui dein sacris imbuuntur disciplinis In maioribus seminariis, quorum duodecim exstant canonice erecta regionalia, quinque vero quae vocantur intermisslonalla.

Unum autem ex Sinensibus Ordinariis, venerabilem Fratrem Thomam Tlcnchensinl Episcopum titularem Ruspensem el Vicarium Apostolicum de *Tsingtao* in Sacrum S. R. E. Cardinalium Collegium nuper cooptavimus.

Auspicatissimis Itaque hisce catholici nominis incrementis permoli, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E.
303 Cardinalium Sacrae Con/gregationI de Propaganda Fide praepositorum consilio, lubenti animo supplices praefati dilecti Filii Nostri Thomae S. R. E. Cardinalis Tienchensin Nobis oblatas preces excipientes, opportunum rati advenisse tempus, quo firmiori modo et ordine christifidelium cura, regimen el disciplina in immenso Sinensl territorio constituatur, episcwalem hierarchiam in Sinis, slcuti in celeris catholici orbis nationibus, instituere statuimus.

Suppleto Igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua Intéressé praesumant consensu, Sancti Divini Spiritus effusis precibus lumine invocato, atque Beatissimae Virginis, Sanctorum Apostolorum Petri el Pauli, nec non Beatorum Martyrum, qui generoso animo et effuso sanguine Christum Sinensibus annuntiarunt, certa scientia, omnibus mature perpensis, de apostolicac Nostrae potestatis plenitudine, ad maiorem Dei gloriam ct catholicae fidei incrementum, harum Litterarum tenore, episcopalem in Sinis hierarchlam prout sequitur erigimus ct constituimus.

In primis sequentes viginti provincias ecclesiasticas erigimus, et certam pro unaquaque earum sedem mctropolltanam constituimus atque singulis mctropollLanls Ecclesiis suffragancas dioeceses assignamus, Id est: I) In provincia Momcuvona *(Mongolia)* sedes Soclllûenensls (de *Suiyûan)* erit metropolltana; dioeceses Nimscilana (de *Ninghsia),* Slvanieana (de *Slwanlze),* Zlnlmensls (de *Tsinlng)* erunt suffraganeae; II) in provincia Manceuvensl *(Manohirta)* sedes Fomtlenensis (de *Fengtien* seu *Mukden)* erit metropolitana; dioeceses Chilinensis (de *Kirin),* Fuscloencnsis (de *Fushun),* Scplmchiaevcnsls (de *Szepingkai),* lenchivensls (de *Yenki),* Gcholcnsls (de *Jehol)* erunt suffraganeae; III) in provincia Hopeana *(Hopeh)* sedes Pcchimensls (de *Peking)* erit metropolltana; dioeceses vero Ngancuovcnsis (de *Ankwo),* Ciaosclenensls (de *Chaohsien),* Sclensclcnensis (de *Sienhsien),* Ccmlimensls (de *Chengting),* Paotlmcnsls (de *Paoting),* Scioentcana (de *Shuntch),* SIOenhoavensis (de *Sûanhwa),* Tienzincnsls (de *Tientsin),* lomnienlna (de *\ungnien),* lonipimensis (de *Yungping)* erunt suffraganeae; IV) in provincia Scianlomensi *(Shantung)* sedes ZÏnanensls (de *Tsinan)* erit metropolltana el dioeceses lentaevensis (de *Yentai* seu *Chefoo),* Ccuzûencnsls (de *Chowtsun),* Iceuvensis (de *Ichow),* Zaoceuvensls (de Tsoochow), Zimtaovensis (de *Tsingtao),* lamcuvensls (de *Yangku),* lenceuvensls (de *Yenchow),* erunt suffraganeae; V) in provincia Scianslana *(Shansi)* sedes TaelOenensis (de *Taigüan)* erit metropolltana; dioeceses vero Fenlamensls (de *Fenyang),* Lungancnsls (de *Luan),* Scioccuvensis (de *Shohchow),* Tatomensis (de *Tatung),* lùzeana (de *Yùbe)* erunt suffraganeae; VI) In pro/vincla Scenslana 3M *(Shensi)* sedes Slnganensls (de *Sian)* erit metropolltana, dioeceses autem Fomsiamensis (de *Fengsiang),* Hanciomensis (de *Hanchung),* Saniùenensis (de *Sanyüan),* lennganensis (de *Yenan)* erunt suffraganeae; VII) in provincia Cansuana *(Kansu)* sedes Lanceuvensls (de *Lanchow)* erit metropolltana, cui dioecesis Zinceu\'ensis (de *Tsinchow)* erit suffraganea; VIII) in provincia Chiamsuana *(Kiangsu)* sedes Nanchimensis (de *Nanking)* erit metropolltana, elque suffraganeae erunt dioeceses Haemenensls (de *Haimen),* Sciamhævensis (de *Shanghai)* et Siûccuvensis (de *Sùchow);* IX) In provincia Nganhoeivensl *(Anhwei)* sedes Nganchimensis (de *Anking)* erit metropolltana, et dioeceses Pampuvensis (de *Pengpu)* et Uhuvensls (de *Wuhu)* erunt suffraganeae; X) in provincia Honanensi *(Honan)* sedes Chæfomensis (de *Kaifeng)* erit metropolitana, cui dioeceses Cemceuvensis (de *Chengchow),* Ciumatienensls (de *Chumatien),* Cocitevensis (de *Kweiteh),* Loiamensis (de *Loyang),* Naniamensis (de *Nangang),* Slnlamensis (de *Sinyang)* et Ueihoeivensis (de *Weihwei)* erunt suffraganeae; XI) In provincia Secioanensi *(Szechwan)* sedes Clomchimensis (ae *Chungking)* erit metropolltana, cui suffraganeae erunt dioeceses Cemtuana (de *Chengtu),* Chiatimensls (de *Kiatinq),* Nimiûenensis (de *Ningyuan),* Scloenchimensis (de *Shanking),* Slùfuana (de *Suifu),* Camtimensis (de *Kangting* seu *Talsienlu)* et Uanscienensis (de *Wanhsien);* XII) in provincia Hupeana *(Hupeh)* sedes Hancheuvensls (de *Hankow)* erit metropoli tana, dioeceses vero Haniamensis (de *Hanyang),* Iciamensls (de *Ichang),* Chlceuvensis (de *Kichow),* Laohocheuvensls (de *Laohokow),* Scenanensis (de *Shihnan),* et Uclamensis (de *Wuchang)* erunt suffraganeae; XIII) in provincia Hunanensl *(Hunan)* sedes Ciamsciavensis (de *Changsha)* erit metropolltana, eique erunt suffraganeae Ciamteana (de *Changteh),* Hemccuvensis (de *Hengchow)* et lûenlimensis (de *Yûanling)* dioeceses; XIV) in provincia Chiamsiana *(Kiangsi)* scdes Nandamensis (de *Nanchang)* erit metropolltana, cui suffraganeae erunt dioeceses Canceuvcnsis (de *Kanchow),* Chinganensls (de *Kian),* Nancemensis (de *Nancheng)* et IQchiamcnsis (de *Yükiang);* XV) In provincia Cechlamensi *(Chekiang)* sedcs Hanccuvensls (de *Hangchow)* erit metropolltana, cui suffraganeae erunt dioeceses Nimpuovensis (de *Ningpo)* et Tæceuvensls (de *Taichow);* XVI) in provincia Fuchlenensl *(Fukien)* sedes Fuccuvensls (de *Foochow)* erit metropolltana et dioeceses Sciiamenensis (de *Hsiamen* seu *Amoy)* ac Funimcnsls (de *Funing)* erunt ei suffraganeae; XVII) in provincia Coamtomensi *(Kwanglung)* sedes Coamccuvensis (de *Kwangchow* scu *Canton)* erit metropolitana, cui suffraganeae erunt Scllamcblamensls (de *Hsiangkiang* seu *Hongkong),* Chlalmensls (de *Kiaying* seu *Kaying),* Chiammencnsis (de *Klanglmen* seu *Kongmoon),* Pehævcnsls (de *Pehai* seu 30 *Pakhoi),* Sciaoceuvensls (de *Shaochow* seu *Shiuchow),* el Sclanteuvensis (de *Shantow* seu *Swatow)* dioeceses; XVIII) In provincia Coamsiana *(Kwangsi)* sedes Nannimensis (de *Nanning)* erit metropolitana et Illi suffraganea erit dioecesis Uccuvensls (de *Wuchow);* XIX) In provincia Coelceuvcnsi *(Kweichow)* scdes Coeiiamcnsls (de *Kweyang)* erit metropolitana, cui Nganlomensls (dc *Anhmg* Coenmimensls (de *Kungming* seu *Yûnnan),* cul suffracanca dabitur scdes Tallana (de *Tali).*

Quibus viginti, quas memoravimus, ecclesiasticis provinciis una cum suis metropolitan!! ct cathedrailbus Ec deslis utl supra erectis et constitutis, Archlepiscopi seu

Episcopi sedem in locis, a quibus unaquaeque archldioecesis vel dioecesis nomen mutuatur, figimus et ℭonstitui mus; Antistitis vero cathedram in ecclesia, quae hucusque princeps habebatur in Vicariatibus Apostolicis ad archidloecesis seu dioecesis gradum et dignitatem nunc evectis.

Singulis autem novarum harum Archidioecesium seu Dioecesium pro tempore Antistitibus omnia concedimus lura et privilegia, honores, insignia et favores, quibus celeri per orbem Metropolitae seu Episcopi iure communi (ruuntur et gaudent; itemque omnia Antistitibus ipsis inlungimus onera ct obligationes, quibus ceteri Antistites adstringuntur, Archleplscopls vero facultatem peculiarem tribuimus Crucem ante se deferendi et sacro Pallio utendi, postquam tamen hoc in sacro Consistorio ab Apostolica Sede de more postulatum et obtentum fuerit.

Cum porro locorum et temporis huius adluncta haud permittant quominus in novis istis dioecesibus canonicorum capitula instituantur, indulgemus ut pro canonicis consultores dloecesanl ad luris tramitem eliguntur et adhibeantur.

Quod vero ad earumdem dioecesium regimen et admlnbtratlonem attinet; ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem; ad clericorum et fidelium iura ct onera; aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones decernunt.

Episcopalem insuper uniuscuiusque dioecesis mensam constituent reditus iam ibi exsistentes et fidelium oblationes quae ad hunc finem colligentur.

Volentes insuper Nos quas uti supra constitutas Sedes Idoneis providere Pastoribus, venerabiles Fratres dignissimos Praesules, qui usque nunc in sibi creditis Vicariatibus Apostolicis tam sedulam catholicae religioni prove-
Ki hendae curam contulerunt, Archiepiscopos vel Epi/scopos suae cuiusque Sedis renunciamus et constituimus, atque proplerea illos a vinculo absolvimus episcopalium Ecclesiarum, quarum titulos una cum Vicariatu hucusque tenuerunt, nec non earumdem novarum Ecclesiarum sibi commissarum curam, regimen et administrationem tum in spiritualibus tum in temporalibus plenarie committimus una cum omnibus iuribus et privilegiis, oneribus et obligationibus suo pastorali muneri inhaerentibus.

De apostolicae igitur potestatis Nostrae plenitudine:

In Provincia Momcuvana:

V. Fr. Ludovicum Morel a titulari Ecclesia Araxensi ad netropolilanam Ecclesiam Soeilûenensem transferimus; V. Fr. Leonem Desmcdt a titulari Ecclesia Adraena ad cathedralem Ecclesiam Sivanzcanam; V. Fr. loseph Fanhemngan 4 a titulari Ecclesia Paphiensi ad cathedralem Ecclesiam Zinimensem; V. Fr. Carolum van Melckebeke a titulari Ecclesia Sufetana ad cathedralem Ecclesiam Nimsciianam.

In Provincia Manceuvensi:

V. Fr. loannem Mariam Blois a titulari Ecclesia Lambaesitim ad metropolitanam Ecclesiam Fomtienensem; V. Fr. ae tum Gaspals a titulari Ecclesia Canopitana ad cathe- i Ecclesiam Chilinensem; V. Fr. Aloisium Janssens a titulari Ecclesia Faustinopolltana ad cathedralem Ecclesiam Geholensem; V. Fr. Aloisium Laplerre a titulari Ecclesia Cardiccnsi ad cathedralem Ecclesiam Senlmchiaevensem; V. Fr. Theodorum Breher a titulari Ecclesia Hieritnna ad cathedratem Ecclesiam lenchivcnsem; V. Fr. Franclscum Aloisium Lane i titulari Ecclesia Hypacpena ad cathedralem Ecclesiam Futcloenensemh

In Provincia Hopeana:

V. Fr. loannem de Vienne a titulari Ecclesia Abrittena ad cathedralem Ecclesiam Tlenzlnensem; V. Fr. Eugenium Lebcuille a titulari Ecclesia Conanensl ad cathedralem Ecclesiam
>77 Iomplmensem;/V. Fr. loseph Ceuzisce4 a titulari Ecclesia Cratiens! ad cathedralem Ecclesiam Paotimensem; V. Fr. loannem Ciampité4 a titulari Ecclesia Antipyrgensi ad catedralem Ecclesiam Cinoscienensem; V. Fr. loseph Zoeisceutiûn * a titulari Ecclesia Tanaltana ad cathedralem Ecclesiam lomnienlnam; V. Fr. loseph Ciamgioenpuo · a titulari Ecclesia Tadamatensi ad cathedralem Ecclesiam SlQenhoavensem; V. Fr. loannem Baptistam Uamzemi ⊺ a titulari Ecclesia Lamlana ad cathedralem Ecclesiam Ngancuovensem; V. Fr. Franclscum Xaverlum Ciaoccnscem · a titulari Ecclesia Bisiceasi ad cathedralem Ecclesiam Sclenclenensem; V. Fr. lob Onehlmim · a titulari Ecclesia Pertensi ad cathedralem Ecclesiam Cemtimensem; V. Fr. Ignatium Krause a titulari Ecclesia Bindaea ad cathedralem Ecclesiam Scioenteanam;

In Provincia Sciantomensi:

V. Fr. Cyrillum Rodulphum Jarre a titulari Ecclesia episcopali Metropolitana in Asia ad metropolitanam Ecclesiam Zlnanensem; V. Fr. Thomam S. R. E. Cardinalem Tienchensin a titulari Ecclesia Ruspensi ad cathedralem Ecclesiam Zlmtaovensem; V. Fr. Franclscum Hoowaarts a titulari Ecclesia Ucrensi ad cathedralem Ecclesiam Zaoceuvmsem; V. Fr. Theodorum Schu n titulari Ecclesia Trapezopolitana ad cathedralem Ecclesiam lenceuvensem; V. Fr. Henricum Ambrosium Pinger a titulari Ecclesia Capitoliensi ad cathedralem Ecclesiam CeuzOenensem; V. Fr. Carolum Weber a titulari Ecclesia Daldiana ad cathedralem Ecclesiam Iceuvensem: V. Fr. Ludovicum Prosperum Durand a titulari Ecclesia Sebeliensi ad cathedralem Ecclesiam lentaevensem; V. Fr. Thomam Nieuhoeichim 44 a titulari Ecclesia Serteltana ad cathedralem Ecclesiam lamcuvensem;/ 308

In Provincia Sciansiana:

V. Fr. Dominicum Lucam Capozi a titulari Ecclesia Attalensi in Pamphylia ad metropolitanam Ecclesiam Taeiûenensem; V. Fr. Franclscum Lieuchlnuen ’’ a titulari Ecclesia Lampsacena ad cathedralem Ecclesiam Fenlamensem; V. Fr. Franciscum Joosten a titulari Ecclesia Germanlcopolltana ad cathedralem Ecclesiam Tatomenscm; V. Fr. Edgarium Antonium Haering a titulari Ecclesia Antedonensi ad cathedralem Ecclesiam Scioceuvensem; V. Fr. Herraenegildum Focaccia a titulari Ecclesia Antlphrensi ad cathedralem Ecclesiam lüzeanam; V. Fr. Franclscum Gerardum Constantem Kramer a titulari Ecclesia Europensi ad cathedralem Ecclesiam Lunganensem;

In Provincia Scensiana;

V. Fr. Pacificum lulium Vanni a titulari Ecclesia Zaparena ad metropolitanam Ecclesiam Singanensem; V. Fr. Caelestinum IbaOez y Aparicio a titulari Ecclesia Bagcna ad cathedralem Ecclesiam lennganensem; V. Fr. Marium Clvelli a titulari Ecclesia Tabborensi ad cathedralem Ecclessiam Hanciomenscm; V. Fr. Philippum Silvestrum Uamtaonam ’’ a titulari Ecclesia Athribitana ad cathedralem Ecclesiam Fomsiamenscra; V. Fr. Fcrdinandum Fulgentium Pasinl a titulari Ecclesia Bybliensi ad cathedralem Ecclesiam Sanlûenensem;

In Provincia Cansuana:

V. Fr. Theodorum Buddenbrock a titulari Ecclesia Issensi ad metropolitanam Ecclesiam Lanceuvensem;

In Provincia Chiamsuana:

V. Fr. Paulum lûpln 14 a titulari Ecclesia Sozusena ad rnetropolitanam Ecclesiam Nanchimensem; V. Fr. Simonem Ciuchaemin 14 a titulari Ecclesia Lesvilana ad cathedralem Ecclesiam Haemencnsem;/V. Fr. Augustum Haouisée a titulari Ecclesia 309
Cercinitana ad cathedralem Ecclesiam Sciamhaevensem; V. Fr. Philippum COté a titulari Ecclesia Polystyliensl ad cathedralem Ecclesiam Siûceuvensem;

In Provincia Nganhoeivensi:

V. Fr. Fridericum Melendro a titulari Ecclesia Remeslanensi ad metropolitanam Ecclesiam Nganchlmensem; V. Fr. Zenonem ArAmburu a titulari Ecclesia Eressiensl ad cathedralem Ecclesiam Uhuvensem; V. Fr. Cyprianum Cassini a titulari Ecclesia Drlvastensl ad cathedralem Ecclesiam Pampuvensem;

In Provincia Honanensi:

V. Fr. Assuerum Theofanum Bassi a titulari Ecclesia Tabena ad cathedralem Ecclesiam Lolamensem; V. Fr. Franclscum Xaverlum Ochoa a titulari Ecclesia Chuslrensi ad cathedralem Ecclesiam Coeitcvensem; V. Fr. Petrum Massa a titulari Ecclesia Citharizena ad cathedralem Ecclesiam Nanlamensem; V. Fr. Vitum Ciamzohoan 14 a titulari Ecclesia Egugensl ad cathedralem Ecclesiam Slniamensem; V. Fr. loseph îûencoce 14 a titulari Ecclesia Calydonlensi ad cathedralem Ecclesiam Clumatienensem;

In Provincia Secioanensi:

V. Fr. Aloisium Gabrlclem Xaverlum Jantzen a titulari Ecclesia Tremltbusla ad metropolitanam Ecclesiam Ciomchimensem; V. Fr. lacobum Victorem Rouchouse a titulari Ecclesia Aegenensi ad cathedralem Ecclesiam Cemtuanam: V. Fr. Petrum Silvanum Valentin a titulari Ecclesia Zeugmatensi in Syria ad cathedralem Ecclesiam Camtimensem; V. Fr. Stanislaum Baudry n titulari Ecclesia Isauropolitona ad cntcdralcm Ecclesiam Nimluenensem; V. Fr. Franclscum Vamcepu lî a titulari Ecclesia Sindensi ad cathedralem Ecclesiam. Uamscicnensem;/V. Fr. Paulum Unamuecem 14 a titulari 310

'Anjioc Flag Hen-an. *1 Anglic* Cboa Chlihih. *4 Anglic* Qung drw *tubtcribil:* Tchang. *4 Anglice.'* Tsui ShouhsÛo. *idem snbscribii,* Tfori · *Angite* Chang Juc-po, *idem rubteribii:* Tchang. *T Anglic* *c< Tten<-yi. · *Anglic* *Chzo Cben-iheng, idem subxcribii:* Tchao. *4 An-gliee:* Cben Chi-niinz, *idem nheribiL* Tehran. Nin Hui-chinf" *Anglic* Uu Chin-WTO. *idem tnbunbiL'* Licoa. *IA Anglic* Tx >' nan. *14 Angliee:* YQ Pin. 14 .{«{her- Cha Kxi-aiia. *idem mhicribU-* Tsu. >4A«fkc«r Cbuxg Tso·hcan. 14 Yuw Ko-cLih, Urw rw>- *tcribii:* Yura. Wan< Tse·pa, mhsersNl· Chwrc ts're ?'«· *14 Anglice: Wzag* Wra-cben^. Urm *tnhimbü.*· O»n< Oora tebeo.

Ecclesia Olenensi nd cathedralem Ecclesiam Scioenchlmenseni; V. Fr. Rennturn Desideratum Romanum Bo!s«u^rin a titulari Eccclesia Celenedrituna ad cathedralem Eclesiam Siûfuanam;

In Provincia Hupeana:

V. Fr. Eduardum Galvin a titulari Ecclesia Myrinenii ad cathedralem Ecclesiam Haninmensem; V. Fr. Natalem Gubbeli a titulari Ecclesia Attudensi ad cathedralem Ecclesiam Idamensem; V. Fr. Alfonsum M. Conradum Ferronl n titulari Ecdesia Aspendiensi ad cathedralem Ecdesiam Laohocheuvensem; V. Fr. Rembcrtum Kowalski a titulari Ecclesia Ipsensi ad cathedralem Ecclesiam Udamensem:

Ln Provincia Hunanensi:

V. Fr. Secundinum Petronium Lacchio a titulari Eeclesia Praenetlensl nd metropolitanam Ecdesiam CiamscUvensem: V. Fr. Raphaélem Angelum Palazzi a titulari Ecclesia Narensi ad cathedralem Ecdesiam Hemceuvensem; V. Fr. Gutbertum Murtinum O' Gara a titulari Ecdesia Elidensi ad cathedralem Ecclesiam lûenlimensem; V. Fr. Gerardum Herrero Garrote a titulari Ecdesia Zorolensi ad cathedralem Ecdesiam Clamteanam;

In Provincia Chiamsiana:

Ad christlfidelium salutem ac profectum nec non ad Catholicam Fidem propagandam patema caritate intenti, eoque permoti consilio, ut publicis rationibus, quae inter Apostolicam Sedem et Nationum Gubemia intercedunt, opportune consulamus, in Libanensi quoque Republica Apostolicam Nuntiaturam erigere statuimus, quum hoc aa communem tuendam et Ecclesiae et ipsius Relpublicae utilitatem profuturum confidamus. Rebus propterea omnibus sedulo perpensis, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae Eotestatis plenitudine, harum Litterarum tenore. In Repulica Libanensi Nuntiaturam Apostolicam erigimus, eius sede in civitate «Beirut» constituta, cldemque Nuntiaturae omnia et singula deferimus privilegia, honores atque indulta, quae hulusmodi Legationum propria sunt. Haec statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces lugiter exstare ac nermanere; ipsique Nuntiaturae per Nos in Libanensi Republica erectae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; Irritumque ex nunc ct inane fieri si quidquam, secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis Martii, anno mcmxxxxvh, Pontificatus Nostri nono.—Pius Pp. XII.

1919

1947 MAR 25.-SC CONS., DECR. AAS 39 (1947) 635-636

TARVISINA

Collatio tituli abbatlalis ecclesiae paroecialis. et privilege, abbati-parocho concessa

Inclita Ordinis S. Benedicti familia, decimo vertente saeculo, exstructo abbatial! monasterio, locum incoluit qui nunc vulgo *Monastler* nuncupatur: ibique omnium bonarum artium, potissimum in commodum ruricolarum, per plura saecula altrix providentisslma exlitit. Ita ut hodiernus pagus ex eodem monasterio ortum sumeret ct nomen mutuaret. At. proh dolor, cum per Italiae regiones neapoleonica vexatio grassaretur, monachis dispersis bonisque abbatiae usurpatis, priscus monasterii splendor evanuit. Culus tamen monumentum usque ad nostra tem-

pora superfuit ecclesia abbatialis, quae clero Tarvisinae dioecesis cum cura animarum concredita fuit. Haec quidem vetus abbatialis ecclesia anno 1918, bello magno saeviente, bellicis offensionibus graviter laesa et paene diruta est.

Nunc autem, arte ct decore insignis, in pago *Monastier* nova ecclesia paroecialis, sumptu magno fldeliumquc oblationibus apliorique in loco, a fundamentis est excitata.

Quibus expositis Exahus P. D. Antonius Mantiero, Episcopus Tarvisinus, a Sanctissimo Domino Nostro Pio Divina Providentia Pp. XII expostulavit ut nova ecclesia paroecialis praedicta eiusque pro tempore rector seu parochus *titulo abbatiali* condecoraretur.

Quapropter Beatissimus Pater, hisce omnibus mature perpensis, oblatas petitiones benigne excipiendas esse censult ideoque ne perantiquae olim insignis abbatiae nomen et a monachis O. S. B. egregie gestorum memoria pereat, atque ad ostendendum signum Suae peculiaris benevolentiae erga Clerum et populum pagi *Monastier* ob bene merita in aedificatione novae ecclesiae paroecialis, eamdem ecclesiam iIliusque parochum pro tempore existentem *Ululo abbatiali* in perpetuum decorare dignatus est.

Insuper de consulto Sacrae Rituum Congregationis,
636 Abbatl-Parocho/ut supra memorato, durante munere et intra fines dioeceseos, quae sequuntur privilegia libenter induisit:

1) Titulo *Monsignore* cohonestari.

2)Habitum praelatitium coloris violacei in sacris functionibus gestare, idest caligas, collare, talarem vestem cum cauda numquam explicanda, sericam zonam cum duobus flocculis pariter sericis a laeva pendentibus, et palliolum seu mantclletum, supra rocchetum; insuper nigrum blretum flocculo ornatum coloris violacei; pileum item nigrum cum vitta serica, opere reticulato exornato eiusdem coloris violacei; rublnl autem coloris erunt ct serici: ocelli, globuli, exiguus torulus colhim et anteriores extremitates vestis et mantelleti exornans, eorum subsutum, itemque reflexus (paramani) in manicis (etiam rocchetti).

3) Alio habitu, Romanae Curiae praelatorum proprio vulgo *piano* appellato, uti in conventibus, solemnibus audientiis ecclesiasticis et civilibus: idest caligis et collari violacei coloris, veste talari nigra cum ocellis, globulis, torulo ac subsuto, ut supra, rubini coloris, serica zona violacea cum laciniis pariter sericis et violaceis, peramplo pallio talari item serico violaceo, non ondulato, absque subsuto aut ornamentis quibusvis alterius coloris, ac pileo nigro cum chordulis et sericis flocculis violacei coloris. Communi habitu incedens, caligas et collare violacei coloris ac pileum, ut supra dicitur, gestare.

4)Habere presbyterum adsistentem in Missis solemnibus cum cantu.

5) Tandem palmatoria uti (a qua tamen abstinendum coram Ordinario vel maiori) in Missis cum cantu vel etiam lectis cum aliqua solemnitate celebranda; Item in Vesperis aliisque solemnibus functionibus.

Quibus super rebus Sanctissimus Dominus praesens edi iussil Decretum perinde valiturum ac sl super iisdem Apostollcae sub plumbo Litterae datae forent.

Ad haec exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputare dignata est Excrîium P. D. Antonium Mantiero, Episcopum Tarvlsinum, cum facultatibus necessariis et opportunis ad effectum de quo agitur, etiam subdelegandi virum ecclesiasticum in dignitate constitutum, cum onere quam citius ad hanc S. Congregationem Conslstorialem mittendi auhentlcum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibusvis minime obstantibus etiam peculiari mentione dignis.

Datum Romae, ex Aedibus S. Conslstorlalis Congregationis, die 25 Martii 1947, in festo Annuntiationis B. Mariae Virginis.—Fr. R. C. Card. Rossi, α *Secretis.* B. Renzoni, *Adsessor.*

1920

1947 MAR 25.-SC REL., DECR. AAS 39 (1947) 131-132

Commissio iurisperitorum constituitur pro institutis SAECULARIBUS CHRISTIANAE PERFECTIONIS ADQUIRENDAE

Publici luris lam facta Constitutione Apostolica Pronida Mdfcr *Ecclesia* |LE 1908), omnia diligenter parare oportet quae ad Ipsius interpretationem, applicationem, complementa, necessaria seu opportuna videntur. Ideo ex Audientla Ssilil, habita ab infrascripto Cardinali huius Sacrae Congregationis Praefecto die 24 vertentis mensis Martii, specialis Commissio iurisperitorum instituitur, quae Sacrae Congregationi in. illis omnibus assideat, quae ad legislationem Instituta saccularia quoquo modo respicientem ct ad Ipsorum Institutorum approbationem atque evolutionem spectant.

Commhsaril, quibus alii, prout necessitas vel utilitas suggerat, addentur, sequentes Rrvihi Patres recensentur:

Revxhus P. Emmanuel SuArcz, Magister Genendis Ordinis Praedicatorum; Rvihui P. Joseph Grendel, Superior Generalis Congregationis Verbi Divini; Rvihus, P. Agatangelus a Langnsco. Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum; Rvilius P. loseph Crcusen, S. !.. in Pontificia Gregoriana Universitate luris Canonici Professor: Rvihus P. Servus Goyeneche, C. M. F., Professor luris Canonici in 1'ontificio Athenaeo Utriusque luris luitcrancnsl; / Rvihus D. Aivαrus del Portillo, Procurator Generalis Instituti saecularis «Opus Dei», *a secretis.* 132

Datum Romae, cx Aedibus Sacrae Congregationis de Religiosis, die 25 Martii 1947.—A. Card. Lavttrano, *Praef.* Fr. L. H. Pascito, Archiep. tit. Iconien., *Secr.*

1921

1947 MAR 26. SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.·

DATUR DOCUMENTUM LIBERTATIS A .MATRIMONIO CONTRACTO CUM DISPENSATIONE DUBIE VALIDA IMPEDIMENTI DISPARITATIS CULTUS INTER PARTEM CATHOLICAM ET PARTEM NON BAPTIZATAM

Casus—The Tribunal of the Archdiocese of New York submitted the following questions to the Holy Office on December 29, 1945:

1. Whether the aforesaid exception for Jews, which is contained in the Quinquennial Faculties granted by the Holy Office, n. 3 concerns persons who are bom of one Jewish parent, the other parent being a baptized non-Catholic.

2.Whether in the present case the woman A. S. is to be considered a Jew, so that a dispensation cannot be given her in virtue of the Quinquennial Faculties granted by the Holy Office, to enable her to marry a Catholic man.

Solutio—The reply of the Holy Office, entitled «.Vu/-*litalis Matrimonii vel Dissolutionis eiusdem·,* Prot. N. 230m-46, was as follows: This Supreme Sacred Congregation has examined the record in the case of the nullity of a marriage In the year 1945, with a dispensation from disparity of cult (whose validity, however, is in doubt), contracted between N. C., a Catholic man, and A. S., an unbaptized woman.

In the plenary session of Wednesday 26 March, 1947, the Eminent and Most Reverend Fathers of this Supreme Sacred Congregation, to the question:

«Whether a recommendation is to be made to His Holiness that —if the absence of baptism in the woman A. S. is proved with certainty— a *documentum libertatis* be granted to the Petitioner N. C., so that he can validly and llcitly contract a new marriage before the Church», decided to reply: In the *affirmative.*

On Thursday 27 March, 1947, His Holiness by divine Providence Pope Pius XII, in the audience granted to His Excellency the Most Reverend Assessor of the Holy Office, after receiving a report of the entire matter, graciously deigned to grant the favor according to the above Decree, *servatis de iure servandis,* all things to the contrary notwithstanding.

• Ordinario Neo-Ebcracorui, Prot N. 23Orr./40, iuxta BOUSCAREN III 421-422.

1922

1947 MAR 31.-SC CONSISTORIALIS, MONITUM. PART.·

Circa obligationem utendi iure suffragii in ELECTIONIBUS POLITICIS ITALIAE

Roma, 31 marzo 1947

Eccellenza Heuerendisslma, **Glà due volte nell'nnno 1945 questa S. Congregazione per Augusto mandato sl rivolse agli Eccriil Ordinari d Italia per richinmare, se pur ve ne fosse bisogno. Ia lora attenzlone sui devore pastorale di istrulre l fcdeli In occasione ed in prossimitù di partlcolarl eventi dal quali dipendevano le sorti del Paesc neft'ordine, soprnttutto, morale e sociale.** r ·

Sa bene quest» S. CongrcRnzionc come «U Eccrtil Arcivc-scovi adempirono l dovcri del boro sacro minIstero, Istrucndo In omni *pallentia tt doctrina,* c come potcrono cosl conseguire, in Renere, consolanti risultntl; è pur slcura questa medeslma S. Congregazione che nl rlnnovnrsl delle clrcostanzc gli stessl Eccibl Presuli ripeteninno. In tempo opportuno, e continuando sine *Intermliilone,* i Loro solcrti insegnamentl; pur nonostante questo Sacro Dlcastero vuolo ancorn ripetere, confortato dalla Superiore npprovazione, csserc necessario Impartire ni fedeli chiaramente e ripetutamentc, sla che sl Lralti di clezloni politiche o dl elezioni nmmlnistrativc, di clezloni nazionall o dl elezioni regionali, le segucntl norme:

1.—In considcrozlonc del nerlcoli, nl quail sono cspostl kt religione e ll bene pubblico, la cul gravitâ eslge la ĕollabora done concorde degli onestl, tutti coloro, che nanno dlritto dl voto, di qunlslasl condlzlonc, sesso od etù, senza alcuna eccezlone, e percld anche sc professano un particolare religioso tenor dl vita, sono in coscienza strçttamente e gravemonte obbligati di far uso dl quel dlritto.

X—I cattollci nossono dare ll loro voto soltanto a quel candidat! o a quelle Uste di candidati, dl cut si ha la certezza che rispetteranno c difendernnno I'osservanzn della legge divina e l dlritti della religione e della Chiesa nella vita privata e pubblica.

Quanto più il programma e l'azlone pratlca del singoli candidati o dl una lista di candidati renderanno giustificata e fondata questa certezza, con tanta maggior tranquillitù dl coscienza l cattolicl potranno votare in loro favore.

In attesa dl cortese cenno di ricevuta della presente, con distinto ossequio mi professo ďell Eccellenza Vostra Reviha come fratello - fr. R. C. Card. Rossi, *Segretarlo.*

• Ordinariis loco:urn Italiae, Prot. N. 216/45: ME 59 (1947) 114-115

1923

1947 APR 7.-PIUS XII, MOTU PR. AAS 39 (194η 155-163

De rota nuntiaturae **APOSTOLICA.E IN HISPANIA** denuo **CONSTITUENDA ET DE NORMIS AB IPSA ROTA NUNTIATURAE SERVANDIS**

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam

Apostolico Hispaniarum Nuntio constat iam a saeculo XVI a Summis Pontificibus singulare privilegium collatum fuisse ecclesiasticas causas cognoscendi et terminandi. Quod pervetustum tribunal per Apostolicam Constilotionem *Administrandae / Justitiae,* die 26 martii 1771 a 156 Cernente Pp. XIV latam, novam ordinationem et nomen nactum est Rotae Nuntiaturae.

Quae Rota z\postolicae Nuntiaturae, a civitate plene recognita ac sustentata, indicibus ex variis catholicae nationis hispanlcae provinciis aeque delectis, quorum plures magnam assecuti sunt famam, diu viguit et floruit.

Lamentabilis autem rerum publicarum perturbatio, qua panels abhinc annis ct solemnis cum Sancta Sede conventio abrupta est, et sacramentalis natura matrimonii denegata, et sacra quaeque pessumdata, fecit ut ipsa Rota subverteretur. Quare decessor Noster Pius Pp. XI fel. rec., die 21 iunii 1932, Rotam Nuntiaturae Apostollcae in Hispania iure suppressit (LE 1185].

Nunc vero, cum ciusmodi incommoda remota sint atque sacramentalis matrimonii natura iterum agnita, complurium Hispaniae Antistitum nec non publicae rei Moderatorum volis obsecundare cupientes, denuo constituendam censulmus Rotam Nuntiaturae Apostollcae, tribunal mere ecclesiasticum pro causis ecclesiasticis ad tramitem iuris canonici agendis, camque praesentibus litteris constituimus atque sequentes normas vim legis habituras eidem tribuimus, nostri temporis condicionibus opportune accommodatas:

.VO/LVAE A *ROTA NUNTIATURAE APOSTOLICAE IN HISPANIA SERVANDAE*

Ca p. I—*De constitutione tribunalis*

Art. 1.—Rota Nuntiaturae Apostollcae, Matriti constituta, est tribunal collegiale, ordinarium, praesertim ad recipiendas appellationes contra sententias ecclesiasticas In Hispaniae dicione latas.

ArL 2.—Rota constat ex septem Auditoribus, quibus praeest eorumdem Decanus, primus inter pares. Iidem vix ac attigerint septuagesimum secundum aetatis annum emeriti evadunt et a munere cessant.

Art. 3.—Auditores sacerdotes sint oportet, civitate hispanl, ex legitimo matrimonio nati, maturae aetatis, laurea doctoral! saltem In iure canonico praediti, honestate vitae, prudentia et iuris peritia praeclari. / 157

Art. 4.—Auditores post Decanum ordine sedent ratione antiquioris nominationis, et in pari nominatione ratione antiquioris ordinationis ad sacerdotium, nisi iunior ordinatus sit a Romano Pontifice, ct in pari nominatione et ordinatione presbyterali, ratione aetatis (can. 106, 3.®).

Art. 5.—Vacante decanatu, in officium Decani ipso iure succedit qui primam sedem post decanum obtinet.

Art. 6.—1.® Auditores libere eliguntur a Romano Pontifice, perspecto indice candidatorum, quos conventus Metropolitanorum, collatis consiliis cum suis Suffraganeis, idoneos judicaverit.

2.® Praeses conventus Metropolitanorum indicem et Nuntio Apostolico et Status Moderatori simul mittet, ut hic, si quas habeat politicas generalioris ordinis difficultates adversus quempiam candidatorum, exponere queat. Cum vero Nuntius AposLolicus Gubernii responsionem acceperit aut cum, triginta diebus ab misso indice praeteritis, nulla ei responsio significata sit, indicem Apostolicae Sedi transferendum curabiL

3.® Auditoris nominatio a Summo Pontifice facta Hispaniae Moderatori significabitur, qui, eadem nominationis die, decretum feret quo novus Auditor uti Status magistratus agnoscitur eique propria tribuuntur civilia iura.

4.® Nominatio eodem tempore promulgabitur ab Apostolica Sede et ab hispanico Gubernio.

Art. 7.—Auditores sunt praelati domestici Sanctitatis Suae, eisque competunt omnia iura et privilegia huius gradus propria.

Art. 8.—Sunt praeterea Nuntio Apostolico adiuvando Auditor-Adsessor atque Abbreviator, qui eidem praesto erunt prout Ipsi opus fuerit. Hi duo Officiales, civitate hispanl, libere ab Apostolica Sede deligentur iisdemque iuribus ac officiis fungentur quae hactenus exercuerunt.

Art. 9.—Sunt quoque in Rota Promotor iustitiae pro tuendo bono publico et Defensor vinculi matrimonii el sacrae ordinationis; eisque dari possunt substituti, qui, sub eorum ductu, bonum publicum vel sacrum vinculum tueantur.

ArL 10.—Promotor iustitiae et Defensor vinculi, eorumque substituti, oportet sint sacerdotes, civitate hispanica gaudentes, laurea saltem in iure canonico insigniti, maturae aetatis, bonis moribus, prudentia ac iuris peritia praestantes.

Art. 11.—Promotor iustitiae et vinculi Defensor, nec non eorum substituti, eliguntur a Summo Pontifice, prae oculis habito indice candidatorum quem conventus Metropolitanorum, collatis consiliis cum suis Suffraganeis, per Nuntium Apostolicum exhibuerit.

Art. 12.—Ad conficienda et custodienda acta iudicialia sunt quoque/notarii, seu cancellarii, itemque scriptores ad 153 eadem exscribenda; omnes sacerdotio aucti, civitate hispanica gaudentes, et laurea doctorall aut saltem licentia in iure canonico praediti; eisque a Decano committuntur quoque cura archivi et bibliothecae nec non officia arcarii et ratiocinatoris.

Art. 13.—Notarii seu cancellarii et scriptores eliguntur a Nuntio Apostolico, spectato elencho candidatorum a Collegio Rotali exhibito.

Art. 14.—Expedit ut omnes Auditores, officiales et ministri tribunalis consecuti sint diploipa advocati rotalis, quo melius cognoscant stilum Sacrae Romanae Rotae et cum illo se conformare studeant.

Ari. 15.—Duo laid, hispanl, maturae aetatis et probatae vitae, officia cursorum et apparitorum praestant; ildemque in cura atque custodia habent sedem et aulam tribunalis.

Ca p. II—*De of/icto Auditorum, officialium d ministrorum tribunalis*

Art. 16.—Rota posita est sub auctoritate Nuntii Apostolici; quare, nisi aliud caveatur, ad Nuntium Apostolicum spectat eam potestatem In Rotam exercere, quam Episcopi exercent In sua tribunalia.

Art. 17.—.Auditores, Promotor iustitiae et vinculi Defensor, itemque ministri Rotae iura et officia habent, quae iudicibus, officialibus et ministris tribunalium ecclesiasticorum competunt, nisi aliter cautum siL

Art. 18.—Singuli Auditores, post nominationem, ante

quam iudicis officium suscipiant, coram Nuntio Apostolico. adstante Collegio Rotali, et notario in actis referente, iusiurandum praestant de munere rite et fideliter implendo ct de secreto servando.

Idem iusiurandum praestant Proniotor iuslitiae, Defensor vinculi eorumque substituti; notarii et scriptores, coram Collegio, nec non cursores seu apparitores coram Decano, in scriptis pariter referente notario.

Art. 19.—Decanus, salva auctoritate Nuntii Apostolici, universum tribunal moderatur; ideoque curat ut omnes officiales ct ministri tribunalis suum munus diligenter adimpleant.

Art. 20.—Impedito Decano, dus vicem supplet Auditor antiquior qui non sit impeditus.

Art. 21.—Rota indicat per tumos trium Auditorum, ex quocumque numero constiterit tribunal quod In praccecedenti instantia indicaverit.

Art. 22.—Cum causa aliqua legitime ad Rotam pervenit. Decanus tumum statuit, iuxta ordinem temporis quo
159 causae delatae sunt tri/bumdi; itemque Ponentem designat eum qui in tumo primam sedem occupat.

Art. 23 In prima Rotali instantia tumi co ordine procedunt, ut primus constet ex Decano et Auditoribus secundo ct tertio, alter cx secundo, tertio et quarto; tertius ex tertio, quarto et quinto; ct Ita deinceps ea lege ut tumus subsequens constituatur ab altero ex Auditoribus praecedentis tumi et duobus subsequentibus Auditoribus, iterum Incluso Decano cum duobus postremis Auditoribus, vel cum ultimo ex iisdem Auditoribus et secundo.

Art. 24.—SI agatur de appellatione a sententia rotali, tumus *ad quem* est ille qui constat ex Auditoribus Immediate antecedentibus eos quibus tumus *a quo* constabat.

causa Impediatur quominus partem habeat In tumo, Decanus Nuntium Apostolicum rogat ut alium Auditorem non Impeditum substituat.

Art. 26.—Si Ponens a Decano designatus iustam causam habeat munus declinandi, idem munus a Decano alii ex Auditoribus de tumo committi potest, edito decreto, omnibus, quorum interest, notlflcando.

Art. 27.—Ad Nuntium Apostolicum spectat decernere an in causis contentiosis, ad bonum publicum tuendum, Promoter lustltiae debeat intervenire, nisi iam intervenerit in praecedenti instantia aut eius interventus ex natura rei appareat necessarius, ut in causis impedimenti ad matrimonium contrahendum, separationis inter coniuges, piae fundationis quoad eius exsistentiam, iuris patronatus pro tuenda Ecclesiae libertate, vel ubi agitur de lege proessuali tutanda.

unum vel alterum Auditorem, aut contra Promotorem lustltiae vel vinculi Defensorem, de eadem iudicat ipsa Rota per tumum a Nuntio Apostolico statutum; si contra maiorem Auditorum partem aut integrum Collegium, de exceptione Iudicat Sancta Sedes,

Art. 29.—Si unus vel alter Auditor, aut Promoter lust-1 tlae vel vinculi Defensor, ad nonnam can. 1613 M 1-2, abstinere teneantur, vel declarati sint suspecti, Nuntius Apostolicus alios non suspectos substituit. Si vero maior Auditorum pars aut Integrum Collegium teneantur abstinere vel suspecta declarata fuerint, causa cognoscenda devolvitur ad Sanctam Sedem.

Art. 30.—Omnes officiales ct ministri tribunalis debent absentium collegarum partes mutua vice supplere, atque alter alteri adlumcnto esse, prout Decanus aequum indicaverit.

Art. 31.—Kalendarium iudiciarium, quo indicantur dies
160 et horae / quibus tribunal vacat causis agendis, et Auditores audientiam concedunt, decreto Nuntii Apostolici statuitur.

Art. 32.—Omnes qui tribunal Rotae constituunt clusdemque officiales et ministri certis stipendiis sustentantur et, firmo praescripto art. 2, n munere cessant iuxta normas lam antea In Hispania legitime probatas; iidem gravi de causa a competenti ecclesiastica auctoritate removeri possunt.

Art. 33.—Auditores, Promoter lustltiae, vinculi Defensor eorumnue substituti, necnon omnes ministri tribunalis Rotae, prohibentur munera advocati et procuratoris exercere, sive per se sive per Interpositam personam, apud quodeumque tribunal; Udemque districte vetantur ne quavis ratione se Ingerant In causas ecclesiasticas ad suum munus non pertinentes.

Art. 34.—Auditores oui secrctuin violaverint aut dolo vel gravi negligent ia litigantibus detrimentum attulerint, tenentur de damnis et a Nuntio Apostolico puniri possunt vel deferri ad Sedem Apostolicam iudicandi ad normam can. 1625 1-2.

Promoter lustltiae, vinculi Defensor eorumque substituti, necnon omnes ministri tribunalis qui officia sua violaverint, pariter tenentur de damnis et possunt puniri a Rotali Collegio ad normam can. 1625 § 3.

Cap. III *De competentia*

Art. 35.—Ob primatum Romani Pontificis quilibet fidelis in quovis iudicli gradu vel litis stadio potest quamlibet causam ad Sanctam Sedem deferre vel apud eam introducere; recursus autem Qd Sedem Apostolicam interpositus non suspendit, excepto casu appellationis, iurlsdlcllonem In iudice qui causam iam cognoscere coeperit (can. 1569 H 1-2).

Art. 36.—Causae reservatae Romano Pontifici aut tribunalibus Sedis Apostolicae et causae maiores a competentia Rotae Nuntiaturae Apostolicae excluduntur (can. 1557 H 1-3. 1600).

Art. 37.—Contra Ordinariorum decreta non datur appellatio ad Rotam; sed de recursibus exclusive cognoscunt Sacrae Congregationes (can. 1601).

Art. 38.—1.® Rota Nuntiaturae Apostolicae iudicat:

a) in secunda instantia causas quae iudicatae fuerint in prima instantia a quibusvis Hispaniae tribunalibus mctropolitanis vel immediate Apostolicae Sedi sublectis, sublatis tribunalibus semel pro semper designatis ad recipiendas appellationes (can. 1594 § 2); /

b) in tertia instantia, quatenus necessaria sit, causas quae a tribunalibus metropolitanis dicionis Hispaniae vel ab ipsa Rota iudicatae fuerint in secunda instantia;

c) in ulteriore instantia causas quae iudicatae fuerint ab ipsa Rota, quatenus ulterior propositio requiratur.

2.® Hoc tribunal iudicat etiam in prima instantia causas quas Nuntius Apostolicus, ad petitionem alicuius Episcopi in Hispania competentis, ob graves rationes eidem tribunali commiserit.

3.® Ob graves pariter et probatas rationes, utraque parte petente et consentiente Métropolite, poterit Nuntius Apostolicus, pro suo prudenti arbitrio et conscientia, causas circa matrimonii nullitatem a quibuslibet Hispaniae tribunalibus suffraganeis in primo gradu indicatas, Rotae Nuntiaturae Apostolicae in secunda instantia ludicandas mandare.

Art. 39.—Semper integrum erit partibus in hoc mutuo convenientibus causas directe ad Sacram Romanam Rotam per legitimam appellationem deferre, quae a quorumvis Ordinariorum tribunalibus ln primo gradu diiudicatae fuerint (can. 1599 § 1, 1.®).

Art Querela nullitatis proponitur ad normam can. 1893 et 1895; restitutio ln Integrum vero ad normam can. 1906.

Art. 41.—Si ob ulteriorem causae propositionem, vel querelam nullitatis, vel restitutionem in integrum, nova instantia requiratur et Rotae Nuntiaturae Apostolicae, quavis ex causa, desint iudlces necessarii ad tumum efformnndum, causa devolvitur ad Sanctam Sedem.

Cap. IV *De Procuratoribus et Advocatis*

Art. 42.—Munera procuratoris et advocati apud Rotam Nuntiaturae Apostolicae exercere possunt:

1.® Advocati consistoriales, Procuratores SS. PP. AA., Advocati S. Romanae Rotae, si sint hispani;

2.® 11 omnes qui a Nuntio Apostolico ad elusmodi munera gerenda admissi sunt.

Art. 43.—1.® Advocati et procuratores Rotae oportet sint catholici atque honestate et religionis fama praestantes. Acatholici non admittuntur nisi per exceptionem ct ex necessitate, ad nonnam can. 1657 § 1.

2.® Ut quis habituali advocati vel procuratoris munere fungi ac ln proprium eorum album referri possit, hlspanlca civitate poliere debet. Exceptiones huic normae ab Apostolico Nuntio, pro suo prudenti arbitrio et conscientia, admitti poterunt in aliqua tantum pecullAri causa. /

3.® Omnes advocati et procuratores lauream doctora-

Udem praeterea obligatione tenentur iusiurandum praestandi de munere rite et fideliter implendo.

Art. 44.—Album procuratorum et advocatorum Rotae a Nuntio Apostolico evulgatur.

Art. 45.—Procurator, nisi ob peculiaria rerum adiuncta Nuntius Apostolicus aliter indulgeat, MatrlLl residere debet.

Art. 46.—Procuratores ct advocati Rotae Nuntiaturae Apostolicae tenentur praestare pauperibus gratuitum patrocinium et observare leges canonicas tum communes tum proprias eiusdem sacri tribunalis.

Art. 47.—Procuratores ct advocati qui officio suo defuerint, possunt a Rotali Collegio reprehensionis nota inuri, poena pecuniaria mulctarl vel etiam, cum adprobationc Nuntii Apostolici, suspendi ab officio ct ab Albo expungi.

Art. 48.—Procuratorum ct advocatorum emolumenta non alia admittuntur quam quae fuerint n Nuntio Apostolico probata.

Cap. V—*Dc ordine iudiciario*

Art. 49.—Apud Rotam Nuntiaturae Apostolicae nullus alius ordo ludiciarius admittitur quam qui iure canonico statuitur, sive in Codice sive in aliis normis ecclesiasticis editis vel edendis, praesertim vero, quod attinet causas matrimoniales, in Instructione Sacrae Congregationis dc disciplina Sacramentorum dici 15 augusti 1936 [LE 13461, confirmata Pii Pp. XI m, pr. *Qua cura,* diei 8 decembris 1938 [LE 1457J.

Art. 50.—Cum causa apud Rotam proponitur, petitio vel appellatio dirigitur ad Nuntium Apostolicum, qui Rotae causam committit.

Art. 51.—Cum locus est citationi per edictum, Nuntius Apostolicus decernit per quae diaria vel periodica, praeter afflxionem ad fores Curiae, decretum citationis edendum siL

Art 52.—Si causa ad Rotam delata instructione indigeat, Ponens instructionem peragit, sed potest etiam alii Auditori de turno committere, nisi agatur de causa criminali, quo in casu officium instructoris a Decano alii Auditori tumo extraneo demandatur.

Art. 53.—Contra decreta Ponentis vel iudicis instruc-
163 toris datur recursus ad tumum a quo causa iudicanda est. /

Art 54.—Ad Episcopum domicilii coniugum spectat indicium ferre de exsistentia condicionum de quibus in art. 38 H 2 et 39 *b)* Instructionis Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum dici 15 augusti 1936.

Art. 55.—Ad Ordinarium coniugis pertinet tutorem vel curatorem admittere vel designare ad normam art. 78 Instructionis Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum diei 15 augusti 1936.

ArL 56.—Scriptae iudicuin conclusiones, de quibus in can. 1871 § 2, et sententiae redigendae sunt lingua latina, nisi iusta causa aliud suadeat.

Art. 57.—Res iudicata efficitur ad normam can. 1902, 1Λ3.·; et pro causis quae non transeunt in rem iudicatam ulterior causae propositio non admittitur nisi ad normam can. 1903, 1987 et 1989.

Art. 58.—Index taxarum et expensarum iudicialium, nec non emolumentorum pro advocatis et procuratoribus, a Nuntio Apostolico decreto sancitur.

Art. 59.-Rota Nuntiaturae Apostolicae quotannis tenetur referre de sua activitate Sacrae Congregationi de disciplina Sacramentorum iuxta litteras eiusdem Sacrae Congregationis diei 1 iulii 1932 [LE 1105).et m. pr. *Qua cura* Pii Pp. XI diei 8 decembris 1938, ɳ. V [LE 1457).

Quae omnia motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, praesentium Litterarum Apostolicarum tenore plenissime adprobamus, eisdemejue supremum Apostolicae Nostrae auctoritatis robur adiicimus. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere suosque plenos atoue integros effectus sortiri et obtinere, eldemque tribunali Rotae Nuntiaturae Apostolicae plenissime suffragari; sicque rite Judicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, dic vu mensis Aprilis anno mcmxxxxvti, Pontificatus Nostri nono.—Pius Pp. Xn.

Âda. C. BERNARDINI in Apoll. 22 (1949) 22-30; M. BONET in RS3C 2 (1947) 496-563; M. CABREROS in REDC 2 (1947) 863-395; L C. in NrT 79 (1947) 563.

192-4

1947 APR 10.-SC PROP. FIDE, INDULTUM. PART.·

Facultas datur sumendi simplicem aquam usque AD UNAM HORAM ANTE SACRAM COMMUNIONEM

Preces—*Beatissime Pater,* Ordinarius Dioecesis Multanensis In India, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit facultatem concedendi fidelibus, qui ob nimios regionis calores non raro nocturnis horis extenuanti siti cruciantur et magno tantum incommodo expectare possunt tempus Missae matutinae, ante S. Communionem, proxima tamen hora ante ipsam Communionem excepta, simplicem aquam bibere possint. Et Deus...

Rescr.—*Ex Audientia Sanctissimi die* 10 *mensis Aprilis vertentis anni* 1947. Ssmus D. N. D. Pius Prov. div. Papa XII, referente infrascripto S. Congregationis de Propaganda Fide Secretario, benigne annuere dignatus est pro gratia iuxta preces. Praesentibus valituris ad quinquennium.

Datum Romae ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die ct anno praedictis.—Celsus Costantinj, *a Secretis.*

*** Ordinario Multanensi in India. Prol. N. 1C6S: The Clergy Monthly 11 (1947) 32.**

1925

1947 APR 17.-SC S. OFFICII, INDULTUM. PART.·

Facultas datur celebrandi missam et s. communionem recipiendi horis vespertinis, servato ieiunio eucharistico per quatuor horas quoad cibum solidum et per unam horam quoad potum

Preces—*Beatissime Pater,* Franciscus Benedictus Cialeo, Episcopus Multanensis, ad solium Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit facultatem permittendi sacerdotibus sibi subditis ut S. Missam celebrent et S. Communionem distribuant, quoties rerum adiuncta id expostulent, etiam vespertinis horis, cum aliqua mitigatione legis servandi ieiunium eucharisticum.

Rescr.—*Ex Audientia Ssmi feria V die* 17 *Aprilis* 1947. Ssmus D. N. D. Pius div. Prov. Papa XII, praehabito voto Emorum Patrum S. Officii et audito Card. Praefecto S. Congregationis de Propaganda fide atque attentis extraordinariis huius temporis circumstantiis, benigne adnuere dignatus est pro gratia, qua Excmus Dominus Episcopus Multanensis permittere valeat sacerdotibus sibi subditis, qui curam spiritualem habent fidelium, ut Missam vespertinis horis celebrent, servato ieiunio ante Missae celebrationem per quatuor horas quoad cibum solidum et per unam horam quoad potum, quoties ob nimium sacri ministerii laborem vel locorum distantiam impossibile erit absque gravi incommodo. Sacrum ante horam tertiam decimam facere.

Item indulget Summus Pontifex ut Excmus Dnus Episcopus Multanensis, permittere valeat Missae celebrationem, cui notabilis pars operariorum qui mane laborarc coguntur adstet, horis vespertinis, pariter servato ieiunio ante Missae celebrationem per quatuor horas quoad cibum solidum et per unam horam quoad potum.

Tandem indulget Summus Pontifex ut fideles qui praedictis Missis adstent, possint Sacram Communionem recipere, pariter servato ieiunio quoad cibum solidum per quatuor horas et quoad potum per unam horam.

Idque ad biennium si tamdlu expositae extraordinariae circumstantiae perduraverint; quo exeunto Excmus Dominus Episcopus Multanensis de concessis dispensationibus accuratam relationem ad S. Officium mittet.—A. Ortaviani, *Adsessor.*

• Ordinario Multanenxi in India. Prot N. 278/47: Th© Clergy Monthly 11 (1947) 31-32.

1926

1947 APR 25. SC RIT., DECR. AAS 39 (1947) 240 241

LUCIONEN.

Decretum de fundatore determinando fratrum INSTRUCTIONIS CHRISTIANAE A 5. OADRIKLK

Fratres Instructionis Christianae a Sancto Gabriele, persuasum habentes Beatum I.udovlcum Grignton dc

Montfort eorum fuisse fundatorem, enixe postularunt, ut et ipsi una cum Patribus Missionariis Societatis Mariae ct Filiabus a Sapientia, sc pari iure, ad sollemnem eiusdem Bead Canonizolionem admitterentur. Consilio autem
241 inito cum Eὠo / Cardinali La Puma, tunc S. Congregationis Religiosorum Praefecto, reaue ad Sancdsslmum Dominum nostrum Pium Papam *XII per* infrascriptum S. Rituum Congregationis Cardinalem Praefectum relata, in audientia diei 18 Mali 1941, SancUtas Sua mandavit ut negotium de fundatore eorundem Fratrum Instructionis Christianae a S. Gabriele a S. Rituum Congregatione pertractaretur. Mandavit insuper ut Secdo historica eiusdem S. Congregationis rem prius accurate cognosceret, ab Erfiis Cardinalibus postea dc more discutiendam. Ita facium est ut Sectio historica, ea qua pollet auctoritate ac quaestionem de fundatione Fratrum Instructionis (stiariae a S. Gabriele, olirn a Spiritu Sancto nuncupatorum, funditus investigaret, fontibus ad rem undequaque collectis, cribratis atque editis; quibus innixi, historici Consultores, in plenario coetu adunati, propriam unusquisque edidit sententiam. Porro die 15 Aprilis vertentis anni, in Congregatione Ordinaria ad Vaticanas Aedes habita, se-?ucns dubium ab Efto Cardinali Friderico Tedcschini, onenle seu Relatore, propositum fuit, nempe: .An *Beatus Ludooicus Maria Grignlon de Montfort haberi possit uti fundator, non solum Presbyterorum Societatis Mariae et Filiarum a Sapientia, sed etiam Fratrum Instructionis Christianae a Sancto Gabriele.* Emi vero Patres sacris tuendis ritibus praepositi, re mature perpensa ac unanimi sententia Consultorum Sectionis historicae prae oculis habita, responderunt: *Negative. Constare immo fundatorem Fratrum Instructionis Christianae a Sancto Gabriele fuisse P. Gabrletem Deshayes.*

Facta postmodum eidem Sanctissimo Domino nostro Pio Papac XII per infrascriptum S. Rituum Congregationis Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua Purpuratorum Patrum responsum confirmare benigne dignata est.

Die 25 Aprilis 1947.—C. Card. Salotti, Ep. Praen., *Prae/.* A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secr.*

Ada. O. OESTERLE in CpR Z7 (1343) 75-89.

1927

1947 MAI 2.-SC RELIGIOSORUM, INDULT. PART

Facultas datur sodalibus tertii ordinis s. fran CISCI FERENDI SCAPULARE QUACUMQUE MATERIA EI COLORE confectum

Preces—*Beatissime Pater,* Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum, ad Pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter facultatem expostulat, qua Superiores, Visitatores et Directores Tertii Ordinis Franciscans saecularis In singulis casibus, iusta accedente causa, sodalibus eiusdem Tertii Ordinis permittere possint ferre scapulare quacumque materia ct colore confectum, cura omnibus iuribus, indulgentiis et privilegiis Tertio Ordini adnexis.

Et Deus, etc.

Rescr.—Vigore facultatum a Ssmo Domino Nostro concessarum. Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, Revmo P. Ministro Generali benigne commisit ut gratiam luxta preces pro suo arbitrio ct conscientia concedat ad quinquennium, servatis ceteris servandis.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 2 mail 1947.—F. L. H. Pasetto, *Secr.* H. Agostini, *Ad. a Stud.*

• **Procuratori Generali O. F. M.. Prot. N. 881/47: AOFM 66 (1647) 154. Rescriptsa saepe deinde renovatum est v. *qr.* die 3 Mail 1952 (AOFM 71 (1952) 184).**

1928

1947 MAI 10.-ROM. ROTA, NOTIFICATIO. PART

Augentur iterum procuratorum et advocatorum PROVENTUS PRO CAUSIS CORAM 8. ROMANA ROTA ACTIS

A. *DalTUdlenza di Sua Sanlltd del* 9 *maggio* 1947

Sun Santltà, audita In relnzione del sottoscritto, si é deinta approver* e confermnre che Il **totale dcgli onorari dei rocuratorl e drgli Awocati per le cause trattnte davanti al Tribunale della Sacra Romnnu Rota, fissati** Il **26 mnggio 1939 (LE 1478] da un minimo dl L. 1.000 ad un mnssimo di L. 7.000, siano elevaU da un minimo di L. 10.000 ad un nuissimo di L. 30.000.**

Dalla Cancelleria, 10 maggio 1917.—A. Jullirn. *Decano. J.* **M. Pinna. Vot**

Tari/fa dei proventi dei Procuratori e degli Auooeail per le cause Imitate danantI al Tribunale delta S. R. Rota l

	.M(nInto	Massimo
1) Per lo studio prclimlnare della causa c Pesame dcgll ntti . . .	2.000	4.000
2) Per l'lntroduzione dclla iatanza.	1.000	1.500
3) Per l'lstruttoria.....	1.000	6.000
4) Per le questioni incidental! complessivnmente.....	1.000	3.500
5) Per la difoa (compresa la composizione del Sommario) 1c risposte e la discussione ornle. .	5.000	15.000
Totale	10.000	30.000

C. *Osservazioni.*—**I. Le consultazionl, gli accès! al tribunals c le lettere sl riferiscano al capo nl quule appartengono.**

II. Per 1'accesso dei Procuratore o dell· Awocato ad un luogo fuori dl Roma, purehè richlesto o apnrovalo dal cliente, e eon Il **previo consenso di Mons. Ponente: Lit. 1.000 al giorno, a titolo d'indennità. oltre le spese de concordnrsi tra il cliente e** Il **Procuratore o ΓAwocato, con Papprovazionc di** Modi. **Ponente.**

III. Mons. Ponente, per gravi motivi, ha la facoltà di ridurre il minimo o numentare il masslmo delle somme sopra indicate. Nessun aumento è nmmesso per la somma che U **Procuratore o ΓAwocato è tenuto a versare alia Cassa-sovvenxione per il patrocinio gratuito. È victato ai Procuratori e Awocati di esigere tale somma dai loro clienti.**

1 **Prrle cause tratUte dai medesimi davanti agli altri tribunali si seguooo le tariffe dei tribunali stessi, determinate a nonna del can. 1909 ! x.**

• **ME 59 (1947) 117-11Θ.**

1929

1947 MAI 12.-R0MANA ROTA, NORMAE. PART

Regulae servandae in liquandis procuratorum et ADVOCATORUM PROVENTIBUS PRO CAUSIS CORAM S. ROMANA ROTA ACTIS

Art. **I—1. Il Procuratore o 1'Awocato nel presentare** nl **Tribunal© il mandato o la commissione, oppure** Il **cliente stesso, farà presso la Cassa dei Tribunale medesimo un deposito di L. 2-000,** Il **quale dovrà essere aumentato per ordine di Mons. Ponente, se prima della contestazione della controversia principale debbano essere risolte questioni pregiudlziali.**

2. La somma, che col decreto di concordanza del dubbio, si ordina di depositore nella cassa dei Tribunale, normolmente non sia Inferiore alie 8.000 Ure Italiano. La metà di dette somma dovrà essere versata subito o dlrcttamente dal cliente n **per il tramite del suo Procuratore o Awocato, il quale** la **preleverà dal deposito che il cliente ha fatto presso di lui. La seconda metà dovrà essere versata prima che Mons. Ponente concéda la licenza dl stnmpare il** *Restrictus iuris et factl.*

3. Se nel corso del processo la somma deposltata nella cassa del Tribunale sembrerà insufficient©. Mons. Ponente ordincrù che venga fatto dal cliente, o dal suo Procuratore 0 Awocato, un deposito supplemental.

4. Sc la somma da depositors! nella cassa del Tribunale non sia stata versata entro I **termini stabiliti, ipso** *facto* il **processo resterù sospeso; e di ciô sarà dato awiso al cliente dalla Cancelleria del Tribunale: la quale non potrà più ricevere istanze e documenti per la proseeuzione della causa.**

Art. **II—Se** Il **cliente darii commissioni distinte a due 0 più Awocati, gli emolumenti loro dovutl non potranno essere aumentati oltrc la metà per due Awocati, oltre il dopplo per più AwocatL**

Art. **III—1. Entro 10 giomi dalla definizione della causa, il Procuratore o l'Awocato dovrà presentarc a Mons. Ponente in nota delle sue spese e dei suoi proventi con le relative pezze giustiflcativc. Trascorso inulilmente questo termine, il Procuratore o ΓAwocato sarà passibile dl multa.**

2. Mons. Ponente, assunte le necessarie informazioni, emetterà un decreto col quale approverà le spese, e conterrù gli emolumenti nel limiti stabiliti dalle tariife. Se crederà di dover ridurre il minimo o aumentnrc il masslmo (Issato nelle tariffe medesime, ne Indichcrà I **motivi.**

3. Il **Canccllicre notifîcherà al Procuratore o ail*Awocato il decreto del Ponente insiemc con la sentenza definitiva.**

4. Contre il decreto di Mons. Ponente è ammesso il rlcorso **ni Turno che ha pronunzlato la sentenza. Contro il decreto del Turno non si dà appello.**

5. Il **Procuratore o j'Awocato dovrà saldare le tnsse del Tribunale e le spese della Cancelleria prima che sia notlficata** lu **sentenza definitiva, anche se Intenda appellare dalla me-**

desima, talva In facoltù dl chlcdernc il rimborso ncll'ultcrlore istanza.

6. Se sorg» qualche questione Incldcntalc circa la condanna del vlnto aile spese o circa lu compcnsazlone dcllo spese tnedesinie, sl osservino gli artlcoll 104 sqq. delle Norme clella S. R. Rota.

7. 11 Procuratore o ΓAwocato. nel render conto al suo cliente del denaro ricevuto in deposito, è tenuto a mandurgli un esemplare uutentlco del decreto dl Mons. Ponente, o del Turno, affinchè il cliente conosca che cosa debba ancora pagure o dl qualc somma debbu essere rimborsato.

N. B.— Il grntulto patrocinio o la riduzlonc delle spese giudizlali presso il Tribunale della S. 11. Rota vengono concessi a chl non nossa pugare In tutto o in parte le spese medesime e dlmostri che la sua causa non è futile o temeraria (can. 1914-1916; art. 17 s$. delle Nonne della S. R. Rota).

Ottcnuta la concessione del patrocinio grntulto. o la riduzlone delle spese, la parte non puô nominare il suo Awocato; nia questo vienc designato dalFEccilio Dccano dclla S. R. Rota.

AITAwocato cosl designato la parte non è tenuta a versare aleuna somma; nè l'Awocato puô csigcrla.

Secondo l'uso vigente presso la S. R. Rota, l'Ecciho Dccano concede una certa somma per clascuna causa agit Awocati che prestano 11 gratuito patrimonio.

Dalla Cancelleria. 12 maggio 1047.—Andbea Jullien, *Dtcano.* **Giovanni M. Pinna,** *Sotoro.*

• ME S3 (1947) 118-119.

1930

1947 MAI 20.-SC CAEREMONIALIS, RESPONSUM. PART.·

De privilegiis legatorum romani pontificis circa USUM THRONI, PRAESENTE ET ABSENTE ORDINARIO AUT METROPOLITA LOCI

Del Vaticano, a 20 moyo de 1947

Reverendo Padre: Con rclaciôn a su carta del 16 de marzo prôximo pasado, en la cual, por cncargo del Excmo. Sedor Arzobispo de Guadalajara, propone algunas preguntas que sc refieren a los privilégies de los Delegados Apostôlicos, esta Sagrada Congregaciôn tiene el honor de dar al respecto las siguientes respuestas:

1) El trono a que tiene derecho el Delegado Apostôlico, estando presente el Obispo, debe erigirse del lado dc la Epistola. En ausencia del Obispo, el Delegado Apostolico puede usar el trono episcopal.

2) El Delegado Apostôlico, que tiene las facultadcs de Legado *a latere,* aun cuando en realidad no lo sea, puede usar el trono erigido en cl lado de la Epistola cuando pontifica el Obispo.

3) Estando présente cl Delegado Apostôlico, cl Obispo pontifica en cl faldistorio, dejando libre su trono del lado del Evangelio. En este caso, cl Delegado Apostôlico asistc sôlo paslvamente en su trono al lado dc la Epistola, esto es, déjà todos los honores al celebrante. En cl caso de que el Obispo no pontifique, ni él ni cl Delegado asisten activamentc, sino que ambos, en sus rcspcctivos tronos, tienen sôlo asistencla pasiva.

4) El Metropolitano, estando présente el Delegado Apostôlico, conserva su derecho al trono, y ambos, cuando estâ presente el Obispo, ocupan un solo trono con dos askntos en cl lado de la Epistola. Estando ausente cl Obispo, el Delegado Apostôlico ocupa cl trono episcopal y el Metropolitano el del lado dc la Epistola.

Aprovecho esta oportunidad para ofreccrlc cl testimonio de mi distinguida consideration y repetirme de V. S· Revma. Devmo.—G. Card. Granito di Belmonte, Prae/.

• Chrijtuj 12 (1947) 643.

1931

1947 MAI 22. SC S. OFFICII, INDULTUM. PART.·

Conceditur, nonnullis sud conditionibus, dispensatio AB INTERPELLATIONIBUS FACIENDIS IN USU PRIVILEGII PAULINI

Preces—The Ordinary of Detroit, humbly prostrate at the feet of Your Holiness, represents the following:

Titius, unbaptized, contracted marriage with an unbaptized woman, Bertha, who became insane.

Titius, having been converted to the Faith and baptized, desires to enter a new marriage with a Catholic woman.

And now since he has been received Into the Catholic Church by baptism and desires to use the Pauline Privilege, he asks a dispensation from the interpellations to be made of the woman, in as much as they are useless.

Rescr.—22 Ala//, 1947. His Holiness, by Divine Providence Pope Pius XII, in the audience granted to His Excellency the Most Reverend Assessor of the Holy Office, graciously granted the favor of a dispensation from the interpellations to be made of the woman (provided it is morally certain, at least from a summary and extra-judicial process, that they would be useless).

Accordingly, after due preparation and the removal of any scandal by opportune measures, the petitioner Titius, without any interpellations, can validly and licitly contract marriage before the Church with a Catholic woman.

Servatis de iure servandis; contrariis quibuscumque non obstantibus.

♦ Ordinario Detroiten«L Prot. N. 1028/47: BCUSCAREN III 475-476

1932

1947 MAI 29.-COM. INTP., RESP. AAS 39 (1947) 373

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

1—De temporis supputatione. 2—De appellatione defensoris vinculi matrimonialis

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interoretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I—*De temporis supputatione*

D. I. An, electo uno temporis supputandi modo, hic, vi can. 33 § 1, in actionibus formaliter diversis, mutari possit.

D. II. An 1res Missae celebratae nocte Nativitatis Domini sint actiones formaliter diversae.

R.—*Ad I.* Affirmative.
Ad II. Negative.

II—*De appellatione Defensoris vinculi matrimonialis*

D.—An, provocante Defensore vinculi, vi can. 1987, contra secundam sententiam, quae matrimonii nullitatem confirmaverit, ad tertiam instantiam, Defensor vinculi ulterioris istius instantiae, etsi agatur de tribunali apostolico, interpositam appellationem, pro sua conscientia, deserere possit, ita ut tribunal, in casu, nequeat Defensori vinculi appellationem deserenti eiusdem prosecutionem imponere.

7?.—Affirmative.

Datum Romae, c Civitate Vaticana, die 29 Mali anno 1947.—M. Card. Massimi, *Praeses.* A. Coussa, Ordinis Basiliarum Aleppen., *a Secretis.*

Adn. Ph. AGUIRRE in PrM 36 (1947) 334-343; C. B. in EL 8? (194S) 109-110; M. CABREROS in REDC 3 (1948) 139-145; A. DELCHARD in NrT 80 (1948) 87-89; A. GARCtA in REDC 4 Q949) 553-563; A GUTTERREZ in CpR 27 (1948) 25-32; REGATILLO u. 20. 841.

1933

1947 IUN 8.-SC PROP. FIDE, DECR. AAS 39 (1947) 501

Delegatio apostolica hucusque avstralasiae, deinceps «AUSTRALIAE, NOVAK ZEALAND1AE ET OCEANIAE» APPELLABITUR

Cum per decretum, hoc kiso die datum, haec Sacra Congregatio de Propaganda Fide erexerit peculiarem Delegationem Apostolicam, ab Archipelago Indoneslano nuncupandam, pro territoriis Insularum Malorum et Minorum Sundae et illarum quas Moluccas vocant necnon Insulae Novae Guineae partis occidentalis usaue ad centesimam quadragesimam primam lineam meridianam longitudinis orientalis una cum minoribus adnexis insulis, hucusque sub ditione Delegationis Apostolicae Australaslae, eadem

S. Congregatio de Propaganda Fide statuit ut deinceps Delegatio Apostolica Australasiae a ctor *Delegatio Apostolica Australian, Novae Zealana Oceanian.*

Quam Sacrae Congregationis de Propaganda Fide sententiam Ssmus D. N. Pius div. Prov. Papa XII in audientia diei 8 mensis lunii vertentis anni ratam confirmatamque habuit atque praesens In re Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis dc Propaganda Fide, die 8 mensis lunii anno Domini 1947.—P. Card. Fuxasoni Biondi, *Prael.* Celsus Costantini, Archiep. lit. Theodos., *a Secretis.*

1934

1947 IUN 26.SC CONSISTORIALIS, LIT. CIRC. PART

De spiiutuali cura emigrantibus italis praestanda

Roma. 26 giugno 1947

Eccellenza Reverendissima, La vigile cura con cul questa S. C. ha sempre seguito gli emigranti e si è interessata dclla loro assistenza religiosa, è certamente nota a V. E. Rcvma. Quanti lasctarono la loro patria, per cercare altrove pane c lavoro, sono sempre stati accompagnati da Sacerdoti ronnazlonali, l quali, fattisl anch'essi emigrati, ll seguirono all'cstero, dedicando la propria attività sacerdotale al loro bene spirituale *e* morale.

Il numero di questi Sacerdoti italianl, sia dei clero diocesano sia, in particolare, della Pia Socielà dei Missionari dl S. Carlo (Scalabriniani), è considerevolmente aumentato; ogni anno dai florenti collegi dl detti Missionari escono numerosi Sacerdoti, che si dedicano a provvldenzlale aposlolato. Ma ll loro numero non ente, ora articolarmenlc mentre femigrazione italiana sta prendendo sempre più vaste proporzioni. Sono quindi necessarl nuovi opérai apostollci, i quali seguano nelle diverse nazloni d'Europa c d'America gli emigranti Italian! e ivi, in collaborazlone con U clero locale, alie dlpen. denze degli Ordinari dei luogo, li assistano assiduamente.

Pertanto questa S. C. si rlvolge agli Ordinari d'Italia, partlcoiannente a quelli dalle cui dloccsi più numerosi nartono gli emigranti, afflnchè vogllano presentarc per l'asslstcnza a detti emigrati ed emigranti alcunl Sacerdoti di vita intemerata, capaci, animati da vero zelo c pronti al sacrificio. I medeslmi potranno essere destinati nei luoghl ove maggiorc sarà il bisogno e ivi svolgervl ll loro mlnistero sacerdotale, secondo le direttive che verranno date da questo S. DIcastero, caso per caso.

Ma se è indispensabile l'opera dl tali missionari per l'assistenza In forma stabile agli emigrati e agli emigranti, sono invccc da iconsigliarsi, per i gravi e numerosi inconvenienti che causano, le brevi visite, che sacerdoti delle singole diocesi fanno agli emigrati diocesan!, particolarmente nolle vicine nazloni di Europa. Voglia pertanto V. E. Rcviha, prima dl autorizzare tali viaggi all'estero motivai! dolio scopo di far visita agli emigrati, darne notlzia a questa S. C., la quale sl riserva di dare, nei singoli casi, il suo beneplacito.

Mentre resto in attesa di conoscere da ciascun Ordinario di quali Sacerdoti potrà disporre per l'assistcnza agli emigrati, con sensi di profonde osscaulo ml professo dell'E. V. Rcviha come fratello.—Fr. R. u. Card. Rossi, *Segr.*

• Ordiwdi locorum Iulii». Prot. N. 581/47: ME 59 (1947) 163-169

1935

1947 IUN 26.COM. 1NTP., RESP. AAS 39 (1947) 374

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

1—De recursu ad sanctam sedem per leoatum romani pontificis. 2—De duello. 3—De favore iuris quo GAUDET MATRIMONIUM

I D* *recursu ad Sanctam Sedem per Legatum Romani Pontificis*

D.—An dnusula can. 81 «nisi difficilis sit recursus ad Sanctam Sedem» obtineat quoties Ordinarii facile recurrere possunt ad Legatum Romani Pontificis in regione, qui cum eadem Sancta Sede communicat.

/L—*Negative.*

De duello

D.—An, in iis locis in quibus sententia de duello habendo reservatur tribunali quod dicitur «honoris», provocantes et acceptantes incurrant in poenas de quibus in can. 2351 ipsa provocatione vel acceptatione.

P.—Affirmative, nisi certo constiterit provocantes ct acceptantes non habuisse intentionem duellandi.

III—*De favore iuris quo gaudet matrimonium*

D.—An stante positivo ct insolubili dubio dc validitate Eriml matrimonii, invalidum, vi can. 1014, declarari deeat secundum matrimonium.

R.—Affirmative, dummodo causa definiatur ad ordinarium tramitem iuris.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 26 lunii anno 1947.—M. Card. Massimt, *Praeses. N.* Coussa, Ordinis Basilianorum Alcppen., *a Secretis.*

Adn. F. NL CAPPELLO in PrM 38 (1947) 343-351; A. DELCHARD n NxT 80 (1948) 83-92; A. GARCtA in REDC 3 (1948) 727-707; A GUTORE2 in CpR 27 (1948) 32-47; E. J. M. in CR 29 (1948) 62-63; N. JURANY in REDC 3 Q&43) 699-725; A. JULLIEN in ApoU. 24 (1951) 301-303; REGATILLO n. 23. 487. 877.

1936

1947 IUL 1. SC RITUUM, RESPONSUM. PART

Circa purificationem caucis et ablutiones IN MISSA DINATIONIS

Dubium—Hodiernus Archicpiscopus Tridentinus Ssmo D. N. Pio Papae XII humillime exposuit: Iuxta Instructionem 11 Martii 1858 circa binationem Missarum, prouti exstat in Appendice Ritualis Romani, habetur quod Sacerdos binans in diversis ecclesiis debet Calicem purificare, sumendo guttas Pretiosissimi Sanguinis post secundum Evangelium, aquam infundendo et postea in sacrarium proiciendam. Nunc oritur quaestio circa ritum servandum a sacerdote binante In eadem ecclesia et proprie circa verba Instructionis: «Quin Calicem purificet». Circa quam rem Archlepiscopus Orator ab eodem Sanctissimo D. N. humillime petiit utrum verba: «quin Calicem purificet» significent guttas Pretiosissimi Sanguinis non sumendas esse, neque aquam infundendam, vel guttas sumendas esse quin aqua infundatur et Calix abstergatur.

Resp.—Et S. R. C., audito quoque Commissionis Specialis suifragio, omnibus mature perpensis, proposito dubio respondendum censuit:

Servari possi praxim de qua in petitione: id est, sacerdos, in casu, non oportet ut sorbeat Sanguinis guttas in Calice exstantes, quamvis hoc facere possit.

Atque ita rescripsit atque declaravit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 1 iulii 1947.—A. Carinci, Archiep. Seleucien., *Secr.* Henricus Dante, *Subst.*

*** Ordinario Tridentir.o: ME 59 (1947) 221-222. Adn. L B. in EL 62 (1348) 233-234.**

1937

1947 IUL 4. SC RITUUM. RESPONSUM. PART

pRF.CES MENSE OCTOBRIS RECITANDAE DICI DEBENT ETIAM DIE PRIMA ET SECUNDA MENSIS NOVEMBRIS

Dubium—**Episconu* Ultrniecten. S. Rituum Congregationi pro debita explicatione sequens proposuit dubium:**

Utrum preces mense octobris in ecclesiis recitandae sint singulis tantum diebus praedicti mensis, an etiam die prima ct secunda Immediate subsequentibus mensis novembris?

Resp.—**Et S. Rituum Congregatio, audito quoque commissionis specialis suffragio, proposito dubio, omnibus mature perpensis, respondendum censuit:**

Negative **ad I partem,** *atlirmatlce* **ad II partem.**

Atque ita rescripsit atque declaravit, contrariis non obstantibus quibuscumque. Dic 4 Julii 1947 A. Carinci, **Archiep. Seleucien.,** *Secr.*

• Ordinario Ultraiectensi. Prot. N. U. 8/47: EL 68 (19541 3T> Adn

1938

1947 1UL 7.-PIUS XII, LIT. AP. AAS 39 (1947) 618 619

Delegatio apostolica in archipelago indonesiano
ERIGITUR

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. —Dc animarum salute perquam solliciti, mentem animumque Nostrum paternum quoquoversus vertentes, Nos etiam In longinquis diversisque regionibus fidei propagationi fidellumque spirituali bono valde consulimus ac prospicimus, et quidquid opportunum Nobis videtur ad auspicatam messem In arvo Domini ab Evangelii praeconibus serendam condendamque sedulo exsequimur. Quapropter, cum persuasum sit Nobis in Archipelagl Indonesian! insulis, hucusque sub dicione Apostollcae Delegationis Australasiae, propriam Delegationem Apostolicam necessitatibus Christi militum illic fervide pro fide certantium, fidellumque bono satius provisuram esse, audito Dilecto Filio Nostro Petro Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Fumasonl Biondi, Sacrae dc Propaganda Fide Congregationis Praefecto, eiusdem Congregationis sententiam ratam firmamque habentes, hisce litteris Apostolicis atque Nostra auctoritate Apostolicam Delegationem in Archipelago Indo-
619 nesiano erigimus atque erectam declaramus,/ciusque curis committere decernimus tum Maiores tum Minores Sundae Insulas, eas insuper quas Moluccas vocant, nec non Insulae Novae Guincac partem occidentalem usque ad centesimam quadragesimam primam lineam meridianam longitudinis orientalis una cum minoribus adnexis insulis intra eosdem limites. Supra recensitae Delegationi Apostolicae omnia et singula deferimus lura, privilegia atque officia, quae huiusmodi Delegationum iure communi propria sunt. Haec statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Delegationi Apostollcae per Nos in Archipelago Indonesiano constitutae nunc ct in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc ct inane fieri si quidquam, secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Pistatoris, dic vn mensis Iulii, anno mcmxxxxv», Pontificatus Nostri nono.

De speciali Sanctissimi mandato. Pro Dflo Cardinali a Secretis Status.—Dominicus Spada, *a Breoibus Apostolicis.*

1939

1947 IUL 7.-SC CONSISTORIALIS, EPISTULA. ℙART.

Clerici ex italia in s. f. a. s. emigrare cupientes
ETIAM PRO TEMPORE INFRA SEX MENSES, INDIGENT ACCEPTATIONE ORDINARII AD QUEM EMIGRANT

«... Per togliere i lamentati Inconvenienti il Santo Padre, neirUdlenza concessam! ll 21 giugno u. s. sl è degnato disporre che, derogando alia disposizionc dei Decreto *Magni Semper* Cap. II, η. 11 [LE 140], l'accettazione deUOrdinarfo *ad ouem* sla da richiedcrsl per gli Stati Uniti, anche quando gli Oratori domandano di recarvlsl per mono dl sei mesi...—Fr. R. C. Card. Rossi».

*** Delegato Apostolico in S. F. A. S., Prot. N. 109/32. iuxta textum '.ratftaa a ME 85 (1960) 565 in nota 5. Adn. L FERRETTO in ME 85 (1900) 543-576.**

1940

1947 IUL 9.-SC REL., DECR. AAS 40 (1948) 378-381

Decretum de quinquennali relatione a religionibus, A SOCIETATIBUS **VITAE COMMUNIS ET AD INSTITUTIS SAECULARIBUS FACIENDA**

Cum, transactis iam vigintl quinque et amplius annis a publicatione Decreti *Sancitum est,* sub die 8 Martii 1922 quo ordinabatur relatio quinquennalis a Supremis Religionum Moderatoribus ad Sanctam Sedem mittenda

'.I.-lr .l;«L *Still,* vol XIV, a. 193a, p. :6i (LE 396».

(c. 510), experientia clare docuerit quaenam ex ibi praescriptis confirmanda definitive videantur, quaenam illis addenda, quaenam autem demenda aut corrigenda sint, prout n dicto Decreto iam innuebatur, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita in coetu plenario Eminentissimorum Patrum diei 4 Iuli 1947, quae sequuntur statuenda decrevit:

I. Ad nomam Codicis (can. 510) Abbas Primas, Abbas Superior Congregationis monasticae (can. 488, 8), Moderator Supremus cuiusvis Religionis et Societatis vitae communis absque votis publicis (can. 675) pariterque Moderator Supremus Instituti saecularis luris pontificii et Praeses cuiuscumque Foederationis domorum Religionum, Societatum in communi viventium vel Institutorum saecularium, ipslsque deficientibus vel impeditis, eorumdem Vicarii (can. 488, 8.°), quinto quoque anno relationem de statu Religionis, Societatis, Instituti vel Foederationis ad Sanctam Sedem, scilicet ad hanc Sacram Congregationem Negotiis Religiosorum praepositam, mittant, etiamsi annus pro exhibenda relatione assignatus, ex toto vel ex parte, in primum biennium ab inito regimine inciderit.

II. Quinquennia sint fixa et omnibus, uti supra (n.1), communia, ipsaque a die prima Ianuarii 1923 computari pergent.

III. In relationibus exhibendis ordo, prout sequitur, servetur.

ℙ. Ex Religionibus, Societatibus vitae communis, Institutis saecularibus ac Foederationibus iuris pontificii virorum relationem mittent:

Primo quinquennii anno: Canonici Regulares, Monachi, et Ordines militares;

secundo anno: Mendicantes ct Clerici ceterique Regulares;

tertio anno: Congregationes clericales;

quarto anno: Congregationes lalcales; / 379

3ulnto anno: Societates vitae communis, Instituta aria et Foederationes.

2. Ex Religionibus, Societatibus vitae communis. Institutis saecularibus et Foederationibus iuris pontificii mulierum, habito respectu ad regionem in qua de Iure domus princeps exstat, relationem mittent:

primo quinquennii anno: Superiorissae Religionum ex Italia, Hispania et Lusitania;

secundo anno: Superiorissae Religionum ex Gallia, Belgio, Hollandia, Anglia et Hibernia;

tertio anno: Superiorissae Religionum ex reliquis Europae regionibus;

quarto anno: Superiorissae Religionum ex Americae regionibus;

quinto anno: Superiorissae Religionum ex aliis orbis partibus et insuper Superiorissae Societatum vitae communis, Institutorum saecularium et Foederationum totius mundi.

IV. Ut Sacra Congregatio necessarias ipsasque certas et authenticas notitias sibi comparare valeat illorum omnium Monasteriorum domorumque sui iuris, virorum el mulierum, iuris pontificii quae ad quinquennalem relationem transmittendam ex can. 510 non obligantur, necnon Congregationum, Societatum vitae communis et Institutorum saccularium iuris dioecesani haec observanda sunt;

ℙ. Superiores maiores Monasteriorum seu domorum sui iuris virorum quae, etsi iuris pontificii, nec ad Congregationem monasticam pertinent nec foederata aliis sint, tempore et ordine supra definitis (n. IU, 1.·), summarium quinquennii relationem ab ipsis et a propriis Consiliariis subscriptam Ordinario loci deferent. Ordinarius autem exemplar relationis a se subsignatum, propriis, si casus ferat, additis animadversionibus, ad Sacram Congregationem intra annum ipsum quo relatio facta est transmittere sataget.

ℝ. Superiorissae maiores Monasteriorum Monialium cum proprio Consilio, Iuxta ordinem supra (η. III, 2.·). pro Generalibus Moderatricibus statutum, brevem ac concinnam relationem quinquennii ab omnibus subscriptam Ordinario loci, si Moniales eidem sublectae sint, secus Superiori Regulari mittant. Ordinarius loci vel Praelatus regularis relationis exemplar, a sc subsignatum, propriisque, si res ferat, animadversionibus additis, ad Sacram Congregationem intra annum ipsum quo relatio exarata fuit diligenter transmittendam curabit.

3. Moderatores Supremi Congregationum. Societatum vitae communis et Institutorum saecularium luris dioecesani relationem quinquennalem a se et a proprio Consilio subsignatam Ordinario loci in quo / Domus princeps 880
invenitur tempore et ordine supra (n. III. L· et ℝ. sta-

tutis exhibeant Hanc relationem Ordinarius loci aliarum Domorum Ordinariis communicare non omittat dusque exemplar a se subsignatum ct, proprio aliorumquc Ordinariorum circa Congregationem, Societatem vel Institutum saeculare addito Iudicio, ad hanc Sacram Congregationem intra ipsum annum transmittat.

Ⓐ Domus religiosae sui luris et autonomae domusque Societatis sine votis vel Instituti saecularis, quae in Foederationem non coadunantur, sive iuris dioecesani sint sive iuris pontificii, ordine supra (η. III, l.° et 2.ɾt) definito, summariam quinquennii relationem deferent Ordinario loci. Ordinarius autem eiusdem relationis exemplar, a se subscriptum ac propriis, si casus ferat, additis animadversionibus ad Sacram Congregationem pariter intra ipsum annum transmittat.

V.In exarandis relationibus omnes Religiones, Congregationes monasticae, Societates vitae communis. Instituta saccularia et Foederationes iuris pontificii, etsi exemptione fruantur, adamusslm elenchum quaestionum, qui a Sacra Congregatione proponetur ac directo eisdem communicabitur, sequantur.

Monasteria Monialium, Domus autonomae Religionum, Societatum vel Institutorum saecularium iuris pontificii, Congregationes, Societates atque Instituta saccularia iuris dioecesani breviores pro ipsis probandas formulas adhibeant.

VI.Responsa propositis quaestionibus danda, onerata pro rei gravitate conscientia, sincera semper sint atque, accuratis praemissis informationibus, pro viribus completa. Si in tills quae necessaria videntur deficiant vel responsa incerta vel parum secura appareant, Sacra Congregatio ex officio, prout opportunum iudicaverit, non exclusis, sl opus sit, immediate ab ipsa factis investigationibus, ea complenda curabit.

VII.Relatio, antequam a Superiore et a singulis Consiliariis seu Assistentibus ex officio subsignetur, praevio maturo, personali ac collectivo examini subiicienda est.

In mulieram Religionibus, Societatibus vitae communis. Institutis saccularibus ac Foederationibus iuris pontificii Moderatrix suprema relationem, a se et a suo Consilio subscriptam, Ordinario Joci Domus gcneralitiac transmittat, ut ipse, ad nonnam iuris (can. 510) eidem relationi subscribere valeat; relationem ab Ordinario loci subsignatam Moderatrix generalis ad hanc Sacram Congregationem remittendam tempestive curabit.

VIII.Si quis vero ex Superioribus vel Consiliariis, quibus onus incumbit subscribendi relationi, aliquid non
381 parvi momenti eidem obil/ciendum habeat, quod suo voto modificare non potuit, vel aliquid circa ipsam quoquo modo Sacrae Congregationi significandum putaverit, id per privatas litteras praestare poterit et, iuxta casus, ex conscientiae officio ad id tenebitur. Verumtamen memor sit ipse conditionis suae et probe sciat conscientiam suam graviter oneratam iri, si quid a veritate alienum secretis his litteris exponere praesumpserit.

IX. Sub cuiusque anni exitu omnes sive iuris dioecesani sive pontificii, tam Religiones, quam Societates vitae communis et Instituta saccularia ac Foederationes prospectus annuos iuxta schemata in formulis a Sacra Congregatione exarandis ac communicandis contenta, praecipuorum quod ad statum personarum, operum aliorumve quae sive Sacrae Congregationis sive Superiorum magis intéresse videntur, directo Sacrae Congregationi de Religiosis transmittant.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Pp. XII, in Audientia habita ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis de Religiosis, die 9 Iulli 1947, praesentis Decreti tenorem approbavit et ab omnibus servari et publici iuris fleri mandavit, contrariis quibuscumque non obstantibus.—Fr. L. H. Pasetto, Secr.

Ada. E BERGH in NrT Ôl (1949) 31B-319; L CREUSEN in PrM 37 (1948) 275-278; I. FUERTES in ApoU. 22 (1949) 322-325; A. PUGLIESE m ME 75 (1950) 138-190; L SÂEZ in REDC 5 (1950) 1069-1070. Vida infra: LE 2019 aienchum quaesttomrn pro relaltoao quinqaennali ccn!idooda.

1941

1947 1UL 10. SC SACRAMENTORUM, INDÜLT. PART.·

Facultas datur celebrandi missam sub dio pro **INFANTIBUS APUD COLONIAS AESTIVAS DEGENTIBUS**

Roma. 14 luglio 1947

Ecerltensa Hevjna. per opportuna conoscenza dell'E. V. Heviha, ml permette trascriverc ii testo dei Rcscritlo n. 5213-47 in data 10 luglio 1947 della S. C. dei Sacramenti, coi quale si concede la facoltà di celebrare la S. Messa all'aperto per i Cappcllani delle colonie estive.

Preces—*Bealissnw Padre,* Il Présidente dclla Pont. Commissione d'Assistenza, prostrato al picdl della S. V., umilmente domanda la facoltà di pennetterc al Cappcllani prepostl alia asslstenza spirituale dei bambini assistiti nelle colonic estive la celebrnzionc della S. Messa all'apcrto, ogni domenica e festa di precetto c in altra occasione di particolare solennltà per ic colonic.

Rescr.—*Ex Audientia Ssrùi diei 9 iulii 1947.* Ssmus D. N. Pius Papa XII, audita relatione Excilil Secretarii S. C. de Sacramentis, attentis expositis, Oratori gratiam indulgere dignatus est iuxta preces, dc consensu Ordinariorum locorum et dummodo adhibeatur tentorium quo altare a ventis protegatur ne fragmenta disperdantur et grave absit incommodum adeundi viciniorem ecclesiam aliisque servatis dc iure servandis. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.—B. Card. Aloisi-Masella, *Pro prael.* F. BraccI, *Segret.*

Chinato al bacio del Sacro Anello mi professo dell'E. V. Revma dcv. servilore.—Ferdinando Baldelli.

• Praaaidi Pont. Commissionia Adsistentiae, Prcl. N. 5213/47. ME 59 (1947) 174-175.

1942

1947 1UL 17.-SC PROP. FIDE, DECR. AAS 39 (1947) 463

Pro missionibus coreak visitator apostolicus nominatur, **DELEGATI APOSTOLIC! POTESTATE PRAEDITUS**

Quo aptius in praesentibus adiunctis Corcae Missionibus provideretur, haec Sacra Congregatio de Propaganda Fide Apostolicum Visitatorem, Delegati rXpostplici potestate praeditum, pro ea regione constituendum esse censuit.

Quam huius Sacrae Congregationis sententiam Ssmus D. N. Pius Div. Prov. Pp. XII, in Audientia infrascripto Cardinali Praefecto hac dic concessa, approbare dignatus est.

Itaque Revmum D. Patritium lacobum Byrne, e Societate de Maryknoll pro Missionibus Exteris, Visitatorem Apostolicum,' ad suum beneplacitum, Missionum Coreae nominavit eidemque durante munere potestatem atque facultates Delegati Apostolic! tribuit.

Culus rei documentum, praesens Decretum confici lussit et expediri.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis dc Propaganda Fide, die 17 Iulii a. D. 1947.—P. Card. Fumasoni Biondi, *Praef.* I. Chiavoni, *Subset.*

1943

1947 IUL 18.-SC S. OFFICII, RESOLUTIO. PART.·

Solvitur in favorem fidei matrimonium initum cum **DISPENSATIONE A DISPARITATE CULTUS INTER PARTEM CATHOLICAM ET PARTEM NON BAPTIZATAM**

Casus—Anno 1946, mense octobris, ad S. C. S. Officii missa sunt acta suppletoria in causa dispensationis alicuius matrimonii utpote non consummati. Matrimonium contractum fucrat inter mulierem non baptlzatam et virum catholice baptizatum, cum dispensatione super impedimento disparitatis cultus. Mulier, quae fidem catholicam amplecti et novas nuptias cum viro catholico inire desiderabat, petitionem fecerat ad obtinendam dissolutionem vinculi prioris matrimonlii utpote non consummati.

Solutio S. C. *Sii. Officii,* die 18 de lulli 1947. *Excellentia Heviha,* Mense octobris elapsi anni pervenerunt ad S. Officium ab ista Reverenda Curia Episcopali acta suppletoria In causa dispensationis matrimonii Marthac-Bernardi, utpote non consummati.

Praefatis actis cum praecedentibus attente collatis et diligenti examini sublectis haec Suprema S. Congregatio censuil non fuisse remotum quodlibet dubium circa assertam matrimonii Inconsummatlonem; ccnsuit tamen petitam dissolutionis gratiam concedi posse etiam alio titulo, nempe in favorem fidei, eo quod oratrix non baptizate exstiterit toto tempore cohabitatlonls cum conluge (Bernardo). Quare, *licet matrimonium eum dispensatione ab*

impedimento disparitatis cultus initum /uerit, attentis peculiaribus casus circumstantiis, et praesertim probabili matrimonii inconsummalione, Ssmus D. N. D. Plus, divina Providentia Papa XII, in Audientia die 17 *iulii* 1917 *Eiaho Diïo Adsessori S. Oflicii impertita, benigne adnuere dignatus est pro gratia dissolutionis prae/ati matrimonii; ita ut oratrix, praevia conversione et recepto baptismo, novas nuptias inire valeat cum viro catholico. Ipsa autem moneatur, gratiae concessionem /undari etiam in asserta carentia sui baptismi, unde se non posse hac gratia uti si aliquod prudens dubium retineat se antea iam fuisse baptizatam.*

In praesenti concessione continetur quoque dispensatio ab impedimento criminis, de quo in can. 1075, *n.* 1.

Impensos aestimationis meae sensus Tibi obtestor permanens Excellentiae Tuae Revmae.

•Ordinario Monter©yen.-Frcanonsi, Prol. N. 706/48: IS 4 (1958) 458-459; BOUSCAREN III 485. Adn. ANASTASIUS AB UTRECHT in IS 4 (19S8) 127-142. 283-335. 428-451 cum magna copia bibliographie© np. 458; Ch. Do LERY in PrM 48 (1959) 334-335; E. ESCANCIANO in Eitudioe EdceiAticos 30 (1956) 227-238; I. PRIETO in REDC 10 (1955) 233-236.

1944

1947 1UL 19.-SC RELIGIOSORUM, INDULTUM. ₱ART.

Facultas datur directoribus congregationum Marianarum **CELEBRANDI MISSAM SUB DIO, PRAEDICANDI ET AUDIENDI 'CONFESSIONES IUVENUM OCCASIONE EXCURSIONUM, FERIARUM AESTIVARUM ET COMMORATIONIS CONGREGATORUM EXTRA PROPRIAS DOMOS**

Preces—*Beatissimo Padre,* Il P. Emilio Villaret, Segretario Generale delle Congregazioni Mariane, umilmente prostrato al piedi di Vostra Santità chiede che i Direttori ed i loro delegati, appartenenti alla Compagnia di Gesii quando si trovano in vacanza con i loro giovanl sui monti, in campagna o in altre simili località, abblano la facoltà di celebrare la messa sull'altare portatile —ed usando, se all'aperto, una tenda in forma di edicola in modo da riparare l'altare dal vento— qualora non sia facile recarsi in chiesa; d' predicare la parola di Dio e, sebbene fuori diocesi, ascoltare le confessioni sia dei giovanl sia di altri che potessero aggiungersi, a condizione, perd, che siano approval! da un qualche Ordinario ed awertendo, se possono farlo comodamente, l'Ordinario del luogo. Non essendoci nulla in contrario.

Rescr.—In forza delle facoltà concesse dal Santissimo Signor Nostro, la Sacra Congregazione dei Religiosi, udito il parere dei Revmo Procuratore Generalc, benignamente ha incaricato il Revmo P. Preposito Generale della Compagnia di Gesù, affinchè secondo il suo eiudizio e secondo cosdenza, concéda la grazia richiesta, *ad triennium,* osservate le condizione! prescritte. Non essendoci nulla in contrario.

Roma, 19 luglio 1947.—L. Pasetto, *Segretario.*

• S^retario Generali Congregationum Marianarum: CAPRILE p 133-134. Indultum saepe renovatum ut v. gr. die 11 Iui. 1950 (CAPRILE p. 192).

1945

1947 IUL 24. SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.·

Declarantur valida, nisi contrarium probetur, **MATRIMONIA INTER PARTEM CATHOLICAM ET PARTEM NON BAPTIZATAM DURANTE BELLO INITA ABSQUE FORMALI DISPENSATIONE IMPEDIMENTI DISPARITATIS CULTUS ET CORAM SOLIS TESTIBUS**

Ex Aedibus S. Officii, dic 24 iulii 1947.

Ilbhe ac Reome Domine, Sacra Congregatio de Propaganda Fide ad S. Officium remisit, ratione competentiae, litteras die 31 iulii 1946 datas, quibus Dominatio Tua Ill. ac Rev. exponebat durante bello inita fuisse matrimonia a parte catholica cum parte pagana, non obtenta dispensatione ab impedimento disparitatis cultus nec servata forma canonica, dc qua in canone 1094, sed coram solis testibus, quia sacerdos adiri nequibat, eo quod omnes sacerdotes capti ac detenti essent ab hostibus et periculosum esset ab eis petere litteras dispensationis.

Quibus omnibus rite perpensis, Suprema haec Congregatio respondendum censuit in adductis peculiaribus circumstantiis matrimonia esse habenda uti valida.

Si autem circa aliquod ex eis speciales dentur circumstantiae quae determinatam facti speciem mutent, unde prudens dubium oriatur de matrimonii validitate, praesertim ob contrariam vel incertam voluntatem partis acatholicac quoad prolis catholicam educationem, tunc recurrendum erit ad S. Officium In singulis casibus.

Impensos aestimationis meae sensus Tibi obtestor permanens, Dominationis Tuae Revmae addictissimus.—F. Card. Marchetti-Selvaggiani, *Secretorius.*

• Ordinario de Manado, Prot. N. 3312/46: GONZALVUS A RAAN5-DONK, Do ceroationo impedimenti disparitatis cultus in extraordinariis tenotorii circumstantiis, Roma 1955, *p.* 46. Adn. GONZALVUS A RÂAMSDONK op. cit. p. 45-43.

1946

1947 IUL 24.-SC RELIGIOSORUM, RESP. PART.·

De **SECRETO SERVANDO A SUPERIORIBUS ECCLESIASTICIS CIRCA INSTITUTA SAECULARIA SECRETE AD NORMAM CONSTITUTIONUM IN DIOECESIBUS ADLABORANTIA**

Dubium—Procurator Generalis Instituti Saecularis cui nomen *Societas Sacerdotalis Sanctae Crucis* et *Opus Dei* ab Eminentia Vestra Reverendissima, humiliter Sacram Purpuram deosculans, quaerit:

An in Institutis Saecularibus, quae ad normam propriarum Constitutionum vel iuxta ipsorum probatum characterem, domos, opera atque Sodales secreto tegere debent, huic secreto etiam Ordinarii dioecesani aliique Superiores Ecclesiastici, quibus haec omnia ex officio pateant, erga illos omnes teneantur, qui ad horum communicationem ius non habent.

Resp.—Haec S. Congregatio Negotiis Religiosorum praeposita, mature perpensis expositis, respondendum censuit: *Affirmative.* Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae ex Aedibus S. C. de Religiosis, die 24 iulii 1947.

♦Procuratori Generali Instituti «Opus Dc£>: CpR 28 (1949) 298 Adn. A. L. in CpR 28 (1949) 299-300.

1947

1947 IUL 24.-COMMISSIO INTERPRES, RESP. PART.·

DE IURE DANDI LITTERAS DIMISSORIAS SODALIBUS SOCIETATUM CLERICORUM IN COMMUNI VIVENTIUM SINE VOTIS

Roma, 24 luglio 1947

Eccellenza Reverendissima, In data 4 ottobre 1944 (Prot. n. 6083-44), Ia S. C. per gli Affari Ecclesiastici Straordlnari comunicava alla S. C. «de Propaganda Fide il seguente desiderio dei S. Padre, e cloè che converrebbe che la medesima Congregazione di Propaganda Fide, d'accordo con quella dei Religiosi, sottoponesse a questa Pontificia Commissione ii dubbio: «u *chi spetti dare (e dimissorie di Istituti Clericali senia volis.*

La S. Congregazione di Propaganda Fide, in data 12 giugno 1946, trasmetteva a questa Commissione, in copia, una Jettera deU'Eccmo Segretario della S. Congregazione dei Religiosi sulla prassi concernente 11 quesito in parola. e informava, in pari tempo, ia medesima Commissione sulla prassi da essa segulta nei riguard! del medeslmo quesito.

Nelle Adunanze Plenarie dei 29 maggio e 26 giugno u. s. gli Emi sono stati dei parere che al dubbio suespresso convenga rispondere come segue:

Il diritto in questione spetta aUOrdinario dei luogo, a tenore del can. 678.

Involvendo l'eservizio di taie diritto speciali e non Uevi difficoltà, gli Eihi Padrl preferiscono sia concessa facoltà ai Superiori Maggiori delle Soclctà in parola dl dare, a nonna dei canoni, lettere dimissorie per tutti gli Ordini, ai loro sudditi, piuttosto che dl autorizzare l mcdeslml Superiori a presentare i loro sudditi agli Ordini con le sole lettere testimoniali e con dispensa dalle dimissorie.

I medesimi Superiori Maggiori possono, per induito.

concedere agli Ordinandi loro sudditl, ll titolo *mensae conunuis* e *missionum.*

L'incardinazionc di tall chiericl, in quanto tall, vicne fatta alla Società cui essi appartcngono.

La perdita della Diocesi di origine si effctlua con l'aggregazione perpetua alla Società e, se non c'è aggregazione perpetua, con quella temporanea (di tre o sei anni), a tenore, perô, delle Costituzioni approvate.

In caso di uscita della Società devest osservarc il can. 641, cioè deve Talunno trovare un Vescovo benevolo che lo riceva, altrimenti resta sospeso.

In vlrtù della clausola *tsalvis peculiaribus praescriptionibus a Sonda Sede ßatis* del can. 678, le norme precedent! possono essere inserite nelle Costituzioni délie Società Clericali di diritto pontificio, con vita comune, senza voti.

Il Breve di Urbano VIII Ad *uberes* dei 18 maggio non sembra riguardare le Società di cui trattasi nel dubbio, ma gli alunni e i convittori e «qui quoquo modo ad instantiam eiusdem Congregationis in praesentiarum Romae vel alibi educantur, et in futurum educabuntur».

Riferito come di dovere, al Santo Paare, nelle Udienze dei 18 giugno u. s. e dei 16 corrente mese, su tutta la questione, Sua Santità si è degnato approvare le disposizioni su rlferite, ordinando che esse venisscro comunicate alla S. Congregazione di Propaganda Fide e alia S. Congregazione per la Disciplina dei Religiosi per tramite della Segreterla della S. Congregazione per gli Affari Ecclesiastici Straordinarl.

Mentre pertanto compio il dovere di comunicare auanto sopra a Vostra Eccellenza Reverendissima, colgo l'occasione per confermarmi con sensi di profondo ossequio dell'Eccellenza Vostra Revma umiliho c devmo servo.— Sac. Acacxo Coussa, B. A., *Segret.*

[8] **S. C. da Religioni et do Prop. Fide. Prot. N. 5/48: CpR 28 (1949) 18-18. Adn. N. OIL in CpR 23 (1949) 18-19; J. D. HANNAN in Jurât 12 (1952) 443458; J. PŒXO6ZEWSCI in Jurât 14 (1954) 119-125; J. DE REEPER in Jurât 16 (1956) 38-58.**

1949

1947 IUL 30.-PIUS XII, MP. AAS 39 (1947) 332-333

Motu proprio de pontificio Hispanorum collegio
PATRIARCIIALI BASILICAE VATICANAE ADDICENDO

PIUS PP. XII

Quemadmodum Decessoribus Nostris per saeculorum decursum curae fuit, ita summopere Nobis cordi est amplissimum omnium catholici orbis templum, Vaticanam nempe Basilicam Apostolorum Principi dicatam, nulla re carere, quae ad liturgicas inibi perfunctiones peragendas utilis atque opportuna videatur.

Considerantes autem non solum ad hanc rem Canonicorum Collegium conferre celerumque clerum, huic Basilicae addictum, sed Juvenes etiam sacerdotii candidatos, qui sollemnioribus saltem diebus, sacris intersint atque inserviant, consilium duximus causae huic ratione certa ac stabili prospicere, eodem fere modo, quo Decessor Noster imm. mem. Benedicius XV, ad Libcrianum templum quod attinet, per Apostolicas Litteras anno mdcccxvii motu proprio datas, consuluit.

Quod quidem persequentes consilium, mens Nostra
333 ad Pontificium / respexit Hispanorum Collegium, quod idcirco hac In alma Urbe a Dei seno Emmanuele Domingo et Sol conditum fuit, ut sacrorum ex universa Hispania alumni Romae commorantes Ita In alliorum disciplinarum studia Incumberent omnlumquc virtutum laudibus exornarentur, ut, ad suos aliquando reversi, ceteris In exemplum praelucere possent.

Dum autem ad elusmodi munus hoc Pontificium Collegium destinamus, rem Imprimis gratam carissimae Hispanorum genti Nos facturos esse putamus, eldcmque novum paternae benevolentiae Nostrae praebituros esse testimonium.

Atque omnino confidimus eosdem sacrorum alumnos concreditam hanc causam summo fore studio summaque diligentia suscepturos. Novimus enim impensum eorum sacrae Liturglae amorem, itemque incensam novimus pietatem Illam, qua Augustum altaris Sacramentum adorare ac venerari sollemne habent, et qua Deiparam Virginem singulari honore colunt, atque Apostolorum Principem peculiari cultu prosequuntur. Se igitur hac pietate exercere in maximo Catholicae Religionis templo ac prope Romanum Pontificem, cui arctissime devinciuntur, magno procul dubio sibi honori ducent.

Itaque, votis ultro libenterque concedentes Dilecti filii Nostri Fridcrici S. R. C. Card. Tedcschinl, eiusdem Basilicae Archlprcsbyteri, motu proprio atque ex Apostolicae plenitudine potestatis declaramus, statuimus, ac decernimus ut Pontificium hoc Hispanorum Collegium Sacrosanctae Patriarchall Basilicae Vaticanae sit addictum; ita quidem ut cius alumni liturgicas caerimonias ibi peragendas opportuno numero singulis diebus illis participent, quibus idem Cardinalis .Archlpresbyter sacris sil sollemni ritu operaturus.

Quae autem per Apostolicas has Litteras, motu proprio datas, a Nobis declarata, statuta ac sancita sunt, ca ln perpetuum valere tabemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus, peculiarissima etiam mentione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxx mensis Iulii anno mdcccgxxxxvii, Pontificatus Nostri nono.— Pius Pp. XII.

1949

1947 AUG 10.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART?

Solvitur in favorem fidei matrimonium valide
CONTRACTUM CUM DISPENSATIONE AB IMPEDIMENTO DISPARITATIS CULTUS

Preces—Christianus ‹N› uxorem duxit «X» paganam, cum debita dispensatione disparitatis cultus. Occasione belli mulier fugit...

Post quinque annos «N» existimans primam uxorem mortuam esse, venit ad misslonarium quaerens dispensationem disparitatis cultus, ut aliam paganam «Y» ducere valeat.

Mlssionarius, praeviis Investigationibus de statu libero ‹N›, dispensationem praestavit... Immo baptizatur non multum postea mulier «Y», et «N» filios ex ea suscepit

Anno 1946 «N» venit ad misslonarium dubitans num ad Sacram Synaxim admitti possit, nam prima uxor ‹X» inventa est in ipsa civitate vivens cum alio viro...

Itaque petitur a Sancta Sede dispensatio...

Rationes sunt: Difficilis separatio «N» et «Y›: baptismus et bona fides mulieris «Y»; ut consulatur tranquillitati conscientiae utriusque; ut in religione catholica filii educari valeant».

Rescr.—Suprema S. Congregatio S. Officii...:

Actis in hac S. S. Congregatione examini sublectis, quaestio proposita est: *an consilium praestandum sit Ssmo pro dissolutione, in favorem fidei, matrimonii, de quo supra, ut Orator..., coram Ecclesia valide et licite novas nuptias inire valeat cum muliere (nunc catholica)...,* et. re iuxta statutas regulas discussa, respondendum decretum est: *Affirmative.*

Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Papa Xil in audientia... ferla V die 24 iulii 1947, de omnibus habita relatione, benigne adnuere dignatus est pro gratia iuxta supra relatum decretum.

S. O. 10 aug. 1947.

• **Ordinario Nganchimensi iuxta summarium traditum ab Eetndios occleaUïticoe 30 (1956) 232-233. Ada. E. ESCANCIANO in Eatudioi ecWAstfcM 30 (1956) 227-238.**

1950

1947 AUG 23.-PIUS XII, LIT. AP. AAS 40 (1948) 72-73

Internuntiatura apostolica in aegypti regno erigitur

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam.—Pro supremi Nostri muneris officio, Nos, de Catholicae Ecclesiae bono Jugiter solliciti, omni studio ea decernere maturamus, quae aeternae fidelium ubique terrarum degentium saluti melius atque utilius conducant, quaeque aptius publicas fovere necessitudines inter Sanctam Sedem atque Nationum Gubern a ac mutuam religiosae civiUsquc auctoritatis concordiam et adiutriccm operam firmiores reddere queant.

Hac mente, ut publicae amicitiae rationes, quibus haec Apostolica Sedes et /Xegypti Regnum invicem feliciter continentur, in religiosae civilisque rei incrementum satius cotidie vigeant, peropportunum Nobis visum est, loco Delegationis Apostolicae hactenus inibi exsistentis, Intemuntiaturani Apostolicam constituere. Quam ob rem, *molu proprio,* certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, harum Litterarum tenore, *in Aegypti Regno tnternuntialuram Apostolicam erigimus,* sede in Chairensl civitate collocata, eldernquc omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulla quae huiusmodi Legationum propria sunt. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri el obtinere; Ipsique Legationi per Nos erectae nunc et in
73 posterum plenissime suffragari; sicque rite indicandum esse ac definiendum; / irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam, secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus.

Datum ex Arce Ganduiphi, sub anulo Piscatoris, die xxin mensis Augusti, anno mcmxxxvii, Pontificatus Nostri nono.—Pius Pp. XIL

1951

1947 AUG 27.-SC PROP. FIDE, INDULTUM. PART.·

Facultas datur cuidam superiori religiosorum
CONSECRANDI CALICES, PATENAS ET LAPIDES ALTARIUM

Preces—*Beatissime Pater,* Superior Generalis Congregationis Filiorum S. Cordis lesu, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit facultatem consecrandi calicem et patenas necnon, etiam formula breviore, lapides altarium in usum sacerdotum suae Congregationis.

Ratio petitionis est: quod non raro sacerdotibus, paulo antequam ad missiones proficiscuntur, a fidelibus offeruntur vasa et lapides altarium, pro quorum tempestiva consecratione non facile adiri potest Episcopus. Et Deus...

Rescr.—Sacra Congregatio de Propaganda Fide, vigore facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Pio Prov. Div. Papa XII tribularum, attentis expositis, benigne annuit pro gratia iuxta preces, servatis servandis. Praesentibus ad septennium valituris.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 27 mensis augusti a. d. 1947.—C. Costantini, *a Secretis.*

• **Superiori Genorali Congr. S. Cordis losu: ELIP 61 (1947) 98-99.**

1952

1947 OCT 11. SC S. OFFICII, INDULTUM. PART.·

Facultas datur ordinario dispensandi a lege ieiunii
EUCHARISTICI SACERDOTES BIS AUT TER IN DIE SACRUM LITANTES

Preces—*Beatissime Pater,* Episcopus Oxomensis ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus facultatem implorat dispensandi sacerdotes sibi subditos a lege Eucharistici ieiunii.

Rescr.—Die ll-X-1947. Ssmus D. N. D. Pius, divina Prov. Pp. XII, per facultates speciales Supremae Sacrae Congregationi S. Officii impertitas, benigne indulgere dignatus est ut R. P. D. Episcopus Oxomensis orator, graviter onerata eius conscientia super vera necessitate. Sacerdotibus sibi subditis animarum curam habentibus, qui naturale lelunium absque et gravi incommodo servare nequeant, quoties sacrosanctum Missae Sacrificium diebus dominicis aliisque per annum festis de praecepto, etiam supressis, ob fidelium necessitatem, debeant bis vel ter celebrare, veniam concedere valeat, secreto servandam, nisi forte gratiae manifestatio necessaria ludicetur ad scandalum removendum, sumendi ante II vel III Missae celebrationem aliquid tantum per modum potus vel medicinae, exclusis tamen omnino alcoholicis aliis quomodo‹mmque inebriantibus.

Idque ad triennium, si tamdiu expositae specialissimae circumstantiae perduraverint; quo elapso R. P. D. Eplscopus referat quot hucusmodi dispensationes concesserit et quaenam fuerint causae ad concedendum impellentes.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.— Marinus Marani, *Subst. Notarius.*

• **Ordinario Oxomenai: REDC 3 (1948) 692-883. Ada. J. ARRATIBHL in REDC 3 (1948) 679-697.**

1953

1947 OCT 22.-COM. BIBL., RESP. AAS 39 (1947) 508

De usu novi psalterii **LATINI** extra horas canonicas

Cum quaesitum fuerit utrum nova Psalmorum conversio ex primigeniis textibus facta, quae secundum litteras Apostolicas *Motu proprio* datas die 24 Martii 1945 (LE 1822] in cotidianis precibus sive horis canonicis adhiberi potest, in ceteris liturgicis precibus ac caeremoniis licite adhibeatur.

Summus Pontifex Pius Papa XII, In audientia die 22 Octobris 1947 infrascripto benigne concessa, affirmative respondit, eamdem facultatem extendendo ad omnes preces tam liturgicas quam extraliturgicas, dummodo de *integris* psalmis extra Missam recitandis vel cantandis agatur.

Romae, die 22 Octobris 1947.—Iacodus M. Vosté, *Consultor ab Actis*

• **Adn. A. DELCHARD in NrT 80 (1943) 425; G. M. VOSTÉ in ME 60 (1949) 27 at in EL 62 (1948) 111-112.**

195-4

1947 OCT 24.-SC S. OFFICII, INDULTUM. PART.·

Indultum de mitigatione ieiunii eucharistici
DIOECESIBUS GALLIAE CONCESSUM

Ex Aedibus S. Officii, die 21 Oct. 1917

Preces—*Beatissime Pater,* Emmanuel Caelestinus. Card. Suhard, zXrchiepiscopus Parisiensis, ad pedes Sanctitatis humillime provolutus, attendens ad adiuncta prorsus extraordinaria, in quibus Galli his temporibus versantur, et praesertim ad tenuem plurium valetudinem, quae magis magisque, in dies ingravescente annona, debilitatur, necnon ad penuriam cleri, imparis ad consulendum curae animarum, nomine ceterorum Galliae Episcoporum, enixe postulat a Sanctitate Vestra ut, praescripto canonum 808 et 858 § l derogans, facultatem faciat sacerdotibus Missam celebrandi et chrisliflclllbus S. Communionem recipiendi in Gallia, etiamsi aliquid per modum potus antea sumpserint, dummodo a cibo solido et a potu alcoholico a media nocte: a potu autem non alcoholico, per unam horam se abstinuerint.

Rescr.—*Ex Audientia SSmi,* ferla V, die 23 octobris 1947.—Ssmus D. N. D. Pius, div. Prov. Papa XII, praehabito voto Eriiorum Patrum S. Officii eduae audito Cardinali Praefecto S. Congregationis de disciplina Sacramentorum, et attentis ndiunctis prorsus extraordinariis, in quibus Gallia his temporibus versatur, praesertim tenui Sacerdotum et christlfidelium valetudine, quae ob immanis recentis belli incommoda labefacta est et magis maglsque, in dies ingravescente annona, debilitatur, necnon penuria cleri, imparis ad consulendum curae animarum, desiderium plurium christlfidelium S. Communionem frequenter recipiendi explere cupiens, praescripto canonum 808 et 858 § l pro Gallia derogans, benigne concedere dignatus est Sacerdotibus qui Missam celebrant vel christifidelibus qui S. Communionem recipiunt. In Gallia post horam nonam, veniam sumendi potum non alcoholicum ad unam horam ante Missam vel S. Communionem.

Eadem facultas fit Sacerdotibus qui Missam celebrant vel christifldelibus qui S. Communionem recipiunt ante horam nonam, sed vel ad proximiorem ecclesiam petendam longum iter peragere debuerint vel ante Missam seu S. Communionem in operoso labore multum temporis consumpserint.

Idque ad annum, quo exeunte Episcopi Ordinarii locorum in Gallia, conlatis consiliis, dc usu huius concessionis accurate et copiose ad S. Officium referent.— A. Ottaviant, *Adsessor.*

• **Ordinario Parlrienai cetorioqu» Ordxards Galliae. Vida liHaroa S. C. S Officii ad Ordinarhm ParUicnxes'. nuasan circa h'ruta Indultorum, ot infra eub Oct 1947. LE 1957 rwtM'f Adn. C B in EL 82 (1948) 108-109; A DELCHARD in NrT S0 (1945) 1W-15!; L ECHEVERRIA in REDC 3 (1948) 147-178**

1955

1947 OCT 24.-SC S. OFFICII, INDULTUM. PART.·

Indultum de celebratione missarum **noms** postmeridianis **DIOECESIBUS GALLIAE CONCESSUM**

Ex Aedibus S. Officii, die 24 Oct. 1917

Preces—*Beatissime Paler,* Episcopi Ordinarii locorum in Gallia ad pedes Sanctitatis Vestrae humillime provoluti, ob huius temporis adiuncta prorsus extraordinaria, facultatem implorant, qua permittere valeant, quoties locorum seu personarum circumstantiae id expostulent, Sacerdotibus sibi subditis Missae celebrationem et christifldelibus sumptionem S. Communionis, horis vespertinis, mitigata lege servandi ieiunlum eucharlstlcum.

Rescr.—*Er Audientia SSmi,* feria V, die 23 octobris 1947. Ssmus D. N. D. Pius, Div. Prov. Papa XII, praehabito voto Eôorum Patrum S. Officii atque audito Cardinali Praefecto S. Conpegationis de disciplina Sacramentorum, et attentis huius temporis adiunctis prorsus extraordinariis, benigne indulgere dignatus est ut Episcopi Ordinarii locorum in Gallia, onerata eorum conscientia super vera necessitate. Sacerdotibus sibi subditis concedere valeant veniam celebrandi, diebus festis de praecepto tantum, secundam vel tertiam Missam horis vespertinis, Îuoties ob nimium Sacri Ministerii laborem vel locorum istantiam impossibile Ipsis erit Sacrum item vel tertium ante horam tertiam decimam facere, servato ieiunio ante Missae celebrationem per tres horas quoad cibum solidum et per unam horam quoad potum non alcoholicum vel medicinam.

Item Indulget Summus Pontifex ut Episcopi Ordinarii locorum in Gallia permittere valeant Missae celebrationem, cui, ad satisfaciendum praecepto audiendo Sacro, adslet notabilis pars operariorum, qui mane laborare coguntur, vel publicorum officialium, qui propriis muneribus mane detinentur, horis vespertinis diebus festis de praecepto tantum, pariter servato ieiunio ante Missae celebrationem per tres noras quoad cibum solidum et per unam horan quoad polum vel medicinam, exclusis omnino alcoholicis.

Fidelibus autem, qui praedictis Missis adstent, indulget Summus Pontifex ut S. Communionem recipiant, quoties, confessaril iudicio, praescriptum canonis 867 § 4 cum canone 821 § 1 conlati, absque gravi incommodo, servare nequeant, pariter servato ieiunio ante S. Communionem per tres horas quoad cibum solidum et per unam horam quoad potum vel medicinam. Item exclusis alcoholicis.

Idque per annum, sl tamdlu expositae specialissimae circumstantiae perduraverint, quo exeunle RR. PP. DD. Episcopi Ordinarii locorum in Gallia de concessis dispensationibus accuratam relationem ad S. Officium mittent. Contrariis quibuscumque non obstantibus.—A. Ottavlkni, *Adsessor,*

• Ordinario Pariaioasi cèterfam· Ordinariii Galliae: ME 60 (194^ 78-79. Vide infra rub dl·» 23 On 1947: LE 1957 hneraa S. C. Sri Officii circa uran horcm Indoltomm. Adn. C. B. iu EL 62 (1984 108-109; A. DELCHARD in NrT 80 (1MB) 150-161; L. ECHEVERRIA in REDC 3 (1948) 147-173; ME 00 (1948) 79-80.

1956

1947 OCT 27.-SC SACRAMENTORUM, INDULTUM. PART.·

Facultas datur ter sacrum litandi diebus festis ob sacerdotum penuriam

Preces—*Beatissime Pater,* Ordinarius Oxomensis ad pedes S. V. provolutus, humiliter postulat facultatem permittendi suis sacerdotibus ut Sacrum ter eadem die litare valeant diebus dominicis et festis de praecepto, quoties id necessarium videbitur pro bono fidelium, ob magnam penuriam Sacerdotum.

Rescr.—*Er Audientia Ssrfii.* die 27 octobris 1947. Sanctissimus Dominus Noster Plus Papa XII audita relatione infrascriptl Card. Pro-Praefccli S. Congregationis de disciplina Sacramentorum, attentis peculiaribus circumstantiis in casu concurrentibus, Oratori facultatem benigne indulget Iuxta petita, dummodo tertia Missa celebretur in alia ecclesia, seu in ecclesia ubi aliae duae iam celebratae sunt, sl fleri possit absque gravi incommodo, constllo in singulis casibus de vera necessitate tertiae Missae, onerata stiper hoc Episcopi conscientia, remoto quocumque admirationis vel scandali periculo, vetita celebranti ellee mosynae perceptione pro duabus Missis, aliisquc senatiJ de iure servandis. Praesentibus valituris ad biennium.—Card. Aloisi Masella, *Pro Praef,*

• Ordinario Oxomonsi. Prot. N. 7988/47: REDC 3 (1948) 691-892. Adn. J. ARRATIBEL in REDC 3 (1348) Ô79-697.

1957

1947 OCT 28. SC S. OFFICII, EPISTULA. PART.·

Circa usum indultorum de missis postmeridianis et DE MITIGATIONE IEIUNII EUCHARISTICI DIOECESIBUS GALLIAE CONCUSSORUM

Ex Aedibus S. Officii, die 28 Oct. 1947

Emitie ac Reome Domine Mi Obsthe, Summus Pontifex, qui magnopere cupit ferre Episcopis et Sacerdotibus Galliae auxilium, quo facilius ipsi vulcant adducere christifideles ad frequentem Ssiiioe Eucharistiae sumptionem et ad adsistcntlam Sacrosancto Missae Sacrificio, preces, quas Eminentia Tua Reverendissima, mense septembri mox elapso, nomine ceterorum Galliae Episcoporum, Eidem obtulit ad obtinendam mitigationem legis servandi ieiunlum eucharlstlcum et facultatem permittendi Missae celebrationem, in quibusdam adiunctis, horis vespertinis, fere ex Integro excepit, ut videre est in adnexis rescriptis.

Sed Sanctitas Sua non consult permittere, per rescriptum generale, sumptionem potus ante Missam vel S. Communionem. quae ante horam nonam celebretur seu recipiatur, nisi in casu longi itineris (un kilomètre et demi) vel operosi laboris (travail lourd).

Neque ccnsuit eadem Sanctitas Sua concedere peculiares facultates Episcopis Gallicis in commodum quarumdam christifidelium classium, ouia eaedem apte definiri nequeunt et ceteri christifideles impellerentur ad similes favores expetendos, et ita proxime dilaberetur veneranda et pietati utUlima lex servandi ieiunlum eucharlstlcum.

Ceterum bono spirituali horum christifidelium satis provisum videtur per concessiones supra memoratas, quae quam amplissimae sunt, cum per modum potus ipsi sumere valeant etiam aliquid satis enutriens (oeuf battu, chocolat, cacao, lait, etc.).

Anno autem concessionis exeunte. Eminentia Tua, cum ceteris Galliae Episcopis conlatis consiliis, ad hanc Supremam Congregationem praescriptas relationes mittet, et {iraesertim eandem edocebit quid fideles sentiant de hac mmutatione legis servandi ieiunlum eucharlstlcum, quaenam utilitates ex praedicta concessione captae sint, et, quod Deus avertat, quaenam incommoda ex eadem orta sint.

Hac occasione libentissime utor ut Manus Tuas humillime deosculer ac sensus ollissimae venerationis meae Tibi pandam meque profitear.—F. Card. Marchetti-Selvaggiani, *Secr,* A. Ottaviani, *Adsessor.*

Universus autem, quem Ecclesia Deo adhibet, cultus, ut externus. Ita internus esse debet. Extemus quidem, nam id natura postulat hominis, qui ex animo corporeque constat; itemque quia divina dispositione factum est, ut «dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc In invisibilium amorem rapiamur» Praeterea quidquid ex animo profluit, naturali modo per sensus exprimitur; ac divinus cultus non tantum ad singulos pertinet, sed ad humanam etiam consortionem, atque adeo / socialis sit oportet, quod 531
profecto esse nequit, nisi in religionis etiam rebus externa habeantur vincula externaeque significationes. Id denique Mystici Corporis unitatem peculiari modo patefacit in suaque luce ponit, sancta eius studia adauget, eius vires corroborat, eiusque actionem impensiorem cotidie efficit: «licet enim ipsae caerimoniae nullam secundum se perfectionem. nullam contineant sanctitatem, sunt tamen actus externi religionis, quibus, quasi signis, excitatur animus ad rerum sacrarum venerationem, mens ad superna elevatur, nutritur pietas, fovetur caritas, crescit fides, devotio roboratur. Instruuntur simpliciores. Dei cultus ornatur, conservatur religio, et veri fideles a pseudochristianls ct heterodoxis discernuntur»17.

At praecipuum divini cultus elementum Internum esse debet: oportet enim semper In Christo vivere, eidemque se totum dedere, ut In eo, cum eo et per eum debita caelesti Patri attribuatur gloria. Sacra autem Liturgla postulat ut intime duo elusmodi elementa Inter se conlungantur; quod fpsamet etiam atque etiam commendare non praetermittit, quotiescumque externum aliquem praecipit religiosi cultus actum. Ita verbi gratia nos adhortatur, cum de ieiunio agitur, «ut quod observantia nostra profitetur exterius, Interius operetur effectu» aa. Quodsl secus aliterque agitur, tum religio procul dubio inanis ritus ac vacua formae ratio evadit. Nostis autem. Venerabiles Fratres, Divinum Magistrum eos sacro templo indignos existimare, ex eodemque foras eiclendos esse, qui vocibus tantummodo bene conclnneque compositis ac mimorum more se Deum honorare autument, siblque persuadeant se optime posse sempiternae suae saluti consulere, quamvis suis ex animis Inveterata vitia radicitus non evellant n. Ecclesia igitur percupit ut christifideles omnes ad Redemptoris pedes idcirco se protelant, ut ei venerationem suam suamque caritatem profiteantur, percupit ut multitudines, puerorum exemplo, qui Christo Hierosolymam /advenienti laetanti- 532
bus vocibus occurrerunt, hymnos concinant, ac Regem regum summumque beneficiorum auctorem gloriae carmine gratiarumque actione prosequantur: utque preces suis ex labiis, supplices interdum, interdum hilares ac gratulantes edant, quibus, uti Apostoli prope lacum Tlberiadis, eius experiantur misericordiae ac potentiae auxilium: vel, uti Petrus In monte Thabor, beatae contemplationis luminibus atque afflatibus acti, aeterno Deo se suaque omnia permittant.

Quamobrem a vera ac germana Sacrae Liturgiae notione ac sententia omnino ll aberrant, qui cam utpote divini cultus partem iudlcent externam solummodo ac sensibus obicctam, quasi decorum quemdam caerimoniarum apparatum; nec minus Il aberrant, qui eam vehitl meram legum praeceptorumque summam reputent, quibus Ecclesiastica Hlerarchia iubeat sacros instrui ordinarique ritus.

Omnibus igitur exploratum esse debet digne non posse honorari Deum, nisi mentes animique ad vitae perfectionem assequendam erigantur; cultum autem, quem Ecclesia, una cum divino Capite suo coniuncta, Deo praestat, sanctitudinis adipiscendae habere efficacitatem quam maximam.

Quae efficacitas, si de Eucharistico Sacrificio ac de Sacramentis agitur, *ex opere onerato* potius ac primo loco oritur. Sl vero vel actionem Illam consideramus intamina-

tae lesu Christi Spondae, qua eadem precibus sacrisque caerimoniis Eucharisticum adornat Sacrificium et Sacramenta; vel si de «Sacramenta!Ibus» ac de ceteris ritibus agitur, quae ab Ecclesiastica instituta sunt Hlerarchia,

«t χ3o,α4 Probam, xS. « Ram.. Pt mL Card Boxx,D/
n« Cudmoiui. cap. xç, i IП. T Winelz R , V ῥr Dwa.
11 Quadra ·· CL Mawc.,\II 6 et Iv,XXIX. xj.

i

lum efficacitas habetur potius *ex opere operantis Ecclesiae,* quatenus ea sancta est atque arctissime cum suo Capite coniuncta operatur.

Quam ad rem cupimus. Venerabiles Fratres, ut animum intendatis vestrum ad novas illas cogitandi ludlcandique rationes de Christiana pietate, quam «obiectivam» vocant; quae quidem rationes, dum Mystici Corporis mysterium, itemque veracem gratiae actionem sanctitatis effectricem divinosque sacramentorum et Eucharistici Sacrificii actus
533 in perspicuo po/nerc conantur, eo tamen contendere videntur, ut «subicctivam» seu «personalem», quam dicunt, pietatem vel imminuant, vel omnino praetermittant.

In liturgicis celebrationibus ac peculiari modo In Augusto altaris Sacrificio Redemptionis nostrae opus procul dubio continuatur, eiusque fructus nobis impertitur. Christus in Sacramentis ct in Sacrificio suo singulis diebus saluti nostrae operatur; per eademque nullo non tempore humanum genus expiat Deoque consecrat. Ea igitur «obiectiva, quae dicitur, virtute pollent, quae reapse animos nostros divinae lesu Christi vitae facit participes. Ideo non ex nostra, sed ex divina virtute eis effectrix illa vis inest, quae membrorum pietatem cum Capitis pietate coniungit, eamdemque quodammodo reddit totius communitatis actionem. Quibus ex acutis argumentis nonnulli concludunt Christiana omnis pietas in Mystici Corporis Christi mysterio consistat oportere, nulla habita «personali» scu «sublectiva», ut aiunt, ratione; atque adeo cetera religionis opera neglegenda reputant, quae cum Sacra Lilurgia arcte non devinciantur et extra cultum publicum absolvantur.

Quas tamen circa duplicis pietatis genera conclusiones, quamvis optima sint, quae supra proponuntur, principia, fallaces omnino esse, insidiosas ac perniciosissimas nemo est qui non videat.

Utique retinendum est Sacramenta altarisque Sacrificium intimam habere in semet ipsis virtutem, utpote quae sint ipsius Christi actiones, quae divini Capitis gratiam in Mystici Corporis membra transmittant atque diffundant; \erumtamen ut eadem debitam efficaciam habeant, opus est prorsus ut rectae animi nostri dispositiones accedant. Itaque, ad Eucharistiam quod attinet, Paulus Apostolus admonet: «Probet autem se ipsum homo, et sic de pane illo edat et de calice bibat»30. Ideo Ecclesia exercitationes omnes, quibus, quadragenarii ieiunii praesertim tempore,
534 animus expiatur noster, significan/ter presseque vocat «praesidia militiae Christianae»31. Sunt enim nisus vel actiones membrorum, quae adspirante iuvanteque gratia divino Capiti suo adhaerere volunt, ut «appareat... nobis —S. Augustini sententiam mutuamur— in nostro Capite, ipse fons gratiae»32. Animadvertendum tamen est haec membra vivere, atque ratione voluntateque propria instructa et exornata esse; quamobrem necesse omnino est ut, labiis appositis fonti, vitale alimentum sumant in seseque transforment, eaque omnia averruncent, quae huins alimenti efficaciam praepedire possint. Asseverandum igitur est Redemptionis opus, quod in se res est a voluntate nostra non dependens, internum animi nostri nisum requirere, ut sempiternam nos salutem assequi possimus.

Si privata atque interna singulorum pietas Augustum altaris Sacrificium ac Sacramenta neglexerit, seseque a salutifera vi subtraxerit, quae ex Capite in membra profluit, ea procul dubio reprobanda ac sterilis res eriL Sed cum omnia pietatis consilia et opera, quae cum Sacra Liturgla arcte non coniunguntur, idcirco dumtaxat ad humanos actus respiciunt, ut eos nempe ad caelestem Patrem erigant, utque homines ad paenitentiam et ad sanctum Dei timorem salutariter excitent, atque ex mundi vitiorumque illecebris aversos ad sanctitatis verticem per arduum Iter felidter reducant, tum profecto eadem non modo summis laudibus digna, sed prorsus necessaria sunt, quandoquidem spiritualis vitae pericula detegunt, ad virtutes adipiscendas nos permovent, et actuosum illud adaugent studium, quo lesu Christi servitio nos nostraque omnia addicamus oportet. Germana verique nominis pietas, quae «devotio» ab Angelico nominatur, quaeque principalis est religionis virtutis actus —quo quidem actu homines recte ordinantur, ad Deum apte diriguntur, atque ultro libenterque ad ea omnia se dedunt quae ad divinum cultum pertl-
535 nent—33 supernarum rerum medita/tione ac spiritualibus exercitationibus indiget, ut alatur, excitetur, vigeat et ad perfectioris vitae institutum nos moveat. Christiana enim religio postulat, si debito colatur modo, ut voluntas potissimum Deo consecretur, in ceterasque sua vi influat animi facultates. Atqui omnis voluntatis actus Intellegentiae praeponit exercitium; et antequam desiderium ac propositum edatur se aeterno Numini per sacrificium consecrandi, cognitio necessaria omnino est carum rerum ac rationum, quae religionem praecipiunt, ut sunt, verbi gratia, finis hominum ultimus ac divinae Molestatis excellentia, ut officium est quo Creatori omnes obligamur, ut sunt denique cum inexhausti caritatis thesauri, quibus nos Deus ditare pcrcupit, tum supernae gratiae necessitas ad constitutam nobis assequendam metam, ac peculiare illud iter ex divina nobis providentia destinatum, quandoquidem nos singuli universi, quasi corporis membra, cum lesu Christo Capite copulati fuimus. Quoniam vero non semper caritatis rationes animum nostrum, pravis interdum motibus perturbatum, suadendo permovent, valde etiam opportunum est ut divinae iustitiae consideratio ac contemplatio nos salutariter percellat nosque ad Christianam demissionem, paenitentiam morumque emendationem perducat.

Haec autem omnia non ut vacua recordatio vel inanis commentatio habeantur, sed eo actuose contendant ut sensus nostri eorumque facultates menti ac rationi sublciantur, quam catholica collustraverit veritas; ut animus expietur ac purificetur noster, qui arctius cotidie conectatur Christo, qui ei magis magisque conformetur, ab eodemque divinum afflatum divinamque, qua indiget, vim hauriat; utque efficaciora usque incitamenta evadant, quibus homines ad frugem bonam, ad officio cuiusque suo fideliter obtemperandum et ad religionem rite excolendam exardescant virtutemque impensissime exercitandam: «vos Christi, Christus autem Dei»33. Omnia Igitur recte ordinata, composita, atque, ut ita dicamus, «theoccntrica» sint, si reapse volumus ut omnia ad Dei gloriam dirigantur per vitam / virtutemque, quae in nos ex divino 536
Capite permanat: «Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, quam initiavit nobis viam novam et viventem per velamen, id est carnem suam, et Sacerdotem magnum super domum Dei. accedamus cum vero corde, in plenitudine fidei, aspersi corda a conscientia mala et abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostrae confessionem indeclinabilem... et consideremus invicem in provocationem caritatis et bonorum operum» M.

Ex quo congruens oritur ac concors membrorum aequilibritas in mystico lesu Christi Corpore. Dum catholicam fidem nos docet, nosque ad Christianis obtemperandum praeceptis adhortatur, Ecclesia sternit ac munit viam ad actionem suam maxime sacerdotalem, sanctitatisque effectricem; itemque ad penitiorem divini Redemptoris vitae contemplationem nos praeparat nosque ad altiorom perducit mysteriorum fidei cognitionem, ut supernum inde alimentum hauriamus, quo roborati et aucli tutum per Christum ad vitae perfectionem processum facere possimus. Non solum per ministros suos, sed singulorum quoque christlfidelium ope, qui elusmodi ratione lesu Christi spiritum imbiberint, conititur Ecclesia hoc eodem spiritu Îirivatam, coniugalcm, socialem ac vel oeconomicam et po- iticam hominum vitam aettonemque permeare, ut facilius ii omnes queant, qui filii Dei vocantur, propositum sibi finem consequi.

Itaque privata id genus Christianorum opera piusque ille nisus, quo iidem ad suum purificandum animum ducuntur, eorum profecto vires excitant, quibus aptius Instruuntur ad Augustum altaris Sacrificium participandum, ad uberiore cum fructu Sacramenta suscipienda, ct ad sacros ritus ita celebrandos, ut alacrius inde ad precandi seseque Christiano more abnegandi studium animati ac conformati evadant, itemque ad actuose respondendum adsplrantis divinae gratiae invitamento ct ad Redemptori nostri magis cotidie magisque virtutem imitandam; tdque non modo propriae cuiusque utilitatis causa, sed/totius 537
etiam corporis Ecclesiae, in quo quidem quidquid bonum agitur, ex eius Capitis virtute proficiscitur atque in membrorum omnium profectum redundat.

In spirituali igitur vita nulla intercedere potest discrepantia vel repugnantia inter divinam illam actionem, quae ad perpetuandam Redemptionem nostram gratiam in animos infundit, ac sociam lalwrlosamque hominis operam, quae donum Dei vacuum non reddat oportet *; itemque inter externi Sacramentorum ritus efficacitatem, quae *ex opere operato* oritur, atque eorum bene merentem actum, qui eadem impertiunt vel suscipiunt, quem quidem actum *opus operantis* vocamus; ac pari modo publica» supplicationes inter prlvatasque proces; inter rectam agen-

6χ.. XI. sS. '* ***Minsk Rom.,*** Feria IV Cinerum: erat, post import, cxvran. *" /h tanci.'nam, \τ. M Ct.* S. TltOM.. Smrune JW. IMI, q. LXXXII, a. i.

‘‘Ct *r €,* III. fj. »· JOR. X. 19-24 "Cl *U €* , VI, î

«li rationem supernarumque contemplationem rerum; inter vitam asccticam ac Liturgiae pietatem; ac denique inter ecclesiasticae Hicrarchiae jurisdictionem legitimumque magisterium ac potestatem illam, quae proprie sacerdotalis dicitur, quaeque in sacro exercetur ministerio.

Gravi de causa Ecclesia instat, ut piae meditationi, di' ligent! sui ipsius recognitioni ac censurae, ceterisque spiri' tualibus exercitationibus statis temporibus ii vacent57» qui altari ex demandato munere inserviunt, quive religiosae vitae institutum inierunt, quandoquidem iidem peculiari modo liturglcis Sacrificii factitandi divinaeque persolvendae laudis perfunctionibus destinantur. Procul dubio liturgica precatio, cum publica sit inclitae lesu Christi Sponsae supplicatio, privatis precibus potiore excellentia praestat. Quae tamen potior excellentia neutiquam significat duo haec precandi genera inter se discrepare vel' repugnare. Uno enim eodemque cum sint studio animata, una simulque etiam confluunt ac componuntur secundum Illud «omnia ct in omnibus Christus·11, ad idemque contendunt pro-
533 positum, donec in nobis formetur Christus /

Ut autem satius aptiusque quid sit sacra Liturgia intellegatur, aliam oportet, nec minoris momenti, notam ac rationem eius considerare.

Ecclesia nempe societas est. atque adeo propriam postu lat auctoritatem ac Hierarchiam. Si omnia Mystici Corporis membra eadem participant bona et ad eadem diriguntur proposita, non omnia tamen eadem (ruuntur facultate, neque omnia possunt eosdem elicere actus. Divinus siquidem Redemptor Regnum suum sacro constare ordine voluit, ac stabili veluti fundamento inniti; qui quidem ordo caelestis Hicrarchiae imaginem quodammodo refert.

Apostolis solummodo iisque deinceps, qui rite ab eis eocumque successoribus manuum impositionem susceperunt. sacerdotalis tribuitur potestas, qua ut coram sibi credita plebe lesu Christi personam sustinent, ita coram Deo ipsius populi personam gerunt. Eiusmodi sacerdotium non hereditate nec generis cognatione transmittitur, neque ex Christianorum communitate oritur, vel a populo delegatur. Antequam populi nomine apud Deum agat, sacrorum administer divini Redemptoris legatus exsistit; atque idcirco quod lesus Christus illius Corporis Caput est, cuius Christiani sunt membra. Ipse Dei vices apud demandatam sibi gentem gerit. Quae igitur ei committitur potestas, nihil natura sua humanum sapit, cum omnino superna sil, atque a Deo proficiscatur. «Sicut misit me Pater, et ego mitto vos ...41 qui vos audit, mc audit...41 euntes in mundum universum praedicate cvangcllum omni creaturae: qui crediderit et baptiratus fuerit, salvus erit»4Î.

Quamobrcm adspectabllc et externum lesu Christi sacerdotium non universali, vel generali ac communi ratione in Ecclesia traditur, sed delectis hominibus impertitur
539 Per spiritualem quamdam illius Ordinis generationem, qui unum ex septem Sacramentis est, quique non modo gratiam confert peculiari huic vitae condicioni ac muneri propriam, sed indelebilem etiam ♦characterem», qui sacrorum administros lesu Christo sacerdoti conformatos, cosdemquc aptos exhibet ad legitimos illos religionis actus eliciendos, quibus et homines sanctitudine Imbuuntur ct debita Deo tribuitur gloria, secundum normas ac praecripta divinitus data.

Etenim, quemadmodum Baptismatis lavacrum Christianos omnes distinguit atque a ceteris seiungit, quos piacularis unda non lavent neque membra sint Christi, ita pariter Ordinis Sacramentum a ceteris omnibus christifidelibus, hoc non donatis charismate, sacerdotes discemlt, quandoquidem iidem dumtaxat, superno quodam instinctu vocati, augustum ingressi sunt ministerium, quo sacris destinantur aris, ac veluti divina efficiuntur instrumenta, quibus caelestis supernaque vita cum Mystico lesu Christi Corpore communicatur. Ac praeterea, ut supra diximus, iidem solummodo Indelebili nota illa insigniti sunt, qua Christo sacerdoti conformantur, corumque tantummodo manus consecratae sunt, «ut quaecumque benedixerint, benedicantur, et quaecumque consecraverint, consecrentur et sanctificentur in nomine Domini nostri lesu Christi·41. Ad eos Igitur II omnes convolent, quicumque in Christo vivere cupiunt, nam ab eis solacium, splrituallsque vitae alimentum accipient; ab cis salutare suscipient medicamentum, nuo sanati ac confirmati ex vitiorum exitio ac ruina feliciter emergere poterunt; ab eis denique domesticus eorum convictus benedictione consecrabitur, atque extremus mortalis huius vitae halitus ad sempiternam Ingrediendam beatitatem dirigetur.

Quoniam igitur sacra Liturgia imprimis a sacerdotibus Ecclesiae nomine absolvitur. Idcirco eius ordinatio, moderatio ac forma ab Ecclesiae auctoritate non pendere non potest. Quod quidem sicut ex ipsa Christiani cultus natura consequitur, ita etiam historiae documentis confirmatur. / sio

Aliud praeterea est, quod inconcussum hoc Ecclesiasticae Hierarchiae ius comprobat, quod nimirum sacra Liturgia cum iis doctrinae principiis arctissime coniungitur, quae ab Ecclesia ut certissimae veritatis capita proponuntur, atque adeo catholicae fidei praeceptis conformando est, quae supremi Magisterii auctoritas edidit ad divinitus patefactae religionis integritatem tutandam.

Quam ad rem aliquid in recta luce ponendum esso ducimus, quod vobis, Venerabiles Fratres, non ignotum esse putamus; eorum scilicet errorem atque fallaciam, qui sibi sumpsere sacram Liturgiam quasi quoddam experimentum exsistere veritatum ex fide retinendarum; quatenus nempe, si certa quaedam id genus doctrina per sacros Liturgiae ritus pietatis ac sanctimoniae fructus dederit, eam ab Ecclesia comprobandam esse, si vero secus, reprobandam. Unde effatum Illud: «Lex orandi, lex credendi,

Verumtamen non ita docet, non ita praecipit Ecclesia. Cultus, qui ab ea Deo Optimo Maximo datur, ut presse significanterque Augustinus ait. catholicae fidei continuata professio est, ac spei caritatisquc exercitium: «fide, spe, cantate —ita ipse affirmat— colendum Deum·44, In sacra Liturgia catholicam fidem expresse atque aperte profitemur non modo per mysteriorum celebrationem, ac per confectionem Sacrificii Sacramentorumque administrationem, sed fidei etiam «Symbolum· recitando vel canendo, quod quidem Christianorum insigne ac veluti tessera est, itemque tum aliis documentis, tum etiam Sacris perlegendis Litteris, quae Spiritu Sancto afflante conscriptae fuere. Liturgia igitur omnis catholicam fidem continet, quatenus Ecclesiae fidem publice testatur.

Hac de causa, quotiescumque de aliqua definienda veritate divinitus data actum est. Summi Pontifices ac Concilia, cum ex «Fontibus Theologicis·, quos vocant, haurirent, ex sacra etiam hac disciplina haud raro argumenta duxere; quemadmodum verbi gratia Decessor Noster imm. mem. Pius IX fecit, cum / immaculatam Mariae Vir- 511
ginls conceptionem decrevit. Atque eodem fere modo Ecclesia ac SS. Patres, cum de aliqua veritate dubia controversaque disceptabatur, a venerandis etiam ritibus cx antiquitate traditis lumen petere non praeteriere. Itaque notum et venerandum illud habetur effatum: «Legem credendi lex statuat supplicandi»45. Sacra igitur Liturgia catholicam fidem absolute suaque vi non designat neque constituit; sed potius, cum sit etiam veritatum caelestium professio, quae Supremo Ecclesiae Magisterio subicltur, argumenta ac testimonia suppeditare potest, non parvi quidem momenti, ad peculiare decernendum Christianae doctrinae caput. Quodsl volumus eas, quae inter fidem sacramque Liturgiam Intercedunt, rationes absoluto generalique modo internoscere ac determinare, iure meritoque dici potest: «Lex credendi legem statuat supplicandi». Idemque asseverandum est, cum de ceteris theologicis virtutibus agitur: «In ... fide, spe ct caritate continuato desiderio semper oramus» *.

Nullo non tempore Ecclesiastica Hierarchia hoc in rebus liturglcis lure usa est, divinum instruendo ordinandoque cultum, eumque novo semper, ad Dei gloriam christianorumque profectum, splendore ac decore ditando. Ac praeterea eadem non dubitavit —Eucharistici altaris Sacrificii Sacramentorumque substantia sarta tectaque servata— illud immutare, quod omnino rei congruens non reputaret; Idquc adicere, quod aptius videretur ad lesu Christi augustacque Trinitatis honorem augendum, atque ad erudiendam ct salutariter excitandam Christianam plebem 47.

Sacra enim Liturgia ut humanis, ita divinis constat elementis; haec autem, ut patet, cum a Divino Redemptore constituta fuerint, nullo modo ab hominibus mutari possunt; illa vero, / prout temporum, rerum animorumque 512
necessitates postulant, varias commutationes habere possunt, quas Ecclesiastica Hierarchia, S. Spiritus auxilio innixa, comprobaverit. Inde miranda illa oritur orienta-

»'Cl C f r :* m. fâ «M. $7«, «/-7· ··('·£-»«, 111. n. ** Cf. GdJ . VI. tj ·· too . XX, « ·· L» r . X. 1«. ·· . XVI. ij-tO. ° Awdi/.

I> CTdinitMMxr pmbyteri, in tnanrnsn unctione “
C.IP $. -Dr ï D« dndk^. «·&. Avcv^ tj
te iS, ·'II. Conit- Dmm d d. xx D». x m<mxxviii7

lium atque occidentalium rituum varietas; inde progrediens Incrementum proficiscitur, quo peculiares excolendae religionis consuetudines ac peculiaria pietatis opera pedetcmpthn evolvuntur, et quorum tenue dumtaxat Indicium superioribus aetatibus habebatur; atque inde ellam interdum evenit, ut pia hac in re instituta, temporis decursu oblitterata, iterum In usum revocentur, iterumque renoventur. Haec omnia intemeratae lesu Christi Sponsae vitam per tot saecula vigentem testantur; sacrum exprimunt eloquium, quod hibentibus temporibus eam inter divinumque eius Sponsum intercessit, ut suam ac sibi creditarum gentium fidem suumque amorem inexhaustum profiterctur; itemque sapientem illam demostrant Institutionem ac disciplinam, qua In credentibus «sensum Christi» excitat ac cotidie magis adauget.

Non paucae profecto fuere causae, quibus sacrae Liturgiae processus explicatur atque evolvitur per diuturnas gloriosasque Ecclesiae aetates.

Ita, exempli gratia, cum catholica doctrina de Incarnato Dei Verbo, de Eucharistiae Sacramento et Sacrificio ac dc Deipara Virgine Maria certius ac luculentius decerneretur, novae Inductae sunt rituum formae, quibus lucem illam, quae splendidius ex Ecclesiastici Magisterii declarationibus affulserat, liturgicae actiones satius aptiusque referebant ac quodammodo reverberabant, ut facilius Christiani populi mentes animosque attingere posset.

Subsequens Ecclesiasticae disciplinae progressio in Sacramentis impertiendis, ut verbi gratia In Paenitentiae Sacramenti administratione, ac catechumenorum initum institutum eiusque deinceps intermissio, itemque divinae Eucharistiae Communio per unam tantum speciem in Latina Ecclesia habita, haec procul dubio non parum in causa fuere, cur antiquissimi ritus decursu temporum
513 immutarentur, ac novi paulatim inducerentur ritus,/qui cum invectis has in res ordinationibus magis congruere viderentur.

Ad quam quidem progressionem conversionemque ea non parum pietatis incepta et opera contulere, quae cum sacra Liturgia non arcte coniunguntur, quaeque insequentibus subinde aetatibus ex mirabili Dei consilio nata, tantopere apud populum Increvere: ut verbi gratia auctior ac studiosior cotidie erga divinam Eucharistiam cultus, itemque erga acerbissimos Redemptoris Nostri cruciatus, erga sacratissimum Cor lesu ct in Deiparam Virginem castissimumque eius Sponsum.

Atque in id etiam contulere, ad rerum adiuncta quod attinet, cum publicae peregrinationes ad martyrum sepulcra pietatis causa susceptae, tum peculiaria eadem de causa instituta ieiunia, tum denique stativae supplicationes, quae paenitentiae gratia hac in alma Urbe celebrabantur, quibusque non raro Summus etiam Pontifex intererat.

Ac facile intellectu est optimarum artium progrediens incrementum, architecturae, picturae ac musices potissimum, ad externa sacrae Liturgiae elementa decernenda varieque conformanda haud parum valuisse.

Hoc eodem in rebus liturglcis iure usa est Ecclesia ad divini cultus sanctitatem tutandam adversus privatorum homimum peculiariumquc ecclesiarum abusus temerarie imprudenterque invectos. Atque Ha factum est ut, cum saeculo xvi id genus usus ac consuetudines nimis magis increvissent, cumque hac in re privatorum incepta fidei plctatisque integritatem in discrimen inducerent, magno cum haereticorum profectu magnaque cum eorum fallaciae errorisque propagatione, tum Decessor Noster hnm. mem. Sixtus V, ut legitimos Ecclesiae ritus defenderet, ab lisdemque quidquid impurum inductum fuisset prohiberet, anno md l x x x v h t Sacrum constituit tuendis ritibus Consilium4S; ad quod quidem institutum nostra etiam aetate ex credito munerc pertinet ea omnia vigilanti cura ordinare ac decernere, quae ad sacram Liturgiam spec-
544 (ent <>./ — 1

• a ·

Quamobrem uni Summo Pontifici ius est quemlibet dc divino cultu agendo morem recognoscere ac statuere, novos inducere ac probare ritus, eosque etiam immutare, quos quidem immutandos iudleaver!t 50; Episcopis autem ius el officium est vigilare diligenter ut sacrorum canonum praescripta de divino cultu sedulo observentur *1. Haud igitur fas est privatorum arbitrio, etsi iidem ex Cleri ordine sint, sacras atque venerandas res illas permittere, quae ad religiosam Christianae societatis vitam pertineant, Itemque ad lesu Christi sacerdotii exercitium divinumque cultum, ad debitum sanctissimae Trinitati, Incarnato Verbo, eius Genitrici augustae ceterisque caelitibus honorem reddendum, et ad hominum salutem procurandam attineant; eademque ratione privato nemini ulla facultas est externas hoc in genere actiones moderari, quae cum Ecclesiastica disciplina et cum Mystici Corporis ordine, unitate ac concordia, immo haud'raro cum catholicae etiam fidei integritate coniunguntur quam maxime.

Ecclesia procul dubio vivens membrorum compages est, atque adeo in iis etiam rebus, quae ad sacram respiciunt Liturgiam, succrescit, explicatur atque evolvitur, et ad necessitates rerumque adiuncta, quae temporum decursu habeantur, sese accommodat atque conformat, sarta tamen tectaque servata suae doctrinae integritate. Verumtamen temerarius eorum ausus omnino reprobandus est, qui novas deliberato consilio liturgicas consuetudines invehant, vel obsoletos iam ritus reviviscere iubeant, qui cum vigentibus legibus ac rubricis non concordent. Id autem contingere, Venerabiles Fratres, non sine magno animi dolore novimus, non modo in parvi sed in gravissimi etiam momenti rebus; non desunt siquidem, oui in augusto peragendo Eucharistiae Sacrificio vulgari lingua utantur, qui nonnullos festos dies, —qui quidem ex rationibus mature per/pensis iam decreti ac statuti fue- 545
rint— ad alia tempora transferant, et qui denique ex legitimis publicarum precum libris sacra \eteris Testamenti scripta expungant, quippe quae reputent haud satis aetati huic nostrae congruentia atque opportuna.

Latinae linguae usus, ut apud magnam Ecclesiae partem viget, perspicuum est venustumque unitatis signum, ac remedium efficax adversus quaslibet germanae doctrinae corruptelas. In non paucis tamen ritibus vulgati sermonis usurpatio valde utilis apud populum exsistere potest; nihilominus unius Apostolicae Sedis est id concedere; atque adeo, ea inconsulta caque non approbante, nihil prorsus hoc in genere fieri fas est, quandoquidem, ut diximus, sacrae Liturgiae ordinatio ab eius consilio ac nutu omnino pendet.

Haec eadem indicandi ratio tenenda est, cum de conatibus agitur, quibus nonnulli enituntur quoslibet antiquos ritus ac caerimonias In usum revocare. Utique vetustae aetatis Liturgia veneratione procul dubio digna est; verumtamen vetus usus, non idcirco dumtaxat quod antiquitatem sapit ac redolet, aptior ac melior existimandus est vel in semet Ipso, vel ad consequentia tempora novasque rerum condiciones quod attinet. Recentiores etiam liturgie! ritus reverentia observantiaque digni sunt, quoniam Spiritus Sancti afflatu, qui quovis tempore Ecclesiae adest ad consummationem usque saeculorum 5t, orti sunt; sunt· que iidem pariter opes, quibus inclita lesu Christi Sponsa utitur ad hominum sanctitatem excitandam procurandamque.

Ad sacrae Liturgiae fontes mente animoque redire sapiens profecto ac laudabilissima res est, cum disciplinae huius studium, ad eius origines remigrans, haud parum conferat ad festorum dierum significationem et ad formularum, quae usurpantur, sucrarumque caerimoniarum sententiam altius diligentlusque pervestigandam: non sapiens tamen, non laudabile est omnia ad antiquitatem quovis modo reducere. Itaque, ut exemplis utamur. Is ex recto aberret itinere, qui priscam altari velit mensae formam restituere; qui liturgicas vestes velit nigro ; semper 546
carere colore; qui sacras imagines ac statuas e templis prohibeat; qui divini Redemptoris in Crucem acti effigies ita conformari iubcat, ut corpus eius acerrimos non referat, quos passus est, cruciatus; oui denique polyphonlcos. seu multisonos concentus reprobet ac repudiet, etiamsi normis obtemperent ab Apostolica Sede datis.

Quemadmodum enim e catholicis conlatus nemo, eo consilio ductus ut ad veteres revertat formulas, a prioribus Conciliis adhibitas, illas respuere potest de Christiana doctrina sententias, quas Ecclesia, adspirante moderantcque divino Spiritu, recentlore aetate, ubere cum fructu, composuit retlnendasque decrevit; itemque quemadmodum e catholicis cordatus nemo vigentes leges repudiare potest, ut ad praescripta regrediatur, quae ex antiquissimis hauriantur canonici iuris fontibus; ita pari modo, cum dc sacra Liturgia agitur, qui ad antiquos redire ritus consuetudinesque velit, novas repudiando ‡orma quae ex providentis Del consilio ob mutatas rerum *ondicione fuere inductae, non is procul dubio, ut facile cernere est. sapienti rectoque movetur studio.

Haec enim cogitandi agendique ratio nimiam illam reviviscere lubet atque insanam antiquitatum cupidinem.

•'GMaL ***Immrnu.*** d. d. xxη len. md l x x j c v u l . 41 ***C. I. C,*** can. 15t. MCL C. / ***C.,*** can. XJJ7. M Cf. ***C. /.*** C, can. 1461.

•»Cf. M%TTII. XXVIII. XV

quam illegitimum excitavit Pistoriense concilium, itemque multiplices illos restituere enititur errores, qui in causa fuere, cur condliabulum idem cogeretur, quique inde non sine magno animorum detrimento consecuti sunt, quosque Ecclesia, cum evigilans semper exsistat «fidei depositi» custos sibi a divino Conditore concrediti, iure meritoque reprobavit u. Etenim prava id genus proposita atque incepta eo contendunt, ut actionem illam extenuent ac debilitent, sanctitatis effectricem, qua sacra Liturgia adoptionis filios ad caelestem Patrem salutariter dirigit.

Omnia igitur ita fiant, ut debita servetur cum Ecclesiastica Hierarchla coniunctio. Nemo sibi arbitrium sumat nonnas sibimet Ipsi decernendi easdemque ex voluntate
547 sua ceteris impe randi. Summus dumtaxat Pontifex, ut Beati Petri successor est, cui divinus Redemptor curam concredidit universum pascendi gregem M, unaque simul Episcopi, quos, Apostollcae obtemperantes Sedi, «Spiritus Sanctus posuit-., regere Ecclesiam Dei» M, iure officioque pollent Christianum gubernandi populum. Quamobrem, Venerabiles Fratres, quotiescumque —salutari etiam, sl oporteat, adhibita severitate— auctoritatem tuemini vestram, non modo officium vestrum adimplemini, sed ipsam Ecclesiae Conditoris in tuto ponitis voluntatem.

11

Christianae religionis caput ac veluti centrum Sanctissimae Eucharistiae Mysterium est, quam olim Summus Sacerdos Christus instituit, quamque per suos administros perpetuo In Ecclesia renovari iubet. Cum de sacrae Liturgiae re maxima agatur, opportunum ducimus in hoc aliquantisper immorari, vestrosque, Venerabiles Fratres, in gravissimam hanc causam convertere animos.

Christus Dominus, «sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchlscdech»M, qui, cum dilexlsset suos qui erant in mundo» «in caena novissima, qua nocte tradebatur, ut dilectae Sponsae suae Ecclesiae visibile, sicut hominum natura exigit, relinqueret sacrificium quo cruentum illud semel in Cruce peragendum repraesentaretur, eiusque memoria in finem usque sacculi permaneret, atque illius salutaris virtus in remissionem eorum quae a nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur,... Corpus et Sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri obtulit, ac sub eorundem rerum symbolis, Apostolis, quos
518 tunc Novi Testamenti sacerdotes con/stituebat, ut sumerent, tradidit; et eisdem eorumque In sacerdotio successoribus ut offerrent praecepit»

Augustum igitur altaris Sacrificium non mera est ac simplex lesu Christi cruciatuum ac mortis commemoratio, sed vera ac propria sacrificatio, qua quidem per incruentam immolationem Summus Sacerdos id agit, quod iam in Cruce fecit semet Ipsum aeterno Patri hostiam offerens acceptissimam. «Una... eademque est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui se ipsum tunc in Cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa» a.

Idem itaque sacerdos, Christus lesus, cuius quidem sacram personam eius administer gerit. Hic siquidem, ob consecrationem quam accepit sacerdotalem. Summo Sacerdoti assimulatur, ac potestate frultur operandi virtute ac persona ipsius Christi <0. Quamobrem actione sua sacerdotali Christo quodammodo «linguam suam commodat, manum porrigit»41.

Eadem pari modo victima est. divinus nempe ₹cdem pior, secundum humanam naturam suam et in corporis sangulnisquc sui veritate. Dissimilis tamen rallo est, qua Christus offertur. In Cruce enim totum semet ipsum suosque Deo obtulit dolores; victimae vero immolatio per cruentam mortem, libera voluntate obitam, effecta est. In ara autem, ob gloriosum humanae naturae suae statum, «mors illi ultra non dominabitur»4S, Ideoque sanguinis effusio haud possibilis est; verum tamen ex divinae sapientiae consilio Redemptoris nostri sacrificatio per externa signa, quae sunt mortis indices, mirando quodam modo ostenditur· S.quidem per panis •transubstanhoncin» in corpus vinique in sanguinem Christi, ut eius corpus reapse praesens habetur. Ita eius eruor: euchnristicae autem species. sub quibus adest, cruentam corporis et sanguinis separationem figurant. Itaque memorialis demonstratio
519 eius mortis./quae reapse In Calvariae loco accidit. In singulis altaris sacrificiis Iteratur, quandoquidem per dlstln-

'•Ct Pn * VI. CmtiL XaHntm *fiin,* d. (L XXYIII Ac<. wnccxciv. nn. XXXI XXXIV, XXXIX. LXII, I.XVI, LXIX LXX1V. MCL Ioam.. XXI. 15-17. ··.<«!, XX. ''Ad· *C!X,* 4. '' Ⱪm<. XIII. 1. ••Cw- Tnd-. XXII. «· 1. "lUden, e. 3. ·· Ct S Thom: 5«w«m /4r 1. III, XXU. 4. 4. ·· ÏOAMX. M *Ioλκλ. Horn*, M. 4. « *Rrm*. vi. 9·

ctos indices Christus lesus iu statu victimae significatur atque ostenditur.

Udem praeterea praestituti fines sunt; quorum primus gloria est caelesti Patri tribuenda. Ab incunabulis usque ad mortem lesus Christus procurandae divinae gloriae studio incensus est; atque ex Cruce cius sanguinis Immolatio caelum ascendit in odorem suavitatis. Utque ciusmodl praeconium numquam Intermittatur, in Eucharistico Sacrificio membra cum divino suo Capite copulantur, et cum ipso unaque cum Angelis atque Archangells immortales Deo laudes concinunt 43, Patri Omnipotenti deferentes omnem honorem ac gloriam e4.

Alter autem, qui praestituitur, finis eo spectat, ut gratiae adhibeantur Deo debitae. Divinus tantummodo Redemptor, utpote dilectissimus Aeterni Patri Filius, cui quidem immensus eius patebat amor, dignum el potuit gratiae deferre carmen. Hoc iam spectavit, hoc voluit, in novissima caena «gratias agens» ··. Id que efficere ex Cruce pendens non intermisit; non intermittit in augusto arae Sacrificio, quod gratiarum actionem, seu eucharistlcam actionem, significat; quandoquidem hoc «vere dignum et iustum est, aequum et salutare» ··.

Tertio autem loco, expiationis, placationis reconclliationisque proponitur finis. Nemo alius procul dubio quam Christus Omnipotenti Deo de humani generis culpis omnino satisfacere poterat; ipse igitur in Cruce immolari voluit «propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi» e7. Atque in altaribus Itidem cotidie sese offert pro redemptione nostra, ut ab aeterna damnatione erepti in electorum gregem adsciscamur. Idque non pro nobis tantum, qui mortali hac vita fruimur, sed etiam «pro omnibus In Christo quiescentibus, qui nos praecesserunt cum signo fidei et dor/miunt 550
in somno pacis» ··; nam sive vivimus, sive morimur, «ab uno tamen eodemque Christo non recedimus» ··.

Quarto denique loco impetrationis habetur finis. Homo, utpote filius prodigus, bona omnia a caelesti Patre accepta, male consumpsit ac dissipavit, ideoque in egestatem summam summumque in squalorem redactus est. Attamen cx Cruce Christus «preces supplicationesque... cum clamore valido et lacrimis offerens, exauditus est pro sua reverentia» 7e. Itemquc sacris in aris efficaci eadem ratione noster apud Deum sequester est, ut omni benedictione et gratia repleamur.

Facile igitur intellectu est cur sacrosancta Tridentina Synodus asseveret salutarem Crucis virtutem per Eucharisticum Sacrificium nobis impertiri ad cotidiana nostra delenda peccata»71.

Apostolus autem gentium copiosam plenitudinem perfectionemque declarans Sacrificii Crucis, Christum edicit una oblatione consummasse in sempiternum sanctlficatos 7J. Huius enim Sacrificii promerita, ut Infinita prorsus sunt atque immensa, terminos nesciunt; ad universitatem quippe hominum spectant cuiusvis temporis, cuiusvis lod; quatenus in eo sacerdos ac victima Deus homo est; quatenus eius immolatio, eodem modo ac eius Aetemi Patris voluntati obtemperatio, perfecta omnino fuit; et quatenus ipse mortem oppetiit utpote humani generis Caput: «Vide commercium emptionis nostrae: Christus pendet In ligno, vide quanto emit;... sanguinem fudit, sanguine suo emit, sanguine Agni Immaculati emit, sanguine unici Filii Dei emit... Emptor Christus est; pretium sanguis; possessio orbis terrarum»

Haec tamen emptio non statim plenum assequitur effectum suum: oportet siquidem Christus, postquam amplissimo/hoc sui ipsius pretio mundum redemerit, in ve- 55t
ram reapse animorum hominum possessionem veniat. Quamobrem ut eorum redemptio ac salus, ad singulos quod attinet et ad subséquentes posteritates omnes In finem usque sacculi, opere efficiatur Deoque habeatur accepta, opus est prorsus ut singillatim homines vitali modo Crucis Sacrificium attingant, Ideoque quae ex eo eduntur merita iisdem impertiantur. Dici quodammodo potest in Calvaria Christum piacularem snlutaremquc instruxisse piscinam, quam suo replevit effuso cruore: al si homines olus non se mergunt in undas, atque inibi suas Iniquitatum maculas non detergunt, purificati ac salvi fieri profecto nequeunt.

Ut Igitur In sanguine Agni singuli peccatores dealbentur, socius ChrlsUridellum labor requiritur. Licet enim Christus, universe loquendo, totum humanum genus mor-

«CI.MwaJ Ror·. Praefatio. «Ct ·· \Uwc. XIV 3X ·· *Mu*
ui/ *Kur,*. PrwfaliO. ·' Z *lean*. II. 3. ·· MuxCz cJ™/«» s KvX
W. Trw.t. Ub XIII, e. t.). -Hrtr., V. 7 nCf$™ XXII c T
«Ci. ⁋< X, 14- T'S. m C.VUV/ o ib

le sua cruenta Patri reconciliaverit, voluit tamen ul omnes ad Crucem suam, per sacramenta potissimum ac per Eucharistiae Sacrificium, accederent atque adducerentur, ut ab se partos ex Cruce fructus asseauerentur salutares. Qua quidem actuosa singulorum participatione, quemadmodum membra divino suo Capit! cotidie magis assimulantur, sic etiam salus ex Capite profluens impertitur membris: ita quidem ut nos possimus divi Pauli iterare verba: «Christo confixus sum Cruci: vivo autem, iam non ego, visit vero in me Christus»74. Sicut enim, iam alia opportunitate data, enucleate salis ex suscepto consilio ediximus, Christus lesus «dum in Cruce cmoriens, Immensum Redemptionis thesaurum Ecclesiae suae, nihil ea conferente, dilargitus est; ubi dc ciusmodl thesauro distribuendo agitur, id efficiendae sanctitatis opus non modo cum intaminata sua Sponsa communicat, sed ex eius etiam opera vult quodammodo oriri»7I.

Augustum autem altaris Sacrificium eximium est veluti instrumentum, quo promerita e divini Redemptoris Cruce orta credentibus distribuuntur: «quoties huius hostiae commemoratio celebratur, opus nostrae Redemptionis
552 exercetur» Illud / tamen, nedum cruenti Sacrificii dignitatem minuat, eius potius magnitudinem necessitatemque, ut Trldentina Synodus asseverat 77, declarat magisque perspicuas reddit. Dum cotidie immolatur, nos admonet aliam non esse salutem, nisi in Cruce Domini Nostri lesu Christi7i; eiusmodl autem Sacrificii continuationem «ab ortu... solis usque ad occasum»19 Deum ipsum perfici velle, ne gloriae gratiarumque actionis intermittatur hymnus, ab hominibus idcirco Creatori debitus, quod perpetuo eius indigeant auxilio, divinique indigeant Redemptoris sanguine ad ea delenda peccata, quae eius provocant justitiam.

• . .

Expedit igitur, Venerabiles Fratres, christifldeles omnes animadvertant summo sibi officio esse summacque dignitati Eucharisticum participare Sacrificium; idque non quiescenti neglegentique animo et ad alia excurrenti atque vaganti, sed tam Impense tamque actuose ut cum Summo Sacerdote arctissime coniugcntur secundum illud Apostoli: «Hoc... sentite in vobis, quod et in Christo lesu »80; atque una cum ipso et per ipsum illud offerant, unaque cum eo se devoveant.

Christus utique sacerdos est, sed nobis non sibi sacerdos, cum vota religionisque sensus totius humani generis nomine aeterno Patri deferat; idem pariter victima est, sed nobis, cum semet ipsum in vicem hominis culpis obnoxii reponat. lamvero illud Apostoli «hoc ... sentite in vobis quod et in Christo lesu» a Christianis omnibus postulat, ut eo modo animum in se referant affectum, quantum humana potest facultas, quo divini Redemptoris animus affectus erat, cum sui ipsius faciebat Sacrificium; humilem nempe referant mentis demissionem, summaeque Dei Maiestati adorationem adhibeant, honorem, laudem gra-
553 tlarumque actionem. Postulat praeterea ab/iisdem ut victimae condicionem quodammodo sumant, ut semet ipsos ad Evangelil praecepta abnegent, ut paenitentiac ultro llbenterque dent operam, utque admissa quisque sua detestentur et expient. Postulat denique ut omnes una cum Christo mysticam In Cruce mortem obeamus, ita quidem ut Pauli sententiam usurpare possimus «Christo confixus sum Cruci»Bl.

Quod tamen christifldeles Eucharisticum participant Sacrificium, non idcirco sacerdotali etiam potestate fruuntur. Id quidem vestrorum gregum clare prae oculis ponatis omnino necesse est.

Sunt enim, Venerabiles Fratres, qui hodie ad iam olim damnatos errores accedentes doceant in Novo Testamento sacerdotii nomine id solummodo venire, quod ad omnes spectet, qui sacri fontis lavacro expiati fuerint; Itemque praeceptum illud, quo lesus Christus in novissima caena id Apostolis commiserat faciendum, quod ipse fecerat, ad cunctam directo pertinere christifidelium Ecclesiam; atque exinde, deinceps tantum, hlerarchicum consecutum esse sacerdotium. Quapropter populum autumant vera perfrui sacerdotali potestate, sacerdotem autem solummodo agere ex delegato a communitate munere. Quam ob rem Eucharisticum Sacrificium veri nominis «concelebratlonem» existimant, ac reputant expedire potius ut jacerdotes una cum populo adstantes «concelebrent», quam ut privatim Sacrificium offerant absente populo.

Quantopere captiosi huius generis errores iis contradl-

cant veritatibus, quas lam supra asseveravimus, de gradu tractantes quo sacerdos in Mystico lesu Christi Corpore pollet, explanare supervacaneum esL Illud tamen in memoriam revocandum esse ducimus, sacerdoten nempe idcirco tantum populi vices agere, quia personam gerit Domini nostri lesu Christi, quatenus membrorum omnium Caput est, pro ilsdemque semet ipsum offert; ideoque ad altare accedere ut ministrum Christi, Christo inferiorem, superiorem autem populo Populum contra, quippe/ S5-I
qui nulla ratione Divini Redemptoris personam sustineat, neque conciliator sit inter seipsum et Deum, nullo modo iure sacerdotali frul posse.

Quae quidem fidei certitudine constant; at praeterea christifldeles etiam divinam offerre hostiam, diversa tamen ratione, dicendi sunk

Id iam luculentissime nonnulli ex Decessoribus Nostris et Ecclesiae doctoribus declararunt. «Non solum, ita imm. mem. Innocentius 111, offerunt sacerdotes, sed et universi fideles: nam quod specialiter adimpletur ministerio sacerdotum, hoc universaliter agitur voto fidelium M. Ac placet unum saltem ex pluribus S. Robert! Bellarmini effatis in hanc rem afferre: «Sacrificium, inquit, in persona Christi principaliter offertur. Itaque ista oblatio, consecrationem subsequens, est quaedam testificatio, quod tota Ecclesia consentiat in oblationem a Christo tactam, et simul cum illo offerat» es.

Eucharistici quoque Sacrificii ritus ac preces haud minus clare significant atque ostendunt victimae oblationem una cum populo a sacerdotibus fieri. Non solum enim post panis ac vini oblationem sacrorum administer, ad populum conversus, significanter dicit: «Orate fratres, ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile flat apud Deum Patrem omnipotentem» 8e; sed praeterea supplicationes, quibus Deo divina offertur hostia, plurali numero plerumque eduntur; in iisdemque non semel indicatum est, populum etiam hoc augustum participare Sacrificium, quatenus idem offerentem. Haec enim, verbi gratia, habentur: «Pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt... Hanc igitur oblationem servitutis nostrae, sed et cunctae familiae tuae, quaesumus Domine, ut placatus accipias... Nos servi tui, sed et plebs tua sancta offerimus praeclarae Maiestati tuae de tuis donis ac datis hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam» ·7. / 555

Nec mirum est christifldeles ad huiusmod! dignitatem elevari. Baptismatis enim lavacro, generali titulo diristlani in Mystico Corpore membra efficiuntur Christi sacerdotis, ct «charactere» qui eorum in animo quasi insculpitur, ad cultum divinum deputantur; atque adeo ipsius Christi sacerdotium pro sua condicione participant.

Nullo non tempore in catholica Ecclesia humana ratio fide collustrata, ad divinarum rerum maiorem, quae fieri possit, cognitionem contendit. Quamobrem consentaneum est ut Christianus quoque populus pie quaerat, quo sensu et ipse in Eucharistici Sacrificii Canone illud offerre dicatur. Ut satis igitur faciamus pio eiusmodi voto, rem placet heic breviter presseque exponere.

Et primum quidem rationes habentur magis a re remotae, quia nempe haud raro contingit ut christifldeles, sacris assistentes ritibus, suas preces cum sacerdotis precibus alternis vocibus conserant; itemque, quia nonnumquam —quod antiquitus eveniebat crebrius— administris altaris panem vinumque offerunt, ut Christi corpus et sanguis fiant; ac denique quia eleemosynis id agunt, ut sacerdos divinam victimam pro iisdem offerat.

At est etiam intima ratio, cur christianl omnes, ll praesertim qui altari adsunt, offerre dicantur.

Qua in re gravissima ne perniciosus oriatur error, offerendi vocem propriae significationis terminis circumscribamus oportet, incruenta enim illa immolatio, qua consecrationis verbis prolatis Christus in statu victimae super altare praesens readitur, ob Ipso solo sacerdote perficitur, fjrout Christi personam sustinet, non vero prout cnrlstifideium personam gerit. At idcirco quod sacerdos divinam victimam altari superponit, eamdem Deo Patri qua oblationem defert ad gloriam Sanctissimae Trinitatis ct in bonum totius Ecclesiae. Hanc autem restricti nominis oblationem christifldeles suo modo duplidque ratione participant: quia nempe non tantum per sacerdotis manus, sed etiam una cum ipso quodammodo Sacrificium offe-/ 556
runt: qua quidem participatione, populi quoque oblatio ad ipsum lllurgicum refertur cultum.

Christifldeles autem per sacerdotis manus Sacrificium

u (M. II, ťφ,χα. '· Litu EneycL ***Mystici Corporis,*** d. d. xxix lun. MCMXx.ni-NJfau> ***Ro·*** , Secreta Docn. IX post Pentee. "Cf.Sess. XXII. c. *a* et can. 4-»·α Gat.VI.u. "Ma u , I. xx. ·· ***Phüipp.,*** II. 5. * GaJ., II. 19- «Ct Cone. Trid.» Sesv XXIIL. c. 4. ° Cf. S. Ro»xxtvs Bx ik .w . ***Do*** Wu m. II, cap. 4 ***« Dt Sacro AÜaris*** III. 6. ·· ***Do*** Mu m . I. cap. 17. ·· Mκ-A'ow., Onio SLk w . Canon Mutae.

offerre ex eo patet, quod altaris administer personam Christi utpote Capitis gerit, membrorum omnium nomine offerentis; quo quidem fit, ut universa Ecclesia iure dicatur per Christum victimae oblationem deferre. Populum vero una cum ipso sacerdote offerre non idcirco statuitur, quod Ecclesiae membra, haud a]iter ac ipse sacerdos, ritum liturgicum adspcctabilem perficiant, quod solius ministri est ad hoc divinitus deputati: sed Idcirco quod sua vota laudis, impetrationis, expiationis gratiarumque actionis una cum votis seu mentis intentione sacerdotis, immo Summi ipsius Sacerdotis, eo fine coniungit, ut eadem in ipsa victimae oblatione, externo quoque sacerdotis ritu, Deo Patri exhibeantur. Externus enim sacrificii ritus suapte natura cultum internum manifestet necessc est: novae autem legis Sacrificium supremum illud obsequium slgnillcat, quo ipse principalis offerens, qui Christus est, et una cum eo et per eum omnia eius mystica membra debito Deum honore prosequantur ac venerentur.

Magno autem cum animi gaudio certiores facti sumus elusmodi doctrinam, postremis hisce praesertim temporibus, ob impensius multorum liturgicae disciplinae studium, in sua luce fuisse collocatam. Facere tamen non possumus quin veritatis superlationes tralectionesque, quae cum germanis Ecclesiae praeceptis non concordent, vehementer deploremus.

Nonnulli siquidem illa omnino Sacrificia *reprobant quae privatim ac non adstante populo offerantur, quasi a prisca sacrificandi forma aberrent; nec desunt qui asseverent sacerdotes non posse eodem tempore pluribus in aris divina litare hostia, quod hac agendi ratione communitatem dissocient, eiusque unitatem in discrimen adducant: itemque non desunt, qui eo usque procedant, ut oportere prorsus reputent plebem confirmare ratumque habere Sacrificium, ut illud vim virtutemque sortiatur
537 suam./

Perperam hac in re ad socialem Eucharistici Sacrificii indolem provocatur. Quotiescumque enim sacerdos id renovat, quod divinus Redemptor in novissima caena peregit, reapse Sacrificium consummatur, quod quidem Sacrificium, semper et ubique, itemque necessario ac suapte natura, publico et sociali munere fruitur, quandoquidem is, qui illud immolat, et Christi et christifidclium, cuius Divinus Redemptor est Caput, nomine agit, atque illud Deo offert pro Ecclesia Sancta Catholica, ac pro vivis et defunctis *: Idque fit procul dubio sive christifideles praesentes adsint -—quos Nos frequentisslmos pientissimosque adesse cupimus ac commendamus—, sive non adsint, cum neutlquam requiratur ut, quod sacrorum administer fecerit, populus ratum habeat.

Licet tamen ex Iis, quae modo exposuimus, clare pateat nomine Christi atque Ecclesiae litari, neque suis fructibus etiam socialibus Eucharisticum privari Sacrificium quamvis nullo praesente acolytho a sacerdote celebretur, nihilo secius ob huius tam augusti mysterii dignitatem, volumus atque urgemus —quod ceteroquin semper praecepit Mater Ecclesia— ut nullus sacerdos ad altare accedat, nisi adsit minister, qui ei inserviat cique respondeat, ad normam canonis pcccxui.

Ut autem oblatio illa, qua in hoc Sacrificio christlfidclcs divinam victimam Caelesti Patri offerunt, plenum sortiatur effectum, aliud quoque adiungant oportet: semet ipsos nempe quasi hostiam Immolent necessc esL

Quae quidem immolatio ad liturgicum solummodo Sacrificium non reducitur. Vult enim Apostolorum Princeps ul eo ipso quod Christo tamquam lapides vivi superaedificamur, possimus tamquam «sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias acceptabiles Deo per lesum Christum ··; Paulus autem Apostolus absque ullo temporis discrimine hisce verbis Christianos adhortatur: «Obsecro itaque vos..., ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam,
558 U™ placentem, ratio/nabllc obsequium vestrum··0. At cum potissimum christifideles liturgicae actioni tam pia Intentaque mente conlunguntur, ut de iisdem reapse dici queat: «quorum Ubi fides cognita est ct nota devotio··1, facere non possunt quin sua cuiusque fides alacrius per caritatem operetur, pictas vigeat atque flammescat, ac singuli universi divinae procurandae gloriae se consecrent, vehementerque cupientes lesu Christo, acerrimos perpesso dolores, sese arctissime assimulare, cum Ipso Summo Sacerdote et per ipsum se quasi spiritualem hostiam offerant.

Quod quidem Illa etiam adhortamenta docent, quibus Episcopus. Ecclesiae nomine, sacrorum administros appellat quo die eos consecrat: «Agnoscite quod agitis, imitamln quod tractatis, quatenus, mortis dominicae mysterium celebrantes, mortificare membra vestra a vitiis et concupiscentiis omnino procuretis· °3. Ac fere eodem modo in sacris Llturgiae libris Christiani admonentur, qui ad altare accedant, ut sacra participent: «Sit in hoc ... altari Innocentiae cultus, immoletur superbia, iracundia Juguletur, luxuria omnisque libido feriatur, offeratur pro turturibus sacrificium castitatis et pro pullis columbarum innocentiae sacrificium»·3. Dum igitur altari adstamus, ita animum nostrum transformemus oportet, ut quidquid peccatum est in eo penitus restinguatur, quidquid vero per Christum vitam gignit supernam, enixe refoveatur ac roboretur atque adeo nos efficiamur, una cum Immaculata Hostia, victima Aeterno Patri accepta.

Quod quidem propositum sanctissimum ut Ecclesia aptiore, quo fleri possit, modo ad effectum deducere queat, per sacrae Llturgiae praecepta omni ope enititur. Huc enim non solum lectiones spectant, homfliae cetcraeque sacrorum administrorum conciones universusque mysteriorum cyclus, quae nobis per anni decursum recolenda proponuntur, sed vestimenta etiam ac sacri ritus eorumque externus apparatus; quae quidem eo / pertinent ut «molestos 559
tanti Sacrificii commendetur, et mentes fidelium per haec visibilia religionis et pietatis signa, ad rerum altlsslmarum, quae in hoc Sacrificio latent, contemplationem excitentur» ·4.

Omnia igitur liturglae elementa eo contendunt, ut animus noster Divini Redemptoris imaginem per Crucis mysterium in se referat secundum illud Apostoli gentium: «Christo confixus sum Cruci; vivo autem, iam non ego, vivit vero in me Christus» *: Quam ob rem nos veluti hostia una cum Christo efficimur ad augendam Aeterni Patris gloriam.

Huc igitur christifideles, divinam victimam in Eucharistico Sacrificio offerentes, animum convertant atque erigant. Si enim, ut S. Augustinus scribit, mysterium nostrum in mensa dominica positum est 9a, id est ipse Christus Dominus, prout Caput et symbolum coagmentationis illius exsistit, qua nos Corpus Christi sumus 97 ct membra corporis eius ,e; si S. Robertus Bellarminus ad mentem doctoris Hipponensis docet, in Sacrificio altaris generale significari sacrificium quo universum Corpus Christi mysticum, id est tota redempta civitas offertur Deo per Christum, Sacerdotem magnum nihil rectius, nihil iustlus excogitari potest, quam nos omnes una cum Capite nostro, pro nobis passo, nosmetipsos quoque Aeterno Patri immolare. In altaris enim Sacramento, eodem Augustino auctore. Ecclesiae demonstratur, in re, quam eadem offert, ipsam quoque offerri 10°.

Animadvertant igitur christifideles ad quam cos dignitatem sacrum Baptismatis lavacrum evexerint; neque satis habeant generali ea mentis intentione, quae Christi membra Ecclesiaeque fUios decet, Eucharisticum participare Sacrificium, sed cum Summo Sacerdote eiusque in terris administro, ex sacrae Llturgiae rationibus, ultro arctissimequc coniuncti, una cum eodem / tum peculiari 550
modo devinciantur, cum divinae Hostiae consecratio peragitur, eamdemque una cum eo offerant, cum sollemnia illa verba pronuntiantur «Per ipsum, ct cum ipso, et in ipso est tibi Deo Patri Omnipotenti, in unitati Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia saecula saeculorum» l01; quibus quidem verbis populus respondet: «Arnen». Neque Christiani obliviscantur semet ipsos suasque sollicitudines, dolores, angustias, miserias necessitatesque una simul cum divino Capite Cruci suffixo offerre.

Laudibus igitur ii digni sunt, qui eo consilio ducti, ut Christiana plebs Eucharisticum Sacrificium facilius salubriusque participet, «Missalc Romanum» apte in populi manibus ponere conantur, Ita quidem ut christifideles, una cum sacerdote copulati, iisdem cius verbis ilsdcmque Ecclesiae sensibus comprecentur; itemque ii laudibus exornandi sunt, qui efficere contendunt, ut Liturgia externo etiam modo actio sacra fiat, quam reapse adstantes omnes communicent. Id quidem non una ratione contingere potest; cum nimirum universus populus, cx sacrorum rituum normis, vel sacerdotis verbis recto scrvnto ordine respondet, vel cantus edit, qui cum variis Sacrificii partibus congruant, vel utrumque facit, vel denique cum In Sacris sollemnibus alternas lesu Christi administri precibus dat voces unaque simul liturgica cantica concinit.

Quae tamen Sacrificii participandi rationes tum dilaudandae ac commendandae sunt, cum Ecclesiae praeceptis

***Ponlif. Rem.*.. De Ordinatione presbyteri M *IbUtm,* De altaris consecrat, PnHstio. ·· CL Cone. Trtd., Sets. XXII, c. 5. -Gai, II, 10-20. »«C(Sow. *CCLXXII. – O. I Cor., XII, ɣ -Ct Eph.t* V. 30. -Cf. S. RaânTVS** Bkulamm., **Dr .Wu», II. cap. 8. ’·· Cf. Dr Civ. Do, lib. X, cap. 6. Mù-**

·· **JtM·.. Caooa Hnue ’· *I Prtr.,* II. J. ·· *R^m* , XII, r. M MÜ-***nL·*** **. Caneo Mlua·.**

sacrorumque rituum normis diligenter obtemperant. Eo autem potissimum spectant, ut Christianorum pietatem eorumque intimam cum Christo cum eiusque adspectabili administro coniunctionem alant ac foveant, itemque internos illos sensus ct habitus excitent, quibus animus noster Summo Sacerdoti Novi Testamenti assimuletur oportet. Nihilo secius, quamvis externo quoque modo demonstrent Sacrificium suapte natura, utpote a Mediatore
M1 Dei ct hominum 102 peractum, totius mystici / Corporis Christi opus esse habendum; neuliquam tamen necessariae sunt ad publicam eiusmodi constituendam communemque notam. Ac praeterea id genus Sacrum, alternis vocibus celebratum, in locum augusti Sacrificii sollemniter peracti suffici non potest; quod quidem, etiamsi adstantibus solummodo sacris administris fiat, ob rituum malestatem caerimoniarumque apparatum peculiari frultur dignitate sua, culus tamen splendor ct amplitudo, si frequens pietaleque praestans populus adsit, ut Ecclesiae In votis est, summopere adaugetur.

Animadvertendum quoque est eos veritatem egredi rectacque rationis iter, qui fallacibus opinationibus ducti, haec rerum adiuncta tanti faciant, ut asseverare non dubitent, iisdem praetermissis, rem sacram statutum sibi finem assequi non posse.

Haud pauci enim e christifidelibus «Missali Romano», etiamsi vulgata lingua exarato, uti nequeunt; neque omnes Idonei sunt ad recte, ut addecet, intellegendos ritus ac formulas liturgicas. Ingenium, indoles ac mens hominum tam varia sunt atque absimilia, ut non omnes queant precibus, canticis sacrisque actionibus, communiter habitis, eodem modo moveri ac duci. Ac praeterea animorum necessitates ct propensa eorum studia non eadem in omnibus sunt, neque in singulis semper eadem permanent. Quis igitur dixerit, praeiudicata eiusmodi opinione compulsus, tot Christianos non posse Eucharisticum participare Sacrificium, eiusque perfrui beneficiis? At ii alia ratione utique possunt, quae facilior nonnullis evadit; ut, verbi gratia, lesu Christi mysteria pie meditando, vel alia peragendo pietatis exercitia aliasque fundendo preces, quae, etsi formâ a sacris ritibus differunt, natura tamen sua cum iisdem congruunt.

Quamobrem vos adhortamur, Venerabiles Fraires, ut in Dioecesi vel ecclesiastica dicione cuiusque vestra modum rationemque, quibus populus liturgicam actionem participet, moderari atque ordinare velitis secundum normas, quas «Missale» statuit, ct secundum praecepta, quae Sacrum Consilium ritibus praepositum et Codex Iuris Ca-
$42 nonlcl edidere; ita quidem / ut debito omnia ordine ac decore fiant, neve cuilibet, etsi sacerdoti, liceat arbitrio suo sacris aedibus quasi experimenti causa uti. Quam ad rem id etiam Nobis In votis est, ut In singulis Dioecesibus, quemadmodum Consilium habetur sacris musicis et artibus lutandis, sic Consilium quoque constituatur ad liturgicum provehendum apostolatum, ut vigilanti cura vestra diligenter omnia ex Apostollcae Sedis praescriptionibus eveniant.

In religiosorum autem sodalium Communitatibus ea omnia, quae propriae Constitutiones hac in re statuere, accurate serventur, neque res novae inducantur, quas earumdem Communitatum moderatores non ante probaverint.

Quantumvis vero externae rationes rerumque adiuncta, quibus Christianus populus Eucharisticum Sacrificium participat ceterasque liturgicas actiones, varia ac dissimilia esse queant, eo tamen studiosissime semper contendendum est, ut arctioribus, quibus fieri possit, nexibus aditantium animi Divino Redemptori devinciantur, utque eorum vita sanctitate cotidie auctiore exornetur ac caelestis Patris gloria cotidie magis adaugeatur.

Angustum altaris Sacrificium divinae dapis €ommunione concluditur. Attamen, ut omnes norunt, ad eiusdem Sacrificii integritatem habendam requiritur solummodo ut Sacerdos caelesti pabulo reficiatur, non autem ut populus ellam —quod celeroquin summopere optandum est— ad sacram synaxim accedat.

Placet autem hac super re eas iterare animadversiones, quas Decessor Noster Benedictus XIV de Tridcntinl Concilii definitionibus habet: «Primo... dicendum Nobis occurrit, nemini ex fidelibus in mentem venire posse Missas privatas, in quibus sacerdos solus sacram sumit Eucharistiam, propterea veri, perfecti et integri Sacrificii Incruenti a Christo Domino instituti rationem amittere,
M3 ideoque illicitas esse existimandas. Nec enim / ignorant·*

·* *fam,* C2303 Miwae. »«Cf. Z Tim., II, 5. ,w Utt. Encyti ***Certiora***

fideles aut saltem facile edoceri possunt, Sacrosanctum Concilium Tridentinum, innixum doctrinae, quam perpetua Ecclesiae traditio servavit, huic adversantem novam falsamque Lutheri sententiam damnasse»1M. «Si quis dixerit Missas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideoque abrogandas, anathema sit»1Qi.

Ex veritatis Igitur itinere ii aberrant, qui sacris operari nolint^ .nisi sl Christiana plebs ad divinam mensam accedat; ac magis etiam ii aberrant, qui, ut contendant necessarium omnino esse christifideles una cum sacerdote Eucharistica pasci dape, captiose asseverent heic agi non de Sacrificio solummodo, sed de Sacrificio ac caena fraternae communitatis, atque sacram Synaxim ponant, communiter actam, quasi totius celebrationis culmen.

Etenim etiam atque etiam animadvertendum est Eucharisticum Sacrificium suapte natura incruentam esse divinae victimae immolationem, quae quidem mystico modo ex sacrarum specierum separatione patet, ex earumque oblatione Aeterno Patri peracta. Sacra autem synaxis ad idem integrandum ad idemque Augusti Sacramenti communione participandum perlinet; dumque administro sacrificanti omnino necessaria est, christifidelibus est tantummodo enixe commendanda.

Quemadmodum autem Ecclesia, ut veritatis magistra est, catholicae fidei integritatem omni ope tutari enititur, ita, ut suorum est filiorum sollicita mater, eosdem summopere adhortatur ad maximum eiusmodi religionis nostrae beneficium studiose frequenterque participandum.

Cupit imprimis ut Christiani —cum praesertim Eucharisticam dapem reapse sumere haud facile queant— votis saltem eam sumant; ita quidem ut vivida excitata fide, ac demisso reverenter animo Divinique Redemptoris voluntati omnino fidenti, flagrantiore, quo fieri possit, caritatis studio cum eodem coniunganlur. /

Sed hoc non satis eidem est. Quandoquidem enim, per Angelorum panis convivium, Sacrificii, ut supra diximus, «sacramenta!i» etiam Communione participes fieri possumus, idcirco Ecclesia Mater, ut efflcaciore ratione «Redemptionis fructum in nobis lugiter sentiamus»10$, filiis suis singulis universis Christi Domini invitationem iterat: «Accipite et manducate... Hoc facite in meam commemorationem» loe. Quam ad rem Tridentina Synodus, lesu Christi eiusque intaminatae Sponsae votis veluti resonans, vehementer adhortata est «ut in singulis Missis fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramental! etiam Eucharistiae perceptione communicarent, quo ad eos sanctissimi huius Sacrificii fructus uberior proveniret» 107. Quin immo Decessor Noster imm. mem. Benedictus XIV, ut satius luculentiusque patescat christifideles per Eucharistiae perceptionem divinum ipsum participare Sacrificium, eorum pietatem dilaudat, qui non modo caelesti pabulo, dum Sacrificio intersunt, enutriri cupiant, sed ipsis in eodem Sacrificio consecratis hostiis cibari praeoptent, quamvis, ut ipse declarat, vere ac reapse Sacrificium participetur, etiamsi de Eucharistico pane agatur, cuius consecratio lam antea rite peracta fuerit. Ita enim scribit: «Et quamvis de eodem Sacrificio participent, praeter eos, quibus a sacerdote celebrante tribuitur In ipsa Missa portio Victimae a se oblatae, 11 etiam, quibus sacerdos Eucharistiam reservari solitam ministrat; non tamen idcirco aut vetuit umquam Ecclesia, aut modo vetat, satisfieri ab ipso sacerdote pietati et iustae eorum petitioni, qui Missae adstantes, ad consortium admitti postulant eiusdem Sacrificii, quod el ipsi pariter offerunt ea ratione, quae ipsos decere potest: immo probat atque cupit ne id omittatur, eosque sacerdotes increparet, quorum culpa et negligentia fidelibus participatio ilia denegaretur» 1β·.

Faxit autem utinam Deus, ut sollicitis hisce Ecclesiae invita/tionibus omnes ultro llbenterque respondeant; faxit Deus ut christifideles vel cotidie, sl possint. Sacrificium divinum non solum spirituali modo participent, sed Augusti etiam Sacramenti communione, lesu Christi Corpus sumentes, pro omnibus Aeterno Patri oblatum. Excitate, Venerabiles Fratres, in eorum animis qui vestris demandati sunt curis, studiosam ac veluti inexplebilem lesu Christi famem; vobis magistris, altaria pueris luvenlbusque stipentur, oui sese, innocentiam suam, suamque actuosam navitatem Divino offerant Redemptori; frequentes accedant coniuges, qui ad sacram mensam enutriti. Inde sumant ut suDolem sibi creditam lesu Christi sensibus eiusque caritate conforment; advocentur opifices, ut cibum Illum accipere queant, qui validus ac numquam deficiens

*»Sim4r CoD^t» F«tl Corp. Christi »·· J O. XI. 14. '"Sm XXII. c. 6. ··· Liti. EncycL Cfrftrâ #»! | y

eorum vires redintegret, quique eorum laboribus sempiternam in caelo mercedem praeparet; omnes denique cuiusvis ordinis homines convocate ac compellite intrare ,0T; quandoquidem hic est panis vitae, quo omnes indigent. lesu Christi Ecclesiae hoc uno pane fruitur, quo nostrorum animorum optata ac desideria expleat, quo eos arctissime lesu Christo coagmentet, et quo denique «unum corpus» π· fiant, ac velutl fratres inter sc ii consocientur, qui eidem caelesti Mensae assideant, ut frangentes panem unum, pharmacum sumant immortalitatis Hl.

Valde autem opportunum est, quod cetcroquin Liturgia statuit, populum ad sacram accedere svnaxim, postquam sacerdos divinam dapem ex ora libaverit; atmie, ut supra scripsimus, ii dilaudandi sunt, qui, Sacro adstantes, hostias in eodem Sacrificio consecratas accipiant, ita quidem ut reapse contingat «ut quotquot cx hac altaris participatione sacrosanctum Filii lui corpus et sanguinem sumpserimus, omni benedictione caelesti et gratia repleamur»

Verumtamen causae interdum non desunt, nec rarae sunt, cur Eucharisticus panis vel ante vel post Sacrificium
566 ipsum di/stribuatur, et cur etiam —quamvis sacra habeatur synaxls statim ac sacerdos sc caelesti epulo cibaverit—hostiis tamen Id fiat iam superiore tempore consecratis. Hisce etiam in rerum adiunctis —quod ceteroquin iam supra admonuimus— populus rite Eucharislicum participat Sacrificium, ac facilius non raro potest ad Mensam vitae aeternae accedere. Quodsi tamen Ecclesia, pro materna indulgentia sua, spiritualibus filiorum necessitatibus occurrere nititur, Il nihilo secius pro sua quisque parte debent, quidquid sacra Liturgia suadeat, non facile spernere, ac quotiescumque probabilis non obsistat causa, ea omnia efficere, quibus vivens Mystici Corporis unitas clarius ad altare patescat.

Opus sacrum, quod peculiares Liturgiae nonnae moderantur, postouam peractum est, non eum gratiarum actione exsolvit, qui caeleste degustavit pabulum; quin Immo valde consentaneum est eum, Eucharistica accepta dape ac publicis conclusis ritibus, se recollegere, ac cum Divino Magistro intime coniunctum, cum eodem prouti rerum adiuncta concedant, dulcissime salubriterque colloqui. Ii igitur ex recto secedunt veritatis tramite, qui verbo magis miam sententiae Inhaerentes, asseverent ac doceant post Sacrum absolutum haud esse eiusmodi gratiarum actionem producendam, non modo quod ipsum altaris Sacrificium per se gratiarum sit actio, sed quod etiam ad peculiarem actum id pertineat privatae ac propriae suae cuiusque pietatis, non autem ad communitatis nonum.

At contra ipsa Sacramenti natura hoc postulat, ut eius perceptio uberes Christianis edat sanctitatis fructus. Dimittitur utique publicus communitatis coctus, at singuli, una cum Christo copulati, in suo quisque animo laudis canticum non intermittant oportet «gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini Nostri lesu Christi, Deo el Patri»1U. Sacra etiam Eucharistici Sacrificii Li-
567 turgla ad hoc nos adhortatur, cum nos *I* hisce verbis precari lubet: «Da, ouaesumus, ut in gratiarum semper actione maneamus ÎH..., et a tua numquam laude cessemus» ni. Quamobrem, sl nullo non tempore grates Deo agendae sunt, et a sua laude est numquam cessandum, quisnam audeat Ecclesiam reprehendere vel improbare, quod sacerdotibus suis 111 ac christifldelibus suadeat post sacram synaxlm parumper saltem cum Divino colloqui Redemptore, et quod llturgicls inseruerit libris opportunas preces. Indulgentiae muneribus ditatas, quibus sacrorum administri vel antequam sacris operentur divinaque dape reficiantur, apte se praeparent, vel. re divina peracta, gratum Deo profiteantur animum? Tantum abest ut sacra Liturgia intimos singulorum Christianorum sensus reprimat, ut eos potius idcirco refoveat atque instimulet, ut lesu Christo assimulentur, per eumdemque ad caelestem Patrem dirigantur; quapropter haec eadem disciplina Kstulat ut quisquis sancta de altari libaverit, debitas :o grates persolvat. Divino enim placet Redemptori nos deprecantes audire, noblscum aperto animo colloqui, nobisque In flagranti Corde suo praebere refugium.

Quin Immo eiusmodi actus, singulorum proprii, omnino necessarii sunt, ut uberius omnes supernis fruamur thesauris, quibus Eucharistia affluit, eosdemque pro facultate in ceteros refundamus, ut Christus Dominus in omnium animis suae virtutis plenitudinem assequatur.

Cur igitur. Venerabiles Fratres, cos non dilaudemus, qui cum Eucharisticum pabulum acceperint, postquam etiam christifldellum coetus publice dimissus sil, una cum Divino Redemptore intima familiaritate commorentur, non modo ut cum eo colloquantur suavissime, sed ut eidem etiam gratos agant debitasque referant laudes, ac praesertim ut opem poscant, ut ex animis arceant culusque suis quidquid sacramenti efficacitatem minuat, utque ea om-
nia pro sua parte officiant, quae praesen / tissimae lesu 5W
Christi actioni obsecundare possint? Id peculiari modo faciant, hortamur, cum suscepta exsequendo proposita, christianasque exercendo virtutes, tum ad suas referendo necessitates quod regali liberalitate acceperint. Certe equidem aurei libelli auctor De *imitatione Christi* secundum Liturgiae praecepta et afflatum loquitur, cum haec el suadet, qui ad sacram synaxlm accesserit: «Mane in secreto et frucre Deo tuo: ipsum enim habes, quem totus mundus tibi auferre non potest»ll7.

Nos omnes itaque una cum Christo arctissime devincti, sanctissimo eius animo quasi nos submergere nitimur, atque idcirco eidem coagmentamur, ut illos actus participemus, quibus ipse grato acceptissimoque obsequio Augustam Trinitatem adorat; quibus summas Aeterno Patri grates laudesque refert, caelis terrisque concorditer resonantes, secundum illud: «Benedicite omnia opera Domini Domino»11·; quibus denique consociati caelestem opem eo horae momento imploramus, quo nullum magis opportunum datur ad petenda impetrandaque Christi nomine auxilia llf, et quibus potissimum hostiam nos offerimus atque immolamus dicentes: «Nosmet ipsis tibi perfice munus aeternum» 11°.

Continenter Divinus Redemptor studiosam geminat invitationem suam: «Manete In me» ltl. Per Eucharistiae autem Sacramentum Christus in nobis et nos In Christo commoramur; et quemadmodum Christus, in nobis manens, vivit et operatur, Ita oportet nos, in Christo manentes, per cum vivamus atque operemur.

• . .

Eucharisticum pabulum continet, ut omnes norunt, «vere, reallter et substantialiter corpus et sanguinem una
cum anima / et divinitate Domini nostri lesu Christi»l,t; ™
nihil igitur est mirum, si Ecclesia, inde ab originibus, Christi corpus sub panis specie adoraverit, ut ex ipsis patet augusti Sacrificii ritibus, quibus sacrorum administris praecipitur ut, positis genibus, vel graviter inclinato capite. Sacramentum sanctissimum adorent.

Sacra Concilia docent traditum Ecclesiae esse, inde a suae aetatis initio, ut «una adoratione Deum Verbum incarnatum cum propria Ipsius came» lX3 recolat; ac S. Augustinus asseverat: «Nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adoraverit», addens, nos non solum non peccare adorando, sed peccare non adorando m.

Quibus doctrinae principiis Eucharisticus adorationis cultus ortus est, ac pedetemptim succrevit, a divina litatione distinctus. Sacrarum specicrum conservatio pro Infirmis, pro iisque omnibus, qui in mortis discrimen venissent, laudabilem induxit morem adorandi caelestem hanc dapem. quae in templis reponitur. Qui quidem adorationis cultus valida firmaque ratione nititur. Eucharistia enim et Sacrificium, et Sacramentum est; hoc autem a ceteris Idcirco differt, quod non modo gratiam gignit, sed Ipsum gratiae auctorem stabili modo continet. Cum Igitur Ecclesia nos iubet Christum Eucharisticis delitescentem velis adorare, ab eodemque superna ac terrestria ea dona petere, quibus nullo Intermisso tempore Indigeamus, vividam patefacit fidem, qua divinum suum Sponsum iisdem sub velis praesentem credit, gratam ei suam profitetur voluntatem, intimaque fruitur familiaritate eius.

Eiusmodi autem cultus varias decursu temporis Ecclesia invexit formas, cotidie utique pulchriores salubrioresque: ut, exempli gratia, pias ac vel cotidianas ad divina tabernacula salutationes; ut sacros benedictionis ritus per Sanctissimum / Sacramentum peractae; utque sollemnes 570
pompas, praesertim in Conventibus Eucharisticis, per urbes, per pagos ductas, ac Sacramenti /Xugusti publice propositi adorationes. Quae quidem publicae adorationes interdum brevi tempore aguntur, interdum vero per horas

•••Ct Ux., XIV.3J.W·/0-.X,0.t»CLS. Icmat Μαβτὺ>.. .4J Ef , » u· Mûm𝔛t Rtm., Canon "* EfUr. V. io- m MumI/ Rem. Postctrœnwüo DnnunicM bUn Oct. Po$lc«nnronk> DonuoicM 1 pent Ptatec. u· C. Γ. C., can. Sto.

u' Lib. IV. cap. IX. »»· Dam., ΠT, 57. 11· Cf. Τολμ., XVI, :u »· ΛΓιιμ Λ» S^rcta Misue SS. Triait. << Ioa'm'. XV. * »"Cnuc. Trul., S«s. XΠI, can. 1. «-Cone. Constant. II, // triX A𝓌ik C⌒- »·'«· Coot. Trid., Ses». XIII, can. 6, VI, Conit Xudorcm Q. LXI. "«CL Ɇntr

ac vel per xxxx horas producuntur; atque alicubi in integrum quoque annum per vices in singulis templis continuantur, alicubi vero diu ctinm noctuquc Religiosa rum Sodalitatum cura perpetuantur, easdemque non raro christlfidcles quoque participant.

Haec pietatis exercitia mirandum in modum ad fidem supemamque vitam Ecclesiae hisce in terris militantis contulerunt, quae quidem hac agendi ratione triumphanti Ecclesiae quodammodo resonat, laudis hymnum perpetuo extollenti ad Deum ct Agnum «qui occisus est» M·. Quamobrem pia eiusmodi exercitia, usquequaque terrarum per sacculorum decursum propagata, non modo Ecclesia probavit, sed velutl sua cifccit, auctorilatequc sua commendavit 13·. Ex sacrae Liturgiae afflatu oriuntur; atque adeo, si debito decore eaque fide ac pietate fiant, quae ex sacris ritibus Ecclesiaequc praescriptionibus requiruntur, ad liturgicam vivendam vitam procul dubio summopere conferunt.

Neque dicendum est Eucharistico eiusmodi cultu Christum historicum, ut aiunt, qui in terris aliquando vixit, ac Christum in Augusto altaris Sacramento praesentem, eumque, qui gloriose In caelis triumphat, supernaque impertit munera, una simul falsum in modum permisceri; quin immo asseverandum potius est hac ralione christifideles Ecclesiae fidem testari sollemnitcrque patefacere, qua Idem esse creditur Dei Verbum ac Mariae Virginis Filius, qui in Cruce passus est, qui in Eucharistia praesens latet, quique in supernis regnat sedibus. Ita S. loannes Chrysostomus: «... Cum ipsum [Corpus Christi] videris propositum, tibi ipsi dic: Propter hoc Corpus non sum ego amplius terra et cinis, non ultra captivus, sed liber: Ideo caelos
571 spero / et bona illic reposita me accepturum esse, immortalem vitam. Angelorum sortem, cum Christo consuetudinem: hoc Corpus clavis confixum, flagris caesum, mors non tulit...; hoc est illud corpus, quod cruentatum fuit, lancea perfossum, quod salutares fontes scaturivit orbi, alium sanguinis, alium aquae... Hoc Corpus dedit nobis et fenendum et comedendum, quod intensae dilectionis tult>

Peculiari autem modo mos ille valde dilaudandus est, mio multa pietatis exercitia In Christiani populi consuetudinem invecta, Eucharisticae benedictionis ritu finem habent. Optime enim, nec sine ubere fructu evenit, ut sacerdos pronis coram frontibus Christianae multitudinis, Angelorum Panen. ad caelum attollens, eumque in Crucis formam rite circumferens, caelestem Patrem comprecetur benigne ut velit oculos ad Filium suum convertere, amore nostrum patibulo suffixum, eiusque causa et per ipsum, qui Redemptor ct frater noster esse voluit, superna munera in eos effluere iubeat, quos immaculatus redemit Agni sanguis 118.

Summa Igitur, qua soletis, diligentia contendite, Venerabiles Fratres, ut templa, quae Christianarum gentium fides ac pietas per saeculorum decursum idcirco aedificarunt, ut perpetuum gloriae hymnum omnipotenti Deo concinerent, ac Redemptori nostro sub Eucharisticis speciebus latenti dignam praeberent sedem, christifidelibus frequentioribus usque pateant, qui, ad pedes Servatoris nostri convocati, suavissimam eius invitationem audiant: «Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos» 12·. Sint eadem domus Dei, in quam qui beneficia petituri ingrediuntur, cuncta se impetrasse laetentur 13·, ac consolationem caelestem consequantur.

Ita solummodo contingere poterit, ut universa hominum familia compositis tandem rebus pacificetur, ac mente animoque concordi Illud spei canat caritatisque carmen:
572 tBone Pastor, / panis vere—lesu, nostri miserere: — tu nos pasce, nos tuere; —tu nos bona fac videre— in terra viventium»in.

III

Optima Christianae vitae forma ac ratio in eo consistit, ut se quisque arctissime continentcrque cum Deo coniungat. Quamobrem cultus, quem Ecclesia aeterno Numini tribuit, quique in Eucharistico praesertim Sacrificio nititur Sacramentorumque usu, ita ordinatur ac componitur, ut per divinum officium diei horas, hebdomades, cunctumque anni cursum amplectatur, omniaque tempora variasque humanae vitae condiciones attingat.

Cum Divinus Magister praeceperit: «Oportet semper orare et non deficere»133, Ecclesia huic admonitioni fideliter obtemperans, preces fundere numquam Intermittit, atque hisce Apostoli gentium verbis nos adhortatur: «Per Ipsum [lesum] offeramus hostiam laudis semper Deo» m.

Publica ac communis supplicatio, quae ab omnibus una simul admovetur Deo, antiquissima aetate certis diebus certisque horis solummodo habebatur. Verumtamen non modo In coetibus, sed privatis etiam in domibus, atque Interdum una cum vicinis et amicis, Deo supplicabatur. Mox vero, in variis Christiani orbis partibus, consuetudo Invaluit peculiaria tempora sacrae precationi destinandi, ut exempli gratia postremam diei horam, cum advesperascit ac lucerna accenditur; vel primam, cum nox ad finem vergit, post nempe galli cantum et sub diurni sideris ortum. Alia diei momenta, utpote fundendis precibus aptiora, in Sacris Litteris indicantur, vel ex tradito Hebraeorum more atque ex cotidianae vitae usu. Secundum «Apostolorum Acta» lesu Christi discipuli una simul coniuncti hora tertia comprecabantur, cum «repleti sunt omnes Spi-
ritu / Sancto»134; Apostolorum autem Princeps, antequam 573
cibum sumeret, «ascendit... in superiora ut oraret circa horam sextam» ac Petrus et loannes «ascendebant In templum ad horam orationis nonam»13< et «media... nocte Paulus et Silas orantes, laudabant Deum»137.

Variae eiusmodi supplicationes, consilio praesertim et opera monachorum eorumque, qui asceticae disciplinae se dederant, decursu temporis cotidie magis perficiuntur, ac pedetemptim Ecclesiae auctoritate in ipsum sacrae Liturgiae usum inducuntur.

Est Igitur «Divinum Officium», quod vocamus, Mystici lesu Christi Corporis precatio, quae Christianorum omnium nomine eorumque in beneficium adhibetur Deo, cum a sacerdotibus aliisque Ecclesiae ministris et a religiosis sodalibus fiat, in hanc rem ipsius Ecclesiae Instituto delegatis.

Divinae huius laudis ratio ac virtus quae esse debeant ex iis eruitur verbis, quae Ecclesia dicenda suadet, antequam horariae preces Incipiantur, praecipiens nempe ut «digne, attente ac devote» recitentur.

Dei Verbum, humanam naturam assumens, terrestri huic exsilio hymnum illum invexit, qui in supernis sedibus per omne aevum canitur. Universam hominum communitatem ipse sibi coagmentat, camdemque In divino hoc concinendo laudis carmine secum consociat. «Quid oremus, sicut oportet, nescimus», sicut nobis humiliter confitendum est, «sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus Inenarrabilibus»13'. Ac Christus quoque per Spiritum suum in nobis Patrem efflagitat. «Nullum maius donum praestare posset Deus hominibus... Orat [lesus] pro nobis ut sacerdos noster; orat in nobis ut caput noster, oratur a nobis ut Deus noster... Agnoscamus ergo et in illo voces nostras ct voces eius In nobis... Oratur in forma Del, orat in forma servi: ibi Creator, hic creatus creaturam mutandam non / mutatus assumens, et secum nos faciens unum 574
hominem, Caput et corpus»13t.

Excelsae dignitati eiusmodi Ecclesiae precationis intenta animi nostri pietas respondeat oportet. Ac quando quidem orantis vox ea repetit carmina, quae Spiritus Sancti afflatu conscripta sunt, quaeque perfectissimam Dei amplitudinem declarant atque efferunt, necesse quoque est ut hanc vocem internus nostri spiritus motus ita comitetur, ut eosdem sensus illos efficiamus nostros, quibus ad caelum erigamur, quibus sanctam adoremus Trinitatem, et quibus laudes ac grates eidem tribuamus debitas: «Sic stemus ad psallendum ut mens nostra concordet voci nostrae» lt0. Non igitur de recitatione tantum agitur, vel de cantu, qui quamvis ex musicae artis sacrorumque rituum normis sit perfectissimus, aures tamen solummodo attingat, sed potissimum de ascensu mentis animique nostri ad Deum, ut eidem nosmet ipsos, omnesque actiones nostras, lesu Christo coniuncti, penitus addicamus.

Inde profecto pro supplicationum nostrarum non exigua parte efficacitas pendet. Quae quidem, si ad Ipsum Verbum, hominem facium, non admoventur, hisce verbis concluduntur «per Dominum nostrum lesum Christum»; qui. utpote nostrum Deiquc conciliator, stigmata sua gloriosa caelesti Patri ostendit, «semper vivens ad interpellandum pro nobis» 1U.

Psalmi, ut omnes norunt, praecipuam constituunt «Divini Officii» partem. Cunctum Udem diei cursum complectuntur, sanctltatequc afficiunt atque ornant. Pulchre Casslodorus de Psalmis, In «Officium divinum» suae aetatis distributis declarat: «IpsL·. diem venturum matutina exsultatione conciliant, ipsi nobis primam diei horam dedl-

« *Pt. XCVIII.* 9. "■ *Apx.,* V, 12. coll. VII, xo. >"C£ Cone. Trid.» Ses». XIII.c. 5 «lean. 6. »·» *In I ad Cor.,* XXIV, 4.111 Cf. *I Pdr., I,* XQ. »«· Μαγτη., XI, :· ⅜«Cf. *Misiak Rom.,* Coll, in Mls&a Ded. EecL 1M Λ/ûsaJr Rzm., §. *Landa Sion* in f«to SsAi Corporis Christi. m Lvc., XVIII, x. "·· *Htba.,* XIII, 13. »'CL.4rf., Π. X-X5. ···/«»■·. III. 1 "UMm. XVI. 13. μ· VIII, 16. ⅝. Anivin . *ürr ,, ρβ IA VXV,* o. 1 ''•S. B»kkx›ict .. *Rcg^a* c XIX. VU, 13

cant, ipsi nobis tertiam horam consecrant, ipsi sextam in panis confractione laetificant. Ipsi nobis nonâ Iciunia resolvunt, ipsi diei postrema concludunt, ipsi, noctis adventu, ne mens nostra tenebretur efficiunt»1U./

Veritates in mentem revocant, populo electo divinitus patefactas, terribiles interdum, interdum vero suavissima dulcedine perfusas; spem repetunt atque incendunt promissi Liberatoris, quae olim vel circa domesticos focos, vel in ipsa templi malestate concinendo refovebatur; itemque mirifica in luce ponunt lesu Christi gloriam in antecessum significatam ac summam aetemamque cius virtutem, dein vero hoc in terrestre exsilium eius adventum dimissionemque, regiam eius dignitatem potestatemque sacerdotalem, ac denique beneficos eius labores eiusque in nostram redemptionem profusum sanguinem. Ac pari modo nostrorum animorum iucundltatem exprimunt, aegritudinem, spem, timorem, ac Deo omnino fidentem eumdemque redamantem voluntatem nostram, nostrumque mysticum ascensum erga divina tabernacula.

•Psalmus... benedictio populi est, Dei laus, plebis laudatio, plausus omnium, sermo universorum, vox Ecclesiae, fidei canora confessio, auctoritatis plena devotio, libertatis laetitia, clamor Jucunditatis, laetitiae resultatio»1W.

Prisca aetate frequentiores christifideles horariis hisce precibus aderant; sed hoc pedetemptim exolevit, atque, ut modo diximus, in praesens earum recitatio clero solummodo ac religiosis sodalibus offldum est. Nihil igitur districto iure laicorum ordini hac in re praecipitur; verumtamen summopere optandum est, ut horarias illas preces recitando vel canendo, actu participent, quae diebus festis sub vesperum in sua cuiusque curia habeantur. Enixe vos vestrosque adhortamur. Venerabiles Fratres, ut pia haec consuetudo in usu esse ne desinat, utque, ubicumque obsolevit, iterum pro facultate effecta detur. Quod tum procul dubio salutaribus cum fructibus flet, cum vespertinae laudes non solum digne ac decore persolventur, sed ita ae ut variis modis christifidelium pietatem suaviter nt. Dierum festorum, qui peculiari modo Deo dicandi ac consecrandi sunt, publice ac prlvatim sit inviolata religio; imprimisque diei dominicae, quam Apostoli, a Spiritu Sancto / edocti, In locum sabbati substituerunt. Si autem ludaels praeceptum fuit: <Sex diebus facietis opus: In die septimo Sabbatum est: requies sancta Domino: omnis qui fecerit opus in hac dic, morietur»1M: quomodo Christiani illi spiritualem mortem non timeant, qui diebus festis opera senilia peragant, per eorumque requietem non pietati, non religioni se dedant, sed saeculi huius illecebris intemperanter concedant? Rebus igitur divinis, quibus Deus colitur, animus autem pabulo caelesti enutritur, dies dominica ceterisque dies festi consecrandi sunt: et quamvis Ecclesia Id tantum praecipiat, ut christifideles nempe a senili labore abstineant et Eucharistico intersint Sacrificio, de vespertino autem cultu praeceptum nullum habeat, aliud tamen etiam atque etiam commendat in votisque habet; ac ceteroquin aliud quoque postulat singulorum necessitas, qua omnes sibi tenentur propitiare Deum ut eius Impetrent beneficia. Summo dolore Noster oppletur animus, cum cernimus qua agendi ratione nostris hisce temporibus mediam dici festi partem, postmeridianam dicimus, Christianus populus traducat: publica spectaculorum loca publicique ludi frequentantur quam maxime, dum sacrae aedes minus quam decet celebrantur. At oportet utique omnes nostra adeant templa, ut inibi catholicae fidei veritatem doceantur, ut Dei laudes concinant, utque per sacerdotem Eucharistica benedictione ditentur, et contra huius vitae adversa caelesti ope muniantur. Perdiscant pro viribus omnes eas formulas retinere, quae in precibus ad vesperam habitis concinuntur, earumque significatione suos imbuant animos; hisce enim vocibus affecti ac permoti, quod S. Augustinus de se asseverat, experientur: «Quantum flevi in hymnis et canticis, suave sonantis Ecclesiae tuae vocibus commotus acriter. Voces illae influebant auribus meis, et eliquabatur veritas In cor meum, et exaestuabat inde offectus pietatis, et currebant lacrimae, el bene mihi erat»1<s. /

Per totum anni cursum Eucharistici Sacrificii celebratio itemque preces horariae circa lesu Christi personam potissimum vertuntur; ac res tam consone congruenterquc componuntur, ut in iisdem Servator noster per suae demissionis, redemptionis triumphique mysteria dominctur.

Quae quidem lesu Christi mysteria dum sacra Liturgia In memoriam revocat, contendit ut credentes omnes Ita eadem participent, ut divinum Mystici Corporis Caput in singulis membris perfectissima sanctitate sua vivat. Christianorum animi veluti altaria sint, in quibus varia Sacrificii momenta, quod Summus immolat Sacerdos, alia cx aliis quodammodo reviviscant: dolores nempe ac lacrimae, quae peccata detergunt et expiant; precatio Deo admota, miae ad caelum usque erigitur; sui ipsius devotio ac veluti Immolatio, quae prompto, generoso, studlosoque fit animo; ac denique arctissima coniunctio, qua nos nostraque Deo committimus, In eoque conquiescimus; «cum religionis summa sit imitari quem colis» u·.

Modis ac rationibus hisce congruenter, quibus Llturgia per stata tempora lesu Christi vitam nobis meditandam proponit, Ecclesia nobis exempla ostendit, quae imitari oportet, ac sanctitatis thesauros indicat, quos nobis assumamus, quandoquidem quod ore canitur, mente credere necesse est, et quod mente creditur, in privatos est publlcosque mores inducendum.

Sacri enim Adventus tempore, peccatorum, quae misere patraverimus, In nobis conscientiam excitat; nosque adhortatur ut, cupiditatum refrenatione voluntariisque corporis castigationibus usi, nosmet Ipsos ple meditando recollegamus, ac vivido illo permoveamur desiderio redeundi ad Deum, qui unus potest nos ab admissorum labe et a funestis illis, quae inde consequuntur malis, sua gratia liberare.

Redemptoris autem redeunte natali die, videtur nos veluti ad Bethlehemilicum reducere specum, ut ibi edoceamur omnino / necessarium esse renasci denuo ac nos 573
funditus reformare; quod quidem tum solummodo fit, cum Dei Verbum, hominem factum, intima ac vitali ratione attingimus, ciusquc divinam naturam, ad quam evecti sumus, participamus.

Per Epiphaniae vero sollemnia gentium vocationem ad Christianam fidem revocans, vult nos cotidie aeterno Numini de tanto beneficio gratias agere, impensa fide Deum vivum ct verum appetere, res supernas pie penitusque intellegere, ac silentium meditationemque adamare, quo facilius caelestia intueamur ac capiamus dona.

«Septuagesimae» ac «Quadragesimae» diebus etiam atque etiam eo contendit Mater nostra Ecclesia, ut miserias quisque nostras intente consideremus, ut ad morum emendationem actuose Incitemur, utque peculiari modo peccata detestemur, eaque precando paenitendoque deleamus; quandoquidem adsidua precatio et admissorum paenitentia supernum nobis conciliant auxilium, sine quo quaevis opera nostra inanis ac sterilis est.

Sacro autem tempore, quo asperrimi lesu Christi cruciatus a Liturgia proponuntur, ad Calvariam nos Ecclesia invitat, ut cruentis Divini Redemptoris vestigiis insistamus, ut una cum eo Crucem volentes subeamus, ut eosdem in animum referamus nostrum expiationis placallonisque sensus, utque simul omnes cum eo commoriamur.

Per Paschalia sollemnia, quibus Christi triumphus commemoratur, intimo animus noster perfunditur gaudio; ac probe recogitare debemus nobis quoque una cum Redemptore resurgendum esse ex frigida atque inerti vita ad ferventiorem sanctioremque, plene gencroseque nos donando Deo, ac miseram obliviscendo hanc terram, ut unice ad caelum aspiremus: «si consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite..., quae sursum sunt saplte» UT.

Pentecostes denique tempore, suis praeceptis Ecclesia suaque nos adhortatur opera, ut ad Spiritus Sancti actionem nos do/ciles praebeamus; qui quidem animos nostros $79
divina incendere caritate exoptat, ut in virtute studiosius cotidie progrediamur, atque adeo sancti simus, quemadmodum Christus Dominus clusque Pater, qui est In caelis, sancti sunt.

Liturglcus igitur annus veluti magnificus laudis hymnus habendus est, quem Christianorum familia per lesum, perpetuum conciliatorem suum, caelesti Patri admovet; sed diligens etiam ordinatumque studium a nobis postulat, quo magis in dies magisque divinum cognoscamus ac laudemus Redemptorem nostrum; itemque impensum valldumque nisum atque indefessum requirit exercitium, quo eius Imitemur mysteria, quo dolorum eius iter volentes ingrediamur, ct quo tandem aliquando eius gloriam eiusque sempiternam participemus beatitatem.

Ex praeceptis hisce, quae usque adhuc tradidimus, luculenter apparet. Venerabiles Fratres, quantum a germana ac sincera Liturgiae ratione il aberrent nostrorum temporum scriptores, qui, elatioris mysticae disciplinae decepti

»<· Fffiwjjw m ***Puiitrw.*** PrarteUn: Qt kdlur h« ed. P. L,LXX. io. Noan»i2i unxn ccertit paxlem ‼ut> diclkxih uno r«c Cwuodom «-S. Awiaos.. m» P» /, n ◊ »·· *Er U*. XXXI. 15. ·». Gm/ro..

hb IX. cap. 6. ··· S. Avgustu·., *Dc* Cic Dd, lib. VIII. cap. 17. »«' Ota,

specie, asseverare audeant non attendendum esse Christum historicum, sed «pneumaticum, vel gloriflcalum»; itemque affirmare non dubitent, in christifidelium pietate exercenda, Christum, inducta mutatione, quasi e sua sede delectum esse, cum Christus glorificatus, qui vivit ct regnat in saecula sacculorum et sedet ad dexteram Patris, occultatus sit, in clusque locum Christus ille sit invectus, qui terrenam hanc vitam degebat. Quamobrem nonnulli eo usque procedunt, ut Divini Redemptoris imagines In Cruce dolentis cx sacris aedibus removere expetant.

Attamen falsa eiusmodi commenta sanae omnino obstant doctrinae, a maioribus traditae. «Credis in Christum natum in carne, ita S. Augustinus, el pervenies ad Christum natum de Deo, Deum apud Deum»x<'. Sacra autem Liturgia totum nobis Christum proponit In omnibus suae vitae conditionibus: eum nempe, qui Aeterni Patris est Verbum, qui c Deipara Virgine nascitur, qui veritatem
SSO nos docet, qui aegrotos sanat, qui mae/rore affectos solatur, qui dolores patitur, qui moritur; ac deinde qui ex triumphata morte resurgit, qui in caeli gloria regnans Paracll-tum in nos immittit Spiritum, qui perpetuo denique in sua Ecclesia vivit: «lesus Christus heri et hodie: ipse ct in saecula» M.* Ac praeterea non modo cum nobis imitandum praebet, sed magistrum etiam ostendit, cui pronas demus aures, pastorem, quem sequamur, ac salutis nostrae conciliatorem, sanctitatis nostrae principium, et Mysticum Caput, cuius nos membra vita sua fruentia sumus.

Quoniam vero acerbi cius cruciatus praecipuum constituunt mysterium, ex quo salus nostra oritur, catholicae fidei consentaneum est in maxima Illud sua luce poni; est siquidem divini cultus veluti centrum, cum Eucharistlcum Sacrificium cotidie illud repraesentet ct innovet, ct cum Sacramenta omnia arctissimo vinculo Cruci coniungantur1S0.

Quapropter liturgicus annus, quem Ecclesiae pictas alit ac comitatur, non frigida atque iners carum rerum repraesentatio est, quae ad praeterita tempora pertinent, vel simplex ac nuda superioris aetatis rerum recordatio. Sed potius est Christus ipse, qui in sua Ecclesia perseverat, quique immensae misericordiae suae iter pergit, quod quidem in hac mortali vita, cum pertransiit benefaciendo lil, ipse pientisslmo eo consilio incepit, ut hominum animi mysteria sua attingerent ac per eadem quodammodo viverent; quae profecto mysteria, non incerto ac subobscuro eo modo, quo reccntiores quidam scriptores effutiunt, sed quo modo catholica doctrina nos docet, praesentia continenter adsunt atque operantur; quandoquidem, ex Ecclesiae Doctorum sententia, et eximia sunt Christianae perfectionis exempla, et divinae gratiae sunt fontes ob merita deprecationesque Christi, et effectu suo In nobis perdurant, cum singula secundum Indolem cuiusque suam salutis nostrae causa suo modo exsistant. Ac-
S81 cedit quod pia Mater Ecclesia, dum Rcdem/ptoris nostri mysteria nobis proponit contemplanda, precibus suis superna ea dona efflagitat, quibus filii sui eorundem mysteriorum spiritu quam maxime ex virtute Christi imbuantur. Cuius quidem afflatu et virtute nos possumus, per sociam voluntatis nostrae operam, vitalem vim nobis assumere, sicut palmites ex arbore atque ex capite membra; itemque nos pedetemptim laborioseque transformare possumus «in mensuram aetatis plenitudinis Christi»1il.

• . .

Per Hturgici anni decursum non modo lesu Christi mysteria, sed Sanctorum etiam caelitum festa celebrantur. Quibus in festis, etsi de inferiore ac sublecto ordine agitur, Ecclesia tamen semper eo contendit, ut nempe sanctitatis exempla christifidelibus proponat, quibus iidem permoti, Divini ipsius Redemptoris virtutibus se exornent.

Etenim sanctorum caelitum, in quorum virtutibus ipsa lesu Christi virtus varia ratione resplendet, nos imitatores simus oportet, sicut eius ipsimet imitatores fuere. In aliis siquidem apostolatus studium refulsit, in aliis vero nostrorum heroum fortitudo ad sanguinis usque effusionem viguit; in aliis constans vigilantia enituit, qua divinum praestolabantur Redemptorem; in aliis autem virginalis splenduit animi candor ac modesta praestitit Christianae humilitatis suavitas; in omnibus denique incensissima efferbuit erga Deum, erga proximos caritas. Quae omnia sanctitudinis decora sacra Liturgia nostros ante oculos ponit, ut eadem salutariter intueamur, ct ut «quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis»1S3. Oportet Igitur retinere «In simplicitate innocentiam, in caritate concordiam, mo-

nt i-j. »«S. Avgvsttx., ***Enarr in Pt. CXX11I,*** η. i. ''· XIII. 8. ''·£ Tnoic. Sv k m ***Tktsl.,*** III. q. XLIX et q. LXI1, art. 5. »''Cf. ***Acia,*** X)S. >M£M·, IV. 13. ***Rom..*** Collecta III Missae pro ptur.

destlam in humilitate, diligentiam In admlnistratione, vigilantiam In adluvandis laborantibus, misericordiam In fovendis pauperibus, in defendenda veritate constantiam, in disciplinae / severitate censuram, ne aliquid ad exem- 5S2
pium bonorum factorum desit In nobis. Haec sunt enim vestigia, quae nobis Sancti, revertentes in patriam, reliquerunt, ut illorum semitis inhaerentes, sequeremur ct gaudia» 1M. Ut autem nostri quoque sensus salubriter excitentur, vult Ecclesia nostris in templis sanctorum caelitum imagines proponantur, semper tamen eadem ratione permota, ut nempe «quorum colimus imagines, virtutes imitemur»lSi.

At aliud praeterea est, cur sanctis caelitibus a Christiano populo habeatur cultus, ut scilicet eorum Imploretur auxilium, et «quorum delectamur praeconiis, sublevemur eorum patrociniis»15t. Inde facile eruitur, cur sacra Liturgia plurimas precum formulas nobis praebeat, quibus sanctorum caelitum patrocinium Invocetur.

Sanctos autem inter caelites praeslantiore modo colitur Deipara Virgo Maria. Eius siquidem vita, ex munere divinitus accepto, lesu Christi mysteriis arctissime inseritur, ac nemo profecto Incarnati Verbi vestigiis propius quam illa atque efficacius institit, nemo maiore gratia potestateque fruitur apud Cor Sacratissimum Filii Del, ac per illud apud caelestem Patrem. Ipsa Cherublmis ac Seraphimis sanctior est, ac prae ceteris caelitibus ampliore Ërorsos potitur gloria, cum sit «gratia plena»157, sitque 'el genitrix, nobisque felici partu suo dederit Redemptorem. Ut est igitur «Mater misericordiae» vita, dulcedo et spes nostra», ad eam clamemus omnes «gementes et flentes in hac lacrimarum valle»15S, ac nos nostraque omnia patrocinio cius fidentes concredamus. Ipsa Mater nostra exstitit, cum Divinus Redemptor sui ipsius sacrificium perageret; atque adeo, hoc quoque titulo eius nos filii sumus. Omnes nos ipsa virtutes docet; nobisque suum porrigit Filium, unaque cum eo / cuncta, quibus indigemus, 583
auxilia, quandoquidem Deus «totum nos habere voluit per Mariam» u·.

Per liturgicum hoc iter, quod denuo singulis annis no, bis patet. Ecclesiae opera, sanctitatis effectrice, permotlac subsidiis cxemplisque roborati sanctorum caelitum, imprimlsque immaculatae Virginis Mariae, «accedamus cum vero corde, in plenitudine fidei, adspersl corda a conscientia mala et abluti corpus aqua munda» *, ad «Sacerdotem Magnum»1β1, ut cum eo vivamus et consentiamus, ac possimus per ipsum penetrare «usque ad interiora velaminis» lel, iblque caelestem per omne aevum honorare Patrem.

Talis est sacrae Liturgiae natura et ratio; ea nempe ad Sacrificium pertinet, ad Sacramenta, ad Deoquc tribuendas laudes; atque itidem spectat ad nostrorum animorum cum Christo conlunctionem et ad eorum sanctimoniam per Divinum Redemptorem adipiscendam, ut Christus honoretur, ac per ipsum et in ipso Sanctissima Trinitas: *Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.*

IV

Quo facilius errores tralcctlonesque veritatis, de quibus supra verba fecimus, ab Ecclesia arceantur, ct quo tutioribus normis ducti chrisllfldeles queant liturgicum npostolatum, uberibus cum fructibus, ad rem deducere, opportunum putamus, Venerabiles Fratres, aliquid adlcere, quod propositam doctrinam ad usum adlungat.

Cum de germana sinceraquc pietate egimus, asseveratum a Nobis est, inter sacram Lllurgiam ccterasque religionis actiones —sl modo eaedem recto ordine contineantur ad rectumque propositum spectent— veram repugnantiam interesse non posse; immo quaedam esse pietatis exercitia, quae Ecclesia clero religlosisque sodalibus summopere suadeat./ SM

lamvero ab huiusmodi exercitiis Christianum quoque populum non alienum esse volumus. Haec autem sunt, ut praecipua tantum attingamus, spiritualium rerum meditatio, diligens sui ipsius recognitio ac censura, sacri secessus aeternis commentandis rebus instituti, piae ad Eucharistica tabernacula salutationes, ac peculiares Illae preces supplicationesque in honorem Beatae Virginis Mariae habitae, in quibus, ut omnes norunt, Mariale excellit Rosarium 1<3.

Multiplicibus hisce pietatis formis Spiritus Sancti aftla-

Martyr. citra T P. 114 S. Bida Vkmkr., Hsw. mM. LXΛ' w *-
RÎMmSaMrf. »·· .Wu mXt ↑:* CoûteU Ioan. »»· S. Ptax.
Sow // tM //rto twtwm Sawî I. Lrc.. I. aL ··· *Sah ℞fflM *»S.
Bxw» ***In*** X«i«r. ***D M 7,*** ··· , X. ta. »« Diüw» X. ti. **
VI. »MCL C. /. C, cm. 113.

tus ct actio non adesse non possunt; eo enim spectant, ut animos nostros, etsi varia ratione, ad Deum convertant ac dirigant, ut eos a peccatis expient ad virtutemque excitent assequendam, ut denique ad sincerae pietatis studium salutariter instimulent, cum eos ad aeternas meditandas veritates assuescant, et ad mysteria contemplanda divinae humanaeque Christi naturae aptiores reddant Ac praeterea, cura impensius in christifidelibus spirituale vitam alant, eos ad publica participanda sacra uberioribus cum fructibus inducunt, atque a periculo prohibent, quominus liturgiese preces in inanes ritus dilabantur.

Ne desistatis igitur pro pastorali diligentia vestra. Venerabiles Fratres, elusmodi pietatis exercitia commendare ac fovere, ex quibus procul dubio populo vobis credito salutiferi non poterunt non oriri fructus. Idque potissimum ne permittatis —quod nonnulli profitentur, vel renovandae Liturgiae specie decepti, vel effutientes liturgicos dumtaxat ritus efficacia dignitateque pollere— ut templa nempe per horas, publicis sacris non destinatas, occlusa permaneant, quemadmodum in quibusdam regionibus iam evenit; ut Augusti Sacramenti adoratio ac piae ad Eucharistica tabernacula salutationes neglegantur, utque admissorum confessio, ouae pietatis tantum causa peragatur, dissuadeatur; ac cultus Deiparae Virginis, qui ex sanctorum virorum sententia index est «praedestinationis», in iuvenili praesertim aetate ita posthabeatur, ut
585 pedetemptim deferveat / atque languescat. Istiusmodi agendi rationes venenati sunt fructus. Christianae pietati detrimentosi quam maxime» qui ex Infectis sanae arboris ramis oriuntur; succidendi igitur sunt, ut vitalis arboris sucus suaves queat solummodo optimosque alere fructus.

Quia vero opiniones, quae de frequentiore admissorum confessione a nonnullis manifestantur, a Spiritu Christi eiusque intaminatae Sponsae sunt pronus alienae vitaeque spirituali reapse funestae, ea in memoriam revocamus, quae hac super causa in Encydlcis Litteris *Mystici Corporis* dolenti animo conscripsimus; atque Iterum iterumque instamus ut, quae ibi gravissimis verbis exposuimus, ea gregibus vestris imprimlsque sacerdotii candidatis iuvenique clero, serio meditanda ac docili animo exsequenda proponatis.

Peculiari autem modo contendite, ut sacrum secessum menstruum, ac spirituales illas exercitationes, pietatis excolendae causa per statos dies susceptas, quam plurimi participent non modo ex clero, sed ex laicorum etiam ordine, ex iis praesertim, qui in religiosa sodalicia, vel in .Actionis Catholicae agmina sint adscitl. Ut iam supra diximus, spirituales eiusmodl exercitationes valde utiles, Immo etiam necessariae sunt ad sinceram pietatem animis Instillandam, ad eosdemque ita sanctitate morum conformandos, ut ex sacra Llturgia efficaclora possint uberioraque educere beneficia.

Ad diversas vero rationes quod attinet, quibus eadem fleri solent, omnibus exploratum perspcctumque sit in terrestri Ecclesia, haud secus ac in caelesti, mansiones multas esse 14‹; atque asceticam disciplinam peculiare alicuius arbitrium esse non posse. Unus Spiritus est, qui tamen «ubi vult spirat»1··; ac per varia dona variaque itinera animos, ab se collustratos, ad sanctimoniam assequendam dirigit. Eorum autem libertas supernaque in Iisdem Spiritus Sancti actio res sacrosancta esto, quam
S8G nemini quovis titulo liceat perturbare vel proculcare./

Id tamen perspicuum est, spiritualia elusmodi exercitia, quae Sancti Ignatii ratione ac norma peragantur, ob miram suam efficacitatem, a Decessoribus Nostris plene probata vehementerque commendata fuisse. Ea Nos quoque pari ratione probavimus ac commendavimus; quod quidem in praesens libenter iteramus.

Verumtamen oportet omnino afflatus ille, quo quisque ducatur ad peculiaria peragenda pietatis exercitia, a Patre luminum onatur, ex quo omne datum optimum et omne donum perfectum descenditlM; cuius quidem rei index profecto efficacitas erit, qua haec exercitia efficere poterunt, ut divinus cultus cotidie magis adametur ac latius promoveatur, utque chrlstifideles Impensiore desiderio compellantur ad Sacramenta rite participanda et ad omnes res sacras debito obsequio debltoque honore prosequendas. Quodsi contra, divini cultus principiis ac normis impedimenta praebeant, vel iisdem obstent atque officiant, tum procul dubio existimandum est eadem non recto consilio, non prudenti studio ordinari ac dirigi.

Alia praeterea pietatis exercitia habentur, quae, quamvis ad sacram Llturgiam districto lure non pertineant, peculiari tamen momento dignitateque pollent, ita ut In liturgicum ordinem quodammodo Inserta censeantur, et ab hac Apostolica Sede sacrorumque Antistitibus etiam atque etiam comprobata sint ac (Illaudata. Quorum In numerum supplicationes referentur, quae vel per mensem Malum ad Deiparam Virginem, vel per lunium mensem ad Sacratissimum Cor lesu admoveri solent, itemquo novendiales vel triduanae preces, ac lesu Christi ad Calvariam iter per stationes recolitum, nec non celera elusmodi.

Haec pietatis opera, quoniam Christianum excitant populum tum ad Paenltentiae Sacramentum adsldue fre-3uenlandum et ad Eucharisticum rite pieque pnrtlclpanum Sacrificium divinamque Mensam, tum ad Redemptionis nostrae mysteria meditanda et ad praeclara sanctorum caelitum imitanda exempla, / Idcirco, salutari non 537
sine fructu, liturgici cultus nos participes efficiunt.

Quamobrem perniciosam rem egerit ac fallacia plenam, Sii sibi temerario ausu sumpserit haec omnia pietatis excrtia reformare, eaque ad liturgieorum rituum rationes ac modos solummodo reducere. Nccesse tamen est ut sacrae Liturgiae afflatus eiusque praecepta ita in eadem valeant salubriter, ut nihil prorsus inducatur, quod ineptum sit, vel Dei domus indignum decore, vel denique sacris sit peragendis detrimentosum, sanaeque pietati obstet.

Curate igitur, Venerabiles Fratres, ut haec germana sinccraque pictas vestros sub oculos cotidie magis adaugeatur, atque uberius usque florescat. Idque potissimum ne gravemini menti omnium inculcare, Christianam nempe vitam non in mullis variisque precibus ac pietatis exercitiis consistere, sed in eo potius, quod haec ad spiritualem chrislifidelium profectum, ideoque ad totius Ecclesiae incrementum reapse conferant. Siquidem Aeternus Paler «elegit nos in ipso [Christo], ante mundi constitutionem ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius»1‹T. Precationes igitur nostrae pietatisque exercitationes omnes eo contendant oportet, ut spirituales vires nostras ad supremum eiusmodl nobilisslmumque exsequendum propositum convertant ac dirigant.

Vos autem enixe adhortamur, Venerabiles Fratres, ut erroribus ac fallaciis remotis, iisque omnibus prohibitis, quae veritatem rcctumque ordinem egrediantur, ea incepta provehatis, quae altiorem populo impertiant sacrae Liturgiae cognitionem; Ita quidem ut ipse aptius queat atque facilius divinos ritus eo animo participare, quo Christianos addeceat.

Imprimlsque enitendum est, ut omnes debito obsequio debitaque fide decretis obtemperent, quae vel Tridentlna Syno / dus, vel Romani Pontifices ac Sacrum Consilium tu- 53s
tandis ritibus praepositum ediderint, et quae liturgici libri ad externam publici cultus actionem quod attineat, statuerint

In omnibus Liturgiae rebus tria haec potissimum ornamenta splendescere debent, de quibus Decessor Noster loquitur Pius X: sanctitudo nempe, quae a quovis profano afflatu abhorreat; rectae imagines ac formae, quibus genuinae optimaeque artes inserviant ac famulentur; universitatis denique ratio, quae —legitimis servatis peculiarium regionum moribus ac consuetudinibus— catholicam Ecclesiae unitatem patefaciat 1β8.

Cupimus autem etiam atque etiam commendare sacrarum aedium sacrorumque altarium decus. Divina illa sententia se quisque sentiat animatum: «Zelus domus tuae comedit me»le›; ac pro viribus contendat, ut omnia, sive in sacris aedificiis, sive in vestibus ac liturgica supellectili, etsi non divitiarum copia splendoreque niteant, munda sint tamen atque apta, cum omnia sint Divinae Maiestatl dicata. Quodsi iam supra non rectam eorum rationem reÎ›robavimus, qui, specie redintegrandae antiquitatis, sacras magines ex templis prohibere velint» at heic officio Nostro consentaneum putamus haud bene conformatam eorum reprehendere pietatem, qui in aedibus divino cultui destinatis ac vel In Ipsis altaribus multiplicia simulacra et effigies, nulla adhibita iusta causa, venerationi proponant, qui reliquias legitima auctoritate non recognitas ostentent, qui denique peculiares parvique momenti res urgeant, dum praecipuas ac necessarias neglegant, atque adeo religionem in deridiculum vertant, eiusque cultus gravitatem minuanL

In memoriam quoque decretum Illud revocamus «de novis cultus seu devotionis formis non introducendis»l7t;

*“CL taut, XIV. i. ··· Iok· . III, S. »«CtUc, 1 *17*

»·» EpVr. L 4- 10 Motu Proprio Tra *U* d. d. xxn Nov- a- *»·· Puxlm LXVril,* îo Ioam., Π, 17. »'· Supro» S. Conjçr. S. Olficii: D^retum d. d. xxvi Maü mcmxxxvu

quod quidem, ut religiose observetur, vigilantiae vestrae commendamus.

Ad res musicas quod attinet, certae praeclaraeque normae In Liturgia religiose serventur, quas Apostolica haec
589 Sedes edi / dit. Gregorian! concentus, quos Romana Ecclesia ut rem propriam habet, utpote antiquitus a maioribus acceptam ac per saeculorum accursum sub impensam suam tutelam custoditum, quosque christifidelibus ut rem itidem propriam proponit, atque etiam in nonnullis Liturgiae partibus omnino praescribit 171, non modo sacrorum Mysteriorum celebrationem magis decoram magisque sollemnem efficiunt, sed summopere etiam conferunt ad aditantium fidem pielatcmque adaugendam. Quam ad rem Decessores Nostri imm. mem. Pius X et Pius XI decrevere —idque Nos libenter auctoritate Nostra confirmamus— ut in sacris Seminariis religiosisque Institutis Grcgorianus cantus diligenter studioseque coleretur, utque, praecipua saltem apud templa, veteres cantorum Scholae restituerentur; quod quidem haud paucis in locis felici cum exitu factum est '7S.

Praeterea «quo actuosius fideles divinum cultum participent, cantus Gregorianus, in iis quae ad populum spectant, in usum populi restituatur. Ac revera pernecesse est ut fideles, non tamquam extranei vel muti spectatores, sed penitus Liturgiae pulchritudine affecti, sic caerimoniis sacris intersint... ut vocem suam sacerdotis vel Scholae vocibus, ad praescriptas normas, alternent; quod si auspicato contingat, iam non illud eveniet ut populus aut nequaquam, aut levi quadam demissoque murmure communibus precibus, liturgica vulgarive lingua propositis, vix respondeat»173. Coctus, qui intento animo altaris Sacrificio Interest, in quo Servator noster una cum filiis suis, sacro cruore redemptis, immensae caritatis suae epithalamium canit, silere procul dubio non potest, quandoquidem «cantare amantis est» 174, et quemadmodum iam antiquitus in proverbium venit, «qui bene cantat, bis orat». Itaque militans Ecclesia, populus nempe una cum Clero, triumphantis Ecclesiae canticis Angelorumque choris suam inserit vocem, omnesque simul magnificum aetemumque
590 Sanctissimae Trinitati conci / nunt laudis hymnum, secundum illud: «cum quibus et nostras voces ut admitti iubcas deprecamur»175.

Haud tamen asseverari potest hodiernae musices modos atque concentus ex catholicae religionis cultu omnino removendos esse. Quin immo, si nihil lidem habeant, quod profanum sapiat, vel loci ac liturgicae actionis sanctitatem dedeceat, neque ex inani quodam studio miri atque insoliti oriantur, tum oportet profecto eis templa nostra pateant, cum ad sacrorum rituum splendorem mentesque ad altlora elevandas simulque ad veram animi refovendam pietatem haud parum conferre queant.

Vos adhortamur etiam, Venerabiles Fratres, ut popularis ad religionem pertinens cantus cura vestra promoveatur, atque ea servata, quae par est, dignitate, diligenter effectus detur, cum Christianorum multitudinis fidem pietatemque facile exacuat atque incendat. Concordes amplisslmique plebis nostrae concentus caelum ascendant vcluti resonantis maris fragor 17e, atque cor unum et animam unam 177 canora elataque voce significent, ut fratres addecet elusdemque Patris filios.

Quod autem de rebus musicis diximus, idem fere de ceteris nobilibus artibus dicendum est, ac praesertim de architecturae ac de sculpturae picturaeque artibus. Recentes imagines ac formae, ad materiam aptiores, ex qua hodie conficiuntur, non sunt generali modo atque ex praejudicata opinione spernendae ac rclclendae; sed rationibus illis aequabiliter ac recte compositis, quae neque ad nudam contendant rerum imitationem, nec ad nimium «symbollsmum», quem vocant, ac necessitatibus potius spectatis Christianae communitatis, quam peculiari artificum Judicio atque ingenio cuiusque suo, oportet omnino eam nostrorum temporum artem liberum habere campum, quae sacris aedibus sacrisquc ritibus debita reverentia debitoque honore inserviat; Ita quidem ut eadem ad mirabilem illum gloriae concentum, quem summi viri per
591 revoluta iam saecula catho /licae fidei cecinere, suam queat adjungere vocem. Facere tamen non possumus quin, pro officii Nostri conscientia, eas imagines ac formas, recens a nonnullis inductas, deploremus ac reprobemus, quae sanae artis deformationes depravationesque videantur, quaeque etiam nonnumquam decori, modestiae ac pietati Christianae aperte repugnent, sensumque vere religiosum misere offendant; hae quidem a nostris templis arcendae prorsus atque expellendae sunt, ut «generatlm quidquid a sanctitate loci absonum sit»17g.

Pontificiis normis ac decretis insistentes, curate diligenter, Venerabiles Fratres, ut eorum artificum mentem animumque collustretis ac dirigatis, quibus hodie concredatur munus, tot templa, belli vi diruta, vel penitus deleta, restituendi vel rursus aedificandi, queant ipsi ac velint ex divina religione modos rationesque haurire, quae aptius ac dignius cultus necessitatibus respondeant; ita enim feliciter eveniet, ut humanae artes, quasi e caelo datae, serena luce splendeant, ad civilem hominum cultum summopere pertineant, et ad Dei gloriam conferant animorumque salutem. Siquidem ingenuae artes tum reapse ad religionem conformantur, cnm «quasi ancillae noblssimae divino cultui inserviant»,7t.

At est aliquid etiam maiorisque momenti, Venerabiles Fratres, quod peculiari modo sedulitati studioque vestro apostolico commendemus. Quidquid ad externum religionis cultum attinet suam profecto habet gravitatem; attamen pernecesse potissimum est Christianos Liturgiae vitam vivere, eiusque supernum alere ac refovere afflatum.

Alacriter igitur consulite ut adolescens clerus, cum ad asceticas, theologicas, juridicas ac pastorales disciplinas instituitur, ita etiam concordi ratione conformetur, ut sacras caerimonias intellegat, earum maiestatem pulchritudinemque percipiat, easque normas diligenter addiscat, quas rubricas vocant. Idque non modo culturae causa, non ea solummodo ratione, ut / debito ordine, decore di- 592
gnitateque sacrorum alumnus religionis ritus peragere allando valeat, sed ea praesertim, ut arctissima cum risto sacerdote coniunctione devinctus educetur, ac sanctus fiat sanctitatis administer.

Eo quoque omni ope contendite, ut iis rationibus atque adiumentis, quae prudentia vestra ad rem aptiora iudicaverit, clerus populusque mentium animorumque unitate inter se copulentur, atque adeo Christiana plebs Liturgiam tam actuose participet, ut haec reapse sacra actio fiat, animorum curae incumbit, cum populari coetu consociatus, debitum tribuat aeterno Numini cultum.

Ad hoc aptius assequendum haud parum profecto conferet probos beneque excultos pueros ex quavis civium classe accurate seligere, qui sponte libenterque accedentes, rite, sedulo studioseque altari inserviant; quod quidem munus a parentibus altioris etiam ordinis altiorisve culturae magni aestimari debeL Quodsi opportune hi iuvenes excolantur, ac vigilanti sacerdotum cura ad creditum sibi ministerium statutis horis reverenter constanterque obeundum excitentur, tum facile eveniet ut novi ex iisdem sacerdotii candidati oriantur; neque id misere continget, quod Clerus Interdum in catholicorum ellam regionibus lamentatur, ut ii nempe omnino desiderentur, qui sibi in augusto conficiendo Sacrificio respondeant ac famulentur.

Studiosisima navitate vestra id imprimis efficite, ut christifideles omnes Eucharistico intersint Sacrificio; quo autem uberiores inde hauriant salutiferos fructus, eos sedulo admonete ut legitimis modis omnibus, de quibus supra scripsimus, pie illud participent. Augustum altaris Sacrificium divini cultus praecipua actio est; oportet igitur Christianae etiam pietatis sit fons ac vcluti centrum. Aposlolico autem studio vestro numquam vos satisfecisse reputate, nisi cum filios vestros frequentissimos videritis ad caeleste convivium accedere, quod est sacramentum pietatis, signum unitatis, vinculum caritatis 110. / 593

Ut vero supernis hisce muneribus ditioribus usque Christianus populus potiri valeat, dc pietatis thesauris, quos sacra continet Liturgia, eum docete diligenter per opportunas conciones, ac praesertim per dissertationes et acroases certis temporibus indictas, per peculiares coetus studii causa In hebdomadam productos ac per cetera huiusmodi. Qua in re vobis ii profecto praesto erunt, qui in Actionis Catholicae ordinibus militant, cum semper Varati sint adtutricem Hierarchiac praestare operam ad esu Christi Regnum provehendum.

At prorsus opus est hisce omnibus in rebus intento vigiletis animo, ne in agrum dominicum veniat inimicus ct superseminet zizania in medio triticill1; hoc est ne irrepant in greges vestros subtiles illi pemicioslque errores, qui falsus *mi/sticisnius* ac noxius fuirfbmu audiunt —qui quidem errores iam a Nobis, ut nostis, reprobati sunt— >·> itemque ne animos seducat periculosus quidam Λιζηαηi*smus,* neve fallax doctrina inducatur ipsam perturbans

,nCt Pπ,-i X, Litu AposL Motu Proprio Tra Ir *i^lUcüudini.* ⁑» Cf. pnrs X, Joe. *ciL·* Pivs XI. Const- *Divini cuiîus,* II, v. ,wPius XI. Const. *Divini nlhit,* IX. 1,4 S. Arovsnx., *Strm. CCCXXXVI,* n. t. *Rotn.* Pnrfatio 1T«CL S. Ambros., *Htzamcron,* HI, 5, 33. »»»*CL* .4et, IV, *yj.*

IT> C. I. C., caq. nyt. Pnm XI. CcmL firrrn cata ’’’CLS. Atrnt» nx . *Tvut. xxvi* m Zcwk, jj. »·· Ct Mattw . XIII. >415. Uti Eaeyet

catholicae fidei notionem, neve denique nimium restituendae In liturglcis rebus antiquitatis studium. Parique diligentia curate, ne falsa commenta eorum propagentur, qui perperam reputent ac doceant humanam Christi naturam darificatam reapse ac semper praesentia sua in «Justificatis» habitare, ac vel etiam unam ac numero eamdem, ut didtur, gratiam coniungere Christum cum Mystici eius Corporis membris.

Numquam vobis ob emergentes difficultates animus desit, numquam pastoralis decidat sollertia vestra. «Canite tuba in Sion..., vocate coctum, congregate populum, sanctificate Ecdeslam, coadunate senes, congregate parvulos et sugentes ubera»1*3, omnique ope efficite ut ubique gentium christifidclibus templa stipentur et arae, qui quidem utpote viva membra divino suo Capiti copulata, Sacramentorum gratiis reficiantur, et una cum eo et per eum augustum celebrent Sacrificium, Aetemoque Patri
594 debitas laudes tribuant /

• . .

Haec habebamus. Venerabiles Fratres, quae vobis scriberemus; Idque facimus eo consilio ducti, ut Nostri vestrique filii satius intellegant plurisque faciant pretiosissimum thesaurum, qui in sacra Lilurgia continetur Eucharistieum nempe Sacrificium, Crucis Sacrificium repraesentans et renovans; Sacramenta, quae divinae gratiae divinaeque vitae rivuli sunt; ac laudis hymnum, quem terra caelumque cotidie ad Deum extollunt.

Nobis autem fore sperare licet, ut haec hortamenta Nostra segnes ac renitentes moveant non modo ad impensius ac rectius Liturglae studium, sed ad cius etiam supernum afflatum in actione vitae refovendum, secundum illud Apostoli: «Spiritum nolite extlnguere»1M.

Quos vero quaedam immoderatio ad res interdum dicendas vel faciendas compellit, quas Nos dolentes probare non possumus, cis S. Pauli monita iteramus: «Omnia autem probate; quod bonum est, tenete»ll4; eosque paterno admonemus animo ut suam velint cogitandi agendique rationem cx Christiana doctrina sumere, quae praeceptis conformatur intaminatae lesu Christi Sponsae Sanctorumque Matris.

Illud autem in omnium memoriam revocamus, oportere scilicet omnino generosa fidelique voluntate sacris obtemperare Pastoribus, qui quidem iure pollent officioque tenentur totam, imprimlsque spiritualem, moderandi Ecclesiae vitam: «Obedite praepositis vestris ct subiaccte eis. Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro anlmabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, et non gementes»1M.

'f9h

Dens, quem colimus, et qui «non... est dissensionis Deus, sed pacis»117, benignus nobis omnibus concedat ut, una mente unoque animo, hoc in terrestri exsilio sacram participcmus Litur/giam, quae sit veluti praeparatio quaedam
595 atque auspicium caelestis illius Liturgiae, qua. ut confidimus. una cum summa Dei Genetrice dulcissimaque Matre nostra, aliquando concinemus: «Sedenti in throno et Agno: benedictio et honor et gloria et potestas in saecula sacculorum» Ul.

Qua laetissima spe freti, vobis singulis universis, Venerabiles Fratres, ac gregibus vigilantiae vestrae concreditis, divinorum munerum auspicem, pecullarisquc benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam Benedictionem amantissime impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Romam, die xx mensis Novembris, anno mdccccxxxxvii, Pontificatus Nostri nono.—Pivs Pp. XII.

Mytte» *CArporü.* »« Ion.. П, 15-16. »·· *I Then., V,* 19. *Ibidem, V, 21.* »·· *Htbf.,* XIII, 17. u* 1 Cer.. XIV, 33. »·· *Apx., V.* 13.

INDEX

Litterarum Encyclicarum «Mediator Dei et hominum» *

INTRODUCTIO

(coi. 2444-2445) CoL

Munus sacerdotale Christi Sacra Lilurgia continuatur..... 2444
Studium et renovatio liturgica ab Ecclesia laudatur et promovetur...,..... 2444
Specialis tamen directio Summi Pontificis necessaria 2445
Peccatur enim defectu et excessu, Imo cum periculo puritatis fidei..... 2445
Ob conditiones singulares Ecclesiae Occidentalis, res erit praecipue de lilurgia latina..... 2445
Momentum argumenti ob populorum discordiam.. 2445

• Ad J«c»vrum IrzUx proponitur.

PARS PRIMA

(coi. 2445-2455)

LITURGIAE INDOLES, ORTUS, PROGRESSUS

I—Liturgia est cultus publicus

(coi. 2445-2448) CoL

Homo religionis virtute Deum privatim ct publice colere tenetur..... 2445
Cultus publicus in Vet. Test, ab Ipso Deo ordinatur 2446
In Novo Test. Verbum incarnatur ut sit Summus Pontifex: venerando Deum, sanctificando homines. Quod munus exercet per totam vitam, maxime in Cocna et in Cruce..... 2446
In caelo munus sacerdotale continuat: per se intercedendo apud Patrem: per Ecclesiam quoque, quam fundavit in Cruce..... 2446
Ecclesia munus sacerdotale Christi perennat, quia in ea et per eam Christus Sacerdos operatur.... 2446
Inde Lilurgia est cultus totius Corporis Mystici: Capitis et membrorum..... 2446
Liturgica actio ipsius Ecclesiae incipit post Ecclesiam conditam..... 2447
Cultu publico, qui paulatim caerimoniis formulisque ditatur; Sacramentis et Sacramentalibus, quibus tota vita humana sanctificatur..... 2447

II—Liturgia est cultus externus et internus

(coi. 2448-2451)

Cultus externus..... 2448
Elementum praecipuum Liturgiae cultus internus. 2448
Liturgia igitur supponit sanctitatem fidelium; quae Erae ceteris efficitur ex opere operato Sacrificii Eucharistici ac Sacramentorum, et ex opere operantis Ecclesiae..... 2448
Minime autem excluditur pietas personalis: inde nulla oppositio inter pietatem quam vocant obiectivam et subiectivam..... 2449
Imo pietas subiectiva necessaria, ut Sacramenta et Altaris Sacrificium debitam efficaciam habeant. 2449
Et sicut pietas personalis fit sterilis sine Sacrificio Altaris ac Sacramentis, ita Sacrificii ac Sacramentorum participatio languescit sine meditatione et spiritualibus exercitiis..... 2449
Exercitia autem illa actuosa sint oportet, quibus omnes hominis actiones ad Del cultum ordinentur 2450
Inde oritur aequilibrium concors in Corpore Mystico 2450
Et pietas privata iuvabit ad augmentum cultus publici in bonum totius Corporis Ecclesiae..... 2450
Quare reiciendae variae falsae oppositiones nostris temporibus inventae..... 2450
Et gravi de causa commendantur ab Ecclesia meditatio ac spiritualia exercitia..... 2451

III—Liturgia est prae ceteris res ECCLESIAE HIERARCHICAE

(col. 2451-2452)

Quia Liturgia, concredita Imprimis sacerdotibus ut Christi vicariis ct administris, ab Ecclesiae auctoritate pendet..... 2451
Insuper arcta connexio Liturgiae et Dogmatis idem postulat: magis lex credendi statuit legem supplicandi quam lex supplicandi legem credendi.... 2452

IV—Liturgiae progressus et incrementum

(col. 2452-2453)

Salvis substantialibus, ad Liturgiae progressum ius peculiare competit Ecclesiae..... 2452
Elementa quidem divina mutari nequeunt; humana tamen mutari possunt secundum conditiones locorum ac temporum..... 2452
Causae progressus ac mutationum: profundior intelligentia mysteriorum fidei, evolutio disciplinae ecclesiasticae, pietas Christiana, artis progressio. 2453
Liturgiae tuendae causa, erecta fuit Sacra Congregatio Rituum..... 2453

V—Progressus permitti nequit privato arbitrio NEC UNICA. NORMA EST ANTIQUITAS

(col. 2453-2455)

Liturgiae progressus subest auctoritati Summi Pontificis ct vigilantiae episcoporum: privatis permitti nequit..... 2453
Licet vita liturgica sequatur vitam Ecdeilae, tamen non licet privatis introducere novas consuetudines vel revocare obsoletas..... #>‹c«

Col.

Quod valet ctiam dc usu linguae latinae..... 2454
Non tantum antiquitus scd ctiam hodiedum liturgiae ritus oriuntur Spiritu Sancto afflanto..... 2454
Studium antiquitatis utilissimum: non tamen antiquitas unica norma..... 2454
Quare reprobanda est insana quaedam antiquitatis cupiditas, qua renovantur errores Pistorientium.. 2454
Episcopi hac in re vigilantes sint oportet..... 2455

PARS ALTERA
(col. 2455-2465)

CULTUS EUCHARISTICUS

I—Natura sacrificii eucharistici
(col. 2455-2457)

Institutum a Christo ut verum sacrificium; a Sacrificio Crucis distinctum, non ratione victimae et Sacerdotis principalis, scd offerendi ratione..... 2455
Gaudet eodem quadruplici fine ac Sacrificium Crucis. 2456
Quo Sacrificio applicantur merita Crucis, non tamen sine actuosa fidelium participatione..... 2456
Sic Sacrificio Eucharistico opus redemptionis exercetur et glorificatur Sacrificium Crucis..... 2457

II—Fidelium participatio in oblatione sacr. euch.
(col. 2457-2461)

Fideles participare debent sese uniendo Christo Sacerdoti et Christo Victimae..... 2457
Non tamen gaudent sacerdotali potestate, quippe qui non sunt ministri Christi nec mediatores inter Deum et populum..... 2457

a) *Fideles offerunt*

Attamen vera aliqua ratione fideles dicuntur offerre..... 2158
Quod patet documentis Pontificiis, doctrina Doctorum, ipsa liturgia Missae..... 2458
Haec dignitas fidelium fundatur in Sacramento Baptismatis quo deputantur ad cultum divinum. 2458
Explicat R. Pontifex quo sensu inteligenda sit oblatio fidelium..... 2458
Rationes remotae..... 2458
Ratio intima et proxima cur dicantur fideles cum Christo et per Christum offerre..... 2458
Refutantur errores..... 2458

b) *Fideles ipsi oiclima*

Fideles debent semetipsos cumChristo offerre.... 2458
Quod patet ex ipsa liturgia: Ordinatione presbyteri, Liturgia Missae..... 2459
Doctrina Augustini et Bellarmini: Ecclesia offert et offertur..... 2460
Magna igitur dignitas fidelium..... 2460

c) *Media ad promovendam participationem fidelium*

Proponuntur media: maior unio fidelium et sacerdotis..... 2460
Non omnibus Idem convenit..... 2461
Consilium dioecesanum ad promovendum apostolatum liturgicum..... 2461
Norma pro religiosis..... 2461
Prae ceteris unio intema..... 2461

III—Sacra communio
(col. 2461-2463)

Communio fidelium non de integritate Sacrificii Missae..... 2461
Commendatur unio spiritualis, imo frequens communio realis..... 2462
Laudatur communio hostiis in ipsa Missa consecratis: quod tamen non requiritur..... 2462
Communicet populus post communionem sacerdotis; rationes tamen adesse possunt ut ante vel post Missam S. Communio distribuatur..... 2462
Commendatur graviter gratiarum actio post S. Communionem, etiam post Missam finitam..... 2463

IV—Cultus adorationis eucharistici
(col. 2464-2465)

Fundamentum theologicum..... 2464
Evolutio historica..... 2464
Approbatio ct commendatio Ecclesiae..... 2465
Nulla confusio Christi historici, eucharistici, gloriosi..... 2465

CoL

Laudabiliter pietatis exercitia finiuntur benedictione eucharistica..... 2465
Commendatur ut templa pateant visitantibus Eucharistiam..... 2465

PARS TERTIA
(col. 2465-2470)

DIVINUM OFFICIUM ET ANNUS LITURGICUS

I—Divinum officium
(col. 2465-2467)

Fundamentum theologicum..... 2465
Evolutio historica..... 2466
Div. Officium precatio Corporis Mystici: Corporis et Capitis..... 2466
Ita orandum ut mens concordet voci..... 2466
Excellentia Psalmorum..... 2467
Laudes vespertinae laicis commendatae ad sanctificationem diei dominicae..... 2467

II—Cyclus misteriorum
(col. 2467-2469)

Mysteria Christi commendantur ut vivamus vitam Christi..... 2467
Varia tempora liturgica suis modis ad hunc effectum iuvant..... 2468
Per Christum historicum ad Christum gloriflcatum. 2468
Exaltatur mysterium Crucis..... 2469
Mysteriorum cyclo Christus ipse in Ecclesia perseverat: quia mysteria Christi sunt causae effectrices salutis, exempla perfectionis, fontes gratiae ob merita Salvatoris..... 2469

III—Cyclus sanctorum
(col. 2469-2470)

Commemorantur Sancti: ut gaudeamus meritis, accendamur exemplis, patrocinium sentiamus.... 2469
Prae aliis colenda Beata Virgo..... 2470
Per Sanctos et B. M. V. ad Christum; per Christum ad Patrem et SS. Trinitatem..... 2470

PARS QUARTA
(col. 2470-2474)

MONITA PRACTICA PASTORALIA

I—Non neolicenda exercitia pietatis
(col. 2470-2472)

Nullo modo nocent spiritui liturgico..... 2470
Commendatur meditatio, examen conscientiae, secessus spiritualis, eucharistica salutatio, devotio marialis..... 2471
Vituperantur oui vilipendant devotionem eucharisticam, devotionem marialem, confessionem frequentem..... 2471
Recollcctlones ct secessus spirituales etiam commendandae laicis..... 2741
Variae viae Spiritus Sancti: unicum tamen criterium est cultus Del et sanctificatio animarum.. 2471
Laudantur supplicationes triduanae, novemdiales, ac pia exercitia per mensem habita In honorem Sacr. Cordis lesu, vel B. M. V.; via Crucis..... 2472
Exercitia pietatis non reformanda ad modum ritus liturgicl, sed imbuenda spiritu liturgiae. Non multa sed multum..... 2472

II—Fovendus spiritus et apostolatus uturgicus
(col. 2472-2474)

Observanda decreta Cone. Trid., Rom. Pontificum, S.C. Rituum..... 2472
Commendatur zelus domus Del..... 2472
Servandum decretum S. Officii de novis devotionibus non introducendis..... 2472
Sit cura musicae sacrae: Cantus Gregorianus commendatur etiam in usum populi fidelis..... 2472
Sit tamen suus locus musicae modernae..... 2473
Promoveatur cantus religiosus popularis..... 2473
Architectura, sculptura, pictura modo digno cultui inserviant..... 2473
Iuvenis clerus et populus imbuendi vero spiritu liturgico..... 2174

Col.

Concionibus, libris editis, cursibus ac hebdomadis liturglds..... 2474
Vigilandum ne irrepant recentes errores: mysticismus, quietismus. gnosticismus, humanlsmus falsus. 2474

EPILOGUS
(coi. 2475)

Fiant omnia in spiritu fenoris et prudentiae, sub ductu oboedientiae, in concordia fraterna..... 2475

Adn. A. GUTERHEZ in CpR 2Ô (1947) 207-212; L M. HA.'SSENS in PrM 37 (1943) 59-87; H. SCHMIDT is PrM 38 (1949) 1-2&. A. THLRY in NrT 80 (1948) 113-13Г; ME 60 (1943) 3-18.

1964

1947 NOV 27.-COM. INTP.» RESP. AAS 40 (1948) 301

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

De iure superioris religiosi inspiciendi
SUBDITORUM LITTERAS

ΕΛΙ Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

De iure Superioris religiosi inspiciendi subditorum litteras

D. An religiosi exempti, in casibus in quibus Ordinario loci subliduntur, libere possint, nd normam can. 611, litteras nulli obnoxias inspectioni ad eundem Ordinarium mittere el ab eodem recipere.

R. *Al/irmalive.*

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 27 m. Novembris a. 1947.

Adn. S. ALONSO in REDC 4 (1949) 161-172; b. *g.* in ME 60 (1946) 195; F. M. CAPPELLO ia PrM 37 (1943) 288-268. A DELCHARD in NrT 80 (1948) 1092; A. GUTIERREZ in CpR 27 (1948) 152-161; REGATRLO n. 307; P. TOCANEL ia ΑροΠ. 22 (1949) 63-87

1965

1947 NOV 28. SC RITUUM, INDULTUM. PART.·

PARISIEN. ET DIOECESIUM GALLIAE

Circa usum linguae vernaculae galliae in **ADMINISTRATION QUORVNDAM SACRAMENTORUM ET IN EXSEQUIIS DEFUNCTORUM**

Emlnentissimus Cardinalis Emmanuel Caeleitinus Suhard, Archleipiscopus ParBiensis, totius Episcopatus Galliae nomine, supplices Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XII preces obtulit ut, attentis hodiernis peculiaribus circumstantiis, de Apostolica suprema Auctoritate, in administratione quorundam sacramentorum, Baptismi nempe. Extremae Unctionis 'ac Matrimonii, nec non In Exequiis Defunctorum, linguae vulgaris, scilicet gallicae, usum, determinatis in precibus, concedere dignaretur, prouti in quibusdam aliis Europae regionibus in similibus Indultum fuit. Annuente vero precibus Sanctissimo Domino, Idem Eminentlssimus Archiepiscopus, curantibus sacerdotibus de re liturgica peritis, editionem novi Ritualis sedulo praeparare sategit, conformem nempe Codici luris Canonici et postremae editioni typicae Ritualis Romani, In quu, ad Intelllgentiam et pietatem populi, lingua vulgari ii ritus et orationes posita sunt, quae magis opportuna videbantur; quod Rituale ita concinnatum Sacrae Congregationi Ritibus tuendis praepositae pro revisione et approbatione reverenter lubltciL

Sacra porro Rituum Congregatio, exhibito Rituali accurato examine perpenso, prae oculis habitis peculiaribus hodiernis circumstantiis, benigne Induisit uU

***a)* confici possit pro tota Gallia novum Rituale in quo textus latinus Integer referatur, translatio vero gallica in lia, quae permittuntur, Iuxta textum lalinum ponatur;**

***b)* In collatione vero sacramentorum. In quantum ad Intelllgentiam et pietatem populi necesse sit, sacerdos lingua vernacula proferre possit ea tantum quae sequuntur:**

1% In administrations Baptismi parvulorum: solo in textu latino ponantur, ac proinde semper et sola hac lingua dicantur: exorcismi, omnes formulae unctionum ac benedictionum, nec non Ipsa baptismi forma.

2·, In administratione baptismi adultorum: praeter ea quae superius recensita sunt, etiam latina lingua tantum imprimantur et recitentur psalmi ct aliae preces Initiales.

3·. In ordine ministrandi sacramentum Extremae Unctionis: latina tantum lingua adhibeatur in oratione impositionis manuum super infirmum, in verbis unctionum, ct in orationibus subsequentibus.

4·. In celebratione matrimonii: lingua gallica sacerdos uti poterit ad omnia, praeter benedictionem anuli et formulam: *Ego conlungo vos etc... In* benedictione nuptiali extra Missam, danda ex apostolico induito quando Missa non dicitur, preces, quae in Rituali Romano habentur, recitari possunt lingua gallica.

5·. In exequiis vero peragendis pro fidelibus defunctis: sola lingua latina preces et absolutiones peragi debent. Nihil tamen vetat quominus, hoc ritu absoluto, vulgari lingua ollae addantur preces pro opportunitate temporis et loci, ab Ordinariis determinandae et ab ipso sacerdote recitandae.

Quae omnia, cum perbenigna approbatione et concessione per Emincntissimum Cardinalem Clementem Mlcora, Episcopum Veliternum et S. Rituum Congregationis Praefectum Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XII submissa fuerint, in audientia diei 28 novembris 1947, Sanctitas Sua libenti animo approbare et concedere dignata est; contrariis quibuscumque etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae, die 28 novembris 1947.—C. Card. Micara, **Ep. Veliternus,** *Prae/.* **A. Carinci, Archiep. tit. Selcucien.** *Secr.*

• Ordicaris Paririousi colerisque Ordinariis Galbae: ME 60(1948) 93-94 Ada. J. PETERS in EL 62 (1948) 232 ot aliae oub die 30 Oct. 1953. LE 2379 posüaa.

1966

1947 NOV 30.-PIUS XII, CONST. AP. AAS 40 (1948) 5-7

Constitutio apostolica de sacris ordinibus diaconatus, **PRESBYTERATUS ET EPISCOPATUS**

PIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei-Ad perpetuam rei memoriam

1. Sacramentum Ordinis a Christo Domino Institutum, quo traditur spiritualis potestas et confertur gratia ad rite obeunda munia ecclesiastica, unum esse idemque pro universa Ecclesia, catholica fides profitetur; nam sicut Dominus Noster lesus Christus Ecclesiae non dedit nisi unum idemque sub Principe Apostolorum regimen, unam eandemque fidem, unum idemque sacrificium ita non dedit nisi unum eundemque thesaurum signorum efflcacium gratiae, id est Sacramentorum. Neque his a Christo Domino institutis Sacramentis Ecclesia saeculorum cursu alia Sacramenta substituit vel substituere potuit, cum» ut Concilium Tridentlnum docet (Cone. Trid., Sess. VII, can. 1, *De Sacram, in genere),* septem Novae Legis Sacramenta sint omnia a lesu Christo Domino Nostro instituta et Ecclesiae nulla competat potestas in «substantiam Sacramentorum», id est In ea quae, testibus divinae revelationis fontibus, ipse Christus Dominus in signo sacramental! servanda statuit.

2. Quod autem ad Sacramentum Ordinis dc quo agimus spectat, factum est ut, non obstante eius unitate et Identitate, quam nemo unquam e catholicis in dubium revocare potuit, tamen, aetatis progressu, pro temporum et locorum diversitate, illi conficiendo ritus varii adiicerentur, quod profecto ratio fuit cur theologi inquirere coeperint, quinam ex illis in ipsius Sacramenti Ordinis collatione pertineant ad essentiam, quinam non pertineant: itemque causam praebuit dubiis et anxietati / bus in casibus 6
particularibus, ac propterva iterum Iterumque ab Apostoiica Sede humiliter expostulatum fuit, ut tandem quid In Sacrorum Ordinum collatione ad validitatem requiratur, suprema Ecclesiae auctoritate decerneretur.

3. Constat autem inter omnes Sacramenta Novae Legis, utpote signa sensibilia atque gratiae invisibilis efficientia, debere gratiam et significare quam efficiunt et efficere quam significant. lamvcro effectus, qui Sacra Diaconatus, Presbyteratus ct Episcopatus Ordinatione produci ideoque significari debent, potestas scilicet et gratia, in omnibus Ecclesiae universalis diversorum temporum ct regionum ritibus sufficienter significati Inveniuntur manuum impositione et verbis eam determinantibus. Insuper nemo est qui ignoret Ecclesiam Romanam semper validas habuisse Ordinationes graeco ritu collatas absque Instrumentorum traditione, itn ut in ipso Concilio Florentino, In quo Graecorum cum Ecclesia Romana unio peracta est, minime Graecis impositum sit, ut ritum Ordinationis mutarent vd ilii instrumentorum traditionem in-

sererent: Immo voluit Ecclesia ut in ipsa Urbe Graeci secundum proprium ritum ordinarentur. Quibus colligitur, etiam secundum mentem ipsius Concilii Florentlni, traditionem instrumentorum non ex Ipsius Domini Nostri lesu Christi voluntate ad substantiam ct ad validitatem huius Sacramenti requiri. Quod si ex Ecclesiae voluntate et praescripto eadem aliquando fuerit necessaria ad valorem quoque, omnes norunt Ecclesiam quod statuit etiam mutare et abrogare valere.

4. Quae cum Ita sint, divino lumine invocato, suprema Nostra Apostolica Auctoritate et certa scientia declaramus et, quatenus opus sit, decernimus ct disponimus: Sacrorum Ordinum Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus materiam eamque unam esse manuum impositionem; formam vero itemque unam esse verba applicationem huius materiae determinantia, quibus univoce significantur effectus sacramentales —scilicet potestas Ordinis et gratia Spiritus Sancti—, quaeque ab Ecclesia qua talla accipiuntur et usurpantur. Hinc consequitur ut declaremus, sicut revera ad omnem controversiam auferendam et ad conscientiarum anxietatibus viam praecludendam, Apostolica Nostra Auctoritate declaramus, et, si unquam aliter legitime dispositum fuerit, statuimus instrumentorum traditionem saltem in posterum non esse necessariam ad Sacrorum Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus Ordinum validitatem.

5. De materia autem et forma in uniuscuiusque Ordinis collatione, eadem suprema Nostra Apostolica Auctoritate, quae sequuntur decernimus et constituimus: In Ordinatione Dlaconall materia est Episcopi manus Impo-
7 sitio quae In ritu istius Ordinationis una occurrit Forma / autem constat verbis «Praefationis» quorum haec sunt essentialia ideoque ad valorem requisita: *»Emitte In eum, quaesumus. Domine, Spiritum Sanctum, quo in opus ministerii tui fideliter exsequendi septiformis gratiae tuae munere roboretur»*. In Ordinatione Presbyterall materia est Episcopi prima manuum impositio quae silentio fit, non autem eiusdem impositionis per manus dexterae extensionem continuatio, nec ultima cui coniunguntur verba: «Accipe Spiritum Sanctum: quorum remiseris peccata, etc.». Forma autem constat verbis «Praefationis» quorum haec sunt essentialia Ideoque ad valorem requisita: *»Da, quaesumus, omnipotens Pater, in hunc famulum tuum Presbyterii dignitatem: innova in visceribus eius spiritum sanctitatis, ut acceptum a Te, Deus, secundi meriti munus obtineat censuramque morum exemplo suae conversatIonis insinuet»*. Denique in Ordinatione seu Consecratione Episcopali materia est manuum Impositio quae ab Episcopo consecratore fit. Forma autem constat verbis «Praefationis», quorum haec sunt essentialia ideoque ad valorem requisita: *tComple in Sacerdote tuo ministerii tui summam, ei ornamentis lotius glorificationis instructum coelestis unguenti rore sanctifica»*. Omnia autem haec fiant sicut per Apostolicam Nostram Constitutionem «Episcopalis Consecrationis» diei trigesimi novembris anni mcmxliv statutum est [LE 1809].

6. Ne vero dubitandi praebeatur occasio, praecipimus ut impositio manuum in quolibet Ordine conferendo caput Ordinandi physice tangendo fiat, quamvis etiam tactus moralis ad Sacramentum valide conficiendum sufficiat.

Tandem quae supra de materia et forma declaravimus ac statuimus nequaquam Ita intelllgere fas sit ut vel paulum negllgere vel praetermittere liceat ceteros «Pontificalis Romani» ritus constitutos; quin immo iubemus ut omnia data praescripta ipsius «Pontificalis Romani» sancta serventur et perficiantur.

Huius Nostrae Constitutionis dispositiones vim retroactivam non habent; quod sl dubium aliquod contingat, illud huic Apostolicae Sedi erit subilciendum.

Haec edicimus, declaramus et decernimus, quibuslibet non obstantibus, etiam speciali mentione dignis, prolndeque volumus et iubemus ut eadem in «Pontificali Romano» quadam ratione evidentia fiant. Nulli Igitur homini liceat hanc Constitutionem a Nobis latam infringere vel eidem temerario ausu contraire.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die trigesimo novembris, In festo S. Andreae Apostoli, anno millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, Pontificatus Nostri nono.—Pius Pp. XIL

Ada. F. CARPINO in Apoll. 22 (1949) 7-14; A DELCHARD in NrT 60 (1943) 521-523; A M. FRANOUESA in REDC 3 (1943) 1117 IIP: S GONZALEZ in REDC 3 0943) 610-634: O. D. S. in CR 30 (1943) *M3;* F. HUERTH in PrM 37 (1948) 9-56: H. PUJOLRAS in CpR 27 (1943) 41; EL 92 (1943) 263-263; ME 30 (1948) 67-69.

1967

1947 DEC 9.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.·

B R I X I N E N.

De colore conopaei tempore adventus et **QUADRAGESIMAE**

Dubium—...Utrum licitum sit temporibus Adventus et Quadragesimae conopaeum coloris violacei adhibere etiam in festis Sanctorum ritus duplicis maioris et minoris et semidupllcis, quo magis pateat fidelibus sensus paenitentlae et reducere usum conopaei albi et rubei coloris tantummodo ad festa ritus I et II classis?

Resp.—Et S. Rituum Congregatio, audito quoque Commissionis specialis suffragio, omnibus mature perpensis, supradlctis quaestionibus respondendum censuit:

... Ad 3. Conopaeum sit vel coloris albi vel Officio diei respondens. Atque ita rescripsit atque declaravit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 9 decembris 1947.—A. Carinct, Archiep. Seleucien., *Secr.* Henricus Bonazzi, *Adiutor a studiis.*

• Ordinario Brixincrsi. Prot. N. B. 84/47; EL 68 (1954) 372-373. Adn. L B. in EL 68 (1954) 373.

19G8

1947 DEC 16.-PIUS XII, MOTU PROP. AAS 40 (1948) 17

Motu proprio de facultate audiendi confessiones **SACERDOTIBUS AËRIUM ITER ARRIPIENTIBUS CONCEDENDA**

PIUS PP. XII

Animarum studio compulsi, cum huic Apostolicae Sedi nonnulli significaverint locorum Ordinarii opportunum esse praescripta can. 883 C. I. C-, circa facultatem audiendi confessiones sacerdotibus maritimum iter arripientibus factam, ad aéria extendere itinera. Nos, plane noscentes huiusmodi Itinera impraesentiarum cotidie freouentiora evadere ac volentes ut christifidelibus haud desit commodum quod e laudato Ordinariorum desiderio animarum proveniret sanctificationi, magna cum animi Nostri oblectatione elusmodi amplectimur votum ac motu proprio, certa scientia et matura deliberatione, de Apostolicae potestatis plenitudine, statuimus ac decernimus ut quae can. 883 C. I. C. de facultate excipiendi confessiones sanciuntur pro sacerdotibus maritimum iter habentibus, valeant atque extendantur, consentaneis quidem clausulis, ad sacerdotes iter aérium facientes.

I. Societates, clericorum vel laiconnn, perfectionem Christianam In saeculo profitentes, quae elementa ac requisita in Constitutione Apostolica *Provida Mater Ecclesia* praescripta certa plcnaque ratione habere videantur, non debent neque possunt inter communes fidelium Associationes (cc. 684-725) arbitrio, quovis praetextu, relinqui, sed ad propriam Institutorum Saecularium naturam et formam, quae ipsorum characteri ac necessitatibus apprime respondet, reducendae atque elevandae necessarii sunt.

II. In hac Societatum fidelium ad superiorem Institutorum Saccularium formam elevatione (cfr. η. I), atque In omnium Institutorum, sive generali sive etiam singulari ordinatione perficienda, illud prae oculis semper habendum est, quod proprius ac peculiaris Institutorum character, *saecularis* scilicet, in quo ipsorum exsistentiae lota ratio consistit, in omnibus elucere debeU Nihil ex plena Christianae perfectionis professione, evangelicls consiliis solide fundata ct quoad substantiam vere religiosa, detrahendum erit, sed perfectio est *in saeculo* exercenda ct profitenda; ac, proinde, cum vita saeculari In omnibus,
2M5 quae licita sunt et quae / cum eiusdem perfectionis officiis el operibus componi valent, accommodetur oportet.

Integra vita sodalium Institutorum Saecularium, professione perfectionis Deo sacra, in apostolatum converti debet, qui ita ex puritate intentionis, ex interiori unione cum Deo. ex generosa oblivione fortlque sui ipsius abnegatlone, ex animarum amore, est perpetuo sancleque exercendus, ut non minus interiorem spiritum prodat, quo Informatur, quam Ipsum continuo alat et renovet, file apostolatus, qui lotam vitam complectitur, tam profunde ac sincere in his Institutis persentiri lugltcr solet, ut. Divinae Providentiae ope atque consilio, animarum sills ct nrdor non tantum occasionem vitae consecrationis dedisse feliciter, sed magna ex parte suam propriam rallo nem ct formam imposuisse, mirumque in modum, finem, quem specificum appellant, gcnerlcum etiam finem exigisse atque creasse videatur. Ille apostolatus Institutorum Saecularium non tantum *in saeculo,* sed veluti ex sueru/o, ac proinde professionibus, exercitiis, formis, locis, rerum adlunclis saeculari huic conditioni respondentibus, exercendus est fideliter.

III. Quae ad canonicam disciplinam status religiosi spectant Institutis Saecularibus non competunt, nec gcncratim legislatio religiosa, ad normam Constitutionis Apostollcae *Prooida Mater Ecclesia,* Ipsis applicari debet aut valet (Art. 11, § 1) Illa ex adverso, quae in Institutis inveniantur amice cum ipsorum charactere saeculari coniuncta, dummodo plenae totius vitae consecrationi nullatenus officiant et cum Constitutione *Prooida Mater Ecclesia* cohaereant, conservari possunt.

IV. Hierarchica Interdioccesana et universalis constitutio ad modum corporis organici Institutis Saecularibus applicari valet (lb.. Art. IX), et haec applicatio absque dubio internum vigorem, ampliorem ct efficaciorem Influxum atque constantiam ipsis conferre debet. Tamen In hac ordinatione, singulis Institutis aptanda, ratio haberi debet naturae finis, quem Institutum persequitur, maioris minorisve Ipsius expansionis propositi, eiusdem evolutionis et maturitatis gradus, rerum adiunctorum in quibus versatur, aliorumque id genus. Neque sunt illae Institutorum formae relictendae, aut despiciendae, quae confoederatione fundentur et characterem localem in singulis nationibus, regionibus, dioecesibus, retinere ac moderate fovere velint, dummodo rectus sit et catholllcltatis Ecclesiae sensu informatus.

V. Instituta Saecularia, quorum membra, etsi in saeculo commorantur, ex plena tamen Deo et anlmabus consecratione quam, probante Ecclesia, profitentur, et ex interna ordinatione hierarchica intcrdioecesana et universali, quam diversis gradibus habere valent, inter status / per- 2S6
lectionis iuridlce ab Ecclesia ipsa ordinatos et recognitos, ex Apostolica Constitutione *Prooida Mater Ecclesia* iure meritoque numerantur. Consulto igitur illius S. Congregationis competentiae et curae Instituta adiudicata et commissa fuerunt, quae *de statibus publicis perfectionis* regimen ct curam gerit. Hinc, salvis semper, ad canonum tenorem ct expressum Constitutionis Apostollcae *Prooida Mater Ecclesia* praescriptum (Art. IV, §§ 1 et 2), iuribus S. Congregationis Concilii circa communes pias sodalitates piasque uniones fidelium (c. 250, § 2) et S. Congregationis de iTopaganda Fide circa societates ecclesiasticorum ad seminaria pro exieris missionibus (c. 252, § 3), omnes societates ubique gentium —etsi ordinaria vel etiam pontificia approbatione suffultas—, cum elementa et requisita Institutorum Saecularium propria habere noscantur, ad hanc novam formam necessario illico redigendae sunt, secundum normas supra dictas (cfr. η. I), atque, ut directionis unitas servetur, uni S. Congregationi de Religiosis, in cuius sinu speciale de Institutis Saecularibus Officium constitutum fuit, merito attribui ac devolvi decrevimus.

VI. Moderatoribus vero et adslstentlbus Actionis Catholicae allarumque fidelium Associationum, in quarum materno gremio ad vitam integre Christianam simul educantur, et apostolatus exercitio initiantur tam numerosi atque electi Juvenes, qui ad ait lora assequenda sive in Religionibus ac Societatibus vitae communis, sive in Institutis etiam Saecularibus, superna vocatione invitantur, paterno ex animo commendamus, ut sanctas eiusmodi vocationes generose promoveant; ac non solum Religionibus el Societatibus, sed his etiam vere providentialibus Institutis, adiutricem manum praebeant, atque ĸibenter salva interna ipsorum disciplina, eorumdem opera utantur.

Horum omnium, quae Motu proprio constituimus, fidelem exsecutionem S. Congregationi de Religiosis aliisque supra recensitis Ss. Congregationibus, Ordinariis locorum ac Societatum quarum interest Directoribus —quatenus ipsa ad singulos pertineant— auctoritate Nostra committimus.

Quae autem his Litteris, Motu proprio datis, statuimus, ea semper valida ct firma esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xti mensis Martii, anno mdccccxxxxvri, Pontificatus Nostri ineunto decimo.—Pius IT. XII.

Adn. E. BERGH in NxT 30 (1943) 1052-1082; M. CABREROS ia 37 (1W3) 2e6-2n?L HIERTS 252-^59: A σΧΠΕΚΗΕΖ in CpR 23 (1943) 25529Γ.

»Ctr *A A S.*, XXXIX, n 4. p. :U. ÎLE 1908). · M. HI. 3. · *Ii* ALu-, 1. v ‘Cfr Fi. C/f/, 30 1Ch ĸeu· , VI. 19. •Ctr. Mattii. V. tj; Mau·.. IX. 4% Luc.. XIV, 14 ’Clr lûAM. IX. 5: I. % VIII, xr. *Eph.*. V. ‹ ▮‹ Mattm. XIII. JJ. / c«e. Y 6, V. 'Cir. ℝ^ VIII, 9. "Cfr OM, VI. 5.

19116

1948 MAR 19.-SC REL., INSTR. AAS 40 (1948) 293-297

Instructio de institutis saecularibus

Cum Ssrïius Dominus Noster Constitutionem Apostolicam *Prooida Mater Ecclesia* [LE 1908] promulgavit, ad ea omnia exsecutioni efficacius mandanda quae sapienter In Constitutione statuta fuerunt, Sacram Congregationem ile Religiosis, cuius competentiae Instituta Saecularia commissa sunt *(Lex peculiaris.* Art. IV, §§ 1 et 2), deputare dignatus est, Ipsi omnes necessarias et opportunas facultates ad hunc finem concedens.

Inter munera et officia quae ex hac pontificia deputatione, Iuxta Ipsius Constitutionis expressam definitionem. Sacram Congregationem gravant, Illud recensendum quod ♦prout necessitas ferat atque experientia suffragetur, sive Constitutionem Apostolicam interpretando sive ipsam perficiendo atque applicando». Ipsa Congregatio normas edere valeat, quae ad Instituta Saecularia generatim, vel ad aliqua ex cis singillatim necessariae seu utiles reputentur (Art. II, § 2, 2.°).

Iamvero, etsi completae atque definitivae normae Instituta Saecularia respicientes, ne hodierna Ipsorum Institutorum evolutio periculose coarctetur, in opportunius tempus melius differantur, tamen expedit ut aliqua, quae non ab omnibus in Constitutione Apostolica *Provida Mata Ecclesia* clare perspecta recteque fuerunt Interpretata, planius statim declarentur atque in tuto ponantur, adamussim servatis praescriptionibus quae. In Litteris *Primo feliciter,* a Ssmo Domino Nostro Motu proprio, sub die xti decurrentis mensis datis [LE 1985], statuuntur. Hinc Sacra Congregatio, per modum Instructionis, supremas normas colligere et clare digestas edere decrevit, quae merito basilares reputandae sunt ad solide Instituta Saecularia inde ab initio constituenda et ordinanda.

1. Ut aliqua Associatio, etsi perfectionis Christianae professioni atque apostolatus exercitio In sacculo impense dedita, nomen ct titulum *Instituti Saecularis* assumere iure meritoque valeat, non solum illa omnia atque singula elementa habere debet quae, ad normam Constitutionis Apostollcae *Provida Mater Ecclesia,* ut necessaria ct integralla Institutorum Saecularium recensentur ac definiun- 291
tur (Art. 1 et III), sed praeterea necesse prorsus est ut ab aliquo Episcopo, hac Sacra Congregatione prius consulta, approbata atque erecta sit (Art. V, § 2; Art. VI).

2. Associationes fidelium, quae rationem notasque habent in Constitutione Apostolica descriptas, ab hac Sacra Congregatione de Religiosis omnes ubique, sive in territoriis iuris communis sive in territoriis Missionum, iure ad normam ipsius Constitutionis dependent (Art. IV, R 1 ct 2) et Constitutionis Legi peculiari subiiciuntur, nec quavis ratione vel titulo Ipsis licet, iuxta Litteras *Primo feliciter* (η. V). inter communes Associationes fidelium (C. I. C., L. II, P. III) remanere, salvo n. 5 huius Instructionis.

3. Ad veniam pro erectione novi Instituti Saecularis obtinendam, Episcopus loci, ct non alius, hanc Sacram Congregationem adire debet, eam distincte docendo de iis omnibus quae in Nonnis pro erectione et approbatione Congregationum ab Ipsa S. C. de Religiosis editis (6 mardi 1921. nn. 3-8) ILE 340] definiuntur, congrua tamen congruis referendo (Art. VII). Mittenda etiam sunt schemata Constitutionum (sex saltem exemplaria), lingua latina vel alia in Curia recepta exarata, et insuper Directoria aliaquc documenta, quae ad Associationis rationem atque spiritum dignoscendum Inservire valeant. Constitutiones ea omnia continere debent, quae Instituti naturam, genera sociorum, regimen, formam consecrationis (Art. III, § 2), vinculum a Sodalium Instituto incorporatione ortum (Art HI, f 3), communes domos (Art. III, § 4). membrorum Institutionis rationem atque exercitia pietatis respiciunt.

4. Associationes quae ante Const. *Provida Mater Ecduia* legitime, ad normam praecedentis iuris, erectae vel approbatae ab Episcopis erant, vel pontificiam Associationum laicalium aliquam approbationem obtinuerant, ut ab hac Sacra Congregatione qua Instituta Saecularia, sive iuris dloecesani sive pontificii, recognosci valeant, ad ipsam Sacram Congregationem documenta erectionis vel approbationis. Constitutiones quibus hucusque regebantur, brevem relationem historicam, disciplinarem ct apostolatus, ac, praesertim si luris tantum dioccesani sint, etiam testimonia Ordinariorum in quorum dioecesibus sedes habent remittere debent. His omnibus ad normam ArL VI et VII Const. *Provida Mater Ecclesia* perpensis atque attente examinatis, prout casus ferat, venia erectionis vel Decretum laudis concedi poterit.

5. Associationes non Ita pridem fundatae, vel non sufficienter evolutae illacque etiam quae in dies excitantur, etsi spem bonam de se concipere merito faciant quod sl res secunde procedant ex ipsis Instituta Saecularia solida ac genuina exurgere valeant, opportunius erit si non sta-/ 295
tim S. Congregationi proponantur ut venia erectionis ab ipsa impetretur. Ex regula generali, quae nonnisi gravibus de causis rigide probatis, exceptionem pali debet, hae novae Consociationes, donec sufficiens specimen dederint, sub paterna Auctoritatis dioecesanae manu et tutela retineantur el exerceantur, prius uti merae Associationes, quae facto poilus quam iure existant, deinde, non quidem per saltum sed pedclemptlm atque per gradus, sub aliquibus ex formis Associationum fidelium, ut Piae Unionis, Sodalitii, Confraternitatis» iuxta casus evolvantur.

6. Dum har praeviae evolutiones (n. 5) perdurant ex quibus clare demonstrandum est, revera de Associationibus agi, quae plenam vitae perfectioni et apostolatul consecrationem sibi proponunt, quaeque alias omnes habeant notas quae in vero Instituto Saeculari exiguntur, attente invigilandum est ne quidquam his Associationibus interne vel externe permittatur, quod praesentem ipsarum conditionem excedat, et specificae Institutorum Saecularium rationi el naturae respondere videatur. Illa praesertim vitentur quae, denegata postea venia pro erectione in Institutam Saeculare, facile auferri vel destrui non possent ct Superioribus vim quamdam inferre viderentur ad approbationem concedendam vel nimis facile largiendam.

7. Ad iudicium securum et practlcum ferendum de vera natura Instituti Saecularis alicuius Asoclallonis. scilicet an ipsa in saeculari statu et conditione sua membra ad Illam plenam consecrationem et deditionem efficaciter ducat quae, etiam in foro extento. Imaginem referat status perfectionis completi, et quoad substantiam vere religiosi, haec sunt accurate perpendenda:

a) an sodales qui, ut membra strictiore sensu sumpta Associationi inscribuntur, «praeter illa pietatis et abnegations exercitia· sine quibus perfectionis vita vana illusio dicenda esset, tria generalia consilia evangelica una ex diversis formis quae Constitutio .Apostolica admittit (Art. Ill, § 2), practice et solide, profiteantur. Possunt tamen admitti, ut membra latiore sensu accepta, ct maiore vel minore vi seu intentione Associationis corpori adscripta, Sodales qui ad evangelicam perfectionem adspirent ipsamque in propria conditione exercere nitantur, etsi non singula consilia evangelica alliore gradu complectantur seu complecti valeant;

b) an vinculum, quo membra strictiore sensu sumpta et Associatio Inter se ligantur, *stabile, mutuum* ac *plenum* sit. Ita ut ad normam Constitutionis, Sodalis Associationi se totum tradat et Associatio talis sit vel serio fore praevideatur, quae de Sodali curam gerere atque de ipso iure respondere velit ac possit (Art. III. § 3. 2.·); 296

c) an ct qua ratione seu quo titulo sedes communes. quae in Constitutione Apostolica (Art. III, J 4) praeci friuntur, actu habeat seu habere nitatur, ut fines ad quos psac ordinantur obtineat.

d) an illa vitentur, quae Institutorum Saecularium naturae ac rationi non essent consentanea, ut ex. gr.: habitus qui non respondeat saeculari conditioni, vita com munis ad modum vitae communis religiosae vel huic ar qulparatae (Tit. XVII. L. II, C. L C.) externe ordinata (Art II, § 1; Art. III, J 4).

8. Instituta Saecularia, ad normam Art. U. f 1. 2. Constitutionis Apostollcae *Provida Mater Eeelesia.* salvisque eiusdem Constitutionis Art. N, et Art. IL I 1. L·, Religionum aut Societatum vitae communis proprio peculiariquc iure non obligantur neque Ipso uti possunt Sacra tamen Congregatio, aliqua particularia praescripta iuris religiosi Institutis Saecularibus ellam convenientia, per exceptionem, ad Constitutionis tenorem (ibidem. Art. II. § 1. 2. accommodare et applicare, immo et criteria quaedam plus mlnusve generalia, experientia comprobata et rerum intimae naturae respondentia, prudenter ex illo iure requirere poterit.

9. In particulari: *a)* Etsi praescripta can. 500, f 3. stricte Instituta saecularia non rcsplciant. nec prout incent eisdem applicare neceste sit, tamen ex eis solutam critérium et china directio pro approbandis ct ŏrdinandi Institutis Saecularibus deduci consulto potest.

b) Etsi nihil Impediat quominus, ad nonnam iurK

(can. 492, 5 1), Instituta Saecularia Ordinibus aliisque etiam Religionibus, ex speciali concessione, aggregari, et ab Ipsis diversimode adiuvari et etiam aliquo modo mora! iter dirigi valeant, tamen aliae strictioris dependentiae formae, quae Institutorum Saecularium regiminis autonomiae detrahere viderentur ipsam ve tutelae plus minus strictae subiicere, etiamsi ab Ipsis Institutis, mulierum speciatlm, desiderentur et invocentur, non nisi difficulter, bono Institutorum attente considerato, atque spiritu et apostolatus cui incumbere debent natura ac ratione ponderatis, opportunisque adhibitis cautelis, concedi poterant.

10. Instituta Saecularia, *a)* ex statu plenae perfectionis, quam profitentur, et ex totali apostolatul consecra-
tione, quam imponunt, in hoc eodem genere perfectionis et apostolatus, ad maiora evidenter vocantur, quam ea quae fidelibus, optimis etiam, in Associationibus mere laicallbus aut in Actione Catholica aliisque piis operibus laborantibus sufficere viderentur, à) ita tamen propria apostolatus exercitia et ministeria, quae peculiares fines ipsorum Institutorum constituant, suscipere debent, ut eorum Sodales —vitatis accurate confusionibus— prae-
297 clarum abnega/tac, humilis, constantis collaboration's cum Hierarchy exemplum, aliis fidelibus qui eos vident et observant, pro viribus praebere possint, salva semper Interna eorum disciplina (cfr. Motu proprio *Primo feliciter,* η. VI) [LE 1985].

11. *a)* Ordinarius, dum obtenta venia Sanctae Sedis erectionem Instituti Saecularis peragit, quod prius ut Associatio vel de facto vel ut Pia Unio seu Sodalitium exsistebat, definire poterit an expediat, relate ad conditionem Îersonarum figendam ct ad requisita In Constitutionibus Instituti computanda, rationem habere illorum quae prius facta fuerunt, ex. gr. probationis, consecrationis, etc.

t) In primis decem annis Instituti Saecularis, ab ipsius erectione computandis, Episcopus loci a requisitis aetatis, temporis probationum, annorum consecrationis aliorumque similium, quae pro omnibus Institutis generatim vel pro aliquo praescripta sint, dispensare potest in ordine ad officia, munera, gradus aiiosque iuridicos effectus.

c) Domus seu centra ante canonicam erectionem Instituti fundata, si ex venia utriusque Episcopi ad normam can. 495, § 1 fuerunt constituta, ipso facto erectionis partes fiunt Instituti.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Religiosis, die xrx mensis Martii, Sancto losepho, Sponso Beatae Mariae Virginis, sacra, anno mdccccxxxxviii.— Card. Alois:us Lavitrano, *Praef.* Fr. Lucas Hermenegildus Pasetto, *Secr.*

Adn. M. CABREROS in REDC 3 (1953) 47-87; L CREUSEN In PrM 37 (1948) 266; L FUERTES in ApoU. 22 (1949) 313-318; A GUTIERREZ in CpR 28 Q949) 259-291.

1987

1948 APR 7.-SC RELIGIOSORUM, INDULTUM. PART.·

Tertiarii de MONTE **S. FRANCISC! ADSCRIPT! SODALITATI B. M. V. CARMELO FRUI POSSUNT PRIVILEGIO SABBATINO ABSQUE RECITATIONE OFFICII**

Preces—*Beatissime Pater,* Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, exponit:

Ad perfruendum Privilegio, ut alunt, Sabbatino, sodales confraternitatis B. M. V. de Monte Carmelo, si legere sciant, praeter observantiam castitatis proprio statui conformis. debent quotidie vel Divinum Officium, vel saltem Officium Parvum B. M. V. recitare. Iam vero Sodales Tertii Ordinis saecularis S. Francisci. iuxta propriam regulam a Leone PP. XIII approbatam, tenentur ad quotidianam vel Divini Officii, vel Officii Parvi, vel saltem duodecim *Pater, Ave* et *Gloria* recitationem peragendam. Cum autem plures ex iisdem Tertiariis inveniantur adscript! quoque Sodalitati B. M. V. de Monte Carmelo, quibus valde difficile redditur Divinum Officium vel Parvum B. M. V. persolvere ob varias et inexcusabiles occupationes quibus quotidie distendi impllcarique coguntur, quatenus huiusmodi Tertiarii a tanti oonl spiritualis participatione non excludantur, praefatus Orator a S. V. gratiam suppliciter postulat ut Tertiarii Franciscales per recitationem duodecim *Pater, Ave* et *Gloria,* quae eis loco Divini Officii praescripta est, satisfacere valeant conditioni ad frucn-dum Privilegio Sabbatino statutae, perinde ac si Divinum Officium vel Parvum B. 51. V. recitarent. Et Deus. etc.

Rescr.—Vigore facultatum a Ssiiio Domino Nostro concessarum. Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis a Revriio Oratore. Eidem benigne commisit ut petitam gratiam iuxta preces pro suo arbitrio ct conscientia concedat, servatis servandis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, dic 7 aprills 1948.—Fr. L. Pasetto, Secr. H. Agostini, *adiutor a Studiis,*

* Ministro Generali O. F. M.. Prot. N. 1589'48: AOFM 67 (1948} 109

1988

1948 APR 13.-SC RITUUM, INDULTUM. PART.·

DK BENEDICTIONE PALMARUM IN UNICA MISSA LECTA ANTE MISSAM SOLEMNEM DOMINICAE PALMARUM

Instante Excmo ac Revrfio Domino Joscpho Charbonneau, Archiepiscopo Marianopolitano, Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XII tributis, benigne induisit, ut in ecclesiis parochiallbus suae arcbidioeccseos Palmites benedici possint in unica Missa lecta ante Missam solemnem Dominicae Palmarum, cum orationibus Missalis Romani. Servatis servandis. Ad proximum decennium. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 13 aprilis 1948. Card. Micara, Episc. Velitem., *Prae/.* Henricus Dante, *Substitutus.*

* Ordinario Marianopolitano: EL 65 (1951) 55. Adn. I. P. in EL 65 (1951) 58-57.

1989

1948 APR 26.-COM. INTP., RESP. AAS 40 (1948) 301

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

De privilegio fori

D. 1, Utrum, ad incurrendam excommunicationem vel suspensionem de quibus in can. 2341» sufficiat ut quis, ausu temerario, personam ex recensitis in eodem canone conveniat coram laico iudice; an requiratur ut persona conventa re a iudice citetur.

R. *Affirmaiioe* ad primam partem, *negative* ad secundam.

D. IL An interpretatio data in responso ad dubium primum valeat retrorsum.

R. *Negative;* et vim exserit a die publicationis in Actorum *Apostolicae Sedis Commentario Officiali.*

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 26 m. Aprili a. 1948.

Adn. F. M. CAPPELLO in PrM 37 G948) 288-291: A. DELCHARD in NrT 80 (1943) 1093-1095; b. g. in ME 60 (1948) 195-198; REGATILLO n. 875; E. r. REGATILLO in REDC 3 (1948) 1097-1118; P. TOCANEL in ApoП. 22 (1949) 87-93.

1990

1948 MAI 1.-SC ORIENT., DECR. AAS 40 (1948) 422-423

Decretum de sacramento confirmationis administrando **ETIAM FIDELIBUS ORIENTALIUM RITUUM A PRESBYTERIS LATINI RITUS, QUI HOC INDULTO GAUDEANT PRO FIDELIBUS SUI RITUS**

Cum, ex can. 782 } 4 C. I. C., presbyter Latini ritus, cui vi indulti competat facultas conferendi Sacramentum Confirmationis, illud valide conferre valeat solis fidelibus sui ritus «nisi in induito aliud expresse cautum fuerit»; cumque, post primum et alteram universi terrarum orbis luctuosissimum bellum, permulti Orientalium rituum fideles in regionibus Latini ritus dispersi commorentur, qui quidem a presbyteris Latini ritus administrantur ac in eiusdem ritus usu adolescunt, ita ut saepenumero ad eumdem se pertinere putent, vel ad quem ritum reapse pertineant ignorent, non raro eiusdem Sacramenti collatio invaliditatis periculo exponebatur; idque praesertim in regionibus

quibusdam, in quibus (Idem locorum Ordinarii praedictum Indultum presbyteris, curam animarum habentibus, concedunt.

Quod periculum magis profecto patuit post editum, die 14 mensis Septembris a. 1946, a S. Congregatione de Disciplina Sacramentorum Decretum «De Confirmatione administranda Jis qui, ex gravi morbo, in mortis periculo sunt constituti» (LE 1881 j.

Quapropter, Sacra haec Congregatio pro Ecclesia Orientali, consilio inito cum Sacra Congregatione de Disciplina Sacramentorum, ut bono spirituali fidelium rituum Orientalium, extra proprium territorium sub iurisdictlone Ordinarii Latini ritus degentium, necnon reverentiae Sacramentis debitae rite consuleret, necessarium duxit Ssrhum D. N. Pium Div. Prov. Pp. XII suppliciter exorare ut, quoties Latini ritus presbyteri, vi legitimi indulti, Confirmationis Sacramentum valide et licite administrare possunt fidelibus proprii ritus, idem —dummodo constet ipsum immediate post Baptismum, uti mos est, iam non fuisse conlatum— conferre valeant fidelibus quoque rituum Orientalium, quorum spiritualis cura ipsis commissa permaneat, ad normam Constitutionis Apostolicae *Orientalium Dignitas* [CICF n. 627] diei 30 mensis Novembris a. 1894, art. 9, quae statuit: «quicumque Orientalis extra patriarchate territorium commorans, sub administratione sit cleri latini». /
123

Eadem, uti patet, valere pariter dicenda sunt quoties Confirmationis Sacramentum conferri possit ad normam memorati Decreti S. Congregationis de Disciplina Sacramentorum.

Quas preces, per infrascriptum Cardinalem huius Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali a Secretis, in Audientia diei 28 mensis Februarii nuper elapsi, Summo Pontifici humiliter relatas, Sanctitas Sua benigne dignatus est adprobare; slmulque iussit id publici iuris fieri praesenti Decreto.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 1 mensis Maii an. 1948.—E. Card. Tisserant, Ep. Portuen. et S. Rufinae, *a Secretis.* I. Rosso, *Substitutus.*

Adn. A BETTa in EL 63 (1949) 82-63; C. DAMEN in ApoU. 22 (1949) 72-79; A DELCHARD in NrT 80 (1943) 1091.

1991

1948 MAI l.-SC STUD., DECR. AAS 40 (1948) 298-299

Collegium lituanum a sancto casimiro
IN URBE ERIGITUR

Feliciter peracta Visitatione Apostolica Seminariorum Reipublicae Lituanae anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, consilium initum est Ecclesiasticum Collegium Romae condendi, quo Clerici exciperentur mentis voluntatisque qualitatibus praestantes, ab Episcopis Lituanis mittendi, ut prope Supremam Magisterii Catholici Cathedram plenius excolerentur.

Immane tamen bellum rem infectam reddidit, quoad catholica Lituanorum gens penitus eversa eheu! iacuit, clericalibus Seminariis ademptis ccclesiasticisque viris ex Patria profugientibus. Pauci quidem nunc praesto sunt iuvenes qui in sortem Domini instituantur, «quomodo si paucae olivae, quae remanserunt, excutiantur ex olea, et racemi cum fuerit finita vindemia» L Hisce tamen nequis-
299 simis annis summopere ne/ccssitas urgebat Romam ex omnibus orbis plagis arcessendi omnes Lituaniae filios, qui Christi milites in animarum salutem fieri exoptent.

Quamobrem Lituanae Nationis Episcopi omnes, prneeunte Excmo Metropolita Kaunensi, suppliciter ab Apostolica Sede flagitaverunt ut Romae Collegium pro lituanis clericis iuniorlbusque sacerdotibus, qui sacris studiis operam navant, benigne conderet.

Unde factum est, favente in primis hac Sacra Congregatione, ut in Urbe congregarentur clerici qui patriam dereliquerant terram, quibus nonnulli additi sunt sacerdotes, qui altiorem institutionem ecclesiasticae doctrinae assequi cupiunL Consilio et opera Lituaniae Praesulibus adstantihus, qui constanter sollicitudinem manifestant, quam pro eis coram Deo habent ■, anno Domini 1946 faustissimis auspiciis dicatum est «Collegium a Sancto Casimiro», aptissimis comparatis aedibus atque sotertibus moderatoribus praepositis.

› /»., XXIV. X3. » *II* Cor., VII, *12.*

Nuper autem inchoati Collegii moderatores «Regulas» ad disciplinam, pietatem, studia fovenda huic Sacro Dicasterio protulerunt probandas, quas optimo spiritu imbutas libentissime comperimus.

Nunc vero, cum initia prospere cesserint, postulante Excmo Archieplscopo Metropolita Kaunensi cum omnibus Suffragancis suis, Augustus Pontifex, in Audientia diei 25 mensis Aprilis h. a., infrascripto Cardinali eiusdem Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus Praefecto referente, benigne annuere dignatus est ut canonice erigeretur in Urbe Collegium Lituanum *a Sancto Casimiro* nuncupatum.

Quapropter Sacra haec eadem Congregatio, auctoritate a Ssmo D. N. Pio Div. Prov. Pp. XII sibi concredita, erigit atque erectum declarat *Collegium Lituanum a Sancto Casimiro,* cum omnibus iuribus, officiis atque privilegiis, quae ad Ecclesiastica Collegia Romae condita CertincnL Servatis de iure servandis; contrariis quibusli- et minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Callisti, die 1 mensis Maii. in Festo Ss. Philippi et lacobi App., a. D. 1948.—Card. Ioseph Pizzardo, *Praef,* ioscph Rossino, Archiep. tit. Thessalonicen., *Secr.*

Adn. NL GINNETTI in ApoU. 22 (1949) 80-83.

1992

1948 MAI 23.-SC STUD., DECL. AAS 40 (1948) 260

Declaratio de effectibus iuridicis licentiae post
CONST. AP. «DEUS SCIENTIARUM DOMINUS·

Cum, vi Constitutionis Apostolicae *Deus scientiarum Dominus,* d. d. 24 m. Mali a. D. 1931 [LE 1030], ad academicum Licentiae gradum omnia exigantur quae ante eandem Constitutionem ad Lauream assequendam requirebantur, Sacra Congregatio dc Seminariis et Studiorum Universitatibus, de speciali mandato Summi Pontificis, declarat atque decernit *Licentiam,* dictae Constitutioni servatis normis obtentam, eosdem sortiri iuridicos effectus ac *Lauream* ante eandem Constitutionem adeptam, nisi aliter Sedes Apostolica in casibus particularibus decreverit, firmis potissimum praescriptis can. 1598, § 2 C. L C. et art. 21, 2.° memoratae Constitutionis.

Ex Audientia Ssml d. 23 m. Mail a. D. 1948.—Card. L Pizzardo, *Praef.* L Rossino, Archiep. tit. Thessalonicen., *Secretorius.*

Adn. A DELCHARD in NrT 80 (1943) 1089-1090; P. DEZZA in PrM 37 (279-283; R. LAMAS in REDC 4 (1949) 173-222; REGATILLO n. 704; P. TOCANEL in ApoU. 22 (1849) 330-337.

1993

1948 MAI 24.-S. PAENITENTIARIA, RESPONSUM. PART.·

Coronae f. funibus confectae recipere possunt
BENEDICTIONEM ET INDULGENTIAS ROSARIO D. M. V. ADNEXAS

24 Maggio 1948

Eccellenza Reverendissima, in esito al foglio dell'Eccclcnza Vostra Reverendissima In data 22 aprile u. s., N. 176227-SA., relativo al quesito: «Se te Corone di spago possono essere benedette ed indulgenziatc», mi pregio comunicarle che nelia nostra ultima Scgnatum è stato risposto: *Affirmative.*

Mi valgo volentieri dell'occasfone per rinnovare i sensi dei mio più distinto ossequio. mentre mi raffermo delUEccellcnza Vostra Reverendissima dcvmo. S. I.uxio, *Reagente.*

♦ Substituto Secretari e Statui Prêt N 2297.49 c fotUsipsiu» S P«enitsnturiae. Adn. BOUSCAREN V. 443

1948 MAI 31.-C0M. INTP., RESP. AAS 40 (1948) 302

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA
DC MATRIMONIO PER FROCVR KTORF.M

D. Utrum procuratorem, de quo in can. 1089 § 1, mandans ipse designare debeat: an eiusdem designationem alii committere valeat.

R. *Affirmaiiœ* ad primam partem, *negalioe* ad secundam.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 31 m. Malo a. 1948.—Card. M. Massimt, *Praeses.* A. Coussa, Ordinis Basilianorum Aleppen., *a Secretis.*

Adn. *A.* DELCHARD in NrT 80 (1948) 1095-1096; G. MICELI in ME 60 (1948) 197; L. MIGUÉLEZ in REDC 3 (1948) 1023-1041; REGATILLO n. 542; P. TOCANEL in Apoll. 22 (1949) 359-396.

1995

1948 IUN 4.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART?

Conceditur «documentum libertatis» parti catholicae **QUAE MATRIMONIUM INIERAT IN EXTRAORDINARIIS ADIUNCTIS BELLI CUM PARTF. MAHOMETAN* ABSQUE DISPENSATIONE IMPEDIMENTI DÎSPARITATIS CULTUS ET CORAM SOUS TESTIBUS**

Dubium—Bello perdurante Catharina, pars catholica, matrimonium celebravit cum quodam infideli, sectae mahumetanae adscripto. Matrimonium celebratum coram testibus, attento canone 1098, ratione formae validum esset, attamen partes matrimonium inierunt non obtenta dispensatione super impedimento disparitalis cultus.

Infrascriptus post bellum finitum conatus est conficere separationem partium, existimans huiusmodi connubia invalida esse.

Sequentibus rationibus praesertim ductus matrimonium praefatum pro invalido habuit:

1. quia ad tempus tantummodo partes Impediebantur ne dispensationem peterent;

2? quia in Vicariatu Λpostolico de Manado in tal'bus adiunctis dispensatio super impedimento disparitalis cultus numquam conceditur.

3. quia cautionibus, si quae forte a Mahumetanis darentur, omnino non fidendum est.

Revera separatio instituta est, quae etiam a ministro sectae mahumetanae rata habita est: qui eventus vulgo tamquam victoria doctrinae catholicae de matrimoniis In Istis regionibus consideratur, quod maximi est momenti. Iam vero ad quaesitum a Provicario dc Manado propositum dle 31 iulii 1946 venit responsio Supremae Congregationis Sancti Officii dic 24 iulii 1947 [LE 19451. iuxta quam huiusmodi matrimonia habenda sunt uti valida.

Iuxta monitum in ipsa responsione additum, nunc quaeritur quid sentiendum de matrimonii validitate in casu supra allegato, in quo casu proles forte nascitura certo de consilio patris In Mahumctanismo adolevisseL

Ex Aedibus S. Officii, die 4 iunil 1948.

Resp.—*Exane ac Reofhe Domine,* Litteris n. 3-4-48. dic 29 aprills 1948 datis, Excellentia Tua Reviha exponebat, durante bello initum fuisse matrimonium a Catharina, catholica, cum viro mahumetano, non obtenta dispensatione ab Impedimento disparitalis cultus, nec servata forma canonica utpote impossibili.

Matrimonium hoc modo celebratum mlssionarius I. Hoebink Invalidum putavit eo quod:

1.· partes tantummodo ad tempus impediebantur ne dispensationem peterent;

2.· In Vicariatu Aposlollco de Manado in talibus adiunctis dispensatio super Impedimento disparitalis cultus numquam conceditur;

3? cautionibus si forte darentur a mahumetanis, omnino non esset fidendum.

Unde separatio instituta est, quae ab auctoritate mahumelana rata habita est.

Circumstantiis casus diligentissime examinatis, haec Suprema Sacra Congregatio concedit oratrici *Documentum libertatis.* Ita ut novas nuptias mulier cum viro catholico inire valeat.

Dum hoc Tecum communico, Excellentiam Tuam certiorem facio, quod relate ad quaestionem generalem, responsione a S. Officio lata die 2-1 iulii 1947, «... matrimonia habenda esse uti valida..,», minime affirmatur singula matrimonia valida putari, prout ex ultima parte Litterae lam citatae erui poterat.

Hanc occasionem narius Impensos aestimationis meae sensus Tibi obtestor permanens Excellentiae Tuae Revcrendisslmae addictissimus.—Card. F. Marchetti Selvaggiani, *Secr.*

• Ordinario de Manado, Prot. N. 2382/48: GONZALVUS A RAA.MSDONE. De cessatione impediment! disparitatis cultus in extraordinariis territorii circumstantiis, Roma 1955, p. 48-50. Adn. GONZALVUS A RAAMSDONX op. et loc. cit.

1996

1948 IUN 5.-SC S. OFF., MON. AAS 40 (1948) 257

Monitum de mixtis conventibus acatholicorum cum catholicis

Cum compertum sit variis In locis, contra Sacrorum Canonum praescripta et sine praevia S. Sedis venia, mixtos conventus acatholicorum cum catholicis habitos fuisse, in quibus de rebus fidei tractatum est, omnibus In memoriam revocatur ad normam canonis 1325 § 3 prohibitum esse quominus his conventibus intersint, sine praedicta venia, cum laici, tum clerici sive saeculares sive religiosi. Multo autem minus catholicis licitum est buiusmodl conventus convocare ct instituere. Quapropter Ordinarii urgeant, ut haec praescripta ab omnibus adamussim serventur.

Quae quidem potlore lure observanda sunt, cum agitur de conventibus, quos «oecumcnicos» vocant, quibus catholici, sive laid sive clerici, sine S. Sedis praevio consensu, nullo modo intéressé possunt.

Cum vero, tum In praedictis conventibus tum extra ipsos, etiam actus mixti cultus haud raro positi fuerint, denuo omnes monentur quamlibet in sacris communicationem ad nonnam canonum 1258 et 731, § 2, omnino prohibitam esse.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 5 Inuii 1948.—Petrus Vigorita, *Notarius.*

Ada. J. GON5ETTE in NrT 91 (1949) 524-530; F. HURTH in PrM 37 (1949) 174-183; 39 (1950) 2ÎM-209; A P. in EL 82 (1948) 279-331: P. TOCANEL in Apoll. 22 (1949) 51-58; ME 60 (1943) 133.

1997

1948 IUN 10.-SC RITUUM, DECL. AAS 40 (1948) 342

Declaratio circa sensum verborum «perfidi iudaf.i» **ET «IUDAICA PERFIDIA» IN LITURGÏA FERIAE VI IN PARASCEVE**

In bina illa precatione qua sancta Mater Ecdesla in orationibus solemnibus feriae sextae in Parasceve etiam pro populo hebralco Del misericordiam implorat, haec verba occurrunt: «perfidi ludaei», et «iudaica perfidia». Porro quaesitum est de vero sensu istius locutionis latinae. praesertim cum in variis translationibus, ad usum fidelium in linguas vulgares factis, illa verba expressa fuerint locutionibus quae auribus istius populi offensivae videantur.

Sacra haec Congregatio, de re interrogata, haec tantum declarare ccnsult: «Non improbari, in translationibus in linguas vulgares, locutiones quarum sensus sit: ‘‘infidelitas, infideles in credendo’’».

Romae, die 10 lunii 1948.—Card. C. Micara, Episc. Veliternus, *Praef.* A. Carlnci, Archlep. Seleuc., *Secr.*

Adn. A. DELCHARD in NrT 80 (1948) 1089; G. JUSSEL in EL 83 (1949) 89-90.

1998

1948 IUN 12.-PIUS XII, LIT. AP. AAS 52 (1950) 235

Internuntiatura apostolica in india instituitur

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam.—Mentem animumque Nostrum paternum, intentissimae ergo curae in universum Christi gregem Nobis divinitus commissae, quoquoversus vertentes. Nos etiam perlonginquarum regionum hominum commodo, utilitati, incremento spirituali valde consulimus, fldcique propagationi sedulo prospicimus. Quare, quum, in praesentibus rerum adiunctis, opportu-

num videatur Nobis in amplissimis Indiae regionibus Legationem Apostolicam erigere, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostollcae Nostrae potestatis plenitudine, harum Litterarum tenore, Apostolicam in India Internunllaturam erigimus ct constituimus, cuius sedem Dclhlcnsi In civitate collocamus, cidemque omnia et singula officia, privilegia atque Indulta deferimus quae huiusmodi Legationum propria sunt. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iuglter exstare ac permanere; suosque plenos atque Integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Legationi per Nos erectae nunc et In posterum plenissime suffragari; sleque rite indicandum esse ac definiendum; Irritumque ex nunc et inane fleri sl quidquam, secus, super his, n quovis, auctoritate qualibet, scienter sive Ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis lunii, anno mcmxxxxviu, Pontificatus Nostri decimo.

De speciali Sanctissimi mandato. Pro Domino Cardinali a Secretis Status.— Ioannes Baptista Montini, *Subst. Secr. Status.*

1999

1948 IUN 14.-SC SACRAMENTORUM, INDULTUM. PART.·

Indultum celebrandi missam post dimidiam horam a media nocte pro memoris associationum **CATHOLICARUM**

Preces—*Très Saint Père,* L'Ordinaire de Paris, prosterné aux pieds dc Votre Sainteté, sollicite humblement la faculté d'autoriser en certains cas, les aumôniers du Scoutisme et des groupes de l'Action Catholique, à célébrer la messe de minuit en faveur des membres appartenants aux mouvements précités.

Rescr.—*De l'audience de Sa Sainteté en date du* 14 *juin* 1948. Notre Très Saint Père Pape Pie XII. ayant entendu et pris en considération le rapport du soussigné Cardinal Pro-Préfet de la Sacré Congregation des Sacrements, a daigné accorder à lOrdinaire de Paris la faveur implorée pourvu que *la messe ne commence pas anant minuit et demi,* que la cérémonie religieuse dure environ deux heures, y compris le temps de la célébration de la messe, tout risque d'irrévérence étant chaque fois écarté, et en observant pour le reste ce que de droit.

Le présent induit est accordé *pour deux ans.*—Card. B. Aloisi Masf.11a, *Pro-Préfet.* F. Braccl, *Secretaire.*

• Ordinario Paritienai: ME 60 (1848) 183 Adn. EL 63 (1949) 84: ME W (1948) 193.

2000

1948 IUL 8.-C0M. INTP., RESP. AAS 40 (1948) 386

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

1.—De forma celebrationis matrimonii. 2.—De dispensatione **AB IMPEDIMENTIS MATRIMONIALIBUS**

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

1. *De forma celebrationis matrimonii*

D. An per praescriptum can. 1097 § 2, *in fine,* derogetur canoni 1099 § 1, n. 3.

R. Negative.

2. *De dispensatione ab impedimentis matrimonialibus*

D. Utrum can. 1052 ita intelllgendus sit ut dispensatio impetrata pro certo et determinato impedimento valeat etiam pro alio impedimento eiusdem speciei in aequali vel inferiori gradu, quod in supplici libello bona vel mala fide reticitum fuerit; an potius ita *tantum* ut dispensatio ab impedimento expresso non vitietur per reticentiam alius impedimenti eiusdem speciei in aequali vel inferiori gradu.

R. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 8 m. lullo a. 19-18,—Card. M. Massimi, *Praeses.* A. Coussa, Ordinis Basllianorum Aleppen., *a Secretis.*

Adn. F. M. CAPPELLO in PxM 37 (1948) 291-293; A DELCHARD in NrT 80 (1948) 1093-1097; P. FELICI in ApoH. 22 (1949) 99-100; G. MICELI in ME 30 (1943) 193-199; L. MIGUELEZ in REDC 3 (1943) 1023-1041; REGATILLO n. 504. 555. P. TOCANEL in Apoll. *22* (1943) 93-93

2001

1948 IUL 12.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.·

Decretum laudis instituti saecularis «missionariae **REGALITATIS D. N. I. CHRISTI»**

Anno Domini mcmxix duodecim virgines, tertio sancti Francise! Ordini adseriptae, in chorulo qui dicitur beatae Clarae apud Assisiensem sancti Damianl ecclesiam vitam suam Deo voverunt, promittentes se vitam in perfecta castitate atque apostolatui exercendo dicatam acturas, praesertim In Actione Catholica illlsque vivendi formis quibus regnum Del his nostris temporibus promoveri atque augeri possiL Qui virginum manipulus paulatim per ali-Suot crevit annos ac si sodalitas tantum mulierum Tertii •rdlnis sancti Francise! esset, vita tamen ad Dei servitium consacrata: atque inde ab initio novo Ecclesiae agmini indesinenter Revihus Pater Augustinus Gemelli O. F. M. alacriterque operam dedit. Sodales nomen sibi adsumpserunt «Misslonarie della Rcgalitù di Cristo». Pius XI beatae memoriae Pontifex Maximus, Societati tunc nascenti verbo consilio patrocinio adfuit, vivaeque vocis oraculo eam probatam habuit sodalesque suasit ut per omnes Italiae regiones proficiscerentur. Ita brevi temporis Intervallo parvus ille manipulus, quasi exercitus factus, in omnibus fere dioecesibus, maximis praesertim excellentissimis Episcopis Societati benedicentibus eamque paterna benignitate amplexantibus, est constitutus.

Anno mcmxlv Sacra Concilii Congregatio, quum, praebabito voto Consultorum, Societatis Statuta ad normam eorum quae in Codice luris Canonici pro piis Associationibus fidelium praescribuntur exarata deprehendisset, approbationi Sanctissimi Domini Nostri Pii PP. XII subiicerc opportunum censuit. Sanctitas vero Sua. Statuta ipsa per experimentum ad quinquennium benigne approbare dignata est.

Instituti Saecularis Missionariarum Regalitatis D. N. lesu Christi propositum hoc est: animas quasi in unum congregare ac sociare mulierum quae, quamvis in saeculo vivant atque suae quaeque professioni deditae sint, ad Christianam tamen perfectionem summopere contendunt, atque Deo consillisquc cvangellcis vinculo devotae, ex ipsis sanctitatis fontibus sui apostolatus vires suscipere atque quasi haurire volunt. Duo ergo Instituti praecipui flues, quorum alter est sodalium consociatarum sanctificatio ad evangelicam perfectionem adipiscendam, alter apostolicus ardor ad nova Opera condenda, vel ea quae iam condita sint promovenda, ad nutum tamen Sanctae Apostollcae Sedis atque Episcoporum, quos Deus constituit ut Ecclesiam Suam regant ac moderentur.

Institutum totis vlribts suis, salva semper tamen interna tum Instituti tum aliorum operum in quibus sodales laborant, disciplina, cooperationem praebet Actioni Catholicae. cui Missionariae Regalitatis omnes adhaerere debent atque ita In ea operari ut quam maxime inter mulieres diffundatur ac promoveatur; Operibus Pontificiis et Dioecesanis, prout ab eorum praepositis sibi indicabitur atque petetur; aliisque apostolatus operibus. Quae omnia Institutum hodie prosequitur et magis magisque in crastinum se aucturum sperat.

Praecipua ac peculiaris Instituti ratio in Fronclwauo spiritu posita est. Sodalibus enim In omnibus vitae operibus Del cognitio atque amor praedicanda sunt, praesertim integerrimae vitae exemplo. Instituti vero est uniuscuiusque sodalium personam observare atque colere, «mniumque dotes in diversis muneribus atque officiis exhi bitas ad commune propositum dirigere.

Cum autem omnibus in suis notis Institutum qua verum Institutum Saeculare se exhibeat, Moderatrix Generalis ipsius preces SSiho Domino instanter fudit ut ad normam C. Apost. *Provida Mater h'cct'sla* |LE 19) Laudis Decretum impetraret. Sacra Congregatio de Religiosis, omnibus mature perpensis, praehabito Commissionis Consultorum u»tu

necnon Congressu pleno celebrato, ccnsuit memoratum Institutum Laudis Decreto decorari posse. Emus Cardinalis Praefectus, in Audientia die 12 mensis iulii anni 19-18 habita, rem totam SSiho Domino retulit. Sanctissimus vero S. Congregationi decisionem ratam habens atque eam confirmans. Institutum Saeculare sub regimine unius Moderatricis Generalis praesentis Decreti tenore laudat commendat et taris pontificii declarat ad normam Const. ApostolIcae *Provida Mater Ecclesia* peculiarumque Constitutionum, quae ad triennium approbantur salva semper Ordinariorum potestate Iuxta Articulum VIII memoratae Constitutionis ApostolIcae.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Religiosis, die, mense ct anno ut supra.

• J. BEYER, De hutitoïis saccularibus documenta. Rsnxae 1562, p. 07-83. Ivitirutra dafidtire approbatum est die 3 Iulii 1953. Adn. N. GIL ir. CpR 30 (1657) 47-19.

2002

1948 IUL 20.-SC S. OFFICII, INDULTUM. PART.·

Facultas datur lf.gendi lingua vernacula oalliae **EPISTULAM ET EVANGELIUM IN MISSIS SOLEMNIBUS**

Ex Aedibus S. Officii, die 20 iulii 1918

Excme ac Reorhe Domine, Litteris, die 25 ianuarii h. a. datis, a Summo Pontifice Excellentia tua Revnia petivit ut In Missis solcmnibus, post cantum Epistolae et Evan{'elli lingua latina, diaconus et subdlaconus eamdemEpistoam Idemque Evangelium lingua gallica legere possent.

Cum haec Suprema Sacra Congregatio, ratione competentiae, rem mature perpendisset, decrevit: «Pro gratia, Iuxta preces, dummodo sive Epistola sive Evangelium lingua gallica tantum legantur, sine cantu».

Dum haec tecum communico. Impensos aestimationis meae sensus tibi obtestor permanens Excellentiae tuae Revihae addictissimus.—Card. F. Marchetti Selvaggiani, *Secret,*

♦ Ordinario Ctamtcasi: EL 89 (1955) 271.

2003

1948 IUL 24.-SC ORIENTALIS, RESPONSUM. PART.·

Ordinarii latini possunt, vi facultatum quinquennalium, **DISPENSARE CUM ORIENTALIBUS QUI EXTRA ORIENTEM COMMORANTES, PROPRIO ORDINARIO CARENT**

Romæ, die 24 iulii 1948

Excellentissime Domine, Epistulae Tuae diei 4 m. Novembris elapsi anni qua huic Sacrae Congregationi nonnulla subiciebas dubia necnon matrimonialem casum, haec studiose perspecta, rescribo:

1) Ad I: Utrum Ordinarius latlnus. vi facultatum quinquennalium a S. C. de Disc. Sacramentorum, sine explicita delegatione S. C. pro Ecclesia Orientali, valide possit dispensationem concedere ab Impedimento dirimenti Maronitis (vel aliis Orientalibus) qui hic proprium non habent Ordinarium?

R. *Affirmative* (cfr. Const. «Orientalium dignitas» Leonis Pp. XIII, 3D. 11. 1894, n. 9) [CICF n. 627].

2)Ad II: Utrum Ordinarius latlnus valide possit talem dispensationem Orientalibus concedere, ratione praesumptionis de causae urgentia vel mortis periculo, cum nimio incommodo recurrendi ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali, etiamsi In petitionibus oratores nihil de urgentia vel periculo vel incommodo dixerint?

R. *Affirmative.*

3) Ad III: Sl Ordinarius latlnus valide potest dispensare; utrum talis dispensatio Orientalibus concesssa regatur principio ran. 1052. Ita ut subreptio alterius impedimenti aequalis vel Inferioris gradus dispensationem non irritet?

R. *Affirmative.*

D Ad IV: Utrum In casu validum habendum sit matrimonium?

R. *Provttiun in praecedentibus.*

• Od · nOidiMri bcfhttao ME 54 (1353) 106-107 Adn. G. OES-T£ ME M <!9M} 105100. J Γ MARBACH Ifl Juriit 9 (1949) 17-49.

2004

1948 IUL 26.-SC CONC.-STUD., RESPONSUM. PART.·

DE PRAEPARATIONE THEOLOGICA REQUIRENDA A PROFESSORIBUS RELIGIONIS IN INSTITUTIS RELIGIOSIS LAICIS DEQUE IURIBUS ORDINARII LOCI QUOAD PROFESSORES RELIGIONIS IN SCHOLIS MEDIIS RELIGIOSORUM

Madrid. 26 de Julio de 1948

Excelentisimo y Reverend(simo Senor, Habléndose reçurrido a la Santa Sede sobre una cuestiôn surglda n proposito dei nombramiento de Hermanos, pertenecientes a institutos religiosos laicalcs, como profesores de Rellglôn en sus colcglos de EnseAanza Media, con relaciôn a lo estableddo por el canon 1.373, § 2, la Sngradu Congrcgaciôn de Seminarios y Universidades, velando por la preparaciôn tanto pcdagôgica como doctrinal que dichos profesores deben poscer para el dcbldo cumplimiento de tan alta mislôn. ha tenido a bien expresar sus puntos de vista cn ios siguientes términos:

1.® La enseüanza de la rcligiôn cn las cscuelas secundarios tlene un carâctcr e-specifico, que requière en quien la ejerce una preparaciôn, y, competenda adecuadas a la importanda y dellcadeza de tal enseilanza, preparaciôn y competenda que no pueden adouirirse sino siguiendo cursos regulares y completos de Teologia en los Seminarios o en los Institutos Superiores de Rcligiôn, asi como también aplicândose, aun privadamente, a estudios tcolôgicos profundos, metôdicos y completos, puestos constantemente al dta.

2.· Aun reconociendo que en las Congregaciones laicales se desarrolla y procura particularmente cl estudio de la rcligiôn, no se puede, sin embargo, afirmar que este sea equiparable al que se da cn las escudos teolôgicas, ni que los miembros de taies Congregaciones completen sus conodmientos teolôgicos con estudios profundizados, metôdicos y completos.

3.® Puede, sin embargo, haber en talcs Congregaciones laicales algunos religiosos que hayan seguido los cursos regulares y completos de estudios teolôgicos o que de otra forma hayan adquirido una cultura tcolôglca que pueda considerarse équivalente; mas estos casos deben ser examinados por la competente autoridad edcsiâstica.

4.® No puede, por tanto, negarse a los excelentisimos scâores Ordinarios diocesanos, a quienes incumbe la gran responsabilidad de aquella importante ensenanza, la facultad de usar de sus derechos aun tratôndose de los colegios de Segunda Enseüanza dirigidos por las Congregaciones laicalcs.

5.® Mas como quiera que el canon 1.373, § 2 («luventus, quae medias vel superiores scholas frequentat, pleniore religionis doctrina excolatur, et locorum Ordinarii curent ut id fiat per sacerdotes zelo et doctrina praestantes·), no contiene la obligaciôn de nombrar siempre un sacerdote, serô oportuno que los excelentisimos Ordinarios, cn el cjercicio del expresado derecho y deber, tengan cn consideraciôn los especialcs méritos y las condiciones particulares de cada Congrcgaciôn religiosa laical y se muestren benévolas hacia ellas concediéndoles presentar para sus proplos colcglos, ya sacerdotes que tengan los requisitos necesarios, ya tambien religiosos proplos que sean reconocldos por'los mismos Ordinarios como idôncos para la enseflanza de que se trata. Con esta misma amplitud pueden interpretar los excelentisimos Ordinarios el decreto dei Ministerio de Educaclôn Nacional de 7 de diciembre de 1938.

6.® Como quiera que la ensenanza religiosa cn las Escuelas Medias, felizmcnte rcstablecida por las leyes en Espafta, requière sacerdotes cspecialmentc prcparados para tan delicada e importante mislôn, la Sagrada Congregaciôn de Seminarios y Unlversidadcs recuerda a los excelentisimos Ordinarios la oportunidad de que en los Seminarios se procure expresamente esta formaclôn mediante Icccliones de pedagogla y didâctlca, acompaAadas de ejerclcios prâctlcos como lo tlene ya recomendado dlcha Sagrada Congrcgaciôn y como de hecho sc ha llcvado a cabo en los Seminarios de Italla.

Por su parte, la Sagrada Congrcgaciôn del Concilio, a la que también sc ha recurrldo en este asunto, ha confirmado cl plcno derecho de los excelentisimos Ordinarios a Juzgar dc la idoneidad de los profesores de Religion cn cl caso de que se trata, recordando al mismo tiempo a los seftores Obispos que, cn el ejcrciclo de este derecho, tengan présente la rccomendaclôn hecha por la Sagrada Congregaclôn de Seminarios y Univcrsidades, segùn se ha expuesto en el num. 5.® dc esta circular.

Al comunlcar a vuestra excelencla estas decisiones dc la Santa Scde, me es grato cxpresarle la complacenda de la mlsma por cl Interes con que el vcncrado Episcopado esfiaâol sc afana por que sca cada vez mâs sôlida y prounda la enschanza religiosa en Espafia.

Rcnovôndolc los sentimientos dc mi cordial veneraciôn y estima, me profeso de vuestra excelencia devotfsimo s. s.—Cayetano Cicognani, *Nuncio Aposlôlico.*

♦ Ordinariis locorum HIspanlno per Nuntium Apo«tolicum: Dustradôn del Cloro 41 (1943) 427-429. Adn. Qustraclôn del Clero 41 (1948) 4XM31.

2005

1948 IUL 28.-SC STUDIORUM, NORMAE. PART.·

De iuridus ordinariorum locorum deque normis **SERVANDIS IN ERECTIONE SCHOLARUM ELEMENTARIARUM AB AUCTORITATE ECCLESIAE DEPENDENTIUM IN HISPANIA**

Madrid. 28 de Julio de 1948

Excelentisimo y Reoerendisimo Seïïor, A propôsito de la importantisima cuestiôn dc las Escudos del Magisterio, autorizadas por cl Goblcmo espaftol en la vigente ley dc Instrucciôn primaria, la Sagrada Congregaclôn dc Seminarios y Universidades me confia d honroso encargo de comunicar a vuestra excelencia el pensamiento de la Santa Sede acerca dc algunos puntos relacionados con este asunto.

Ante todo quiere haccr constar la expresada Sagrada Congregaclôn que el augusto Pontifice desea vivamente que, dejando toda vacilaciôn, se aprovechen las actuales favorables circunstancias para conscguir la formaclôn de un sclectisimo cuerpo profesoral para las escudos primarias. Y a fin de que, sin màs retrasos, se procéda a la erecciôn de taies escuelas, el mendonado Dicasterlo ha creido oportuno hacer las siguientes adaradones a este respecto:

L® En cuanto al término «Jerarquia» empleado por d legislador en cl art. 62 de la precitada ley, parece superfluo observor que «in casu et ad dfectum de quo agitur», no puede significor otra cosa que el Episcopado, a ténor dd canon 108.

2.e Es igualraente indudable, slcmpre «In casu et ad effectum de quo agitur», que todo Obispo tiene derecho a erigir en su propia diôcesis estas cscuelas normales si cuenta con los elementos necesarios para asegurar la dignldad, competenda técnica y estabilidad de las mismas en consonanda con las erigidas por el Estado.

3.® Para procéder con un criterio uniforme y una mutua intcligencia, y a fin también de que no &e llegucn a créai algunas cscuelas que, por sus deficiendas o falta de vitalidad u otras causas, puedan comprometer el prestlgio de la Iglesia, la Sagrada Congrcgaciôn créé oportuno que, siempre que se traie de erigir una nueva escucla, sc consulte previamente a la Comisiôn Episcopal de Ensenanza, la cual manifestarô su parecer con cierta amplitud de miras, a fin de facilitar la râpida formaclôn de muchos y buenos maestros.

Segùn esto, los Sres. Obispos que dispongan de elemenlos suficicntes para erigir una escuela con las condiciones de dlgnidad, cstablllldad y competenda técnica apeteddas, deberàn presentar sus planes a la expresada Comisiôn Episcopal al solo objeto de impedlr pérdida de esfuerzos, duplicldnd y gastos inutiles, etc.

La Comisiôn Episcopal, al emitir su dictamen, podrA hacer aquellas sugerenclas que créa oportunas; mas si cl parecer de la Comisiôn fuere dcsfavorable y no suflclentemente fundado, podrâ cl Obispo recurrir a la Santa Scde.

4.® Por cuanto se refiere a los institutos religiosos y a otras entidades, no se ve razôn para que la Iglesia ch Espana no deba valerse de los conspicuos elementos dlddctlcos y de las fuerzas econômicas con que nqucllos cuentan para erigir escuelas dc este género.

Sin embargo, por razones de disciplina y coordlnaciôn, también los religiosos y las otras entidades —salvo siempre el derecho de recurrir a la Santa Sede— deberôn transmltlr sus peticioncs. por condncto del Obispo diocesano, a la Comisiôn Episcopal, a la cual compote la mislôn de coordinar las diversas iniclalivas.

Al comunicar a vuestra excelencia estas aclaracioncs de la Santa Sede, me complazco en relterarme con los môs dlstinguidos y cordiales sentimientos de vuestra excelencia, devotisimo, s. s.—Cayetano Cicoonani, *Nuncio Ap.*

◦ Ordinario Victorie^si p«r Itantfcm Ap. in Hispania Enstraciâa del Clero 41 (1543) 429-43-3. Adn. Duatraeiàn del Clero 41 (1948) 43O-43L

2006

1948 AUG l.-PIUS XII, MP. AAS 40 (1948) 305-306

Abrogatur alterum comma par.\graphi secundae **CAN. 1099, ET OMNES LN ECCLESIA CATHOLICA BAPTIZATOS TENERI AD FORMAM CANONICAM MATRIMONII DECERNITUR**

PIUS PP. XII

Decretum *Ne temere* [AAS 40 (1907) 525-530), decessoris Nostri ici. ree. Pii X iussu latum, statuerat (art. XI) omnes in Ecclesia catholica baptlzatos, etiamsi ab eadem postea defecissent, teneri ad servandam matrimonii formam in Concilio Tridentino definitam.

Verum ne Irrita evaderent matrimonia eorum qui, ab acatholicis nati et in Ecclesia catholica baptizat!, ab Infantili aetate in haeresi vel schismate aut infidelitate vel sine ulla religione adolevissent, In Codice luris Canonici statutum fuit hulusmodi baptlzatos non teneri ad canonicam matrimonii formam servandam.

At experientia triginta annorum satis docuit exemptionem a servanda canonica matrimonii forma, hulusmodi in Ecclesia catholica baptizatis concessam, bono animarum haud emolumento fuisse, immo in solutione casuum saepe saepius difficultates multiplicasse; quamobrem Nobis visum est expedire ut memorata exemptio revocetur.

Et ideo Nos, auditis Emis ac Revihis Patribus Supremae S. Congregationis S. Officii, Motu Proprio ac de plenitudine Apostolicae potestatis, decernimus ac statuimus omnes in Ecclesia catholica baptlzatos teneri ad canonicam matrimonii formam servandam; abrogamus itaque alterum comma paragraph! secundae can. 1099, ct lubcmus ut verba *item ab acatholicis nati, etsi in Ecclesia catholica baptizati, qui ab in/antili aetate in haeresi nel schismate aut in/idelitate aut sine ulla rdi/gione adoleverunt, quolies cum parte acaiholica contraxerint* ex can. 1099 expungantur. 306

Hac autem arrepta occasione, Missionaries ccteroscpie Sacerdotes admonemus ut lidem praescripta canonum 7a0-751 sancte servent.

Mandamus igitur ut hae Litterae Apostolicae Motu Pro" prio datae in *Acta Apostolicae Sedis* referantur, ac statuimus ut, quae in iisdem iussa sunt, vim suam exorant a die 1 Ianuarii anni mcmxlix.

Contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam peculiari mentione dignis.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Romam, die 1 mensis Augusti, in festo S. Petri in Vinculis, anno mcmxlviii, Pontificatus Nostri decimo.—Pius Pp. XII.

Adn. I. CREUSEN in PrM 37 (1948) 334-344; A. DELC1LKRD :n NrT 80 (1943) 1081-1084; P. FELICI ia ApoU. 22 (1949) 38-39. L MIGUtLEZ in REDC 3 (1948) 1023-1041: G. OESTERLE in ME 78 (1953) 249-252; CR 30 (1945) 342; ME 60 (1943) 174-175.

2007

1948 AUG 9.-S. PAENITENTIARIA. DECRETUM. PART.

Summarium indulgentiarum f.t privilegiorim **CONGREGATIONIBUS MARIANIS CONCI SSORVM**

Summarium indulgentiarum ct privilegiorum qu>2c Sumini Pontifices concesserunt Congregationi Primae Prin^arine sub titulo Annuntiationis R. Alariae V. *et Ss. Petri el Pauli in Collegio Romano Societatis lesu erectae caet^risgur Congregationibus eidem aggregatis vel aggregandis*

I—Indulgentiplex irise Sodaubv* concrmar

1.Quo die in Sodalitatem recipiuntur, d confr^l Eucharistiae Sacramentum eodem die sumpxcrinl

2.in mortis articulo, † numisma vel «ijrnum propria-Congregationis a Moderatore hrnrdlrtuni osculati fuerint vel quomodocumque tetigerint, dummodo contei»! ac S. Communione refecti vel. si Id facere nequiverint, saltem contriti, lesu et Mariae nomina, ore sl potuennt. sin minus corde drvote

invocaverint et mortem de manu Domini, tamquam peccati stipendium, patienter susceperint.

3« In festis D. N. I. C. et B. M. V. ad normam can. 921 § 1. suetis conditionibus.

4.In peculiari sollemnitate quae dicitur «Dies Mundialis Congregationum Marianarum» Sodalibus conventui aditantibus et consecrationem ad Deiparam Virginem renovantibus, suetis conditionibus.

5.Semel In hebdomada, quo dic libuerit, suetis conditionibus, dummodo Intra hebdomadam Sodalitatis conventui adfuerint.

6.Quando publice deferentes numisma vel signum propriae Congregationis α Moderatore benedictum accedant, etiam slngUlatim, ad sacram Synaxlm, ceteris suetis conditionibus adimpletis.

7.Ea die In singulis mensibus ab unoquoque ex Sodalibus electa, qua confessus, Sanctissimam Communionem receperit In honorem €aelesti Patroni, qui, luxta saccularem morem Sodalium Congregationum Beatae Mariae Virginis illi sorte obvenerit, atque luxta Summi Pontificis Intentiones pias nd Deum preces effuderit, dummodo tamen praefati Sodales singulis mensis diebus In honorem Caelestis Patroni, ut supra, 1er Orationem Dominicam cum Angelica Salutatione et Gloria Patri, etc., corde saltem contrito ac devote recitaverint ·.

8.Sl exercitia Spiritualia per quodeumque diorum spatiam vel per unum etiam diem semel In mense piam recoPectionem peregerint, sueti» conditionibus.

9.Congregationis Director, si Sodalem Congregationis suae infirmum visitaverit eumque spiritualibus monitis nd morborum incommoda patienter toleranda, vel ad mortem de manu Domini libenter acceptandam adiuverit et coram aliqua Crucifixi Salvatori nostri Imagine ter orationem Dominicam et Salutationem Angelicam ad intentionem Summi Pontificis, ab Ipso recitari curaverit, quo die Infirmus sacram Communionem sumpserit. Ipsi Indulgentiam plenariam impertiri potest.

II—INDULGENTIAE PLENARIAE ET PART! ILEX SODALIBUS CONCESSAE

10. Sl diebus Stationum Urbis, proprium oratorium vel aliquam ecdesiam devote visitaverint fbfque quinquies *Pater Arc* ct *Gloria* coram Ssiho Sacramento et semel saltem ad Summi Pontificis mentem recitaverint. Indulgentias Stationum consequi valent, scilicet: *a)* Decem annorum; *b)* Plenariam, si praeterea admissa sua rite confessi fuerint et caelestem Panem sumpserint, ad normam tamen Declarationis S. Paenitentiariae Apost. diei 25 februarii 1533 [LE 1153].

11. Sl post Exercitia Spiritualia pias preces per quailraglnta dies ad obtinendam perseverantian recitaverint, bis centum dierum Indulgentiam pro singulis diebus, et, sl confessi ac sacra Synaxi refecti Intra praefinitum tempus fuerint. Indulgentiam plenariam lucrari valent.

III—INDULGENTIAE PARTIALES SODAUBUI CONCESSAE

12. *Septem annorum:*

a) quoties sacrosanctum Missae Sacrificium diebus feriallbus devote audierint:

b) quoties conscientiam suam diligenter examinaverint vespere, antequam cubiculum eant;

c) quoties coetibus, cum publicis tum privatis, seu divinis Officiis tam In Sodalium quam aliorum Christianorum defunctorum suffragium per Ipsam Congregationem ordinandis et ab eiusdem Moderatore approbandis Interfuerint;

d) quoties pauperes vel Infirmos vel carcere detentos visitaverint;

e) quoties pacem Inter Inimicos conciliaverint;

I) quoties pro infirmis vel pro mortuis oraverint;

Q) quoties corpora Sodalium vel nilorum fidelium nd ecclesiasticam sepulturam prosecuti fuerint;

hf «I se sommo tradentes numisma vel signum propriae Congregationis n Moderatore benedictum, ad caput lectuli reposuerint et saltem contrito corde ter Angelicam salutationem devote recitaverint;

l) ‹l doctrinam Christianam pueros vel rudes docuerint.

13, *Trectn'oriim dierum:*

al quoties actum consecrationis sive S. lounnh Bcrclimans Uve S. Franciscl Sa1rs!i recitaverint;

M quoties numisma vel signum propriae Congregationis n Moderatore benedictum deosculati, praecntiunculam Noi *cum prole pia benedicat Virgo .Maria·* devote recitaverint.

14. *Centum dterum:*

quntirs emblema Congregationum, nomine Mariae Insignitum. nssumunt additis verbis «Ane .Maria», vel quoties Illud emblema deferente· se mutuo salutant his verbis »Aae .Maria».

SI per Integrum mensem pin opera vel omtlones, de quibus in nn. 12. 13, et 11. quotidie Iteratn fuerint, acquiri potest plenaria indulgentia, suetis conditionibus.

• Imb .xroti*. tan ohni oQtKmi. ex irudv*r*.ruiU praeterη· ·μ fait; pre.··· T-m. urv noso decreto. i Sicra PamiV-otÎAru Apotwfa·· In ipw atrtheatteo »kts<bn, dw ·› An<u*tl 1148 tfalo, inserta e%t.

IV—Indulgentiae plenariae quas omnf.s fideles in locis ubi Sodalitates khectak sunt lucrari possunt

15. Si confessi saernque Communione refecti locum huluv modl die festo tituli, sive primarii sive secundarii. Sodalitatis cuiusque devote visitaverint et ad mentem Sununl Pontificis preces fuderint.

Sl vero Sodalitas nullum habent titulum secundarium, eligi nd hunc effectum potest n Directore —de consensu tamen Ordinarii (vel Superioris proprii, si Director presbyter regularis sit)— unus aliquis in unoquoque anno dies.

Quod sl locus Sodalitatis conventuum varietur, vel sive In perpetuum sive nd tempus Immutetur, vel etiam, pro niainri populi commoditate et sollemniori festivitatis celebritnte, sive tituli principalis sive tituli minus principali Festum In alia ecdesia. de consensu Directoris, celebrari contingat, nihilominus eadem Indulgentia pro illius ecclesiae visitatione valet.

Similiter, sl unum nut alterum titulare Festum sive ellam utrumque proprio die non satis opportune ve! sollemniter celebrari possit. Sodalitatis Director —de consensu Ordinarii (vel Superioris proprii, sl Director sacerdos fuerit regularis)— aliam diem Infra annum pro huiusmodi celebratione et concessae Indulgentiae acquisitione designare potest.

Quod sl dies electa Impedita fuerit festo duplici, una Missa sollemnis de huiusmodi translato festo celebrari potest.

16. Sl expositione Ssrhl Sacramenti In loco Congregationis spatio continui tridui per aliquod temporis spatium faciendae interfuerint Iblque oraverint oc caetera Inluncta opera praestiterint, Indulgentias consequentur, quae concessae sunt pro exercitio Quadraginta Horarum.

V---PRIVILEGIA

17.Director Congregationis alium sacerdotem substituere slbl potest ad recipiendos fideles ct nd numismata benedicenda.

18.Omnibus Regibus Principibus, Ducibus et Comitibus supremam potestatem habentibus eorumque consanguineis et affinibus primi ct secundi gradus dumtaxat, qui Congregationi cuipiam adseribi petierint, etsi absentibus, eadem tamen pietatis opera exercentibus et aliquam ecclesiam visitantibus eaedem ut supra Indulgentiae conceduntur.

19.A momento suae admissionis ad probationem, adspirans fit particeps privilegiorum. Indulgentiarum et aliarum gratiarum spiritualium Sodalibus concessarum.

20.Prece a Sodalibus simul in conventibus hebdomadariis recitatae eum intentione eas nd Summi Pontificis mentem dirigendi sufficiunt ad lucrandas Indulgentias pro bis conventibus concessas.

21. Indulgentiae conventibus hebdomadariis adnexae valent etiam sl conventus tantum bis In mense finnt.

22. Omnes Indulgentiae Sodalitatibus Marianis concessae vel concedendae, excepta tamen plenaria In mortis articulo lucranda, etiam ănlmabu fidelium defunctorum applicari possunL

23. Missa a quocumque sacerdote, ubicumque pro Sodali mortuo celebrata, privilegio altaris gaudet.

24. Ministri Sodalitatum, donec earum servitiis addicti fuerint, omnes Indulgentias Sodalibus concessas lucrari eodem modo ac IUI possunt.'

25.Sacerdotes legitimi omnium et singularum Sodalitatum Itn Congregationum quibus praesunt sunt membra, quin aliquo ritu recipiantur, ut de Iure suo omnium privilegiorum atque Indulgentiarum Congregationis sint participes.

26. Directori licet admittere nd Sodalitatem, quae per se nro adolescentibus erecta est, adultos virosque patresfamllias. Idem valet In crisibus similibus pro aliis Sodalitatibus, etiam feminarum. Requiritur tamen lusio cnusa; quae facilius aderit sl quis vltne statum (exempli gratin, matrimonium Ineundo) mutans In Congregatione remanere cupiat neque alia Sodalitas Beatae Virginis Mariae Ipsi conveniens illo loco habeatur.

27.Sodales omnes rite ndmlssi semper Congregationis eiusdem membra permanent, nlsl sponte eam deserant aut indigni dimittantur; Ita ut, conditionibus reqdlsltis adimpletis, etinm gratiarum et Indulgentiarum semper participes flant.

28.Sodales per annum aut tempus diuturnius a loco Sso dnlltatls absentes atque nlibl unde conventibus adesse nequeunl domicilium figentes, ad Indulgentias acquirendas, tenentur Sodalitatem loco novi domicilii existentem suoque statui con" venientem Ingredi, nlsl contradicat director huius Sodalitatis aut aliud ndslt legitimum Impedimentum, de quo prioris Sodalitatis Director iudlcnblt.

29. Directori, vel alii sacerdoti sive saeculari sive regulari cius locum tenenti licet, singulis diebus sabbatis, unam Missam votivam de Beata Maria Virgine coram sodalibus celebrare, dummodo non occurrat aliquod duplex I vel II classis, vel Ferla, Octava aut Vigilia quae sit ex privilégiât! excepto tOt° ^l,ai^raRCS*nin^ tempore, et servatis de caetera

Die 9 Augusti 1948.

SACHA PAEN JTENTfARTA APOSTOLICA. de expresso mandato Sirfii D. S Pii Pp. χπ, atf infra Kripto Cardinati Paenitenliarlo .Maiore in *Audientia dici 'I Augusti pertentis annl accepto, praesens Summarium. ex authenticis documentis excerptum, reo(sum et recognitum, approbavit idemqur tamquam unicam Sqlloqem Indulgent(arum at(orumque fanorum spiritualium Indulgentitu ipectantluni, hucusque ab Apostolica Sede*

congregationi Primae Primariae tit. Annuntiationis B. Ai. V. *et SS. Petri ct Pauli concessorum, habendum esse declaravit atque typis edi et publici iuris fieri permisit.*

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.—**N. Cord.** Canali, *Paenitcntlarius Atutor* . **1. Rossi,** *a Secretis.*

• **Rogulao communes Congregationum 'darianarum, Roma 1961. p. 26-32.**

2008

1948 AUG 13.-P1US XII, LIT. AP. AAS 40 (1948) 454-456

S. IOSKPHUS CALASANCTIUS CAELESTIS PATRONUS CONSTITUITUR OMNIUM SCHOLARUM POPULARIUM CHRISTIANARUM UBIQUE EXSISTENTIUM

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam.—Providentlssimus Deus, Qui numquam Ecclesiam suam contra impios Inimicorum hominum conatus, opportunis auxiliis munire ct aequatis temporum necessitatibus praesidiis defendere cessat. Nobis, Christianae reipubllcae bono provehendo iugiter intentis, misericorditer concedit ea Supremi Pastoris officia obire quae praesentia rerum adiuncta magis requirere videntur. Et revera hac Nostra aetate, qua puerorum et adolescentium recta institutio, ob plurimas et omnibus notas causas, quanto difficilior eo magis est necessaria, dum veritatis osores, ne ab impudenlissimis quidem calumniis abhorrentes, quotidie effutire non dubitant Catholicam Ecclesiam haud umquam aut raro et inepte infimae plebis necessitatibus consuluisse, propitia Nobis praebetur occasio in mentem fidelium omnium revocandi quae et quanta Christi Ecclesia, Sanctorum suorum opera et studio, omni tempore egerit ut pueri el adolescentes e populo egentiores et tenuiores ad virtutis semitam adducerentur, litterisque, scientiis ct artibus, uno verbo, omni humanitate gratuito instituerentur. En, intra paucos dies, tertium feliciter explebitur saeculum ex quo Sanctus losephus Calasanctius, Fundator Ordinis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, aetate gravis ac meritis superabundans, sanctissime obdormivit in Domino, et secundum pariter erit plenum sacculum ex quo idem sanctus vir, merito angelus et princeps studiosae iuventutis, iam cum in saeculo adhuc viveret, vocatus, a Decessore Nostro rec. me. Benedicto XIV, in Vaticana Basilica, intra Beatorum numerum solemniter adnumeratus fuit. Nos igitur, qui geminatae laetitiae memorati Ordinis, de Christiana educatione optime meriti, iam per epistolam ad Praepositum Generalem, quodammodo Nosmclipsos iunximus, nunc volumus novum propensae voluntatis Nostrae erga Calasanctianam Religiosam Familiam testimonium proferre, etiam ut, Divini Magistri mandatis obsequentes, paternam adsiduamque sollicitudinem Nostram erga pueros ct adolescentes, pauperes praesertim et omni ope destitutos, Iterum Iterumquc manifestam faciamus utque christifideles universi erga Sanctum losephum Calasanctium eiusque Sodales et Scholas Pias grati sint pro merito, eiusdem Patris Legiferi aliorumque venerabilium virorum exempla sequantur et frugiferis Ordinis laudati operibus adiumenta, pro viribus conferant.
155 Gravissimis enim et indubiis probatum est docu/mentis ipsum Calasanctium, hac Alma in Urbe, ad Sanctae Dorotheae templum, trans Xystum pontem, anno mdxcvit, primam in Europa scholam publicam pueris e populo egenis et derelictio gratuito instituendis aperuisse. Ad quod saluberrimum ct tunc praesertim maxime necessarium opus aggrediendum Vir Dei inde a suscepto, in Hispania, patria sua, sacerdotio, sibi ipsi visus est superne vocari, cum Urçellensls dioecesis Vicarii Generalis munere fungebatur. Narratur enim, cum In ea urbe commoraret, vocem ipsum audivisse intimam illud sibi iterum iterumquc inculcantem: perge Romam. loseph, perge Romam, el cum fluctuaret ancipite animo multitudinem pueronim innumerabilem in somnis vidisse eiusdemque teneras adhuc mentes et iuvenilia pectora ad pietatem ct litteras ab sc invitari, institui, doceri. Cuius visionis losephus recordatus est dum, Romae commorans, quadam die, forum aliquod pertransiens, revera puerorum agmen ei ob oculos venit, scurrilia ct turpia miseranda adeo licentia proferentium ut precocem suam corruptionem satis satisoue ostenderent. Videt Ille, miseretur cx animo ct sibi dicta audit verba Spiritus Sancti: «Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor». Scholas Igitur, uti diximus, tunc fundavit quas *Pins* Calasanctius ipse appellari voluit ut earum naturam et finem clare ostenderet quasque Dominus eiusque Sanctissima Mater, inter difficultates, hostilitates, persecutiones quamplurimas manifeste protegere numquam cessarunt atque e Decessoribus Nostris multi, inde ab initio, benigno prosecuti sunt favore. Clemens revera VIII, vix cognito Calasanctii consilio gratis Instituendi pueros cx plebe, patrocinio suo rem avocavit et, nisi morte praeventus esset, ipse Pias Scholas procul dubio approbavisset: Paulus V opus losephi «auctore Deo» susceptum dixit et anno mdcxvii *Congregationem Scholarum Piarum* instituit, quam a suo nomine *Paulinam* cognominari voluit; Gregorius XV, cui Sanctus losephus, Narniae commorans, superno lumine illustratus, electionem in Summum Pontificem praedixerat princeps eiusdem Sancti et Sodalium amicus luit, nam Constitutione Sua Apostolica *In supremo aposlolatus solio,* anno mdcxxi edita, Paulinam Congregationem ad gradum Ordinis Religiosi evexit et cius Constitutiones paulo post probavit; Urbanus VIII vetuit nc alii, Scholarum Piaruni nomine ad lucrum uterentur; Alexander VII losephi Beatificationis causam introduxit; Clemens IX omnes gratias omniaque privilegia a Gregorio XV Scholarum Piarum Ordini concessa iterum probavit et conformavit; Clemens item XII sollemniter declaravit losepho missionem coelitus esse traditam maxime «ad exemplum primum exhibendum Christianae popularis eruditionis universae»; Benedictus deinde XIV, qui Calasanctium «lobum legis gratiae» vocaverat, Illum inter Beatorum agmina, uti diximus, abhinc duo plena saecula, adnumeravit, donec Clemens XIII. anno mdcclxvu, Eumdcm Sanctorum Albo accensuit. Postremus vero Benedictus XV fcl. ree., hisce 4'6
nostris temporibus, in pontificio documento anno Mocxvi! edito, S. Conditori Scholarum Piarum primatui in provehenda puerorum pauperculorum gratuita institutione suam apposuit supremam sanctionem. Nil mirum proinde si Scholae Piae, tot et tantis munitae coelestibus praesidiis, tantis laudibus et suffragiis elatae et contra detractores protectae, brevi tempore late in Italiam ct Europam ac in Américain diffusae, uberrimos ubique virtutis et scientiae fructus protulerint et etiam hodie floreant ad ornamentum ct laetitiam Ecclesiae Sanctae, ad utilitatem Christianae iuventutis cuius Sanctus losephus Calasanctius inter maximos Patres et Magistros amantisslmos est iugiter habendus. Haec omnia animo repetentes, et vestigiis inhaerentes tot Romanorum Pontificum, qui in hac Divi Petri Cathedra per tria haec saecula Nos praecesserunt, precibus quibus dilectus filius hodiernus Procurator Generalis Ordinis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, totius Ordinis vota expromens. Nos humiliter ct enixe rogavit, ut, ad duplicis centenariae celebrationis quam diximus memoriam perennandam, ad antiquum Religionis Calasanctianae desiderium, alias huic Apostolicae Sedi patefactum, explendum, Sanctum losephum Calasanctium christlanac popularis institutionis Patronum eligere dc Nostra benignitate dignaremur, ultro libenlcrque annuere decrevimus. Quare, audito Venerabili Fratre Nostro Clcmcnte Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Mlcara. Episcopo Veliterno, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, praesentium Litterarum tenore deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, perpetuumque in modum, *Sanctum losephum Calasanctium Confessorem omnium Scholarum popularium Christianarum ubique exsistentium caelestem apud Deum Patronum* constituimus, eligimus, declaramus. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter ex stare ac permanere; suosque plenos atque integros ĕffectu sortiri ct obtinere; lllisquc ad quos pertinent seu pertinent potuerunt plenissime suffragari; sleque rite indicandum esse ac definiendum. Irritumque cx nunc ct inane fieri si quidquam secus, super his. a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive Ignoranter attentari contigerit.

Datum cx .Arce Gandulphi. sub anulo Piscatoris, die xm mensis Augusti, anno Mnccccxxxxvtn. Pontificatus Nostri decimo.

Dc speclidi Sanctissimi mundato. Pro Domino (' trdlnili a Secretis Status. Dominicus Spaus. a *Brerih: sloticis.*

2009

1948 AUG 27.-SC RELIGIOSORUM, INDULTUM. PART.·

Df. transitu au una in slteram classim, it AH uno **IN ALTERUM MONASTERIUM IUUSDKM RELIGIONI ГОАТ EMISSAM FROFESSIONFM**

Preces— *Beatissime Pater.* N. N. Fr. eonwraui votorum simplicium perpetuorum Abbatiae X ad pedes San

ditetis Tuae provolutus humiliter implorat gratiam: ® transeundi ad classem choralium a classe fratrum conversorum ut studiis theologicis peractis sacerdotio fungi possit; 2.° transeundi huius rei gratia ab Abbatia X ad Abbatiam Y, cuius abbas conventusque oratorem, consentiente Abbate X, parati sunt admittere qua membrum fratrum coraliuhm, dummodo S. Sedes cum eo dispensaverit super can. 558 ita sane, ut sex mensibus ab accepta dispensatione in probatione peractis suffragiis secretis conventualium abbatiae Y ad emittenda vota sollemnia ad normam Constitutionum a S. Sede approbatarum admitti possit. Et Deus etc,

Rescr.—Vigore facultatum a Ssmo D. N. concessarum S. Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, audito voto Revrhi P. Abbatis Primatis O. S. B., Eidem benigne commisit, ut petitam gratiam in omnibus iuxta preces pro suo arbitrio et conscientia concedat, emissa tamen ab alumno declaratione in scriptis sesc praesenti Induito uti velle, quae declaratio, una cum hoc Rescripto ciusque Decreto executorial!, caute servetur in Archivo Abbatiae. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, die 27 Augusti 1948.—Pasetto, Secr. H. Agostini, *Ad. a Studiis.*

♦ Prot. N 5890/48: AIKR 124 (1949-50) 110-117. Adn.Ph. HOFMEÏ5 TER in AKKR 124 (1949-50) 1IÔ; G. OESTERLE ia Angelicum 25 (1943) 2CS-223

2010

1948 SEP 22.-PIUS XII, LIT. AP. AAS 42 (1950) 429-430

Delegatio apostolica de «dakar» constituitur

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam.—Expedit et Romanorum Pontificum usu instilutoque receptum est, ut quae prosperitati Christiani gregis in longinquis regionibus feliciter succrescentis ciusque regimini satius prospicere queant, ea sollicito studio decernantur ac promoveantur. lamvero, quum in Africae et continentalis et insularis regionibus, sublectis Gallicae dicioni civili ac Sacrac Congregationis de Propaganda Fide potestati religiosae, fidelium numerus, hisce praesertim postremis annis, auctus sit, atque iisdem in locis Missiones plurimum susceperint Incrementi ac profectus, nec non auctoritatem exerceant, ut earundem Pastoribus studium ac benevolentia Aposlolicae Sedis praestentur, atque catholicae disciplinae unitati aptiore ratione consulatur, opportunum visum est consilium novam Delegationem Apostolicam pro memorata Africae parte, sicut Iam pro aliis Africae territoriis provisum est, constituere. Quare, audito consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, qui negotiis Propagandae Fidei praepositi sunt, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio, atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostra, deque Apostollcae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi. pro paterna Nostra sollicitudine ct. quem fovemus, amore erga Missiones illas. Delegationem Apostolicam Africae cum continentalis tum insularis, dicionis Gallicae, Sacrae de Propaganda Fide Congregationis potestati sublectam, vulgo «de Dakar» appellandam, erigimus atque constituimus, certa spe freti hanc novam Dc-
430 legationem necessitatibus Mis/slonum fidellumque bono melius atque utilius provisuram esse. Volumus autem ut haec Delegatio singulas attingat Missiones Sacrae Congregationis de Propaganda Fide potestati sublectas, exstantes In Africa continental! et Insulari Gubernio Gallico sublecta, adiectis quoque Dioecesi Reunionis, tota Madascariensl Insula et aliis finitimis Insulis dicionis Gallicae, illis tamen exceptis Dioecesibus Africae Septemlrionalls. Carthaglnensl nempe, Conslantlniana, Algériens! ct Oranensl. Haec statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac fore; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterant, nunc et In posterum plenissime suffragari: slcque rite iudicandum esse ac definiendum; Irrilumque ex nunc et inane fleri si ouidquam, secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus.

Datum ex arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xxn mensis Septembris, anno mcmxxxxvui, Pontificatus Nostri decimo.

Dc speciali Sanctissimi mandato. Pro Domino Cardinali a Secretis Status.—lo. Baft. Montinï, *Subst. Secr. St.*

2011

1948 SEP 27.-PIUS XII, CONST. AP. AAS 40 (1948) 393-402

Constitutio apostolica de congregationibus marianis

PIUS EPISCOPUS

Servus Servarum Dei-Ad perpetuam rei memoriam

Bis saeculari die auspicato vertente, ex quo Marianas Congregationes a Gregorio XIII perpetuo erectas atque institutasl Benedictus XIV Aurea Bulla «Gloriosae Dominae novis beneficiis solidavit, apostolic! Nostri muneris ducimus non modo carumdem Sodalitatum moderatoribus sociisquc paterne gratulari, verum etiam privilegia graliasqne amplissimas, quibus, cpiattuor ferme sacculorum decursu, plures Decessores Nostri 1 Nosquc ipsi, ob tot tantaque in Ecclesiam promerita, huiusmodi Sodalitia ditavimus, ratn ac sollemniter confirmata declarare.

Probe enim novimus, non solum quanta antcactis temporibus, ut Benedicti XIV verbis In memorata Bulla Aurea utamur, «ex hoc laudabili/et pio instituto in om- 391
nium ordinum homines utilitas derivata fuerit» sed quanto studio animique contentione hodie phalanges hae mariales, gloriosis maiorum vestigiis insistentes suisque legibus religiose obsequentes, primas sibi appetant, ecclesiastica Hierarchia auspice ct duce, in laboribus ad maiorem Dei gloriam animarumque bonum suscipiendis constanterque perferendis, adeo ut in re catholica propugnanda, provehenda, vindicanda, tamquam validissimae copiae viresque spiritales sint habendae4. Idque pluribus dc causis.

Etenim Marialium Sodalitatum historiam memoria repetenti, etsi eas semper instructissimis agminibus floruisse apparet, non tamen easdem, sociorum numero cum recentioribus comparari posse fatendum est, quamvis utique fervore operam; nam cum saeculis antcactis novorum quotannis coetuum ad *Primam Primariam* accessiones denarium numerum numquam excederent, ab inito saeculo xx annuae id genus aggregationes facile ad decies centenas computantur.

Verum, quod caput est, multo pluris quam sodalitiorum numerus nonnae sunt habendae legesque, quibus sodales manu vcluti ducuntur ad eam spiritalis vitae excellen-
tiam s, qua ipsa sanctimoniae culmina valeant conscendere ·, illorum maxime instrumentorum ope, quibus perfecti absolutique Christi asseclae instruantur perutile est Spiritualium Exercitiorum 7 ct cotidianae rerum divinarum commentationis conscientiaeque disquisitionis usu ·; Sacramentorum frequentia ®; necessitudine ac docilitate, filii instar, erga certum animae moderatorem 10; sui plenissima perennique in B. Virginis Deiparae clientelam deditione Xl; firma denique sponsione suae alioramquc Christianae perfectionis comparandae 11.

Quae quidem omnia nata sunt in Marianis Sodalibus Illas divinae caritatis flammas excitare eamque vitam interiorem alere ac roborare, maxime hac nostra aetate necessariam, cum, ut alibi dolentes monuimus, tot hominum turmae «animi ieiunitate intimaque egestate spiritus» laborent n.

Atque haec non tantum sapientissimis legibus describi
sed in coti/dianam Sodalitatum Marialium vitam feliciter 3#
deduci exinde luculenter conficitur, quod ubicumque eae coaluerint, si modo instituta sua legesque sancte servaverint, ibidem morum passim innocentia et religionis observantia firmissima vigeat floreatque; quin etiam, divino afflante Numine, sodalium manipuli prodeant frequentes Christianae perfectioni inhiantium, sive in ecclesiastico

‘Bulla Omnipofrn/ὐ ***Dei,*** 5 Dec. 1584.

* Xystus V, Balla ***Superna dispositione,*** 5 Ian. 1587; Bulla Rcmwww ***deed,*** 19 Septembris 1587.—Clkmexs VIII, Breve Cum ***sicut Nobis,*** 30 Aug. i6oj —Gbcgokius XV, Bulla ***Alias pro parte,*** 15 April. x6ax.—Bimxdictus XIV, Breve ***Praeclaris Romanorum Pontificum,*** 34 April. 1748; Bulla Aurea ***Glanosae Dominae, 27*** Sept. 1748; Breve ***Quemadmodum Presbyteri,*** 15 IuL 1749; Breve ***Quo Tibi,*** 8 Sept 1751; Breve ***Laudabile Romanorum,*** xj Febr. X738.—Clxmxxs XIII, Bulla ***Apostolicum,*** 7 lan. 1765.—Prus VI. Decretas Maii 1775. 9 Dec. X775. 20 Mart 1776.—Lzo XII, Breve ***Cum multa,*** x? Mui i814-—Pius IX. Decretum 8 Iui. 1848; Breve ***Exponendum,*** xo Febr. 1863.—Leo XIII, Breve ***Frugiferas,*** 37 Maii 1884; Breve ***Nihil adeo,*** 8 lan. x536.—Pxrs X, Decreta 10 Maii 19x0 ac ax IuL 19x0.—BexKDtcrus XV, Alix. X9 Dec. 19x5» in quadragesimo aniversario Suae in Sodalitatem ĕooptationi Ptus XI, ***Praesertim,*** Alloc. 30 Mart 1930-. AUoc. 39 Aug. 1935.

• Bunroicn XIV Bulla Aurea ***Gloriosae Dominae,*** 37 Sept X748.

4 Pu Xll ***Epid. ad Card. Lerne,*** sx Tan. 1943.

‘Cfr. ***Reg. Comm.,*** x, 33. · Cfr. ***Reg. Comm., 12.*** ’Cfr. ***Reg. Comm.,*** 9. • Cfr. ***Reg. Comm., 34.*** · ***Ctr. Reg. Comm.,*** 37, 38. 39. »· Cfr. ***Reg. Comm..*** 36. ‘‘ Cfr. ***Reg. Comm.,27,*** x, 40. 43. ‘‘Cfr. ***Reg. Comm.,*** xam. »’ Pu XII Litterae Lncyclicae ***Summs Pontificatui,*** 20 Oct. 1939: .4. ***A, S*** .31, p. 4x5.

ordInc, sivc in sacris septis sibi conquirendae cum aliis communicandae; neque adeo rari sint qui ipsa sanctitatis ardua fastigia securo volatu contingant 14. Ex quo ferventi vitae interioris studio sua quasi sponte illa plena sodalium apostolica institutio efflorescit novis semper variisque humanae consortionis necessitatibus adiunctisque accommodata, ut asserere minime abigamus perfectum virum catholicum, qualem Sodalitas Mariana iam inde ab exordiis effingere consuevit, non minus congrue praeteritorum temporum necessitatibus convenire quam nostrorum, cum videlicet viris vita Christiana solide instructis magis fortasse, quam olim, opus sit 15.

Quapropter ex hac Petri sede, vcluti ex eminentissima universi orbis specula, tot christifidelium mirum ubique gentium studium religionis tuendae, vindicandae, provehendae conspicientes, peculiari laude dignas Marialium Sodalitatum copias existimamus, quae inde ab origine tamquam sibi proprium legibusque suis apprime consonum 14 opera apostolica quaecumque ab Ecclesia Matre commendata 17 sacrisquc Pastoribus ducibus18, cum virltim tum coniunctim suscipienda proprosuere. Cui quidem muneri officioque quam bene satisfecerint quibusque religionis laetissimis incrementis, Romanorum Pontificum iterata praeconia disertissime declarant 18. Atque hac praesenti aetate tot calamitatibus exagitata, iucundissimo Nobis solacio est marianos sodales in quavis mundi plaga animo contemplari In omne genus apostolatus vires strenue efficaciterque intendere, sive in hominibus cuiuslibet ordinis, adulescentibus praesertim atque artificibus, per Spiritualia Exercitia ad virtutem erigendis potiorisque Christianae vitae desiderio incedendis, sive indigentium animi corporisque angustiis sublevandis, idque non solum
3% privata quadam in/dustria ac benevolae mentis propensione, sed etiam legibus in publicis Reipublicae consiliis atque ex ipso supremae potestatis vertice promovendis, evangelicis principiis ac sociali lustitiae congruentibus ao.

Neque silentio praetereundae sunt illae a Marianis Sodalitatibus excitatae vel sua opera corroboratae consociationes turpibus ludis scenicis ac cincmatrographicis spectaculis coercendis bonisque moribus a prava librorum atque ephemeridum colluvie lutandis, scholae frequentissimae pueris adultisque tenuioris fortunae gratuito apertae, technica instituta opificibus in propria cuiusque arte uberius instruendis ai, ea praesertim variarum professionum ac disciplinarum partibus seu generibus potiore peritia perdiscendisaa; quae apostolatus forma, hodiernis temporum condicionibus tam necessaria, a plurimis Marianis Sodalitatibus, iis potissimum quas «interparoeciales» vocant, excolitur in coetuum commodum artibus vel disciplinis magis inter sc congruentibus cohaerentium 23.

Multa haec quidem rcique catholicae apprime utilia. Qua in re. Marianis Sodalitatibus Illa etiam laus est tribuenda. quod semper, proximis praesertim temporibus, cx animo optaverint cum ceteris catholicis consociationibus fraterne conspirare, quo uberiores fruclus, viribus unitis atque Episcopis auctoribus et ducibus, ex laboribus coniunctim exanclatis pro Christi regno perciperentur; quin etiam, ut alias de Catholica Italorum Actione notavimus M, primi huius generis coctus nonnullis in nationibus constituti sunt a sodalibus marianis, quibus deinde alii ct alii succedentes suamque operam fervide conferentes, marianos sodales merito in praecipuis Actionis Catholicae fautoribus esse habendos re ipsa demonstrarunt.

Praeterea, cum vis tota catholicorum in unam vcluti aciem ordinatam coalescentium in sacrorum Pastorum potestati obtemperatione reponenda sit, quis non videat quam opportuna apostolatus instrumenta Sodalitates Marianae censeantur, ob earumdem absolutum fervldumquc, non solum erga hanc Apostolicam Sedem obsequium quae totius est ecclesiastici ordinis caput ct fundamentum 25, sed etiam, pro sua quaeque indole ac facultate, erga Ordinariorum mandata et consilia humili submissione docilique oboedientia? a·. /

Qui cnim huiusmodi Sodalitatum intimum perspexerit regimen, facile idem ccrnerit, alias ab Episcopis et Parochis, alias, ex privilegio, a Nobismetipsis ac, delegatione a Nobis accepta, a Praeposito Generali Societatis lesu regi, universas tamen in apostolicis laboribus assumendis et prosequendis sui proprii Episcopi vel etiam interdum Parochi potestati sublet. Quapropter, cum et ab Ecclesiastica Hicrarchia inter apostollcae militiae copias excipiantur ab eaque in operibus adoriendis et perficiendis plane pendeant, iure meritoque, ut quondam notavimus 27, hicrarchici apostolatus cooperatrices sunt dicendae. Quae quidem velati congenita in marianis sodalibus •reverentia modestaque in sacros Pastores observantia» cx ipsis eorum legibus hauriatur nccesse est, quibus sollemne sit quaecumque Catholica Ecclesia doceat vita moribusque absolute profiteri, «laudando quod illa laudat, reprobando quod illa reprobat, eique in omni re consentiendo, neque umquam erubescendo publice privatim se gerere, quemadmodum tantae Matris filium decet fidelem atque observantisslmum» as.

Cul arctae catholicorum hominum vcluti militari unitati minime illud officit, quod id genus sodalitates, ab ignatiana familia primitus excitatae, eiusdem quasi surculi adieclionesve videantur, praesertim cum earum pars, exigua illa tamen, a Societatis lesu sacerdotibus cx Nostra, ut diximus, delegatione dirigatur. Quin potius cum ex ca prima institutione Marianae Sodalitates sibi leges ♦ad sentiendum cum Ecclesia» tamquam tesseram proposuerint, eorum nempe dictis parendi, quos «Spiritus Sanctus posuit episcopos reaerc Ecclesiam Del» *(Act.* 20, 28), nativam quamdam proclivitatem videntur exhausisse; qua fit ut iisdem validissimo subsidio In Christi regno dilatando et fuerint ct sint futurae. Quod autem non privatae cuilibet causae, at communi Ecclesiae utilitati semper studuerint, testis omni exceptione maior adstat agmen illud fulgidissimum sodalium marianorum, quibus Ecclesia Maier supremos Coelitum honores tribuendos decrevit, quorum gloria non una Societas lesu illustratur, at clerus ipse saecularis religiosacque familiae non paucae, cum cx Marianis Congregationibus decem alumni prodierint navorum vel Ordinum vel Congregationum Conditores parentesque.

Ex his nitide igitur evincitur Marianas Sodalitates, ut earumdem leges ab Ecclesia approbatae alte edicunt, consociationes esse apostolico spiritu imbutastruae cum asseclas suos ad ipsos sanctitatis vertices interdum evectos30 incitent ad perfectam ceterorum etiam Christianae vitae / formam salutcmque sempiternam, sacris Pa- 398
storibus praesidibus3l, procurandam, atque ad Ecclesiae lura tutanda aa, iliud etiam assequuntur ut Virginis Deiparae impigri praecones regnique Christi propagatores instructissimi comparentur33.

Quae cum ita sint, Marianis Congregationibus, sive carum leges considerentur, sive natura, propositum, molimina atque acta, notarum nulla, quibus Actio Catholica insignitur, est deneganda, quandoquidem haec, ut totiens Decessor Noster f. r. Pius XI professus est, rite definiatur «christifidelium apostolatus, qui suam Ecclesiae operam conferunt eiusque pastorali muneri complendo quodammodo auxiliantur·94.

Quominus autem Congregationes Marianae pleno iure dici possint «Actio Catholica B. M. Virgine auspice et afflante suscepta·35, nullo impedimento sunt earum conformatio notacque peculiares; quae potius, ut fuerunt, ita •sunt erunique illustrioris catholicae animorum institutionis tutela ac praesidia» '·. Etenim, ut saepius ab hac Apostolica Sede edictum est. «Actio Catholica non in orbe clauso versatur»37 tamquam quibusdam rigide definitis circumscripta limitibus non violandis, neque Ita. «quod habet sibi propositum, peculiari via ac ratione assequi contendit»38, ut ceteras actuosas catholicorum consociationes vel de medio tollat vel absorbeat, quas potius sui muneris ducat oportet «coagmentare, amice componere,

"PnXIMttx *ad Soi. Mar., 21* Iin. 1945- 11 Pii XII *AUoc. ad Sod. Mar., u* hx 1745 11 Pu XII *AUoe. ad Sod. Mar.,* 30 Mart. 1930. ’’ Cfr. Pu XII *Efxd. al P. D. Lord,* 24 lan. 1948. "Cfr. Pu XII *Epüt. ad Card. Lerne, :i* ha. 1943.

'•Cfr. *Reg. Comm.,* x, X2, 43.—Bexedictx XIV Bullam Auream *Gloriosae Dmwu,* 27 Sept. 1748.— BtxzDiCTi XV *AUoe. ad Sod. Mar.,* 19 Dec. 1915.—Pu XI *Epiit. ad Adm. Apost. Or ip.. 2* Aug. 1927; *Epiit. ad Congr. \ltr. Germaniae,* 8 Sept. 1928.—Pu XII Epût. AposL *Nosti profecto,* 6 IuL x-^or .<£x- *ad A. C. liai.,* 4 Sept. 1940; *Episi. ad Card. Leme, 21* lan. 1941; *Epid ad P. S. Jlandain,* 26 Aug. 1946; *AUoe. radioph. ad Congrcaum BanSn.,* ¶j Dec. 1947.

‘•Cfr. Pu XII *Epùî. ad P. D. Lord,* 24 lan. 1948: *AUoe. ad Sod. Mar. ex •Cm'treiuc Ohzaird·,* 27 .Mart. 1948.

n Cfr Pu XII *Epis». ad p. D. Lord,* 24 Ian. X948. «Cfr. Pix XII *AUoe. al Soi. Mar^ 21* lan. 1945. « Cfr. Pxt XII *AUoe. ad Sod. Mar.,* n Ian. X945. ‘•Cfr. Pu XII *AUoe. ad Sod. Mar., 21* lan. 1945. ’’Cfr. *Corne. VdL, Scss.* IV. Const. I «De EcrHb Chrfelfr. "Cfr. Pli XII *EpiM. ai Card teme,* 2i lan. 1941.

,T Pit XII *AUac. ad* .4 *C.* 4 SepL 194« ·< d. 5.. 32 p 369.

«Cfr. *Reg. Comm..* 33 «Cfr. *Reg. Ctmrn .* t 43 ·· Xrf. *Comm.* l>. *•l Reg. Comm.,* jj. « *Reg. Comm.,* t. " *Reg* €* . 43. « Pu XI *1 ₧ al Card,* n i *Roe?,* 15 Am ₰9 *A. A. S, 20,* p *Epiai. ad Card. Steve* 6 Nov. 1929: .4. .<. ji. p. <65.

« Carthnahs Pa c x x u .4Ux. *al Srd. Mar. in Mmagen* (WtJvrtu). Ji Or·. 1938. ·· Pu XI .4floc. *ad Mar..* 30 MttL ₾P

’’ Pπ XI Epist EnCYCl. *Firmttrmam c^:an!tam.* ₫ ₱piCOp X v canos, 28 Martti 1937·. .4. .4. 5 · *:o.* p *χλ M Pi» XI Eptst .VjJxj »l

uniusque incrementa in aliarum commodum derivare, plena cum animorum concordia, unione, caritate»Nam, ut nuperrime monuimus, «in hoc eximio apostolatus fervore, Nobis probatissimo, nonnullorum error est praecavendus, qui quaecumquc in animorum bonum suscipiuntur, ad unam veluti formam redigere cupiunt»40; cum haec agendi ratio penitus ab Ecclesiae mente discrepare dicenda sil41, quae quidem nedum id genus «ultro egerminantis florentlsque vitae coarctationem» probet4a, qua quaevis apostolica opera uni cuidam consociationi unive paroeciae
399 concredantur; quin potius mul/tiformi unitati 43 favet in eiusmodi operibus gerendis, per fraternam utique conspirationem, Episcopis moderatoribus, in unam metam viribus unitis dirigendis44. Atque hanc «concordem consensionem, ordinatam colligationem mutuamque intellegentiam, quam saepe saepius commendavimus»4i, id genus consociationes eo facilius nanciscentur, quo altius, de primis partibus controversia qualibet amandata 4t, «caritate fraternitatis Invicem diligentes, honore invicem praevenientes»47 unamque Dei gloriam spirantes, tum sibi persuadeant se ceteris potiores futuras, cum primas eisdem didicerint deferre4:*

His itaque omnibus attente perpensis, vehementissime optantes ut hae pietatis actuosacque Christianae vitae palaestrae magis magisque in dies vigeant ac roborentur4·, apostolica Nostra auctoritate nonnulla capita enucleato indicamus sodalibus marianis ubique terrarum communia atque ab omnibus, quorum interest, religiose servanda.

I. Congregationes Marianae, Sodalitati *Primae Primariae* Collegii Romani rite aggregatae, sunt consociationes religiosae ab ipsa Ecclesia erectae ac constitutae 40 atque ab ea, ad mandata sibi concredita aptius conficienda, amplissimis privilegiis cumulatae >l.

П. Legitima Congregatio Mariana ea tantum est habenda quae ab Ordinario competente sit erecta, videlicet, in locis propriis Societatis lesu aut eius curae commissis, a Praeposito Generali M; in ceteris vero quibuslibet ab Episcopo loci, vel, de eius consensu formali, a praedicto Praeposito Generali 43. Ct autem Congregatio sic erecta privilegiis et indulgentiis, *Primae Primariae* Sodalitati concessis, frui valeat, necesse est ut huic rite sit aggregata Haec tamen aggregatio, quae de consensu Ordinarii loci est impetranda, quaeque uni Praeposito Generali Societatis lesu competit *4, nullum ius huic Primae Primariae vel Societati lesu in eam Sodalitatem ἐόnfert
loo

III. Congregationes Marianae, quippe quae hodiernis Ecclesiae necessitatibus plene congruere sint dicendae *7, debent ex Summorum Pontificum voluntate suas leges, indolem, institutionem intactas servare *.

IV. Regulae Communes, quarum observantia, in substantialibus saltem, ad aggregationem impetrandam necessaria estM, omnibus Congregationibus enixe commendantur, tamquam disciplinae antiquitus sodalibus usitatae conslantiquc usu receptae summarium ac documenta m·0.

V.Omnes Congregationes Marianae, modis accidentaliter diversis at substantialiter Iisdem, non secus atque alii coetus apostolicis operibus dediti ab Ecclesiastica Hierarchia dependent ·'.

VI. No In Dei regno propagando religlonlsque iuribus tutandis Christianae militiae ordines dissipentur viresque enerventur, mariani sodales, maiorum vestigiis Ipsique hodiernae agendi rationi fideliter insistentes, in apostolicis operibus suscipiendis ct prosequendis, meminerint:

a) loci Ordinarium:

1.° potestatem, ad normam sacrorum canonum, firmiisque semper Sedis Apostolicae praescriptis ct documentis, habere in omnes prorsus suae ditionis Sodalitates circa externi apostolatus exercitium;

2.° potestatem habere in Sodalitates extra Societatis lesu septa constitutas, eisque proinde nonnas proprias dare posse, firma tamen Regularum Communium substantia "EO-

b) Parochum:

1.® ITaesidem nutum Congregationum paroecialium esse, quas igitur ut ceteras sui territorii consociationes moderatur;

2.° in omnes autem Sodalitates opera apostolica in suo territorio exercentes illa potestate frui a sacris canonibus legitimisque statutis dloeccsanls eidem concessa ad rectam externi apostolatus ordinationem

VII.Cuiuslibet Sodalitatis Marianae moderator legitime renunciatus,/ qui quidem semper sacerdotali dignitate 401
insignitus sit oportet, quamquam legitimis Superioribus ecclesiasticis omnino subicitur, tamen, ad normam Regularum Communium, in ipsa Congregationis vita interna plena fruitur potestate, quam plerumque per sodales sibi muneris adiutores adseitos exercere convenit M.

VIII.Huiusmodi Sodalitates dicendae sunt Marianae» non tantum quod a B. V. Maria titulum assumant ;* sed quod potissimum sodales singuli erga Deiparam pietatem singularem profiteantur ·· eique plena consecratione devinciantur ·', qua spondeant, licet non sub peccato ;* se omni ope pro sua aliorumquc Christiana perfectione ac salute sempiterna sub B. M. Virginis vexillo pugnaturos w; quaqua quidem consecratione perpetuo sodalis B. M. Virgini obligatur, nisi indignus dimittatur aut animi levitate ipsemet Sodalitatem deserat 70.

IX. In sodalibus conscribendis ii sedulo deligantur 71 qui vulgari ac trito vitae genere minime contenti71 studeant vel arduas -ascensiones in corde suo disponere» (cfr. Ps. 83, B)74 secundum ascctlcas normas ac pietatis exercitia In Regulis proposita 74.

X.Congregationum Marialium proinde est sodales, pro cuiusque condicione, ita instituere, ut possint aequalibus In exemplum Christianae vitae atque apostolicae navitatis proponi 7S.

XI. Inter primarios Congregationum fines 74 habendus est apostolatus omnimodus, socialis praesertim, pro Christi regno propagando Ecclesiae que iuribus defendendis 77, ab 402
ipsa ecclesiastica Hierarchia eisdem demandatus7·; ad quam veram plenamquc cum apostolatu hierarchico cooperationem praestandam 79 propriae Sodalitatum normae

Cud Bertram, xj Nov. i^S: ***A. A. S.,*** p. 3%. ·· Pu XI ***Alloc. eJ Aci.*** CdJkr ro Maii tgjx. «· Pu XII ***AUoc. radioph. ad Congressum Barctn.. I*** Ekr 1747: .4. ***A. S.,*** 39, p. 364. '' Pu XI ***AOoc. ad Act. Caih. Hol., -3*** lun: 1930. '' PuXIEpbt. Quawr.u .Vafra ad Eplsc. Brasdiae, ***27*** Oct. 1915 4. .4, S., p. 160. '' Pu XI ***AUoc. ad Sod. Mar.,*** 30 Start. X930. 44 Cfr. Pit XII ***Eput. ad P. S. Ilandatn, 26*** Aug. :94b. 44 Pu XI Epiit ***Qtsamrii Nodra*** >1 Ephe. DruiHae ***37*** Oct 1935: .4.4. S., ad. p. 163.

''Cfr. Me., 9,33 ° ⅋, to. ''Cfr. Mr, 30, ***26-27.*** ''Pn XII ***Epiit. ad Card. Leme, 11*** Ian. 1942. '' Cfr. Bullam Gueoatx XIII ***Omnipotentis Det*** S Dec. X584. 11 Cfr. ***Ponli/icia documenta supra rceenstta,*** noth (x) el (3). ''Sum V Balt Kcwunam ***deed,*** 20 ScpL 1337. 44 S. Coogr. Imlulg., deer. 2J Lin- 1M5.

Cfr. ***C. I. C.,* 686; Bullam Auream ***Glorunat Dominae, 27*** Sept 1748; frcntODi Lxoxis XII 17 Mail 1814: Decretum S. Concr., 23 lun 1885.

M Cfr. Rtirnpt S. Cnncr. Indulg., ***17*** Sept 18.87. C. ***L C.,*** 723; ***Ree.*** ▬▬ j. »· Cfr C. ***I. C., 712 } r.*** Declarat. A R. P. Ludovici Martin, Praep. Generalis S. I., 13 Apnl. 1904.

''Cfr. praesertim: Pπ XII ***AUoc. ad Sad. Star., st*** Un. 194% ***Epifl. ad P S. Mandata,*** 26 ⅋u 1946; ***Epui. ad P. D. Lord,*** 24 Ian. 1948.

''Cfr. praesertim: Pu XI 4Uor. ***ad Sod. Mar.,*** 30 Mart. 1930; .4Bx. ***ad Sod Primas*** Fnww, ***34*** Mart 1935.—Pπ XII ***T&gr. ad*** Cone. ***CC. MM. Maliae,*** xj Sept 194T, ***Alloc radioph. ad Cotter. Barcia., 7*** Dec. X947; ***Episi. ad P. D. Lori,*** 24 1m. 1948.

''Cfr. Deeretum S. ***Congr.*** Icdufr. 7 Mart 1833; Deerrtuin S. Congr. InduLr. »3 luni 1885: ℝnpL S. Coogr. Indulg., ***17*** Sept 1887.

·· Cfr. Pπ XII ***Allee. ad Soi Mar., 31*** lan. 1943; ***Episi. ad P. D. D Lord, 14*** lan. ⅩⅩB.

w Cfr. ***Core. Vat.*** Ses·. IV, Cnmt «de Ecclesia Chriitl·, cap. 3; ***C. I. C., itB*** 1 r. Pu XII 4Wer. ***ad Act. Call·. liai.,*** 4 Sept, :74a· ***A. A. S,,*** 33, p. j(>r, ***Epiit ad Card. Leme, st*** Ian. 1942; 4H0r. ***ad Coafrettnm Barcin^,*** 7 Dec. 4 *A* S.» J9. P- 6j4

■•Cfr. ***C. I. C.***. J34 (t. 335 j i; ***Generalia CC.*** 3! Aog :«5. H, 5.

·· Cfr. ***C. I. C.***. 464 5 x; ***Déclarai. A. R. P. Ludovici Martin,*** 13 April. 1904.

44 Cfr. BrsrDtcii XIV Bullam Auream ***Glonoioe Dominae, 27*** Sept- 174$; Bp-ve ***Laudabile Romanorum,*** 15 Febr. 1758; ***Staiuia Generalia,*** 31 Auj. :S85; ***Ref. Comm.,*** x6, 18, 50. 44 Cfr. ***Reg. Comm.,*** 3; BuLL Aur. ***GioricsM Dominae.*** ·· Cfr. ***Reg. Comm.,*** x, 40. ·' Cfr. ***Reg. Comm., 27.*** ·· Cfr. Pli XII ***Alhc. ad Sod. Mar., 21*** lan. 1945; ***Rtg. Comm.,*** 32. ■■ Cfr. Pli XII ***Allée, ad Sod. Mar., 21*** Ian. 1945; ***Epici, ad P. D. Lord, 24*** Iam 1948. '· Cfr. ***Reg. Comm., x, 27,*** 30.

'' Cfr. ***Reg. Comm.,*** 23, 24, ***26;*** Bueeoicn XV ***Alloc, ad Sod. Mar^*** 19 Dcc. 1915-—Pu XI EncycL Côt ***arcano,*** 23 Dec. 19221 ***A. A. S., 14,*** p. 693.—Pu XII ***Efiid. ad Card. Lerne, 21*** lan. 1942; ***AUoe. ad Sod. Mar.*** 1m. 19451 ***Epia, ad P. S, Jlundain,*** 26 Augusti 1946; ***Telegr. ad Com. CC. MM. IlaL.*** 12 Sept. X947: ***Alloc, radioph. ad Congress. Bare*** in 7 Dec. 1947: ***A. A.*** S, 39. P· 654·

n Cfr. ***Reg. Comm.,*** x, 35. '' ***Rrg Comm., 12.*** '▮ Cfr. ***Reg. Comm., 9,*** 33 ad 45· '' Cfr. ***Reg. Comm., 14,*** x, 33, 43; Pu XII ***AUoc. ad Sod. Mar., st*** Ian. 1945: ***TeUgr. ad Com. CC. MM. Ital.,*** 12 Sept. 1947, ***Episi. ad P. D. Lord,*** 24 Ian. 1948; ***Alloc, ad Sod. Mar., cx iConference Oliraini·,*** 27 Mart. 1948,

14 BrNKDxcrt XIV Bull. Aur. ***Gloriosae Dominae, 27*** Sept. 1748.—Bm· bien XV ***AUoc ad Sod. Mar.,*** 19 Dec. 19x5.—Pπ XI ***Epui. ad Adm. Apod Oenip.,*** 2 Aug. 1927.—Pπ XII ***Episi. ad Card. Leme, 31*** Un. X942; ***EfnsL ad P. S. Ilundain,*** 26 Aug. 1946; ***Alloc, radioph. ad Conrrea. Borcin,*** 7 Dec. 1947: ***A. A. S.,*** 39. p. 633.

'' ***Reg. Comm*** , 1; Pu XII ***AUoc. ad Sod. Mar., 21*** Ian. X945.

'• Cfr. ***EpiU Card. Paceili ad Card. Faulhaber,*** 3 Sept. 1934; Pπ XII Kω 1Iul' J94O; AUoc' ** Sa Un· Epwt ***aa P S. II^v., 26*** Au,. 1946; ***Epvi. P. D. Lori,*** j4 Un. jok

'· Pu XII ***AUoc. ad Ad. Cash. ItaL,*** 4 Sent iqio· ***4*** *A* C Λ ***Epsd. ad Card. Leme, st*** Un. 1943: Carl. Pa ciix x ***AUoc, ad Soc \/sr »« Mmringen*** (HelvetU). 22 Octobri, 1936 r Ar ,U': Alloc

ad huiusmodi cooperationis modos pertinentes nullatenus sunt variandae aut innovandae 80.

XII. Denique, Congregationes Marianae eodem ordine, atque cetcrnc consociationes apostolicum finem prosequentes, sunt censendae 8l, sive cum hisce sint foederatae sive cum Ipso Actionis Catholicae coetu primario una simul cohaereant. Porro cum Sodalitates cuilibet alii consociationi debeant, sub sacrorum Pastorum ductu et potestate ·' operam suam conferre atque industriam 83, neccsse non est singulos sodales alii coetui etiam nomen dare M.

Haec mandamus, edicimus, decernentes praesentes litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere suosque plenos et Integros effectus sortiri et obtinere, ad quos res pertinet, plenissime suffragari, slcque rite iudlcandum ac definiendum esse, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum cx Arce Gandulphi, prope Romam, die xxvn mensis Septembris anno mcmxlvtii, bis centesimo a Bulla Aurea «Gloriosae Dominae», Pontificatus Nostri decimo.—Pius Pp. XII.

·· Cfr. Pii **XII** *AUoc. radioph.ad Congr. Barctn.,* **7 Dec. 1947·** *A. A.* **S, 39. P- 634.**

ll Cfr. **Pπ XII** *AUoc. ad Aci. Caih. JtaL,* **4 Sept. 1940:** *A. A.* **S., 31, p. j63;** *Tdep. ad Cone. CC. MM. liai.,* **ia Sept. 1947;** *Alloc, radioph. ad Congr. Barda.,* **7 Dec. 1947:** *A A. S.,* **39, p. 634.**

" Cfr. **inter alia: Pu XII** *Telegr. ad Cono. CC. MM. liai., 12* **Sept. 1947;** *Epia. ad P. D. Lord,* **34 lan. 1948; Epist.** *During recent years* **ad Episc. lodiae, 30 Ian. 194S.**

" Cfr. **praesertim: Pπ XI** *Epiai, ad Episc. Brasilia 27* **Oct 1935-** *A. A. S.,* **25, p. 161:** *AUoc. ad Sod. Mar.,* **30 Mart. 1930.—Pit XII** *AUoc. ad Ad. Cath. liai.,* **4 Sept. 194«** *A.A. S., 33,* **p. 369.**

••Cfr. **Pu XII** *Episl. ad P. S. Ilundain, 26* **Aug. 1946.**

Adn. Ph. AGUIRRE in PrM 37 (1949) 358-385; E. BERGH-H. TIHOU ia NrT 81 (1949) 58-73; LL. MsREAVY in CR 30 (1948) 418-420; *L* **RISK in PrM 45 (1956) 392-425; 46 (1957) 184-186; J. SAEZ in REDC 4 (1949) 851-914.**

2012

1948OCT 21.-SC PROP. FIDE, DECR. AAS 41 (1949) 34-35

Decretum de clericis ex europaeis dioecesibus in AUSTRALIA)! VEL NOVAM ZELANDIAM DEMIGRANTIBUS

Ad tuendam disciplinam ecclesiasticam in ditione Australiae et Novae Zelandiac huic Sacrae Congregationi de Propaganda Fide, ob praesentis temporis rerum adiuncta, opportunum visum est ea. quae sequuntur, statuere:

Clerici sacculares vel religiosi exclaustrati, durante exclaustrationis tempore, ct religiosi saecularizati, qui ex Europae dioecesibus memoratas regiones qualibet ex causa, etiam ad breve tempus, adire cupiant, stricte tenentur ab hac eadem Sacra Congregatione de Propaganda Fide permissionem In scriptis datam obtinere. Quod sl. hoc praescripto non servato, demigraverit, suspensi a divinis Ipso facto manebunt.

Ordinarii locorum Australiae ct Novae Zelandiac curent ut praescripta, dc quibus supra, adamussim observentur.

Pro clericis vero Nationum, quae in Europa lingua angilea utuntar, sufficit ut Episcopus dimittens, antequam licentiam et discessoriales litteras concedat, directo, ad normam sacrorum canonum, quin ad Sacram Congregationem de Propaganda
33 **Fide recurrat, cum Episcopo acceptante pertractet. /**

Quae, in Audientia diei 21 mensis octobris vertensis anni 1948 Ssnio D. N. Pio Div. Prov. Papae XII nb infrascripto Cardinali Praefecto S. Congregationis de Propaganda Fide relata. Summus Pontifex rata habuit ac confirmavit atque praesens ad rem Decretum expediri tussit.

Datum Romae, ex .Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 21 mensis Octobris anno Domini 1948.—P. Card. Fumasoki Biondi, ***Praef.*** **Celsus Costantini, Archlcp. tit. Theodos.,** ***Secr.***

Ada. *X.* **PAVENTI in ME 75 (1950) 60-61; TOCANEL in ΑροΠ. 22 (1949) 72-74.**

2013

1948 OCT 30.-SC S. OFFICII. DECR. AAS 40 (1948) 511

Damnantur opera omnia a ioanne paulo sartre CONSCRIPTA

Feria IV, die 27 *Octobris* 1948

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis S. Officii Emi ac Revriii DD. Cardinales rebus fidei et morum tuandis praepositi, prachabito RR. DD. Consultorum voto, damnaverunt atque In Indicem librorum prohibitorum Inserenda mandarunt *Opera omnia* a Ioanns Paulo Sartre conscripta.

EL sequenti Feria V, die 28 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. Pius Divina Providentia Pp. XII, in solita Audientia Excmo ac Revmo D. Adsessorl Sancti Officii concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iusslL

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 30 Octobris 1918.—Petrus Vigorita, *Notarius.*

Adn. E. BERGHin NrT 81 (1949) 95-98; G. E. in CR 31 (1949) 59-30.

2014

1948 NOV 10.-SC S. OFFICII, RESPONSUM, PART.·

Solvitur in favorem fidei matrimonium coram solis TESTIDUS INITUM INTER PARTEM CATHOLICAM ET PARTEM NON BAPTIZATAM MAHUMETANAM ABSQUE DISPENSATIONE IMPEDIMENTI DISPARITATIS CULTUS, ET SANATUR IN RADICE ALTERUM MATRIMONIUM A PARTE CATHOLICA IAM CELEBRATUM

Casus—Durante bello matrimonium dubium inierunt Hadiat, mahumetanus, et Catharina, catholica. Dubium ex eo habebatur, quod partes cohabitare coeperunt parentibus partium de dote nuptiali adhuc dissentientibus, de qua dole etiam posterius umquam consenserunt parentes. Dubium de matrimonii validitate ex eo quoque patuit, quod post bellum finitum redeunte parocho in pagum partium vir mahumetanus aufugit. Ratione habita ad mores in celebrandis matrimoniis hic frequentatos, certitudo invalidltatis matrimonii huius procurari non potuit: remanente dubio, standum est pro valore.

Quamvis matrimonium ex hoc capite validum dicendum esset, parochus post bellum finitum rediens matrimonium inter Hadiat et Cathannam invalidum habuit utpote initum cum impedimento disparitatis cultus. Igitur Catharina post fugam viri ad novas nuptias transiit.

Iam vero ad quaesitum a Provicario Apostolico de Manado venit responsio S. C. S. Officii, iuxta quam responsionem huiusmodi matrimonia habenda sunt uti valida.

Iuxta monitum in ipsa responsione additum nunc quaeritur quid sentiendum de matrimonii validitate in casu supra allegato. Ad captandam benevolentiam pars mahumetana equidem ante nuptias celebrandas promisit sese convertere ad fidem catholicam, sed promissionibus a mahumetanis in rebus fidei factis omnino non fidendum est, ita ut de educatione catholica prolis forte nasciturae saltem solidum dubium adesset.

Ex Aedibus Officii, dic 10 ñovembrf 1918

Resp.—Heic adnexum ad Excellentiam Tuam Reviham remitto Rescriptum, quo, quatenus opus sit, 1.· solvitur, in favorem Fidei, matrimonium celebratum a catholica Catharina cum mahumetano Hadiat; 2.® sanatur in radice alterum matrimonium a muliere celebratum ℓ.

Dum hoc Tccum communico, impensos aestimationis meae sensus Tibi obtestor permanens Excellentiae Tuae Revmae addictissimus.—Card. F. Marchetti Selvaggiani, *Secr.* A. Ottaviani, *Ass.*

(· In rescripto annexo legitur post supplicem libellum]:

«Ssihus D. N. Pius, Divina Providentia Papa XII, in Audientia Excmo ac Revmo Dûo Adsessorl S. Officii impertita, Feria V, die 4 novembres 1948, audito supplici libello, benigne adnuit pro gratia, qua solvitur, quatenus opus sit, in favorem Fidei, matrimonium a catholica Catharina celebratum cum mahumetano Hadiat, atque sanatur in radice alterum matrimonium ab eadem muliere initum».

*** Ordinario da Manado, Prot.N 2211/m 48 GONZALVUS A RAAWSDONK. Do cessatione impedimenti disparitatis ealras i» exuaordina His territorii circumstandi·. Roma 1955. p 51-52 Adn. A ARATE Lo scioglimento del rineclo conjugal·, II cd Room 1905. p. 162-168. GONZALVUS A RAAMSDONK op. «I toc. clt.**

2015

1948 NOV 16.-SC SACRAMENTORUM, INDULTUM. PART.·

Facultas dator bis 8-kcrum utandi diebus ferik- LIBUS INFRA HEBDOMADAM

Preces—*Uealissime Paler,* Ordinarius Cinclnnalcn.. ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus, postulat

facultatem permittendi Sacri iterationem fecialibus diebus infra hebdomadam, occasione matrimoniorum vel funerum vel ad renovandas Sacras Species in oratoriis monasteriorum, attenta Sacerdotum penuria.

Rescr.—*Die* 16 *Novembris* 1948, Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum, vigore specialium facultatum Card. Praefecto a Ssmo Diio Nostro Pio Papa XII tributarum, attentis expositis. Ordinario Oratori, gratiam indulget iuxta preces, dummodo nullus alius Sacerdos liber praesto sit pro celebratione alterius Missae, vetita celebranti pro secunda Missa eleemosynae perceptione. Praesentibus valituris *ad triennium,* in casibus verae necessitatis,—Card. B. Aloisi Masella, *Pro-Praef. F.* Bracci, *Secr.*

• Ordinario Cincmnatcmi Jurist 9 (1949) 262.

2016

1948 NOV 18.-SC SACRAMENTORUM, INDULTUM. PART.·

Facultas datur capellanis donorum maternitatis, NOSOCOMIORUM ET BREPHOTROPHEORUM ADMINISTRANDI CONFIRMATIONEM PUERULIS IN PERICULO MORTIS CONSTITUTIS

Romae, die 18 nov. 1948

Preces—*Beatissime Paler,* Archiepiscopi et Episcopi Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis, ad pedes S. V. provoluti, humiliter postulant derogationem Decreto *Spiritus Sancli munera* die 14 Septembris a. 1946 a S. Congregatione de Sacramentis edito [LE 18811, ita ut in domibus sic nuncupatis matemitatis vel nosocomiis pro mulieribus parturientibus vel brephotropheis suarum dioecesium. Confirmationis sacramentum valide et licite conferre valeat puerulis ibi receptis, qui in adlunctis ab eodem Decreto recensitis reperiantur, Capellanus earumdem domorum.

Petitionis ratio est difficultas maxima pro parocho loci, aliis ministerii sui gravato muneribus. Confirmationem fere passim conferendi, attento praesertim magno infantium infirmorum numero in cnunciatis domibus commorantium.

Rescr,—*Ex Audientia Ssrid diei* 25 *octobris* 1948. Sanctissimus Dominus Noster Divina Providentia Pius Papa XII, referente infrascripto huius S. Congregationis Pro-Praefecto, relatis precibus benigne annuere dignatus est, ea tamen lege ut Confirmationis sacramentum, in adiunctls de ouibus in praefacto Decreto, personaliter conferatur puerulis a Capellano domibus de quibus in precibus *stabiliter* addicto, ct sl plures in una domo constituti sint Capellanl, ab corumdem primo, ceteris prorsus exclusis.

Capellano autcin hac facultate uti licebit tantum sl Episcopus dioecesanus haberi nequeat, aut legitime impediatur quominus per se ipse Confirmationem conferat; nec alius praesto sit Episcopus, communione gaudens cum Sede Apostolica, licet titularis tantum, qui sine gravi incommodo ipsi suffici queat. Itidemque sl parochus loci. In Iisdem adiunctls, haberi et Ipse nequeat, vel legitime impediatur quominus sacramentum istud conferat. In absentia autem Capellani, aut in eius impossibilitate per se Ipsum confirmandi, nullus alius, praeter Episcopum vel loci parochum, Idem sacramentum valide conferre valet. Servatis, In reliquis, terminis et clausulis memorati Decreti. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Praesentibus valituris *ad annum,* a data huius rescripti computandum.—B. Card. Aloisi Mashlla, *Pro-Praef.* F. Braccl, *Secr.*

* Ordinariis locorum in S. F A. S.. Prot. H. 5883'48: Jurist 9 (1949) 251-262. Adn. Indultum pnstoa renovatum v. gr dio 22 lan. 1951. Pro· N 45851: Jurist 11 (1851) 312-312. Vide BOUSCAREN IV 254.

2017

1943 NOV 25.-SC S. OFFICII, EPISTULA. PART.·

C1RC4 ALIQUAS NON RECTAS INTERPRETATIONES ENCYCLICAE ·MEDIATOR DEI», IDEST CIRCA OPPOSITIONEM INTER DEVOTIONEM ODIECT1VAM ET SUBIBCTIVAM, INTER CONSILIA ET PRAECEPTA PIETATIS, ET CIRCA PRAESENTIAM «MYSTERIORUM» IN CULTU LITURGICO

Ex Aedibus S. Officii, die 25 nov. 1948

Excellentissime ac Revrhe Domine, Litteris, die 5 Iulii huius anni datis, Excellentia Tuu Revma quod attinet ad articulum in ephemeride «Klerusblatt» mense aprill huius anni a Revmo .Abbate Benedicto Rectz, O. S. B., conscriptum, difficultates exposuit quae obstarent novae editioni textus vulgaris (in lingua gcrinanlca) Litterarum Encyclicarum .*Mediator Dei* [LE 1963), cum lectores ephemeridis integrum textum eorundem in aliis ephemeridibus ecclesiasticis iam diu legissent. Qua dc causa Excellentia Tua S. Officium rogabat, ut locos quos /Abbas Rectz non bene interpretavissct, singulatiin indicaret.

Haec Suprema Sacra Congregatio, desideriis Excellentiae Tuae annuens, haec quae sequuntur considerationi Tuae opportunum subicere ducit:

1) Bene Auctor scribit Summum Pontificem in Encycl. Litt. reiicerc oppositionem inter devotionem obiectivam et subicctivam; at ipse videtur falso putare hoc tantummodo spectare ad cultum liturgicum (cfr. nn. 1 ct 2 articuli Abbatis Rectz).

2)Haud dubio reprobanda sunt quae ab Auctore affirmantur in n. 22 sub e), circa distinctionem inter consilia ct praecepta quasi «pietatis consilia et opera, quae cum S. Liturgia arcte non coniunguntur, essent tantum laudabilia, at non —ut revera ipsae Encycl. Litt. docent— prorsus necessaria» (cfr. A. A. S., 1947, vol. XXXIX, p. 534).

Excellentia Tua profecto noscit non solum quam utilia, sed etiam quam necessaria sint, praesertim sacerdotibus et religiosis, quaedam opera pietatis personalis seu privatae, ut pia meditatio, examen conscientiae, exercitia spiritualia, etc.

Maxime vero dolendum est Auctorem, cum in eodem loco affirmet: «Sanctus Pater non potuisset clarius loqui», innuere suam falsam sententiam esse ipsius Summi Pontificis.

Valde igitur opportunum erit, sive scriptis sive sermonibus, dc hac re verum sensum Encycl. Litterarum declarare. (Prae oculis habenda sunt quae dicuntur a p. 532 ad p. 537, praesertim pp. 536-537, A. A. S. 1947.)

3) .Alio in loco (cfr. nn. 19 et 20 eiusdem articuli) Auctor sententiam Encycl. Litterarum haud fideliter refert. Ipse enim citat verba: «Mysteria... praesentia continenter adsunt atque operantur», quasi doctrinae eorum adsentirent qui docent «mysteria» in culto liturgico praesitia esse non historice, sed mystice ac sacramentaliter, Wunen *realiter.*

Verus autem sensus Encycl. Litterarum clare apparet ex integro textu: «Mysteria, non incerto ac subobscuro eo modo, quo recentlores quidam scriptores effutiunt, sed *quo modo catholica doctrina nos docet,* praesentia continenter adsunt atque operantur; quandoquidem, ex Ecclesiae Doctorum sententia, et eximia sunt Christianae perfectionis exempla, ct divinae gratiae sunt fontes ob merita dcprecationesque Christi, *et effectu* suo in nobis perdurant, cum singula nostrae salutis causa suo modo existant» (A. A. S.. ibidem, p. 580).

Hanc occasionem nactus, impensos aestimationis meae sensus Tibi obstestor moque profiteor Excellentiae Tuae Rcvmae Addictissimum.—Card. F. Marchetti Sf.lvaogiani, *Secret.*

* Ordinario SalUburgocxi. Prot. N. 142/48: REDC 5 (1950) 667-663 Adn.]. I. TELLECHEA in REDC 5 (1950) 688-688.

2018

1948 DEC 2.-SC RELIGIOSORUM, INDULTUM. PART.·

Facultas datur recitandi officium divinum extra chorum in oratorio nempe domestico communitatis RELIGIOSAE

Preces—*Beatissimo Padre,* Il Procuratore Generale dei Carmelitani Scalzi, prostrato al bacio del S. Piedc, espone: Giusta le Costituzioni, i Religiosi dei suo Ordine devono consacrera ogni giomo due ore alTorazione mentale. Non ostante i Superiori siano ammoniti «ne functiones sacrae ita multiplicentur, ut oratio mentalis detrimentum inde patiatur» (Const, n. 29) è difficile assai sopprimere o ridurre gli escrcizt di pietâ in edificazione dei fedeli che frequentatio le nostre Chiese. Sl ritiene invece dl poter conciliaro l'osscrvanza della Legge e Γassistenza dei fedeli nelle Sacre funzionl con affidare ll servizio di Chiesa ai soli religiosi nccessari e radunare il resto dolia ComunlU per l'orazione mentale, c talvolta anche per ia recita delle

orc canonichc. nellOratorio domestico, non In tutti i Conventi dellOrdine in comunicazione con ia Chiesa.

Per questa ragione l'Oratore implora la grazia per la ouale, nelle circostanzc sopradette, dal Religiosi dei suo Ordine, si possa soddisfare all'obbllgo del Coro con la recita dcll'Ufficio Divino nellOratorio domestico, seppure non sia In comunicazione con Ia Chiesa. Che della grazia ecc.

Rescr.—Vigore facultatum a Ssmo Domino Nostro concessarum. Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, audito voto Revihi P. Procuratoris Generalis, Revmo P. Praeposito Generali benigne commisit ut petitam gratiam iuxta preces pro suo arbtirio et conscientia concedat, ad quinquennium, servatis ceteris servandis. Contrariis quibuslibet non obstantbius.

Datum Romae, die 2 Decembris 1948.—Fr. L. H. Pasetto. *Ster.* H. Agostini, *Ad. a studiis.*

* Procuratori Gonorali O. C. D.: ÂOCD 20 (1Ô49) 21-22.

2019

1948 DEC 9. -SC RELIGIOSORUM, NORMAE. ₱ART.

Elenchus quaestionum quibus a religionibus et SOCIETATIBUS IN RELATIONE AD S. SEDEM QUINTO QUOQUE ANNO TRANSMITTENDA RESPONDENDUM EST AD NORMAM DECRETI «CUM TRANSACTIS» [LE 1940]

I. Pro Religionibus et Societatibus luris pontificii

1) ANIMADVERTENDA

A) *Circa Relationis quinquennalis reductionem cl transcriptionem.*

a) **Singulis responsionibus, praemittatur indicatio numeri el litterae quibus in hoc elencho quaestio designatur.**

b) **Quoties documentum pontificium adducitur, fideliter el constanter data ct Protocolli numerus referantur.**

c) **Responsum, prout casus ferat, enucleetur, nec simplici affirmatione nut negatione absolvatur.**

d) **A Religionibus ct Societatibus clericalibus. Relatio lingua latina redigenda est; nb aliis vel latina vel una ex linguis modernis: angllca, gallica, gcrmanlca, hispanlca et italien.**

c) **Adhibeatur scriptura dactllographica et clare expressa. Si Relatio, iusta de causa, manu exaretur, necesse est ut scriptura sit clara.**

f) **Charta qua utendum est non sit translucida nec nimis crassa, sed talis quae resistere possit temporis Inlurils.**

g) **Quaestionibus nstcrisco signatis tantummodo Religiones virorum respondeant; quaestionibus vero cruce signatis, tantummodo Religiones mulierum.**

B) *Circa ea quae, cum Relatione, ad S. Congregationem Iransmitlenda sunt.*

1. **In prima Relatione post huius formulae editionem, transmittantur en quae sequuntur:**

a) **Constitutionum seu Statutorum, Codici accommodatorum, duo exemplaria solide religata.**

b) **Duo exemplaria privilegiorum vigentium, typis excusa vel, si typis excusa non sint, dactilogmphice expressa, ex quibus unum saltem religatum.**

e) **Duo exemplaria librorum. In quibus iura particularia, uras et consuetudines continentur.**

d) **Duo exemplaria librorum liturgicorum et precum.**

e) **Duo exemplaria Statutorum pro domibus Institutionis religiosae ct clericalis necnon Rationum pietatis, educationis atque studiorum.**

f) **Peculiaria Statuta pro aggregatis tertiariis, donatis ve! aliis id genus personis.**

g) **Formularia quae in usu sunt sive pro nominatione ad munera, sive pro relationibus et visitationibus perficiendis, et alia formularia sl quae habentur.**

h) **Relatio hlstorico-iuridica Religionis, Societatis vel instituti in qua indicentur fundator, annus fundationis et approbationis temporaneae ct definitivae Religionis ct Constitutionum. necnon in compendio accurate perstricti praecipui eventus historiae Religionis vel Societatis. Haec omnia decenter ac solide religata mittenda sunt.**

D **Si Religio ad normam iuris (c. 596) proprium habitum professorum et novitiorum habeat, mittatur eius imago photographiai vel quomodolibct fideliter expressa, duplici exemplari; duae quoque mittantur eiusdem magnitudinis Imagines habitus, coloribus expressae.**

I/ **Quoad fieri potest, mittantur praecipua opero, etiam vetustioris aetatis, quae spiritum, regimen, historiam ministeria Religionis nut Societatis Illustrant; atque Collectiones Actorum Sanctae Sedis Religionem vel Societatem afficientium.**

2. Statim ac prodeunt, vel saltem cum Relatione in fine quinquennii, ad Sacram Congregationem Moderator Supremus transmittat:

a) **Commentaria officialia Religionis seu Societatis.**
b) **Acta Capitulorum generalium.**
e) **Superioris generalis instructiones, ordinationes, aliaque graviora documenta.**

3. Religiones, Societates, Instituta quae In posterum decretum laudis consequuntur, quae recensita sunt, saltem occasione primae Relationis quinquennalis ad S. Congregationem fideliter transmittere debent.

IN PRIMA PAGINA RELATIONIS, PONATUR:

Titulus Religionis vel Societalis:.....
(titulus officialis lingua latina, et titulus communis)
Sggla...
Sedes domui generalitiae:.....
(directio completa: postalis, telephoniea, telegraphies)
Anni ad quos relatio extenditur.....

2) ELENCHUS QUAESTIONUM

DE RELATIONE PRAECEDENTI

1. *a)* **Quando ultima Relatio ad S. Sedem transmissa est.** *b) An* **et quando responsum S. Congregationis recepturo siL** *c)* **An ad praxim deductae fideliter sint animadversiones a S. Congregatione forsan ad Relationem factae.**

2. **An notitiae quas Relatio continet, in conscientia haberi possint securae et completae, vel circa ipsas aliquid videatur excipiendum.**

CAP. I—DE RELIGIONE EIUSQUE REGIMINE

Art. I. Dc Religione generatim et de Ipsius partibus

§ 1.—De Religione oeneratim

3. **Quaennm sit natura iuridica Religionis seu Societatis (c. 491 § 1).**

De line speciali

4. **Quinam sil specialis finis Religionis.**

5. **An finis specialis auctoritative durante quinquennio mutatus sit, et qua auctoritate.**

6. **An hic finis practice fideliter retineatur, aut ex parte derelinquatur; vel opera assumantur quae ad ipsum non pertinent.**

7. **Quacnam sint opera praecipua quibus finis specialis exercetur.**

De Secundis Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, Institutis mulierum Religioni Dtl Societati sublectis

8·. **An Religio habeat Ordinem mulierum (Secundus Ordo) ex lure vel ex privilegio sublectum.**

9·. **Quot et quacnam eiusdem Secundi OrdinLs Monasteria Religioni sublidantur, quot et quaenam Ordinariis locorum.**

10·. **An et quas Religio vel Societas habeat sibi subditas vel specialiter commendatas Congregationes vel Societate mulierum, et quibus apostolicis induitis haec sublectio vel directio fundetur (c. 500 § 3).**

11·. **An et quot Congregationes religiosas tertiariorum votorum simplicium Religio habeat sibi aggregatas.**

12·. **Quot sodalitates Tertiariorum saecularium nb Ordine dependeant, et quot sodales tertiarii sacculares numerentur.**

13·. **An ct quas Associationes fidelium sibi proprias Religio habeat (c. 686 § 3) et quibus induitis id fundetur.**

§ 2.—De Religionis interna ordinationi: et partitione

De Assislentiis et Congregationibus, etc,

14. *a)* **An et quo critcrlo (geographico, ethnologico. historico, etc.) Provinciae componantur in Partes seu Assist™· tins, cx quibus Definitores generales, seu Consultores. Socii, etc. eligantur,** *b)* **An questus seu recursus facti sint contra aequitatem distributionis.**

15. **An in Religione adsit aliqua interna recognitu membrorum divisio In Familias seu Congregationes diversas.**

De Provinciis, Vice-Provindis aliisque aequiparatis instituti»

16. **An Religio In Provincias legitime sit divisa (e. 191 5 t); in casu negativo, an videatur dividenda.**

17. **An aliqua nova Provincia post ultimam RclatRmrin fundata sit, vel tunc exlstentes Provinciae suppressae vrl modificatae sint.**

18. **A quo et quomodo facta sit divisio et attribuito bonorum in casu divisionis, novae erectioni» vel suppressionis Provinciarum (c. 491 $ 2).**

19. **An In Religione aliae sint formae ttolonum domorum: Viccprovinciae. Commlssartatus. Delegationes regionaf» elt.**

l **Qusestioars .iMensco · rgn-ittr. untumroodo RHigjr&r» afBctant**

De domibus

20. Quaenarn domus, perdurante quinquennio, externe vel interne modificatae sint (c. 497 1 et 4).

21. An in erigendis vel supprimendis domibus praescripta iuris (cc. 497, 498) el prudentiae normae observatae sint, inter quas contractus scnptus, clarus, completus, ad normam iuris canonid et Constitutionum, lege civili prae oculis habita, redactus.

22. An domus omnes habeant quae ad vitam communem necessaria sunt, in specie: *a)* Cellas pro singulis separatas; vel, si dormitoria conûnunia sint, saltem lectum ab aliis convenienter seiunctum. *b)* Locum separatum et plene aptum ad infirmorum curam et ndsistentlam.

23.An cellae ad hospites recipiendos a parte domus communitati reservata, sufficienter separatae sint.

Art. II. De Religionis regimine iuridico

De regimine generali

24. *a)* An Consilium generale impraessentiarum sit plenum. *b)* An omnes Consiliarii generales in Curia resideant, *c)* Si qui foris sint, quare et ubi degant (locus, Provincia, Dioecesis).

25.Quaenam alia generalia officia habeantur (Procurator [con. 51/ § 1]; Oeconomus, Secretarius, Praefectus studiorum etcetera).

De Capitulo generali - De convocatione et celebratione

26.An in periodo nd quam Relatio extenditur. Capitulum Generale celebratum sit.

27.An observatae fideliter sint normae iuris communis ac particularis (Constitutionum etc.) quae Capitulum Generale respiciunt, i. e.: *a)* Tempus celebrationis, loci designationem, litteras convocationis, *b)* Electiones deputatorum ad Capitulum, Scrutatorum et Secretarii Capituli, *e)* Electiones Superioris Generalis, Consultorum scu Assistentium et Officialium Generalium qui a Capitulo eliguntur (ex. gr. Procuratoris, Secretorii, Oeconomi Generalis).

28.An in omnibus, etiam in informationibus exquirendis, cautum sit a directa vel Indirecta suffragiorum procuratione tam pro seipsis quam pro aliis (c. 507 i 2).

29.Quinam Capitulo praesederit: *a)* In electione Superioris Generalis, *b)* In aliis electionibus et in tractatione negotiorum.

30.An singulae Iovinclao aliaeque aequiparatae divisiones, propriam relationem Capitulo exhibuerint.

31.An praefatae relationes Provinciarum, fideliter verum statum retulerint ita ut sint authentica documenta, quibus relationes generales niti secure potuerint.

32.An Capilulo Generali exhibitae sint tempestive, ut convenienter a singulis Capitularibus et a Commissione in Capitulo electa, si ita praescriptum sit, examinari possent: *a)* Relatio circa statum personarum, disciplinae, ministeriorum ab ultimo Capitulo Generali, a Superiore vel Vicario Generali conscripta et a Consilio Generali approbata, *b)* Relatio circa verum el completum statum oeconomicum Religionis ab Oeconomo Generali parata et a Superiore Generali cum suo Consilio approbata.

33.An iudlcium circa ipsas in Capitulo lectum sit, serio perpensum ac discussum ante electiones genera'es.

34.An Sacrae Congregationi transmissa sint acta Capituli generalis, quod perdurante quinquennio celebratum sit.

De promulgatione et exsecutione

35.Quando et quomodo Superior Generalis Capituli decreta el decisiones communicanda, promulgaverit.

36.An in promulgatione aliquod ex praescriptis omissum sit vel non fideliter relatum, et qua de causa, qua auctoritate.

37.Quid factum sit a Superiore Generali cum suo Consilio, et ob aliis Superioribus et Consiliis, ut Capituli Generalis praescripta fideliter in praxim deducerentur.

De nominationibus ad munera

38.An normae luris communis et Constitutionum observatae sint: *a)* Circa requisita et qualitates Superiorum ac Officialium (c. 504, 516). *b)* Circa formam nominationis (cc. 506-507). *c)* Circa munerum duralioncm (c. 505).

39.Quot et quaenam concessae sint dispensationes n S. Sede vel m Superioribus maioribus super praescriptis a lure communi vel particulari: *a)* Pro nominationibus ad munera vel officia, *b)* Pro eorundem renovatione, *c)* An fideliter observatae sint conditiones concessionibus appositae.

40.An Superiores Religionum clericalium rite satisfecerint, nd normam c. 1406 | 1, 9 et § 2, obligationi fidei professionem emittendi coram Capitulo vel Superiore qui eos nominnvit eorumve delegato.

De VllicUl Superiorum: De residentia - De notitia el exeeutIone praeter(piorum S. Sedis - De visitatione canonica - De Ubero commercio tpltlularl.

41.An Superior Generali», Consiliarii Generales, Procurator nliique Superiores, nd normam luris communis (c. 580, 517) rt Constitutionum, legi rcridentiae satisfecerint.

42. Quomodo Superiores provideant ut decreta S. Sedis, quae religiosos respiciunt, n propris subditis cognoscantur et observentur (c. 509 § 1).

43.An prorsus liberum subditis relinquatur, quin uOa Superiorum inspectioni subiclntur, litterarum commercium cum Lis qui ud normam iuris communis (c, 611) ct particulari hoc iure frutintur.

44. An casus extilcrint commercii cplstuhtris secreti tl clandestini sive inter religiosos, sive inter eos et personas saeculares, et quid ad hos abusus coôrccndos factum siL

45. a) An Superior Generalis, nliique Superiores Maiores, visitationes praescriptas tempore debito, per se ipsos, in Provinciis, Missionibus ct domibus perfecerint, *b)* An dicti Superiores visitationes perfecerint per delegatos.

46.An visitationes ad normam luris communis (cc. 513, 2413) et particularis peractae, fuerint completae, ita ut comprehenderint: *a)* Personas omnes quoad disciplinam, perfectionem religiosam, vitam sacerdotalem, institutionem religiosam et clericalem, atquo ministeria et opera Religioni *b)* Res et bona, corumque conservationem ct administrationem. *e)* Loca, praesertim sacra, cultum divinum, pia fundationes, etc.

47.An quandoque Visitatores delegati extraordinarii, rite designati, missi sint, quibus de causis, el quo fructu.

48.Quid factum sit ut decreta visitationis exsecutioni mandarentur.

De *Consiliis*

49.An temporibus et in casibus praescriptis Consilia celebrent: *a)* Superior Generalis, *b)* Superiores Maiores, *c)* Superiores locales.

50. *a)* An semper omnium Consiliariorum votum exqubitum sit. *b)* An et quomodo Consiliarii absentes votum ferant. *c)* An quidam Consiliarii neglecti sint, et qua de causa.

51.Quoties Superior Generalis et Superiores maiores per annum in quinquennio Consilium convocarunt.

52.An negotia in quibus, ad normam iuris communis el particularis Consiliarii votum habent deliberativum vel consultivum. Consiliis fideliter subjiciantur.

53.An in Consiliis debita libertas omnibus el singulis Consiliariis agnoscatur et In decisionibus, nominationibus el suffragationibus quibuslibet, normae iuris communis (cc. 101, 105 1·, 2·, 3·) et particularis observatae semper sinL

M. An rite sessionum acta conficiantur et subsignentur.

55.An Archiva Religionis, Provinciarum et singularum (tomorum apte sint instructa ct diligenter ordinata.

56.An omnia munera Officialium generalium, provincialium et localium actu plena sint et an aliquod vacet.

De correctionibus el abusu potestatis

57.An superiores vigilantiae ct correctionis officium sive privatim sive publice et quibus mediis seu qua ratione exerceant.

58.An abusus nati sint, vel etiam radicati sint, quin corrigerentur et efficacia remedia ad ipsos impediendos et extirpandos adhiberentur.

59. ' Quoties et quibus de causis, monitiones et poenae canonicae impositae sint.

60.An in his remediis adhibendis sacri canones et propriae constitutiones servatae sint.

61.An ex parte Superiorum abusus potestatis adfuerint, vel saltem recursus seu querelae hac de re ex parte subditorum receptae sint.

62.An α Superioribus graves canonum vel Constitutionum infractiones admissae sint, sive circa communia religiosa officia, sive circa proprium munus.

63.An in his casibus poenae sive communes sive speciales, a Jure communi (ex. gr. cc. 2389, 2411, 2413 etc), ve! a Constitutionibus sancitae, applicatae sint.

De potestatis exercilio

61. Quae media adhibeantur ut Superior Generalis eiusque Curia continuo, complete et sincere circa statum Religionis informentur.

65.An et quoties relationes periodicae Superioribus Maioribus sint faciendae.

66.An exigatur fidelis eorum quae hac dc re praescripta sunt observantia.

67.An sint In Religione stabiliter constituta nllqua media, ut interna vincula, quibus membra uniuntur, v. g. re'ationes circa ministeria, ephemerides domorum, Provinciarum ct totius Religionis.

68.An et quaenam alia media, prout necessitas postulet, adhibeantur ut inter Religionis Provincias et domos unio foveatur.

69.An pro qualibet quoque domo praecipui eventus diligenter In libro chronicorum consignentur.

De relationibus cum Ordinariis locorum

70/1) An praescripta Codicis circa sublectionem religiosorum Ordinariis loci fideliter observentur. 6·) An bonae et amicabiles relationes cum Ordinariis foveantur, et, absque discrimine religiosae disciplinae, ministeriis sacerdotalibus in favorem diocccscos opera detur, *c)* An ct quacnam in aliqua

ſovincla vel domo, lites, querelae, difficultates cum Ordinariis locorum habeantur.

71. Quacnam remedia ad concordiam restaurandam adhibita sint vel adhiberi possint.

Art. III. De Religionis regimine spirituali

De Confessarlis

72 An singulis domibus plurcs sint confessorii, ad normam c. 518 § 1, deputati.

73 An religiosi, firmis Constitutionibus quae confessiones statis temporibus praecipiunt vel suadent apud determinatos confessorios peragendas, libere, salva tamen disciplina reli- Slow. ndire valeant, ad normam c, 519, confessorium ab Orinario loci approbatum, etsi inter designatos non recensitum.

74f.· An fideliter normae iuris communis ct Constitutionum observentur circa nominationem et renovationem confessarii ordinarii, extraordinarii, specialis et supplementaris (cc. 520 » 1-2, 521, 521. 526. 527).

75f. An Supcriorissac fideliter observaverint quae pro Ipsis praescripta sunt circa confessorios supplementarcs (c. 521 j 3), occasionales (c. 522) et in casu gravis morbi (c. 523).

76. An Superiores consulant et prudenter vigilent ut omnes religiosi, ad normam iuris (c, 595 § 1, 3·) et Constitutionum (c. 519), ad poenitentiae sacramentum semel saltem in hebdomada accedant.

77. An et quinam ex parte Superiorum abusus admissi sint qui subditorum limitent conscientiae libertatem (c. 518 § 3, 519, 520 § 2, 521 § 522, 2414).

78. An Superiores maiores ct Visitatores hos abusus correxerint.

79. An, praetextu libertatis conscientiae, ex parte subditorum disciplina religiosa detrimentum capiat, vel alii abusus orti sint; an abusus, salva libertate, a Superioribus ct Visitatoribus correcti fuerint.

De directione spirituali

80 Quomodo Superiores consulant Directorum spiritualium solidae Institutioni.

81 Utrum cura adhibeatur ut in Novitlatlbus (c. 566 §2 et etiam Collegiis omnibus, praescripti Confcssarii et Directores spirituales habeantur et seligantur: ct. si agatur de Religione clericali, ibidem commorentur (c. 566 § 2, 2·).

82. Utrum Superiores liberam, ad normam luris (c. 530 §5 1, 2), conscientiae manifestationem proprie dictam sibi faciendum, relinquant.

83. Quibus modis Superiores directionem spiritualem fovere nitantur.

De receptione Ssmae Eucharistiae

81. Utrum Superiores suos inter subditos, ad normam c. 595 tt 2-3, frequentem, etiam quotidianam, receptionem Ssriii Corporis Christi promoveant, salva semper, ad normam iuris (c. 595 § 4) et Instructionum S. Sedis, plena conscientiae libertate.

85. An Superiores diligenter provideant ut ad manus facile habeantur ante communionem confcssarii, et tempus conveniens praeparationi ct gratiarum actioni religiosis subditis relinquant.

De instructionibus spiritualibus et catechelicis

86. An Superiores curent ut, ad normam Constitutionum et luris communis, habeantur instructiones spirituales et catecheticae pro tota familia (c. 509 § 2, 2·), pro novitiis (565 1 2), pro scholasticis (c. 588 § 1), pro conversis, pro domestlcis et familiaribus (c. 509 § 2, 2·).

Art. IV. De Religionis regimine oeconomico

5 1.—De bonorum acquisitione et amissione

De bonorum acquisitione et inscriptione

87. *a)* An et quacnam. Religio, Provinciae et Domus, acquisierint bona Immobilia, mobilia pretiosa, et culus valoris. *b) An* haec bona donatione aliove titulo gratioso acquisita sint vel titulo oneroso, et In hoc casu an pecuniis ꝑproprii vel mutuo acceptis.

88. An Religio, Provincia ct quaelibet domus habent Inventarium bonorum mobilium, praesertim pretiosorum (arte, historia, materia) (c. 1522, 2·) et immobilium.

89. Quando inventaria renovari debeant et an de facto renoventur.

90. Quando onera non propria, ull collegia, hospitalia, ecclesiae, etc., religiosis domibus concredita sunt, nn clare distincta sint bona quae domui religiosae propria sunt.

91. Qua ratione vel culus nomine coram lege civili bona religiosa Inscripta sint, et an inscriptio, ad normam legum civilium, secura reputari possit.

92. Quaenam formae inscriptionis ut securiores in diversis regionibus adhibitae sint.

1 Qtuestioncs cnice f signatae. Uniunimodo Religiones mulierum alfiaunt.

93. Si societates ad hunc finem constitutae sunt, an ad normam legum civilium omnia ordinata sint, et diligenter ordinata actu habeantur.

94. Circa praefatas Societates: *a)* An omnes quibus bonorum administratio seu gestio committitur, debita diligentia omnibusque praeviis necessariis vel utilibus informationibus designati sint, *b)* An ad munera administratIonis, quando absque damno possibile ac prudens fuit, sodales propriae Religionis extraneis praelati sint, *c)* Quibus cautelis, periculis ex abusibus administratorum imminentibus, provisum sit. *d)* An continua vigilantia, ad normam iuris, per rationum revisiones et ordinarias aliasque extraordinarias et opportunas arcarum et rerum Inspectiones ex conscientiae officio, exerceatur.

De expensis

95. An expensae extraordinariae solutae sint acceptis propriis ordinariis vel extraordinariis, an e contra pecunia mutuo recepta.

De tributis

96. An singulae domus et alia Instituta Provinciis sublecta. Provinciarum expensis contribuerint.

97. An Provinciae et Instituta aequlparata ac ꝺomu immediate subtectae, communibus Religionis necessitatibus contribuerint.

98. Qua auctoritate (Capituli, Consilii, Superioris Generalis vel Provincialis), quibus criteriis et qua proportione definiantur contributiones generales ct provinciales.

99. An illa tributa libenter soluta fuerint, vel plus minusve coacte.

100. An Provinciis et domibus relinquantur quae prudenter praevidentur necessaria seu valde opportuna ad ipsarum vitam et propagationem, attento animarum et Religionis bono.

De bonorum alienatione et ꝺiminution

101. Quaenam bona patrimonialia. Immobilia vel stabilia vel pretiosa, et qua auctoritate, alienata sint.

102. An in alienandis bonis praescripta luris (cc, 534, 1531), praesertim peritorum praevia aestimatio, el normae Constitutionum, observata sint.

103. An Religio, Provinciae et domus, bona stabilia seu fundata et summas capitales consumpserint; quibus de causis el qua auctoritate.

104. An Superiores ct Oeconomi generales, provinciales, locales ad Illa bona recuperanda serio dent operam.

105. Quaenam bona Religionis, Provinciarum ct domorum damna passa sint et quibusnam de causis.

De debitis el obligationibus

106. *a)* Quaenam et a quibusnam debita contracta sint. *b)* Quaenam debita actu permaneant.

107. An in debitis et obligationibus contrahendis observata fideliter sint: *a)* Praescripta c. 534. *b)* Cautelae c. 536 : 5. *c)* Normae Constitutionum circa licentias, consensum Consilii, etc.

103. An debitorum et obligationum usurae fideliter solutae sint ct sedula cura adhibeatur ad gradunlem debiti solutionem seu summae capitalis amortizattonem (c, 536 S 5).

§ 2.—De donorum conservatione et administbationf

109. An administratio geratur non arbitrio, sed ad nonnam iuris communis et Constitutionum, sub directione et vigilantia Superiorum rorumque Consiliorum (c, 516 § 2. 532 S 1).

110. An adsint oeconomi designati (c, 516 $$ 2, 3, 4) ad normam iuris communis ct Constitutionum: α › Pro integra Religione, *b)* Pro singulis Provinciis, alii»ve similibus Institutis. *c)* Pro singulis domibus et operibus.

111. z\n in aliquibus casibus Superior sit simul Oeconomus (c. 516 § 3).

112. An et quomodo Consilia, etiam si Superiores munere Oeconomi funguntur, in admlnistrutlonem interveniant et vigilantiam exerceant (c. 516 § 1).

De rationum redditione

113. Quoties per annum, ct quibus Superioribus et ConiilUs, Oeconomi aliique Administratores rationem reddere debeant propriae administration!».

114. An durante quinquennio ab omnibus et ſingub Oeconomis et Administratoribus, clara et completa rationum redditio exacta sit.

115. An simul cum rationibus, documenta, quibus expense et accepta comprobantur, exhibita sink

116. An regulariter facta sit inspeetlo et comprobatio capsae.

117. An ct quo modo debitae ȧnimadversione Oeconomis et Administratoribus flant, et quaertam sanctiones In rasu necessitatis Imponantur.

118. An Superiores, Oeconomi seu Administratore allivr quilibet religiosi, pecuniam seu bona habeant ꝙuibit etd ad bonum Heligionts, Provinciae vel Domus libere utantur quin regularem ratiouem reddant.

De pecuniae collocatione et mutatione collocationis

119. An Superiores, Consilia el Administratores pecuniam, ad normam iuris et iuxta benefactorum voluntatem collocandam, praescriptis luris et Constitutionum observatis, licite, tuto ac fructuose collocaverint (c. 533).

120. An Superiores, Oeconomi et Administratores pecuniam liberam, expensis ordinariis non necessariam, manuali collocationi commiserint, ne ipsa infructuosa remaneat sed honestum foenus producat.

De conservatione bonorum

121. An pecunia, tituli, syngraphae, res pretiosae, servatis adamussim normis communibus et praescriptis Constitutionum, diligenter conserventur.

122. An et quibus conditionibus: *a)* **Ab extraneis deposita pecuniae rerumque pretiosarum recepta sint,** *b)* **Vel e contra a Superioribus, Oeconomis. Administratoribus vel α privatis religiosis, haec deposita apud extraneos facta sint.**

123. An, pro conscientiae officio, Superiores, Oeconomi, Administratores satagant, ut res omnes Religionis, Provinciae et domus sancte conserventur et provide administrentur (e. 532 j 1).

De fundationibus, causis piis, etc.

124. Quaenam legata et fundationes piae acceptatae sint.

125. An in acceptatione fundationum piarum et legatorum praescripta iuris (c. 1544, ss.) ct Constitutionum observata sint.

126. An pecunia fundationum et causarum piarum, ad normam iuris et obtento Ordinarii loci consensu si casus ferat, collocata sil (c. 533, f) 1. 2. 1547) el separatim ac fideliter administrata (c. 535 $ 3, 2 1546, 1549).

127. An onera fundationum fideliter, pro conscientiae officio, adimpleta sint (cc. 1514, 1549 $ 2).

128. An Visitatores documenta adimpletionis el rationem administrationis bonorum exegerint.

De negotiatione et mercatura, clc.

129.An Religiosi quilibet. Superiores aut subditi, per se vel per alios, negotiationem illicitam, seu non permissam, exercuerint contra praescriptum cc. 142, 592.

130. An in casibus in quibus ob lustas causas venia S. Sedis obtenta sit ad negotiationem (indicetur data et numerus Protocolli), In Ipsa exercenda quaelibet species, nedum fraudis, sed et avaritiae diligenter vitata sit.

32.An casus extlterint commercii epistularis secreti et clandestini sive Inter religiosos, sive inter eos et personas saeculares, et quid ad hos abusus coércendos factum slL

33. *a)* An Superior Generalis, visitationes praescriptas tempore debito, per se ipsum, perfecerit, *bf* An visitationes perfecerit per delegatos.

34.An visitationes nd normam iuris communis (cc. 513, 2413) et particularis peractae, fuerint completae, ita ut comprehenderint: *a)* Personas omnes quoad disciplinam, perfectionem religiosam, vitam sacerdotalem, institutionem religioumet clericalem, atque ministeria et opera Religionis, *b)* Res et bona, eorumque conservationem et adminlstrntioncm. *c)* Loca. praesertim sacra, cultum divinum, pias fundationes, etc.

35.An quandoque Visitatores delegati extraordinarii, rite designati, missi sint, quibus de causis, et quo fructu.

36.Quid factum sit ut decreta visitationis exsecutioni mandarentur.

De Consiliis

37.An temporibus et In casibus praescriptis Consilia celebrent: *a)* Superior Generalis, *b)* Superiores locales.

38. *a)* An semper omnium Consiliariorum votum exquisitum sil. *b)* An et quomodo Consiliarii absentes votum ferant. *c)* An quidam Consiliarii neglecti sint, et qua de causa.

39.Quoties Superior Generalis per annum In quinquennio Consilium convocavit.

10. An negotia In quibus, ad normam iuris communis et particularis Consiliarii votum habent deliberativum vel cunsultlvum, Consiliis fideliter subliduntur.

-11. An in Consiliis debitu libertas omnibus et singulis Conslliurils ngnosentur et In decisionibus, nominationibus et suffragationibus quibuslibet, normae iuris communis (cc. 101, 105 1·, 2·, 3·) et particularis observatae semper sint.

42. An rite sessionum acta conficiuntur et subsignentur.

43. An Archiva Religionis ct singularum domorum apte sint instructa et diligenter ordinata.

44. An omnia munera Offiallum generalium et localium actu plena sint et aliquod vacet.

De correctioni hits cl abusu potestatis

45. An Superiores vigilantiae ct correctionis officium sive privatim sive publice et quibus mediis seu qua ratione exerceant·

46.An abusus nati sint, vel etiam radicati sint, quin corrigerentur et efficacia remedia ad ipsos Impediendos ct ĕxtirpandos adhiberentur.

47.Quoties et quibus de causis, monitiones et poenae canonicae impositae sint.

48.An In his remediis adhibendis sacri canones et propriae Constitutiones servatae sint.

49.An ex parte Superiorum abusus potestatis adfuerint, vel saltem recursus seu querelae hac de re ex parte subditorum receptae sint.

50.An a Superioribus graves canonum vel Constitutionum Infractiones admissae sint, sive circa communia rcligiow officia. sive circa proprium munus.

51.An In his casibus poenae sive communes sive speciales, α iure communi (ex. gr. cc. 2389, 2411, 2413 etc.) vel a Constitutionibus sancitae, applicatae sint.

De potestatis exercitio

52.Quae media adhibeantur ut Superior Generalis eiusque Curia continuo, complete et sincere circa statum Religioni Informentur.

53.An et quoties relationes periodicae Superiori Generali sint faciendae.

54.An exigatur fidelis eorum quae hac de re praescripta sunt observantia.

55.An sint in Religione stabiliter constituta aliqua media, tamquam interna vincula, quibus membra uniuntur, v. g. relationes circa ministeria, ephemerides domorum, et totius Religionis.

56.An et quacnam alia media, prout necessitas postulet, adhibeantur ut inter Religionis domos unio foveatur.

57.An pro qualibet quoque domo praecipui eventus diligenter in libro chronicorum consignentur.

De relationibus cum Ordinariis locorum

58. *a)* An praescripta Codicis circa sublectionem religiosorum Ordinariis loci fideliter observentur, *b)* An bonne et amlcabiles relationes cum Ordinariis foveantur, et, absque discrimine religiosae disciplinae, ministeriis sacerdotalibus In favorem dioeceseos opera detur, *c)* An ct quaenam, lites, querelae difficultates cum Ordinariis locorum habeantur.

59.Quaenam remedia ad concordiam restaurandam adhibitu sint vel adhiberi possint.

Art. III. De Religionis regimine spirituali

De Confessoriis

60· An singulis domibus plures sint confessarii, ad normam c. 518 § 1, deputntl.

61·. An religiosi, firmis Constitutionibus quae confessiones statis temporibus praecipiunt vel suadent apud determinatos confessorios peragendas, libere, salva tamen disciplina religiosa. adire valeant, ad normam c. 519, confessorium ab Ordinario loci approbatum, etsi inter designatos non recensitum.

62f·. An fideliter normae luris communis et Constitutionum observentur circa nominationem ct renovationem confessorii ordinarii, extraordinarii, specialis et supplementaris (cc. 520 §§ 1-2, 521, 524, 526, 527).

63f. An Superiorissae fideliter observaverint quae pro ipsis praescripta sunt circa confessorios supplementares (c. 521 $ 3), occasionales (c. 522) et In casu gravis morbi (c. 523).

64.An Superiores consulant et prudenter vigilent ut omnes religlnsi, ad normam luris (c. 595 ? 1, 3·) et Constitutionum (c. 519), ad poenitentiae sacramentum semel saltem In hebdomada accedant.

65.An et quinam ex parte Superiorum abusus admissi sint qui subditorum limitent conscientiae libertatem (c. 518 f 3, 510, 520 § 2, 521 § 3. 522, 2414).

66.An Superior generalis et Visitatores hos abusus correxerint.

67.An. praetextu libertatis conscientiae, ex parte subditorum disciplina religiosa detrimentum capiat, vel alii abusus orti sint; an abusus, salva libertate, n Superioribus et Visitatoribus correcti fuerint.

De directione spirituali

68 Quomodo Superiores consulant Directorum spiritualium solidae institutioni.

69·. Utrum cura adhibeatur ut in Novitiatlbus (c. 566 $ 2) et etlum Collegiis omnibus, praescripti Confessorii et Direc-

* QusetUotKs xstrriico · uatummod» Religionis vjtkusj afficiunt.

* Q ürstionrï ĕrue tuunatar. taatun.modo Religiones cndierum afficiunt

tores spirituales habeantur ct seligantur; et, si agatur dc Bcliglonc clericali, ibidem commorentur (e. 566 § 2, 2·).

70. Utrum Superiores liberam, ad normam luris (c. 530 §§ 1. 2), conscientiae manifestationem proprie dictam sibi faciendam, relinquant.

71. Quibus modis Superiores directionem spiritualem fovere nitantur.

De receptione Ssmae Eucharistiae

72. Utrum Superiores suos inter subditos, ad normam c. 595 <5 2, frequentem, etiam quotidianam, receptionem Ssihi Corporis Christi promoveant, salva semper, ad normam luris (c. 595 $ 4) et Instructionum S. Sedis, plena conscientiae libertate.

73. An Superiores diligenter provideant ut ad manus facile hnbeantur ante communionem confessarii, et tempus conveniens praeparationi ct gratiarum actioni religiosis subditis relinquunt.

De Instructionibus spiritualibus et caiechelicis

74. An Superiores curent ut, nd normam Constitutionum et luris communis, habeantur instructiones spirituales et catccheticac pro tota familia (c. 509 § 2, 2®), pro novltils (c. 565 § 2), pro scholasticis (c. 588 β 1), pro conversis, pro domesticis ct familiaribus (c. 509 § 2, 2.

Art. IV. Dc Religionis regimine oeconomico

§ 1.—De bonorum acquisitione et amissione

De bonorum acquisitione cl inscriptione

'I5. *a)* An et quaenam. Religio et Domus, acquisierint bonn immobilia, mobilia pretiosa, ct cuius vnloris. *b)* An haec bona donatione aliove titulo gratioso acquisita sint vel titulo oneroso, et in hoc casu an pecuniis propriis vel mutuo acceptis.

76. An Religio ct quaelibet domus habeat Inventarium bonorum mobilium, praesertim pretiosorum (arte, historia, materia) (c. 1562, 2·) et immobilium.

77. Quando Inventaria renovari debeant et an dc facto renoventur.

78. Quando opera non propria, utl collegia, hospitalia, ecclesiae, etc., religiosis domibus concredita sunt, an clare distincta sint bona quae domui religiosae propria sunt.

79. Qua ratione vel cuius nomine coram lege civili bona religiosa inscripta sint, ct an inscriptio, ad normam legum civilium, secura reputari possit.

80. Quaenam formae inscriptionis ut securiores in diversis regionibus adhibitae sint.

81. Sl societates ad hunc finem constitutae sunt, an ad nonnam legum civilium omnia ordinata sint, ct diligenter ordinata actu hnbeantur.

82. Circa praefatas Societates: *a)* An omnes quibus bonorum administratio seu gestio committitur, debita diligentia omnibusque praeviis necessariis vel utilibus informationibus designati sint, *b)* An ad munera administratlonis, quando absque damno possibile ac prudens fuit, sodales propriae Religionis extraneis praelati sint, *e)* Quibus cautelis, periculis ex abusibus administratorum imminentibus, provisum sit. *d)* An continua vigilantia, ad normam iuris, per rationum revisiones et ordinarias nliasquc extraordinarias et opportunas arcarum et rerum inspectiones, ex conscientiae officio, exerceatur.

De expensis

83. An expensae extraordinariae solutae sint acceptis propriis ordinariis vel extraordinariis, an e contra pecunia mutuo recepta.

De tributis

81. An singulae domus communibus Religionis necessitatibus contribuerint.

85. Qua auctoritate (Capituli, Consilii, Superioris Generalis), quibus eriteriis et qua proportione definiantur contributiones generales.

86. An illa tributa libenter soluta fuerint, vel plus minusve coacte.

87. An domibus reliquantur quae prudenter praevidentur necessaria seu valde opportuna ad ipsarum vitam et propagationem, attento animarum et Religionis bono.

Qe *bonorum alienatione et dimlnutlone*

88. Quaenam bona patrimonialia. Immobilia vel stabilia vel pretiosa, ct qua auctoritate, alienata sinL

89. An in alienandis bonis praescripta luris (cc. 534, 1531), praesertim peritorum praevia aestimatio, et normae Constitutionum, observata sint.

90. An Religio et domus, bona stabilia seu fundata et summas capitales consumpserint; quibus de causis et qua auctoritate.

91. An Superiores, Oeconomi generales et locales ad illa bona recuperanda serio dent operam.

92. Quaenam bona Religionis et domorum damna passa sint et quibusnam dc causis.

De debitis et obligationibus

93. *a)* Quaenam et α quibusnnm debita contracta sinL *b)* Quuenam debita netu permaneant.

94. An In debitis et obligationibus contrahendis observata fideliter sint: *a)* Praescripta c, 531. *b)* Cautelae c. 536$ 5. *c)* Normae Constitutionum circa licentias, consensum Consilii, ctc.

95. An debitorum et obligationum usurae fideliter solutae sint ct sedula cura adhibeatur ad graduaient debiti solutionem seu summae capitalis amortira Uonem (c. 536 $ 5).

$ 2.—De bonorum conservatione et administratione

96. An administratio geratur non arbitrio, sed ad normam iuris communis et Constitutionum, sub directione et vigilantia Superiorum eorumque Consiliorum (c. 516 § 2, 532 $ 1).

97. An adsint oeconomi designati (c. 516 £$ 2, 3, 4) ad normam iuris communis et Constitutionum: *a)* Pro Integra Religione, *b)* Pro singulis domibus et operibus.

98. An in aliquibus casibus Superior sit simul Oeconomus (c. 516 § 3).

99. An et quomodo Consilia, etiam sl Superiores munere Oeconomi funguntur, in administrationem interveniant et vigilantiam exerceant (c. 516 § 1).

De rationum redditione

100. Quoties per annum, et quibus Superioribus et Consiliis Oeconomi nilique Administratores rationem reddere debeant propriae administratlonis.

101. An durante quinquennio ab omnibus et singulis Oeconomis et Administratoribus, clara et completa rationum redditio exacta siL

102. An simul cum rationibus, documenta, quibus expensae ct accepta comprobantur, exhibita sint.

103. An regulariter facta sit Inspectio et comprobatio capsae.

101. An et quo modo debitae animadversiones Oeconomis et Administratoribus fiant ct quaenam sanctiones in casu necessitatis imponantur.

105. An Superiores, Oeconomi scu Administratores aliive quilibet religiosi, pecuniam scu bona habeant quibus, etsi ad bonum Religionis vel domus, libere utantur quin regular iu rationem reddant.

De pecuniae collocatione et mutatione collocationis

106. An Superiores, Consilia ct Administratores pecuniam, ad normam iuris et luxta benefactorum voluntatem collocandam, praescriptis iuris et Constitutionum observatis, licite, tuto ac fructuose collocaverint (c. 533).

107. An Superiores, Oeconomi et Administratores pecuniam liberam, expensis ordinariis non necessariam, manuali collocationi commiserint, ne ipsa infructuosa remaneat sed honestum foenus producat.

De conservatione bonorum

103. An pecunia, tituli, syngraphae, rei pretiosae, servatis adamussim normis communibus et praescriptis Constitutionum, diligenter conserventur.

109. An ct quibus conditionibus: a) Ab extraneis deposita pecuniae rerumque pretiosarum receptu sinL *bj* Vel e contra a Superioribus, Oeconomis, Administratoribus vel a privatis religiosis, haec deposita apud extraneos facta sint.

110. z\.n, pro conscientiae officio, Superiores, Oeconomi. Administratores satagant, ut res omnes Religionis et domus sancte conserventur ct provide administrentur (c. 532 β IX.

De fundationibus, causis piis, etc.

111. Quaenam legata et fundationes piae acceptata «int.

112. An in acceptatione fundationum piarum ct legatorum praescripta iuris (c. 1544, $) et Constitutionum observata sinL

113. An pecunia fundationum ct causarum piarum, ad normam iuris et obtento Ordinarii loci consensu si casui ferat, collocata sit (c. 533, S$ 1. 2, 1347) et separatim ac fideliter administrata (c. 535 $ 3, 2", 1546, 1549).

114. An onera fundationum fideliter, pro conscientiae officio, adimpleta sint (cc. 1514, 1549 j 2).

115. An Visitatores documenta adimpletionis et rationem administratlonis bonorum exegerint.

De negotiatione et mercatura, etc.

116. An Religiosi quilibet. Superiores aut «ubditi. (»cr ie vel per alios, negotiationem Illicitam, scu non perni.^mi, exercuerint contra praescriptum cc. 142. 592.

117. An in casibus in quibus ob iustas causas venia S. Sedi obtenta sit ad negotiationem (indicetur data et numerus Protocolll), in Ipsa exercenda quaelibet species, nedum fraudis, sed ct avaritiae diligenter vitata sit.

113. Quomodo cautum sit ut religiosi negotialIonibus addicti, spirituale damnum non patiantur.

119. Utrum Superiores et Consilia attente viglhivtrtal, ut ad normam c. 1539 i 2, in commutandi' tituli «d Utorrm quodlibet commercium vel negotiationi spec» vitetur.

De adIbus seu negotiis quae oeconomicam respondendi obligationem secumferunt

120. Quomodo Superiores, sibi subditorum actibus ncgotiisque ex quibus oeconomica respondendi obligatio pro Religione, aut dnmo (c. 536 § 2), vel pro ipso religioso (c. 536 § 3), ad normam iuris oriri potest, vigilaverint.

121. An Superiores, prout adiuncta postulaverint, clare et efficaciter, causam Religionis vel domus in actibus et negotiis n Religiosis positis, non servatis normis luris communis vel particularis, tempestive separaverint.

122. An Superiores vigilent ut In omnibus negotiis quae ad res oeconomicas pertinent, vel in illis generatlm quae litibus in foro canonico aut civili occasionem dare possunt, omnia accurate ad normam legum fiant, praeviis scriptis contractibus, exactis syngraphis plene vniidis, etc. (c. 1529).

123. An lites motae sint vel damna obvenerint ob non servatas praescriptas formalitates legum civilium Iuxta n. 122.

124. An Superiores et Oeconomi diligenter curaverint ut externis operariis el omnibus qui pro Religione vel domo laborant lusta et aequa ad nonnam iuris (c. 1524) merces tempestive rependatur et legum praescripta sive circa contractum laboris sive circa alia fideliter observentur.

125. Quomodo consulitur bono spirituali eorum qui in domo laborant, praesertim si in domo habitant.

CAP. II—DE RELIGIOSIS ET DE VITA AC DISCIPLINA RELIGIOSA

De diversitate classium

126. An ct quaenam In Religione sint diversae sodalium classes; on inter ipsas concordia servetur et fraterna caritas vigeat.

127.An praeter sodales qui Religioni seu Societati per professionem religiosam vel legitimam incorporationem ut membra ndseribuntur, alii adsint ut addicti vel donati vel alii id genus, quin membra ipsius efficiantur.

128. An horum vitae spirituali ct securitati etiam materiali sil aeque et caritative provisum.

129. An adsint pro Ipsis Statuta legitime approbata.

Art. L De admissione, formatione ct professione seu incorporatione Sodalium

De postulatu lato sensu sumpto **(Scholae Apostollcae)**

130.An adsint in Religione adsplrantatus seu postulatus latiori sensu accepti: scholae apostollcae, etc.

131.Per quod tempus in ipsis Institutio et educatio perduret.

132. An In scholis opostolicls ct similibus domibus et in collegiis, alumni tenuioris aetatis a ceteris provectioris aetatis habltualiter separati habeantur.

De postulatu canonico seu strido sensu

133. An postulatus rite ordinati in domibus novitiatus (c. 540 § 1), vel in domibus ubi perfecta observantia religiosa viget, nd normam iuris habeantur (c. 540).

134.An tempus postulatus, a Iure communi (c. 539) vel α Constitutionibus impositum, breviatum vel prorogatum sit, per quot tempus, ct qua auctoritate.

De adspiranlium admissione

135. Ouac adhibeantur media ad vocationes excitandas et ad trahendas.

136. An etiam nuntia adhibeantur in publicis foliis ct ephemeridibus inserta- In casu affirmativo, in quibus foliis ct ephemeridibus facta sint.

137.Quaenam causae censeantur influxum exercere, habita ratione diversarum regionum, in vocationibus augendis vel In eisdem diminuendis.

138.Qunenam frequentioro obstacula nb adspirantibus superari debeant ut possint vocationi respondere.

De *documentis, testimonialibus el informationibus*

139.An pro singulis adspirantibus documenta a iure communi (c. 514) et n Constitutionibus praescripta, ante admissionem requisita sint.

140.An requisitae ct habitae sint, saltem ante ingressum in novitiatum, litterae testimoniales: α·) Communes, ab Ordinariis loconim dandae et pro omnibus praescriptae (c. 544 f 6). *b)* **Speciales, pro illis qui in Seminario, collegiove ecclesiastico acquiparato. vel postulatu vel novitiatu Religionis fuerunt, a Rectore vel Superiore maiore sub iuramento dandae (c. 54-1 $ 3).** *e)* **Pariter quae pro clericis et religiosis professis Imponuntur (c. .>44, 1$ 4, 5).**

111. An praeter documenta ct testimonia a iure vel a Constitutionibus praescripta, ollae informationes quae scitu necessaria vel utilia videbantur ad certum indicium de vocatione ct aptRudine ndsplrnntium proferendum, diligenter requisitae s»nt (c. 511 ❙ 6j.

De impedimentis rl admissione

112. An et a quibus Impedimentis seu defectibus iuris communis vel particularis dispensatio concessa sit, quoties ct qua auctoritate.

143. An admissiones a competentibus Superioribus, servatis luris normis (c. 543), semper peractae sint.

De novilialu - De domo novitiatus

141. An singulae domus novitiatus ad normam Constitutionum erectae vel translatae sint, obtenta prius licentia utriusque Ordinarii, loci nempe et domus principis.

145. An In domibus novitiatus perfecta floreat observantia religiosa.

146. An Superiores in ipsis collocaverint vel toleraverint religiosos qui non sunt ad exemplum religiosae observantiae studio (c. 554 § 3).

De initio novitiatus

147. An omnes praescriptos spiritualium exercitiorum dies ante ingressum in novitiatum. perfecerint (c. 541).

148.An ritus et normae pro admissione ad novitiatum praescriptae, fideliter observatae sint (c. 553).

De pensione et expensis pro postulatu et nouiliatu

149. An in Constitutionibus concedatur, vel expressa pactione Religioni agnosci soleat facultas exigendi expensas pro habitu religioso et pro alimentis tempore postulatus et novitiatus.

150. A quibus summa solvenda definiatur.

151. An professio gravi abusu retardata sil ratione non solutarum expensarum postulatus vel novitiatus.

De disciplina novitiatus

152.An omnes et singuli novltii nb initio novitiatus integrum Constitutionum exemplar habuerint.

153. An novltii, ad normam iuris et Constitutionum, a professis separati sint et an indebita inter ipsos communicatio toleretur (c. 564 1, 2).

154. An novltii omnes et singuli canonicum annum novitiatus, integrum et continuum, prima die non computata, in domo novitiatus legitime crectn. sub cura et directione Magistri. ante professionem peregerint (cc. 555 § 1; 556, 557).

155. An et pro quonam tempore ct qua auctoritate novitiatus prorogatus vel breviatus sit ultra terminos In iure et Constitutionibus praefixos (c. 571, § 2).

De regimine novitiatus

156. An in singulis novitiatibus adfuerit semper Magister novitiorum debite nominatus seu electus (c. 560).

157.An ipse Magister novitiorum eiusdemque Socius, omnibus praediti sint qualitatibus a iure communi (c. 559 1, 2) et Constitutionibus requisitis, vel dispensationes peti debuerint et obtentae sint.

138. An Magister et Socius nb omnibus officiis et ministeriis, intra et extra domum, vacent quae novitiorum curam ct regimen impediant (c. 559 § 3).

159.An, ad normam iuris (c. 561) et Constitutionum, Magistri novitiorum plene, sub vigilantia et directione Superiorum et Visitatorum, competenti auctoritate fruantur et utantur nd novitiorum regimen et formationem.

160.An Magistri omnes proprio muneri satisfaciant (c. 562) et in Ipsa domo novitiatus continuo commorentur.

161·. An Magister novitiorum ipsiusque Socius a sacramentalibus confessionibus audiendis se abstineant, nisi alumni sponte Id petant, ad normam c. 891.

De novitiorum spirituali institutione

*162.***An novitil sub disciplina Magistri, primo seu canonico novitiatus anno, ad normam iuris (c. 565 §£1,2) unice exercitiis pietatis aliisque novitiorum propriis occupati sint; vel e contra an destinati sint confessionibus, concionibus, externis muniis seu ministeriis; aut vacaverint, dedita opera, studio litterarum, scientiarum seu artium (c. 565 § 3), nisi moderata mensura quae a S. Congregatione probata est.**

163.An secundo novitiatus anno, vel tempore quod annum canonicum excedit, normae observatae sml in Instructione S. C. de Religiosis (3 nov. 1921) [LE 376] praescriptae: a) Quoad modum exercendi ministeria externa Religionis (nn. 1, II). *b)* **Quoad conditiones sub quibus tantum, extra novitiatus domum, novltii mitti possunt (III).** *c)* **Quoad praeparationem bimestralcm ad professionem (IV).**

De documentis ante professionem redigendis

164.An, ad normam c. 569 § L ante primam professionem votorum simplicium novitil omnes libere cessionem admlnlslrationis el cessionem vel dispositionem usus et usufructus bonorum compleverint.

165. Si praedicta cessio ac dispositio ante professionem perfecta rile non sit. vel nova bona obvenerint, an facta vel completa sit post professionem (c. 569 J 2).

166.An mutationes cessionis nc dispositionis praedictae post professionem, semper ad normam c. 580 § 3 factae sint.

167. *a)* **An novltii Congregationis ante primam votorum**

temporaneorum professionem debitu forma, iure civili valida, testamentum de bonis praesentibus vel futuris libere condiderint (c. 569 § 3). *b)* An illud postcu civiliter validum reddiderint (c. 569 § 3).

168. An praefati testamenti mutationes, ad normam c, 583, 3· post professionem completae sint.

169. An praefata documenta, cfr, n. ISO, *a) b)* fideliter In Archivis conserventur.

De *admissione ad professionem ct ipsius emissione*

170. An Superior ct Consilium Generale super admissionibus severe, diligenter ct constanter advigilent; an hac de re speciales normas dederint.

171. An prima professio, praemissis exercitiis spiritualibus per octo solidos dies, in ipsa novitiatus domo (c. .»74 § 1) ad normam iuris ct Constitutionum valide ct licite emissa semper sit (cc. 572, 573, 575).

172. An ritus praescriptus In emittenda professione observatus sit ct duciimcntuni Ipsius rite confectum (c. 576).

De examine canonico

173f. An duobus mensibus ante admissionem nd novitiatum, ud primam professionem temporaneam, ad professionem perpetuam Superiorissa generalis vel alia Ipsius nomine Ordinarium loci tempestive monuerit (c. 552 J 1) ut Ipse vel ipsius Delegatus examen canonicum, gratuito, perficeret circa iwstulanlis vel candidatae liberam et consciam voluntatem (c. 552 § 2).

174f. An examen praescriptum semper peractum sit.

De *dole - De dolis obligatione el traditione*

175f. An dos in Congregatione, vi Constitutionum, obligatoria sit; vel, c contra, plene vel aliquo modo libera relinquatur (c. 547 § 3).

176T. An traditio dotis ad normam iuris (c. 517 § 2) ct Constitutionum facta sit.

De dolis collocatione, conservatione, adminislralione, restitutione

177f. An dotes ex voto deliberativo Consilii ct consensu Ordinarii loci in quo dotum sors conservatur, statim post Îirimam professionem a Superiorissa Generali collocatae sint c. 549).

178f. An dotes ante obitum Religiosarum impensae sint vel aliquo modo obligatae, et qua auctoritate id factum sit. An dotes impensae vel obligatae, etiam ex legitima obtentu facultate, repositae seu liberatae sint, el in quo statu nunc inveniantur (c. 549).

179f. Ubi ct qua ratione dotes administrentur. An ipsarum ndministratione regulae iuris fideliter impleantur (can. 535 5 2. 550).

180f. An omnia bona titulo dotis allata, etiam ultra summam In Constitutionibus definitam vel. licet in Congregatione non adsit obligatio dotem afferendi, servatis dotis normis accipiantur, collocentur, administrentur etc.

ISlf. An in casu discessus religiosae professae, quavis de causa eveniat, et in casu transitus, dos, ct pariter supellex quam novilia Religioni attulit, eo statu quo tempore egressus inveniebatur, religiosae discedenti aut transeunti restituta sit sine fructibus iam maturis (c. 551, 570 § 2).

182f. An id fiat quoque pro bonis libere collatis ad dotem augendam, etiam ultra summam in Constitutionibus definitam.

183t. An religiosae professae discedenti quae sine dote vel cum dote insufficienti recepta est, in casu quo sibimet ex propriis bonis providere non potuerit. Religio ex caritate ea quae requirebantur ut modo luto ac convenienti domum rediret ct per aliquod tempus honeste vivere posset, ad normam iuris (c. 643 ŋ 2) subministraverit.

De professione et de renovatione professionis

184. An et quae pro votorum emissione necessariae fuerint dispensationes.

185. Quot ct quacnam posteriores sanationes necessariae faerinL

186. An vota temporaria a iure et a Constitutionibus praescripta (c. 574 § 1) elapso tempore nd quod nuncupata erant (c. 577 § 1), ad normam iuris (§ 2), semper renovata sint, ita ut nullus umquam sine votis remanseril.

187. Quoties professio temporanea ultra tempus sexennii, a iure concessum, el qua auctoritate prorogata sit (c. 574 § 2).

188. Ouolies, e contra, tempus votorum temporariorum a iure (e. 574 i 1) vel a Constitutionibus praescriptum, breviatum

Art. II. De vita ct disciplina religiosa

De volis - De paupertate et vita communi

189. An ubique, praesertim vero In novitiatibus et studiorum domibus (cc. 554 § 3, 587 $ 2), vigeat perfecta vita communis ad normam c. 594, Regulae et Constitutionum.

190. Quid positive factum sit atque fiat, ut secura reddatur et promoveatur virtus ct spiritus paupertatis.

191. An Superiores et Officiales ex religiosa caritate el ad vitandas religiosis occasiones peccandi contra paupertatem, necessaria ct convenientia, intra limites ipsius paupertatis, sive quoad victum sive quoad vestitum ceteraque suppeditent.

192. An toleretur nt ab extraneis religiosi petant haec vel recipiant.

193. An adsint de iis querimoniae, el ipsae serio ponderentur, el abusus Superiorum et subditorum pari severitate corrigantur.

194. An religiosi aegroti et senes speciali cura subleventur ct paterna caritate quoad corpus et animam ipsis ita provideatur ut. Intra limites religiosae paupertatis, nihil eorum desit quae nd salutem recuperandam et ad spiritualem consolationem necessaria videantur.

195. An hi omnes domi curentur; et. si in casu peculiaris necessitatis extra domum curari debeant, an iugiter visitentur.

196. An habeatur apta domus pro sodalibus aegrotis vel senibus.

De castitate ipsiusque custodia

197. An Superiores omnes, pro conscientiae officio, circa ea in quibus pericula contra religiosam castitatem facilius inveniuntur attente vigilaverint, tam domi quam extra domum, i. c. circa: *a)* Familiaritates sive in collocutoriis sive aliis in locis, cum personis alterius sexus, cum iuvenibus et pueris. *b)* Commercium epistolare, *c)* Lectiones librorum el ephemeridum quae religiosos dedecent, *d)* Abusus telephonii el usum inccnsuratum auditionum rndiophonicarum, etc.

198. An normae et praescripta a Superioribus et Capitulis data sint circa usum publicum et privatum radiophonii (Allegentur documenta).

199. Si, quod Deus avertat, religiosi delictum admiserint contra sexti decalogi praeceptum cum minoribus alumnis suis curis concreditis, an Superiores illlco delinquentes ab occasione averterint ac punierint, et postea diligenter in eorumdem vitam invigilaverint. An in casibus gravioribus Superiore?» recursum ad Ordinarium loci instituerint.

200. An fideliter observentur iuris et Constitutionum ſ>raescripta circa clausuram (cc. 598-599; 604). An abusus ſrrepserint.

201. An Superiores, contra normas Constitutionum, tolerent visitationes absque socio, visitationes et collocutiones frequentes ct nimis protractas externorum illas praesertim quae evidenter inutiles sunt vel periculosae evadere possunt, quae turbant silentium etiam strictius dictum, exercitia pietatis vel alia communia exercitia impediunt, et generatim spiritui religioso obsunt.

202. *a)* An collocutoria Ha sint ordinata ut a parte externa conspici possit quid in ipsis geritur, *b)* An collocutoriorum frequentia sit ordinata ad nonnam Constitutionum et religiosae prudentiae.

203. An Superiores omnia diligenter ipsi observent, ct vigilent ut observentur quae circa egressum religiosorum et circa excipiendos et visitandos extraneos In Constitutionibus praescripta sunt.

204f. An. extra casus prudentis necessitatis, religiosis c domo ‘egredientibus, praesertim visitationis causa, α Superioribus comes detur (c. 607).

205f. An habitationes Capellanis et Confessoriis vel Praedicatoribus reservatae ingressum habeant separatum, et nulla interna adsit comunicatio cum religiosarum habitationibus.

De obedientia

206. An vigeat disciplina religiosa, ct facile evadat, rx docilitate subditorum. Superiorum regimen.

207. An opus fuerit frequenter praecepta formalia ex voto obedlcntlae Imponere.

208. An haec praecepta debita forma, nd normam Constitutionum, atque semper ex gravi causa data sinL

De Hcgula el Constitutionibus

209. An Regula et Constitutiones fideliter observentur (c. 593).

210. An temporibus praescriptu Regula et Constitutione'» publice legantur (c. 509 5 2, 1·).

211. An foveatur Regularum ct Constitutionum lectio privata.

212. *a)* An consuetudines. Regulae et Constitutionibus contrariae, vigeant, *b)* An Superiores patiantur novas nasci, vel, e contra, nitantur has impedire et veteres exstirpare.

213. An et quibus in k>cls ab ultima Relatione abusus iuli vel radicati sint.

De habitu religioso

214. An Religio habitum proprium habeat (c. 596L

215. An habitus absque debita venia modiReatui vel derelictus sit, el qua auctoritate.

216. An habitus respondeat ubique praescriptis Regulae et Constitutionum, et sit pro omnibus uniformis, milvis differentiis legitime receptis pro unaquaque classe.

217. An habitus religiosus fideliter ad normam iurt» deferatur (c. 569).

218. An exclaustratl habitum religiosum gerere pergant.

De exercitiis pietatis

210. An Superiores curent ut in omnibus domibus exercitia pietatis qune pro singulis diebus, hebdomadibus, mensibus et nnnls vel aliis definitis temporibus praescripta sunt, fideliter digneque ad normam Constitutionum habeantur,

220. An Superiores curent ut omnes religiosi: *a)* Quotannis spiritualia exercitia peragant, *b)* Legitime non impediti, quotidie Sacro intersint, *e)* Quotidie orationi mentali vacent. *d)* In alia pietatis officia quae n Regulis el Constitutionibus praescripta sunt sedulo incumbant (c. 595 g 1,1· ct 2·).

221. An Superiores curent ut omnes sodales exercitiis communibus intéressé valeant.

222. An religiosis qui communibus exercitiis, ob propria munera aliave iusla de causa, vel ellam ex abusu non intervenerint, tempus concedant ut exercitia obligatoria supplere commode et digne valeant.

223. An vigilent ut haec omnia exercitia de facto suppleantur.

De caritate religiosa

221. An relationes inter diversa membra Religionis, inter Superiores et subditos etc. spiritu verae caritatis Informentur.

225. An defectus contra caritatem severe corrigantur. An existai aliqua specialis causa quae fraternae caritati Impedimentum sit

De lectione librorum

226. An Superiores advigilent ne libri, manuscripli vel editi, non prorsus securi, adhibeantur.

227. An libri spirituales quibus religiosi privatim utuntur, ad normam luris, sint ab Ecclesia approbati et statui religioso ac singulorum religiosorum quibus permittuntur spirituali bono respondentes.

Art. HL De egressis, dimissis aliisque Religionem relinquentibus

De egressis a Religione

228. *a)* Quot in Religione absoluto tempore votorum, vota non renovarunt, sponte vel quia non admissi, *b)* Quot ex professis votorum temporariorum durantibus votis dispensati sint, et quot ex professis votorum perpetuorum.

229. An dispensati a volis ex petitione ab Ipsis facta seu confirmata, antequam rescriptum rite execution! mandatum sit, coacti sint vel, absque seriis gravibusque causis et cautionibus, ipsis permissum sit domum religiosam relinquere.

230. Num et quot transierunt ad aliam Religionem.

Dc apostatis el fugitivis

231. *a)* An et quot fuerint apostatae et fugitivi in quinquennio. *b)* An Religio vel Societas praecepta luris circa apostatas et fugitivos observaverit, eosdem quaerendo (c. 6-15 § 2), et. si frustra, ad nonnam luris, contra illos procedendo ita ut eorum conditio luridice clare definita sit. An praescripta luris circa reversos observata sint (cc. 2385, 2386) et vigilanter Ipsorum bono spirituali consulatur.

De dimissis ab homine et de non admissis ad professionem

232. *a)* Quot ab ultima Relatione dimissi sint cx professis votorum temporariorum el ex professis votorum perpetuorum. *b)* An in dimissione religiosorum, sive votorum temporariorum sive perpetuorum, tam normae luris communis (cc. 647 § 2, 649-672) quam propriarum Constitutionum observatae sint, c) Item in non admittendis professis temporariis ad renovationem votorum vel ad professionem perpetuam (c. 637).

233. Num dimissi a votis temporariis, pendente recursu legitime Intra decem dies praesentato (c. 647 § 2; S. C. de Rei., 20 lull! 1923, AAS, XV, 1923, p. 457) ILE 5311, et dimissi votorum perpetuorum antequam decretum dimissionis confirmatum sit ab Ordinario loci (c. 650 § 2, 1·; 652 § 1).

231. An dimissi qui In sacris non sunt, cx dimissione a votis solvantur (c. 6o9 § 1); et sl vota remanent, nn Religio de eorum conditione sollicita sit (c. 672 § 1).

De dimissis a lure d de remissis ad sarculum

235. Qulnnm et quibusnam de causis, tam inter professos temporarios quam Inter professos perpetuos casus fuerint sive remissionis ad saeculum ob grave scandalum vel gravissimum damnum (cc. 653, 668) sive dimissionis a iure (c. 646).

236. An statlm, nd normam Codicis (c. 616 § 2, 653; 668). dimissorum a iure ct remissorum ad saeculum conditioni provisum sit.

237. An alicuius adhuc conditio suspensa remaneat.

238·. An et quinam casus habiti sint reductionis Clericorum In ucris ad statum laicalem; quot voluntarii ct quot propter poenam.

De exdaustratis

239. An et fuerint casus exclaustrationis et an diligenter «nue coram Deo, pro conscientiae officio, ponderentur antequam preces commendentur el rescriptum executlonl mnnuelur.

240. An Religio curet: n) Ut indultu, d proroganda necssnrlo videantur, tempestivo renoventur, *b)* Ut exclaustratl vitam ducant religiose dignam ct quam citius ad claustra revertantur.

241 Pariter nn Religio curam gernt dc saecularizalis ad experimentum, et dc Ipsorum ad claustra reditu, sl, abwluto triennio, non renovetur indultum vel nb Ordinario non admittantur.

De absentiis a domo

242. An Superiores curent ut tantum iusta et gravi causa, atque nd tempus quo fleri possit brevius, secundum Constitutiones, subditi extra domum commorentur (c. 606 § 2).

243. An pro absentiis quae sex menses excedant, nid studiorum aut ministeriorum causa ad normam luris et Constitutionum, semper obtenta sit licentia S. Sedis (c. 606 § 2t

244. An permittatur ratione seu colore vacationum tempus transigere apud proprios parentes vel extra domum propriae Religionis.

De defundis

245. An praescripta suffragia fideliter et cito pro omnibui defunctis persoluta sint.

De diversis religiosorum classibus et conditionibus

§ 1.—De Clericis
(remissive ad Relationem circa formationem ct studia)

§ 2.—De Conversis seu Coadiutoribus

De educatione et institutione

246. An Superiores, religiosos conversos in Christiana doctrina erudiant ad normam c. 509 § 2, 2% et utrum ante et post professionem, praesertim primis annis, Superiores eorumdem conversorum educationem spiritualem, intellectualem, civilem et technicum, iuxta officia ab ipsis gerenda, diligenter curent.

247. An Religiosi vacare permittantur operibus quae statui religioso convenire non videntur.

248. An Superiores paterna caritate sanitati etiam corporali conversorum seu coadiutorum diligenter consulant

§ 3.—De jis qui servitio militari addicti sunt

De professione eorum qui ad servitium militare adivum primo vocandi sunt

249·. ?\n professiones temporariae eorum qui ad servitium militare activum vel aequiparatum primo vocandi sunt, ad normam decretorum S. Sedis ordinatae sint.

250·. An professiones perpetuae ante primum servitium militare activum vel aequiparatum, ad quod iuvenes vocari possunt, permissae sint.

De Religiosis durante servitio militari

251·. *a)* An Superiores de alumnis militibus curam habuerint, ipsorum vitae invigilaverint, cum eisdem frequenter communicaverint, rationem exigendo periodicam de modo sese gerendi, de actibus ct exercitiis pietatis etc. *b)* Quaenam media peculiaria pro illorum perseverantia adhibita sinL

252 An in casibus dimissionis ob iustas et rationabiles causas, vel separationis voluntariae a Religione, Superior generalis ad normam praescriptorum processerit, el omnia documenta in archivo fideliter conservaverit.

De professione temporanea post militiam renovanda et de professione perpetua emittenda

253·. An pro admissione ad professionis temporariae renovationem omnia adimpleta sint quae n iure communi el in decretis hac dc re praescribuntur.

254·. An completum sit tempus praescriptum professionis temporariae post servitium militare, necnon tempus votorum temporariorum a iure et a Constitutionibus praescriptum ante emissionem professionis perpetuae.

CAP. III—DE OPERIBUS ET MINISTERIIS RELIGIONIS

Art. I. De ministeriis in genere

De fine speciali el ministeriis Religionis generatim

255. An ministeria propria derelicta vel minoris habita sint.

256. An rt qua licentia aliqua exerceantur ministeria in fine speciali Religionis non contenta.

De abusibus in ministeriis exercendis

257. An aliqui abusus In ministeriis exercendis hoc tempore Introducti sint, ct quinum.

258. An, occatione ministeriorum, quaelibet avaritiae species accurate vitetur.

259. An qunestuatio ostiatim, nd normam luris (c. 622 15 2 et 3) et propriarum Constitutionum, debitis licentiis facta siL

260. An praeterea in quaestuatione complenda regulae luris (c. 623), instructiones a S. Sede datae (c. 624) ct propriarum Constitutionum normae servatae sint.

261. An ratione vel praetextu ministeriorum permittantur nimia vel nimis profana communicatio cum saecularibus, et commoratio frequens ct diuturna extra domum religiosam.

262. Quacnam cautelae adhibeantur in hac communicatione ad vitandum damnum religiosorum et saccularium scandalum.

De difficultatibus ratione ministeriorum cum Clero saeculari aliisque Religionibus, etc.

263. An simultates habitae sint occasione ministeriorum cum Superioribus ecclesiusticis, cum parochis et Clero saeculari, cum aliis Religionibus, cum Cappellanis. Quaenam fuerint praecipuae ex his contrarictatibus, et quibus in locis.

264. Quaenam probabiles causae afferri possunt harum simultatum, ct quuenam suggeri possunt remedia ad has difficultates vitandas.

Art. Π. De ministeriis specialibus

De Missionibus apud infideles et haereticos

265. An In Missionibus, vel in ipsarum aliqua, religiosa vita detrimentum ceperit et quibus ae causis.

266. Quaenam cautelae applicatae sint vel applicari debuerint ut in apostolatu fidelis observantia disciplinae religiosae et cura propriae sanctificationis securiores reddantur.

267·. An in Missionibus Superior religiosus Internus distinctus sit a Superiore ecclesiastico.

268·. An haec unio munerum in eadem persona commoda attulerit vel potius e contra incommoda.

De Paroeciis, Ecclesiis et Sanctuariis

269·. An S. Sedis indultum, ad normam c. 452 § 1, 1423 § 2, ad incorporationem vel unionem paroeciarum obtentum sit, ita ut rite facta unio seu incorporatio haberi possit.

270 Quanam forma sint Religioni unitae Paroeciae: pleno iure (absolute, ad nutum S. Sedis), in temporalibus etc., et α quo tempore. (Mittatur exemplar documenti, si peculiare adsit).

271 An conventio cum Ordinario loci stipulata sit pro qualibet paroecia acceptanda. (Mittatur exemplar conventionum in quinquennio initarum).

272·. Quomodo Superiores circa parochos vigilent eisque assistant (c. 631 1-2) ct, sl opus sit, eos moneant et corrigant.

273·. An, servato c. 505, munus Superioris localis cum munere parochi quandoque unitum fuerit; an haec unio difficultatibus locum dederit, an e contra bonos fructus attulerit.

274·. An Religio ab Ordinariis loconim ecclesias commendatas vel sanctuaria obtinuerit, et qua licentia et sub quibus clausulis ac conditionibus.

275·. Quomodo Superiores omnes provideant ne ex religiosorum ministerio in paroeciis, vel in ecclesiis publicis ipsis concreditis, disciplina religiosa detrimentum patiatur.

De Collegiis, Scholis, Seminariis

276·. An el qua forma Religio habeat sibi commendata Seminaria clericorum. (Allegentur documenta ct conventiones ia quinquennio hac de re inline).

277·. An in huiusmodi Seminariis adsint difficultates cum Ordinariis sive in vita el disciplina religiosa, sive in regimine Seminarii.

278·. Quae media el industriae adhibeantur ad rectam ct solidam instructionem et educationem religiosam alumnorum.

279. An habeantur domus In quibus commorantur iuvenes qui scholas publicas frequentant.

280. An his casibus accuratissime provideatur ut scholae securae sint sub duplici respectu instructionis et educationis, et speciatlm an instructioni et educationi religiosae invigiletur attente; et deficientiae, si quae sint, diligenter suppleantur.

281 f. An habeantur scholae mixtae; an ad definiendam aetatem quae limites signet ultra qunm pueri admitti seu retineri non valeant, Ordinariorum praescripta servata sint.

282. An Superiores severe curent ut Rectores, Praefecti, Magistri et Professores convenienter ad propriam missionem praeparentur: *a)* Scientifice, seu scientiae acquisitione quae gradul scholae adaequate respondeat et consecutione graduum ct titulorum, ctiam civilium, *b)* Paedagogice, seu studio et exercitio artis pædagogicae. *c)* Spiritualiter, ut munus docendi cum vero animarum zelo exerceant, et in Ipso se et alios sanctificent.

283. An Superiores diligenti cura provideant ut munus docendi upte cum disciplina religiosa componatur.

284. An a munere docendi illos prompte removerint qui in Ipso exercendo vitam religiosam parvipendunt et alumnis bono exemplo non sunt.

De exercitio operum misericordiae corporalis

285. An Religio misericordiam exerceat corporalem erga infirmos, orphanos, senes etc.

286. An habeantur: *a)* Hospitia el hospitalia pro quibuslibet personis, etiam diversi sexus, *b)* In hoc casu, qua auctoritate admissa sint et quae cautelae adhibeantur ad pericula vel suspiciones vitanda.

287. An et quod inconveniens ortum sit.

288. An Superiores diligenter curent ut omnes qui diversis muneribus In his institutis fungi debent, competenter praeparentur: *a)* Sclentifice, per consecutionem etiam diplomatum Status aliorumque aequivalentium titulorum, *b)* Practice, per conveniens tyrocinium.

289. An in adsistentia et cura infirmorum, et in exercitio charitatis corporalis praescripta Constitutionum et normae hac de re α S. Sede et ob Ordinariis datae observentur.

290f. An religiosae quae in domibus privatis infirmis adsistunt, fideliter Constitutionum specialia praescripta observent; an cautelas opportunas diligenter adhibeant ad pericula vitanda.

291. An Superiores satagant ut religiosis his ministeriis vacantibus, cibo et somno convenienti sanitas corporalis conservetur, ut pericula moralia vitentur; ut vita religiosi cum exercitio caritatis apte componatur; ut zelus ab omni specie lucri aliusve affectus humani purus remaneat et appareat.

De apostolatu preli

292. An Religio apostolatum exerceat per librorum et foliorum conscriptionem, publicationem seu editionem et propagationem.

293. An ad normam iurls praeviae censurae Superiorum maiorum ct Ordinariorum locorum, publicationes sublectae sint (c. 1385 § 2).

294. An Superiorum et Ordinariorum locorum licentia necessaria obtenta sil ad libros edendos qui de rebus profanis tractent, et ad cooperandum in diariis, foliis vel libellis periodicis vel ad eadem moderanda (c. 1386 § 1).

395. An in librorum propagatione absit immoderati lucri species, et debitae cautelae adhibeantur ad pericula cavenda.

De AcHone *Catholica*

296. An religiosi Actionem Catholicam fovere elque operam praestare nitantur.

297. An difficultates hac de re ortae sint, sive cum directoribus sive cum Clero saeculari.

298. Quacnam remedia ad has difficultates removendas adhibita sint et quacnam proponi possint.

De ministeriis sacerdotalibus - De celebratione S. Sacrificii et de Missarum eleemosgnis atque oneribus

299·. An Superiores diligenter curent ut sodales sacerdotes non omittant ad Eucharistiae Sacrificium sese piis precibus disponere, ut digne, devote fldelique rubricarum observantia, ct tempus conveniens impendentes, celebrent; et Sacrificio expleto gratias Deo agant pro tanto beneficio.

300. Utrum singulae domus habeant, ad normam c. 843 § 1, 344, librum in quo per ordinem notentur Missarum receptarum numerus, intentio, eleemosyna, et quis, et quando satisfecerit.

301. Quoties ct a quibus Superioribus libri Missarum uniuscuiusque domus, apposita subscriptione, examinentur.

302. Utrum singulae domus quoad stipem manualem Missarum steterint decretis Ordinariorum locorum et dioecesium consuetudinibus ad normam c. 831 2-3; 832.

303. Utrum in singulis domibus oneribus Missarum, tam perpetuis quam manualibus, intra debitum tempus, ad normam c. 834, 1517, fideliter satisfactum sIU

304. An habitae sint speciales hac de re concessiones sive quoad reductionem stipenaiorum vel intentionum, sive quoad celebrationis dilutiones, ct quaenam fuerint.

305. An Superiores in acceptandis oneribus Missarum, in colligendis, cedendis seu transmittendis intentionibus, et in ipsis adimplendis praescripta luris (cc. 335-340; 812), Constitutionum seu Statutorum normas et Fundationum leges, ex conscientiae officio, observaverint.

De domesticis servitiis

306f. An religiosae in Seminariis, Collegiis ecclesiasticis. Communitatibus clericorum aut religiosorum, vel in aliis Collegiis seu Institutis alumnis masculini sexus destinatis, vel in paroeciis servitia praestent. Quot ex his Seminariis, Collegiis, etc. habeant el qua licentia acceptaverint.

307f. An praescriptae cautelae ad quodvis periculum seu inconveniens vitandum fideliter observatae sink

308f. An aliquod inconveniens hoc tempore deplorandum habeatur, et quomodo provisum sit.

CONCLUSIO

ludicium summarium et comparativum circa statura Religionis

I>e *tendentia ad perfectionem*

309. Quodnam ludicium ferendum sit de desiderio atque de actuali tendentia ad evangelicam perfectionem inter soda (c. 437, 488, 1·).

310.An sub hoc aspectu adsit in Religione profectus vel regressus relate ad praecedens quinquennium et quomodo manifestetur seu comprobetur; quaenam sunt causae sive profectus sive regressus.

311.Quid a Superioribus factum sit durante quinquennio ut tendentia ad perfectionem foveatur ct relaxatio impediatur.

De statu disciplinari

312.Quid summatim dicendum sit dc observantia votorum atque praescriptionum iuris canonici. Regulae et Constitutionum, in se et comparatione facta cum quinquennio antecedenti.

313.Quaenam sint capita religiosae disciplinae quae facilius et frequentius violantur.

314.Quibusnam causis ndseribendus sit progressus vel, si adest, regressus In religiosa observantia.

315.An et quaenam differentia adsit Inter diversas regiones quoad religiosam observantiam.

316.Quid factum sit a Superioribus ut observantia regularis fideliter et integre rervetur in qualibet regione ac domo.

317.Quaenam sint difficultates atque praecipua impedimenta quae actioni Superiorum obstant eiusque efficaciam minuunt.

De statu oeconomico

318.Quaenam sit conditio patrimonialis et oeconomica Religionis, in se et comparate ad quinquennium antecedens.

319.Quibusnam causis adseribendus sit profectus vel diminutio patrimonii et redituum.

De line speciali et operibus

320.An activitas Religionis in ordine ad finem specificum incrementum susceperit relate ad quinquennium praecedens, vel potius diminutionem. Quaenam sint causae Incrementi vel aiminutionis.

321.An nova media seu opera ad finem specificum assequendum Inducta sint durante quinquennio, et quaenam proposita concreta foveantur pro futuro.

322.Quaenam sint Superiorum proposita et quaenam provisiones desiderentur In bonum Religionis et religiosorum.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Religiosis, die 9 Decembris a. 1918.—Aloysius **Card.** Lavitrano, *Praef.* **Fr. L. H. Pasetto,** *Secr.*

3) ADNEXUM RELATIONI QUINQUENNALI «

Titulus Religionis (Societatis. Instituti):.._ ._____«___

Dioecesis.· ' .....----------

Quinquennium: »----------

III. Pro Monasteriis et domibus religiosis sui iuris non foederatis

1) ANIMADVERTENDA

A) *Circa Relationis quinquennalis redactionem et transcriptionem.*

a) **Singulis responsionibus, praemittatur Indicatio numeri et litterae quibus ln hoc elencho quaestio designatur.**

b) **Quoties documentum pontificium vel episcopale adducitur, fideliter ct constanter data et Protocolll numerus referantur.**

c) **Responsum, prout casus ferat, enucleetur, nec simplici offirmatione aut negatione absolvatur.**

d) **Relatio lingua latina redigenda est vel una ex** Unguis **modernis: anglica, gallica, gernianica, hlspanlca et Italica.**

e) **Adhibeatur scriptura dactylogrnphica et clare expressa. Si Relatio, iusta de causa, manu exaretur, ncccsse est ut scriptura sit clara.**

I) **Charta qua utendum est non sit translucida nec nimis crassa, sed talis quae resistere possit temporis iniuriiL**

B) *Circa rationem huius quinquennalis Relationis Ordinario laciendae et per ipsum Sacrae Congregationi de Religiosis transmittendae.*

1. Superiores Monasteriorum et domorum religiosarum sui iuris quinquennalem Relationem non directo ad S. Sedem transmittere debent, sed ad proprium Ordinarium, scilicet ad Ordinarium loci, si huic subliduntur, secus ad Superiorem Regularem a quo dependent. (Cfr. infra p. 18 Decr. *Cum transactis.* **IV. 1·, 2·) (LE 1910).**

2.Relatio subsignanda est a Superiore Monasterii seu domus sui iuris et ab omnibus cius Consiliariis.

3.Ordinarius loci vel Superior Regularis, iuxta casus, Relationis exemplar a se subscriptum ac propriis additis animadversionibus, intra annum ipsum In quo Relatio fieri debet, ad S. Congregationem de Religiosis transmittat

4.Una cum prima quinquennali Relatione post huius formulae editionem S. Congregationi de Religiosis transmitti quoque debent:

a) **Regulae et Constitutionum, Codici iuris canonici accommodatarum, duo exemplaria, solide religata;**

b) **Exemplar librorum, si habentur, in quibus lura particularia, usus, consuetudines, cacremonialc et preces propriae continentur.**

e) **Relatio historico-iuridica In qua indicentur Monasterii seu domus sui iuris origo, erectio seu approbatio et praecipui eventus historid. Uniantur, si quae habentur, exemplaria librorum qui historiam ct activitatem Monasterii enarrant**

IN PRIMA PAGINA RELATIONIS, PONATUR:

Titulus Monasterii seu domus:.

(titulus officialis lingua latina, et titulus communis).

Directio completa: poslalis. telegraphiea.

Anni ad quos relatio extenditur:...

2) ELENCHUS QUAESTIONUM

DE RELATIONE PRAECEDENTI

1. *a)* **Quando ultima Relatio ad Ordinarium transmissa esL** *b)* **An ad praxim deductae fideliter sint animadversiones a S. Congregatione forsan ad Relationem factae et per Ordinarium transmissae.**

2.An notitiae quas Relatio continet, in conscientia haberi possint securae et completae, vel circa ipsas aliquid videatur excipiendum.

CAP. I—DE MONASTERIO EIUSQUE REGIMINE

Art. L De Monasterio seu domo sui luris generatim

3. Quacnnm sit natura iuridiea Monasterii seu domus: *a)* **An et ad quemnam Ordinem pertineat et quaenam adhibeatur Regula;** *b)* **An vota sint solemnia vel simplicia; an sint simplicia. sed cx instituto solemnia (c. 488, 7·).**

1 **Vlnevm confieUtor adxnussim ad instar huius exempUris.**

• **In qui domus cenrralltu sits at**

• **Its sani qubvpsennii indicentur ut termini s quo et ad quem in quinqntnw iedudjuitur, v. g. 1947-55-**

• **Sisgulsa** Dooum **enumrreatur iuxta Nationes; in Nationibus, iuxts la quibus cu< sunt Domus. V. <4 Iulis («L I), Dioecesis Bcr-***fxzea.* **(- eoi II, et tua·' recenseantur Ungulae Domus huius Dioecesis (-toi. 1H)**

• **Si ouca eUsu sodxtum Rrluio constat, omnes in prima columna recenseantur vjb** UncqUOqiM **titufo.**

• **Quot wceriotes tWe rutorum perpetuorum, srve votorum temporariorum. liret uvn inctasi »ub praecedentibus vocibus.**

9 **Qusm br-sxvMtae d»v*na opera dccLxrrntur.**

4.An Domus habeat quae ad vitam communem necessaria sunt, in specie: *a)* **Cellas pro singulis separatas; vel, sl dormitoria communia sint, saltem lectum ab aliis convenienter sdunctum.** *b)* **Locum separatum ct plene aptum ad Infirmorum curam et adsistcntlam.** *c)* **An cellae ad hospites recipiendos u parte domus communitati reservata, sufficienter separatae sint.**

5.An et quot domus filiales habeat Monasterium seu domus sui iuris.

6.An Monasterium dependeat ab Ordinario loci vel a Superiore Regulari.

Art. II. De regimine iurldico

7.Au Consilium Monasterii seu domus impraesentiarum sit plenum.

8.An in periodo ad quam Relatio extenditur. Capitulum electionum celebratum sit.

9.An observatae fideliter sint normae luris communis ac particularis (Constitutionum etc.) quae respiciunt: *a)* **Tempus celebrationis,** *b)* **Electiones Superioris, Consultorum seu Assistentium et aliorum Officialium qui a Capitulo eliguntur.**

10.An in omnibus, etiam in Informationibus exquirendis, cautum sit a directa vel indirecta suffragiorum procuratione tam pro seipsls quam pro aliis (c. 507 § 2).

11. Quinam Capitulo electionis praesederit.

12.An normae iuris communis et Constitutionum observatae sint: *a)* **Circa requisita ct qualitates Superiorum ac Officialium (cc. 504, 516).** *b)* **Circa munerum duratlonem (c. 505).**

13.Quot et quaenam concessae sint dispensationes a S. Sede super praescriptis α iure communi vel particulari: *a)* **Pro nominationibus au munera vel officia,** *b)* **Pro eorundem renovatione.** *c)* **An fideliter observatae sint condiciones concessionibus appositae.**

De Olflciis Superiorum: De notitia ct executlone praescriptorum S. Sedis - De libero commercio epislulari

14.Quomodo Superiores provideant ut decreta S. Sedis, quae religiosos respiciunt, α propriis subditis cognoscantur ct observentur **(c. 509 § 1).**

15.An prorsus liberum subditis relinquatur, quin ulla Superiorum inspectioni sublciatur, litterarum commercium cum lis qui ad normam iuris communis **(c. 611) et particularis** hoc iure fruuntur.

16.An casus extiterint commercii epistularis secreti et clandestini sive inter religiosos, sive inter eos ct personas sacculares, et quid ad hos abusus coercendos factum sit.

17.An locum habuerit visitatio canonica Ordinarii loci et Superioris Regularis, si Monasterium huic subiicitur (c. 512).

18.An temporibus et in casibus praescriptis Capitula seu Consilia celebrentur. An semper omnium consiliariorum votum exquisitum fuerit.

19.An negotia In quibus, ad normam iuris communis et particularis. Consiliarii votum habent deliberativum vel contultlvum. Consiliis fideliter sublidantur.

20.An In Consiliis debita libertas omnibus ct singulis Consiliariis agnoscatur ct in decisionibus, nominationibus et luffragationibus quibuslibet, normae iuris communis **(cc. 101,** 105 1·, 2·, 3·) ct particularis observntnc semper sinL

21. An rite sessionum acta conficiantur et subsignentur.

22.An Archiva Monasterii seu domus apte sint instructa el diligenter ordinata.

23.An pro qualibet quoque domo praecipui eventus diligenter in libro chronicorum consignentur.

Art. III. Dc regimine spirituali

24. An adsint confessarii, ad normam c. 518 § 1, deputati.

25.An religiosi, firmis Constitutionibus quae confessiones itatis temporibus praecipiunt vel suadent apud determinatos confessarios peragendas, libere, salva tamen disciplina religiom, adire **valeant, ad normam c. 519, confessarium nb Ordinario** lori approbatum, **etsi inter designatos non recensitum.**

26.An fideliter normae iuris communis et Constitutionum observentur **circa nominationem et renovationem confessarii** ordinarii, **extraordinarii, specialis ct supplementaris (cc. 520** B 1-2, **521, 524, 526, 527).**

27.An Superiorissae fideliter observaverint quae pro ipsi praescripta sunt **circa confessarios supplementarcs (c. 521 § 3),** oeeaslonales **(c. 322) et in casu gravis morbi (c. 523).**

28.An Superiores consulant et prudenter vigilent ut omnes religiosi, **ad normam iuris (c. 595 § 1, 3·) et Constitutionum** (c. 519), **ad poenitentiae sacramentum semel saltem In hebdomada accedant.**

29.An ct quinam ex parte Superiorum abusus admissi sint **qui subditorum limitent conscientiae libertatem (cc. 518** 1 3. 519. 520 § 2, 521 § 3. **522, 2414).**

30.An, praetextu libertatis conscientiae, ex parte subditorum disciplina religiosa detrimentum capiat, vel alii abusui orti sint.

31. Utrum Superiores liberam, ad normam iuris (c, 530 1. 2) conscientiae manifestationem proprie dictam sibi faciendam, relinquant.

32.An adsit Cappellanus designatus vel aliter sufficienter provisum sit bono spirituali religiosorum per sacras functiones. Adsuntne difficultates sub hoc respectu boni spiritualis.

33. Utrum Superiores suos inter subditos» ad normam c. 595 2-3, frequentem, etiam quotidianam, receptionem Ssmi Corporis Christi promoveant, salva semper, ad normam iuris (c. 595 § 4) et Instructionum S. Sedis, plena conscientiae libertate.

34.An Superiores diligenter provideant ut ad manus facUo **habeantur ante communionem confessarii, et tempus conveniens praeparationi et gratiarum actioni religiosis subditis relinquant.**

35.An Superiores curent ut, ad normam Constitutionum et iuris communis, habeantur instructiones spirituales et catecheticae pro tota familia (c. 509 | 2, 2»), pro novitils (c. 565 § 2), pro conversis, pro domesticis et familiaribus (c. 509 § 2, 2.·).

Art. IV. De regimine oeconomico

36. *a)* **An domus acquisierit bona Immobilia, mobilia 8rctiosa, et cuius valoris.** *b)* **An haec bona donatione allove tulo gratioso acquisita sint vel titulo oneroso, et in hoc casu an pecuniis propriis vel mutuo acceptis.**

37. An domus habeat inventarium bonorum mobilium, praesertim pretiosorum (arte, historia, materia) (c. 1522, 2·) et immobilium.

38. Quando inventaria renovari debeant et nn de facto renoventur.

39. Qua ratione vel culus nomine coram lege civili bona religiosa inscripta sint, ct an inscriptio, ad normam legum civilium, secura reputari possiL

40. An expensae extraordinariae solutae sint acceptis propriis ordinariis vel extraordinariis, an e contra pecunia mutuo recepta.

41. Quaenam bona patrimonialia, immobilia vel stabilia vel pretiosa, et qua auctoritate, alienata sinL

42. An in alienandis bonis praescripta iuris (cc. 534, 1531), praesertim peritorum praevia aestimatio, et normae Constitutionum, observata sint.

43. An domus, bona stabilia seu fundata et summas capitales consumpserit; quibus de causis et qua auctoritate.

44. An Superiores ad illa bona recuperanda serio dent operam.

45. *a)* **Quacnam et a quibusnam debita contracta sint.** *b)* **Quaenam debita actu permaneant.**

46.An in debitis et obligationibus contrahendis observata fideliter sint: *a)* **Praescripta c. 534.** *b)* **Cautelae c. 536 § 5.** *c)* **Normae Constitutionum circa licentias, consensum Consilii, etc.**

47.An debitorum et obligationum usurae fideliter solutae sint et sedula cura adhibeatur ad graduaient debiti solutionem seu summae capitalis amortizationem (c. 536 Jj 5).

48.An et quacnam difficultates indolis oeconomicae existant.

49.An administratio geratur non arbitrio, sed ad normam iuris communis ct Constitutionum, sub directione et vigilantia Superioris eiusque Consilii (c. 516 § 2, 532 f 1).

50.An durante quinquennio ab omnibus et singulis Oeconomis et Administratoribus, clara et completa rationum redditio exacta sit.

51.An simul cum rationibus, documenta, quibus expensae et accepta comprobantur, exhibita sinL

52. An regulariter foeta sit Inspectio et comprobatio capsae.

De pecuniae collocatione et mutatione collocationis

53. An Superiores, Consilia ct Administratores pecuniam, ad normam iuris et iuxta benefactorum voluntatem collocandam, praescriptis luris ct Constitutionum observatis» licite, tuto ac fructuose collocaverint (c. 533).

De conservatione bonorum

54.An pecunia, tituli, syngraphae, res pretiosae, servatis adamussim normis communibus et praescriptis Constitutionum» diligenter conserventur.

55.An, pro conscientiae officio. Superior, Oeconomi, Administratores satagant, ut res omnes Religionis sancte conserventur et provide administrentur (e. 533 | I).

56. Quaenam legata et fundationes piae acceptatae sint.

57.An In acceptatione fundationum piarum et legatorum praescripta iuris (c. 1511, ssJ et Constitutfannm observata sint.

53. An pecunia fundationum et causarum piarum, ad normam iuris et obtento Ordinarii loci con»rosu, sl casus

ferat, collocata sit (c. 533, M 1,2, 1547) et separatim ac fideliter administrata (c. 535 § 3, 2·, 1546, 1549).

59. An onera fundationum fideliter, pro conscientiae officio, adimpleta sint (cc. 1514, 1549 § 2).

60. An Visitatores documenta adimpletionis ct rationem administrationis bonorum exegerint.

61. An Religiosi quilibet. Superiores aut subditi, per se vel per alios, negotiationem illicitam, seu non permissam, exercuerint contra praescriptum cc. 142, 592.

62. Utrum Superiores et Consilia attente vigilaverint, ut ad normam c, lo39 § 2, in commutandis titulis ad latorem quodlibct commercium vel negotiationis species vitetur.

63. Quomodo Superiores, sibi subditorum actibus negotiisque ex quibus oeconomica respondendi obligatio pro domo e. 536 § 2), vel pro ipso religioso (c. 536 § 3), ad normam uris oriri potest, vigilaverint

6L An Superiores vigilent ut in omnibus negotiis quae ad res oeconomicas pertinent, vel in Illis generatlm quae litibus in foro canonico aut civili occasionem dare possunt, omnia accurate ad normam legum fiant, praeviis scriptis contractibus, exactis syngraphis plene validis, etc. (c. 1529).

65. Quomodo provideatur necessitatibus oeconomicis Monasterii: an proprio labore vel eleemosynis.

66. An et quaenam activitas pro propria subslentatione exercentur.

CAP. II—DE RELIGIOSIS ET DE VITA AC DISCIPLINA RELIGIOSA

67. An ct qtiaenam In Monasterio sint diversae sodaliam classes; an Inter ipsas concordia servetur ct fraterna caritas vigeat.

68. Quot actu habeantur professi votorum temporariorum et votorum perpetuorum iuxta diversas classes.

69. An praeter sodales qui Religioni seu Societati per professionem religiosam vel legitimam incorporationem ut membra odscribuntnr, alii adsint ut addicti vel donati vel alii ld genus, quin membra Ipsius efficiantur.

70. An horum vitae spirituali et securitati etiam materiali sit aeque et caritative provisum.

71. /Vn adsint pro his statuta legitime approbata.

ArL L De admissione, formatione et professione seu incorporatione Sodalium

72. An conditio Sororum externarum ordinata sit ad normam Statutorum α Sacra Congregatione editorum die 16 iulii 1931 [LE 1042].

73. An postulatus rite ordinati In domibus novltlatus (e. 540 Û 1). vel in domibus ubi perfecta observantia religiosa viget, ad nonnam iuris habeantur (c. 540).

74. An tempus postulatus, a iure communi (c. 539) vel a Constitutionibus Impositum, breviatum vel prorogatum sit, per quot tempus, ct qua auctoritate.

75. Quae adhibeantur media ad vocationes excitandas et adtrahendns.

76. Quacnam causae censeantur influxum exercere, habita ratione diversarum regionum. In vocationibus augendis vel in eisdem diminuendis.

77. Quacnam frequentlora obstacula ab adspirantibus superari debeant ut possint vocationi respondere.

78. An pro singulis adspirantibus documenta a lure communi (c. 5+4) et n Constitutionibus praescripta, ante admissionem requisita sint.

79. An requisitae et habitae sint, saltem ante ingressum In novitlntum, litterae testimoniales: *a)* Communes, ab Ordinariis locorum dandae et pro omnibus praescriptae (c. 5-14 § 2). *b)* Speciales, pro illis qui in Seminario, collegiove ecclesiastico aequiparato, vel postulatu vel noviUutu Religionis fuerunt, a Rectore vel Superiore maiore sub iuramento dandae (c. 544 § 3). *c)* Pariter quae pro clericis et religiosis professis imponuntur (c. 544 4, 5).

80. An praeter documenta ct testimonia α iure vel α Constitutionibus praescripta, aliae informationes quae scitu necessaria vel utilia videbantur ad certum ludicium de vocatione et aptitudlnc adspirantium proferendum, diligenter requisitae sint (c. 544 § 6).

81. An et a quibus Impedimentis seu defectibus iuris communis vel particularis dispensatio concessa sit. quoties et qua auctoritate.

82. An admissiones α competentibus Superioribus, servatis iuris normis (c. 543). semper peractae sint.

83. An in Constitutionibus concedatur, vel expressa pactione Religioni agnosci soleat facultas exigendi expensas pro habitu religioso et pro alimentis tempore postulatus et novitlatus.

84. A quibus summa solvenda definiatur.

85. Quot netu sunt novitil.

86. An omnes et singuli novitil ab Initio novltlatus Integrum Constltutionum exemplar habuerint.

87. An novitil. ad normam luris et Constitutionum, n professis separati sint et un indebita Inter ipsos communicatio toleretur (c. 564 §§ 1, 2).

88. An novitil omnes ct singuli canonicum annum novitiatus. Integrum et continuum, prima dic non computata, ta domo novltlatus legitime erecto, sub cura ct directione Magistri, ante professionem peregerint (cc. 555 § 1; 556, 557).

89. An et pro quonam tempore et qua auctoritate novitiatus prorogatus vel breviatus sit ultro terminos In iure et Constitutionibus praefixos (c. 571, § 2).

90. An in noviliatu adfuerit semper Magister novltiorum debite nominatus seu electus (c. 560).

91. An ipse Magister novltiorum ciusdcinquc Socius, omnibus praediti sint qualitatibus a iure communi (c. 559 M 1,2) et Constitutionibus requisitis, vel dispensationes peti debuerint et obtentae sint.

92. An Magister et Socius ab omnibus officiis ct ministeriis, intra el extra domum, vacent quae novitlorum curam et regimem impediant (c. 559 § 3).

93. An, ad normam c. 569 § L ante primam professionem votorum simplicium novitil omnes libere cessionem ndmicistrationis el cessionem vel dispositionem usus et usufructus bonorum compleverint.

94. Si praedicta cessio nc dispositio ante professionem perfecta rite non sit, vel nova bono obvenerint, on facta vel completa sit post professionem (c. 569 § 2).

95. An mutationes cessionis ac dispositionis praedictae post professionem, semper nd nonnam c. 580 § 3 factae sinL

96. An novitii Monasteriorum votorum simplicium ante primam votorum temporaneorum professionem debita forma, iure civili valida, testamentum de bonis praesentibus vel futuris libere condiderint (c. 569 § 3).

97. An praefati testamenti mutationes, ad normam c. 583 n. 2, post professionem completae sint.

98. An Superior et Consilium super admissionibus severe, diligenter et constanter advigilent.

99. An prima professio, praemissis exercitiis spiritualibus per octo solidos aies, ad normam iuris et Constitutionum valide et licite emissa semper sit (cc. 572, 573, 575).

100. An duobus mensibus ante admissionem ad noviMatam, ad primam professionem temporaneam, ad professionem perpetuam, Superiorissae Ordinarium loci tempestive monuerint (c. 552 § 1) ut ipso vel ipsius Delegatus examen canonicum. gratuito, perficeret circa postulantis vel candidatae liberam et cnnsciam voluntatem (c. 552 § 2).

101. An examen praescriptum semper peractum sil.

102. An dos obligatoria sil; vel, e contra, plene vel aliquo modo libera relinquatur (c. 547 § 3).

103. An traditio dotis ad normam luris (c. 547 § 2) et Constitutionum facta sit.

104. An dotes ex volo deliberativo Consilii et consensu Ordinarii loci in quo dotum sors conservatur, statim post primam professionem a Superiorissa collocatae sint (c. 519).

105. An dotes ante obitum Religiosarum impensae sint vel aliquo modo obligatae, ct qua auctoritate id factum sit An dotes impensae vel obligatae, etiam ex legitima obtenta facultate, repositae seu liberatae sint, et in quo statu nunc inveniantur (c, 549).

106. Ubi ct qua ratione dotes administrentur. An in ipsarum admlnistratione regulae iuris fideliter impicantur (cc. 550, 535 § 2).

107. An omnia bona titulo dotis allata, etiam ultra summam in Constitutionibus definitam vel, licet In Congregatione non adsit obligatio dotem afferendi, servatis dotis nonnis accipiantur, collocentur, administrentur etc.

108. An in casu discessus religiosae professae, quavis de causa eveniat, et in casu transitus, dos, et pariter supellex quam novitia Religioni attulit, eo statu quo tempore egressus inveniebatur, religiosae discedenti aut transeunti restituta sit sine fructibus iam maturis (c. 551, 570 § 2).

109. An religiosae professae discedenti quae sine dote ve! cum dote insufficienti recepta est, in casu quo slblmet ex propriis bonis providere non potuerit. Religio ex caritate ea quae requirebantur ut modo tuto ac convenienti domum rediret et per aliquod tempus honeste vivere posset, ad normam luris (c. 613 § 2) subministraveriL

110. An et quae pro votorum emissione necessariae fuerint dispensationes.

111. Quot et quaenam posteriores sanationes necessariae fuerint.

112. An vota temporaria a Iure et a Constitutionibus praescripta (c. 574 § 1) elapso tempore ad quod nuncupata erant (c. 577 ? 1). ad normam iuris (§ 2), semper renovata sint, ita ut nullus unquam sine votis remanserit.

113. Quoties professio temporanea ultra tempus sexennii, a lure concessum, et qua auctoritate prorogata sit (c. 574 § 2).

114. An omnes professi votorum simplicium in Ordinibus intra sexaginta dies ante professionem votorum solemnium, in forma verae cessionis non nutem in forma testamenti, praescriptam renuntiationem bonorum quae actu habeant, cui maluerint, sub conditione futurae professionis, rite fecerint (c. 581 ▎1).

115. An emissa professione, statim omnia peracta sint quae necessaria erant ut renuntiatio iure civili effectum consequeretur (c. 581 § 2).

116. An Superior professionem solemnem excipiens. Parochum baptismi dc eadem certiorem reddiderit ad normam cc. 470 § 2. 576 § 2.

ArL Π. De vita et disciplina religiosa

117. An ubique vigeat perfecta vita communis ad normam c. 591, Regulae ct Constitutionum.

118. Quid positive factum sit atque fiat, ut secura reddatur ct promoveatur virtus et spiritus paupertatis.

119. An Superiores ct Officiales cx religiosa caritate et ad vitandas religiosis occasiones peccandi contra paupertatem, necessaria et convenientia. Intra limites ipsius paupertatis, sive quoad victum sive quoad vestitum celcraque suppeditent.

120. An toleretur ut ab extraneis religiosi petant haec vel recipiant.

121. An religiosi aegroti ct senes speciali cura subleventur et paterna caritate quoad cornus et animam ipsis ita provideatur ut, Intra limites religiosae paupertatis, nihil eorum desit quae ad salutem recuperandam ct ad spiritualem consolationem necessaria videantur.

122. An Superiores omnes, pro conscientiae officio, circa ea in quibus pericula contra religiosam castitatem facilius inveniuntur attente vigilaverint, tam domi quam extra domum.

123. Cuius generis est clausura. /An loca clausurae legi obnoxia patenter indicentur et sufficienter custodiantur. An fideliter serventur iuris ct Constitutionum praescripta circa clausuram (cc. 598-599; 604).

124. An frequentes fuerint casus dispensationis a lege de clausura, sive pro egressu sive pro ingressu; quaenam fuerint praecipuae causae.

125. An difficultates persentiantur in observantia clausurae, praesertim cum a Monalibus opera exercentur apostolatus, educationis etc.

126. *a)* An collocutorla ita sint ordinata ut a parte externa conspici possit quid in ipsis geratur, *b)* An collocutoriorum frequentia sit ordinata ad normam Constitutionum et religiosae prudentiae.

127. An habitationes Cappeilanls ct Confessoriis vel Praedicatoribus reservatae Ingressum habeant separatum, et nulla interna adsit communicatio cum religiosarum habitationibus.

128. An vigeat disciplina religiosa, et facile evadat, ex docilitate subditorum. Superiorum regimen. An opus fuerit frequenter praecepta formalia cx voto obedientiae imponere.

129. An haec praecepta debita forma, ad normam Constitutionum. atque semper ex gravi causa data sint.

130. An Regula et Constitutiones fideliter observentur (c. 593).

131. An temporibus praescriptis Regula ct Constitutiones publice legantur (c. 509 § 2, 1·).

132. An Superiores curent ut in omnibus domibus exercitia pietatis quae pro singulis diebus, hebdomadibus, mensibus ct annis vei aliis definitis temporibus praescripta sunt, fideliter dlgnequc ad normam Constitutionum habeantur.

133. An Superiores curent ut omnes religiosi: *a)* Quotannis spiritualia exercitia peragant, *b)* Legitime non impediti, quotidie Sacro Intersint, *e)* Quotidie orationi mentali vacent. *d)* In alia pietatis officia quae a Regulis ct Constitutionibus praescripta sunt sedulo incumbant (c. 595 § 1, 1· et 2®).

134. An Superiores curent ut omnes sodales exercitiis communibus intéresse valeant.

135. An chorale servitium, si Constitutiones ipsum praescribunt. accurate et digne in singulis domibus ad normam earundem Constitutionum el iuris communis (c. 610 § 1) celebretur, aditantibus religiosis choro obligatis et netu legitime non impeditis.

136. An Superiores curent ut Sacerdotes, Clerici Maiores et solemniter professi, qui n choro abfuerunt, attente ac devote Officium divinum privatim persolvant (c. 610 § 3).

137. An relationes Inter diversa membra domus, inter Superiores et subditos ctc. spiritu verae caritatis Informentur.

138. An defectus contra caritatem severe corrigantur.

139. An Superiores advigilent ne libri, manuscript! vel editi, non prorsus securi, adhibeantur.

110. An libri spirituales quibus religiosi privatim utuntur, ad normam iuris, sint ab Ecclesia approbati ct statui religioso ac singulorum religiosorum quibus permittuntur spirituali bono respondentes.

Art. ΠΙ. De egressis, dimissis aliisque Religionem relinquentibus

141. *a)* Quot in domo, absoluto tempore votorum, vota noo renovarunt, sponte vel quia non admissi, *b)* Quot ex professis votorum temporariorum durantibus votis dispensati sint, et quot ex professis votorum perpetuorum.

142. An dispensati a votis ex petitione nb Ipsis facta seu confirmata, antequam rescriptum rite execution! mandatum sit, coacti sint vel, absque seriis gmvibusque causis et cautionibus, ipsis permissum sit domum religiosam relinquere.

143. Num et quot transierunt ad aliam Religionem.

144. An et quot fuerint apostatae et fugitivi in quinquennio.

145. *a)* Quot ab ultima Relatione dimissi sint cx professis votorum temporariorum et ex professis votorum perpetuorum. *b)* An in dimissione religiosorum, sive votorum temporariorum sive perpetuorum, tam normae iuris communis (cc, 647 § 2. 4·; 619-672) quam propriarum Constitutionum observatae sint. Item in non admittendis professis temporariis ad renovationem votorum vel ad professionem perpetuam (c. 637).

146. Num dimissi n votis temporariis, pendente recursu legitime intra decem dies praesentato (e. 617 i 2; S. C. de Rei., 20 Iulii 1923, AAS. XV. 1923,p. 457) [LE 531L et dimissi votorum perpetuorum antequam decretum seu sententia dimissionis confirmata sit α S. Congregatione (cc. 652, 666). coacti sint Religionem relinquere.

147. Quinam et quibusnam de causis, tam Inter professos temporarios miam Inter professos perpetuos casus fuerint sive remissionis aci saeculum ob grave scandalum vel gravissimum damnum (cc. 653, 668) sive dimissionis α iure (c. 646).

148. An et quot fuerint casus exclaustrationis et an diligenter causae coram Deo, pro conscientiae officio, ponderentur antequam preces commendentur et rescriptum execution! mandetur.

149. An Religio curet: *a)* Ut induito, s! prorogandа necessario videantur» tempestive renoventur, *b)* Ut exclaustratl vitam ducant religiose dignam ct quam citius ad claustra revertantur.

150. An Superiores curent ut tantum iusta et gravi causa, atque ad tempus quo fleri possit brevius, secundum Constitutiones, subditi extra domum commorentur (c. 606 § 2).

151. An praescripta suffragia fideliter et cito pro omnibus defunctis persoluta sint.

152. An Superiores» religiosos conversos in Christiana doctrina erudiant ad normam c. 509 § 2, 2·, et utrum ante et post professionem, praesertim primis annis. Superiores eorumdem conversorum educationem iuxta officia ab Ipsis gerenda, diligenter curent.

153. An Superiores paterna caritate sanitati etiam corporali conversorum seu coadiutorum diligenter consulant.

CAP. III.—DE OPERIBUS ET MINISTERIIS MONASTERII

154. Quaenam opera exerceantur in domo (apostolatus, educatio, labor manualis remuncratorius).

155. An quaestuatio ostiatim, ad normam iuris (cc. 621, 622) et propriarum Constitutionum, debitis licentiis facta sit.

156. An praeterea in quaestuatlone complenda regulae iuris (c. 623), instructiones a S. Sede datae (e. 621) el propriarum Constitutionum normae servatae sinL

157. Quaenam cautelae adhibeantur In communicatione cum saecularibus ad vitandum damnum religiosorum et saecularium scandalum.

158. Quoties et a quibus Superioribus libri Missarum uniuscuiusque domus, apposita subscriptione, examinentur.

159. Utrum singulae domus quoad stipem manualem Missarum steterint decretis Ordinariorum locorum el dioecesium consuetudinibus ad normam c. 831 2-3; 832.

160. Utrum In singulis domibus oneribus Missarum, tam perpetuis quam manualibus, intra debitum tempus, ad normam c. 834, 1517, fideliter satisfactum sit.

161. An habitae sint spéciales hac de re concessiones sive quoad reductionem stipendiorum vel Intentionum sive quoad celebrationis dilationes, et quaenam fuerint.

Conclusio

ludicium summarium ct comparativum circa statum Monasterii

162. An Monasterium vel Domus sui iuris plene sib! sufficiat sive sub respectu personarum pro diversis officiis reginiinis ct propriae activitatis adimplendis, sive sub respectu religiosae formationis, sive sub respectu mediorum oeconomicorum. ita ut plene regularis observantia vigere possit.

163. Quodnam ludicium ferendum sit de desiderio atque dc actuali tendentia ad evnngclicam perfectionem inter sodales (c. 487. 438. 1·).

164. An sub hoc aspectu adsit profectus vel rei sus relate a praecedens quinquennium et quomodo man letur ču comprobetur; quacnam sint causae sive profectus sive ꝑcgrvMU

165. Quid α Superioribus factum sit durant quinquennio ut tendentia ad perfectionem foveatur et relaxatk» impediatur.

166. Quid summatim dicendum sit de observantia votorum atque praescriptionum luris canonici. Regulae et Constitutionum. in se ct comparatione facta cum quinquennio antecedenti.

167. Quaenam sint capita rcligiovie disciplinae quae facilius et frequentius violantur.

168. Quibusnam causis adscribendus sit ꝓrogrvssu vel. ↑ adest, regressus in religiosa observantia.

169. Quid factum sit a Superioribus ut observantia regularis fideliter el integre servetur.

170. Quaenara sit conditio patrimoniolis et oeconomica Domus in sc et comparate ad quinquennium nnlecedrns.

171. Quibusnam causis adscribendus sil profectus vel dlmlnutfo patrimonii et redituum.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congrexꝛtioni de Retliposl·. die 9 Decembris a. 1918.—Alovmis Card. Lavitraxo, ꝑro Fr. L. 11. Pasetto, Seen

* E foliis oditis ab ipsa S C. da Ksiiaicais

4W

ANNUS

2020

1949 IAN 26.-COMM. INTP., RESP. AAS 41 (1949) 158

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

1.—De dispensationibus. 2.—De matrimonio putativo

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae seouuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I.—De dispensationibus

D. 1. An sub verbis can. 81 *·a generalibus Ecclesiae leqibus»* comprehendantur vota Sedi Apostolicae reservata.

D. 2. An Ordinarii, vi can. 81 et sub clausulis in eo recensitis, valeant dispensare subdiaconos et diaconos ab obligatione servandi sacrum caelibatum.

R. *Negative* ad utrumque.

2.—*De matrimonio putativo*

D. An sub verbo ^*celebratum»* can. 1015 5 4 Intelligi debeat dumtaxat matrimonium coram Ecclesia celebratum.

R. *Af/irmotive.*

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 26 Ianuarii anno 1949.—Card. M. Massimi. *Praeses.* A. Coussa, Ordinis Baslliani Alcppen., *a Secretis.*

Ada. A ABAD ia REDC 4 (1949) 565-580, 831-833; W. BERTRAMS ia PrM 41 (1952) 107-129; A DELCHARD in NrT 81 (1949) 757-763 A GUTIÊRREZin CpR 23 (1949) 49-65; 29 (1060) 25-43; A LARRAONA; in ME 74 (1949) 143-147; Xav. OCHOA in CpR 39 (I960) 425-454; Xav. OCHOA in ME 88 (1961) 78-117; REGATILLO n 22. 492; P. 70-CANEL in ΑροΠ. 22 (1949) 346-351. 395-407; CR 33 (1950) 197-198.

2021

1949 IAN 27.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.·

Matrimonia in regionibus sinarun regimini communistarum **SUBIF.CTIS. VALIDA RETINERI POSSUNT. ETSI CONTRACTA ABSQUE FORMA CANONICA ET CUM IMPEDIMENTO** a quo Ecclesia dispensare solet

Die 19 februarii 1949

Excise ac Revise Dothine, Reviîius D. Leopoldus Brelllngcr, Episcopus dc Kinghslcn, mense iulio 1948, haec dubia ad Supremam Sacram Congregationem Sancti Officii referebat:

1.An fideles In terra Slnarum a communistis occupata» impedimentis ab Ecclesia statutis, Imprimis aetatis et cultus dlsparitatls, teneantur, si debitam dispensationem vel omnino non, vel non nisi cum gravissimo incommodo petere, neque a matrimonio contrahendo abstinere vel jllud differre possint;

2.an teneantur impedimento dlsparitatls cultus in casu In quo requisitae cautiones ob Ignorantiam, oblivionem, aliamve causam inculpabilem non dantur, aut a parte non catholica recusantur.

Suprema Sacra Congregatio die 27 ianuarii 1949 sic dignata est respondere: Rerum adiunctis attente consideratis, Suprema naec Sacra Congregatio, in plenario conventu Feria IV die 26, huius mensis habito, praefatis dubiis respondendum censuit:

1.In expositis circumstantiis, matrimonia sine forma canonica et cum quovis impedimento iuris ecclesiastici a quo Ecclesia dispensare solet habenda esse uti valida.

2. Matrimoniis quibus obstat Impedimentum disparitatls cultus applicanda esse ea quae a S. Officio statuta fuerunt quoad cautiones aequipoilentes (cfr. Sylloge S. C. de Propaganda Fide a. 1939, pag. 561-566) (LE 1071).

Quam decisionem Sanctissimus In Audientia diol 27 currentis mensis benigne udprnbarc dignatus est.

Dc his omnibus edoceantur fideles ut possint validitati matrimoniorum providere et a conscientiae angoribus liberari Si nutem quoad aliquod matrimonium sic initum exurgant In posterum specialia dubia ob peculiaria casus singularis adiuncta. Ordinarius poterit rem ad hanc Supremam Congregationem deferre.

Hanc responsionem Revdius P. D. Franclscus Hürth, Consuitor Congregationis S. Officit, dc mandato Erhl Card. Secretarii necnon Excrhi Assessoris eiusdem Supremae S. Congregationis, his verbis explanavit:

I. Verba »in expositis circumstantiis» significant «hb circumstantiis ƿerdurantibus seu «perdurante hac circumstantiarum conditione».

II. «Cautiones acqulpollentes» secundum aliquod S. Officii Responsum, datum pro laponia. habentur, quando pan catholica sincere manifestat firmum propositum faciendi ex sua parte quod facere potest, ut universa proles In fide catholica baptizetur et educetur. Quodsi pars acatholica recusat idem propositum concipere ct manifestare, «cautiones ăcqulpollentes secundum allegatum Responsum eo non destruuntur.

III. Liberantur fideles non solum ab impedimentis aetatis et dlsparitatls cultus, sed ab omnibus iuris ecclesiastici impedimentis necnon ab omni (tum ordinaria tum extraordinaria) forma canonica. At impedimentum sacri ordinis presbytoratas necnon impedimentum affinitatis in linea recta, consummato matrimonio, non suspenduntur, sed etiam in expositis circumstantiis in pleno vigore manent.

Eadem Suprema Congregatio me rogat haec omnia Ordinariis Sinensibus nuntiare, ipslsque auctoritatem facere his facultatibus frui in eisdem rerum adiunctis.

Quae dum, praesentibus litteris, execution! mando, impensos aestimationis meae sensus Tibi offero meque profiteor Excellentiae Tuae addictissimum—Ant. Rideri, *tnternuntiiun Apostolicum.*

♦Ordinario Kir.ghsjensi in Sinie: China Missionary 2 (1949) 417 Nodficatlo Delegati ApcstcUci est diei 19 Fcbr. 1949. Prot. N. 29'4,4 Adn. BOUSCAREN 111 410; J. DEFOURNY in China Missionary 10 (1956) 70-74; GOMZALVUS A RAAM5DONK. Do cessatione iæpedirr.eati dispantatis cultus in extraordinariis territorii circunutaatüf, Roma 1955. p 55-83 P. HUERTH in PrM 38 (1949) 189-194; N. HJBANY in REDC 5 (1950) 643-666. G. VROMANT. Do mstrimonio, ed. 3 1952. p. 92-94.

2022

1949 IAN 28.-SC ORIENT., DECR. AAS 41 (1949) 31-32

Decretum de abstinentiae et ieiunii lege observanda **A FIDELIBUS** rituum orientalium

Cum adversa rerum adiuncta, quae legem abstinentiae ct Ieiunii mense Decembri a. D. 1941 relaxandam suaserunt, fere ubique aliquantum remissa sint, adveniente propitio Anni Sancti tempore, pluribus postulantibus Excellentissimis Ordinariis, visum est ut saltem ex parte lex ipsa restauretur.

Quapropter Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XII decernere dignatus est pro omnibus fidelibus orientalis ritus, etiam pertinentibus ad Ordines ct Congregationes Religiosas, facultatem Ordinariis concessam super praedictam legem dispensandi ita coar/ctari 32
ut, a prima die proximae *Magnae* Quadragesimae et donec aliter provideatur, abstinentiae et ieiunii lex servetur •si et *prout viget in singulis ƿitibus* his diebus:

I. *Abstinentia:* singulis feriis sextis;

II.*Abstinentia et ieiunium:* 1) prima dle Magnae Quadragesimae; 2) feria sexta Maioris Hebdomadae; 3) pervigiliis Nativitatis D. N. I. C.; vel, pro fidelibus byzantin! ritus, pervigiliis Epiphaniae D. N. I. C.; 4) pervigiliis Assumptionis B. M. V.; benigne tamen indulgens ut diebus abstinentiae simul et ieiunii Exemi Ordinarii ova ct lacticinia etiam mane ct vespere permittere valeant

Locorum autem Ordinarii, qui nova hac legis abstinentiae et ieiunii moderatione ututntur, fideles hortari ne omittant, praesertim clericos, religiosos et religiosas, ut gravissimis hisce temporibus voluntaria Christianae perfectionis exercitia nec non caritatis opera, maxime erga Inopes et aegrotos, libenter addant, itemque ad mentem Summi Pontificis preces effundant.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die XXVM mensis Ianuarii, a. D. MCMIL. —Euoenius Card. Tisserant, *a Secretis.* Valerius Valeri, *Adsessor.*

Adn. P. M. ABELLAM in PrM 38 (1949) 73-77; E. BERGH in NrT 81 (1949) 315-310; S. BOREATTI in ApoU. 22 (298-299; FIDEL DE PAMPLONA in REDC 8 (1949) 453-473; A. GUTIÊRREZ in CpR 28 (1949 11-14; A. PARISELLA in ME 74 (1949 123-141;

2023

1949 IAN 28.-SC CONC., DECR. AAS 41 (1949) 32-33

Decretum de abstinentia et ieiunii leoe observanda A FIDELIBUS RITUS LATINI

Cum adversa rerum adiuncta, quae legem abstinentiae et ieiunii mense Decembri a. D. 1941 relaxandam suaserunt, fere ubique aliquantum remissa sint, adveniente propitio Anni Sancti tempore, pluribus postulantibus Excellentissimis Ordinariis, visum est ut saltem ex parte lex ipsa restauretur.

Quapropter Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XII decernere dignatus est pro omnibus Π-
33 delibus ritus latlni, etiam pertl/nentibus ad Ordines et Congregationes Religiosas, facultatem Ordinariis concessam super praedictam legem dispensandi ita coarctari ut, a prima die proximae Sacrae Quadragesimae ct donec aliter provideatur, abstinentia servetur singulis feriis sextis; lex vero abstinentiae simul et ieiunii feria quarta Cinerum, feria sexta Maioris Hebdomadae, pervigiliis Assumptionis B. M. V. et Nativitatis D. N. I. C.; benigne tamen indulgens ut diebus abstinentiae simul et ieiunii ova et lacticinia etiam mane et vespere ubique sumere liceat.

Locorum autem Ordinarii, qui nova hac legis abstinentiae et ieiunii moderatione utuntur, fideles hortari ne omittant, praesertim clericos, religiosos et religiosas, ut gravissimis hisce temporibus voluntaria Christianae perfectionis exercitia nec non caritatis opera, maxime erga Inopes et aegrotos, libenter addant, itemque ad mentem Summi Pontificis preces effundant.

Datum Romae, die 28 Ianuarii 1949.—Card. F. Marmaogi, *Prael.* F. Roberti. *a Secretis.*

Adn. E. J. M. in CR 31 (1949) 280; EL 63 (1949) 85.

2024

1949 FEB 2.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.·

Circa consummationem matrimonii adhibitis mediis APHRODISIACIS USUM RATIONIS INTERCIPIENTIBUS

D. An matrimonium haberi debeat inconsummatum sl essentialia copulae elementa posita sint a conluge qui ad unionem sexualem non pervenit nisi adhibitis mediis aphrodisiacis, rationis usum actu intercipientibus.

R. *Negatire.*

Die 2 februarii 1949.

• PrM 38 (1949) 220. Adn. F. HURTH in PrM 38 (1949) 220-227; DEL CORPO in ME 83 (1958) 303-313; J. MARCONE in ME 82 (1957) 631-856; REGATILLO n. 490; D. STAFFA in ApoU. 28 (1955) 591-599.

2025

1949 FEB 9.-S. PAENITENTIARIA, INDULTUM. PART.·

Facultas denegatur substituendi lanam cum alia MATERIA PRO SCAPULARIBUS O. C. D., MANENTIBUS INDULGENTIIS

Preces—*Beatissime Pater,* Moderator Generalis Ordinis FF. Carmelitarum Discalceatorum, ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus, humiliter petit ut in Scapularibus proprii Ordinis substitutio lanae cum alia materia In determinatis circumstantiis fieri solita non obstet lucrandis Indulgentiis. Et Deus, etc.

Rescr.—*Die 9 Februarii 1949.* Sacra Pacnltentiarla Apostolica propositis precibus respondet: *Negative.*— S. Luzio, *Regens.* S. De Angelis, *Subst.*

* Moderatori Generali O. C. D . Prot N. 7628.48. AOCD 21 (1949) 8-9-

2026

1949 FEB 12.-SC CONC., DECR. AAS 41 (1949) 82-83

Decretum de duabus missis in dominica de passione HOC ANNO 1949 CELEBRANDIS

Quum nuperrime Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XII «Apostolica Sua Adhortatione· diei 11 Februarii currentis anni, ad exsecrabile atheism! crimen profligandum, ad scelestae impietati vallum et remedium paran- 83
dum et ad nostrae aetatis peccata impietatemque expianda, die Dominica de Passione huius anni alteram Missam votivam «Pro remissione peccatorum» litare sacerdotibus omnibus permiserit. Sacra Rituum Congregatio, de Ipsius Sanctissimi Domini Nostri mandato haec servanda declarat:

Sacerdotes omnes, qui binas illas Missas celebrare voluerint, primam litent de Passione, uti in Missali Romano, cum oratione pro Papa, ob quinquagesimum annum ab Eius inito sacerdotio; alteram votivam «Pro remissione peccatorum» quae invenitur inter Missas votivas Missalls Romani, absque ulla commemoratione etiam Dominicae, cum Credo et Praefatione de Passione: servatis de cetero Rubricis quoad calicis purificationem.

Qui vero unam tantum Missam celebrat, ea sit de Dominica Passionis, addita orationi diei commemoratione Missae votivae «Pro remissione peccatorum» sub unica conclusione, et oralione pro Papa, cum Evangclio S. loannis in fine.

Servatis de cetero Rubricis, nec non peculiaribus Ritibus Ordinum propriis. Contrariis non obstantibus quibus cumque.

Die 12 Februarii 1949.—Card. C. Micara, Ep. Velitem., *Prael.* Alfonsus Carinci, Archlep. Seleuc., Secr.

Adn. L PEZONI in EL 83 (1949) 92-94; L. RENWART in NrT 31 (1949) 319-320.

2027

1949 FEB 15.-SC RELIGIOSORUM, NORMAE. PART.·

Mens s. c. de religiosis circa administrationem ELEEMOSYNARUM IN ECCLESIIS PAROECIAUBUS QUAE RELIGIOSIS COMMITTUNTUR

(Omissis). Ad mentem: Mens est placere de concordia. In concordia autem:

1) Servari quoad substantiam debet canon 630. 1 4 ideoque cum agatur dc ecclesiis regularium Ordinis pro-Eriis, administratio eleemosynarum, quae a fidelibus Fa ricae ecclesiae directe et In hunc fincin expresse offerentur, atque illarum quae non a functionibus parocclalibus (cf. infra n. 2) sed ab illis e contra functionibus proveniunt quae Ordinis seu Communitatis religiosae peculiares propriaeque sunt. Superioribus religiosis reservari debent.

2) Quoad alias omnes oblationes et eleemosynas sive pro paroecia seu intuitu paroeciae offeruntur (can. 533, § 1,4.0; 535, § 3, 2.®), sive ex functionibus proveniant quae paroecialcs stricto sensu dici debent (can. 162), sive ex eis etiam quae, etsi non sint stricte paroeclales, tamen in paroeciis cultui paroeclali cx legitimo lure particulari recceptlsquc consuetudinibus accensentur, ita ut In omnibus paroeciis communiter celebrari soleant, fiat massa communis cuius administratio a vicario paroeclali sub vigilantia et Inspectione ac directione Ordinarii loci ad normam iuris gerenda est.

3) Ex communi praedicta massa (n. 2) iuxta consuetudinem regionis et dioecesis stipendia et distributiones fleri ac definiri debent quae Vicario actuali (can. 471, f D, Vicariis cooperatoribus. Administris cultus danda sunt, pariterque contributiones quas paroeciae pro expensis generalibus Ecclesiae et pro necessitatibus Fabricae praestari debent.

• Dioeceai X . Prof 1119/48 · toüis S C d· »! Ju-Wt 1 (1957) 341 Adn V JUDGE in hoist IT G957) À3.KUI

2028

1949 FEB 21.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART?

Circa cautiones aeqltpollentes praestandas in MATRIMONIIS MIXTIS

Die 21 Febr. 1949 de mandato Exemi .Assessoris S. Officii: *tCautiones aequipollentes* [dc quibus in Decr. d. 27 Ian. 1949] (LE 2021l tunc tantum sufficientes habendae sunt ad matrimonium cum parte pagana aut cum parte baptizata acatholica ineundum, si, consideratis singulorum casuum condicionibus, moraliter certo constat: manifestatam sinceram partis catholicae voluntatem de universa prole catholice baptizanda et educanda, etiam *e/lectum habituram* esse».

• PrM 38 (1949) 1S3. Reipo^sum datum est ad modum supplementi responsionis S. Officii dioi 27 kn. 1949 LE 2021. Ada. P. HUERTH in PxM 33 (1949) 139-194.

2029

1949 FEB 22.-PIUS XII, MOTU PROP. AAS 41 (1949) 89-117

Litterae Apostolicae Motu Proprio datae ad Venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, ceterosque locorum Ilierarchas Ecclesiae Orientalis, pacem et communionem cum Afoslolica Sede habentes

CODEX IURIS CANONICI ORIENTALIS

De DISCIPLINA SACRAMENTI MATRIMONII PRO ECCIESIA ORIENTAL»

PIUS PP. XII

Crebrae allatae sunt Nobis, praesertim postremis hisce annis, tum a Legatis Nostris tum a sacrorum Antistitibus Orientalis Ecclesiae supplicationes, per quas rogabamur, ut, instantibus volis annuentes, dum codificatio legum Ecclesiae Orientalis haud multum abest, ut absolvatur, earundum legum singularia quaedam capita, magni quidem momenti, nulla interposita mora promulgaremus, ut ijravibus et perniciosis rerum adiunctis, in quibus nonnulae Christi ovilis partes orientali ritu utentes versarentur, efficaci praesidio obviam iremus.

Nos igitur, attente et cogitate omnibus in Domino perpensis, motu proprio, certa scientia ac de Apostolicae plenitudine potestatis statuimus ac decrevimus eos canones iam nunc publicare, qui ad sacramenti matrimonii disciplinam spectant.

Iam initio, cum ad Codicem conficiendum prima conferrentur studia, Petrus S. R. E. Presbyter Cardinalis Gasparri, Consilii Praeses Codici canonico Orientalis Ecclesiae praeparando, ob oculos habilis facilitate et frequentia necessitudinum, quas orbis terrarum populi ct nationes ob nostrae aetatis expeditissimum commeatum inter se nectunt, litteris die xv mensis Septembris anno mcmxxx datis, sacros Orientalis Ecclesiae Pastores consulebat, ab iisdem petens an in expletionem optatorum multis e locis Apostolicae Sedi explicatorum expedire videretur, ut, quoad fieri posset, ecclesiastica disciplina ad matrimonialia impedimenta ct ad formam ineundi nuptialis foederis
90 pertinens unius tenoris redderetur; idque poscebatur, quia ob memoratam eundi et remeandi facilitatem crebriores habebantur inter homines mixti ritus nuptiae necnon eo proposito, ut inccrtltudines dc matrimoniorum validitate, eorum sanctitati nocentes, penitus auferrentur.

Consilium igitur Orientalis Ecclesiae Codici canonico confidendo, debita attentione libralis responsis, ferme cunctis asseverantibus, eorumdem sacrorum Pastorum, postquam haec fcl. mcm. Summo Pontifici proximo Decessori Nostro retulit, adprobationl Nostrae hos canones proposuit, quos Nos Apostolica auctoritate Nostra comprobamus:

DE SACRAMENTO MATRIMONII

Can. 1—f 1. Christus Dominus ad sacramenti dignitatem evexit Ipsum contractum matrimonialem inter baptizato ⁑

« Syn. Trident., ve». VIÎ, *De sacramentis* rmzre. can. i; vn XXIV. *De matrtmemo,* prooemium, can. f; Pno« fidei (in Syn. Luplunen. II) a PalacoJofD Gmpno X obUu. a. »174; Eugeua» B (in Syn. Florentin.). coniL *ExndLate Deo, 22 twr.* »439. J »fr· LcO XIII, encycL /frramtra, to febr. iSSa.

§ 2. Quare inter baptizatos nequit matrimonialis contractus validus consistere, quin sit eo ipso sacramentuml.

Can. 2—§ 1. Matrimonii finis primarius est procreatio atque educatio prolis; secundarius mutuum adiutorium et remedium concupiscentiae 3.

§ 2. Essentiales matrimonii proprietates sunt unlbi et indissolubilitas, quae in matrimonio Christiano peculliem obtinent firmitatem ratione sacramenti⁑

Can. 3—Matrimonium gaudet favore iuris; quare b dubio standum est pro validitate matrimonii, donec contrarium probetur, salvo praescripto can. ⁑16

Can. 4—§ I. Matrimonium baptizatorum validum dicitur *ratum,* sl nondum consummatione completum est; *ratum et consummatum,* sl inter coniuges locum habuerit coniugalis actus, ad quem natura sua ordinatur contractus matrimonialis ct quo coniuges fiunt una caro.

§ 2. Celebrato matrimonio, si coniuges simul cohabitaverint, praesumitur consummatio, donec contrarium probetur.

§ 3. Matrimonium inter non baptizatos valide celebratum, dicitur *legitimum.*

§ 4. Matrimonium invalidum dicitur *putativum,* si in bona fide ab una saltem parte celebratum fuerit coram Ecclesia, donec utraque pars de eiusdem nullitate certa evadat. /

Can. 5—Baptizatorum matrimonium regitur iure non solum divino, sed etiam canonico, salva competentia civilis potestatis circa mere civiles eiusdem matrimonii effectus ·

Can. 6—J 1. Matrimonii promissio, etsi bilateralis seu sponsalilia, irrita est in utroque foro, nisi facta fuerit coram parocho aut loci Hlerarcha aut sacerdote cui ab alterutro facta sit facultas assistendi.

§ 2. 1.° Matrimonii promissioni valide assistit idem parochus vel loci Hlerarcha aut sacerdos ab alterutro designatus qui ex praescripto can. 86, 87 matrimonio valide assistit;

2.® Vicario cooperatori concedi potest a parocho vel a loci Hierarcha etiam facultas generalis assistendi matrimoniis; qua obtenta, ipse facultate subdelegandi gaudet, ut in n. 1;

3.® Facultas concessa contra praescriptum nn. 1, 2 Irrita est.

f 2. Facultas de qua in § 1, n. 1, ne concedatur, nisi expletis omnibus quae ius constituit pro libertate status comprobanda.

§ 3. Locorum Hierarchae administralionem fidelium diversi ritus ad normam iuris gerentes dare possunt cuiusvis orientalis ritus rectoribus ecclesiarum vel aliis sacerdotibus, curam fidelium, parocho proprii ritus orborum, habentibus, generalem facultatem assistendi matrimoniis fidelium ritus orientalis, etsi a ritu rectoris vel presbyteri diversi.

Can. 88—f 1. Parochus autem vel loci Hierarcha matrimonio licite assistunt:

1.° Postquam sibi legitime constiterit de libero statu contrahentium ad normam iuris;

2.° Postquam, insuper, sibi constiterit de domidlio vel quasi-domicilio vel menstrua commoratione aut, si de vago agatur, actuali commoratione alterutrius contrahentis in loco matrimonii;

• Innocentias HI (in Syn. Latcranrn. IV), cap. IX: *Quonian* m f&riifitA.
• Pias IX. alloc. ***Probr naustir,*** 3 iaL 1848; Leo XIII, litt- ap. *Orientait/* 30 nov. 1894, η. II; S. C. dc Prop. Fide, 28 aug. ***i6ir,*** litt xx oct 17S<X instr, (ad Ep. latinaro Babykmen.). 23 sept. 1783: *Promu* et «S» wrx, (C. G.), 29 mart. 1824; (C. G.), xx dec. 1838, n. 15, 16; iostr. (ad Del. Ap Aegypti). 30 apr. 1862; (C. G.), x iun. 1885, ad 4; (C. G.), 25 InL 1887. n. 4; litt- encyct, 26 febr. 1896; dccr. x mali 1897; (Pro Negotiis Ritas Orientalis), decr. x8 aug. X913, art. 22, 23: decr. *17* aug. X914, art. x8; S. G pro Eeel Orient., decr. x mart. X929, art. xç; decr. 24 mail 1930, art. ax, 33.—Syn. Armen-, a. 19: x, 621, 637. Syn. Alexandrin. Coptoruxn, a. 1898, sect. II, cap. I, art V, IX; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. I, 3; Syn. Sciarien. Syrorum, a. x888, cap. III, art. IX, *17.*
• Pius IV. const. ***Romanut Pantifirx,*** x6 febr. 1564, | IT; Pius IX, Utt ***Ubi*** ùurrunW», 3 iuL 1848, J 3; Leo XIII, litt. ap. ***Orisnlahtim,*** 30 nov. 1894, η. IX; S C. de Prop. Fide, litt. (ad Ep. Strigonkn.), *1* oct. X907, n. 23x09.—Syn. Armen., a. X91 x, η_ 631, 627. Syn. Alexandrin. Coptarum, a. x8o8, sect. II. cap. I. art. V, X.
Can. M.—Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap XI, >1

3. Habita, si conditiones deficiant de quibus in η. 2, licentia parochi vel Hierarchae domicilii vel quasi domicilii aut menstruae commorationis alterutrius conIrahcntis, nisi vel de vagis actu itinerantibus res sit, qui nullibi commorationis sedem habent, vel gravis necessitas intercedat quae a licentia petenda excuset.

5 2. Parochus, si ita ferat ius particulare, ut matrimonlo Hdte assistat, indiget insuper licentia Hierarchae loci s.

§ 3. Matrimonium coram sponsi parocho celebretur, nisi vel legitima consuetudo aliud ferat vel lusta causa
109 excuset; matrimonia au/tem catholicorum mixti ritus, in ritu viri et coram eiusdem parocho sunt celebranda, nisi vir, domicilium vel quasi-domicilium habens In regione orientali, consentiat ut matrimonium ritu sponsae et coram huius parocho celebretur e.

§ 4. Parochus qui sine licentia iure requisita matrimonio assistit, emolumenta stolae non facit sua, eaque proprio contrahentium parocho remittendi obligatione tenetur.

Can. 89—Si haberi vel adiri nequeat sine gravi incommodo parochus vel Hierarcha vel sacerdos cui facultas assistendi matrimonio facta sit ad normam canonum 86, 87:

1.° In mortis periculo validum et licitum est matrimonium contractum coram solis testibus; et etiam extra mortis periculum, dummodo prudenter praevideatur eum rerum statum esse per mensem duraturum;

2.° In utroque casu, si praesto sit quivis alius catholicus sacerdos qui adesse possit, vocari et, una cum testibus, matrimonio assistere debet, salva coniugii validitate coram solis testibus.

Can. 90—§ 1. Ad statutam superlus formam servandam tenentur:

1.° Omnes in catholica Ecclesia baptizat! ct ad eam ex haeresi aut schismate conversi, licet sive hi sive illi ab eadem postea defecerint, quoties inter se matrimonium Ineunt;

2.° lidein, de quibus in n. 1, si cum acatholicls, sive baptizatis sive non baptizatis, etiam post obtentam dispensationem ab impedimento mixtae religionis vel disparitatis cultus, matrimonium contrahant.

§ 2. Firmo autem praescripto § 1, n. 1, acatholicl baptizat!, si inter se vel cum acatholicis non baptizatis contrahant, nullibi tenentur ad catholicam matrimonii formam servandam.

Can. 91—Extra casum necessitatis, in matrimonii celebratione serventur ritus et caeremoniae in libris liturgicis ab Ecclesia probatis praescriptae aut legitimis consuetudinibus receptae 7.

Can. 92—§ 1. Celebrato matrimonio, parochus vel qui eius vices gerit, quamprimum describat in libro matrimoniorum nomina coniugum ac testium, locum et diem celebrati matrimonii, dispensationem, si dispensatio locum habuit, eiusque auctorem una cum impedimento eiusque gradu, atque alia secundum modum in libris liturgicis et
110 a proprio / Hierarcha praescriptum; idque licet alius sacerdos facultate vel a se vel ab Hierarcha obtenta matrimonio adstiterit.

} 2. Praeterea, parochus in libro quoque baptlzatorum adnotet coniugem tali die in sua paroecia matrimonium contraxisse. Quod si conlux alibi baptizatus fuerit, parochus notitiam intti matrimonii ad parochum, apud quem coniugis baptismus ad normam canonum adnotandus est,

•S. C. de Prop Fide (Regulae pro tacerdolibus coptis), xs mart. 179°. η. XV.
•Beaedictus XIV, const. ***Etsi pastoralis,*** 26 mail X742, 1 VIII, η. XI, XII; S. C. de Prop. Fide, decr. 6 oct. 1863, C. c., D, b.; (Pro Negotiis Ritus Orientalis), decr. x8 aug. 19x3, art. 37; decr. *17* aug. 19x4. ""t- 3°; decr *37* marL 1916, art. 17, S. C pro EccL Orient., decr. x mart- X929, art. 39; decr. 4 maii X930, art. 45; dccr. 23 nov. X940, art- 39.—Syn- Armen., a. XQix, 6ar. Syu. Alexandrin. Coptarum, a. 1898, sect. II, cap. I, art. V, XXIV; Syn. Sciarien. Syrorum, a. x888, cap. III, art. IX, xx.
' S. Nkepborus CP., can- 90.—Syn. Duin. Armenorurn, a. 7x9, can. 13; Syn. Annen., a. 191x, 576; Syn. Alexandrin. Coptoruxn, a. 1898, sect II, cap. III, art. VIII, J 2, III; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars III, cap. III, 2, X; Syn. Ain-Trazen. Graeeo-MeJchitarum, a. 1833, can. 7, n. 4; Syn. Leopoben. Ruthenorum, a. 1891, tit. II, cap. VII, 6; Syn. Sciarien. Syronna, a x883, cap. V, art. XV, | 12, ***Dt bmedictiom matrimonii caotmoniis.***
Can. 92 —Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect II, cap. III, art. Vjn, I 2, VI; Syn. Libanen Maronitarum. a. 1736, pars II, cap. XI, 30; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1882, tit IV, sect I, P· IU, I 37; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit III, f S; Syn. Sciarien. Syrorum, a. x888, cap. V, art XV, f X2, η. IX.
Can. 97.—Syn. Ehun. Armenorurn, a. 7x9, can. 5; Syn. Armen., a. 191X» 577, Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect II, cap. III, art VIII, I 5» 3. V; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenarum, a. 1872. tit V, cap VIII, II, 4; a. 1882, tit IV, sect. I, cap. III, | 2r. Syn. Sciarien. Syroroxn, a. x888, cap. V, art. XV, | 7 n. 2.

per se vel per curiam episcopalem transmittat, ut matrimonium in baptizatorum librum referatur.

§ 3. Quoties matrimonium ad nonnam can. 89 contrahitur, sacerdos, si eidem adstiterit, secus tum testes tum contrahentes curare debent ut initum confugium in praescriptis libris quamprimum adnotetur.

Caput VII—De matrimonio conscientiae

Can. 93—Ex gravissima et urgentlssima tantum causa, ab ipso loci Hicrarcha, excluso Syncello sine speciali mandato, permitti potest ut *mairimonium conscientiae* ineatur, idest matrimonium celebretur omissis denuntiationibus et secreto, ad normam canonum qui sequuntur.

Can. 94—Licentia celebrationis matrimonii conscientiae secumfert promissionem et gravem obligationem secreti servandi ex parte sacerdotis assistentis, testium, Hierarchae eiusque successorum, et etiam alterius coniugis, altero non consentiente divulgationi.

Can. 95—Huius promissionis obligatio, ex parte Hierarchae, non extenditur ad sequentes casus:

1.° Sl quod scandalum aut gravis erga matrimonii sanctitatem iniuria ex secreti observantia Immineat;

2.° Sl parentes non curent ut proles ex tali matrimonio suscepta baptizetur; aut eam baptizandam curent falsis expressis nominibus, nec Interim Hierarchae, intra triginta dies, prolem susceptam et baptizatam, additis veris parentum nominibus, denunclent;

3.° Si parentes Christianam prolis educationem negliganL

Can. 95—Matrimonium conscientiae non est adnotanduin in consueto matrimoniorum ac baptizatorum libro, sed in peculiari libro servando in secreto curiae archivo. / 111

Caput VIII—De tempore ct loco celebrationis matrimonii

Can. 97—§ 1. Matrimonium quolibet anni tempore contrahi potest, firmo praescripto § 2.

§ 2. Tempore sacro ante Natlvitatem Domini ct Magnae Quadragesimae, necnon aliis temporibus iure particulari statutis, vetatur ipsa nuptiarum celebratio vel tantum sollemnitas in ea, ad normam iuris particularis \

§ 3. Hierarchae tamen locorum possunt, ex insta causa, vetito tempore permittere sive ipsam nuptiarum celebrationem sive sollemnem earundem benedictionem, monitis sponsis ut a pompae apparatu abstineant.

Can. 98—§ 1. Matrimonium celebretur in ecclesia paroeciali; in alia autem ecclesia vel oratorio sive publico sive scml-publico celebrari non poterit, nisi cum licentia Hierarchae loci vel parochi.

§ 2. Hierarchae locorum lusta tantum ac rationabili de causa permittere possunt matrimonii celebrationem in aedibus privatis, non autem in ecclesiis vel oratoriis sive seminarii sive religiosarum, nisi urgente necessitate, et opportunis adhibitis cautelis.

Caput IX—De matrimonii effectibus

Can. 99—Ex valido matrimonio enascitur inter coniuges vinculum natura sua perpetuum et exclusivvm; matrimonium praeterea Christianum conluglbus non ponentibus obicem gratiam confert l.

Can. 100—Utrique coniugi ab ipso matrimonl initio aequum ius et officium est quod attinet ad actus proprios conlugalis vitae.

Can. 101—Nisi iure speciali aliud cautum sit, uxor.

* S. Nicolaus I. UtU ***Ad ansnlL» vaira,*** x 866: ***'Vnti*** erww·. S. C- de Prop. Fide, decr. 6 oct 1863. G c.—Sy». a. 34w->»t. e«n. M·—Syn. Libanen. Mironitxrum, a. 1736, pars 11, cap. XI. 9. II
Cm. 98.—Syn. Libanen. Maronitxrom, x 1736. jur» II, cap XI, ***str,*** Syn. Zamasten. Ralbcnocum, x 172a, üt. HI. | 8, Syn. ScUricxL Syrorum, x 1838, cap. V. art XV, I 12. η. V.
› Etuenius IV Cm Syn. Florentin), comt ***Ennltair*** D«, 2: rrr> 149a, | 16; Piis IV, const ***Ininndvm*** 13 *45 Mei Tr»»nt ; Gregorius XIII, const. SMzfuriMiu. a. IJ7J. Mη h ðeroen VIII, imtr. *Sänrftm» 3X aug 1 $: 1^'x'dk-t*. XIV. const ***Ein fuiicralù.*** 26 maxi X74» I Ml, α II »T W 16 mirt X743. Pro/nM Mn IfaromH» ***praaser ;*** Lro XHI. ep. mcvx'l xo febr. 1880; Pins XI. Hit. eacycl Gwrt M t HI; S C de Prop. Fide, instr (ad Ep. Graeco-Ru a h x 1858 —Sm. Gourta. 340-376, can (4; Syn Cxrthacinxi., x 41-x can to$; Syn Trattan., >. >>i. can. 87, <43; S. Baôlitrt M-, can. 9. 48, 4». 77. TWM'ibrui interrog. 13.

quod attinet ad canonicos effectus, particeps efficitur sta-
112 tus mariti./

Can. 102—Parentes gravissima obligatione tenentur prolis educationem tum religiosam et moralem, tum physicam et civilem pro viribus curandi, et etiam temporali eorum bono providendi '.

Can. 103—Legitimi sunt filii concepti aut nati ex matrimonio valido vel putativo'.

Can. 104—§ 1. Pater Is est quem lostac nuptiae demonstrant, nisi evidentibus argumentis contrarium probetur.

§ 2. legitimi praesumuntur filii qui nati sunt saltem post centum octoginta dies a die celebrati matrimonii, vel Intra trecentos dies a die dissolutae vitae conlugalls.

Can. 105—Per subsequens parentum matrimonium sive verum sive putativum, sive noviter contractum sive convalldatum, etiam non consummatum, legitima efficitur proles, dummodo parentes habiles exstiterint ad matrimonium inter se contrahendum tempore conceptionis, vel praegnationis vel nativitatis4.

Can. 106—Filii légitimât! per subsequens matrimonium. ad effectus canonicos quod attinet, in omnibus aequiparantur legitimis, nisi aliud expresse cautum fuerit ·.

·>·

Caput X—Dc separatione conluçum

Art. I. De dissolutione vinculi

Can. 107—Matrimonium validum, ratum et consummatum nulla humana potestate nullaque causa, praterqnam morte, dissolvi potest

Can. 108—Matrimonium non consummatum Inter baptizatos vel Inter partem baptlzatam et partem non baptizatam, dissolvitur tum ipso iure per.maiorem sm sollemnem professionem religiosam, tum per dispensationem a Romano Pontifice ex iuxta causa concessam, utraque parte rogante vel alterutra, etsi altera sit invita
113

Can. 109—f 1. Legitimum Inter non baptizatos matrimonium. licet consummatum, solvitur In favorem fidei cx privilegio Paulino'.

5 2. Hoc privilegium non obtinet in matrimonio inter partem baptlzatam et partem non baptlzatam inito cum dispensatione ab Impedimento dlsparitatls cultus.

Can. 110—J 1. Antequam coniux conversus ct baptizatus novum matrimonium valide contrahat, debet, salvo praescripto can. 114, partem non baptlzatam interpellare

1.® An velit et ipsa converti ac baptismum suscipere;

2.° An saltem velit secum cohabitare pacifice sine contumelia Creatoris.

§ 2. Hae Interpellationes fieri semper debent, nisi Sedes Apostolica aliud declaraverit.

Can. III—§ 1. Interpellationes fiant regulariter, forma saltem summaria et extraiudiciall, de auctoritate Hierarchae coniugis conversi, a quo Hierarcha concedendae sunt quoque coniugi infideli, si quidem eas petierit, inducíae ad deliberandum, eo tamen monito, fore ut, induciis inutiliter praeterlapsis, responsio praesumatur negativa.

§ 2. Interpellationes etiam privatim factae, ab ipsa parte conversa, valent, imo sunt etiam licitae, sl forma superius praescripta servari nequeat; hoc tamen In casu de ipsis, pro foro externo, constare debet duobus saltem testibus vel alio legitimo probationis modo.

Can. 112—Sl interpellationes cx declaratione Sedis Apostolicae omissae fuerint, aut si infidelis iisdem negando responderit expresse vel tacite, pars baptizata lus habet novas nuptias cum persona catholica contrahendi, nisi ipsa post baptismum dederit parti non baptizatae iustam discedendi causam \

Can. 113—Coniux fidelis, licet post susceptum baptismum denuo conlugaliler cum parte infideli vixerit, lus tamen novas celebrandi nuptias cum persona catholica non amittit, Ideoque potest hoc lure uti, si coniux infidelis, mutata voluntate, postea discedat sine iusta causa, vel iam non cohabitet pacifice sine contumelia Creatoris./ 114

Can. 114—Ea quae matrimonium respiciunt In Constitutionibus Pauli III *Altitudo,* 1 iunii 1537; S. Pii V *Romani Pontificis,* 2 augusti 1571; Gregorii XIII *Populis,* 25 lanuarii 1585, quaeque pro peculiaribus locis scripta sunt, ad alias quoque regiones in iisdem adiunctis extenduntur.

Can. 115—Vinculum prioris coniugil. In infidelitate contracti, tunc tantum solvitur, cum pars fidelis reapw novas nuptias valide iniverit·.

Can. 116—In re dubia privilegium fidei gaudet favore iuris.

Ari. II. De separatione tori, mensae et habitationis l

Can. 117—Coniuges servare debent vitae conlugalls communionem, nisi iusta causa cos excuset 8.

Can. 118—*§ I.* Propter coniugis adulterium, alter coniux, manente vinculo, ius habet solvendi, etiam in perpetuum. vitae communionem, nisi in crimen consenserit, aut eidem causam dederit, vel illud expresse aut tacite condonaverit, vel ipse quoque idem crimen commiserit'.

§ 2. Tacita condonatio habetur, si coniux Innocens, postquam de crimine adulterii certior factus est, cum altero coniuge sponte, maritali affectione, conversatus fuerit; maritalis autem affectio praesumitur, nisi sex intra menses coniugcm adulterum expulerit vel dereliquerit, aut legitimam accusationem fecerit.

Can. 119—Coniux innocens, sive iudicis sententia sive propria auctoritate legitime discesserit, nulla unauam obligatione tenetur coniugcm adulterum rursus admittendi ad vitae consortium; potest autem eundem admittere ant revocare, nisi cx ipsius consensu ille statum matrimonio contrarium susceperit.

Can. 120—§ 1. 1.° Si alter coniux sectae acatholicae nomen dederit; si prolem acatholice educaverit; sl vitam criminosam et ignominiosam ducat; si/grave seu animae 115
seu corporis periculum alteri facessat; si saevitiis vitam communem nimis difficilem reddat, haec aliaque id genus, sunt alteri coniugi totidem legitimae causae discedendi, auctoritate Hierarchae loci, et etiam propria auctoritate, sl de iis certo constet et periculum sit in mora 10.

2. In omnibus his casibus, causa separationis cessante, vitae consuetudo restauranda est; sed si separatio ab Hlerarcha pronuntiata fuerit ad certum inccrtumve tempus, coniux innocens ad id non obligatur, nisi ex decreto Hierarchae vel exacto tempore.

5 2. Eliam conlox ab altero malitiose desertus obtinere potest decretum separationis ab Hierarcha loci ad certum incertumve tempus ad normam § 1, n. 2.

Can. 121—Instituta separatione, filii educandi sunt penes coniugem innocentem, ct si alter coniugum sit acathollcus, penes coniugem catholicum, nisi In utroque casu Hierarcha pro ipsorum filiorum bono, salva semper eorundem catholica educatione, aliud decreverit.

l Eu^enin* IV (in Syn. Borontin.), const Exjuïlxfr *Dio, 22* nov. X439, J 16 Leo XIII. ep encycl *Arconum,* xo febr. 188o S. C. de Prop. Fide, decr 13 apr. 1807. ɳ. XX.
' C. !, 5. 44 (45b); Nov., 74, 3. x et 6.

• C. 5. 17. 10 pr, <t y. Nw. 5$. 8 pe.
' Beûedictui XII, a. 1341, prop. ιoi. Anaenonan. damn.: Clrcxts VIII. imtr. SmdûtÛMU, jr *og. 1595, ⎪ 5: *inter* eomago·*. Lm XIII, rp. roryrL Xreamnq xo febr. 188o S. G S. OIL, Instr. iMj (ad Ep Ritirjxti Oncat), Ut V, «t. IV; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Ep. Graeco-Romrn), a- 1858.
ɨ Syn. Trident, «Mβ. XXIV, i/ mx.'niKnka, can. 6, S. C. de Prop Fide tostr. (ad Ep. Gnr>Rin«.|, a. 1858.
• Benedictus XIV, *p. Poɛlʀγμ o *mense,* 18 febr. 1747, ⎪ 58.
• Syn. TnJUa, a. 691, can. 71.

• Syn. TmlUn.. a. 691. can. 72.
• Benedictus XIV, ep. *Pastrcmo* mm<e, 28 febr. 1747, 5 58.
' Syn. Armen., a. 19: r, 582. 583, 584; Syn. Alexandrin. Coptonra. a. 1898. sect. II. cap. III, art. VIII, ⎪ 4. *Di coniugum cokabdatione it* sr^arv*ttom;* Syn. prov. Alba-lalien, et Fajpunsien. Rumenorum, a. xSSa, tit. IV, sect. It, cap. VI, *Separate a loro ft* menxa; Syn. Sciarfen. Syrorum, 1. xSSS. cap. V, art. XV, 5 5, *De coniugitarum separationf.*
• Syn. Trident, sess. XXIV, *De matrimonio,* can. 8; Eapraius IV (in Syn. Florentin.) coast. *Enultaie Deo,* 23 nov. 1439, ⎪ ȣ6 Benedictis XIV, ep *Super ad nos,* 16 mart. 1743. *Profmio fides Maronɪts pricier.;* S. C de Prop. Fide, instr, (ad Ep. Graeco-Rumen.), a. 1858.—Syn. Gangreu a. 340-376, can. 14.
Can. xiS.—S. Basibus M . can. *21.*
• Syn. Trident., ses». XXIV, *D< matrimonio,* can. 7; S. Nicolaus I. Utt *Ad convulta mtra,* a. 866: mulùr,; Eugmius TV (in Syn. Florentin.l, const. *Enultati Deo, 12* nov. 1439, j Benedictus XIIι ep. X»y<v ai *Sos,* x6 mart- X74J. *Profesiio tUei Sfaronitis praescr.;* Pius IX, ep. F/rhi *eapnmire,* xj aug. X859; S. G de Prop. Fide, instr, (ad Ep. Graeco-Rumen', a. x«s8; Instr. 31 lui 1902. ɳ, ɤ S. Basibus M.. can 9.
·· Benedictus XIV. ep. *Super ad Sas,* 16 mart. X743. *P^fcsna fUo Mannitu praeicr,*—Timotheus Alexandrin., interrog. XJ.

Caput XI—De matrimonii convalidatlone l

Art. I. De convalidatione simplici

Can. 122—§ 1. Ad convalidandum matrimonium irritum ob impedimentum dirimens, requiritur ut cesset vel dispensetur impedimentum et consensum renovet saltem pars impedimenti conscia.

§ 2. Haec renovatio iure ecclesiastico requiritur ad validitatem etiamsi initio utraque pars consensum praestiterit nec postea revocaverit.

Can. 123—Renovatio consensus debet esse novus voluntatis actus in matrimonium quod constet ab initio nullum fuisse.

Can. 124—§ 1. Si impedimentum sit publicum, consensus ab utraque parte renovandus est forma iure praescripta.

§ 2. Si sit occultum et utrique parti notum, satis est ut consensus ab utraque parte renovetur privatim et secreto.

§ 3. Si sit occultum et uni parti ignotum, satis est ut sola pars Impedimenti conscia consensum privatim et secreto renovet, dummodo altera in consensu praestito per-
116 severet/

Can. 125—§ 1. Matrimonium irritum ob defectum consensus convalidatur, si pars quae non consenserat, iam consentiat, dummodo consensus ab altera parte praestitus perseveret.

j 2. Si defectus consensus fuerit mere internus, satis est ut pars quae non consenserat, interius consentiat.

§ 3. SI fuerit etiam externus, necesse est consensum etiam exterius manifestare, vel forma iure praescripta, si defectus fuerit publicus, vel alio modo privato ct secreto, si fuerit occultus.

Can. 126—Matrimonium nullum ob defectum formae, ut validum fiat, contrahi denuo debet legitima forma·

Art. II. De sanatione in radice

Can. 127—§ 1. Matrimonii in radice sanatio est eiusdem convalidatlo, secumferens, praeter dispensationem vel cessationem impedimenti, dispensationem a lege de renovando consensu, et retrotraclionem, per fictionem juris, circa effectus canonicos, ad praeteritum.

f 2. Convalidatio fit a momento concessionis gratiae; rctrotractio vero intclilgitur facta ad matrimonii initium, nisi aliud expresse caveatur.

j 3. Dispensatio a lege de renovando consensu concedi potest etiam insciis partibus.

Can. 128—§ 1. Quodlibet matrimonium initum cum utriusque partis consensu natura sua sufficiente, sed, ad ius quod attinet, inefficaci ob dirimens impedimentum luris ecclesiastici vel ob defectum legitimae formae, potest in radice sanari, dummodo consensus perseveret.

§ 2. Matrimonium vero contractum cum impedimento iuris naturalis vel divini, etiamsi postea impedimentum cessaverit, Ecclesia non sanat in radice, ne a momento quidem cessationis impedimenti.

Can. 129—5 1. Si In utraque vel alterutra parte deficiat consensus, matrimonium nequit sanari in radice, sive consensus ab initio defuerit, sive al) initio praestitus, postea
117 fuerit revocatus./

§ 2. Quod si consensus ab initio quidem defuerit, sed postea praestitus fuerit, sanatio concedi potest a momento praestiti consensus.

Can. 130—§ 1. Sanatio In radice concedi unice potest ab Apostolica Sede, firmo praescripto § 2.

⎩ 2. Patriarcha potitur facultate concedendi sanationem in radice si validitati matrimonii obstat tantum defectus formae celebrationis vel impedimentum a quo ipse dispensare potest.

Caput XII—De secundis nuptiis

Can. 131—Licet casta viduitas honorabilior sit, secundae tamen et ulteriores nuptiae validae et licitae sunt, firmo praescripto can. 59, § 2.

'Syn. Alexandria. Ceploruro, a. 1898. sect II, cap. III, art. VIII, ⎪ 7, *tn ȳζ̃ηγορή irrui rnalidatione:* Syn. xi.uien. Syrorum, a. x888. cap. V. *Cani0Ue* 4 frbe. 144t. 4 Bctxd&tu» XIV, comt M»» 16 nuui 1742. I VIH, a. HÛ tastr. *ieenpw,* 4 tn-ui ⎪ rsj — Syn. NrccaeAjnra, a. 314-31$. caa. 3. ß. Laodlcro^ a. ean t.

Nos autem per Apostollcas has Litteras motu proprio datas supra recensitos canones promulgamus elsdemque vim legis christifidelibus Ecclesiae Orientalis tribuimus, ubique terrarum hi sunt et tametsi Praelato diversi ritus sunt subiectl. Simulae per Apostollcas has Litteras huiusmodi canones vigere coeperint, sua destituentur vi quodlibet statutum, sive generale sive particulare vel speciale, etiam latum a Synodis speciali forma adprobatls, quaelibet praescriptio ct consuetudo adhuc vigens, sive generalis, sive particularis ita ut disciplina sacramenti matrimonii unice iisdem canonibus regatur, neque amplius ius particulare lis contrarium vigorem habeat nisi quando et quantum in iis admittatur.

Ut autem huius Nostrae voluntatis notitia tempestive ad omnes, quorum res Interest, perveniat, volumus et constituimus, ut Apostolicae hae Litterae motu proprio datae a die secundo mensis Maii an. mcmxxxxix, festo S. Athanasli, Pontificis et Doctoris, exsecutionem suscipere incipiant, quibuslibet contrariis non obstantibus, etiam peculiarissima mentione dignis.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxn mensis Februarii, in festo Cathedrae S. Petri in Antiochia, anno MCMXXXXIX, Pontificatus Nostri decimo. — Pius Pp. XII.

DOCUMENTA

Ex Constitutione Pauli Pp. ГП «Altitudo» x lunii 1537

... Sane cum sicut, non sine grandi et spirituali mentis nostrae laetitia, accepimus, quamplures Incolae occidentalis ct meridionalis Indiae, licet divinae sint legis expertes, S. Spiritu tamen coopérante, illustrati, errores, quos hactenus observarunt, penitus ab eorum mentibus et cordibus abiecerint, ac fidei catholicae veritatem et S. Ecclesiae unitatem amplecti, et secundum ritum eiusdem Romanae Ecclesiae vivere desiderent et proponant... Super eorum vero matrimoniis hoc observandum decernimus, ut qui ante conversionem plures iuxta eorum mores habebant uxores, et non recordantur quam primo acceperint, conveni ad fidem, unam ex Illis accipiant, quam voluerint, ut cum ea matrimonium contrahant per verba de praesenti, ut moris est; qui vero recordantur quam primo acceperint, aliis dimissis, eam retineant Ac eis concedimus, utconluncti etiam ln tertio gradu tam consanguinitatis, quam affinitatis, non excludantur a matrimoniis contrahendis donec huic S. Sedi super hoc ailud visum fuerit statuendum...

Constitutio S. Pii Pp. V aRomxni Pontificis», 2 Augusti 1571

Romani Pontificis aequa et circumspecta providentia, ne ea quae pro salubri Indorum noviter ad fidem conversorum directione snnclri debent et terminari, alicuius haesitationis scrupulo subiaceant, declarationibus et aliis opportunis consuevit providere remediis. Cum Itaque, sicut accepimus, Indis in sua infidelitate manentibus plures permittantur uxores, quas ipsi etiam levissimis de causis repudiant, hinc factum est quod recipientibus baptismum permissum sit permanere cum ea uxore, quae simul cum marito baptixata existit; et quin saepenumero contigit illam non esse primam coniugem, unde tam ministri quam Episcopi gravissimis scrupulis torquentur, existimantes illud non esse verum matrimonium: sed quia durissimum esset separare eos ab uxoribus, cum quibus Ipsi Indi baptismum susceperunt, maxime quia difficillimum foret primam coniugem reperire: Ideo Nos, statui dictorum Indorum paterno affectu benigne consulere, atque Ipso» Episcopos ct ministros ab huiusmodi scrupulis eximere volentes. motu proprio ct ex certa scientia Nostro, ac apostolicae potestatis plenitudine, ut Indi, sic ut praemittitur baptixati. et in futurum baptizandi, cum uxore, quae cum ipsis fuerit baptizata et baptizabitur, remanere valeant, tanquam cum uxore legitima, aliis dimissis, apostolica auctoritate, tenore praesentium, declaramus matrimoniumque huiusmodi Inter cos legitime consistere *etc.*

Constitutio Gregorii Pp. XIII «Populis» 25 lanuarii 1555

Populis ac nationibus nuper cx ɛentilitati errore ad Ddem catholicam conversis expedit indulgerr elrca Ubertatem contrahendi matrimonia, ne homine», continentiae servandae minime assueti, propterva minus libenter in fide persistant, et aUo» Illorum exemplo nb eius perceptione deterreant. Quoniam Igitur saepe contingit multos utriusque m<| praecipue ¥irili sexus infideles, post contracta gentili ritu matrini<mia. ex Angola. Aethiopia, Brasilia, et aliis Indicis regionibus, ab hostibus captos, ɳ patriis tinibu» et propriis ɛoningibu tn remotissimas regiones exterminari, adeo ut tam Ipsi, captivique qui In patria remanent, si postea ad (idem ɛon vrtantur,

coniuges infideles tam longo locorum intervallo dhlunctos, an sine contumelia Creatoris sccum cohabitare velint, ut par est, monere nequeant, vel quia interdum ad hostiles et barbaras provincias ne nuntiis quidem accessus pateat, vel quia ignorent ƀrorsus in quas regiones fuerint transvecti, vel truia itineris ongitudo magnam afferat difficultatem: Idcirco Nos, attendentes huiusmodi connubla inter infideles contracta, vera quidem, non tamen adeo rata censeri, ut necessitate suadente dissolvi non possint, talium gentium infirmitatem paterna pietate miserati, universis et singulis dictorum locorum Ordinariis et parochis, et presbyteris Societatis Iesu ad confessiones audiendas ab eiusdem Societatis Superioribus approbatis et ad dictas regiones pro tempore missis vel In illis admissis, plenam auctoritate Apostolica, tenore praesentium, concedimus facultatem dispensandi cum quibuscumque utriusque sexus Christifidelibus Incolis dictarum regionum et serius ad fidem conversis qui ante baptisma susceptum matrimonium contraxerunt, ut eorum quilibet, superstate conluge infideli, et cius consensu minime requisito, aut responso non expcctato. matrimonia cum quovis fideli alterius etiam ritus contrahere et in fade Ecclesiae solemnizare, et In eis postea carnali copula consummatis quoad vixerint remanere licite valeant: dummodo constet etiam summarie el extruiudlcialiter, coniugem, ut praefertur, absentem moneri legitime non posse, aut monitum intra tempus In eadem monitione praefixum suam voluntatem non significasse; quae quidem matrimonia, etiamsi postea innotuerit conluges priores infideles suam voluntatem iuste Impeditos declarare non potuisse, et ad fidem etiam tempore transacti secundi matrimonii conversos fuisse, nihilominus rescindi nunquam debere, sed valida et firma, prolemque Inde suscipiendam legitimam fore decernimus. Non obstantibus *etc.*

Ada. E. BERGH in NrT 81 (1949) 419-421; J. DA.VJZLA In April. 23 (1950) 29-30; St. C. GULOVICH m Janet 10 (1950) 334-350; Aem. HERMAN in PrM 38 (1949) 93-125; ot ic ME 75 (1950) 87-92; G. OESTERLE in ME 76 (1951) 291-305; C. PUJOL in REDC 4 (1949) S23-S51; REGATILLO n. 576; A WUYTS in NrT 31 (1949) 829-839.

2030

1949 MAR 4.-SC S. OFFICII, INDULTUM. PART.·

SoLVHUR ÏN FAVOREM FIDEI MATRIMONIUM VALIDE **CONTRACTUM INTER PARTEM NON** BAPTIZATAM ET PARTEM ACATHOLICE BAPTIZATAM

a) *Casus el Preces Ordinarii loci*

Titius catechumenus, primo matrimonium iniit cum Cala, et post obitum eius cum Maria, baptizata in secta anglicana. Uxor vero ad fidem catholicam conversa est et In Ecclesia Catholica rebaptizato.

Postea autem uxor ob adulterium commissum, ex quo filius natus fuit, a viro ad familiam suam remissa est el tunc iterum ad sectam angleanam rediit.

Titius matrimonium contraxit cum Paula, acatholice baptizata. Titius nunc baptismi susceptionem desiderans, postulat matrimonii sui cum Maria dissolutionem eo fine, ut novum matrimonium inire valeat cum Paula, quae etiam converti vult

b) *Instantia S. C. Sti Officii*

... ut pleniores informationes exhibeantur circa dies quibus matrimonium contractum est, separatio locum habuit, mulier fidem catholicam amplexa est... etiam inquirere an adsit proles el in quanam religione educetur, an nova sponsa fidem catholicam amplecti cupiat et quodvis scandali periculum removeri dici possit.

c) *Complementum actorum*

Matrimonium cum Maria contractum est anno 1929 more gentili. Maria baptizata est... anno 1939 et reliquit virum suum anno 1940; matrimonium iniit ante baptismum.

Proles est Agnes et Clara. Agnes matrimonium iniit cum Petro anno 1946 in Ecclesia Catholica. Agnes et Clara baptlzatae sunt et educantur a patre.

Nova sponsa, Paula, fidem catholicam amplecti cupit (catechumena).

Quoad periculum scandali: propter ignorantiam inter fideles el quia Titius et Maria matrimonium inierunt more gentili tantum, dici potest quod periculum scandali remotum est.

Ex Aedibus S. Officii. die 4 martli 1949

Rescr.—Ordinarius... ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus, quae sequuntur, exponit:

Titius paganus anno 1929 matrimonium contraxit cum Maria ncatholice baptizato. Mulier adulterium patravit ac sciuncta est a viro. Vir in concubinatu vivit cum muliere acathollca. Nunc cupiens baptismum suscipere, Titius postulat solutionem matrimonii dc quo supra, in favorem fidei, ut conscientiae suae consulere valeat. Et Deui...

Ssriius D. N. D. Pius, divina Prooidentla Papa XII, in audientia Excmo ac lieviho Adsessori S. Ollicii Impertita Feria V, *die* 3 *martii* 1949, *audito supplici libello benigne adnuit pro gratia dissolutionis matrimonii de quo supra in favorem fidei, praevio tamen baptismo oratoris, qui novas nuptias inire valeat valide et licite coram Ecclesia cum muliere catholica.*

In praesenti concessione includitur quoque, quatenus opui sit, dispensatio ab impedimento criminis, de quo in ran. 1075, n. 1.

Servatis de iure servandis; contrariis quibuscumque minime obstantibus.

• Cuidam Ordinario Africa©. Prot N. 12/49: IS 4 (1958) 451-42. Adn. ANASTASIUS AB UTRECHT in IS 4 (1953) 127-142.283-335.428451.

2031

1949 MAR 4.-SC RITUUM, NOTIFICATIO. PART.·

Notificatio sacerdotibus qui missam votivam quotidie **LEGUNT ET BIS MISSAM LITARE INTENDUNT DIE 3 APRILIS 1919**

Sacerdotes, qui ratione Infirmitatis, induito gaudent celebrandi quotidie Missam dc Beata Maria Virgine, vel aliam Missam Votivam, dic 3 aprills huius anni, si velint uti privilegio litandi duas Missas a Summo Pontifice Pio XII concesso per Apostolicam .Adhortationem «Conflictatio bonorum» diei 11 februarii currentis anni, bis legere possunt eandem Missam votivam.

Servatis de cetero rubricis. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Dic 4 Martii 1949.—A. Carinci, zKrchiep. Seleuc., *a Secretis.*

• EL 63 (1949) 91.

2032

1949 MAR 8.-S. PAENITENTIARIA, INDULTUM. PART.·

Supplementum ad «novum summarium indulgentiarum et privilegiorum primae Congregationi Marianas primariae concessarum»

La Sacra Penitenzieria Apostolica annuendo benianamenie alia richiesla dei Procuratore generate affinchè nel Somniari) delle Indulgenze e Prioilegi concessi dalla Sede Apostolica alia Congregazione Mariana Prima Primaria e nooamente approƀalo dei Sommo Pontefice il **9** *agosto* **1948 [LE 2007],** *concede che otnga aggiunto, dopo il* **n. 6,** *il seguente paragrafo, riguaidante iin Indulgenza plenaria elargita in perpetuo, omesso per pura Inaoocrlenza nella recente editione dei Sommario:*

(6 bis) Ogni mese, in un giorno a scella di ciascun congregato, nel quale, confessato, riccverà la Comunione in onorc del Santo Patrono che gli sarà toccato in sorte per quel mese, secondo U secolare costume delle Congregazloni Mariane, pregando secondo le intenziorü del Sommo Pontefice, purchè 1 suddetti congregati abbinno quotidinnamente recitato con cuore contrito e con devozlone Ire *Pater, Ave* **e** *Gloria* **In onore del Santo Patrono.**

♦ CAPRILE p. 178. Vide «Norim Summarium...» sub dio 9 Augusti 1948; LE 2007.

2033

1949 MAR 10.-SC RITUUM, INDULTUM. PART.·

Facultas datur celebrandi missam imm. conceptionis **B. M. V. DIE IN UNIVERSO MUNDO CONGREGATIONIBUS MARIANIS DICATO**

Preces—*Beatissimo Padre,* Il Preside del Segrelarialo Generale delle Congregazloni Mariane, prostrato al pledi di Vostra Santità, chiede umllmente che ogni anno nella seconda domcnica dl maggio, cioè nella Giomata Mondiale delle Congregazloni Mariane (la quale venne gin approvata dalla Santità Vostra ed anche arricchita di indulgenza plenaria da lucrarsl dai congregati) sl possa celebrare uη'αrica messa, letta o cantala, in onorc dell'Immacolata Concezlone dclla Beata Verglne Maria.

Rescr.—La Sacra Congregazione dei Riti, considerata la richiesta caldeggiata dal Revmo Procuratore Generale della Compagnia de Gesù, In forza delle facoltà ad essa

concesse dal Santisslmo Signor Nostro Pio Papa XII benignamento concede ll favore rlchlesto, per un decennio, a condizione che non occorra una festa doppia di 1.· o 2.» classe o una domenlca prlvilcgiata, ed osservale le mbriche. Non essendovi nulla in contrario.

Roma, 10 marzo 1949.—Card. C. Micara, *Prefetto.*

• Moderatori Congrogationum Marianarum, Prot. N. £. 23/49: Regulae communes Congregationum Marianarum, Roma 1951, p. 32.

2034

1949 MAR 14.-SC CONCILII, INDULTUM. PART.·

Renovantur indulta apostolica circa legem ieiunii et abstinentiae olîm concessa militibus exercitus **HISPANIAE UM**

Tenemos la satlsfacclôn de notificar n los senores Capellones que el Excmo. y Rcvdmo. Sr. Nunclo Apostôlico, en uso de las facultades que le han sido concedldas por la Sagrada Congregaciôn del Concilio, se ha dignado otorgar a los militares dispensa de la Ley dc ayunos y abstinendas a tenor de lo concedido hasta 1914.—El Vicario General Castrense: Gregorio, *Obispo de Barcelona.*

L *Privilegio militor de abstinenda y ayuno.*—El privilegio tradicional en el Ejército espahol, sobre abstincncla y ayuno, concedido por S. S. Pio VI, en 1775, y cancelado al suprlmirse la jurisdicclôn castrense cn 1933, ha sido renovado con fecha de 14 de marzo dc 1949.

En consecuencla los militares cn activo, en virtud de este privilegio, sc atendrân cn cuanto se refierc a sus obligaciones de abstinenda y ayuno, a las siguientes instrucciones.

1. *En campana.*—Quedan dlspcnsados de toda obligaclôn de abstinenda y ayuno, absoluto, todos los militares durante el tlempo de campana.

2. *En tiempo de pax.*—El privilegio seftala dos categorias de las personas:

a) Los soldados y closes y el Cuerpo dc suboficialcs y sus asimilados quedan exentos de toda obligaciôn de ayuno y abstinenda.

b) Los Generales, Jefes y Oficiales y sus asimilados rrducen la obligaciôn de abstinenda y ayuno, en virtud dc este privilegio, a los dlas siguientes:

1) *De ayuno con abstinenda:* Miércoles de Cciniza, Viernes de Cuaresma, Viernes Santo y Sàbado Santo hasta el medlodia.

2) *De ayuno solamente:* Los sàbados de Cuaresma y lunes, martes, mlérciles y jueves de Semana Santa.

II. *Familias de militares.*—Las familias de los militares se regirân por la Ley general de la Iglcsia en cuanto a las obligaciones del ayuno, pero por comunlcaciôn dc privilegio se extlcnde a aquêllas, asi como a los comensales dei militor, el privilegio de abstinenda; y esto aunque el militar estuviese ausenlc de su casa, si su auscncia es menor de tres dias.

III. *El privilegio militar acumulado a la Bula dc la Santa Cruzada.*—Para gozar de las indulgencias contenldas en el Suraario General de Cruzada es preciso tomar éste dando la limosna que corresponde en proporciôn de sus ingrcsos anuales.

Para gozar de la reducciôn de las obligaciones de abstinenda y ayuno concedlda por la Santa Sede por Decreto dc la Sagrada Congregaciôn dei Concilio de 28 de cncro de 1949 [LE 2022], sc ha condicionado en Espana a la adquislclôn del Sumario de abstincncla y ayuno de la Bula dc la Santa Cruzada.

El militar que tomarc este Sumario tendrâ reducidos sus abstinendas y ayunos cn la forma siguiente: *Dias de sólo ayuno:* .Miércoles de Cciniza. *Dias de abstinenda y ayuno:* El Viernes Santo. *Dias de sôlo abstinenda:* Los viernes de Cuaresma.

• Ordinario Castrensi Hispaniarum: Sal Terrae 39 (1951) 535-538.

2035

1949 MAR 26.-SC CONS., DECR. AAS 41 (1949) 189-191

Decretum de facultatibus et gratiis **PRO AMERICA LATINA**

Conspicua privilegia Ordinariis, Sacerdotibus et Christi(idelibus dioecesium Americae Latinae a Summo Pontifice Leone XIII fe. rec. ad trentennium concessa. Summus Pontifex Pius XI, fe. rec. iterum largitus est ad decennium «Litteris Apostolicis» diei 30 Aprilis 1929 [LE 898), quae. Decreto Sacrae C. Consistorialis diei 28 Aprilis 1939 (LE 1472], usque ad diem 30 Aprilis 1949 fuerunt confirmata.

Cum decimo excunte anno, quos supra memoravimus, Americae Latinae Ordinarii, enixe, iisdem permanentibus adiunclis, postulaverint ut eadem privilegia prorogarentur, Ssrhus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XII, de consulto SS. Dlcasteriorum, pro materia ad unumquodque spectante, petitas facultates, nonnullis inductis immutationibus, quae opportunae visae sunt, omnibus et singulis Ordinariis, Sacerdotibus et Christifidelibus dioecesium et ditionum Americae Latinae benigne confirmare et concedere dignatus est usque ad diem 31 Decembris 1959, iuxta modum qui infra sequitur:

1) Ordinarii locorum parochis vel missionariis. In regionibus seu locis in quibus ob magnam distantiam vel ob aliud impedimentum, eisdem perdifficile sit, cx fontibus baptismalibus, ubi asservatur, desumere ct sccum ferre aquam Sabbato Sancto et Pentecoste benedictam, possunt facultatem concedere aquam baotlsmalem benedicendi ea breviori formula, quae a fcl. rec. Decessore Nostro Paulo III missionariis in Peruvla apud Indos concessa, nunc in Appendice Ritualis Romani legitur.

2) Parochi et mlssionarii, si propter temporis defectum improbamque defatigationem, vel aliis gravibus de causis, omnes adhibere pro baptismo adultorum praescriptas coeremonlas haud facile valeant, solis ritibus qui in Constitutione fel. rec. Pauli Pp. III *Altitudo* die 1 mensis Iunii an/no mdxxxvii data designantur, uti licite poterunt, praevio tamen Ordinarii consensu. 190

3) Item Ordinarii locorum, secluso Vicario Generali sine sui Ordinarii loci speciali mandato, deputare possunt ad Sacramentum Confirmationis administrandum, sacerdotes, quantum fieri potest in aliqua dignitate ecclesiastica constitutos, vel munere Vicarii foranei fungentes, numquam vero simplices sacerdotes commorantes illis in locis in quibus praedictum Sacramentum administrandum erit; servata Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum Instructione pro simplici sacerdote, ex Sedis Apostolicae delegatione, Sacramentum Confirmationis administrante *(A. A. S.,* XXVII, 11 seq.) [LE 1224).

4) Iidem Ordinarii ad assistendum nuptiis iuxta formam a iure statutam delegare possunt sacerdotes qui. Missionum causa, ad evangelizandos fideles vel ad aliud exercitium pietatis Implendum in longinquas regiones, a parochiall sede dissitas pergunt, iisdem Missionib durantibus, absente Ordinario, vel parocho, vel Vicario cooperatore, atque iis servatis, quae, prouti res ferat et loci ac temporis conditiones observari permittant, matrimonii celebrationi, ad nonnam Codicis Iuris Canonici canonis 1019 ct seq., praemitti debent; facta tamen huius Apostolici Indulti expressa mentione in unotnioaue casu et iugiter firmis sacrorum canonum praescriptionibus tum de iuribus parochi servandis tum de inscriptione in libris paroecialibus facienda.

5) Ordinarii pariter dispensare valent super matrimonialibus, iuris dumtaxat ecclesiastici, impedimentis, a quibus Sancta Sedes dispensare consuevit, exceptis proinde impedimentis, quae ex Sacris Ordinibus vel ex affinitate in linea recta consummato matrimonio proveniunt; excepto quoque, ob rei gravitatem, Impedimento de quo in canone 1075, nn. 2, 3; exceptis denique mixtae religionis ct cultus disparitatis impedimentis, nisi speciales a Suprema Congregatione Sancti Officii facultates obtentae fuerint.

Pariter venia iisdem conceditur decernendi atque declarandi legitimam prolem nupturientium, dummodo ipsa in adulterio ne sit concepta; facta tamen In unoquoque casu, etiam in concedendis dispensationibus, huius Apostolici Indulti expressa mentione.

6) Fidelibus autem matrimonium contrahentibus largitur ut quocumque anni tempore Nuptiarum benedictionem accipere possint, dummodo illis temporibus, in quibus ab Ecclesia nuptiae prohibentur, a nimia pompa abstineant; cauto tamen ut, sl extra Missam benedictio nuptialis concedatur, formula In appendice «de Matrimonio» Ritualis Romani adhibeatur./ vi

7) Conceditur pariter ut Sacra Olea etiam antiqua, non ultra duos annos, adhiberi possint, dummodo ne sint corrupta et nova vel recentlora Sacra Olea, peracta omni diligentia, haberi nequeant.

8) Ordinarii permittere queunt sacerdotibus usum al-

loris portatilis, ita tamen ut huiusmodi usus sit tantum in fidelium bonum atque illis in locis, in ouibus ecclesia vel publica oratoria desint, aut paroecialis ecclesia sit longe distans, non vero in mari; dummodo celebrationis locus sit decens atque honestus, super petra sacra celebretur, et parochi ceterique sacerdotes quibus haec facultas tribuetur. Sancti Evangelii explicatione vel catechesis traditione fideles, sacro adstantes, instruant.

9) Ordinarii concedere possunt sacerdotibus facultatem celebrandi in navi sacrosanctum Missae Sacrificium, durante dumtaxat tempore Itineris, dummodo locus, in quo Missa peragenda est, nihil indecens aut indecorum praeseferat, mare aut flumen sit adeo tranquillum, ut quodeumque e Calice effusionis Sacrarum Speclcrum periculum absit; atque alter sacerdos, superpelliceo indutus, si adsit, celebranti presbytero adsistaL

10) Omnibus autem Americae Latinae christifidelibus permittitur ut a dominica Septuagesimae usque ad festum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli praecepto annuae Confessionis ct Communionis satisfacere possint.

11) Iisdem christifidelibus largitur, si loca inhabitent ubi prorsus impossibile vel saltem admodum sit difficile ad confessarium accedere, ut lucrari queant Indulgentias ct lubilaea quae Confessionem et Communionem et iciunium requirunt, dummodo, servato ieiunio, sint corde saltem contriti, addito firmo proposito admissa, quamprimum poterunt, confitendi.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 26 Martii 1949.—Fr. A. I. Card. Piazza, Episc. Sabin, et Mandel., *a Secretis.* B. Renzoni, *Adsessor.*

Ada. F. M. CAPPELLO in ME 74 (1949) Ô5-69, P. TOOANEL in ΑροΠ. 22 (1949) 288-295.

2036

1949 MAR 28.-SC S. OFFICII, MONITUM. PART.·

Circa cautiones aequipollextes ix matrimoniis MIXTIS PRAESTANDAS

Die 28 martii 1949

Excrhe ac Reoïhe Domine, Circa Rescriptum S. Officii super matrimonia mixta, de quo in litteris meis N. 29-4-4 diei 19 februarii huius anni |LE 2021 J, Revrfius P. F. Hürth, eiusdem Congregationis Consultor, de mandato Excdii Assessoris, ad ea quae sub η. II continentur addit: ^*Cautiones aequipellentes»* tunc tantum sufficientes habendae sunt ad matrimonium cum parte pagana aut cum parte baptizata acatholica ineundum, si, consideratis singulorum casuum condicionibus, moraliter constat: manifestatam sinceram partis catholicae voluntatem de universa prole catholice baptizanda et educanda, etiam *eftectum habituram* esse».

Quae Tibi renuntians, qua par est reverentia me profiteor, Excellentiae Tuae addictissimum—Ant. Riberi, *internuntium Apostolicum.*

• OrdbxtriiA locorum in Sinis: China Missionary 2 (1949) 541. Adn. vide supra sub die 27 lamurii 1949: LE 2021.

2037

1949 MAR 29.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.·

Declaratur nullum ob defectum formae caxoxicae MATRIMONIUM INITUM INTER PARTEM ACATHOLICAM ET PARTEM CATHOLICE BAPTIZATAM, ETSI AB ACATHOLICIS NATAM ET ACATIIOLICB EDUCATAM

Casus—Mary was bom on 1 May, 1918, of John, a Catholic, and Jennie, a non-Catholic, and was baptized 18 May, 1918, at the Church of the Holy Name. Her parents separated when she was five years of age. 'rhe mother remarried with a divorced Catholic, William. Mary received no Instruction nor any other Sacraments. In her early Years she attended the Protestant church with her step-brothers and sisters. In the course of her deposition the mother said: «She was raised an Episcopalian·. He brother also under oath states that she was raised «as a Methodists. On the other hand, however, Man' all her life felt a persuasion that she was a Catholic, and she attended the Catholic church, irregularly at least, from her fourteenth year. It was only after her civil marriage that she began to take a deeper Interest in the Catholic faith. She contracted marriage with Merritt in 1936.

Solutio—Your Very' Reverend Episcopal Curia, by letter of 2 May, 1948, presented the case of a marriage contracted in a non-Catnolic rite In 1936 between a non-CathoIIc, Merritt, and Man', regarding whoso obligation to observe the canonical form in the celebration of marriage a doubt arises owing to the prescription of canon 1099, f 2.

Having carefully considered the circumstances of the case, this Supreme Sacred Congregation decided to reply: «The nullitv of the marriage in this case Is established, for want of the canonical form».

• BOUSCAREN III 464 465.

2038

1949 APR 2.-PIUS XII, MOTU PROP. AAS 41 (1949) 165-167

De poxtificio s. euoexii instituto pro sacrorum administris a sacerdotio recentibus

PIUS PP. XII

Quandoquidem templum divo Eugenio I dicandum adiectaque domus non multum post temporis, Deo iuvante, iam in promptu erunt —ac libet heic iis omnibus plurimas gratias agere, quorum generosae largitati res debetur— cupimus ac volumus ut inibi condatur paroecia quae Iisdem regatur normis ac fruatur iurlbus, quibus ceterae almae Urbis paroeciae reguntur ac fruuntur.

Ac praeterea Nobis in animo est aliud etiam In iisdem aedibus constituere, quod confidimus fore Romano clero, Nobis sane carissimo, valde frugiferum.

Sunt enim quaedam ad rei catholicae profectum ita necessaria, ut cum iisdem ipsius Ecclesiae status atque incrementum coniungantur quam maxime. In quibus quidem recta adulescentis cleri institutio ac conformatio ponenda est; quapropter non modo Decessores Nostri, sed sacrorum etiam Antistites in quavis terrarum orbis parte cordi semper habuere peculiares sui officii curas in hac rc collocare; idque post celebratam Tridentinam Synodum potissimum effectum est per instituta in singulis Dioe^e sibus Seminaria, in quibus delecti iuvenes, divino quodam instinctu ad sacerdotalia capessenda munia vocati, rite educarentur.

Quando tamen ex his studiorum domiciliis sacerdotes novensiles proficiscuntur, ut sibi creditum ministerium suscipiant, etsi sunt sacris disciplinis pietatisque fervore praediti, nihilo scelus cum saeculi afflatum sentiunt, atque in media rapiuntur aetatis huius nostrae pericula difficultatesque, non raro experiuntor se haud satis esse ad increscentibus populi necessitatibus occurrendum instructi, atque interdum etiam animo concidunt, cum se cernunt non sine proprio discrimine a Christianae doctrinae chistianaeque virtutis hostibus acerrime impugnari.

Oportet igitur iuvenes a sacerdotio recentes opportunis illis disciplinis ac rebus exerceantur, quibus iisdem opus sit ut novas etiam apostolatus formas, quas nostra induxerit aetas, expedite, apte alacriterque tractare valeant.

Fore confidimus ut proximum lubllaeum maximum, quod haud ita pridem indiximus, cum singulis chrislifidelibus, tum humanae societati fructus afferat uberrimos. Nobis enim dabitur —ut In optatis est— ingentes Christianorum multitudines cernere, quae Romam undique gentium confluent, ut principem Catholicae Ecclesiae Sedem ac lesu Christi Vicarium revereantur, ut praeclara religionis monumenta pie invisentes suam fidem alant ac refoveant, ut denique sua admissa expient et ad virtutem optimosque redintegrandos mores una simul exardescant.

Ac futurum quoque speramus ut mirandum hoc fraternae unitatis caritatisque spectaculum —dum odium hand paucos homines miserandum in modum dislpngit atque exagitat— facere non possit quin eos etiam, qui catholico non censentur nomine, salutariter percellat atque commoveat.

Ut autem quam plurimi, divinae gratiae munera impetraturi, ad almam hanc Urbem per anni sacri decursum conveniant, quod Decessor Noster Sixtus IV anno ncccclxxiii decrevit, id ipsum Nos per/has Litteras statuere censemus, prudenti tamen temperatione modoque adhibito, quemadmodum infra indicaturi sumus: hoc est promulgata atque ad rem deducta lubilaei indulgentia, Iam ceteras omnes poenarum relaxationes, aut concessas, aut concedendas, itemque facultates, cuivis factas, extra Urbem, Apostolicae Sedis nomine atque auctoritate dispensandi absolvendique in utroque foro, per piacularem annum conquiescere atque intermitti iubemus.

Itaque, auctoritate Nostra apostolica, usitatas pro vivis Indulgentias, ut decessores Nostri simili in causa decreverunt, sic Nosmet per totum Annl Sancti decursum ubique —in Ecclesia etiam Orientali— intermitti suspendique decernimus: itemque facultates Nostro nomine extra Urbem exercendas intermittimus atque suspendimus, iis tamen in utraque re exceptis, quas mox enumeraturi sumus.

Etenim cx indulgentiis, quae pro vivis concessae sunt, has. quae sequuntur, Integras atque immutatas permanere volumus:

I. Indulgentias *in articulo mortis* lucrandas.

II. Eam, mia frui omnibus licet, qui cum primo diluculo, tum meridiano tempore, tum sub vesperam, vel cum primum postea potuerint, precationem «Angelus Domini», vel, pro temporis ratione «Regina caeli», vel, si neutrum fleri potest, quinquies *Salutationem Angelicam* «Ave Maria» recitaverint.

III. Indulgentias iis tributas qui pie templa inviserint, ubi Sacramentum augustum *quadraginta horarum* spatio adorandum proponitur.

IV. Indulgentias, quas eos lucrari decretum est, qui Sacramentum augustum, cum ad aegrotos defertur, comitentur, aut facem vel cereum per alios ferendum ea occasione mittant.

V. Indulgentiam, toties quoties lucrandam, lis concestam, qui sacellum Portiunculae In templo S. Mariae Angelorum, prope Asisium, pietatis causa, adierint.

VI. Indulgentias iis concessas, qui precem recitaverint a Noblsmet ipsis compositam pro Anno Sancto mdcccl.

VII. Indulgentias, quas S. R. E. Cardinales, Apostolicae Sedis Nuntii, vel Internuntii, ac Delegati Apostolici, iternque Archlepiscopi, Episcopi, Abbates vel Praelati nullius, Vicarii et Praefecti Apostolici in usu Pontificalium aut impertienda benedictione aliave forma usitata largiri solent.

Ceteras omnes indulgentias plenarias et partiales, aut ab Apostolica Sede directe concessas, aut ab aliis quoquo pacto concessas concedcndasque ex facultate iure ipso vel peculiari induito sibi facta, decernimus, per totum Annum Sanctum, nusquam terrarum vivis prodesse, / sed 339
tantummodo vita functis. Praesentium interca auctoritate Litterarum praecipimus ac mandamus, ut, praeter indulgentias lubilaei easque, quas superius singillatim excepimus, nullae praeterea aliae uspiam, sub paena excommunicationis Ipso facto incurrenaae aliisque paenls arbitrio Ordinariorum infligendis, quomodocumque publicentur.

Ad illud idem propositum, ad quod indulgentiarum intermissio spectat, facultates et indulla absolvendi etiam a casibus Nobis et Apostolicae Sedi reservatis, relaxandi censuras, dispensandi a votis eademque commutandi, dispensandi praeterea ab irregularitatibus et impedimentis, cuilibet quoquo modo concessa, extra Urbem eiusque suburbium, per lubilaei Maximi decursum, suspendimus nullique suffragari volumus.

Haec tamen per exceptionem decernimus:

I. Ratae sint facultates omnes per Codicem iuris canonici quovis modo concessae.

II. Ratae item finnaeque sunto facultates pro foro extemo ab Apostolica Sede tum Nuntiis, Internuntiis et Delegatis Apostollcis factae, tum Ordinariis locorum. Antistitibus religiosorum Ordinum atque Superioribus Religiosarum Congregationum maioribus quoquo modo in subditos suos tributae.

III. Quas denique facultates S. Paenitentiaria Nostra impertire solet Ordinariis aut confessariis pro foro interno, easdem ne extra Urbem quidem suspendimus, sed ita ut erga eos dumtaxat paenitentes exerceantur, qui, quo tempore confessionem peragunt, iudicio Ordinarii aut confessarii nequeant sine gravi incommodo Urbem adire.

Quaecumque autem his Litteris decreta continentur, ea omnia stabilia, rata, valida esse volumus el iubemus, contrariis non obstantibus quibuslibet.

Earum vero exemplis aut excerptis, etiam impressis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eandem volumus haberi fidem, quae haberetur praesentibus sl essent exhibitae vel ostensae.

Nulli igitur liceat hanc paginam Nostrae suspensionis, declarationis, voluntatis infringere vel ei, ausu temerario, contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli sc noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die decima mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo nono, Pontificatus Nostri undecimo.—Pius Pp. XII.

Adn. vide supra sub die 28 Mali 1949 LE 2049.

2058

1949 IÜL 10.-PIUS XII, CONST. AP. AAS 41 (1949) 340-345

Pa ENITENTIARIIS **ALIISQUE IN URBE CONFESSARIIS EXSTRAORDINARIAE CONCEDUNTUR FACULTATES ANNO VERTENTE GENERALIS MAXIM1QUE IUBILAE1 MILLESIMO NONGENTESIMO QUINQUAGESIMO**

PIUS EPISCOPUS

Serous Servorum Del-Ad perpetuam rei memoriam

Decessorum Nostrorum vestigiis insistentes, cupimus per proximum piacularem annum iis etiam ad frugem bonam ad Christianamque virtutem reditum faciliorem reddere, qui gravioribus criminibus impliciti, longe a Divini Redemptoris amplexu aberrent, id facientes, novimus Nos lesu Christi partes agere, qui ut amantissimus pastor nihil magis exoptat, quam oves amissas vulnereque sauciatas ad gregem reducere, carumquc plagas, opportunis adhibitis remediis, curare suaviterque lenire. Quapropter valde opportunum ducimus per anni sacri decursum confeAsariorum in Urbe amplificare atque augere potestatem.

Itaque motu proprio, certa scientia ac de apostolicae plenitudine potestatis, ea quae sequuntur de confessariis

in Urbe et suburbio, anno lublhel vertente, deputandis, deque extraordinaria potestate iisdem attribuenda, praescribimus ac statuimus.

Dilecto filio Nostro Cardinali Paeuitentiario Maiori committimus ac demandamus, ut, praeter eos, qui nunc rant, quattuor Basilicarum Lateranensis, Vaticanae, Ostiensis et I.lberianae pacnitentiorios minores ordinarios atque extraordinarios, tam in memoratis quattuor Basilicis, quam in reliquis quoque sive saecularium sive regularium ac praesertim in variarum nationum per Urbem ecclesiis, novos similiter paenllentiarlos nd totum Annum Sanctum deputet et abunde multiplicet

Quibus paenltentlariis minoribus, sive ordinariis sive extraordinariis, sive Iam exsistentibus sive a dilecto filio Nostro Cardinali Paeuitentiario Maiore, ut supra, deligendis, concedimus, ut per Annum Sanctum possint, pro foro conisdentiae In actu sacramentalis confessionis et per se Ipsi tantum, absolvere quoslibet paenltentes non solum a quibusvis censuris et peccatis Romano Pontifici aut Ordinario a Iure reservatis, sed etiam a censura ab homine Lata. Huius tamen censurae absolutio in foro externo
341 non suffragabitur./

At hisce amplissimis facultatibus non utantur nisi normis cxceptionlbusque servatis, quae sequuntur

I. Ne absolvant, nisi in adiunctis atque ad praescriptum can. 2254 Codicis iuris canonici, eos, qui Irretiti sint aliqua censura vel Romano Pontifici personaliter, vel specialissimo modo Apostolicae Sedi reservata. Ne absolvant pariter Illos, qui in censuram indderint, de qua In can 2388, I 1, Sanctae Sedi reservatam ad nonnam Decreti «Lex sacri coelibatus» per Sacram Paenitentlariam Apostolicam editi d. xvni mensis Aprilis, a. mdccccxxxvi (cfr. *Acia Ap. Sedit,* vol. XXVIII, p. 242) [LE 1332L Itemque ad nonnam Declarationis ab eadem Sacra Paenltentiarla datae d. iv mensis Mali, a. XDccccxxxvn (dr. *Acta Ap. Sedis,* vol XXIX, p. 283) [LE 1383]; vi cuius Decreti el Declarationis haec censura in casu speciali, de quo agitur, Ita Sacrae Paenitentluriae reservatur, ut nemo umquam, excepto periculo mortis, ab ea absolvere possit, ne vl quidem can. 2254.

II. Similiter ne absolvant, nisi ad praescriptum can. 2254, praelatos cleri saecularis ordinaria iurisdictione In foro externo praeditos, superioresque maiores Religionis exemptae, qui In excommunicationem speciali modo Sanctae Sedi reservatam publice Indderint.

IIL Haereticos vel schismaticos, qui fuerint publice dogmatizantes, ne absolvant, nisi II, obturatis saltem coram Ipso confessorio haeresl vel schismate, scandalum, ut par est, lam reparaverint, aut promiserint sese, ut par est. efflcadler reparaturos. Ad natos In haeresl quod attinet, sl dubitetur de facto vel validitate baptismi In secla collati. eiusmodi acalholki, ante absolutionem, ad dilectum filium Nostrum Cardinalem in Urbe Vicariam remittantur.

Ne absolvant praeterea eos, qui In rerum adiunctis versantur, de quibas agitur in becreto Supremae Sacrae Congregationis S. Officii, d. 1 mensis Iulii a. mdcccgxxxxix edito, de communlsmo (Cfr. *Ada Apost. Sedis,* vol. XXXXl p. 334) [LE 2055], nisi sincere et efficaciter resipuerint.

IV. Pariter ne absolvant eos, qui sectis vetitis, massonlcls aliisve Id genus nomen dederint, etiamsi occulti sint, nisi, ablurata saltem coram ipso confessario secta, scandalum reparaverint et a quavis activa cooperatione vel favore suae cuiusque sectae praestando cessaverint; nisi ecclesiasticos et religiosos, quos sectae adscriplos noverint, ad can. 2336 | 2, denuntiaverint; nisi libros, manu scripta et signa, quae eandem sectam respiciunt, quotiescumque adhuc retinent, absolventi tradiderint, ad S. Officium quamprimum caute transmittenda, aut saltem —idque ittslls gravibusque de causis— per se ipsi destruxerint; sin minus, Ipslmet sincero animo spoponderint se memo-
342 ratas condldoUes esse, quamprimum potuerint, adimpleturos; Impositis, praeterea, pro modo culparum, gravi paenitentia salutari el frequenti sacramental! confessione.

V. Qu! bona vel lura ecclesiastica sine venia acquisiverint, ne absolvantur nisi aut lis restitutis, aut compositione quam primum ab Ordinario vel ab Apostolica Sede postulata, aut saltem promissione sincere facta eandem compositionem postulandi; nls! de locis agatur, in quibus a Sede Apostolica aliter lam provisum fuerit.

VL Possint Udem paenltentiarii omnia et singula vota *pfipaia,* etiam Sedi Apostolicae reservata, lurata quoque, commutare in alia pia opera, ex lusta causa. Votum autem castitatis perfectae et perpetuae, quamvis ab origine publice emissum sit In professione religiosa tam slmplkl quam sollemni, subinde tamen, aliis huius professionis volis dispensatis, firmum atque intejrum manserit, similiter possint, gravi dc causa. In alia pia opera commutare. Nullatenus tamen ab eodem illos dispensent, qui vl Ordinis sacri ad legem caelibatus tenentur, etiamsi nd stalum lalcalem redacti sint. A commutandis vero votis cum Eraeludiclo tertii, se abstineant, nisi Is, cuius interest, Ilenter expresseque consenserit. Votum denique non peccandi, allave paenalla vota ne commutent, nisi In opus, quod, non minus quam votum ipsum, a peccato refrenet atque arceat.

VII. Dispensare possint, in foro conscientiae ct sacramentall tantum, a quavis irregularitate cx delicto prorsus occulto; item ab irregularitate, de qua In can 085, 4.·; sed ad hoc unice, ut paenitens Ordines lam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exercere queat.

VIII. Dispensare item possint» pro foro conscientiae et sacramental! tantum, ab occulto Impedimento consanguinitatis In tertio vel secundo gradu collaterali, etiam attingente primum, quod cx generatione Illicita proveniat, solummodo ad matrimonium convalidandum, non ad contrahendum.

IX. Sive autem de matrimonio contracto agatur sive de contrahendo, dispensare possint ab occulto criminis impedimento, neutro tamen machinante; inluncta, in primo casu, privata renovatione consensus, secundum canonem 1135; Imposita, in utroque, salutari, gravi diutumaque paenitentla.

X. Ad visitationes quod attinet quatuor Basilicarum, paenltentiarii, pro singulis qui, lusta de causa, eas praescripta ratione perficere nequeant, facultatem habent cum concedendi dispensationem visitationis alicuius Basilicae» eam commutando —si fleri potest— in visitationem alius ecclesiae, tum etiam visitationum numerum contrahendi./ 343
Cum singulis autem, qui, morbo allove legitimo impedimento detenti, memoratas Basilicas invisere nequeant, praescriptas visitationes in alia pia opera, quae ab ipsis impleri possint, dispensando commutent. Paenltentiarii tamen sciant, se conscientiam suam oneraturos, si inconsulto et sine iusta causa christifideles ex eiusmodi visitationibus exemerint. Quos vero recte a visitationibus dispensaverint, iis ne indulgeant, ut preces ad mentem Nostram fundendas, quae a visitatione separari quidem possunt, praetermittant; In aegrotantium tantum commodum liceat eas etiam imminuere.

XI. Ab obligatione praescriptae confessionis, quam ad adimplendam nec invalida nec annua ex praecepto confessio sufficit, ullum ne exsolvant, ne cum quidem qui materiam necessariam non habeat.

XII. Ad S. Communionem quod attinet, nefas esto eiusmodi praescriptum in alia pia opera commutare» nisi de aegrotis agatur qui ab ea suscipienda prorsus impediantur. Volumus autem, lubilael causa, eam sufficere, quae per modum viatici ministratur, minime vero eam, quae in Paschate peragenda praecipitur. Qui tamen paschale praeceptum misere neglexerit, possit is deinde una Communione utrique obligationi satisfacere.

XIII. Hisce omnibus, quas memoravimus, facultatibus volumus uti non modo paenitentlarlos, de quibus In harum Litterarum exordio diximus, sed etiam S. Paenltentiariae Praelatos: itemque eiusdem S. Paenitentiariae Officiales omnes qui sint in Urbe ad audiendas fidelium confessiones habilualiter adprobati; singulos Urbis suburbllmie parochos; rectores et confessorios, a Vlcariatu adprobatos, ecclesiarum nationalium, praetereaque nonnullos confessorios pro praecipuis celebrioribusque Urbis templis designandos, quorum omnium sedi confessional! tabella affigatur in qua verba inscripta sint Pαενγγεν-ttarius Sancti Iubilaei. Praeterea ut religiosorum virorum utilitati uberius consulamus, easdem facultates tribuimus, pro Ordinibus Congregationibusque exemptis, aliquibus ex iis confessants, quos Superiores pro subditis tantum adprobaverint ad formam can. 518 et secundum extensionem in can. 514 § 1 descriptam; Superioris quidem erit, in unaquaque domo unum alterumve in individuo deputare: qui tamen ex hac sola deputatione non poterunt facultatibus, de quibus supra, uti erga fideles domui ac Religioni extraneos.

XIV. Paenltentiarii, ut supra deputati, sciant posse se descriptis facultatibus uti cum omnibus fidelibus Ecclesiae tam Occidentalis quam Orientalis, qui ad confiten-

dum apud Ipsos accedant ea mente ct voluntate, sincera
3D quidem et firma, ut Iubilaei veniam lucrentur./

Facultatibus tamen absolvendi a peccatis ct ab ecclesiasticis censuris itemque dispensandi ab irregularitate cum eodem pacnitentc uti nequeant nisi semel tantum, cum Ipse Iubilaei veniam primuin lucretur.

Ceterus vero facultates —eam etiam visitationes contrahendi aut commutandi ad datam normam sub ɳ. X —In favorem etiam eiusdem paenltentis semper exercere poterunt.

XV. Uti Iisdem facultatibus poterunt etiam extra ecclesiam cui addicti sunt, si quando contingat cos alibi confessiones excipere, servatis can. 908-910 ct de consensu rectorum ecclesiarum. Caveant tamen —in quo graviter eorum conscientiam oneramus— ne ecclesiam propriam neglegant, ut aliis Inserviant.

Cum autem, ad maiora animarum lucra anno isto salutaris expiationis comparanda, intersit operarios multiplicari, omnibus quoque confessoriis adprobatis ad annum a Venerabili Fratre Nostro Cardinali Vicario in spiritualibus generali, Itemque reliquis omnibus confessoriis regularibus exemptis, quos Superior tantummodo suus pro sodalibus Religionis omnibusque extraneis in religiosa domo diem noctemque commorantibus adprobavcrlt —intra fines tamen temporis, loci ac personarum in concessione adprobalionis designatos— has, quae sequuntur, tribuimus extraordinarias facultates:

1. Absolvere possint, per se ipsi tantum et in foro dumtaxat conscientiae et sacramentali, eos, qui apud ipsos confiteantur, a quibusvis peccatis et censuris, etiam speciali modo a iure Sanctae Sedi reservatis, aut Ordinario reservatis, dummodo censurae publicae non sint, Inlunctis limen salutaribus paenitcntlls aliisque de iure inlungcndis, servatlsque potissimum in hac absolutione impertienda normis atque exceptionibus, quae supra, sub nn. I-V, pro paenitentlarlis minoribus praescriptae sunt.

2. Omnia ct singula vota privata, etiam iurata, dispensare possint, in foro conscientiae et sacramentali tantam, commutando in alia pia opera, ex iusta causa, exceptis iis privatis votis quae can. 1309 Apostolicae Sedi reservantur, itemque exceptis votis publice emissis in susceptione Ordinis sacri aut in professione religiosa tam sollemni quam simplici, et iis, cfuorum aut dispensatio vergeret in detrimentum tertii aut commutatio minus arceret a peccato quam ipsum votum.

3. Dispensare possint ab irregularitate eodem modo ac pacnitentiariis conceditur sub ɳ. VII.

4. Dispensare possint, in foro conscientiae et sacramental! tantum, circa visitationes quatuor Basilicarum easque item commutare eodem modo ac pacnitentiariis
315 conceditur sub ɳ. X. /

5. Sl quas autem facultates ab Apostolica Sede per S. Paenltcntlariam aut alio legitimo modo impetraverint aut per Annum Sanctum impetrabunt, eae firmae atque Immutatae sunto.

6. De usu facultatum, quas supra sub nn.1-4 concessimus, ea valeant ac serventur, quae pro paenitentiariis minoribus sub ɳ. XIV constituimus.

Nihil reliquum est, nisi ut paenitentlarlos et confessarios, quibus extraordinarias facultates istas de Apostolica benignitate largiti sumus, vehementer moneamus ut patienti animo caritatisque pleno eos omnes excipiant, qui Domino reconciliari cupiant et caelestibus frui thesauris, quos Sancta Mater Ecclesia per totum Iubilaei annum cuivis reserat.

Praesentes autem Litteras volumus firmas exsistere et fore, earumque exemplis atque excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri In ecclesiastica dignitate constituti munitis, eandem adhiberi fidem, quae hisce Litteris adhiberetur, si exhibitae forent vel ostensae. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Nulli igitur liceat paginam hanc Nostrae concessionis, declarationis et voluntatis infringere vel ei, ausu temerario, contra ire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, Indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit Incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die decima mensa lolii, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo nono, Pontificatus Nostri undecimo.—Pius Pp. XII

Ada. Tide supra sub dio 26 Mail 1049: LE 2049.

2059

1949 IUL 10.-PIUS XΠ, CONST. AP. AAS 41 (1949) 345-349

Indulgentiae anni sancti mdccccl conceduntur **MONIALIBUS ALUSQUE STABILI IMPEDIMENTO DETENTIS CUM OPPORTUNIS FACULTATIBUS CIRCA ABSOLUTIONES ET VOTORUM COMMUTATIONES**

PIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei-Ad perpetuam rei memoriam

Iam promulgato maximo generalique lubllaeo, quod qui ad almam hanc Urbem convenerint participare poterunti patemus animus Noster ad eos se convertit, qui, grav, Seditі impedimento, prohibentur quominus Romanam jiant peregrinationem. Hi sunt non modo qui vitam contemplationi deditam in ciaustralibus saeptis traducunt, / 346 sed qui etiam ob senilem aetatem, vel infirmam valetudinem itineris incommoda tolerare non possunt; qui in exsilio, in captivitate, In publica custodia detenti, vel alia de causa, adveniendi libertate non fruuntur; qui denique tam misera anguntur sorte, ut necessarias impensas facere non valeant.

His etiam cupimus ut facultas ne desit caelestibus utendi largitionibus, quae per proximum piacularem annum assequendae proponuntur; ita quidem ut Christianorum omnium communitati uberiores pateant impertiendae divinae gratiae latices. Ac futurum confidimus ut eorum preces, qui ex suscepto vitae instituto virginalem innocentiam colunt, eorumque piacula expiationesque, qui in aerumnosis miserisque versantur condicionibus, non modo sibi, sed Ecclesiae etiam, universaeque hominum societati a misericordissime Deo feliciora tempora impetrent.

Huius vero concessionis Nostrae hi dumtaxat, qui sequuntur, participes sunto:

L In primis Moniales omnes, quae in coenobiis degunt sub claustri perpetui disciplina; item quae in iisdem monasteriis aut probandae et postulantes sunt aut tirocinium exercent aut educationis aliave legitima dc causa, etsi per maiorem tantummodo anni partem, commorantur. Neque excipi volumus mulieres earum contubernales, quae famulatus vel stipis colligendae gratia, saepta religiosa egrediuntur.

II. Omnes religiosae Sorores, scilicet votorum simplicium, quae ad Congregationem pertineant iuris sive pontificii sive dioecesani, quamquam severiore claustri lege non adstringuntur, una cum suis novitiis, probandis, atque educandis puellis —semi-convitriclbus quoque, ut aiunt, non tamen externis—, aliisque communi cum ipsis mensa utentibus, domicilio vel quasi domicilio.

III. Pariter Oblatae, seu piae feminae, vitae societate coniunctae, etiamsi vota non emittant, quarum tamen Instituta ab ecclesiastica auctoritate vel ratione stabili vel ad experimentum probata sint, una cum suis novitiis, probandis, puellis educandis aliisque communi cum ipsis contubernio utentibus, ut de Congregationibus religiosis ɳ. II diximus.

IV. Omnes feminae ad quemvis Tertium Ordinem Regularem pertinentes, quae sub uno eodemque tecto, cum approbatione ecclesiastica, communiter vivunt, itemque, ut supra, omnes carum contubernales. / 317

V. Puellae et mulieres in gynaeceis seu Conservatoriis degentes, quamvis non sint Monialibus, Sororibus religiosis, Oblatis Tertiariisve concreditae.

VI. Anachoretae et Eremitae, non ii quidem, qui nullis adstricti clausurae legibus vel communiter vel solitarii sub Ordinariorum regimine ccrtisque legibus obtemperantes vivunt; sed ii, qui in continua —licet non omnino perpetua— clausura et solitudine deditam contemplationi vitam agunt et monasticum aut regularem Ordinem profitentur, ut Cistercicnses Reformati B. M. V. de Trappa, Eremitae Camaldulenses et Carthusian!.

VIL Christifidelcs utriusque sexus, qui captivi in hostium potestate versantur, aut In carcere custodiuntur, aut exsilii paenas deportationisve luunt, aut apud paenales domos ad opus damnati reperiuntur, aut denique in correctionis domibus versantur; itemque ecclesiastici vel religiosi viri, qui in coenobiis alifsve domibus, emendationis gratia, detinentur.

VIII. Christifldeles utriusque sexus, qui in illis Nationibus commorantur, in quibus ob peculiaria rerum adiuncta non licet Romanam suscipere peregrinationem.

IX. Christlfideles utriusque sexus, qui morbo vel im·

herilia valetudine prohibentur, quominus, intra lubihei annmn, aut Urbem adeant aut in Urbe praescriptas Patriarchalium Basilicarum visitationes instituant, qui in nosocomiis, conducti vel sponte ipsi sua, aegrotantibus, continuata operi, adsunt; qui corrigendorum emendationi ac regimini praeponuntur; itemque operarii, qui, cotidiano sibi victum labore comparantes, nequeunt se ab eo per tot horas abstinere; senes denique, qui septuagesimum aetatis suae annum excesserint

Hos omnes et singulos monemus hortamurque ut admissa cuiusque sua dolenti animo perscrutantes, eadem per Paeritentiae Sacramentum eluant ac renovato spiritu ad perfectioris vitae institutum citatiore gradu contendant; mox Angelorum Pane ea, qua decet, pietate reficiantur, Indeque vires sumant ad proposita sancte suscepta religiosissime exsequenda; denique ad mentem Nostram —hoc «t pro Ecclesiae Catholicae incremento, pro extirpandis erroribus, pro Prindpum concordia totiusque humanae consortionis tranquillitate ct pace— orare ne praetermittant.

Usitationi autem quatuor Urbis Basilicarum alia religionis, pietatis caritatisque opera ildem sufficiant, quae Ordinarius per se ipse vel per prudentes confessarios, pro condfdone et valetudine singulorum ac pro loci temporisque rationibus, iniunxerit.

Itaque omnipotentis Del misericordia et beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, iis omnibus et singulis, quos supra memoravimus, vere paenlteutibus et
348 Intra Annum Sanctum rite confessis / ac sacra synari refectis, Deumque, ut supra diximus, ad mentem Nostram orantibus, omnia denique implentibus alia Iniungenda opera In locum visitationum, ac, vel inchoatis tantum iisdem operibus si morbus periculosus oppresserit, plenissimam totius paenae, quam pro peccatis luere debent, indulgentiam, rite tamen obtenta per Paenltentiae Sacramentum remissione ac venia, haud secus ac si praescripta communiter ceteris omnibus explevissent, de Apostolicae liberalilatis amplitudine largimur atque concedimus; quam quidem indulgentiam toties intra Anni Sancti decursum jacrari possunt, quoties iniuncta opera iteraverint.

Porro liceat unicuique eorum, quos supra memoravimus, sibi confessarium eligere a suo Ordinario ad praescripta Codicis approbatum, cui, vi praesentis Constitutionis, pro confessione dumtaxat ad lucrandum Jubilaeum instituta, concedimus, ut, sine detrimento earum facultatum, quas forte alio titulo exercere possit, personas supra dictas in foro sacramentali tantum absolvere queat a quibusvis censuris et peccatis etiam speciali modo a Iure Apostolicae Sedi reservatis, aut Ordinario reservatis, excepto casu haeresis formalis et externae, impositis salutari paenitentia aliisque secundum canonicas sanctiones rectaeque disciplinae regulas iniungendis. Praeterea confessario, quem monialis sibi elegerit, potestatem facimus dispensandi a volis privatis quibuslibet, quae ea Ipsa post professionem sollemnem nuncupaverit quaeque regulari observantiae minime adversentur. Confessarios autem supra memoratos volumus quoque commutare posse omnia vota privata, etiam iurata, auibus Sorores in Congregatione votorum simplicium, Oblatae, Tertiariae regulares, puellae et mulieres communibus domibus vitam agentes, sese obstrinxerint, lis votis exceptis quae Apostolicae Sedi reservata sint, et iis, quorum aut dispensatio vergeret in detrimentum tertii aut commutatio minus arceret a peccato quam ipsum votum.

Hortamur autem venerabiles fratres Episcopos aliosque locorum Ordinarios, ut. ad apostolicae Nostrae benignitatis exemplum, eligendis ad praesentium effectum confessarils Impertiri ne recusent facultatem absolvendi a casibus qui ab Ipsis Ordinariis reservati sint.

Harum Interea decreta et Jussa Litterarum rata, valida, firma tu omnes partes esse et fore decernimus, contrariis non obstantibus quibuslibet Volumus denique ut harun Litterarum exemplis vel excerptis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri In ecde*iatlca dignitate constituti munitis, eadem prorsus adiungatur fides, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent
319 exhibitae vel ostensae. /

Nulli igitur hominum liceat paginam hanc Nostrae declarationis, concessionis, derogationis et voluntatis Infringere vel el ausu temerario contra Ire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, Indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, dic decima mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo nono. Pontificatus Nostri undecimo.— Pius Pr. XII.

Ada. vide supra sub dio £6 Mali 1949; LE 2CM9.

2060

1949 IUL Il.-SC SACRAMENTORUM, INDULTUM. PART.·

Facultas datur sacerdotibus adoratoribus celebrandi **MISSAM POST MEDIAM NOCTEM, OCCASIONE MISSIONUM AR IPSIS PERACTARUM**

Preces—*Bealiitlme Pater,* Procurator generalis Congregationis Presbyterorum a Ssrho Sacramento, ad pedes S- V. provolutus,' nomine Moderatoris generalis Associationis sacerdotum adoratorum, humiliter postulat prorogationem Rescripti S. Congr. Dc Sacramentis ex Audientia Ssihi diei 17 Aprilis 1942, n. 1741-42, quo sacerdotibus adoratoribus facultas concessa est Missam celebrandi post mediam noctem, occasione Missionum ab ipsis peractarum, iisdem causis perdurantibus.

Rescr.—*Ex Audientia Ssrtii diei* 11 *Iulii* 1949. Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XII, audita relatione infrascriptl Card. Pro-Praefectl Sacrae Congregationis dc Sacramentis, attentis expositis, gratiam prorogationis induigere dignatus est iuxta preces, ea tamen lege ut Ordinarii locorum S. Missae celebrationem media hora post mediam noctem permittere queant expresse, constito sibi firius quod sacerdos piae Unioni adseriptus et Missam celebraturus omnibus statutorum eiusdem Unionis obligationibus satisfecerit; sacrae supplicationes perdurent spatio cirdter trium horarum, in his comprehenso celebrationis Missae tempore, servatis in reliquis forma ac tenore praecedentis rescripti. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Praesentibus valituris ad aliud quinquennium.— B. Card. Aloisi Masella, *Pro-Praef.* F. Bracci, *Secr.*

♦Procuratori Generali Congr. Presbyterorum a Ss. Sacramer.::c ME 75 (1350) 32.

2061

1949 IÜL II.-SC SACRAMENTORUM, INDULTUM. PART.·

ESPUCANTUR AUCTORITATTVE CLAUSULAE APPOSITAE IN INDULTO DIEI 17 MAII 1949 CIRCA DIES IN QUIBUS ORDINARII LOCORUM S. F. A. S. CONCEDERE POSSUNT DISPENSATIONEM A IEIUNIO EUCHARISTICO

Roma, 11 Luglio 1949

Eccellenza Revma, Questa S. Congregazione ha riccvuto la Sua lettera dei 20 giugno corr. anno, n. 1199-49, nelia quale TEccellenza Vostra Rcviha, in seguito a rilicvo iatto dalla Curia Arcivescovile di Chicago, fa notare una dlfferenza verbale nel rescritto di questa S. Congregazlone n. 1596-49 dei 17 maggio u. s., con 11 quale sono stati prorogati precedent! indulti sui digiuno eucaristlco a favore degli Ordinarii di codesta Confcderazione [·].

Mi pregio comunicare in proposito all'Eccellenza Vostra Revma che il S. Padre non ha voluto introduire innovazloni nelia portata ed estensione dell'indulto glù prccedcntemente accordato e ouindi è da ritenersl corretta l'intcrpretazione esposta dalla stessa Eccellenza Vostra Revma

• ***Littera Ddfpili Afcttolici huiuimoJi erant Ιτηστύ:***

Washington, J0 Gfagco ffty

Ehwka ***RKermdùûfna.*** **Circa 11 Rescritto n. x396-49, del 17 ma^zio U-s^ con il quale ootesta S. Con^rcgarione si compiaceva rinnovare preccdmU indulti sui digiuno eucaristico. e di cui bo çiA inviato copia a tutti gli Ordinari. la Curia Ardvevxrrile di Chicago mi indica una differenxa verbale Lra la precedente e l'attoale concessione.**

Nel Fogbo η. 1975-46 dei 3 idugno 1946 si diceva, al n. s: «La dispensa potra darn γη k dixche e feste di precetto « per un altro giomo della jettimana, attesa la devorione dei fedeie, ecca; nel citato Rescritto n. 1596-49 dei 17 maggio p. p. si legje: «6? dispensandi fideles habitualiter post median noctem laborantis, diebus dominicis ct festis de praecepto rrX alia die iu hebdomada, etc.·.

Sono Incline a riteaere che cotcsta S. Congregazione non abbia votato portare innovazione nelia portata ed estensione dell'induito gi\ prccedentemente accordato, e quindi inlerpreterei quel «vel» non nel 5cnso di «oppurr». ma nel senio di «anche» o «perfino». TutUvia preferisco attenenni al can. 17 e pregarr Γ Eminent» Vostra Reverendissima di voler dare formale interprr-lx2>;ne, o .armi venipliczmeute vipere che è corretta quella ora «posta.

Ringraxiando fin d'ora, chino al bacio della Sacra Porpora, con sensi di ben devoto e profondo txæqnio, mi onero profesvarmi dell'Etninenxa Vostra Rrvxha unullibo, devtbo ed obbrho servo.—A. G. Cicognaxi.

c cloè chc l fcdell chc lavorano nbitualmcnte dopo la mczxa notlo possono ottcnere la dispensa del dlgiuno nolle domeniche c (este dl prcccclto c In un nitro giomo della settimana e anche tutti l giornl sc trattasi di suore infermlere o fratclll Informiori religiosi, quando nolle nottl precedcnll abblano prostato asslstenza conlinuatlva agl'lnferml.

Mi valgo bon voientieri della clrcostunza per confermarml con sensi dl distinto ossequio dl Vostra Eccollcnza Revrfia deviho per servirla.

• Ordinarii· locorum S. F. A. S. por Delogalum Ap., Prot.N. 1596.49; « fjîil» eiusdem S. C. do Sacramentia.

20G2

1949 IUL 13.-SC RITUUM, DECL. AAS 41 (1949) 617

Communicatio de usu organi electrophonici

Bellum, tot cladibus et ruinis lugubre, nec aedibus sacris pepercit, ex quibus multae deletae, permultae damnis affectae, ita ut praeter egregiae artis opera etiam musica organa non pauca destructa aut inutilia effecta sint.

Supervacaneum est animadvertere, in sacra liturgla musicum organum in eximii muneris partes vocari et ad id conficiendum, quamvis exiguae molis sit, magnum sumptum exquiri. Quare postremis hisce temporibus Societates musicis instrumentis struendis electrophonica organa excogitarunt, quae omnino pneumaticis organis cedant, al in fabricatione et usu notabilia commoda praebent.

Hisce omnibus perpensis, Sacra Congregatio RiLuum, quamvis antiquum tubulatum musicum organum omnibus partibus praeferendum esse confirmet, utpote llturgicis necessitatibus magis congruens, tamen electrophonicorum organorum usum non prohibet. Huius rei causa hoc Sacrum Dicasterium, quamquam agnoscit huiusmodi organum, ut alterum tubulatum digne substituat, perficiendum ct perpoliendum esse —quod ut agant Societates, vehementer hortatur— relinquit tamen iudicio sacrorum Praesulum ceterorumque Ordinariorum, ut ii, audita opinione Dloccesanorum Consiliorum musicae sacrae fovendae, in singulis casibus, cum facile non contingit tubulatum organum comparare, in ecclesiis sinant usum organi electrophonici, additis immutationibus, quas supra memorata Dioeccsana Consilia suggesserint.

Datum Romae, die 13 Iulii a. D. 1949.—Card. C. Micara, Ep. Velitern., *Praef.* A. Carinci, Archiep. Scleuc., *Secrdarius.*

Ada. S. BOREATTI in ApoU. *22* (1949) *320-323;* A. P. in EL 64 (1950) 1B407; REGATILLO n. 632; F. ROMITA in ME 75 (1950) 200-203.

2063

1949 IUL 14.-SC PROP. FIDE, DECRETUM. PART.·

Decretum et statuta de religiosis laicis et sanctimonialibus **UNIONI CLERI PRO MISSIONIBUS AGGREGANDIS, CUI ACCEDIT INSTRUCTIO S. C. DE PROP. FIDE D. 14 APR. 1937 DE COLLABORATIONE INTER UNIONEM CLERI PROMISSIONIBUS ET CETERA PONTIFICIA OPERA MISSIONALIA**

I. Decretum S. C. dc Propaganda Fide

Huic Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando, cum a quibusdam Generalibus I.aicalium Congregationum Superioribus preces oblatae fuissent ut caedem Congregationes Unioni Missionall Cleri aggregarentur, visum est, quo aptius missionall causae prospiceretur. Statuta in cum finem accommodata redigere.

Quae, vero. In audientia dici 14 mensis iulii vertentis anni Ssrfio Domino Nostro Pio Div. Prov. Papae XII ab Infrascripto huius Sacri Consilii Secretario relata, idem Summus Pontifex benigne excipiens, rata habuit et confirmavit, quasdam Indulgentias Ipsis Statutis adnexas concedens, praesensque Decretum ad rem fieri iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 14 mensis Iulii a. D. 1949.—P. Card. Fumasoni Biondi, *Praef.* Celsus Costantini, Archiepiscopus tit. Theodos., *a Secretis.*

II. Statuta aggregationis

A. *De personis aggregandis*

Personae quas Unio Mlsslonalls Cleri attingere vult, sunt:

a) Membra laica tum Ordinum, tum Congregationum Clericalium; *b)* membra quae pertinent ad Instituta Religiosa Laicorum; *c)* Sanctimoniales cuiuscumque Ordinis et Congregationis.

Adhaesio praefatorum virorum ac mulierum eorumque subsequens inscriptio apud Uniones Missionales Nationales aut Dlœcesanas poterit esse vel personalis vel collectiva. Talis adhaesio fleri etiam potest apud Sccrctariatum Internatlonalcm Unionis Misslonalis Cleri.

Ii. Programma

1. Programma actionis mlsslonalls, quod Religiosis assignatur, absolutissime supernatural!tatis et universitatis sensibus imbuatur. Catholico apostolatui, integro scilicet operi evangelizatlonis Ecclesiae commisso, favendum est, orationes et auxilium praestando, praesertim incremento adlato illis Pontificiis Operibus Missionalibus quae, utpote universo catholico apostolatui faventia, Ecclesia facit sua, quaeque collocata vult supra quodlibet aliud particulare inceptum. Hoc tamen minime impediet quominus Religiosi viri ac mulieres possint auxilium praebere missionum operibus quae ad eorum Congregationem vel Institutum pertineant.

2. Oportebit sodales speciatim participare: *a)* sollemni Octavae pro Unione, id est pro reditu fratrum separatorum ad Unitatem Ecclesiae Catholicae, quotannis diebus 18-25 ianuarii; *b)* publicae atque universali celebrationi Diei Mlsslonalls, quotannis dic dominica festum Christi Regis praecedenti; *c)* diei Aegrotorum, in festo Pentecostes.

3. Altera programmatis pars respiclat diffusionem notitiae misslonalis In scholis, in nosocomiis, omnibusque in institutis in quibus Religiosi ac Sorores officium suum praestare solent; necnon cultum sacrarum vocationum inter adolescentes utriusque sexus.

4. Ubi sil possibile, communitatibus suadenda est saltem collectiva Inscriptio Pontificiis Operibus Missionalibus.

5. Demum petenda est activa collaboratio in organizatione missionali promovenda in collegiis, in scholis, etc. iuxta normas ab Excellentissimis Ordinariis et a Directoribus Nationalibus ct Dioeccsanis Pontificiorum Operum Missionalium promulgatas.

Indulgentiae, quibus fruuntur Sodales Unionis Missionalis Cleri, extenduntur etiam Religiosis laicis et Sororibus qui adhaesionem dederunt huic actioni Unionis Misslonalis Cleri, nempe: Indulgentia plenaria suetis sub conditionibus lucranda in festis: 1) Epiphaniae; 2) SS. Apostolorum; 3) S. MIchaëlis ArcangeH; 4) S. Francisci Xavcrii; 5) semel in mense, die ad proprium cuiusque arbitrium eligenda; 6) in articulo mortis, servatis servandis.

Indulgentia centum dierum pro quolibet pietatis opere in favorem Missionum expleto [1].

♦ **Pia Unio pro Missionibus, Socrotaziatus Internanonalis, Plenarius Consilii Internatioaalis Conventus (Romae, die 21 m. Aprilis a. 1955). p. 11-13.**

f Ut universa cooperationis missionalis actio magis magisque perficiatur ac roboretur. Comitatibus seu Consiliis, de quibus in Motu Proprio **Decessor Noster [LE 910],** *Pia Unio Cleri pro Missionibus, débita a Summo Pontifice Pio XI obtenta potestate, accedit.* **(Ex Audientia Ssihi Secretario S. C. de Propaganda Fide concessa die 9 martii 1937).**

Instructio **S. C.** de Prop. Fide, die **14** apr. **1937** data. **CIRCA COLLABORATIONS» INTER UNIONEM CLERI PRO MISSIONIBUS** et cetera Pontificia Opera Missionalia.

Comitatus Nationales Pontificalium Operum Missionatium, necnon Summum Consilium (seu Comitatus supremus). Motu Proprio **Decessor Noster [LE 910]** *instituta, ita perficiuntur:*

A) - De Comitatibus Nationalibus cooperationis mtssionalh.

1. *In diversis nationibus Comitatus Rationalis constabit Directoribus et Secretariis Nationalibus Piae Unionis Cleri et Pontificalium Operum pro Missionibus, quae sunt in natione, singulisque Consiliariis singularum Operum et Unionis Cleri, a Consilio Rationali respectivo electis.*

2. *Comitatus Praeses, qui ab ipso Comitato eligetur inter Directores Nationales Piae Unionis Cleri et Pontificalium Operum, tres annos in munere manebit iterumque eligi poterit.*

3. *Comitatus, Praeside convocante, semel saltem in anno conveni t et quoties Praeses opportunum indicaverit. Idem suffragiorum maiori parte absoluta decernet.*

4 *Coaitatas oil unatpaque natione ea curare quae ad c^simime bancun perlinent Unionis Cleri et Operum Missionallan, infra Mliaais limites exitientium; itemque difficultates, q&se fortasse occurrerint, dirimere.*

B) · De Comitata Supremo cooperationis ṁlsslonali

5. *Summum Consilium (seu Comitatus Sapremas) Ponliftcolibos Missionallbus Operibus ct Unioni Cleri reyundis constabit praeside Operum Pontificalium pro Missionibus et Consilii Internallaaalb Unionis Cleri, Secretariis generalibus ipsorum Operum et Piae Unionis Cleri, unoque consiliario singulorum Operum et Piae Unionis Cleri a Consiliis eleclis.*

6. *Comilatal huiusmodi Praeses Pontificalium Operum Missianallum rt Unionis Cleri pretest.*

7. Comitatas huius erit omnia procidere ut Unio Cleri et Opera Mlssionalia ordinaltm fructoascqae propriam actionem explicare ralcar.t, atque difficultates, si quae obortae fuerint, componere.

8. *Quae in hoc Comitatu decernuntur, ad Edium Cardinalem S. C. de Propaganda Fide Praefectum recognoscenda atque confirmanda deferentur.*

9. Comitatas supremus secando quoque mense ordinarie convocabitur et extra ordinem quoties Praeses opportunum iadicarerit.

C) - De commentario generali.

10. *Commenlarlum generale, quod, ad nentem Motu Proprio sapra citati, commune est Pont. Operibus a Propagatione Fidei et a S. Petro Apostolo, erit et pro Secretarialu Internatianall Pontificiae Unionis Cleri pro Missionibus. ·*

• La Pontificia Unione Miulonarb dei Clero. Vade mccum. Horna ld63, p. ŧ68.

2064

1949 IUL 15.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART?

Matrimonium inter absentes declarari potest NULLUM AD TRAMITEM IURIS, DUMMODO UNA SALTEM PARS SIT CERTE BAPTIZATA

Suprema Congregatio S. Officii die 15 *Iulii* 1949 *quaestioni propositae a Vicario Capitulari Dioecesis Limburgtrjis, sequens responsum dedit*

«Re attente considerata. Suprema haec S. Congregatio respondendum censuit: si constet de baptismo saltem unius partis et de matrimonio celebrato Inter absentes, contra praescriptum can. 1088 j 1, matrimonium invalidum declarari posse, procedendo ad ordinarium tramitem iuris».

• *Ocdinuio* **Luzbugtari: Mxxcbeær Tbeoioçucbe Ztacïnft** 1 **(l«G) zr.2.** *p. i2.* **Ada. BOUSCAEEN IU 448. F. HUEP.7H m** PrM **33** (1Î6C) **156-1®;** *L* **MOEWOFF ia Mùacheer Theoloçück· Zen•chnü** 1 **(1KC)** *u.* **2. p. 31-97.**

2065

1949 IUL 15.-SC RITUUM, DECRETUM. PART?

AmOBATVR OFnaUM ET MISSA PROPRIA d. v. MARIAE «REGINAE ORDINIS MINORUM»

Singulari pronus devotione ac pietate Beatissimam Virclnem Mariam universa Fratrum Minorum Familia lam inde ab Incunabulis prosequitur. Sanctus Ipse Conditor, oli in Legenda Π. cap. 150, habetur, peculiares illi persolvebat laudes, fundebat preces, offerebat offectus quot et qualiter humana promere lingua non posset. Sed quod laetificat plurimum, Ordinis Advocatam ipsam constituit sulsqoe alis, quos relicturus erat filios, usque in finem fovendos et protegendos submisit. Deipara igitur lure et merito *Retira Ordinis Minorum* in LaurtUnis Litaniis Invocatur ex benigna concessione i. m. Pii Papae X dici 8 Septembris anni 1910. Nunc autem fervens inter Franciseaks Familias votum exarsit ut honor suae inclitae Patronae ilturgico festo augeatur. Quapropter Ministri Generales triplicis Minoriticae Familiae Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam XII enixe adprecati sunt ut universo Ordine Scrapblco festum B. M. V. Reginae Ordinis Minorum recoli valeat cum officio et Missa propriis, quorum schema S. Rituum Congregationi, pro opportuna approbatione, humiliter lubteccre. Sacra porro eadem Rituum Congregatio, vigore facultatum ttb ipso Sanctissimo Domino nostro tributis, exhibitum schema Officii et Missae propriae Beatae Mariae Virginis Reginae Ordinis Minorum, diligenti studio revisum ct emendatum, prout in adlecto prostat exemplari, probavit ct adhibendum concessit die festo Beatae Marino Virginis Reginae Ordinis Minorum, decimaqulnta nempe Decembris mensis, in Octava Immaculatae Conceptionis, sub ritu duplici II Classis recolendo: servatis Rubricis.—Quibuscumque contrariis non obstantibus.

Die 15 Iulii 19-19.—Card. C. Micara, *Prael.* A. Cariori, Arch. Selcuclen., *Secr.*

• Universa· Fratrum Minorum Familiae, Prot. N. O. 34/944: ℭOFM Cost **46 (1949) 103-101.** *Vido* **textum Officii ot Missa· apud ℭOFM** Coot **48 (1949) 101-112. Adn. COFMConv m loc. dt. p.** 112,

2066

1949 IUL 20.-SC STUDIORUM, NORMAE. PART?

Statuta instituti canonistici facultatis theologicae monacensis

I. *Li:cntiat*

§ 1. Um den Grad clnes Lizcntlaten des kanonischen Rechtes kann rich bewerben, wcr rich an dem Knnonistisebem Institut der Theologischcn Fakultât München oder an elner Kanonistischen Fakultât xwcl Jnhrc dem Studium des kanonischen Rechtes mit Erfolg gewidmet hat. Es wird dabel vorausgesetxt, dass der kanonistischen Facbausbildung eia philosophisches, theologisches oder juristisches Studium von wenigstcns einjAhrigrr Daucr vornusgegangen 1st.

I *2.* **Die Bewerbung geschlcht durch Vorlage elner kanonistischen Abhandlung, welche die Befûhlgung des Bewerben zu wlssenschaftllchcm Arbeiten dartun solE Der Bewerbcr hat an Eides Stall xu verslchern. dass er die Arbeit selbstândlg angefertigt und dasdazu bcnûtztc Schrifttum vollstdndig angefûhrt hat.**

j I Dem Bcwcrbungsgesuch sind bclzufügen: 1. einZeagnis des Heimatoberhirten über Glaube und chnraktcrllche Haltung des Bewerbers, 2. ein Lcbenslauf, 3. Zcugnlsse uber die Teümahme an akndemischen Semlnarûbungcn, 4. Urkunden (Studienbücher), aus denen hervorgeht, dass den Bestlmmangen des § 1 Genügc gelcistct 1st, 5. die nach § 2 geforderten Verricherungen hmrichtlich der vorgelcgten Abhandluner

I 4. Die Kanonlstlsche Sektion bcschliesst liber die Zulassung zur LUentlatsprûfung, die in folgenden Fachgcbictcn schrittlicg und mûndlich abzuleisten 1st: 1. Kirchllche Rechtsgeschlcbte, X Codex Iuris Canonici: a) Allgemelne Lehrcn und Personenrecht, b) Sachenrecht, c) Prozessrecht und Strafrecht, X Deutsches Teilkirchenrecht und deutsches Staatsklrchenrecht, 4. Orientalisches Kirchenrecht. 5. Rechtsphilosophle und christliche Gescllschaftsiehre.

Elnem Bewcrber, der das Abschlussexamen (knnonistischn Referendarexamen) an dem Kanonistischen Institut der Theologischen Fakultât München mit Erfolg bestanden hat, wîrd dièse Prüfung als Lizentiatsprufung nncrkannt.

§ 5. Die Noten sind: 1. Summa cum laude, 2. Magna cum laude, 3. Cum laude, 4. Rite. Sie werden nul Grund der wissenschalüichen Gesamtlelstung festgesclzt.

I 6. Von der wlssenschaftlichen Arbeit sind in Mnschlnenschrift swei Stücke der Fakultât und eln Stuck dem Kanonistischen Institut abzullcfern. Die Vcrôffenllichung der Arbeit bedarf der Erlaubnis der Sektion.

4 7. Die Druckkosten fûr das Diplom und die Stempclgebùhren gehen zu Lasten des Gradulertcn.

ii. *Doklorat*

§ 1. Um den Grad eines Doktors des kanonischen Rechtes kann rich bewerben. wer sich drei Jahre dem Studium dc< kanonischen Rechtes an dem Kanonistischen Institui der Theologischen Fakultât München oder an elner Kanonistischen Fakultât mit Erfolg gewidmet und den Grad clnes Llzcntiaten des kanonischen Rechtes erworbcn hat. Bel elnem Bewcrber. der eine abgcschlossene Juristlschc Ausblldung besitzt, genugen vier kanonistische Fochscmcster.

Ħ 2. Die Bewerbung geschleht durch Vorlage ciner kanonitlischen Abhandlung (Dissertatio innugurulis). Das Thema 1st freler Wahl anheTmgestelit. Die Dissertation muss mil exakter wlssenschafllicher Methode gearbeitet sein und eine beachtiiche Fôrderung des behandcltcn Thcmas darstelicn. Sic kann in deuUcher oder latclnischer Sprache abgefasst seln.

Der Bewcrber hat an Eides Stalt zu vcrsichcm, dass er die vorgelegte Dissertation selbstândig nusgearbcilet und das dazu benûlzte Schrilttum vollstiindig angelührt hat. Erweist slch diese Zuslcherung als falsch, so 1st gegebcnenfn'ls der schon erworbene Doktortitel zu cnlziehcn.

Wenn die Dissertation oder Telle dcrsclben bcreits einer onderen Fakultât des In- oder Auslandes vorgelegen baben, 1st dies in dem Bewerbungsschrcibcn anzugeben.

§ 3. Dem Gesuch um Zulassung zum Promotionsverfahrcn sind beizufUgen: 1. Eln Zcugnls des Hcimntobcrhirten Uber Glaube und charnkterliche Hnltung des Bewerbers, 2. ein In latclnischer Soroche abzufassendcr Lebcnslauf, in dem der Bewcrber im besonderen seinen Studicngang dnrzulcgcn hat, 3. die Zcugnlsse ûber die blsher abgelegten akndemlschen Abschlussprüfungen, 4. Zcugnlsse ûber die Tctlnahme an akadcmischcn Seminarûbungen, 5. Urkundcn (Studienbücher),

am denen hervorgeht, dais don Bcstimmungcn des $ 1 Gentigc gcklstel lit. 0. dlr nach § 2 gcforderlcn VerMchertingen himlchllich (1er Dissertation.

$ I. Wen die Knnonislischc Sektion die vorgelegte Dis >ertitlon als hlnreichende Grundhigc für die Promotion ancr-krnnt, wird dor Bewcrber zur schrlftlichen und mûndlichen Prüfung (Examen rigorosum) zugchisscn.

Die Prüfung isl in elnem Haupt inch und In drcl Ncbcnfâchem obzuklstcn. Haupt Inch ist das engere Fachgebfet, dem die Dissertation entnonunen 1st; die Ncbcnffichcr knnn der Bcwerber frei wfihlen. Für jedcs Fiich wird eln bcstlmmtcr Prufungsstoff angegeben. Ausscr der Beherrschung des cinsch-b^igen Schrifttnis wird die sclbstllndigc Durchdringung des iDgcgebencn sloffcs gefordert.

Die schrittllche Prüfung findet an zwcl aufeinanderfoigen-den Tngen untcr Aufsicht des ₹orsitzcr der Sektion statt. Ab Hllfsmlttel sind zugclasscn: tins Corpus luris Canonici, der Codex luris Canonici und cine Sanimhing der amtlichen EnUchcidungcn zum CIC.

Die mûndliche Prüfung ist fakultiitsOffcntlich und dauert xwei Stundcn. d. i. für das einzclnc Fach Jc cine halbe Stunde.

Bei ungenügendcr Lristung in zwei Ffichcrn 1st die Prüfung nfcbt bestanden und cine Wicdcrholung der Prüfung nicht vor Jahrcifrisl zulAssig. Bel ungenügendcr LcMung in cinctn Facb 1st die Prüfung in der Hegel nls nicht bestanden zu erklAren; bel Vorliegen besonderer Umstfindc knnn sich die Sektion darauf bcschrtinkcn, cine Nachpriifung in dem betref-knden Fache zu verlangcn.

I 5. Wenn der Bcwerber die schriftlichc und mûndliche Prüfung bestanden hat, wird er durch Sektionsbcschluss zur ôffentlichcn Disputation und deni damlt verbundcncn feicr-heben Promotlonsakt zugclasscn.

Der Doktorand hat insgesanit Sieben Thescn aufzustellcn, ron denen er drcl seincm Hauptfach zu entnehmen hot. Die Thewn müssen nus eigenem Studium herausgcwachsen sein; ùe sind in lateinischcr Sprache abzufassen, dem Vorsitzer der Sektion sowie dem jeweiligen Fachprofcssor zur Gutheissung vonukgen und dem Druck zu ûbergeben. Dem Rector Mn-pifIcus und den Professoren der Fakultât hat der Doktorand penônlich die Thescn zu übcrrclchen; damit ist die Einladung rur Teilnahme am ôffentlichen Akte zu verbinden. In der éifentlichen Disputation, die nicht Ober eine Stunde dauern wli, hat der Doktorand die aufgestellten Thescn zu verteidigen.

j 6. Die Noten sind: 1. Summa cum laude, 2. Magna cum hude, 3, Cum laude, und 4. Rite. Sie werden auf Grund der wbsenschaftlicben Gcsnmtlelstung untcr besonderer Bewcrlung der Dissertation festgesetzt.

5 7. Die Inauguraldissertation 1st in dem Umfangc, in dem ile von der Kanonistischen Sektion anerkannt worden 1st. und mit den Aenderungen, die etwa von der Sektion vcrlnngt werden, dem Druckc zu ubergeben. Ausnahmen bchftlt die Sektion besonderer Entscheidung vor. Die Drucklcgung hat nmerhalb von zwei Jahren nach der Promotion zu erfolgen; bel Vorliegen besonderer UmstAnde kann die Sektion die Friit auf Antrag hin verlângern.

Die von der Kanonistischen Sektion auf Grund ihrer J&hrli-chen Ausschreiben preisgekronten Arbclten sind schon vor der Zulassung zum Examen rigorosum zu verôffcntllchen; dic I'niveniUUkasse leistet hierzu einen nngcmcsscncn Suschuss.

Ç 8. An vollstündigen Pflichtstücken der gcdrucktcn Inau-iunJdiisertation sind abzulefiern: je ein Stock an jeden Do-reaten der Kanonistischen Sektion, an das Kanonistische Institut und da Klrchcnrechtlichc Seminar der Theologischcn Fakultât, ausserdem 130 StOckc an die Universitatsbibliothek. Bei pOsserem Umfangc der Dissertation kann die Knnoni-itliche Sektion die Zahl der an die Universltfitsbibliothek ahzulieferndcn Stücke bis auf 10 herabsetzen.

Du Doktordiploni wird erst ausgehiindigt, wenn die Pfli-ebtitûcke abgelicfert sind.

In Faile elner Weigerung, den Pflichtcn der Drucklcgung oder der Ablieferung der PilichtstOckc nachzukommen, kann d Doktortitel entzogen w'crdcn. wenn trotz Androhung dicscr Mannahme die Sâumlgkeit eln Jahr lang anhâlt.

1 9. Die PromoUonsgebOhren betrngen zur Zeit 200.— DM. Die Gebühren sind bei Einreichung des Gesuchcs um Zulassung zur Promotion zu erlcgen. Bel ZurOckweisung der Arbeit verfâilt der halbe und bei Nichtbcstehcn der Prüfung άη ganze Betrag; im Faile des ROcktrittcs vcrfallcn die Gebühren erlassen.

I 10. Auf Ehrenpromotioncm finden die vorstchcnden Bestimmungen kelnc Anwcndung; sie kônnen mit «/a-Mchrhcit durth die engere Fakultât bcschlossen werden.

III. *Habilitation*

› I. Wer von selten der Theologischen Fakultât München für die Zulassung als Prlvatdozcnt des kanonischen Rcchte tzgulachtet werden will, hat ausscr den Bedingungen des Hochichullehrergesctzcs folgendc Voraussctzungcn zu erfalien:

1.Er muss den akadcmischen Grad nines Doktors des kznoniKhen Rechtes auf Grund cincr Prüfung (Examen rigorosum) mit summa oder magna cum laude erworben und dxDoktordissertatlon verbffentlicht haben. Er muss ausserdem etee abgeschlossene theologischc Ausbildung besitzen.

2. Er muu wenigslens zwei Jahre für die Vorbereitung aof das akademische Lchramt verwendet haben. Die Frist ist ▾oa dem Tage an zu bcrechnrn, an dem die kanonistische Diuertation elngercicht wurdc. Wenn der Habilitand bercits frfcber in elnem mit dem kanonischen Hecht verwandten Wjwfnschaftszweig promoviert wurde, ist von dicser Promo-tion auizugehen.

3. Er muss eine Empfehlung des Ortsoberhirten seiner Helmut vorirgen, die ihm die charakterilche und sittliche Eignung zum Lehrer des kanonischen Rechtes bestâtigt.

$ 2. Die Bewerbung geschieht unter Vorlage einer gehalt-vollen kanonistischen Abhandiung, die von der Forschun-gsgabc des Bewerbess zeugen soil. Das Thema der Habilita-tionsschrift darf nicht in zu engcr Beziehung zu dem der kanonistischen Doktorarbcit stenen. Wenn die vorgelegte Schrlit von der Fakultât als hlnreichende Grundlage für die erstrebtc Habilitation anerkannt wird, erfolgl die Zulassung zum mündllchen Hnbilitationsverfahren.

§ 3. Der Habilitand hat vor der Fakultât ein Kolloquium über Fragen seines Fachgebictes und unmittelbar angren-zendc Fragen crfolgrelch zu bestehen. Bewcrbern, die von der Kanonistischen Sektion München mit summa cum laude zum Doktor des kanonischen Rechtes promoviert worden sind und die Gffentlichc Disputation mit ausgezcichnetem Erfog bestan-den haben, kann die Fakultât das Kolloquium erlassen.

§ 4. Der habilitand hat einen ûffentlichcn Vortrag aus dem gcwdhltcn Fachgcbiet zu hnlten. Er schlagt hierzu drei Themen vor, nus denen die Fakultât elnes auswdhlt und dem HabiU-tanden eine Worhc vor dem fur den Vortrag angesetzten Termln bekannt gibt.

Dor Vortrag soli ·/< Stunde dauern und nach Inhalt und Ixjhrwcise den akadcmlschen Anforderungen $enûgen. An den Vortrag schliesst sich eine Aussprachc an, die sich auch auf die vorgelegte Schrlft ausdehnen kann.

? 5. Die Habllitationsschrift ist in der von der Fakultât genehmigten Form zu verdffentlichen.

Jcdem Professor der Fakultât 1st ein Stuck zu überreichen. An die Universitütsblbliothek sind scchs Stücke abzuUefern.

§ 6. Die Gebühren fur die Habilitation betragen zur Zeit 50.—DM. Sie sind bei dcr Einreichung des Habilitatlonsgesu-chcs zu erlegen.

* AKKR 124 (1949-50) 463-467. Haec Statuta dio 20 lui 1949 con-fecta approbationem obtmuenmt a S. C. de Seminariis otStudiorum Universitatibus dio 10 lan 1950 LE 2009.

2067

1949 IUL 20.-SC STUDIORUM, MONITUM. PART.·

Monitum circa decorem habitus ecclesiastici a CLERICIS IN ITALIA SERVANDUM

Roma, 20 Luglio 1919

Eccellenia Reverendissima^ Non sarâ sfuggito a V. E. Revfta che da qualche tempo —forsc anche a causa del-Felevato costo degl'indumenti— si vengono introducendo in Italia delle innovazloni o scmplificazioni ncll'ablto o nel copricapo degli ecclesiastici, con detrimento del pre-stigio e decoro che il Clero deve mantenerc. Pertento quesia Sacra Congregazione —conoscendo il pensiero di Sua Santità al riguardo— ha il dovere di insistere per Γ Italia sull'uso dell'abito talare, a norma dei sacri canoni (Ca-noni 136 § 1).

Quanto alia maggiorc o minore convenienza per i Se-minarist! del corso ginnasiale di portare 1'abito talare owero una decorosa divisa, questa Sacra Congregazione si rimette completamente al sano critcrio c alFoculata prudenza deU'Ecciho Ordinario.

Riterremo poi opportuno che ΓE. V. raccomandasse vlvamente ai chicrici di aver particulare cura dei decoro c della propriety del loro abito e di evitarc un portamento trascurato, perché nel fedeli non dlminuisca verso i Mi-nistri dei Santuario quel senso di rispetto che tanto con-fcriscc alFeificucia delFapostolato.

Profitto della clrcostanza per esprimere alFEcc. V. i sensi della mia venerazione cui ml professo delFEccellenza Vostra Rcviha devtfio nei Signore.—G. Card. Pixzahdo, *Pref.* G. Rossino, *Segr.*

* Ordinariis locorum Italiae; Perfice munus 25 (18Ξ0) 4

2068

1949 IUL 27.-PIUS XII, LIT. AP. AAS 42 (1950) 385-387

Foederatio catiioucarvm studiorum universitatum CONSTITUITUR

PIUS PP. XII

Ad perpetuum ret memoriam. —Catholicas studiorum Uni-versitates, insignes doctrinae sacrae altiorumque huma narum disciplinarum scdes. Sancta Mater Ecclesia, divinae veritatis magistra ac tutrix, per totum / fere orbem condi- 386
dit, ne, tot repentibus erroribus, tot scholis cum Dei rell-gionisque neglectu vel contemptione institutis, studiosa

discipulorum soboles dedpcrdur et ingentia pateretur animarum detrimenta.

Eadem ergo provida Mater abhinc quindecim praesertim lustra, quibus ad defectionem a Summa Veritate improbe et infense est incitatum usquequaque, omni ope enixa est ut haec scientiae rectique cultus plantaria quam maxime promoveret, virtutibus Christianis informaret atque, supremo suo macisterio firmiter inhaerentia, iurium Del vindicandorum valida efficeret praesidia hominumque tenebris obvolutorum perfugia salutis.

Igitur hae Catholicae studiorum Universitates, inter tot temporum ac rerum difficultates a Sancta Sede excitatae, tardius quidem quod ad numerum, augescebant ac maiores in dies colligebant rires, adeo ut iam totum terrarum orbem rutila luce collustrent: haud secus ac «granum sinapis... quod minimum quidem est omnibus seminibus; cum autem creverit, maius est omnibus oleribus ct fit arbor ita ut volucres caeli veniant et habitent in ramis eius» (Matth. XIII, 32).

Maximis ergo hisce studiorum domiciliis tam feliciter propagatis, perutile visum est ut eorum magistri ct alumni in communem quandam consociationem coalescerent, quae. Summi Pontificis, utpote omnium Patris et Doctoris, auctoritate suffulta, collatis consiliis iunctaque opera lumen Christi impensius diffunderet ac dilataret.

Quocirca factum est ut anno 1924 duodeviginti Athenaea Catholica, fel mem. Pio Pp. XI, Decessore Nostro, probante amplissime ac benedicente, foedere sociarentur eo consilio ut eorundem Rectores una cum professoribus aliisque ab Ipsis delegatis, sollemnes conventus per temporis intervalla agentes, ea pertractarent negotia quae ad praecelsum eorum finem communiter provehendum maxime utilia forent et accommodata.

Nunc vero, Immanissimo confecto bello, inter ea quae ad pacem carilatemque inter homines conciliandam ac firmandam conferunt, perquam opportunum habendum est, sl omnes totius orbis Catholicae studiorum Universitates In magnam foederationem conveniant.

Quibus omnibus mature perpensis, Venerabilis Frater Noster losephus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Pizzardo, Albanensis Episcopus ac Sacrae Congregationis de Seminariis studiorumque Universitatibus Praefectus, precibus Nos adiit ut memoratam Athenaeorum Catholicorum foederationem constituere dignaremur. Nos autem, qui nihil antiquius habemus quam ut bonis studiis uberiora
337 addamus incrementa / el doctrinae Catholicae latiorem ubique pandamus viam, hulusmodi vota libenti animo censuimus excipienda.

Itaque praesentium Litterarum tenore perpetuummie in modum, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostra atque de Apostolicae potestatis plenitudine, *Catholicarum üudiorum Universitatum foederationem* erigimus et constituimus, quae complecti valeat Athenaea quae vel Sancta Sedes Ipsa per orbem canonice erexit erigetve In posterum, vel tamquam ad normam Catholicae institutionis directa eique plane conformata aperte agnoverit, omnibus privilegiis, laribus et officiis personas, ad quas pertinet, cumulantes simulque definientes ut ea Ipsa foederatio statutis regatur quae a Sacra Congregatione Seminariis studiorumque Universitatibus praeposita, fuerint approbata. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Haec edicimus, statuimus ac declaramus, decernentes praesentes Litteras firmas, ♥alida atque efficaces iugiler exstare ac permanere; illlsque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc el in posterum plenissime suffragari: sicque rite ludkandum esse ne definiendum; irritumque ex nunc el inane fieri, si quidquam, secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvii mensis lulii, anno mcmxux, Pontificatus Nostri undecimo.

De speciali mandato Sanctissimi. Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis.—Gil ix» Br v o n o l a, *Officium Regtns Pontificiis diplomatibus expediendis.*

provolutus, quaerit utrum necessarium atque expediens censendum sit Integras Constitutiones Instituti Ordinarili locorum exhibere cum novum centrum in propria uniuscuiusque dioecesi aperiendum sit vel venia nd laborem apostolicum corporative exercendum expostulanda: et quatenus negative, quae documenta Instituti Ipsis Ordinariis communicare necessarium sit atque expediens. Et Deus.

Resp.—Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attenta Instituti *Opus Dei* speciali ratione, respondendum censuit:

Ad I.um: Negative ct ad mentem. Mens est nec necessarium est neque ex regula expediens dici potest Integras Instituti Constitutiones aliaquc documenta interna Ordinariis locorum communicare.

Ad 2.um: Haec tantum documenta Ordinariis expostulantibus necessario communicanda sunt: 1) Decretum approbationis Instituti et Constitutionum; 2 summarium Constitutionum a S. C. approbatarum: 3) privilegia, si quae habeantur vel in posterum obtineantur, relate ad ea in quibus Congregationes clericales iuris pontificii, inter quas Institutum ex iuridica recognita aequlparatlone enomeratur, Ordinariis locorum necessario subliduntur, et servata norma can. 51. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. de Religiosis, die 1 augusti 1949.

• Procuratori Generali «Opus Doi»: CpR 23 (1949) 303-3G4. Adx A. L ia CpR 23 (1949) 304-305.

2070

1949 AUG 2.-SC S. OFFICII, NORMAE. PART.·

De modo se gerendi eorum qui, ratione officii, **VENDERE VEL DISTRIBUERE DEBENT FOLIA ET PUBLICATIONES PERIODICAS FACTIONEM COMMUNISTARUM FOVENTES**

Dal Palazzo del S. Ufdzio 2.8. 1919

Emo e Heoriio Signor Mio Ossrfto, in merito al quesito fatto dal giomalaio che ha scritto alia Eminenza Vostra Revma l'unita lettera mi reco a premura di farLe présente quanto segue:

In alcune città le organizzazioni sindacall, dalle quali dipendono le modalità di distribuzione dei giomali presso l chioschi di rivendita, insistono con estremo vigore sul-Uobbllgo dei giomalai di non escluderc dalle loro rivendite questo o quel glomale, sotto pena di vedersi negata la consegna di tutti gli altri giornali.

In altre città invece, i rivenditori possono senza difficoltà sottrarsi a tale imposizione.

E' chiaro che, se il giornalaio puô, senza suo grave danno, evitare ia vendita dei giornali proibiti, tale rivenditore, se non si attiene alie dlsposizioni dei noto Decreto delS. Offirio, pone «sdenter et libere» gli atti per i quali sono comminate le note sanzioni.

Che se, invece. il giornalaio trovasi sotto ia coazione effettiva dei suddetll sindacati, la sua cooperazlone materiale puô essere tollerala, fermo tuttavia restando sempre Fobbllgo in cosdenza di limitare quanto più è possibile tale cooperazione: ciô che puô essere fatto con le piccole industrie in cui gli stessi giomalai sono esperti e che non è d'uopo qui clencare.

Nel darLe comunicazione di quanto precede, mi valgo ben volentieri dell'incontro per baciarLe umilmente le mani e professarmi con sensi di particolare sincera venerazionc, dell'Eminenza Vostra Reverendissima umlrîio obbhho devmo servitor vero.—Card. F. Marchetti Selvaqgiani, *Segretario.*

• Ordinario Panormitano in Italia. Pro! N. 413/44: Perfice munui 24 (1949) 400. Adn. L SIRNA in ApoU. 22 (1949) 57-70.

2069

1949 AUG 1.-SC RELIGIOSORUM, RESPONSUM. PART.·

QCAENAM DOCUMENTA EXHIBERE DEBEAT INSTITUTUM SAECULARE «Opus Dei» ordinariis is quorum dioecesibus **APQSTOLATUM F.XEBCEBF. INTENDIT**

Dubium—*Realtsiime Paler,* Procurator Generalis Instituti *tOpus Del* ad Sanctitatis Vestrae pedes humiliter

2071

1949 AUG 8.-SC S. OFFICII, EPISTULA. PART.·

DE SENSU RECTAQUE INTERPRETATIONE EFFATU. «EXTRA ECCLESIAM NULLA SALUS»

Ex Aedibus S. Officii, die 8 Augusti 1919

Excellentissime ac Revme Domine, Suprema haec Sacra Congregatio perattente ortum ac progressum prosecuta

est gravis controversiae quae a nonnullis sociis Institutorum «St. Benedict Center· ct «Boston College» excitata est circa interpretat Ionem illius effati *texlra Ecclesiam nulla salus·*.

Quum nutem omnia documenta ad rem necessaria vel utilia perspecta fuerint, inter quae sive notitiae ab ista Curia receptae, sive recursus ct relationes, quibus socii instituti «St. Benedict Center» suas opiniones quaerelasque exponunt, sive etiam plura alia ad controversiam spectantia ex officio collecta, eadem Sacra Congregatio sibi persuasum habet, deploratam controversiam ortam esse ex eo quod effatum illud «ex/ru *Ecclesiam nulla salus·* non recte comprehensum ponderatumque fuerit, eademque exacerbatum ex gravi disciplinae perturbatione, qua nonnulli sodales Institutorum quae supra memorata sunt, obsequium et oboedientiam erga legitimas auctoritates detrectaverint.

itamque Emlnenlisslmi ac Revihl Patres Cardinales Supremae huius S. Congregationis, in conventu plenario, Feria IV, die 27 iulii 1949 habito, decreverunt ct Augustus Pontifex in Audientia sequentis Feriae V, dici 28 lulii 1949, approbare dignatus est, ut dentur explanationes quae sequuntur ad doctrinam pertinentes, itemque invitamenta atque exhortationes, quae ad disciplinam spectant, tradantur:

Fide divina ct catholica ea omnia credere tenemur, quae in verbo Dei scripto vel tradito continentur, et ab Ecclesia non tantum solemn! iudicio, sed etiam ordinario et universali magisterio tamquam divinitus revelata credenda proponuntur *(Denzinger* n. 1792).

Inter ea autem, quae semper Ecclesia praedicavit et praedicare numquam desit, illud quoque infallibile effatum continetur quo dedocemur *extra Ecclesiam nullam esse salutem.*

Est tamen hoc dogma intelligcndum eo sensu, quo id intelligit Ecclesia ipsa. Non enim privatis iudiciis explicanda dedit Salvator Noster ea, quae in fidei deposito continentur, sed ecclesiastico magisterio.

Et primum quidem Ecclesia docet, hac In re agi de severissimo praecepto lesu Christi. Ipse enim expressis verbis Apostolis suis imposuit ut docerent omnes gentes servare omnia quaecumque Ipse mandaverat *(Math.* XXVni, 19-20).

Inter mandata autem Christi non minimum locum illud occupat quo Baptismo iubemur incorporari in Corpus Mysticum Christi, quod est Ecclesia, et adhaerere Christo elusque Vicario, per quem Ipse in terra modo visibili gubernat Ecclesiam.

Quare nemo salvabitur qui, sciens Ecclesiam a Christo divinitus fuisse institutam, tamen Ecclesiae sesc subiicerc renuit vel Romano Pontifici, Christi In terris Vicario, denegat oboedientiam.

Neque enim in praecepto tantummodo dedit Salvator ut omnes gentes intrarent Ecclesiam, sed statuit quoque Ecclesiam medium esse salutis, sine quo nemo intrare valeat regnum gloriae caelestis.

Infinita sua misericordia Deus voluit ut illorum auxiliorum salutis quae divina sola institutione, non vero intrinseca necessitate, ad finem ultimum ordinantur, tunc quoque certis in adiunctis effectus ad salutem necessarii obtineri valeant, ubi *voto* solummodo vel *desiderio* adhibeantur. Quod in Sacrosancto Tridcntino Concilio claris verbis enuntiatum videmus tum de Sacramento Regenerationis tum de Sacramento Poenitentiae *(Denzinger,* nn., 797, 807).

Idem autem suo modo dici debet de Ecclesia, quatenus generale Ipsa auxilium salutis est. Quandoquidem ut quis aeternam obtineat salutem, non semper exigitur ut *reapse* Ecclesiae tamquam membrum incorporetur, sed id saltem requiritur, ut eidem *poto et desiderio* adhaereat.

Hoc tamen votum non semper cxplicitum sit oportet, prout accidit in catechumenis: sed ubi homo invincibili ignorantia laborat, Deus quoque *implicitum potum* acceptat, tali nomine nuncupatum, quia illud in ea bona animae dispositione continetur, qua homo voluntatem suam Dei voluntati conformem velit.

Quae clare edocentur in dogmaticis illis Litteris a Summo Pontifice Pio Papa XII, die 29 iunll 1943 editis «De Mystico lesu Christi Corpore» *(A.* A. *Sedis*, vol. XXXV, a. 1943, p. 193 ss) [LE 1759]. In iisdem enim Summus Pontifex nitide distinguit Inter cos, qui *re* Ecclesiae tamquam membra incorporantur, atque eos qui *poto* tantummodo Ecclesiae adhaerent.

Agens enim de membris, quibus Corpus Mysticum hisce In terris componitur *(A.* A. *Sedis,* 1. cit, pâg. 202) idem Augustus Pontifex dicit: «In Ecclesiae autem membris *reapse* ii soli adnumerandi sunt qui regenerationis lavacrum receperunt veramque fidem profitentur neque a Corporis compage semet ipsos misere separaverunt vel, ob gravissima admissa, a legitima auctoritate seiuncti sunt».

Circa finem autem carundem Litterarum Encyclicarum, amantissmo animo eos ad unitatem invitans, qui ad Ecclesiae Catholicae compagem non pertinent, illos commemorat «qui inscio quodam *desiderio ac voto* ad Mysticum Redemptoris Corpus ordinentur», quos minime a salute aeterna excludit, ex altera tamen parte in tali statu versari asserit «in quo de sempiterna cuiusque propria salute securi esse non possunt... quandoquidem tot tantis caelestibus muneribus adiumentis carent, quibus in Catholica solummodo Ecclesia frui licet» *(A. A. Sedis* 1. c. pag. 243).

Quibus verbis providentibus tam eos reprobat, qui omnes *solo polo implicito* Ecclesiae adhaerentes a salute aeterna excludunt, quam eos qui falso asserunt homines omni religione aequaliter salvari posse (Cfr. Pii Pp. Allocut. «Singulari quadam» apud *Denzinger,* nn. 1646 —Item eiusdem Pii Pp. IX Lltt. Encycl. «Quanto conficiamur moerore» apud *Denz.* n. 1677).

Neque etiam putandum est quodeumque votum Ecclesiae ingrediendae sufficere ut homo salvetur. Requiritur enim ut votum quo quis ad Ecclesiam ordinetur, perfecta caritate informetur: nec *potum implicitum* effectum habere potest, nisi homo fidem habeat supcmaturalcm: «Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est et inquirentibus se remunerator sit». *(Hebr.* XI). Ait enim Condi. Trident. *(Sess. VI,* cap. 8): «Fides est humanae salutis initium, fundamentum et radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo et filiorum Eius consortium pervenire» *(Denz.* n. 801).

Ex praedictis clarum igitur est et quae in commentario •*From The Housetops·* fasc. III, tamquam genuina Ecclesiae Catholicae doctrina proponuntur, ab eadem longe distare et esse valde nociva tam iis qui intra quam iis qui foris sunt.

Ex hisce declarationibus, quae ad doctrinam attinent, nonnulla consequuntur, quae ad disciplinam et modum sese gerendi spectant, quaeque ignorari nequeunt ab iis qui strenue defendunt necessitatem, qua omnes adstringuntur, Ecclesiam veram participandi et sese sublidendi auctoritati Romani Pontificis et Episcoporum «quos Spiritus Sanctus posuit... regere Ecclesiam» *(Act.* XX, 28).

Itaque intelligi non potest quomodo Institutum «St. Benedict Center» sibi cohaereat, quod, quum se scholam catholicam profiteatur ac talem habere velit, re tamen vera praescriptis canonum 1381 et 1382 Codicis Iuris Canonici non conformetur, idemque fons exsistat discordiarum et rebellionis contra auctoritatem ecclesiasticam et turbationis multarum conscientiarum causa.

Item non Intelligitur quomodo religiosus vir, scilicet Pater Feeney, se «defensorem fidei» exhibeat, simulque impugnare non dubitet catecheticam institutionem, a legitimis auctoritatibus propositam, neque veritus sit incurrere in graves sanctiones a sacris canonibus comminatas ob graves ipsius transgressiones contra officia religiosi, sacerdotis et simplicis quoque fidelis.

Denique minime tolerandum est quosdam catholicos sibi tribuere velle ius publicandi commentarium, ad doctrinas theologicas evulgandas sine competentis Auctoritatis Ecclesiasticae licentia, qua «imprimatur» dicitur, ut sacris canonibus cautum est.

Sedulo igitur animadvertant illi qui In gravi discrimine adversus Ecclesiam versantur, semet ipsos, postquam •Roma locuta est» nec excusari quidem posse bonae fidei rationibus. Eorum sane vinculum ct oboedientiae officium erga Ecclesiam multo est gravius quam eorum qui «adhuc nonnisi inscio quodam voto» ad Ecclesiam ordinantur: considerent enim se esse filios Ecclesiae, ab Eadem lacte doctrinae ct Sacramentorum pie enutritos ideoque sese. audita clara voce Matris, ab ignorantia culpabili excusari non posse, et hac de causa de ipsis absque ulla restrictione valere verbum illud: sublectionem Ecclesiae Catholicae et Summo Pontifici debitam esse dc necessitate salutis.

Quae dum Tecum communico impensam meam observantiam Tibi obtestor, permanens Excellentiae Tuae Reverendissimae addictissimus.—Card. F. Marchetti Sf.lvaggiani, Secr. A. Ottavlani, *Adsessor.*

♦ Ordinario Boirtoniemi. Prêt. N *122* 49 ME 78 (1953) 418-420- Leonardtu Feaney, auctor interpretatiĕm ·! doctrine© quam roprobat S. C. S. Officii, exconunun-catua declaratus per ărfua ipsius S. Officii diei 12 Febr. 1953 (AAS 45 (19531 100] Adn. R J CDSHΓNO in Jurist 12 (1952) 477; ME 73 (1953) 4Î5.

2072

1949 AUG 8.-SC RELIGIOSORUM, RESPONSUM. PART.·

Circa consensum ordlkarii loci ad centrum non AUTONOMES! CONSTITUENDUM ET APOSTOLATUM EXERCENCENDUM INSTITUTI SAECULARIS «OPUS DEI»

Dubium—*Beatiuime Pater,* Procurator Generalis Instituti «Opus Dei», ad Sanctitatis Vestrae pedes humiliter provolutus, quaerit:

L—Utrum consensus Ordinarii loci, analogice ad normam religiosi juris (c. 497) necessario ad erectionem Centri autonomi «Operis Dei» in Constitutionibus Instituti praescriptus (n. 290), requiratur etiam ut Sodales, Centro legitime erecto adscript!, alibi uti laid ac saeculares individuam vitam ducanL

2—Quatenus negative ad Ie®, an membra Instituti de quibus agitur vitam non canonice sed tantum de facto ac materialiter communem, libere ducere valeant.

1—An apostolatum proprii Instituti non corporative, sed individual! ac personali ratione libere iterum exercere possint. Et Deus...

Resp.—Sacra Congregatio Negotiis religiosorum Sodalium praeposita, mature speciali «Operis Del» ratione perpensa, respondendum censuit:

Ad 1.«: Xefofar.

Ad 2."®: *Al/irmatipt,* dummodo vere agatur de vita communi non de iure, sed dc facto. Quoad illa omnia quae vitae communi iuridice sumptae ad nonnam Constitutionum vel turis communis adseripta sunt, ex. gr. quoad Oratorium llturgicum. quoad asservationem Ssmi Sacramenti, etc., praescriptae iuris solemnitates requiruntur.

Ad 3.·»: *Affirmatire,* quoad illa omnia quae personalem, non corporativam rationem revera Induant.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis, die S Augusti anni 1949.

• Hrœrilxi Gscer «Opv» Dei». Prot N 638849 CpB 28 (1949) X6-X8 Ada A L ta CpB 23 (1H9) 308-307.

2073

1949 AUG 1L-SC S. OFF., DECL AAS 41 (1949) 427-428

Declaratio de communistarum matrimonii CELEBRATIONE

Quaesitum est ulrum exclusio communislaruni ab usu Sacramentorum in Decreto S. Officii dlel 1 Iulii 1949 statuta ILE 2055|, secum ferat etiam exclusionem a celebrando matrimonio: et quatenus negative, an communistarum
42» matrimonia regantur praescriptis canonum 1060-1061./

Ad rem Sacra Congregatio S. Officii declarat: Attenta speciali natura sacramenti matrimonii, cuius ministri sunt ipsi contrahentes ct in quo sacerdos fungitur munere testis ex officio, sacerdos assistere potest matrimoniis communitarum ad nonnam canonum 1065, 1066.

In matrimoniis vero eorum, dc quibus agit n. 4 praefati Decreti, servanda erunt praescripta canonum 1061, 1109 I 3.

Datum ex Aedibus S. Officii dic 11 Augusti 1949.—Marinus Marani, Supr. S. S. *Officii Substitutus Solarius.*

A±». ?_ B3JA0C? ia ME 14 (1949) 50-55.]. CREUSEN »n NrT 51 (1949) 8€>57O. M FABREGAS 1» PrM B (1949) 305-307; PEGATTLLO «. W.

2074

1949 AUG 15.-SC STUD,. EPIST. AAS 41 (1949) 618-619

Epistula ad locorum ordinarios de musica sacra APUD SEMINARIA PROMOVENDA

Romae, die 15 Augusti n. D. 1949

Ercfltentiuimc Domine, Musteae Sacrae, ad divinum cultum promovendum, quantopere Sancta Sedes iugiter faverit, nemo sane est qui Ignoret. Eiusdem sedulitatis plura exstant documenta, luter quae notatu dignae illae sapientes quidem et firmae praescriptiones, quas Summus Pontifex Pius NI, fcl. ree., per Consi. Apost. *Diuini cultus sanctitatem* (d. d. 20 Decembris a. 1928) |LE 868| Impertitus csL

Haec quoque S. Congregatio adlaborare non intermisit, ut iuvenes S.acerdotii viam ingressi, tum theoretice tum practice Musica Sacra congrue instituerentur. At, si multa et laudabilia in plerisque Seminariis gesta sunt ad sacram iuventam hac quoque disciplinam imbuendam, in ceteris tamen exspectati felices exitus minime obtenti sunt, cum pluribus de causis, tum praesertim quod magistri debita doctrina praediti ac necessitatibus pares non habebantur. Huiusmodi defectus eo manifestiores hodie apparent, quo studium liturgicum et musicum mire in dies diffunditur, sive inter asseclas Actionis Catholicae sive inter ipsos Christifldeles, Anno Sancto praecipue instante.

Quam ob rem, ad novum valldioremquc impulsum afferendum ut Seminariorum alumni theoria et practfca Musicae Sacrae iuxta principia didactica et disciplinaria a Sancta Sede statuta sedulo erudiantur, haec quae sequuntur praescribenda censemus:

I. Musica Sacra disciplinis necessariis adnurneratur» ideoque omnibus sacrorum alumnis, inde a primo humanitatis anno usque ad cursum theologicum expictum, absolute tradenda.

II. Musicae Sacrae magistris proponentibus, annua programmata al» Exciîio Ordinario adprobanda sunt.

III. Musicae Sacrae horarum In hebdomada attributio regetur normis Const. Apost. *Dioini cultus sanctitatem* (nn. 1-2): praelectionum horae generali studiorum rationi inserendae sunt./ git

In feriis autumnalibus, longius tempus adhibebitur ad exercitationes praeticas tum uniuscuiusque alumni tum plurium vel omnium simul alumnorum, et, pro alumnis cursuum philosophici et theologici, hebdomadae studiorum indicentur ad praecipuas quaestiones Musicae Sacrae penitius pertractandas.

IV. Non aliter ac pro ceteris disciplinis, alumni annua pericula de Musica Sacra obire tenentur.

V.Unicuique Seminario Idoneus sit oportet magister Musicae Sacrae, qui ad omnes effectus Collegio Professorum cooptabitur.

Hac quidem de re, Exedris locorum Ordinariis in memoriam revocamus instantissimam Pii XI, fel. rec., adhortationem, ut nempe ex quavis mundi regione ad Romanum Pontificium Institutum Musicae Sacrac adlectl mittantur Iuvenes Sacerdotes, sincere exornati spiritu liturgico, peculiari quodam donati ingenio musico et sufficienti muniti praeparatione, qui, retjuisitum tirocinium emensi, uberem in Dioecesi et praecipue in Seminario apostolatum liturgico-musicalcm explicare valeant.

VI.Quae supra statuimus, vigere incipient anno scholari proximo ineunte.

Tuum igitur erit, Excihc Domine, sollicite in ea, quae «upra mandavimus, omnem curam impendere. Nam Musicam Sacram non parum conferre arbitramur, ut iam exactis Ecclesiae temporibus, etiam nunc ad Christianam plebem Christo Domino reducendam: sacrorum concentuum dulcedine et suavitate allectus, populus fidelis «hymnis et canticis spiritualibus» Domum Dei resultantem libentius celebrabit, avidius ad dominica sacramenta accedet, abundantiusque Inde vitam hauriet.

Dum Tibi vota in Domino profero, reverenter me obtestor Excellentiae Tuae Reverendissimae in Ch. I. addictissimum.—Card. I. Pizzardo, *Pracf.* H. Cecchctti, *Subster.*

Adn. T G. BAR3EBENA in REDC 4 (1949) 837-850. C. BMATO in Apoll. 23 (1950 65-67; L. PINEN jn NrT 82 (1Ô5O) 530-531. F ROMΓTA in ME 75 (1950) 61-67; EL 63 (1949) 427-128.

2075

1949 AUG 15.-SC SACRAMENTORUM, LIT. CIRC. PART.·

Quaedam normae et animadversiones in mentem REVOCANTUR UT IUDICES ECCLESIASTICI MUNUS SCUM PERFECTIUS OBIRE POSSINT IN PERTRACTANDIS CAUSIS MATRIMONIALIBUS

Una cum statlsticls modulis circa matrimoniales causas praecedenti anno pertractatas, a singulis catholici orbis tribunalibus, proutl de more, Sacrac huic Congregationi exemplaria quaedam sententiarum latarum ct animadversionum vinculi defensorum missa quoque sunt.

Haec exemplaria, cum diligenti sublecta fuerint studio Consultorum peculiaris Commissionis Vigilantiae super tribunalia ecclesiastica relate ad processus matrimoniales, eadem Commissio sequentia animadvertere in genere rata est quae Infra recensentur, ut prae oculis habeantur ab Ordinariis et a Indicibus ecclesiasticis, quo suo arduo Judicandi muneri perfectius in dies operam navare valeant.

1. Neminem quidem fugit peculiari difficultate decisiones causarum formalium do nullltate matrimonii scatere, circa quas Instructio S. huius Congr. 15 Augusti 1936, art. 21 *(A. A. S,,* vol. XXXIII, 313) [LE 1347) habet: «Attenta harum causarum gravitate necnon difficultate, tum quoad leges procédurales servandas, tum quoad intrinsecum causae meritum, Episcoporum est, *graviter onerala eorum conscientia,* caute et diligenter seligere sacerdotes, quorum prudentia et probitas sit omni exceptione maior, quique laurea vel saltem licentia in Iure canonico sint praediti, sin minus scientia ct experientia iuridica *rtrt* polleant·.

2. Causae enim formali processu definiendae, non sunt argumentis evidentibus nullique contradictioni obnoxiis praeditae, quia tunc, vel procedure casus excepti (cfr. can. 1990-1992 et Comm. ad Cod. Auth. Interpr. d. 6 decembris 1943, A. A. S., vol. XXXVI, 94) [LE 1779) adhibetur, vel res defertur pro decisione ad S. hanc Congregationem ad normam can. 249 § 3. Magna proinde requiritur in iudlcibus prudentia et acumen, ne, ex una, «tanti Sacramenti religio» in discrimen immerito vocetur; neve, ex altera, iustae postulationes fidelium pro nullitatc sui matrimonii declaranda, inepte reJclantur.

3. Quantum ex textu sententiarum deducere fas est, sequentia potissime notanda sunt:

a) In stadio instructorio processus quandoque iudex et defensor vinculi fere inertes manent, eos nempe tantam testes excutiunt a parte actrice (saepe vero a partium patronis) inductos, qui utinam testes sint ab omni suggestione vel instructione circa responsiones dandas immunes!

Expedit e contra, imo saepe necessarium est, ut iudex (passim vinculi defensore instante) testes ex officio, qui extra omnem sint suspicionem, inducat; postquam defensor ipse per se vel per alios accuratas indagines, in loco ubi coniuges sunt bene noti et ex personis ad veritatem factorum absque ira et studio stabiliendam idoneis, peregerit.

Si enim vinculi adsertor passive se habet, evenire poterit ut facile iudex decipiatur a partibus quae abripiuntur •desiderio nuptias dissolvendi, quum matrimoniale consortium ipsis non eam attulerit felicitatem et pacem, quam, sensibus nimio indulgentes, sibi spoponderant» *(A.* A. S., vol. XXII, p. 168).

Ita enim «facilis aperitur aditus fraudibus et improbitati, tum conlugum adversus sanctitatem ct contra unitatem matrimonii Christiani coniurantium, tum etiam eorum qui lucrum tantum inhiantes, ipsos coniuges edocent de modo quo causam instaurare debent, atque *de exitu caasae solliciti non de veritate /actorum,* testes comparent et Instruunt, ut ea deponant ct confirment quae optatis conspirent· *(ibidem).*

b) Circa stadium vero declsorium processus, haec visa sunt animadvertenda:

Cum processus matrimoniales quotidie multiplicentur, el nonnullae faclispecles simillimae appareant, sententiae sensim sine sensu tendunt ad aliqualcm uniformitatem vel ad aulhomaticas repetitiones, tum in parte iuris tum, quod magis dolendum, in applicatione iuris ad factum, In qua maximus iudicum labor versari debet.

Sententias proinde perscribendo, in merum formalismum quandoque indices dilabi facile possunt; et non raro accidit ut, sub specie sollemnis et diuturnae proceduree, totus processus substantialiter reducatur ad schematicas formulas, quae vel a partis patrono parantur et afferuntur lodicibus, vel, quod peius, a iudice fere authomatice desumuntur a probationibus allatis.

4. Non est hic immorandum circa modum, utique reprobandum, agendi ex parte patronorum sl, malo fato, nullo habito ad veritatem respectu, testes edoceant et partes; quaestiones suggestivas proponant vel actorum ranplemenla postulent, quae fere Inadvertenter a vinculi defensore et a iudlcibus absque suspicione admittuntur; ied potius Insistendum est in modo agendi quorundam Iudicum qui in probationibus perpendendis non uti veri ludices se gerunt, sed potius uti simplices compilatores, qui ad solam formam verborum, non autem ad criticam rationem spectantes, non cogitate sed sine ratiocinationibus, congerunt excerpta ex depositionibus vel peritiis, ut statim concludant haberi in casu evidentes concordcsque attestationes pro nullltate matrimonii constabilienda.

5. Peritias quod attinet, prae oculis habeatur art. 154 Instr. «Provida» *(A.* A. S., vol. XXVIII, 313 ss.) j 1: «Tribunal non tenetur sequi peritorum indicium, etsi eorum conclusiones sint concordes, sed cetera quoque causae adiuncta attente perpendat» (cfr. can. 1804 § 1).

§ 2. «Tribunal debet in rationibus decidendis exprimere quibus motum argumentis peritorum conclusiones vel admiserit vel reiecerit» (cfr. can. 1804 5 2>.

6. Non desunt insuper iudlces qui passim et sine delectu vel exceptione nulloque adhibito ludiclo, sed expedite prorsus, quoslibet testes, eos fidedignos quasi a priori praesumentes, admittunt: qui satis esse rentur responsa quaesitis suggestlvis reddita; non animadvertentes num testis, vel bona fide, aliquid ex nihilo creet, vel exaggeret saltem quaedam verba, quasdam rationes; quasi plus sciat quam partes ipsae» vel transferat ad tempus praenuptlale quae e contra vidit, audivit, cogitavit postquam conlugium infelicem sortitum est exitum.

7. Ita ex. gr. facili negotio obtinetur quandoque declaratio nullitatls matrimonii eo quod unum e matrimonii bonis exclusum fuisset, dum revera, morum levitate in dies crescente et theoriis de libera unione late serpentibus, difficilior evadere deberet probatio *positivi actus voluntatis,* cum frequentior praesumi debeat simplex error mentis in nupturiente qui non nimis de iuribus et officiis matrimonii curabat, praesertim si in pervigilio nuptiarum, a parocho rogatus, se bona matrimonii excludere velle iureiurando negavit (Cfr. Instrct. *'Sacrosanctum»* 29 lunii 1941, All. I. A. A. S., vol. XXXIIT, 297 ss.) [LE 1626).

8. Ordinariorum attentio revocanda videtur praesertim super tria sequentia puncta:

a) Ordinariis gravissima incumbit obligatio non admittendi ad patrocinium exercendum coram suo tribunali, de cuius actione coram Deo respondere debent, nonnispersonas omni exceptione maiores. Ordinariis ius est (et quandoque obligatio) facultatem patrocinii exercendi patrono revocare; idque administrativa provisione, sine onere rationes revocationis pandendi nisi huic S. Congregationi.

Ad vitandas contestationes, expedit ut de potestate revocandi patrocinium, sermo expresse fiat in prima patroni admissione.

b) Selectio idoneorum iudicum est elementum fundamentale (uti constat ex art. 21 praefatae Instructionis «Provida») ut recta lustitiae administratio obtineatur. Iudex enim expertus et activus, qui nempe studio veritatis et iustitiae tantum movetur, haud facile decipietur a partium artificiis et figmentis; veritatem deteget apte probationes librando, ex officio testes inducendo, et Ita porro.

Tales quidem iudices necnon vinculi defensores suis arduis muneribus idonei, peculiari cura ct studio sunt efformandi.

Ad rem recenter ita dignatus est declarare Ssrhus D. N. Pius Papa XII in Allocutione ad Tribunal S. Romanae Rotae *(A.* A. S,, vol. XXXVI, pp.281-294) [LE 1805]:

«Iudex... est quasi lustitla vivens; illius labor culmen habet In proferenda sententia, qua luridice stabilitur et statuitur veritas eademque valorem accipit legalem, tum quoad ea quae attinent ad factum diiudicandum, tum quoad ea, quae spectant ad iuris applicationem in casu, lamvero ad talem dilucldatlonem et tale servitium veritatis ordinata est tamquam ad suum finem tota causae actio. Quare Iudex In hac oblectiva ordinatione in finem, invenit normam quoque securam, qua dirigantur omnes ipsius Indagines, iudicia, praescriptiones, prohibitiones, quas evolutio causae secum portat. Apparet Igitur, obligationem luridico-moralem. cui iudex sublectus est. non esse nisi quam lam ante commemoravimus profluentem ex iure divino, inquirendi videlicet et determinandi secundum rei veritatem, an vinculum, quod signis externis erat constrictum, revera existât vel an adsint praesupposita necessaria vinculi solvendi, et stabilita veritate, proferendi sententiam veritati conformem. Hisce continetur summa gravitas et gravamen conscientiae ipsius iudlcK in causa dirigenda et concludenda».

e) Quando vero dioecesis adiuncta Id postulent. Ordinarii ne cunctentur se gerere ad nonnam litterarum Sacrae huius Congregationis dlel 1 mensis Iulii 1932. n. 11! *(A.* A. S., vol. XXIV, p. 272) (LE 1105]:

•Quod si fieri contingat ut. spectata parvitate dioecesis el praesertim inopia sacerdotum, aliquis Excihus EpisfC

pus fodve Ordinarius prohibeatur quominus ecclesiasticum tribunal constituat, quod suo muneri congruenter, uti expostulat peculiaris causarum matrimonialium gravitas et *tenti ScawncrJi religio,* perfungi valeat. Ipse, prudenter sccum pensato harum rerum discrimine maximoque momento, minime vereatur, etiam in levamen conscientiae suae, huiusmodi loci vel personarum angustiam ad hanc Sacram Congregationem significare, ut ipsa, huiusmodi necessitati, saltem ad tempus, prospicere possit, competentiam tribunalis deferendo aliae Curiae Ecclesiasticae Provinciae vel Regionis, quae tali oneri sustinendo ob peritiores officiales ceterosque administros aptior evadat».

9. Pro matrimoniis post latam Instructionem Sacrae huius Congregationis ⁑Sacrosanctum [LE 1626) contractis, Index debet petere a paroecia celebrationis matrimonii per Curiam Dloecesanam «processieulum depositionum coniugum ante nuptias» et de Ipsis depositionibus luralis iustam rationem tenebit, praesertim quando coniux vel coniuges probare coutendum se *Ubere d scienter* exclusisse matrimonii bona, quamvis e contra iureiurando In processlculo declaraverint se ad matrimonium absque ulla exclusione accessuros «se. Consequitur quod index, nonnisi evincentibus argumentis victus, admittere poterit sponsum vel sponsos in emittendo praedicto iureiurando vel ignorasse quid facerent, vel peierasse.

10. Defensoribus vinculi peculiariter commendantur sequentia:

Quandomie evenire potest, uti supra innuimus, quod vinculi defensores mere inertes se habeant in stadio instructorlo processus. Nil enim agunt, nec testes ex officio inducunt, non circa veritatem factorum apud personas credibiles Interesse in causa non habentes notitias exquirunt: passim articulos pro examine partium el testium a patronis propositos, etsi suggestivi sint, approbant. Demum in stadio derisorio causae, artificiosas tantum animadversiones scribunt, nullum aut fere nullum auxilium ludici pro veritate fartorum detegenda, praestando.

11. Ad rem Allocutio citata Summi Pontificis gloriose regnantis vinculi defensores monet: «Sicut non congrueret gravitati officii et exsecutioni sollerti ac fideli muneris Ipsius si acquiesceret breviori Inspectioni actorum et quibusdam observationibus superficialibus; sic etiam non expedit ut huiusmodi officium committatur its quibus desunt experientia vitae el iudicii maturitas. Ab hac regula observanda non detrahit quod animadversiones defensoris vinculi sublidantur examini iudicum. Nam indicibus labor accuratus defensoris vinculi esse debet adiutorium et complementum laboris proprii; nec praetendi potest iudlcibus semper reficiendum esse totum opus defensoris, ut fidere possint Illius expositionibus» fA. A. S., vol. XXXIV, p. 338 ss.) [LE 1714J.

Econtra si vinculi adsertor recte, uti par est, suum adimpleverit munus ad matrimonium tutandum, non modo «Unti Sacramenti religio» sarta tecta servabitur, sed ex aequa disceptatione inter partem actricem et vinculi defensorem veritas nativa factorum facilius profluet, qui est finis ultimus et praecipuus omnium indiciorum.

11 Demum omnibus tribunalibus commendandum est ut sine excesivts moris sed naviter adlaborent, terminos temporis a can. 1620 pro singulis instantiis concessos, quantum saltem ab Ipsis dependet, numquam superantes; Inddenlales causas rapide resolventes, probationes ad moras iudlcio nectendas postulatas relcientes, terminos peremptorios statuendo, et ita porro.

13. Cum Indices et administri tribunalis alacrem lurldicundo operam conferre non valeant, nisi sufficienti sustentatione sint provisi, curent Ordinarii ut Tribunal necessariis subsidiis temporalibus non destituatur, tum ope taxaram a litigantibus idoneis solvendarum, tum aliis quoque, pro locorum et temporum adiunctls, opportunis provisionibus.

14. Sacra haec Congregatio, dum quae praecedunt Ordinariorum zelo commendat, ominatur ut eorum tribunalia matrimonialia recte, ut decet, suo respondeant muneri, «attente perspectis huius magni negotii materia atque consectariis maximi momenti inde promanantlbus» A.A.S., vol. XXIV, p. 274).

Ex Aedibus Sacrae Congregationis, dle 15 Augusti 1949. B. Card. Al o ih Ma s el x a» Ep. Praen., *Pro Prae/.* F. Bracri, *Secr.*

APENDI X

RELATIO ANNUALIS dc observantia canonicae matrimoniorum disciplinae iuxta «Instructionem» diei 29 lunil 1941 «Sacrosanctum» (A. A. S., XXXIH, 297). [LE 1626)·

1. Numerus Incolarum: Catholicorum, Acathollcorum
2. Numerus paroeciarum .....
X Quot sacerdotes dioccesani.....
4. Quot matrimonia celebrata in dioecesi anno, num...
5. Quot baptismi collati eodem anno..... .....
6. Quot Ordinarius personaliter visitaverit regesta paroeciaila matrimoniorum et baptismorum .....
7. Quot per suos delegatos.....
8. Quinam fuerunt delegati Ordinarii..... .....
9. Quot actus baptismorum collatorum examinati sunt..... .....
10. Quot actus matrimoniorum examinati sunt.....
11. An singuli actus quodam apposito signo communiti sunt, ut de peracta recognitione constet .....
12. An parochi rite fideles edoceant de doctrina Ecclesiae circa matrimonium.....
IX An caute indagines peragantur circa statum liberum contrahentium.....
14. An parochi diligenter explorationem peragant circa *libertatem consensus* contrahentium, eosdem *seorsum ct caute* Interrogando.....
15. An quando ratio de libertate contrahentium suspicandi adest, alias opportunas investigationes peragant .....
16. An parochi diligenter et prudentes Investigationem peragant de valido contrahentium consensu (de absentia simulationis, conditionis, etc.) .....
17. An partes iuralas depositiones (de qua in alleg. I Instructionis «Sacrosanctum») serio ct scienter subsignent .....
18. An dictae depositiones transmittantur tribunali ecclesiastico quoties actio instituta sil contra matrimonium .....
19. (In locis ubi ius concordalarium hoc cavet) an parochi statuto tempore documentum de initis matrimoniis ad officium *status civilis* transmittant.....
20. An et quaenam difficultates istic inveniantur In observanda Instructione «Sacrosanctum» .....
21. Quaedam observanda, notanda, suggerenda in re Ordinarius censeat .....

..... die.....mense.....anno ...

Subscriptio Ordinarii loci

• Ordkxanu locorum et ludicibus Tribunalium pro causia mstrimomalibui. Prot.N. 1190 49: ME 74 (1949) 98-104. Adn. V. BARTOCCETTI 10 ME 75 (ISSO) 41-55; P. TOCANEL m ApoII. 23 (1950) 42-44.

2076

1949 AUC 18.-SC RIT., DECR. AAS 41 (1949) 476-477

URBIS ET ORBIS

Decretum de lampa.de ssmi sacramenti et de luminibus rn SACRIS FUNCTIONIBUS ADHIBENDIS

Decreto diei 13 Martii anno 1942 [LE 1671] Sacra haec Congregatio, plurimorum Ordinariorum instantiis morem gerens, indultum quod anno 1916, Europaeo bello saeviente, praecarie concesserat ita prorogavit, ut eorum / prudenti Iudicio, peculiaribus novi belli condicionibus consideratis, facultatem remisit «ubicumque oleum olivarum vel cera apum vel penitus deliciant vel sine gravi incommodo et dispendio haberi nequeant» ibi lampas Ssihl Sacramenti aliis oleis quantum fieri potest vegetabilibus, nutriri possit, ultimo autem loco etiam lux electrica adhibeatur. Concessit quoque Sacra haec Congregatio ut deficiente cera possit reduci numerus candelarum pro singulis sacris functionibus rite praescriptus, ct huic cereorum deficientiae sufficiantur, usque nd candelarum numerum requisitum, alia lumina, etiam electrica. 477

Verum etsi modo nec ccra nec oleum deficiant, perpenso tamen gravi horum pretio, Sacra haec Congregatio indultum hoc ita moderari intendit, ut firmo adhuc manente induito pro lampade Ssmi Sacramenti concesso, pro Missae privatae celebratione duae candelae cereae adhibeantur, quatuor saltem pro solemn! seu cantata, item quatuor pro

solemnl expositione Ssihl Sacramenti, suppleto maiori numero requisito ollis luminibus.

Ceterum Revihos Ordinarios hortatur ut, quam citius Heri potest, veneranda saccularis traditio instauretur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 18 Augusti 1919.—C. Card. Micara, Ep. Velllcrn., /W/. A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secr.*

Adn. Λ D m NxT 82 (1GS0) 306 307; S INDELICATO in Apoll. 22 ΠM9) 3». L P in EL 63 (194&) 422. REGATILLO n 637.

2077

1949 SEP 14.-P1US XII, LIT. AP. AAS 43 (1951) 722-724

Nova statuta ordinis equestius s. sepulchri Hierosolymitani **APPROBANTUR IDEMQUE IN PERSONAM HURIDICAM» ERIGITUR**

PIUS PP. XII

Can. ***17.***—Syn. Constantinopobtan. I, a. 381. can. ***6;*** Syn. Cbakedonen. a. 45X, can. 9, 17; Syn. Constantinopolitan. IV, a. 869. can. 17, 24, 26, ***IT,*** S Ialias, litL ***Legi litteras,*** a. 34r, S. Leo M., litL ***Quanta fraternitati,*** a. 446: ***iDe conciliis·;*** S. Nicolaus I, LitL ***Quant.} maiora,*** a. 866: «.Vos ***autem·.***—Canones Apostolorum, /4; Syn. Antioeben., a. 34X, can. 3, xx-xj, ***17, so, 32,*** 23; Syn. Sardx-n., a. 343. can 3 et xx; Syn. Constantinopolitan. a. 394,
Can. ***6;*** Syn. Constantinopolitan., a. 394; Syn. Carthaginiensis, a. 4x9, can. XL X22, X24. X2J.—Syn. Armen., a. ***lytt,*** 194.
Can. x6 f ***1,*** x·.—Syn. Chalcedonea., a. 431, can. 9, 17.—Syn. Sardicen, a. 343, can. t.
Can. ***17.***—Syn. Constantinopobtan. I, a. 381. can. ***6;*** Syn. Cbakedonen. a. 45X, can. 9, 17; Syn. Constantinopolitan. IV, a. 869. can. 17, 24, 26, ***IT,*** S Ialias, litL ***Legi litteras,*** a. 34r, S. Leo M., litL ***Quanta fraternitati,*** a. 446: ***iDe conciliis·;*** S. Nicolaus I, LitL ***Quant.} maiora,*** a. 866: «.Vos ***autem·.***—Canones Apostolorum, /4; Syn. Antioeben., a. 34X, can. 3, xx-xj, ***17, so, 32,*** 23; Syn. Sardx-n., a. 343. can 3 et xx; Syn. Constantinopolitan. a. 394,

nenti competit Iudicare Episcoporum sibi sublectorum, qui domicilium vel quasi-domicilium in patriarchatu habent, causas criminales minores, quae nempe poenam pri/vationis officii aut depositionis minoris seu depositionis simplicis vel maioris seu degradationis non secumfernnt;

2® In causis vero maioribus. Patriarcha cum Synodo permanenti processum instruere debet Romano Pontifici, ferendae sententiae causa, transmittendum. Patriarcha, insuper, ad scandalum vitandum, remedia opportuna interim adhibere potest.

f 2. /Vchlepiscopo cum Synodo permanenti, quod attinet ad causas criminales minores Episcoporum sibi sublectorum, qui in archlepiscopatu domicilium vel quasi-domicilium habent, competit processum Instruere; sententia autem ferri non potest nisi praevia Romani Pontificis speciali delegatione.

Can, 18—| 1. Patriarchae cum Synodo permanenti est ludicore:

1.® Causas contentiosas Episcoporum, etiam titularium, gravioris momenti, et, si agatur dc rc pecuniaria, Illas in quibus agitur de summa vel re cuius pretium excedat triginta milia francorum aureorum;

2.® Eporchlarum contentiosas causas;

3.® Causas de iuribus aut bonis temporalibus Episcopi aut mensae seu domus vel curiae cparchialis.

f 2. Causae gravioris momenti, de quibus in $ 1, definiri et, quoad fieri potest, recenseri debent in Synodo patriarchal).

j 3. Patriarchae competit iudicare ceteras contentiosas causas Episcoporum, etiam lilulorium, firmo can. 46, f 1, n- I-

Can. 19—Tribunali ordinario sedis patriarchalis dc quo in can. 85 competit iudicare:

1.· Hicrarchas locorum, Syncellis exceptis, Patriarchae Syncellos atque delegatos qui non sint Episcopi;

2.® Personas physicas vel morales Patriarchae immediate subiectas, firmo praescripto can. 51, § 1;

1® Religiones iuris pontificii exemptione pontificia fraentes, firmo praescripto can. 51, § 1;

4.® Causas contentiosas vel criminales Superioris in religione luris pontificii exemptione pontificia fruente, qui In eadem religione Superiorem iudiclali potestate praeditum non habeat;

5.® Causas ex iuris praescripto tribunali patriarchali reservatas.

Can. 20—§ 1. Quae can. 18 de competentia Patriarchae, cum vel sine Synodo permanenti, praescripta sunt, intelligi debent etiam de Archieplscopo et Synodo permanenti archiepiscopatus.

j 2. Tribunali vero ordinario Sedis archiepiscopalis competit iudicare Hicrarchas locorum, SynceIlis exceptis, 11 qui Episcopi non sint. /

j 3. Archiépiscopalis dignitas coniuncta est cum sede metropolitana extra patriarchatus sila, a Romano Pontifice aut a Synodo Occumenica determinata vel agnita.

Can. 21—In causis dc quibus in can. 14-20 §§ 1, 2, inferiorum iudicum incompetentia est *absoluta.*

Can. 22—j 1· Nemo in prima instantia conveniri potest, nisi coram iudice ecclesiastico qui competens sit ob unum ex titulis qui in can. 23-31 determinantur.

i 2. Incompetentia iudicis cui nullus cx his titulis iuffragatur, dicitur *relalioa.*

I 3. Actor sequitur forum rei; quod si reus multiplex forum habeat, optio fori actori conceditur.

Can. 23—Forum necessarium habent:

1.° Actiones de spolio, coram Hierarcha loci rei sitae;

2.° Causae respicientes beneficium, quamvis non resldcntialo, coram Hierarcha loci beneficii;

3.® Causae quae versantur circa adminlstratlonem, coram Hierarcha loci ubi administratio gesta est;

4.® Causae quae respiciunt hereditates aut legata pia, coram Hierarcha loci ultimi domicilii illius de cuius hereditate aut legato pio agitur, nisi res sit de mera exsecutione legati, quae videnda est secundum ordinarias competentiae normas.

Can. 21—Ratione domicilii vel quasl-domlcilii quilibet conveniri potest coram Hierarcha loci.

Can. 25—§ 1. Qui peregrinus est in Urbe, licet per breve tempus, potest in ipsa tamquam In proprio domicilio citari; sed ius habet revocandi domum, id est petendi ut ad proprium Hierarcham remittatur.

§ 2. Qui In Urbe ab anno commoratur, ius habet declinandi forum Hierarchae et instandi ut coram Urbis tribunalibus citetur.

Can. 26—5 1· Vagus et ille cuius domicilium et quasi domicilium ignota sunt, forum habent in loco ubi actu commorantur; religiosus in loco domus suae. / 12

§ 2. Is, cuius neque domicilium aut quasi-domicilium neque locus commorationis nota sint, conveniri potest coram Hierarcha loci in quo actor habet domicilium aut quasi-domicilium, vel, sl hic sit vagus, commorationem.

Can. 27—Ratione rei sitae pars conveniri potest coram Hierarcha loci ubi res litigiosa sita est, quoties actio in rem directa est.

Can. 28—§ 1. Ratione contractus pars conveniri potest coram Hierarcha loci in quo contractus initus est vel adimpleri debet, nisi pars c loco discesserit^ salvo praescripto § 2.

§ 2. In actu autem contractus permittitur contrahentibus, obligationis declarandae, urgendae vel implendae gratia, locum eligere, in quo etiam absentes citari et conveniri possint.

Can. 29—Ratione delicti reus forum sortitur in loco patrati delicti.

Can. 30—Ratione connexionis seu continentiae ab uno eodemque iudice cognoscendae sunt causae inter se connexae, nisi legis praescriptum obstet.

Can. 31—Ratione praeventionis, cum duo vel plures indices aeque competentes sunt, ei lus est causam cognoscendi qui prius citatione reum legitime convenit.

Caput ГП—Dc variis tribunalium gradibus ct spedebus

Can. 32—§ 1. Ob primatum Romani Pontificis integrum est cuilibet fideli in toto orbe catholico causam suam sive contentiosam sive criminalem, in quovis iudicli gradu et in quovis litis statu, cognoscendam ad Sedem Apostolicam deferre vel apud eandem introducere.

§ 2. Provocatio tamen ad Sedem Apostolicam interposita non suspendit, excluso casu appellationis, exercitium iurisdictionis in iudice qui causam iam cognoscere coepit; quique idcirco poterit iudicium prosequi usque ad definitivam sententiam, nisi constiterit Sedem Apostolicam causam ad se advocasse./ 13

Can. 23.—Nov. 69, pracf. x et 2.
Xe.—C. 3, 16.
3®.—C. 3» 3i, 1; D. 5, x, 19. x.
4®.—D. 5, », 38; C 3. »7 et 20.
Can. 24.—Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, P^rs III» cap. ;* xx.—D. 5, b 65; 43, 5, x et r, C. 3, 13. 2; xx, x,
Can. 25.—D. 5, x, 2, 3.
Can. 27.—Syn. Carthagincn., a. 419, can. x22.—Syn. Libanen. Maronitannn, a. 1736, pars III, cap. V. ***12.--C. 3,*** 19, ***2*** pr., 3; 3. 30, x.
Can. 38.—D. 5, x, 19. a. 3. 4; 5, 1, ⅜9 C. 3, X3. 2; Basilk. 7» 3- ⅜
I x.—D. 5,1» 2. 4; 5. ». 45; 43. 3, x et 3; Basilic. 9. 7. » et 3·
j ***2.***—C. 3. x8.
Can. 39.—Syn. Libanen. Maronitarum, a. X736, pars III, cap. λ, xx.—D. x, 18. 3: 9. 4. 43: 48, 3. 7. C 3. »5. »1 9. 9» »5-
Can. 30.—C. 3. x, xo; 3» ». »3, 2; 3. S, 3 et 4.
Can. 31.—D. 5. I» ***r.*** C. 2, 2. 4. . f.
Can. 32.—S. Bonifacius I, bit. ***Institutio unrzcrialxs,*** a. 422; S- Gelasius, litt. ***Ego*** çmoçu/, a. 493: «Nofrû ***opponunt·.***—Syn. Sardicen., a. 343, can. 3.
i i.—Professio fidei (in Syn. Lugdunen. II), a Micbaele Palaeiogo Grrgorio X oblata, a. X274; Syn. Vatican., sess. IV, c. 111. Dr n d ɾ̃ato ***primatus Romani Pontificis;*** S. GeIasius, litu ***\'alis mirati*** a. 496: •.Von ***reticemus·;*** S. Nicolaus I. litL ***Proposueramus çuûlern,*** a. 863: «Qwwsam cam·; Iohannes XXII, ep. ***Sa/valor noster, 19*** apr. X319.

§y Qrthxnncn., a. 419, can. xa, ***22,*** ixx. xaa, 114, 115; S. Cyrillus Alecan. x.—Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars III, cap. IV; jj.l;c4p. VI,a, 14; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1835, cap. VII, art. III, 6, xa.
I ***I.***—Johannes VIII, litL ***Die ergo ris,*** a. 873: ***tPorro*** x» ***Alvinus·;*** h-3 VI, btL ***Maximum nabis, 28 sept.*** 1784, n. 3 ad 5; S. C. de Prop. Fide £ G.). x; febr. X772, n. 4; (C. G.), 8 iuL X774. n· 3.' 8 iol- »774, dub. 15; n cart ***1777.*** (C. G.). 15 sepL 1777, n. x.
J l, i®.—S. C. de Prop. Fide, doer. ***20*** iuL 1760, ad VIII; instr. 9 aug. ₭(C G.), 15 Kpt 1777.—Syn. Armen., a. 1911, 194.
ûx 11—Syn. Antiocben., a. 341, can. 2O.r-Syn. Sciarfen. Syrorum, a. »88, cap. VII, art. III, 6, xa.
I i.—Syn. Cartha<inen., a. 419, can. iar.
J », x·.—Syn. Chakedoncn., a. 451, can. 9, 17.
I y—Syn. Chakedonen.. a. 451, can. 9, 17.
Cu- ***19,*** 2®.—Syn. Trullan., a. 691, can. 25.
Cax x> J 3.—Syn. Carthaginem, 4x9, can. 17.
Cax 2j J x.—G 7, 48,4.
X.-D. 2, x, ij; 5, ***i,*** x et 2; G 3, x3, 3; 7, 48, x.
I 1 »3, 5; 3» »2. 3; Basilic. 7, 5, 82.

Cân. 33—Exceptis causis Sedi Apostollcae reservatis aut ad eandem advocatis, iliisque de quibus in can. 17-20 H 1,2, ceterae omnes cognoscuntur a diversis tribunalibus, de quibus in ran. 37 seqq.

Can. 34—Quodlibet tribunal quod attinet ad partium *H* testium examen aut citationem, documentorum vel rei controversae inspectionem, decretorum intimationem aliaque huiusmodi, ius habet in auxilium vocandi aliud tribunal, quod normas pro singulis actibus iure praescriptas servare debet

Can. 35—Qui causam vidit vel in eadem causa operam praestitit in uno indidi gradu, nequit in alio eandem causam indicare aut partem assessoris agere.

Can. 36—j I. Contra Hierarcharum decreta, actus, dispositiones, quae ad regimen seu administratloncm eparchiae spectant, non datur appellatio, ne ratione quidem refectionis damnorum, sed tantum recursus.

f 2. De recunu.de quo In f 1, qui fiat ad Sedem Apostolicam vident exclusive Sacrae Congregationes.

Art. J. Dt tribunali ordinario primat inslanliat

1—De Iodice

Can. 37—j 1. In unaquaque eparchia et pro omnibus causis a iure expresse non exceptis, iudex primae instantiae est loci Hierarcha, qui iudiciariam potestatem exercere potest etiam per alios In tribunali unius iudlcls vel plurium secundum canones qui sequuntur.

j 2. Si vero agatur de iuribus aut bonis temporalibus Episcopi aut mensae seu domus vel curiae eparchia!is extra patriarchalus et arch{episcopatus, controversia dirimenda deferatur ad tribunal appellationis.

Can. 33—f 1. 1.® Erectio tribunalis, quod pro pluribus eparchils sil seu regionalis, reservatur Sedi Apostolicae aut Episcopis in Synodo congregatis cum approba-
14 tione Sedis Apostollcae;/

2. Hierarchae eparchiarum pro quibus tribunal regionale erectum est nequeunt tribunal collegiale sua in eparchia valide erigere.

f 2. Nominatio indicum, promolorls Iustitiae et defensoris vinculi in tribunali regionali spectat ad Patriarcham vel Archleplscopum de consensu Synodi permanentis, aut, extra palnarchalus et archiepiscopatus, ad Métropolitain de consensu duorum, ordine praecedentiae, priorum provinciae Episcoporum; ceterorum administrorum nominatio spectat, iuxta casus, ad unum Patriarcham, vel Archlepiscopum vel Métropolitain.

Can. 39—} L Locorum Hierarchae jurisdictionem in eodem territorio Intra patrlarchatus oblinentes convenire inter se possunt de constituendo tribunali unico quod causas sive contentiosas sive criminales fidelium cuiusvis ritus alicui ex iisdem locorum Hierarchis sublectorum, cognoscat.

f 2. Nominatio administrorum huius tribunalis et tempus ad quod iidem in officio perdurent ab Iisdem locorum Hierarchis fleri seu determinari debeL

Can. 49—} 1. Quilibet loci Hierarcha potest vicarium ludidalem constituere cum potestate ordinaria indicandi, α Syncello distinctum, nisi parvitas eparchlae aut paucitas negotiorum vel alia gravis causa suadeat ut hoc officium ipsi Syncello committatur.

f 1 Vicarius iudldalls unum constituit tribunal cum Hierarcha loci: sed nequit indicare causas quas Hierarcha sibi reservat.

J 3. Vicario ludiciall dari possunt adiutores, quibus nomen est vices gerentium vicarii.

} 4. Tum vicarius Judicialis tum ciusmet vices gerentes esse debent sacerdotes integrae famae, in iure saltem canonico doctores vel celeroquin periti, annos nati non minus triginta, prudentia ct iustitiae zelo probati.

I 5. Sunt amovibiles ad nutum Hierarchae loci; vacante sede, a munere non cessant, nec ab Administratore eparchiae vacantis amoveri possunt; adveniente autem novo loci Hierarcha, indigent confirmatione.

§ 6. Qui Syncllus est idemque vicarius ludicialls, ude vacante cessai quidem a Syncclll, non nutem α vicarii munero.

§ 7. Si vicarius iudlclalis designetur In Administratorem eparchlae vacantis, ipse novum nominare potest vicarium.

Can. 41—§ I. In qualibet eparchia, nonnulli presbyteri integrac famae ct in Iure canonico periti, etsi alius eparchlae, nominentur ut in litibus indicandis partem habeant; quibus nomen est iudlcum cparchlallum. / 15

j 2. 1.· ludices eparchlales in Conventu seu Synodo eparchiali constituantur, propositi ab Episcopo, a Conventu approbati, salvo iure particulari disponente ut eorum officium a sodalibus Consistorii episcopalis Impleatur;

® Ad officium iudlcis eparchialls designari potest presbyter etiam alius eparchlae, de consensu tamen sui Hicrarchiae.

§ 3. Tot eligantur quot Episcopus prudenti suo iudldo necessarios Indicaverit, non tamen infra quatuor.

Can. 42—§ 1. Indicibus eparchialibus medio tempore inter unum et alium Conventum cparchlalem demortuis vel alia ratione ab officio cessantibus, alios Episcopus substituat auditis consultoribus eparchialibus.

§ 2. Haec norma servetur etiam in indicibus eparchialibus constituendis quoties Conventus eparchkuis non habeatur.

Can. 43—} 1. ludices eparchlales, sive in Conventu eparchiali sive extra Conventum constituti, post decem annos a suscepto officio vel etiam prius adveniente novo eparchiali Conventu eodem cadunt; possunt tamen negotium iam coeptum ad exitum perducere et, servatis de iure servandis, denuo constitui.

} 2. Qui loco iudicum eparchialium deficientium constituantur, in officio persistunt dumtaxat quousque perstitissent ii quibus substituti fuerunt.

Can. 44—ludices eparchlales removeri ab Episcopo possunt gravi de causa ct auditis, nisi contrarium opportunum ipse duxerit, eparchialibus consultoribus.

Can. 45—Unicus iudex in quolibet iudicio duos assessores consulentes sibi adsciscere potest; quos tamen ex indicibus eparchialibus deligere debeL

Can. 46—} 1. Reprobata contraria consuetudine, tribunali collégial! trium iudicum reservantur.

1.· Causae contentiosae: *aj* de vinculo sacrae ordinationis et oneribus eidem adnexis; *b)* de vinculo matrimonii, firmo can. 498: *c)* dc separatione coniugum; *d)* de statu personarum, de natalibus, legitimatione prolis, de iuribus et praecipue de dote vel de alimentis a validitate matrimonii dependentibus; *e)* de iuribus aut bonis temporalibus cathc/dralis ecclesiae; *I)* de iure fundationis seu 16 patronatus, ad personam moralem spectante; *g)* de re patrimoniali cuius pretium excedit summam decem milium francorum aureorum;

2.® Causae criminales: *a)* de privatione beneficii inamovlbilis; *b)* de deliciis quae depositionis minoris seu depositionis simplicis, privationis perpetuae habitus ecclesiastici, vel depositionis maioris seu degradationis poenam Important; *c)* de irroganda vel declaranda excommunicatione.

5 2. Loci Hierarcha, incluso Syncello si habuerit mandatum speciale, certam causam, difficiliorem vel implicatiorem, videndam, ad normam iuris, ab unico iudice, committere potest iudicio trium iudicum.

5 3. Duos ludices qui una cum praeside tribunal collegiale constituunt, Inter ludices eparchlales Hierarcha designet ex ordine per gyrum seu *turnuni,* nisi pro sua prudentia aliter opportunum existimaverit.

Can. 47—Hierarcha loci, utraque parte petente, concedere poterit ut aliae quoque causae tribunalis collegialis iudicio sublidantur.

Can. 48—§ 1. Tribunal collegiale collegialiter procedere debet, et ad maiorem suffragiorum numerum sententias ferre.

I 1—8. Zotcst, hit. Qmmwu ***Piirw.*** x 418.
Co. μ.—S. C S. Ott, iatr. ₫ Ep. Rituc̄s OnmLJ, a. 1883. tit. III, B. !$.
Ik ***frviu*** —Syn. Anrm., a. xqix, tit. XI, up !. D< Jnbmaiu CcwdUahcw: Syx Alexandria. Ccpi/.T-SD, x. XB98, «tt III, cap. VI, tit II, TriAwlu cmriihd»; Syn. prev. Aulu-I abeo, rt FtXttaéea. **Restera,** a. 1871, tit X. cxp. 1; x xMx, Ut V. cap. I, f,'< uvnj rf ta&na v» jexerr.
Co. 40- 8yx Lbuca. Marocunca, a. F10 Π1. cap. V, ***r.*** Syx prw. A2»Ubm ft Ftnnsiai. Ryaeocxm, a. 1872, tiL II, cap. VI; byc. Zarxxtcn. Ratheaorcs. * 1720, tiL VIL
I X.—Syx Arora., a. t^xx. 39A

Cux. 4J.—Syx prov. Alba-Iulirx et Fajprasicn. Rumenorum. x xSSx,· ÜL II.tecL III, cap. II, ***CapiiuLtrn*** çua ***Rtftrcntei Contisicrii d*** Tribmjt/um, tit- V, cap. I. I 5.—D. x, 32, j; Nov. 60, ***2,*** 1.
Cia. 46.—Syx Litanex MuxomUrum, x 1736, pari III, cap. IV, 3j, VII.
i x.—Syn. Cuthxpaen., x 419, can. xa. 14, 33, xxo.
! L '··—Syx Libanrn Mamruuruxn, a. 1736, pan III, cap. IV, 31.
Cin· 48 —D. 43, x, 36, 37, 39.

J 2. Eidem praeest vicarius iudiclalls vel cius vices gerens.

Can. 49—§ 1. Tribunalis collegiatis praeses, nisi Ipse velit Id officium gerere, debet unum dc iudicibus tribunalis collegiatis ponentem designare.

f 2. Idem praeses potest ponenti alium ex Iuxta causa substituere.

Can. 50—§ 1. Ponens processum dirigit ct decernit quae pro Iustitiae admlnistratlonc In causa quae agitur necessaria sunt.

f 2. Ponens in conventu iudicum dc causa refert et sententiam In scriptis redigit.

Can 51—J 1. Sl controversia sit inter religiosos eiusdem monasterii sui iuris, Iudex primae instantiae est Superior eiusdem monasterii; sl inter monasteria eiusdem confoederationis, est praeses eiusdem confoederationis; si Inter monasteria stauropegiaca non confocderata, est Ille quem Patriarcha designaverit.

} 2. 1.· Sl controversia sit Inter domus vel religiosos eiusdem exempli clericalis Ordinis vel Congregationis, iudex primae instantiae, nisi aliud in statutis caveatur,
17 est Superior provincialis;/

2. Salvo diverso statutorum praescripto, si res contentiosa agatur inter duas provincias, in prima Instantia indicabit supremus religionis Moderator, qui potest causam aliis committere.

j 3. Firmo can. 16 § 1, n. 2 et can. 19 nn. 2-4, si controversia enascatur inter religiosas personas physicas vel morales diversae religionis, aut etiam inter eiusdem non exemptae Congregationis personas physicas vel morales vel Inter eiusdem mulierum monasteriis vel Ordinis personas physicas vel morales, aut inter religiosum et clericum saecularem vel laicum, iudex primae instantiae est Hierarcha loci.

2—De auditoribus

Ca. 52—§ 1. Potest Hierarcha unum aut plures auditores, seu actorum instructores, sive stabiliter sive pro certa aliqua causa constituere.

f 2. Iudex auditorem eligere potest tantummodo pro causa quam cognoscit, nisi Hierarcha iam providerit.

Can. 53—Auditores pro tribunali eparchiali, quantum fieri potest, deligantur ex iudicibus eparchialibus; pro tribunali vero religiosorum deligendi semper sunt ex professis eiusdem religionis ad normam statutorum.

Can. 54—Eorum est testes citare et audire, aliaque acta Iudicialia instruere secundum tenorem mandati, non autem sententiam definitivam ferre.

Can. 55—Auditor quovis litis momento ab officio removeri potest ab eo qui eundem elegit, iusta tamen de causa, et citra partium praeiudiclum.

3—De notario, promotore Iustitiae, vinculi defensore

Can. 56—§ 1. Cuilibet processui intéressé oportet notarium, qui actuarii officio fungatur; adeo ut nulla habeantur acta, si non fuerint ab eo subscripta.

j 2. Quare iudex, antequam causam cognoscere incipiat. actuarium assumat unum e notariis legitime constitutis, nisi ipse Hierarcha aliquem ad eam causam iam
U designaverit./

Can. 57—Constituatur in eparchia *promotor iustitiae* ad causas tum criminales tum contentiosas in quibus bonum publicum in discrimen vocari potest.

Can. 58—§ 1. In causis criminalibus promotor iustitiae gerit partes accusatoris, eo tendens ut delinquentes juste puniantur.

f 2. Licet vero eius sit accusare ct sustinere ex officio accusationem, id tamen praestare non debet, sl censeat accusationem prorsus fundamento destitui.

Can. 59—| 1. In causis contentiosis Hierarchae est ferre indicium de eo utrum bonum publicum in discrimen vocari possit necne, nisi interventus promotorls iustitiae ex natura rei evidenter necessarius dicendus sit, ut In causis impedimenti ad matrimonium contrahendum, separationis inter coniugcs, piae fundationis quod attinet ad eius exsistentiam, iuris fundationis seu iurispatronatus propter libertatem Ecclesiae tuendam, etc,

§ 2. Si in praecedentibus instantiis intervenerit promotor iustitiae, huius interventus praesumitur necessarius.

Can. GO—§ 1. Promotor iustitiae in causis contentiosis bonum publicum tuetur. Itaque, quoad fieri potest, salva rei veritate, defendit e re nata iura matrimonii, piarum fundationum, Ecclesiae.

§ 2. Si causa plura capita complectatur, quorum quaedam dumtaxat ad bonum publicum spectant, de iis tantum promotor iustitiae curabit.

Can. 61—In causis contentiosis, ad tuendum bonum publicum, praeter promotorum iustitiae, admitti possunt ab Hierarcha, eodem promotore audito, aliae personae praesertim morales.

Can. 62—Ad causas in quibus agitur de vinculo sacrae ordinationis aut matrimonii, constituatur in eparchia de-
/ensor vinculi. /

Can. 63—§ 1. In causis in quibus promotorls iustitiae aut defensoris vinculi praesentia requiritur, iis non citatis, acta irrita sunt, nisi ipsi, etsi non citati, revera interfuerint

§ 2. Sl legitime citati aliquibus actibus non interfuerint, acta quidem valent, verum postea eorum examini subiiclenda omnino sunt ut ea omnia sive voce sive scriptis possint animadvertere et proponere quae necessaria Judicaverint.

Can. 64—Nisi aliud expresse caveatur:

1.° Quoties lex praecipit ut iudex partes earumve alteram audiat, etiam promotor iustitiae et vinculi defensor, si iudicio Intersint, audiendi sunt;

2.° Quoties instantia partis requiritur ut iudex quid decernere possint, instantia promotorls iustitiae vel vinculi defensoris, qui iudicio intersint, eamdem vim habet.

Can. 65—§ 1. Eadem persona officium promotorls iu' stitiae et defensoris vinculi gerere potest, nisi obstet multiplicitas negotiorum ct causarum.

§ 2. Promotor et defensor constitui possunt tum ad universitatem causarum tum ad singulas causas.

Can. 66—§ 1. Hierarchae est promotorem iustitiae et vinculi defensorem nominare, qui sint presbyteri integrae famae, in iure canonico doctores vel ceteroquin periti, ac prudentia et iustitiae zelo probati.

§ 2. In tribunali religiosorum promotor iustitiae sit praeterea eiusdem religionis professus.

Can. 67 1. Promotor iustitiae ct vinculi defensor constituti ad universitatem causarum a munere non cessant, sede episcopali vacante, nec ab Administratore eparchiae vacantis possunt removeri; adveniente autem novo Hierarcha, indigent confirmatione.

§ 2. lusta tamen de causa, Hierarcha loci eos removere potest. [

Can. 68—§ 1. Ad acta iudicialia intimanda, nisi alius sit probatus tribunalis mos, constituantur cursores sive ad omnes causas sive ad certam causam; item apparitores ad sententias ac decreta iudicis, eo committente, exsecutioni mandanda.

§ 2. Eadem persona utroque officio fungi potest.

Can. 69—§ 1. Cursores ct apparitores sint laici, nisi prudentia In aliqua causa suadeat ut ecclesiastici ad id munus assumantur.

§ 2. 1.° Cursores ct apparitores sint integrae famae et omni exceptione maiores;

2. Iidem ab Episcopo nominantur; removeri autem aut suspendi possunt, praeter quod ab Episcopo, ab cius successore aut Superiore, non autem ab Administratore eparchiae vacantis, nisi dc consensu consultorum eparchlalium.

Can. 70—Acta quae hl conficiunt, publicam fidem faciunt.

Can. 71—ludices et ministri de quibus in can. 38 seqq., assumi possunt ex personis diversi quoque ritus.

Df Mrtton&M.—Syn. Annen., a. xçxx, 326.
Caa. ja—Nov. 60, ***2. pr.; 82, 2.***
üx 56.—Syn. Libxocn. MaroniUrum. a. 1736, pars **III**, cap. V, a.
Cax 57.—S. C. S. Off., instr, (ad Ep. Rituum Orient), a. 1883, **tit II**, Can. 63 f x.—S. C. S. OIL, instr, (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883. **tit. II**, n. xo.
Can. 63 J 2.—S. C. S. Off., instr. ¢ Ep. Rituum Orient). :* 1&S3. **tit II**, n. 10, xx.
Dc tnburuJt orJusario îîc w iXv ...—Syn. Aatoebea., 2. 341, can. 13.—Syn. Alexandrin. Coptarum, a. 1S98» sect Hl. cap. VI. **tit II**, 3; Syn. prov. Alba-Iuben. ct Fagarasicn. Rtoaeacran, a. iMa. **tit** V, cap. Ill,
Zα/ιοηιάϊM

Art. II. De tribunali ordinario secundae d tertiae instantiae

Can. 72-4 1· 1·· A tribunali, sive coltegkil sive non collégien. Episcopi comprovincialis appellari debet ad Metropolitam;

2.· A tribunali eparchiae Patriarchae vel Archieplscopl propriae et α tribunali locorum patriarchalus vel arcniepIscoMtus ubi eparchiae erectae non sunt appellari debet ad Patriarcham vel Archlepiscopum, firmo canone 73, f 2;

3.· A tribunali Metropolitae Patriarchae vel Archiepiscopo snbiecti fleri debet appellatio ad Patriarcham vel Archlepiscopum;

4.· A causis in prima instantia pertractatis coram Metropolita aliove Hierarcha loci qui Superiorem Infra Romanum Pontificem non habet, fieri debet appellatio ad tribunal ab ipso stabili modo cum approbatione Sedis
-1 Apostolicae electum;/

5.· A tribunali regionali, nisi aliud expresse statutum sit, appellatio fleri debet, iuxta casus, ad Patriarcham, ad Archlepiscopum vel ad Metropolium;

6.· A tribunali unico plurium rituum, de quo in can. 39 appellatio fieri debet ad tribunal designatum a Patriarchis partium diversi ritus in causa.

f 2. Inter monasteria vel monachos, tribunal secundae instantiae:

L· Pro causis coram Superiore monasterii sui luris non confoederati actis, est penes loci Hierarcham. si agatur de monasterio luris eparchialis vel pontificii exemptione pontificia non fruente; penes Patriarcham, si de monasterio stauropegiaco vel de monasterio exemptione pontificia frnente;

2.· Pro causis coram Superiore monasterii sui iuris confoederat! actis, est penes praesidem Ipsius confoederationis monasticae;

3.· Pro causis coram praeside confoederationis monasticae actis, est tribunal eparchiale si confoederatio non sit exempta; secus, est tribunal patriarchate de quo in can. 19.

j 3. Inter domus vel sodales eiusdem exempti Ordinis vel Congregationis, tribunal secundae instantiae pro omnibus causis actis coram Superiore provinciali, est penes supremum Moderatorem religionis.

f 4. Pro causis vero de quibus in can. 51, § 3, servetur praescriptum huius canonis j 1.

Can. 73—j 1· A tribunali Patriarchae vel Archiepiscopi indicante in prima vel secunda instantia appellatio fleri potest ad Sedem Apostolicam vel ad alios iudices a Patriarcha vel Archieplscopo nominatos, firma § 2.

I 2. Quoties ipse Patriarcha vel Archiepiscopus partes indicis per se egit, appellatio interponi debet ad Sedem Apostolicam.

Can. 74—Appellatio a sententiis de quibus in can. 17, j 1, η. 1, et l 2, et in can. 18, H l» 3, fieri debet ad Sedem Apostolicam.

Can. 75—Tribunal appellationis eodem modo quo tribunal primae instantiae constitui debet; et eaedem regulae. accommodatae ad rem, in causae discussione servandae sunt

Can. 76—Sl collegialiter causa in prima instantia cognita Init, etiam In gradu appellationis collegialiter nec a minore Judicum numero definiri debet; sl autem ab unico Indice, etiam in gradu appellationis ab unico iudice dell-
22 ntendaesL/

Art. III. De ordinariis Apostolicae Sedis tribunalibut

Can. 77—Romanus Pontifex pro toto orbe catholico ad normam can. 32 iudex est supremus, qui vel Ipse per se lus dicit, vel per tribunalia ab ipso constituta, vel per iudices a se delegatos.

1—D c Sacra Romana Rota

Can. 78—ξ 1. Tribunal ordinarium a Romano Pontifice constitutum pro appellationibus recipiendis est Sacn Rota Romana, quae est tribunal collegiate constans certo Auditorum numero cui praesidet Decanus, qui primus est inter pares.

§ 2. Ii sacerdotes esse debent laurea doctorall In utroque saltem iure praediti.

§ 3. Auditorum electio Romano Pontifici reservatur.

§ 4. Sacra Rota lus dicit aut per singula collegia trium Auditorum ex online seu per singulos *turnos,* aut videntibus omnibus, nisi aliter pro aliqua causa Summus Pontifex constituat.

Can. 79—j 1. Firma § 2, Sacra Rota iudicat:

1.· In secunda instantia causas quae a quorumvis Hicrarcharum tribunalibus in primo gradu diiudlcatee fuerint et ad Sedem Apostolicam per appêllatlonem legitimam deferantur.

2.® In ultima instantia causas ab Ipsa Sacra Rote et ab aliis quibusvis tribunalibus in secunda vel ulteriori instantia iam cognitas, quae in rem iudicatam non transierint.

I 2. Causas miae ad fideles rituum orientalium spectant et per appellationes ad Sedem Apostolicam deferentur, Sacra Rota iudicat in secunda et ulteriori instantia, sl a Sacra Congregatione pro -Ecclesia Orientali ad eam remittantur.

§ 3. Hoc tribunal iudicat etiam in prima Instantia causas de quibus in can. 16, § 1, aliasve quas Romanus Pontifex sive motu proprio, sive ad instantiam partium ad suum tribunal advocaverit et Sacrae Rotae commiserit; easque, nisi aliud cautam sit in commissionis rescripto, Sacra Rota iudicat quoque in secunda et tertia instantia ope Collegiorum trium indicum seu *tumorum* qui sibi invicem succedunt.

Can. 80—Causae maiores penitus excluduntur ab ambitu competentiae huius tribunalis./

2—D c Signatura Apostolica

Can. 81—Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal constat nonnullis S. R. E. Cardinalibus, quorum unus Praefecti munere fungitur.

Can. 82—§ 1. Apostolica Signatura videt potestate ordinaria:

1.· De violatione secreti, ac de damnis ab Auditoribus Sacrae Rotae illatis eo quod actum nullum vel inlustum posuerint;

2.® De exceptione suspicionis contra aliquem Sacrae Rotae Auditorem;

3.® De querela nullitatis contra sententiam S. R. Rotae;

4.® De petitione restitutionis in Integrum adversus S. R. Rotae sententiam quae in rem iudicatam transierit;

5.® De recursibus adversus sententias Sacrae Rotae In causis matrimonialibus quas ipsa ad novum examen admittere renuit;

6.® De conflictu competentiae qui oriatur inter tribunalia inferiora, ad normam can. 127, § 2.

I 2. Videt ex potestate delegata de petitionibus per supplices libellos ad Romanum Pontificem porrectis ad obtinendam causae commissionem apud Sacram Rotam.

Can. 83—§ 1. In causa criminali, de qua In can. 82, § 1, n. 1, si forte locus sit iudlcio appellationis, hoc obtinetur penes ipsum Supremum Tribunal.

---

f. 73 11.—Syn. Xiuea. I. x pj, ox 5-—Syn. Libanex Maronitaxem L 37jS. pin III. op. IV, ja rt μ. 1IL

J I, !·.—Syn. Qukedcnex. x 431, ox y. Syn. CoaiLmtinopoUlax IV, a. Mç, ox A—Syn. Aataxbai^ x 343, ox 6 Syn. Sintcrx. x, HJ, ox n; Syn. Cartbazuzx, x 419, cm. 11, jt.—Syn. prov. Alba-luhex rt Fapnom. Rssxacrxa, x 1872, lit. Il, up. 111, 4; Syn. Soarfcx Syrxm. x αρ. VII. art. 111, 6, xj.

i x. x».—Syn. prrr. Atta-Ialkx et Fa^aras^c Razjeacnxx, x 1871, ÛL H. ap. 11!, 4.

! I, ƒ —Syn. Akxasdrix Copton», x 1898, tecL III, ap. I, irt. 111. IV, 8. Syn. Libaro. MxvuiUr», x X736, ƥar III, ap. VI, 1, 5 «t Iff. Srx yrrr. AIU-lsLrn et Fiçuiûa. Καιζηοηεχ x 1873. tiL II. ap. III, 4; Syn Sdufcx Syron», x xSSS. ap. VH. art. Ill, 6, 13.

I 1, 4·.—Syn QjcwUauu^QÙUa. IV, x 86q. ox Λ

Cta. 73 I x, 5·.—Syn. Scürfea. Syrorsn, x x888, αρ. VII, art. Ill, 6,13H

Can. 74.—Syn. CÔniannnopciilxa. 1, x ySx. ox 6 Gemens XI, htL @A r) Ux x711.—Syn. Sarliotn., x 343, ux 3.—Syn. Liba· arx Maroailar». x *lrf>*, pan III. αρ. IV, 33, x.

Can. 73/—Syn. AJexiadnx Copterm, x 1878,tecL 111, up VI, UL VIII.

Can 77·—S. Leo SL, HtL Omnium ***auidtm,*** x 444; S. GcUsiux, Utt. Epçuoça/. x 493: «Nem ***at*** merum»; LitL i'altr mirait iumut, x 4961 «.Wm rr-Httsuut.

D< S. R. ***RsU***Pias XII, const. ***Vacinlit Af<Kiolic*** SeJu, 8 dec. 194$. x 38; Lex propna S. R. RoUe et Signaturae Apostolicae, 29 iax 1908; Regulae servaniUe in ladieus apud S. R. Rotae Tribunal, 4 ang. :91o.

De ApcUolicA.—Pios XII, consL Konantu 8 dec. X945, n. aS; Lex propria S. R. Roue ct Signature Apostolioe, 39 ion. 1908. ReguUe tervxndac in indiens ap-xl Supremum Signaturae Aposto&oe Tribunal, 6 nun. 1912; Appendix ad regulis servandas in iudidis apol Supremum Subnaturae Apostolicae Tribunal, 3 nov. 19x3.

f 2. In casu suspicionis, Apostolica Signatura delinit utrum sit locus recusationi Auditoris, nccnc; quo facto, indicium ad Sacram Rotam remittit, ut, secundum suas regulas ordinarias, procedat. Auditore, contra quem exceptio mota fuit, In suo Collegio seu *furno* manente vel excluso.

j 3, In casu querelae nullitatls aut restitutionis in Integrum aut recursus de quibus In can. 82, § 1, n. 3, 4, 5, de hoc tantum iudicat num sit nulla sententia S. R. Rotae, num locus sil restitutioni vel recursus sit admittendus; et nullltate doclurata aut restitutione concessa vel admisso recursu, causam remittit ad Sacram Rotam, nisi Pontifex aliter providerit.

I 4. In examine suppUcurn libellorum Signatura, habitis opportunis notitiis ct auditis lis quorum interest, decernit utrum precibus annuendum sit, necne.

Can. 84—§ 1. Supremi Tribunalis Signaturae sententiae suam vim habent, quamvis rationes in facto et in
24 iure non contineant./

J 2. Nihilominus sive ad instantiam partis sive ex officio, si res postulet, Supremum Tribunal edicere potest ut praedictae rationes exponantur secundum regulas Tribunalis proprias.

Art, IV. De ordinariis tribunalibus patriarchalibus et archiepiscopalibus

Can. 85—f 1. In curia patriarchal! constitui debet ad normam luris tribunal patriarchale, a tribunali eparchiae Patriarchae propriae distinctum.

f 2. Tribunal patriarchate proprios iudices, promotorem lustltiae et vinculi defensorem habeat, atque instructum sit auditoribus, notariis, aliisque necessariis ministris.

} 3. ludicibus, auditoribus atque promotore iustitiac exceptis, ceteri in § 2 recensiti iidem esse possunt in tribunali patriarchal et eparchiali.

Can. 86—Patriarchae habere debent Synodum permanenter constitutam indicandis causis quae ad normam canonum praesentium Litterarum Apostolicarum ad ipsam spectant.

Can. 87—§ 1. Synodus permanens constat ex Patriarcha praeside et quatuor Episcopis ad quinquennium nominatis.

J 2. Horum Episcoporum duo ex residentialibus esse debent, designati cx ordine, ratione antiquioris episcopalis ordinationis.

! 3. 1.® Ceterorum Episcoporum alter a Patriarcha libere nominatur: alter ab Episcopis Patriarchae subtectis ad normam canonum eligitur. Hi Episcopi, exacto quinquennio, ad idem officium iterum assumi possunt;

2.® Eodem tempore ac modo, designetur Episcopus qui sodalem Synodi permanentis, a Patriarcha nominatum vel ab Episcopis electum, impeditum substituat.

f 4. Synodi permanentis sodales esse non possunt:

1.® Censura vel Infamia iuris affecti, post sententiam tamen declaratoriam vel condcmnatoriam;

2.® Carentes voce activa sive ob legitimam iudicis sententiam sive ex iure communi aut particulari.

Can. 88—§ 1. Si Patriarcha impediatur quominus Synodo permanenti intersit. Synodi sessionibus praeest, firmo Iure particulari, antiquior episcopali ordinatione inter
25 Episcopos Synodi sodales, redintegrato quinario nu/mero per Episcopum substitutum a Patriarcha ad normam canonis 87, § 3, n. 2, designatum.

I 2. 1.® Quoties Episcopus Synodi permanentis sodalis Impeditur quominus sessionibus Synodi intersit, substituitur, sl sit ex duobus Episcopis de quibus in can. 87, ! 2, Episcopus Immediate ex ordine sequens; si sit ex ceteris substituitur Episcopus de quo in can. 87, § 3, n. 2·

2.® Sl cum Episcopus, Synodi sodalis, a Patriarcha vel ab Episcopis electus, tum eius substitutus impediantur quominus intéressé possint Synodi sessioni, ct urgeat negotii definitio, Idem Episcopus suffragium mittat ad Patriarcham per litteras, aperiendas In Synodi sessione.

J 3. Quoties Synodus permanens definire debet negotium quod personam alicuius Episcopi Synodi sodalis vel eius eparchiam tangat, hic quidem audiendus est, sed in Synodo ei substituatur alius Episcopus ad normam § 2.

Cax W—Syo. Consuntinopobtan. IV, a 869, can. 26; S. C. de Prop, hie, 25 iaa. 1830, dab. ia—Syn. Lfbanen. Maroniurum, a. 1736, pan IV, αp. VU, 8.

Can. 89—Si quod negotium, ad Synodi permanentis competentiam pertinens, definiendum sit dum celebratur patriarchalis Synodus vel habetur Synodus electionum, negotii decisio Synodo permanenti reservatur.

Can. 90—§ 1. Ubi, ob aliquam gravem causam, Synodus permanens constitui non possit, causa perdurante, constituatur. Sede Apostolica praemonita, Consilium patriarchate quod Synodi permanentis vices In omnibus suppleat.

§ 2. Consilium patriarchate constat:

1.® Ex Episcopo residential!, ordinatione episcopali antiquiore Inter Episcopos a Patriarcha dependentes;

2.® Ex Episcopo ad normam canonum ab Episcopis resldentialibus electo.

§ 3. Exacto quinquennio, pro Episcopo ratione antiquioris ordinationis episcopalis designato substituitur Episcopus resldentialis ex ordine immediate sequens; Episcopus autem electus ab Episcopis resldentialibus, ab iisdem ad Idem officium iterum assumi potest.

Can. 91—Quae can. 85-90 de Synodo permanenti in patriarchatibus, de Consilio patriarchall et de tribunali patriarchal! praescripta sunt, servari debent de Synodo permanenti in archiepiscopatibus, de Consilio archiépiscopal! et de tribunali arcnieplscopali./

Art. V. De tribunali delegato

Can. 92—Delegati iudices servare debent regulas statutas in can. 5-11, 13.

Can. 93—§ 1. Iudex a Sede Apostolica delegatus uti potest ministris constitutis In curia eparchiae in qua iudicare debet; sed potest etiam alios cuiusvis eparchiae et ritus quos maluerit eligere et assumere, nisi in delegationis rescripto aliud cautum sit.

§ 2. Iudex a Patriarcha delegatus, nisi aliter ferat delegationis rescriptum, uti potest ministris intra territorium mandantis degentibus.

§ 3. Iudices vero ab Hierarchls locorum delegati uti debent ministris curiae cparchialis vel aliis ab Hierarcha loci probatis, nisi loci Hierarcha in aliquo peculiari casu ob gravem causam proprios et extraordinarios ministros constituendos decreverit.

Caput IV—De modis evitandi iudicia

Art. I. De transactione

Can. 94—§ 1. Cum valde optandum sit ut lites inter fideles evitentur, proposita aliqua controversia quae privatum eorum bonum respiciat, iudex partes exhortetur ut per transactionem, si qua concordiae spes affulgeat, lis componatur.

§ 2. Huic officio iudex satisfacere poterit sive antequam partes in iudicium vocentur, sive cum primum indicio steterint, sive denique quocumque tempore et efficacius et opportunius id tentari posse existimaverit.

§ 3. Convenit tamen dignitati Judicantis ut hoc negotium non ipse per se, regulariter saltem, suscipiat tractandum, seu ut illud alicui presbytero, praesertim ex Judicibus eparchialibus, committat.

Can. 95—In transactione serventur normae statutae α legibus civilibus loci in quo transactio initur, nisi iurl divino vel canonico adversentur et salvo praescripto canonum qui sequuntur./ 27

Can. 96—§ 1. Transactio fieri valide nequit in causa:

1.® Criminali;

2.® De vinculo matrimonii;

3.® De re beneficiaria, cum de ipso beneficii titulo disceptetur, nisi legitima accedat auctoritas;

4.® De rebus spiritualibus quotiescumque interveniat solutio rei temporalis.

§ 2. Sed si quaestio fiat de bonis temporalibus ecclesiasticis et de lis rebus quae etsi spiritualibus sunt adnexae, seqrsum tamen a spiritualibus considerari queunt» transactio fieri potest, servatis tamen, sl materia id po-

Dr *tnbunaJi* —C. 3, 3. *1* pr.
Can. 94.—D. 4i. x, C. 1. 4. «a et 16.
J x.—Instlt. 4, 16, pr.
Can. 95.—D. 3S, «7. X. ??.
Can. 96.—D. 47, i, 55 Ü4). 5i C. s, 4. 1«·

stulet, solemnitatibas a iure statutis de alienatione rerum ecclesiastic

Cm. 97—*5 1.* Effectus transactionis ad exitum feliciter perductae dicitur *compositio* seu *concordia.*

f 2. Expensorum, quas transactio postulaverit, nisi aliud expresse cautum sit, utraque pars dimidium solvat.

Art. II. Dc compromisso in arbitros

Can. 98—**i** 1. Qui controversiam inter sc habent, possunt scripto convenire ut ea ab arbitris dirimatur.

I 2. Idem scripto convenire possunt qui contractum inter se ineunt «1 inierunt, quod attinet ad controversias ex eo contractu forte orituras.

Can. 99—Nequeunt in arbitros compromitti controversiae de quibus transactio fieri vetatur.

Can. 100—1 1. Unus vel piures arbitri constitui possunt, disporl tamen numero.

I Z In ipso compromisso, nisi nominatim designentur, debet saltem eorum numerus praefiniri et simul ratio statui qua nominandi sint.

Can. 101—Compromissum est irritum:

!.· Si servatae non sint normae statutae ad validitatem contractuum, qui ordinariam admimstrationem excedunt;

§ 2.· Sl scripto non sit exaratum;/

3.· Si procurator sine mandato speciali in arbitros compromisit aut violata sint praescripta can. 99 vel 100;

4.® Sl controversia non sit vel orta, vel ex certo contractu oritura, ad nonnam can. 98.

Can. 102—f 1. Si arbitri non sint In compromisso designati, vel si sufficiendi sint, et partes allive, quibus designatio demandato est, dissentiant de omnibus vel nonnullis arbitris seligendis, quaelibet pars potest id tribunali quod competens esset ad causam definiendam in primo gradu committere, nisi partes aliter convenerint. Tribunal, auditis ceteris partibus, decreto provideaL

f 2. Eadem norma servanda est si qua pars aliusve negligat arbitrum designare, dummodo tamen ipsa pars quae ad tribunal recurrit, viginti saltem ante dies, suos arbitros, si forte debuit, designaverit

Can. 103—j 1. Ab arbitri munere prohibentur

1.· Minores;

2.· Excommunicari, infames el exclusi ab actibus legitimis coram Ecclesia post sententiam declaratoriam vel condemnaloriam;

3.· Laid in controversiis de quibus in can. 2, | 1, n. 1-2.

f 2 Religiosi munus arbitri ne suscipiant sine licentia Superioris.

Can. 104—Arbitri nominatio vim non habet, nisi ipse scripto munus acceptet.

Can. 105—f L Praeter obligationes compromisso statutas, arbitri iisdem tenentur obligationibus quibus iudices, nisi rei natura aliud ferat.

i Z Nisi sententia sit irrita propter gravem ipsorum culpam, arbitri ius habent:

1.· Ad expensarum restitutionem; qua de re possunt sibi cavere ad nonnam can. 436, j 2;

2.· Ad honoraria, dummodo ne scripto se obligaverint ad gratuitum operam praestandam.

I 3. Partes obligatione in solidum tenentur expensas et honoraria solvendi, salvo Iure regressus.

Can. 106—4 1. Arbitri recusari possunt propter suspicionem, servato praescripto can. 143, f 1.

I Z De recusatione autem videt tribunal de quo in can. 192, | 1; quod, auditis arbitris recusatis et partibus, decreto auaestionem dirimat, arbitris quos suspectos deciaret, nisi in compromisso aliud cautum sit, alios sufficiens, *f*

29

Can. 107—1 1. Nisi partes aliter statuerint, arbitri rationem procedendi libere seligunt; simplex autem Ipsa sit, et breves termini, naturali aequitate servata, et legis processualls ratione habita.

f 2. Arbitri quavis coêrdtiva carent potestati; necessitate exigente, adire debent tribunal competens ad causam cognoscendam ut dc poenis infligendis decernat.

c >, 55 (s6|. Dr ***tertii.***
Can too 5 r —Syn. a. 419, can. 1:1

ξ 3. Praescripta can. 140, 265, § 3, 277, f 3 ad arbitrorum quoque iudicium, quatenus fieri possit, applicanda sunt.

Can. 108—§ 1. Quaestiones Incidentes quae forte exoriantur in iudiclo arbitrali ipsi arbitri decreto dirimant.

I 2. Si autem quaestio praeludicialis oriatur de qua compromitti in arbitros, ad normam can. 99, nequeat, arbitri debent suspendere processum, donec de Ilia quaestione partes a ludlcc obtinuerint arbitrisque significaverint sententiam quae transierit in rem iudlcatarn, vel, sl quaestio sit de statu personarum, sententiam quae exsecutioni mandari possit.

f 3. Arbitri provisiones de quibus in can. 189-198 decernere non possunt; necessitate exigente, servetur praescriptum can. 107, 5 2.

Can. 109—§ 1. Nisi partes aliter statuerint, arbitri sententiam proferre debent intra sex menses a die quo omnes munus acceptaverint.

f 2. Terminus prorogari potest a partibus; his autem dissentientibus, a tribunali de quo in can. 107, § 2, auditis partibus, dummodo prorogatio necessaria sit, nec tamen ultra tres menses.

f 3. Decursus termini suspenditur sl qui arbiter subrogandus sit, aut sl casus eveniat de quo In can. 106, § 1, 108, J 2. 255, n. 1, 257; ipso iure autem pars termini quae superest ad viginti dies prorogatur, si sit minor.

Si arbiter unicus, vel omnes subrogandi sint, terminus interrumpitur.

110—Arbitri sententiam ferre debent ad normam iuris.

Can. **Ill**—§ 1. Arbitrorum sententia ad maiorem suffragiorum numerum fertur.

§ 2. Conscribi autem debet ad normam can. 396-393, quatenus res patitur, et addita mentione compromissi quo arbitrorum potestas innititur./ 5)

5 3. Sententia a singulis subscribi debet; ad eiusmet autem validitatem requiritur et sufficit ut maior eorum numerus eidem subscribat, dummodo rationum, ob quas ceteri non subscripserunt, expressa mentio in eadem sententia fiat.

Can. 112—} 1. Exaratae ab arbitris sententiae integer textus intra quindecim dies ad cancellarium tribunalis eparchiae ubi sententia data est deponi debet; et intra quinque dies a depositione, nisi certo constet sententiam nullitate insanabili affectam esse, vicarius iudlcialis, per se vel per alium, decretum confirmationis proferat, partibus statim notificandum.

§ 2. Sl vicarius iudiclalis hoc decretum proferre recuset, vel si transactis decem diebus a deposita sententia decretum non ediderit, pars culus interest recurrere potest ad tribunal appellationis, servatis praescriptis can. 231, 5 3, 232.

Can. 113—Data ab arbitris sententia, etiamsi eadem irrita declaretur, nec partes iure aliquo suo cadunt, nec terminorum lapsus habetur, sed sive illud sive hi suspenduntur, usque ad transactos decem dies ab illo, quo iudiclalis sententia, quae illam arbitrorum nullam declaravit, in rem iudicatam transiit.

Can. 114—J 1. Excepta sententiae correctione, de iuris remediis contra sententiam videt iudex qui competens est ad causam ab arbitris definitam in primo gradu indicandam.

§ 2. Iudex qui huius sententiae nullltatem declaret, vel qui adversus eam concedat restitutionem in integrum, vel qui eam appellatione proposita reformandam ex toto vel ex parte censuerit, causam ipsam In primo gradu Judicare debet.

Can. 115—Arbitrorum sententiae correctio, in casibus de quibus in can. 402, § 1, peti potest a iudicc loci in quo sententia data est, qui praescripta §§ 2-3 eiusdem canonis servare debet.

Can. 116—§ 1. Querela nullitatis sanabilis proponi potest. Intra mensem a notificatione decreti de quo in can. 112:

1.® Si compromissum sit irritum, firmo praescripto can. 117, J 1, n. 2;

2.® Si violatae sint normae de quibus in canonibus 102, 103;

3.° In casibus de quibus in can. 420, n. 2-4;/

4.® Si arbitri suae potestatis fines excesserint, vel terminos ad sententiam proferendam vel cancellariae tribunalis **tradendam non servaverint.**

f 2. Nequit nutem proponi propter nullitates dc quibas in n. 1 et 2, vel propter decursum termini ad sententiam proferendam, nisi a parte quae, ante sententiae pronuntiationem, nullltntem arbitris denunclavcrlt.

Can. 117—J 1. Querela nullitatis insanabilis proponi potest, servatis praescriptis can. 119 et 424, § 1:

1.· In casibus de quibus In con. 418, n. 2-3;

2.· Sl violatum sit praescriptum can. 99.

f 2. Terminus ad querelam nullitatis Insanabilis proponendam decurrit a notificallone decreti de quo in can. 112.

Can. 118—Restitutio In Integrum proponi potest, In casibus can. 432 statutis, Intra terminum unius mensis, ad nonnam eiusdem canonis supputandum.

Can. 119—Tertii oppositio admittitur secundum normas can. 425-428 statutas.

Can. 120—Appellatio a sententia arbitrali tunc tantum admittitur cum partes scripto inter sc convenerunt sententiam huic remedio sublectum Iri; quo in casu appellatio proponenda est intra decem dies a notlficatlone decreti de quo In can. 112, coram ipso ludicc, qui decretum tulit; si autem alius sit Iudex competens ad appellationem recipiendam, prosecutio coram eo intra mensem est facienda.

Can. 121—§ 1. Arbitrorum sententia contra quam appellatio non admittitur, transit in rem ludicatani statlm ic decretum de quo in can. 112 prolatum sit.

J 2. Arbitrorum sententia, contra quam appellatio admittitur, transit in rem indicatam ad nonnam canonis 429, n. 2.

Can. 122—§ 1. Arbitrorum sententiae exsecutio fieri potest in iisdem casibus quibus admittitur exsecutio sententiae indicia! is.

} 2. Exsecutio pertinet ad Hlerarcham loci In quo data
32 est, nisi partes alium exsecutorem designaverint /

Caput V—De disciplina in tribunalibus servanda

Art. I. De o/ficio iudicum et tribunalis ministrorum

Can. 123—Iudex competens parti legitime requirenti suum ministerium ne recuset.

Can. 124—§ 1. Iudex antequam aliquem ad suum trahat tribunal et iudicaturus sedeat, videat utrum ipse sit competens, necne.

5 2. Eodem modo antequam aliquem ad agendum admittat, cognoscere debet num is in iudiclo possit iure consistere.

j 3. Non est tamen necesse ut de his referatur in actis.

Can. 125—§ 1. Si exceptio proponatur contra iudicis competentiam, hac de re ipse iudex videre debet.

J 2. In casu exceptionis de incompetentia relativa, si index se competentem pronuntiet, eius decisio non admittit appellationem.

i 3 Quod si Iudex se incompetentem declaret, pars quaese gravatam reputat, potest intra decem dierum spatium provocare ad tribunal appellationis.

Can. 126.—Iudex quovis momento causae se absolute Incompetentem agnoscens, suam incompetentiam declarare debet.

Can. 127—§ 1. Si inter duos plurcsve iudices controversia oriatur quisnam eorum ad aliquod negotium competens sit, res definienda est a tribunali superiore in canone 72 designato.

I 2. Quod si iudices, inter quos exsistit competentiae conflictus, subsint distinctis tribunalibus superioribus, controversiae definitio reservatur tribunali superiori illius Iudicis, coram quo actio primo promota est; si non habeant tribunal superius, conflictus dirimatur vel a Legato
3 Romani Pontificis, si adsit, vel ab Apostolica Signatura./

Can. 128—J 1. Iudex cognoscendam ne suscipiat causam in qua ratione consanguinitatis vel affinitatis in quolibet gradu lineae rectae ct usque ad quartum inclusive Sadum lineae obliquae, vel ratione tutelae et curatelae, limae vitae consuetudinis, magnae simultatis, vel lucri faciendi aut damni vitandi, aliquid ipsius intersit, vel in qua antea advocatum, procuratorem, peritum vel testem egerit.

Cc. xw.—Syn. Carthagioen., a. 419, can. 133.
Ce. 1x4 J i,—D. j, 5, 2 pr.; 5. 1, 5; Basilic. 7, 12, 2
Caa. u! —D. 2, *i,* xo.
i 1.—D. 47, xo, 5 pr.; Basilic. 8, 1, 14.

§ 2. In iisdem adiunctis ab officio suo abstinere debent iustitiae promotor, defensor vinculi, assessor et auditor.

Can. 129—§ 1. Firmo can. 82, § 1, n. 2, cum iudex, etsi competens, recusatur ut suspectus, de recusatione, si proponatur contra minorem plurium Iudicum numerum, iudicare debent ceteri iudices de collegio, qui non sint suspecti; si contra vicarium iudiclalem vel maiorem iudicum eparchlalium numerum, loci Hierarcha; si contra auditorem, a ludlce principali; si contra iudicém delegatum in causa unicum vel contra maiorem delegatorum iudicum numerum, Ipse delegans.

§ 2. Sl ipsemet Hierarcha sit iudex et contra ipsum exceptio suspicionis opponatur, vel abstineat a ludicando vel auaestionem suspicionis definiendam committat iudlci appellationis.

§ 3. Si exceptio suspicionis opponatur contra promotorem iustitiae, defensorem vinculi, assessorem aut alios tribunalis administros, de hac exceptione videt praeses in tribunali collégial! vel ipse iudex, si unicus siL

Can. 130—§ 1. Si iudex unicus aut aliquis vel etiam omnes iudices qui tribunal collegiale constituunt suspecti declarentur, personae mutari debent, non vero ludlcii gradus.

§ 2. Hierarchae autem est in locum iudicum qui suspecti declarati sunt, alios a suspicione immunes subrogare.

§ 3. Quod si ipsemet Hierarcha declaratus fuerit suspectus, Idem peragat iudex appellationis.

Can. 131—Exceptio suspicionis expeditissime definiendo est, auditis partibus, promotore iustitiae vel vinculi defensore, sl intersint, nec in ipsos suspicio cadat.

Can. 132—Quod ad tempus attinet quo exceptiones incompetentiae et suspicionis proponendae sint, servetur praescriptum can. 143./ 34

Can. 133—In negotio quod privatorum solummodo interest, iudex procedere potest dumtaxat ad instantiam partis; sed in delictis, et in iis quae publicum Ecclesiae bonum aut animarum salutem respiciunt, etiam ex officio.

Can. 134—§ 1. Nisi lex aliud caveat, si actor pro re sua probationes quas afferre posset, non afferat, vel reus exceptiones sibi competentes non opponat, iudex ne suppleat excepto casu evidentis negligentiae vel doli partium, vitandae iniustae sententiae causa.

§ 2. Si vero agatur vel de publico bono vel de animarum salute, eas supplere potest et debet.

Can. 135—Iudices et tribunalia curent ut quamprimum, salva iustitia, causae omnes terminentur, utque in iudicio primae instantiae ultra biennium non protrahantur, In gradu vero appellationis ultra annum.

Can. 136—§ 1. Excepto loci Hierarcha qui per se potestatem iudiciariam exerceat, omnes qui tribunal constituunt aut eidem opem ferunt, iusiurandum de officio rite et fideliter implendo coram Hierarcha vel coram indice a quo electi sunt, vel coram sacerdote ab alterutro designato, praestare debent; idque ab initio suscepti officii, si sint stabiles, aut antequam causa agatur, si ad peculiarem aliquam causam sint constituti.

§ 2. 1.® Etiam iudex a Sede Apostolica vel a Patriarcha delegatus idem iusiurandum praestare debet cum primum tribunal constituitur, adstante ipsius tribunalis notario, qui de praestito iureiurando actum redigat;

2. Obligatio de qua in n. 1.· tenet quoque ludlcem ordinarium in monasteriis, in Ordinibus Itemque In Congregationibus exemptis.

Can. 137—§ 1. Quotiescumque iusiurandum praestatur sive a iudicibus aut tribunalis administris, sive a partibus, testibus, peritis, semper emitti debet praemissa

Can. X29.—Syn. Constantinopolitan. IV, 1. 869, can. 26; S. Nicolaas I, litt. Propoxucramox çutJzm, a. 865: *i/giiu? çwia*›.—S. CynUus Alexandrin, can. i.—Syn Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect HI, cap VI, tit. V. Art. X, 5.—C. 3. i. 16; 7, 6a, 30.
Can. 130.—Syn. Alexandrin. Coptorum, 3. 1898, secL III, cap. VI, tit V, art. X, xi.
Can. X31.—Syn. Alexandrin. Coptorum, a. sect. HI. cap. VI. tit V, art. X, 6.
Can. 133.—Syn. Alexandrin. Coptorum. a. :8q8, sect HI, cap. VI, tit. V, art. X, 6.—C. 3, t, 12. x; 3. x, 16; Basilic. 7, 3» 40.
Can. X34.—C. 3, to (x r); lUsilk. 8, t, 43-
Can. 135.—Syn. Alexandrin. Copterum, a. x8oS. sect III, cap VI. tit. V. art. X. i.—C 3. r, X3 ρτ 3. ». »3 ⁋ «t «5 3. ⁑3 ⁋ 9. 44. 3
Can. X36 5 x.—S. C. S OIL. instr, (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1SS3. Ut II. n. xo.
Can. 137.—D. 4, 3, it et 33.
§ x.—S. G S. Off., instr, (ad Ep. Rituum Orient), a. 1583. tiL III, a. xa C>n. »37 I 3.-C. 4. », «2- 4b-

divini Nominis invocatione et Udis Cruce D. N. I. Ch. vel sancto Evangeliorum libro, aut, sl ita ferat usus, tacto a sacerdotibus pectore,

f 2. Iudex partem, testem aut peritum ad iusiurandum recipiens, eum regulariter commonefaciat tum dc sanctitate actus et de gravissimo delicto quod admittunt iurislurundi violatores, tum etiam de poenis, quibus obnoxii fiunt qui falsum in iudicio lorati offirmant. /

f X lusiurandum secundum formulam a ludlce probatam praestari debet coram eodem indice aut eius delegato, adstante utraque aut alterutra parte, quae intéressé iurisiurandi praestationi velit.

f 1. In ludido criminali semper, in contentioso autem sl ei revelatione alicuius actus proeessualls praeiudlcium partibus obvenire possit, indices et tribunalis adiutores obligatione tenentur servandi secretum officii.

j 2. Tenentur etiam semper ad inviolabile secretum servandum de discussione quae In tribunali collegial! ante ferendam sententiam habetur, tum etiam de variis suffragiis et opinionibus ibidem prolatis.

f 1 Imo quoties causae vel probationum natura talis sit ut ex actorum vel probationum evulgatione aliorum fama periditetur, vel praebeatur ansa dissidiis, aut scandalum aliudve Id genus incommodum oriatur, ludex poterit testes, peritos, partes earumque advocatos vel procuratores iureiurando adstringere ad secretum servandum.

Can. 139—Iudex et omnes tribunalis administri, occasione agendi indicii, munera quaevis acceptare prohibentur.

Can. 140—f 1. Indices qui, cum certe et evidenter competentes sint, ius reddere recusent, vel qui temere se competentes declarent, vel qui ex dolo aut gravi negligentla actum Irritum cum aliorum detrimento vel actum iniustum ponant, aut aliud litigantibus damnum inferant, ad Instantiam partis aut etiam ex officio, congruis poenis a competenti auctoritate puniri possunt, non exclusa offldi privatione.

f 2. Indices qui secreti legem violare vel acta secreta eum aliis quoquo modo communicare praesumpserint, puniantur mulcta pecuniaria aliisque poenis, privatione officii non exclusa, salvo Iure particulari quo graviores poenae praescribantur.

f 3. Iisdem sanctionibus subsunt tribunalis officiales et adiutores, si officio suo, ut supra, defuerint, quos omnes etiam iudex punire potest

Can. 141—Cum ludex praevidet actorem probabiliter spreturum esse sententiam ecclesiasticam si forte haec ipsi sit contraria, et idcirco conventi iuribus non satis consultum iri, potest, ad eiusdem conventi Instantiam vel etiam cx offldo, actorem adigere ad congruam cautionem praestandam pro ecclesiasticae sententiae observantia. /

Art. II. De ordine cognitionum

Can. 142.—Indices et tribunalia debent causas ad se delatas eo ordine cognoscere quo fuerunt propositae, nisi qua earum celerem prae ceteris expeditionem exigat, quod quidem peculiari decreto a indice seu a tribunali statuendum est.

Can. 143.—| 1. Exceptiones dilatoriae, eae praesertim quae respiciunt personas el modum Iudicii, opponendae et cognoscendae sunt ante contestationem Illis, nisi contestata iam lite primum emerserint aut pars iureiurando affirmet eas tunc tantum sibi innotuisse.

I 2. Exceptio tamen de incompetentia ludicls absoluta a partibus opponi potest In quovis statu el gradu causae.

I 3. Pariter exceptio excommunicationis opponi potest in quolibet Indidi statu et gradu, dummodo ante sententiam definitivam; imo si agatur de excommunicatis vitandis, ant toleratis contra quos sententia condemnatoria vel dedaratoria lata fuerit, ii ex officio semper excludi debent

Can. 141—j 1. Exceptiones peremptoriae, quae dicuntur *litis finitae,* veluti exceptio rei ludicatae, transactionis. etc., proponi ct cognosci debent ante contestationem litis; qui serius eas opposuerit, non est relidendus, sed condemnetur In expensas, nisi probet sc oppositionem malitiose non distulisse.

§ 2. Aliae exceptiones peremptoriae opponi debent post contestatam litem, ct suo tempore tractandae sunt secundum regulas circa quaestiones incidentes.

Can. 145—§ 1. Actiones rcconvcntlonales satius stitini post litis contestationem, utiliter quovis iudicii momento, ante sententiam tamen proponi possunt.

§ 2. Cognoscantur autem simul cum conventionali actione, hoc est pari gradu cum ca. nisi eas separatim cognoscere necessarium sit aut iudex opportunius existimaverit/

Can. 146—Quaestiones de cautione pro expensis Judicialibus praestanda aut de concessione gratuiti patrocinii, quod statim ab initio postulatum fuerint, ct aliae hujusmodi videndae regulariter sunt ante litis contestationem.

Can. 147—Quoties, proposita principali controversia, causa suboriatur, quae talis sit naturae et tali nexu cum controversia cohaereat ut ex eius solutione pendeat solutio propositae controversiae, bacc praejudicialis causa ante omnia a ludicc cognoscenda est.

Can. 148—§ 1. Si ex principali controversia quaestiones Incidentes nascantur, cognoscantur prius eae quarum solutio viam sternat ad aliarum solutionem.

§ 2. Quod si nullo nexu logico inter se cohaereant, truae prius ab alterutra parte propositae sunt, illae antea definiantur.

f 3. Si de spolio incidat quaestio, haec ante omnia «t dirimenda.

Art. III. De terminis et dilationibus

Can. 149—§ 1. *Fatalia legis* quae dicuntur, idest termini perimendis iuribus a lege constituti, prorogari non possunt

§ 2. Termini autem iudicialcs et conventionales, ante eorum lapsum, poterunt, iusta intercedente causa, a indice, auditis vel petentibus partibus, prorogari.

§ 3. Caveat tamen iudex ne nimis diuturna lis fiat ex prorogatione.

Can. 150—Sl dies, ad actum iudlcialem Indictus, sit feriatus nec in decreto Judicis dicatur expresse tribunal vacaturum nihilominus causis cognoscendis, terminus Inteiligitur prorogatus ad primum sequentem diem non feriatum.

Art. IV. De loco et tempore iudicii

Can. 151—§ 1. Quamvis Episcopus in quolibet suae eparchiae loco, qui non sit exemptus vel stauropeglacus, ius habeat erigendi tribunal, nihilominus / penes suam sedem aulam statuat, quae sit ordinarius indiciorum locus, iblque Crucifixi imago emineat, et adsit Evangeliorum liber.

§ 2. Iusta ex causa. Patriarcha et Archleplscopus erigere possunt ad actum tribunal in quolibet sul patriarchatus vel archieplscopatus loco.

Can. 152—Iudex e territorio suo vi expulsus vel a Jurisdictione ibi exercenda impeditus, potest extra tentorium iurisdlctionem suam exercere et sententiam ferre, certiore tamen hac de re facto loci Hlerarcha.

Can. 153—§ 1. In unaquaque eparchia, Hlerarcha publico decreto dies et horas definiri curet, pro adiunctis opportunas, quibus tribunal adiri regulariter possit, el ab eo Justitiae administratio exigi.

§ 2. Iusta tamen de causa, et quoties periculum est in morn, fas est fidelibus quovis tempore iudicis ministerium in sui luris vel boni publici tutelam invocare.

Can. 144·—Iastie 4, 13, 8 (7), 9 (8), :o (9). xx (xoh D. 44, 1, a. 4 «t S C. 7. 50, 2.

I X.—C 8, 35 (36), 8.

Can. 148 J x.—D. 44, x. «6-
i 3—D. 48. 6. 5. Xî C. 7. 6x. X'. 7. 69.

Can 149.—Syn. Cartha^inen., a. 4x9, can. aj.—C. 3, xx, x; Nov. xxy *r,* Basilic. 9. x, X30.
i x.—C. 3. xx. 4-
5 3 —D. i, X3, 7 et xo.

Can. xjo.—C. 3. xx, 3.

Can. xjx t X·—D. x, X, xx; XX, x, 4- X.

Can. X52—Syn. Sinticen., a. 343. can. 13; Syn. Trullan., a. 69X, can. J7,

Ua. iyS I y—S. C. S. OIL. üatr. w febr. 1W6, n. X4Î instr, (ad Ep. Rltsca 06c&L|. * ÜL ili. o. ti.

Can. iyx-5. C. S. OÜ., *dea.* 14 «pt. 1S65, ^6, damn.—Syn. Anaen., 1. l)tl. 181.

Can. 14α—Syn. labam-x Mwxatxrea, a. 1736. pan III. cap. \. 6; Syn ZanxMtea. itabescr». b. 17». UL VII.—C. 3.1, xy 8.

I i —Syn. Ubiam Marooiiaram, 1. 1736, pan HI, cap. IV, ji, X.

Can. X40 t y—Syn. Libxnm. MaroniUrm, a. 1736, pan III, cap. IV, η. X. cap. V, 9.

Can. uy-lmtiL 4. §» * OK 9 WK 1° <9k 11 D· ⁑◆◆» <» 4 et 3. Cy I.U i ia bn; 4,19, ⁑ ». M (38). ly

Can. 154—5 1· Dies festi de praecepto, et ultimi tres dies maiores hebdomadae feriati habeantur; et in lis citationes Intimare, audientias habere, partes et testes excutere, probationes assumere, decreta ct sententias ferre, denuntiare ct exscnul vetitum est, nisi necessitas, Christiana caritas, aut bonum publicum aliud postulent.

f 2. Iudicis autem est in singulis casibus statuere et denuntiare, nn ct quao acta supra dictis diebus expleri debeant

Art. V. *De personi» ad disceptationem iudicialem admittendis el de modo conficiendi el conservandi acta*

Can. 155—J 1. Dum causae coram tribunali aguntur, extranei ab aula arceantur ct li tantummodo adsint, quos ad processam expediendum iudex necessarios esse Indicaverit.

I 2. Omnes, Iudicio assistentes, qui reverentiae ct obedientiae tribunali debitae graviter defuerint, ludex, etiam illico ct incontinenti si coram tribunali sedente In Id quis peccaverit, potest censuris quoque allisve congruis poenis ad officium reducere, advocatos praeterea ct procuratores etiam a munere apud tribunalia ecclesiastica exercendo
» suspendere./

Can. 156—§ 1. Si alicui actui processuali interveniat persona linguae loci Ignara ct ludices ac partes linguam huius personae propriam non Intelligant, interpres adhibeatur iuratus, et a ludlce designatus, contra quem alterutra pars legitimam exceptionem non proposuerit.

J 2. Eadem norma servetur si interrogandus sit surdus vel mutus, neque fieri possit aut expediat ut interrogatio fiat ad nonnam can. 301.

Can. 157—4 1. Acta iudlcialla, tum quae meritum quaestionis respiciunt, seu *acta causae,* ut sunt sententiae et cuiusque generis probationes, tum quae ad formam procedendi pertinent, scu *acia processus,* ut citationes, intimationes, etc., scripto redacta esse debent.

f 2. Nisi iusta causa aliud suadeat, quoad eius fleri potest, lingua officiali loci redigantur; sed Interrogationes et responsiones testium, aliaque similia, lingua vernacula confici debent.

Can. 158—§ 1. Singula folia processus numerentur; et actuarii subscriptio cum sigillo tribunalis apponatur in unoquoque folio.

J 2. Singulis actis completis vel interruptis seu ad aliam sessionem remissis, apponatur subscriptio actuarii et iudicis vel tribunalis praesidis.

I 3. Quoties in actis iudlcialibus partium aut testium subscriptio requiritur, si pars aut testis hanc facere nequeat vel nolit, id in ipsis actis adnotetur, simulque iudex et actuarius fidem faciant actum ipsum de verbo ad verbum parti aut testi perlectum fuisse, et partem aut testem vel non potuisse vel noluisse subscribere.

Can. 159—§ 1. In casu appellationis, actorum exemplaria ad normam can. 157, 158, conscripta et In fasciculum religata, cum Indice omnium actorum et documentorum et cum testificatione actuarii seu cancellarii de eorum fideli transcriptione et integritate, mittantur ad superius tribunal; si exemplaria sine gravi Incommodo exscribi nequeant, mittantur cum opportunis cautelis acta ipsa originalia.

I 2. 1.· Si eo mittenda sint ubi vernacula lingua non sit cognita, acta ipsa in linguam ibi communiter cognitam vertantur, adhibitis cautelis ut dc fideli translatione constet;

2. In causis in quibus appellans, qui ad Sedem Apodolicam provocat, ad patrocinium gratuitum iam admissus fuerit, verslo actorum fit ex officio a tribunali coram quo
W acta ipsa exarata sunt, *f*

Can. 160—§ 1. Iudicio expleto, documenta partibus restitui debent, nisi in criminalibus, bono publico ita exigente, iudex aliquod retinendum censuerit.

I 2. Nisi iudicl ob peculiares rationes aliud videatur, anonymae epistulae atque libelli quae nihil ad causae meritum conferunt, et etiam subscripta quae sint certo calumniosa, destruantur.

I 3. Documenta omnia, quae apud tribunal manent, In archivo curiae deponantur sive publico sive secreto, prout eorum natura exigit.

Cn 154-—5yn. Libanen. MaroniLarum, a. *1736,* pars III, cap. V, xx. *Ih ad tuditiakm...*—Syn. Alexandrin. Coptorum, nM.MCt. III, cap. VI. lit. VI, art III; tiL IX. arL I.

Cu. 1»—Syn. Alexandrin. Coptonnn, a. 1898, secL III, cap. VI, tit IX, ut- II.

§ 4. Notarii, actuarii et cancellarius sine iudicis mandato tradere prohibentur exemplar actorum iudicialium ct documentorum quae sunt processui acquisita.

Caput VI—De partibus in causa

Art. J. De actore et reo convento

Can. 161—Quilibet potest in iudicio agere, nisi a sacris canonibus prohibeatur, reus autem legitime conventus respondere debet.

Can. 162—Licet actor vel reus conventus procuratorem vel advocatum constituerit, semper tamen debet in iudicio ipsemet adesse ad praescriptum iuris vel iudicis.

Can. 163—§ 1. Pro minoribus et iis qui rationis usu destituti sunt, agere et respondere debent eorum parentes aut tutores vel curatores.

§ 2. Si iudex existimet ipsorum iura esse in conflictu cum iuribus parentum vel tutorum vel curatorum, aut ipsos tam longe distare a parentibus aut tutoribus, vel curatoribus, ut hisce uti aut minime aut difficulter liceat, tunc stent in iudicio per curatorem a iudice datum.

§ 3. Sed in causis spiritualibus et cum spiritualibus connexis, sl minores usum rationis assecuti sint, agere ct respondere queunt sine patris vel tutoris consensu; et quidem, sl aetatem quatuordecim annorum expleverint, etiam per scipsos; secus per tutorem decreto ab Hierarcha, praevia prudenti inquisitione, datum, vel etiam per procuratorem a se, Hlerarchae auctoritate, constitutum./

Can. 164—Nomine personarum moralium, sive collegialium sive non colleglallum, stat In Iudicio rector vel administrator, firmo praescripto can. 168; In conflictu vero eorum iurium cum iuribus rectoris vel administratoris, procurator ab Hierarcha designatus.

Can. 165—Bonis interdicti, et ii qui minus firmae mentis sunt, stare in iudicio per se Ipsi possunt tantummodo ut de propriis delictis respondeant, aut ad praescriptum iudicis: in ceteris agere et respondere debent per suos curatores.

Can. 166—4 1· Ut curator ab auctoritate civili alicui datus a iudicc ecclesiastico valide admittatur, debet accedere consensus Hlerarchae proprii illius cui datus est.

§ 2. Hierarcha potest quoque alium curatorem constituere pro foro ecclesiastico, sl, omnibus mature perpensis, id statuendum esse prudenter censuerit.

Can. 167—Religiosi sine Superiorum consensu persona carent In iudicio, nisi in casibus qui sequuntur:

1.° Si de vindicandis adversus religionem iuribus sibi ex professione quaesitis agatur;

2.° Si ipsi extra claustra legitime morentur ct iurium suorum tuitio urgeat.

Can. 168—§ 1. Hlerarchae locorum possunt nomine ecclesiae cathedralis aut domus episcopalis stare in iudicio; sed consultores eparchiales vel consilium admlnistrationis audire aut eorum consensum obtinere debent, quando in periculo versatur pecuniae summa ad quam alienandam, eorumdem consensus aut consilium requiritur.

§ 2. Beneficiarii omnes nomine beneficii possunt in iudicio agere aut respondere praevia licentia scripto datu Hierarchae loci, aut saltem, si res urgeat, protopresbyter! seu Vicarii foranei, qui statim Hicrarcham dc concessa licentia certiorem reddere debet.

§ 3. Praelati ac Superiores sodalitatum, confratcmltatuin, aliorumque sodalitiorum et quorumlibet collegiorum stare in iudicio nequeunt, nomine suae cuiusque communitatis, sine eiusdem consensu ad normam statutorum.

§ 4. Adversus eos dc quibus in §5 1-3, si slnc praescripto consensu / aut consilio in iudicio egerint, piae causae 42
aut communitati lus est ad refectionem damnorum.

5 5. In casu vero defectus vel negligentiae Illius qui administratoris munere fungitur, potest ipse loci Hierarcha per se vel per alium stare In iudicio nomine personarum monilium quae sub eius lurisdictione sunt.

Dc acioft ci fC0 λ μ ïo ιA?.—Syn. prov. Alba-Iubtn. el Fa<ir>si<^. Ruxnenonmi, a. 1882, tiL V, cap. II. ***Dc prxcdnri cclniofticA*** awJx.

5 **2**—Syn. Sordicen., a. 343, can. 5.—InKlt. x, ix, 3; D. 26, x. 3. 1-4.
Can. 164.—D. 3, 4. x. 2 ct 3. Nσν. XJI, 15-
Can. 165.—D. 3, x. x »4 27, xo, x.
Can. 167.—S. Basilios M., Reguhe fus., n. 1, 1.
Can. x68 J 2.—Syn. Cartkitfinen., a. 41Φ. can. xoo
j 3—D. 3. 4. »; Basilic. 8, 2. ***102.***

f 6. Superiores religiosi nequeunt nomine suae communitatis stare in iudicio, nisi ad nonnam statutorum.

Can. 169—$ 1. Excommunicatis vitandis aut toleratis post sententiam declaratoriam vel condemnatoriam permittitur ut per se Ipsi agant tantummodo ad impugnandam iustiliam aut legitimitatem ipsius excommunicationis; per procuratorem, ad aliud quodvis animae suae pradudidum avertendum; in reliquis ab agendo repelluntur.

j Z Alii excommunicat! generatim stare in iudicio queunt, nisi exceptio apponatur ad nonnam can. 143 § 3.

Art. II. Dr procuratoribu ad lita ft advocatis

Can. 170—f 1. In iudicio criminali reus aut a se electum aut a indice datum semper habere debet advocatum.

f Z Etiam in iudicio contentioso, si agatur de minoribus aut de indicio in quo bonum publicum vertitur, index parti carenti defensorem ex officio constituat, aut, si casus ferat, parti etiam habenti alium adiungat.

J 1 Praeter hos casus pars libere potest advocatum et procuratorem sibi constituere, sed potest quoque in iudicio per se ipsa agere et respondere, nisi iudex procuratoris vel advocati ministerium necessarium existimaverit.

f 4. At Episcopus, si quando in causa est, aliquem constituat, qui eius personam, procuratorio nomine, gerat.

Can. 171—f 1. Unicum quisque potest constituere procuratorem, qui nequit alium sibimet substituere, nisi id eidem expresse permissum fuerit.

f 2. Quod si, iusta causa suadente, plures ab eodem constituantur, hi ita designentur, ut detur inter ipsos locus praeventioni.

f 1 Advocati autem plures simul constitui queunt.

f 4. Vtnnnque munus, procuratoris et advocati, etiam in eadem causa et pro eodem cliente eadem persona exer- 43
cere potest. /

Can. 172—J 1. Procurator ct advocatus esse debent catholici, aetate maiores, bonae famae; acatholicus non admittitur, nisi per exceptionem et ex necessitate.

f Z Advocatus debet praeterea esse doctor vel alioqui vere peritus, saltem In Iure canonico.

I 3. Religiosus admitti potest sive ut procurator sive ut advocatus, nisi aliud in statutis caveatur. In causis tantum In quibus vertitur utilitas suae religionis, de licentia tamen Superioris.

Can. 173—5 1. Quilibet a parte _potcsl constitui procurator, dummodo secundum can. 172 idoneas sit, neque opus est ut Hierarehac approbatio antecesserit.

I Z Advocatus autem, ut ad patrocinium admittatur. Indiget approbatione Hierarchne, quae aut generalis sit ad omnes causas aut specialis ad certam causam.

i 3. In Indicio coram Sedis Apostolicae vel Patrlaichac delegato, ipsius delegati est approbare et admittere advocatum, quo pars uti se velle ostenderit

f 4. Procurator et advocatus, In causis quae ad normam can. 51, H 1. 2, aguntur In religionis tribunali, eligendi sunt ex eadem religione et ante patrocinii susceptionem approbandi a ludlce qui causam videt; in causis vero quae ad normam eiusdem canonis § 3 apud tribunal Hkrarchae loci pertractantur, admitti potest etiam religioni extraneus.

Can. 174—} 1. Procurator ne prius a iudice admittatur quam speciale mandatum ad lites scriptum, mandantis subscriptione munitum, et locum, diem, mensem et annum referens, apud tribunal deposuerit

j Z Quod sl mandans scribere nesciat vel nequeat, hoc Ipsum ex scriptura constet neccssc est, el parochus vel notarius curiae vel duo testes, loco mandantis, mandatum subsignent.

Can. 175—Mandatum procurationis asservari debet In actis causae.

Cn. 1S9.—$t »· Celh.ay.ya , a. 4x9, can. *iz·).*
Cix 17η H t, r-D 3. 1, 1. 4; Bitüic. 8, x, x.
I D. n. MiC.1,ŧ t«J). 7. 6 9-
Cn. tji.-Net, 71.
t t.—D. <9. x. 4. 5.
t 1-1) µ |i. x et x; j, 3. jr. IUr jc . 8, 31 <t 32.
Cn. 17J t x -C. 3. n (i)|, 4.
Can »74 -D- 3. S. r, 3, 3. C x, xa (x3). 34.

Can. 176—Advocatus, ut causae patrocinium suscipiat, necessc est Id munus a parte vel a iudice ad instar mandati procuratorii habeat, de qua commissione In actis constare debet..

Can. 177—Si quis, cum mandatum nequeat probare, libellum judicialem ad iuris exstinctionem impediendam exhibere nomine alterius velit, vel singulos actus urgente necessitate poncre in processu, potest arbitrio Iudicis admitti» praestita, sl res ferat, Idonea cautione; actus autem qualibet vi caret, nisi. Intra terminum peremptorium a iudice statuendum, mandatum rite probet.

Can. 178—Procuratori valido notiflcantur omnia acta processualia quae partibus notificari debent vel possunt, nisi Iudex aliter statuat.

Can. 179—Quoties ius requirit speciale mandatum in procuratore ut certum actum ponere valeat, uti est renuntiare actioni, instantiae vel actis ludiclallbus, transigere, padsd. compromittere in arbitros, deferre aut referre lusiurandum, procurator qui sine mandato actum Ilium ponit, nihil agit.

Can. 180—Tum procurator tum advocatus possunt a iudice, dato decreto, repelli sive cx officio sive ad instantiam partis, iusta tamen de causa.

Can. 181—§ 1. Advocati et procuratores possunt ab eo a quo constituti sunt, removeri, salva obligatione solvendi honoraria ipsis debita; verum ut remotio effectum sortiatur, necessc est Ipsis Intimetur, et, sl Hs lam contestata fuerit, iudex ct adversa pars certiores facti sint de remotione.

§ 2. Lata definitiva sententia, lus et officium appellandi, sl mandans non renuat, procuratori manet.

Can. 182—5 1. Vetatur uterque emere litem, aut sibi de immodico emolumento vel rei litigiosae parte vindicato pacisci.

§ Z Quae si fecerint, nulla est pactio, et a iudice vd ab Hierarcha poterunt poena pecuniaria mulctari: advocatus praeterea tum ab officio suspendi, tum etiam, si recidivus sit, destitui et titulo privari.

Can. 183—Advocati ac procuratores qui ob dona aut pollicitationes aut quamlibet aliam rationem suum officium prodiderint, a patrocinio exercendo suspendantur, et mulctn pecuniaria aliisve congruis poenis plectantur./ 45

Caput VII—De actionibus ct exceptionibus

Can. 18-1—Quodlibet ius non solum actione munitur, nisi aliud expresse cautum sit, sed etiam exceptione, quae semper competit et est suapte natura perpetua.

Can. 185—f 1. Qui ad rem sibi vindicandam, seu ad ius suum in iudicio persequendum titulo agit iuris auctoritate subnixo, actione dimicat quae *petitoria* dicitur.

§2 Si vero rei possessionem vel iuris quasi-possessionem postulat, eius actio *possessoria* vocatur.

Can. 186—§ 1. Actor pluribus simul actionibus, quae tamen sccum ipsae non confligant, sive de eadem re, sive de diversis, reum convenire potest, sl aditi tribunalis competentiam non egrediantur.

f Z Reus non prohibetur pluribus exceptionibus etiam contrariis uti.

Cam 187—§ 1. Actor potest una instantia cumulare actiones possessorias et petitorias, nisi spolii exceptio ex adverso opponatur.

§ 2. Pariter potest reus conventus In petitorio, actorem reconvenire in possessorio; et vice versa, nisi res sit de spolio.

Can. 188—5 1. Potest actor, antequam conclusum fuerit in causa, ab instituto iudicio petitorio regredi ad possessorium adipiscendae vel recuperandae.

Can. X77—D. 3. 3, 6o xi. 2, ***17.*** 18. ***i<r,*** C. 4. L ***T,*** Basilic. 8, 1, 59-
Can. x8x (x.—D. 3. 3, 16 et 17 pr.; 49. x. 4. 5; C. 2, 12 (xj). <<.
Can. 1Sx f 2—D. 49. x. 4- 5; 49, 9, T· C. 7, ***63,*** 9.
Can. 182.—D. 50, 13. x. x0-ij; C. 3, 6, 5.
J x.—C. 2. 6, 6. ***r, 3, 13*** (X3), xj.
Can. XS3.—D. 48, 19. 38. 8.
De actvsKibiu ti rzczfXiontbui.—Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 189S, Met- HI. cap. VI, tit- V, art. Ill, ***AnUccdcntet fjueptiofus.***
Can. >< Inslit. 4, 14 pr. 1 et ***r.*** D. 44, L ** 44, 4. 5- 5®» f r. SO, 17. fS
Can. 6. —D. 30, 17, 130.
* 1 —C. 9. 3X, r.
I 2—D. 44. X, 5 ct 8.
Can. x8 —C. 3. 32, 13.
1 3.—Basilic. 9, x. 8x.

f 2. Imo cx iusta causa Iudex etiam post conclusionem in causa, sed ante sententiam definitivam, hunc regressum permittere potest.

I 3. Iudicis est, attentis partium allegationibus, aut utramque quaestionem unica sententia definire, aut prius uni, postea alteri satisfacere, prouti magis expedire Ipsi videatur ad celeriorem ct pleniorem iurlum tuitionem et ‹6 firmis praescriptis can. 148, § 3, 219, § 1./

Ari. I. Dc rei seouestralione et inhibitione exercitii iuris el dc necessaria alimentis ad tempus praestandis

Can. 189—§ 1. Qui probabilibus saltem argumentis ostenderit super aliqua re ab alio detenta Ius se habere siblque damnum Imminere nisi res Ipsa custodienda tradatur, lus habet obtinendi a iudice eiusdem rcl sequestrationem.

I 2. In similibus rerum adjunctis obtinere potest ut iuris exercitium alicui inhibeatur.

J 3. Sequestratio rei ct inhibitio exercitii iuris a iudice decerni potest ex officio, instante praesertim promotore lostHiae aut defensore vinculi, quoties bonum publicum id postulare videtur.

Can. 190—J 1. Ad crediti quoque securitatem sequestratio rei admittitur, dummodo de creditoris iure manifesto constet et servata norma de qua In can. 451.

I 2. Sequestratio extenditur etiam ad res debitoris quae quolibet titulo apud alias personas reperiantur, et ad res quae, licet debitoris non sint, ei tamen debentur.

Can. 191—Sequestratio rei ct inhibitio exercitii iuris decerni nullatenus possunt, si damnum quod timetur, possit aliter reparari ct idonea cautio dc eo reparando offeratur.

Can. 192—Iudex potest ei cui sequestrationem rei vel inhibitionem exercitii iuris concedit, praeviam imponere cautionem de damnis, si ius suum non probaverit, resarciendis.

Can. 193—§ 1. Ad custodiam rei sequestrationi sublectae idoneus sequester, proponentibus partibus, a Indice designetur, si partes inter se dissentiant, iudex ipse sequestrem deligat.

J 2. Sequester in re custodienda, curanda ct servanda non minorem diligentiam adhibere debet quam suis adhibet rebus, eamque postea, cui iudex decreverit, reddere debet cum omni causa.

j 3. Iudex congruam decernat mcrcedem sequestri, si 47 eam petat./

Can. 194—Quoties introducta est petitio ad obtinendam provisionem ad hominis sustentationem, iudex, auditis partibus, decreto statim exsequendo, statuere potest, idoneis si res ferat praescriptis cautionibus, ut interim necessaria alimenta praestentur, sine praciudiclo iuris per jententiam definiendi.

Can. 195—Proposita a parte vel a promotore iustitiae petitione ad obtinendum decretum de quo in can. 194, index, audita altera parte, expeditissime provideat, numquam autem ultra decem dies; quibus inutiliter transactis, ant petitione relecta, patet recursus ad Hlerarcham cui tribunal subiicitur, dummodo ipse ne sit iudex, vel, si quis malit, ad iudicem appellationis, qui item expeditissime decernant.

Art. II. De actionibus cx ŋovi operis nuntiatione et damno infecto

Can. 196—§ 1. Qui ex aliquo novo opere damnum timet suae rei obventurum, potest illud iudici nuntiare ut opus Interrumpatur, donec utrlusquc partis lura, iudicis sententia, definiantur.

I 1 Is cui intimata fuerit prohibitio, continuo ab opere cessare debet; sed, dummodo idonee caveat se in pristinum omnia restituturum si absoluto iudicio victus discesserit, poterit a iudice continuationem eiusdem impetrare.

f 3. Nuntianti novum opus potest iudex praeviam imponere cautionem de damno, si ius suum non demonstraverit, resarciendo; ad iuris autem probationes afferendas duo menses praefiniuntur, qui, ex iusta et necessaria causa a iudice, audita altera parte, prorogari vel reduci poterunt.

Can. 197—Si vetus opus magna ex parte immutetur, idem ius esto quod de novo opere can. 196 constitutum est.

Can. 198—Qui grave damnum rei suae imminere pertimescit ex alieno aedificio quod ruinam minatur, ex arbore aut ex alia re quacumque, actionem habet *de damno infecto* ad obtinendam periculi remotionem, aut cautionem de damno vel avertendo, vel, sl forte evenerit, resarciendo, *f* 43

Art. III. De actionibus ob nullitaiem actuum

Can. 199—Si actus aut contractus sit ipso iure nullus, datur ei, cuius interest, actio ad obtinendam a iudice declarationem nullitatls.

Can. 200—§ 1. Nullitas actus tunc tantum habetur, cum in eo deficiunt quae actum ipsum essentialiter constituunt, aut sollemnia seu condiciones desiderantur a canonibus ad validitatem requisitae.

§ 2. Nullitas alicuius actus non Importat nullitatem actuum qui praecedunt aut subsequuntur et ab actu non dependent.

Can. 201—Qui actum posuit nullitatls vitio Infectum, tenetur de damnis et expensis erga partem laesam.

Can. 202—Nullitas actus a iudice declarari non potest ex officio, nisi aut publice id intersit, aut agatur de pauperibus vel de minoribus aliisve qui minorum iure censentur.

Can. 203—Iudex Inferior de confirmatione, a Romano Pontifice actui vel instrumento adiecta, videre non potest, nisi Apostolicae Sedis praecesserit mandatum.

Art. IV. De actionibus rescissoriis et de restitutione in integrum

Can. 20-1—§ 1. Actionem ad rescissionem actus positi ex metu gravi ct iniuste incusso vel ex dolo, proponore potest:

1.® Si agatur de actu inter vivos, ille qui metum vel dolum passus est eiusque heredes;

2.® Si agatur de actu mortis causa, quilibet cuius intersit.

§2. 1.® Eadem actione intra biennium uti potest, qui gravem ex contractu laesionem ultra dimidium ex errore passus est;

® Si tamen alter contrahens offerat talem contractus emendationem, quae sufficiat ad laesionem reparandam, iudex debet a contractus rescissione abstinere./ 49

Can. 205—Institui haec actio potest:

1.® Contra eum qui metum intulit aut dolum patravit, quamvis ipse non in suum, sed in alterius commodum talia peregerit;

2.® Contra quemlibet malae fidei ct etiam bonae fidei possessorem, qui res metu vel dolo extortas possidet, salvo iure regressus contra qucmlilct usque ad ipsum metus vel doli auctorem.

Can. 206—Si is qui metum intulit aut dolum patravit, urgeat actus vel contractus exsecutionem, parti laesae seu deceptae competit exceptio metus vel doli.

Can. 207—§ 1. Minoribus vel minorum lure fruentibus graviter laesis eorumque heredibus et successoribus, ad laesionem reparandam ex negotio seu actu valido rescindiblli, praeter alia ordinaria remedia, suppetit remedium extraordinarium restitutionis in integrum.

§ 2. Hoc beneficium maioribus quoque conceditur quos deficit rescissoria actio aut aliud ordinarium remedium, dummodo iustam subesse causam et laesionem sibi imputandam non esse probaverint.

Can. 208—§ 1. Restitutio In Integrum peti debet intra quadriennium ab adepta maiori aetate computandum, si agatur de minoribus; a dic laesionis factae et cessati impedimenti, si de maioribus aut personis moralibus.

Can. 200.—C. x, 14. 5.

Dt actionibus resexuoriù... —D. 4. J, x »4 4. i. ‹‹. :·£ C. 2. 19 (20), 3; Basilic. 10, ***2,*** 9 et 17.

Can. 304 § x.—D. 4. 3, 9. 3 ss.; 4. 3, x pr. et x; C. 4, 44. 5-5 2.—C. 4. 44, ***2.***

Can. 205.—C. ***2,*** 19 (30), 3; 4. 44, 10; Basilic. xo» 2. 23. 3e —‹· 3. 19, i-

Can. 206.—InstiL 4, X3, U C. 8, 33 (36), 3.

Can. io?·—D. 4, x, x et r, 4. 6 integer Utuiuj; C 2. 24 (25). r. Baux, xo, x, 6.

Can. ***208.***—C. 2, 32 (33), 7-

Ua JS9-C. 4, 4.

I D. 3, 5. 7. r. C, 7, 65, 5.

Dr rôoetÿej ***rx ŋ‹κι opxru...*** —D. 39, I, X.

f 2 .Minoribus vel minorum iure fruenlibus restitutio concedi potest o ludlce etlam ex officio, audito vel Instante promotore iustltiae.

Can. 209-Restitutio in Integrum Id cffldt ut omnia revocentur In pristinum, idest restituantur In statum quo erant ante laesionem, salvis luribus quae alii, bona fide, ante petitam restitutionem quaesiverint.

Art. V. *be actionIbus reconrentionolibus*

Can. 210—f 1. Actio quam reus coram eodem iudicc in eodem Judicio instituit contra actorem vd propter causae nexum cum actione prindpall vd/ad submovendam vel minuendam actoris petitionem, didtur reconren/io.

j 2. Reoonvenlio reconvenlionls non admittitur.

Can. 211—Actio reconvenlionalis locum habere potest in omnibus causis contentiosis, exceptis causis spolii.

Can 212—Proponenda est ludici coram quo actio prindpalis Instituta est, licet ad unam causam dumtaxat delegato vel alioquln Incompetentl, nisi, ad actionem reconventlonalem quod attinet, Is sit absolute Incompetent

Art. V/. *be actionibus seu remediis possessoriis*

Can. 213—Qui ad possessionem alicuius rcl adipiscendam, vd ad alicuius luris exercitium obtinendum munitur titulo legitimo, petere potest, ut in rei possessionem vel iuris exercitium Immittatur.

Can. 214—Non solum possessio, sed etiam simplex detentio praestat, ad normam canonum qui sequuntur, actionem vd exceptionem possessoriam.

Can. 215—f 1. Qui annum integrum In possessione rei vel in quasl possesslone luris manserit, si molestiam patiatur quominus suam possessionem vel quasi-possessionem retineat, habet actionem *relinendae possessionis.*

f 2. Haec actio non admittitur nisi intra annum ab illata molestia adversus molestiae auctorem ut a molestiis desistat

Can. 216—j 1. Etiam qui vi, clam vel precario possidet, actione *retinendae possessionis* uti potest adversus quemlibet deturbatorem: non autem contra personam a qua Ipse rem vi vd clam surripuit aut precario accepit.

j 2. Jn causis quae ad bonum publicum spectant, iustltiae promolori Ius est opponendi vitium possessionis advenus eum qui vi, clam vel precario possidet. /

Can. 217—| L Si Inter duos controversia oriatur uter eorum ponideat, Ille In possessione praeferendus est qui intra annum frequentiores et potlores possessionis actus exercuit.

f 2. In dubio iudex possessionem pro indiviso utrique parti attribuat.

I 3. Sl rei vel iuris indoles aut contentionum et rixarum periculum non patiantur ut litigantibus pro indiviso possessio interim attribuatur, ludex rem apud sequestrem deponi, aut iuris quasl-possessionem suspendi iubeat asque ad iudlcii petitorii exitum.

Can. 218—| 1. Qui vl aut clam quoquo modo a possessione rei vel quasi-possessione luris delectus est, adversus quemlibet spolii auctorem vel rei detentorem habet actionem *recuperandae possessionis* vel spolii et spolii exceptionem.

f 2. Haec actio non admittitur praeterlapso anno post quam spolium passas rei notitiam habuit; exceptio, contra, perpetua est.

Can. 219—| 1. Spoliatus adversus spoliantem excipiens et probans spolium, obligatione respondendi non tenetur, nisi prius fuerit in suam possessionem restitutus.

f 2. Spoliatas at in possessionem restituatur, nil aliud probare debet, nisi spoliationem ipsam.

f 3. Sed sl In restitutione rei vel exercitii iuris aliquod occurrat periculum (uti saevitiarum, cum *vir* contra uxorem postulat restitutionem conIugulis consortii), ludex, ad instantiam partis vel promotoris Iustltiae, pro dlvenii adiunctis decernat aut restitutionem suspendi, aut rem vel personam apud sequestrem custodiri, donec causa petitorio ludldo definiatur.

Can. 220—Judicia possessoria absolvenda sunt, citais dumtaxat adversa parte In ludicils retinendae vel recuperandae; citatis vero omnibus lis quorum Interest, In iudidls adipiscendae.

Art. VU. De exstinctione actionum

Can. 221—In contentiosis actiones tum reales tum personales exstinguuntur praescriptione ad normam iuris; actiones autem de statu personorum nunquam cxsllnguunlur.f u

Can. 222—Omnis criminalis actio perimitur morte rd, condonatione legitimae potestatis, ct praescriptione.

Can. 223—Firmo praescriptu can. 4, de ðelicti Sacrae Congregationi S. Officii reservatis, tempus utile ad actionem criminalem proponendam est triennium, nisi agatur

1.· De actione inluriaruin, quae uno anno perimitur;

2.· De actione ob delicta quallficata contra castitatem et Justitiam commutativam, quae quinquennio perimitur;

3.· De actionibus ub slmoniam vel homicidium, contra quae actio criminalis decennio perdurat.

Can. 224—Sublata per praescriptionem actione criminali:

1.· Non est hoc ipso sublata actio civilis, forte ex delicto orta, ad damna resarcienda;

2.· Hicrarcha remedio uti adhuc potest non promovendi ad altiorem ordinem clericum, et, ad scandalum evitandum, prohibendi clerico exercitium sacri ministerii aut etiam eundem ab officio seu munere, ad normam iuris, amovendi.

Can. 225—$ 1. Praescriptio in contentiosis currit ex quo actio primum potuit iure proponi; in crimlnabillbos, a die patrati delicti.

I 2. Si delictum habeat tractum, non currit praescriptio, nisi a die qua delicti tractus cessaverit.

f 3. In delicto habituali vel continuato praescriptio non decurrit nisi post ultimum actum; et conventus ob aliquem criminosum actum non praescriptum, tenetur de antiquioribus, qui cum eodem actu connectuntur, etiamsi singulatim sumpti ob praescriptionem excluderentur./

PARS II

DE IUDICIO CONTENCÏOSO

SECTIO I

DE IUDICIO CONTENTIOSO IN GENERE

Caput I—De causae Introductione

Art. /. De libello litis introductory

Can. 226—ludex nullam causam cognoscere potest, nisi petitio, ad normam canonum, proposita sit ab eo culus Interest, vel a promotore iustltiae.

Can. 227—Introducta causa ad normam can. 228 et seqq., iudex procedere potest cx officio, praeter alios casus iure expressos, in causis quae publicum Ecclesiae bonum aut animarum salutem respiciunt» ad normam canonis 133.

Can. 228—Qui aliquem convenire vult debet libellum

ttUindioru aiiionum.—G 7, 35. 5-
Can. rax.—5yn. Alexandria. Ceptonun, a. 1898, sect. IIT, cap. VI. tit V, art, XI, i.—G 7. 39, N Ba u Uc. 50 »5, I-
Can. ***222.***—D. 47, I, 1; 48, 4, xx; 4% »6, 8-xo; 48, 19, 20.
Can. 323.—D. 48, 5, 12 Hi), 4'. C. 9, «Î Barilie. 60, 41. 47.
!·--€- 9, 35. 5.
Can. 224-—D. 49, IJ, Γ. G 7, 66, 3.
‘‘D. 47, I, i; C. 4. X7, I.
‡ —Syu. Carthagine»·, a. 419, can. o‹r, S. Basllhe M., can. 17.—-Srx Libinru. MaroniUrum, a. 1736, pars II, cap. VI, 9.
Dc rauiaa pOrodwrionr—Syn. Alexandrin. Copiorum, a. 1898, sert III. cap. VI, lit. V, PnxziJMi ***tvJutalit*** dr/ÏMÜio; Syn. pmv. Alba-IoÜm. ‡ Facaraurn. Romanorum, a. x8Sr, tit. V, cap. II. f 16, 17, 18.
Can 238.—C. 7. 40, N №o 53. 3·

Cw 309^-D. 4. 4. U C G i, n (ii) i; i, *47* (48), pr. et f.
Cm. «o I 2.—D. 44, j, ».
Cu l h l -D. λ I, c. V $, !, ir, Nov. 96. 2.
D‹ wv rnwJiu pwuiwnM.—D. 6. x, 14; 50, 17,176; Basils. «5. I, *U*
Ca. stp-4astit. 4, ij; D. 43, 17,1.
C». J16.-D. 43.16, x‹; 4J, »7, J pr.; C. 8, 6.
I *t* -D. 43. x4, 1. yx G 3. 31, 11.
Un. 11L-D. 43.16 r. G 2,19 (zo). 4; 8. 4. 2.
I !—6yi Qrthiwn , ·. 419, ‡- ut.—D. 43, 16. 7
Cn m.-D. 5. 1,)7. Batflk. 7. 3. O.
t i.-D. v›. ‡7.1
i D. 6. t, 9 ⊏. 30, 17. uS; G 7. 3 6.

competenti ludlcl exhibere, In quo controversiae obtectum proponatur, et ministerium ludlcls ad deducta lura persequenda expostuletur.

Can. 229—5 L Qui scribere nescit, aut legitime Impeditur quominus libellum exhibeat, ore petitionem suam coram tribunali proponere potest.

f 2. Item In causis facilioris Investigationis et minoris momenti ac propterea cito expediendis, ludlcls arbitrio relinquitur petitionis admissio ore slbl factae.

f 3. In utroque tamen casu iudex notarium lubeat scriptis actum redigere qui actori legendus est el nb eo probandus.

Can. 230—Libellus quo lis Introducitur debet:

L· Exprimere coram quo ludlcc causa Introducatur,
r quid petatur, et a quo petatur;/

2.· Indicare, summatlm saltem, quo iure Innitatur ador ad comprobanda ea quae allegantur ct asseruntur;

3.· Subscribi ab actore vel eius procuratore, appositis die, mense ct anno, nec non loco In quo actor vel olus procurator habitant, aut residere se dixerunt actorum recipiendorum gratia.

Can. 231—f 1. Iudex vel tribunal, postquam viderit et rem esse suae competentiae ct actori legitimam personam In iudiclo non deesse, debet quantocius libellum aut admittere aut rellccre, adlcclls in hoc altero casu relectlonls causis.

f 2. Sl ludlcls decreto libellus relectus fuerit ob vitia quae emendari possunt, actor novum libellum rite confectum potest eidem ludlcl denuo exhibere; quod si ludex emendatum libellum relecerit, novae relectlonis rationes exponere debet.

I 3. Adversus libelli reiectlonem integrum semper est parti Intra tempus utile decem dierum recursum interponere ad tribunal appellationis; a quo, audita parte, ct promotore Iustltiae aut vinculi defensore, quaestio relectlonis expeditissime definienda esL

Can. 232—Si ludex continuo mense ab exhibito libello decretum non ediderit quo libellum admittit vel relicit id nonnam can. 231, pars culus Interest instare potest nt iudex suo munere fungatur, quod si nihilominus ludex sileat, lapsis quinque diebus a fact? Instantia, poterit recursum ad Hierarcham cui tribunal subi Icitur, si ipse Index non sit, vel ad tribunal appellationis Interponere ut vel iudex ad definiendam causam adigatur vel alius in eius locum sobrogetur.

AH. *II. De citatione et denuntiatione actuum iudicialium*

Can. 233—} 1. Libello vel orali petitione admissa, locus est vocationi in Ius seu citationi alterius partis.

I 2. Quod sl partes litigantes sponte coram iudlce se sistant ad causam agendam, opus non est citatione, sed actuarias significet in actis partes sponte sua iudiclo ad-
H faille./

Can. 234-4 1. Citatio fit a iudlce, et libello litis Introductorlo Inscribitur aut adlungitur.

f 2. Denuntiantur autem reo, et, sl sint plures, singulis.

J 3. Debet insuper actori nota fleri, ut statuto die ct hora Ipse quoque coram ludlcc se sistat.

Can. 235—Si Iis moveatur el qui non habet liberam admlnlitratlonem rerum, de quibus disceptatur, citatio denuntianda est el qui Ipsius nomine indicium suscipere debet ad nonnam can. 163-169.

Can. 236—Quaelibet citatio est peremptoria; nec iteretur necesse est, nisi in casu de quo In can. 369.

Can. 237-4 L Citatio denuntietur per schedam, quae praeceptum ludlcls parti conventae factum ad comparendam exprimat, indicans a quo Iudlce, ob quam causam «Item verbis generalibus, quo actore, reus, nomine et cognomine rite designatus, conveniatur; nec non locum, unum, mensem, diem et horam ad comparcndum praefloro perspicue indicet.

! 2. Citatio, sigillo tribunalis inunita, subscribenda est
› lodice vel ab eius auditore et a notario.

Can. 238—Citatio duplici scheda conficiatur, quarum altera remittatur reo convento, altera asservetur In actis.

€ ajo.-D. 6, i, 6 pr.; C. 2. i, 3.
Co. iji.-BiùBe 9, x, 40 in fine.
CUL 2JJ--D. 2, 5'7.
Ctt.ij6.-D. 42, 1, 53; C. 7, 43, 3,

Can. 239—J 1. Citationis scheda, si fieri poterit, per curiae cursorem tradenda est Ipsi convento ubicumque Is Invenitur.

§ 2. Ad hoc cursor ellam fines alterius eparchlae ingredi potest, si iudex id expedire censuerit et eidem cursori mandaverit.

§ 3. Sl cursor personam conventam non invenerit In loco ubl commoratur, relinquere poterit cltatoriam schedam alicui de eius familia aut famulatu, sl hic eam recipere paratus sit ac spondeat se reo convento quamprimum schedam acceptam traditurum; sin minus eam ad ludiccm referat, ut transmittatur ad normam can. 241, 242./ 56

Cnn. 240—Reus qui cltatoriam schedam recipere recuset, legitime citatus habeatur.

Can. 241—SI ob distantiam vel aliam causam difficulter per cursorem tradi possit reo convento scheda citatoria, poterit lussu ludlcls transmitti per tabellarios publicos, dummodo commendata et cum syngrapha receptionis, vel alio modo qui secundum locorum leges et condiciones tutissimus siL

Can. 242—J 1. Quoties, diligenti inquisitione peracta, adhuc Ignoratur ubl commoretur reus, locus est citationi per edictum.

f 2. Hoc autem fit affigendo per cursorem ad fores curiae schedam citationis ad modum edicti per tempus prudenti ludlcls arbitrio determinandum et In aliqua publica ephemeride eam inserendo; sl vero utrumque fieri nequeat, alterutrum sufficiet.

Can. 243—§ 1. Cursor, cum in manu rei conventi citationis schedam relinquit, debet eam subsignare, adnotatis die et hora qua reo tradita est.

§ 2. Idem peragat si eam relinquat in manibus alicuius de familia aut famulatu rei conventi, addito insuper nomine personae cui schedam tradidlL

§ 3. Sl citatio fiat per edictum, cursor In edicti calce signet quo die et hora edictum affixum ad fores curiae fuerit et quamdiu affixum manserit.

§ 4. Sl reus receptionem schedae recuset, cursor schedam ipsam subsignatam, addito die et hora recusationis, ludlcl remittat.

Can. 244—§ 1. Cursor quae peregit ad ludlcem referat in scriptis manu propria subsignatis, quae In actis serventur.

§ 2. Si per tabellariorum officium citatio transmittatur, asservetur in actis fides eiusdem officii.

Can. 245—Sl scheda citatoria non referat quae in canone 237 praescribuntur aut non fuerit legitime intimata, nullius momenti sunt tum citatio tum acta processus. / 57

Can. 246—Regulae superius statutae de rei citatione, ceteris quoque ludlcll actibus, pro diversa tamen eorum natura, accommodandae et applicandae sunt, ut decretorum vel sententiarum denuntiationi alllsque huiusmodi.

Can. 247—Cum citatio legitime peracta fuerit aut partes sponte In iudlclum venerint:

1.° Res desinit esse integra;

2.® Causa fit propria illius iudicis aut tribunalis, coram quo actio instituta est;

3.° In iudice delegato firma redditur iurisdictio Ita ut non exspiret resoluto iure delegantis;

4.® Interrumpitur praescriptio, nisi aliud cautum sit, ad normam luris;

5.° Lis pendere incipit; et Ideo statim obtinet principium: *lite pendente, nihil innovetur.*

Caput U—De litis contestatione

Can. 248—Obiectum seu materia ludlcll constituitur ipsa litis contestatione, seu declaratione qua conventus petitioni actoris formallter contradicit, animo litigandi coram iudlce.

Can. 249—Ad litis contestationem sufficit ut partibus coram iudlce vel eius delegato comparentlbus, in actis inseratur petitio actoris et contradictio conventi, unde

Can. 24a.—Nov. 112, 3 pr.
Can. 247, 2·.—D. 2. i, 19 pr; C. j, I, 16; Nov. 53. 3 pr. et r. 123.
4 —D. 5, 3, 25. 7; C. 3, 19, 2. r. B-itllk. 42, 1, 25.
5· —p 44, 6, I.
De htis cvnicstaivHic.—St u. Alexandria. Coptonun. * sect. 111. cap. VI, tit. V, Prac/mi ivdiridü ïζ/ρηΛo.
Can. 248.—€. 2, 9 (io), i; 3. 9, 1.

constet qua de re agatur seu quinam sint controversiae tennlnl.

Can. 250—In causis tamen Implicatioribus, in quibus petitio actoris nec perspicua sit nec simplex vel contradictio conventi difficultatibus scateat, ludex, cx offldo aut ad Instantiam actoris vel conventi, partes dtet ad rite definiendos controversiae articulos, Idest ad causae *dabla,* ut dicitur, foncordonrfu.

Can. 251—f 1. Si die dubiis concordandis praestituto, pars In fus vocata non comparcat nec iustam absentiae
53 excusationem alleget, contumax decla/retur, et dubiorum formula statuatur ex offldo, parte, quae praesens fuerit, id postulante. Parti autem contumaci statim Id notum fiat ex offldo ut quas velit exceptiones contra dubiorum formulam possit proponere et a contumacia se purgare, intra tempus quod iudid congruum videatur.

f 2. Partibus praesentibus et in formula dubiorum concordibus, si index non contradicat, eius rei flat mentio In decreto quo formula firmatur.

*i*3. Sl vero partes dissentiant aut earum condusioncs d non probentur, fit locus quaestioni incidenti.

f 4. Dubiorum formula semel statuta mutari non potest, nisi novo decreto, ex gravi causa, ad instantiam partis, vel promotoris lustltiae, vel defensoris vinculi, audita utraque vel altera parte eiusque rationibus perpensis.

Can. 252—Antequam litis contestatio locum habuerit, ludex ad testium auditionem aliarumve probationum receptionem ne procedat, nisi in casu contumaciae, aut nisi testium depositionem recipere oporteat, ne ipsa ob probabilem testis mortem, ob discessum eiusdem vel ob aliam lustam causam redpi postea nequeat, aut difficulter possit.

Can. 253—Lite contestata:

1. Haud licet actori libellum mutare, nisi, reo consentiente, ludex, fustis de causis, censeat mutationem esse admittendam, salva semper reo compensatione damnorum et expensarum, si qua debeatur. Libellus non censetur mutatus, si coarctelur aut mutetur probationis modus; si minuantur aut petitio aut accesoria petitionis; sl facti adiuncta in libello pridem posita ita illustrentur, compleantur aut emendentur, ut controversiae oblectum Idem remaneat; sl praeter rem petatur foenus; si In locum rei petatur pretium aut aliquid aequlvalens;

2. Index congruum tempus partibus praestituat probationibus proponendis et explendis; quod quidem poterit, instantibus partibus, arbitrio suo prorogare, dummodo ne lis, ultra quam aequum sit, protrahatur,

3. Possessor rei alienae desinit esse bonae fidei; quapropter damnatus rem restituere, non solum rem ipsam, sed et rei fructus a litis contestatae tempore restituere debet et damna praeterea resarcire, sl qua secuta
59 fuerint.;

Caput-IП—De litis instantia

Can. 254—Instantiae Initium fit citatione; finis autem omnibus modis, quibus ludkium terminatur, sed et antea instantia non solum interrumpi, verum etiam finiri potest sive peremptione sive renuntiatione.

Can. 255—Sl pan litigans moriatur aut statum mutet aut cesset ab officio cuius ratione agit:

1.· Causa nondum conclusa. Instantia interrumpitur, donec heres defuncti aut successor litem instauret;

2.· Causa conclusa, instantia non Interrumpitur, sed index procedere debet ad ulteriora, citato procuratore, sl adsit, secus defuncti herede vel successore.

Can. 256—Sl controverlatur culnam ex clericis litigantibus Ius sit ad beneficium et alter, lite pendente, moriatur, aut beneficio renuntiet, instantia non interrumpitur, sed contra superstitem eam prosequitur promoter lustitiae qui pro beneficii aut ecclesiae libertate dimicet, nisi beneficium sit liberae collationis Hlerarchae et hic praeferat causam ut victam superstiti adiudlcare.

Can. 237—Procuratore aut curatore a munere cessante, tamdiu interrupta manet instantia, quamdlu pars aut ll ad quos pertinet novum procuratorem vel curatorem nominaverint aut per se Ipsi ln posterum agere sc velle professi fuerint.

Can. 258—Si nullus actus processualis, quin aliquod obstet impedimentum, ponatur in tribunali primae Instantiae per annum aut in gradu appellationis per sex menses, instantia perimitur.

Can. 259—Peremptio obtinet ipso iure ct adversus omnes, minores quoque aliosve minoribus acqulparalos, eaque ex officio etiam declarari debet, salvo iure regressus ad indemnitatem adversus tutores, administratores, procuratores qui culpa sc caruisse non probaverint./ w

Can. 260—Peremptio exstinguit acta processus, non vero acta causae: Imo haec vim habere possunt etiam In alla instantia, dummodo ea inter easdem personas et super eadem re Intercedat; sed ad extraneos quod attinet, non aPam vim obtinent nisi documentorum.

Can. 261—In casu peremptionis, quas quisque ex litigatoribus fecerit, has ipse ferat expensas perempti iudldl.

Can. 262—§ 1. In quolibet statu et gradu Iudldl potest actor instantiae renuntiare; item tum actor tum reus possunt processus actis renuntiare sive omnibus sive nonnullis tantum.

§ 2. Renuntiatio ut valeat, peragenda est scripto, et a parte vel ab eius procuratore, speciali tamen mandato munito, debet subscribi, cum altera parte communicari, ab eaque acceptari, vel saltem non impugnari, ct a iudice admitti.

Can. 263—Renuntiatio a iudice admissa, pro actis quibus renuntiatum est, eosdem parit effectus ac peremptio instantiae; et obligat renuntiantem ad solvendas expensas actorum, quibus renuntiatum fuit.

Caput IV—De interrogationibus partibus in iudicio faciendis

Can. 264—§ 1. Index ad eruendam veritatem facti quod publice Interest ut extra dubium ponatur, debet partes interrogare,

5 2. In aliis casibus potest contendentes interrogare, etiam ex officio, vel ut illustretur probatio adducta vel ne iniustam ferat decisionem propter evidentem partium negligentiam vel dolum.

5 3. Interrogatio partium fieri a indicé potest in quovis stadio indicii ante conclusionem ln causa; post conclusionem in causa servetur praescriptum can. 385.

Can. 265—5 1. ludJcl legitime interroganti partes respondere debent et fateri veritatem, nisi agatur de delicto

I 2. Si pars legitime interrogata respondere recuset, quanti facien/da sit haec recusatio, utrum iusta sit, an 6l confessioni acquiparanda, necne, iudicis est aestimare.

I 3. Pars, quae respondere debet, si illegitime respondere recusaverit aut si postquam responderit mendax reperta fuerit, puniatur, ad tempus a iudice pro rerum adiunctis definiendum, remotione ab actibus legitimis coram Ecclesia; et si ante responsionem iusiurandum de veritate dicenda praestiterit, lalcus interdicto personali, clericus suspensione plectatur.

Can. 266—§ 1. Quoties bonum publicum in causa est, ludex debet Iusiurandum de veritate dicenda a partibus exigere; in aliis, potest pro sua prudentia.

§ 2. Post absolutas Interrogationes ludex potest ab eo qui praestitit iusiurandum de veritate dicenda exigere Iusiurandum de veritate dictorum sive circa omnes articulos sive circa aliquos tantum, quoties gravitas negotii aliave Iusta causa id postulare videatur; debet autem in causis. In quibus bonum publicum vertitur, si forte iusiurandum de veritate dicenda omissum sit.

Can. 267—§ 1. Tum actor tum reus, tum etiam promoter iustitiae ct defensor vinculi possunt iudici exhibere articulos, super quibus pars Interrogetur.

§ 2. In his articulis exarandis, admittendis et parti proponendis regulae cum proportione serventur quae In can. 295-304 statutae sunt.

Can. 268—Ad iusiurandum praestandum vel interrogationibus respondendum partes personaliter coram Iudice se sistere debent, exceptis Ils de quibus in can. 292, | 2, n. 1, 2.

Can- ajS.—Syn. Alexandrin. Coptorum, x. 1898, sect. III, cap. VI, tit. V,

Cax 15J—D u. I, IS-
J. t. 7«.
Cw 3M. ⅋ -D ⅋ «» ± r· ». r· 3- r· 10 ct U» C· 3» :6-
Ctn :57—C· 7. <1

Can. 359.—C. 3, I, 13. ii.
Can. 364.—D. xi, 1, r. xx, x, ax; C. 3. x, 9.
Can. 163.—D. xx, 1, 30. 1.
Can. 368.—C. 4, i, X3. 4.

Cuput V—De probationibus

Can. 269—Non Indigent probatione:

1.· Facta notoria;

2.· Quae ab ipsa lege praesumuntur;

3.· Facta ab uno cx contendentibus asserta et ab allero admissa, nisi a iure vel a iudice probatio nihilominus exigatur.

Can. 270—§ 1. Onus probandi Incumbit el qui asserit.

α f 2. Actore non probante, reus absolvitur. /

Can. 271—Probationes quae ad moras iudicio nectendas postulari videntur, ceu examen testis longe dissiti, aut cuius domicilium nescitur, vel cognitio documenti quod cito haberi non potest, ludex ne admittat, nisi hae probationes necessariae videantur quia ceterae deficiant aut satis non sint.

Art. 1. De confessione partium

Can. 272—Assertio dc aliquo facto, In scriptis aut ore ab una parte contra se ct pro adversario coram iudice, sive sponte» sive iudice interrogante peracta, dicitur confessio iudiclalis.

Can. 273—Si agatur de negotio aliquo privato et in causa non sit bonum publicum, confessio iudicialis unius partis, dummodo libere et considerate facta, relevat alteram ab onere probandi.

Can. 274—Pars, aliquid confessa in iudicio, non potest contra confessionem suam venire, nisi aut ex continenti hoc faciat, aut probet confessionem ipsam vel carere condicionibus In can. 273 expressis vel errori facti esse adscrlbendam.

Can. 275—Confessio sive scriptis, sive ore, ipslmet adversario aut aliis extra ludicium facta, dicitur extraiudicialis: eaque in iudicium deducta, iudicls est, perpensis omnibus adiunctis, aestimare quanti facienda sit.

Art. II. De testibus et attestationibus

Can. 276—Probatio per testes in quibuslibet causis admittitur, sub iudicis tamen moderatione, secundum mo-
63 dum praefinitum in canonibus qui sequuntur./

Can. 277—§ 1. Testes iudici legitime interroganti respondere et veritatem fateri debent.

§ 2. Salvo praescripto can. 279, § 3, n. 2, ab hac obligatione eximuntur.

1.· Parochi aliique sacerdotes quod attinet ad ea quae Ipsis manifestata sunt ratione sacri ministerii extra sacramentalem confessionem; civitatum magistratus, medici, obstetrices, advocati, notarii aliique qui ad secretum officii etiam ratione praestiti consilii tenentur, quod attinet ad negotia huic secreto obnoxia;

2.® Qui ex testificatione sua sibi vel coniugl vel consanguineis vel affinibus in quolibet gradu lineae rectae et ln secundo gradu lineae obliquae, infamiam, periculosis vexationes, aliave mala valde gravia obventura timent.

J 3. Testes iudici legitime interroganti scienter falsum affirmantes aut verum occultantes puniantur ad normam can. 265, § 3; eademque poena mulctentur omnes, qui testem vel peritum donis, pollicitationibus aut alio quovis modo Inducere praesumpserint ad falsum testimonium dicendum aut ad veritatem occultandam.

1—Q ui testes esse possint

Can. 278—Omnes possunt esse testes, nisi expresse a iure repellantur vel in totum vel ex parte.

Dt ρτΛαϋϋτΜιιΐ.—Syn. Alexandrin. Copiorum, a. xS^S, sert. HI, cap. VI Lt V, *ut* IV,

Cia. J70-—D. a:, 3. 19 et zx in fine; C. 4, *19. 2* et 25.

I i.—D. 22, 3, r, C. 4, 20, *r.* Basilic. 21, x, 31.

I *t*—D. so, 17, 125; C. 8. 33 (36) 9 Pr-

Ox 272—D. 48. x8, x. 27.

Qa. 273.-D. 43, 2, x et 6; 42, a, 3 et 4; C. 7, 59-

ua. 274.—D. 9, 3, 23. xx et 24, 25 ct 26; 43, *2, 2,* Basilic. 60, 3, 23.11-26.

Caa. 376.—Syn. prov. Alba-Iulicn. et Fagarasien. Rumenonun a. xSSa, tt V.cap II, j 26-40.—D. 23, 5, 1; 4. 19. 25; 4. 2X, X5Î Basilic. 22, 1, 74-01X77 I 1—G 4, 21, 32. 3-

J 2, x·.—Syn. Carthaglnca., a. 419, can. 62.

*77 i 3-~£>· 22. 5. 16; C. 4. 20, xj et X4 in fine.

€ 37S.—S. C. S. Off (Constantinop.), 2 apr. XS73, n. x.—D. 22, 5, xB; xx. 5.11. r. Baulk. 21, x, 17.

Con. 279—§ 1. Ut non idonei repelluntur a testimonio ferendo impuberes ct mente debiles.

§ 2. Ut suspecti:

1.® Excommunlcatl, periurll, infames, post sententiam declaratorlam vel condcmnatoriam;

2.® Qui ita abiectis sunt moribus ut fide digni non habeantur;

3.® Publici gravesque partis Inimici.

§ 3. Ut incapaces:

L® Qui partes sunt in causa, aut partium vice funguntur, vcluti tutor in causa pupilli. Superior aut administrator in causa suae communitatis aut piae causae, cuius nomine in Iudicio consistit, iudex eiusve assistentes, advocatus allique qui partibus in eadem causa assistunt vel astiterunt;

2.® Sacerdotes, quod attinet ad ea omnia quae ipsis cx confessione sacramenta!i innotuerunt, etsi a vinculo sigilli soluti sint; imo audita a quovis et quoquo modo occasione confessionis ne ut indicium quidem veritatis recipi possunt, / 64

3.® Coniux in causa sui conlugis, consanguineus et affinis in causa consanguinei vel affinis, ln quolibet gradu lineae rectae et in secundo gradu lineae obliquae, nisi agatur de causis quae ad statum civilem aut canonicum personae spectant, cuius notitia aliunde haberi nequeat, et bonum publicum exigat ut habeatur.

Can. 280—Non idonei et suspecti audiri poterunt ex decreto iudicis, quo id expedire declaretur; sea eorum testimonium valebit tantummodo ut indicium et probationis adminiculum, et regulariter iniurati audiantur.

2.—A quibus, quomodo, et quot testes induci ct qui excludi possint

Can. 281—§ 1. Testes a partibus inducuntur.

§ 2. Possunt etiam induci a promotore iustitiae et defensore vinculi, sl id ad causam intersit.

§ 3. Sed ipse iudex, quoties agitur de minoribus aliisve qui minoribus aequiparantur, et generatim quoties publicum bonum id exigit, potest testes cx officio inducere; itemque in casu de quo in can. 134, § 1.

§ 4. Pars, quae testem induxit, potest eius examini rcnunciare; sed adversarius postulare potest ut, hac non obstante renuntiatione, testis examini subiiciatur.

Can. 282—§ 1. Si quis sponte comparcat testimonii reddendi gratia, iudex poterit cius testimonium admittere vel repellere prout expedire censucrit.

§ 2. Debet autem testem, qui se sponte obtulerit, repellere cum comparere sibi videatur moras iudicio nectendi causa vel iustitiae ct veritati quoquo modo officiendi.

Can. 283—§ 1. Cum probatio per testes postulatur, eorum nomina et domicilium tribunali indicentur; praeterea exhibeantur articuli argumentorum super quibus testes sint interrogandi.

§ 2. Si ne intra diem quidem peremptorium a iudice praestitutum, obtemperatum fuerit, postulatio deserta censetur.

Can. 281—Iudici lus ct obligatio est nimiam multitudinem testium refrenandi./

Can. 285—Partes debent sibi invicem nota facere testium nomina antequam eorum examen inchoëtur, aut, si Id, prudenti iudicis existimatione, fieri sine gravi difficultate nequeat, saltem ante testimoniorum publicationem.

Can. 286—§ 1. Testes debent ex officio excludi, si iudici liquido constet eos a testimonio ferendo prohiberi, salvo praescripto can. 280.

§ 2. Ast etiam, postulante adversario, testes excludendi sunt, si iusta exclusionis causa demonstretur, quae exclusio dicitur *reprobatio personae testis.*

§ 3. Pars nequit reprobare personam testis quem ipsa

Can. 379.—D. 22, 5. 3- 5-

§ x.—Syn. Carthaginem, a. 419, can. X32.—D. 33, 5, 6 et zo.

5 2.—D. 22. 5. 20.

§ , 1·.—S. Nicolaus I, UtL *ffmvfvi çviJrm, :* $65: *eQttiJ anUmt.*—Canones Apostolorum, 75-

5 3, 3 —D. x. 9, r. 22. 5. X5 et sx pr.

Î 3, 3·.—Syn. Carthaçinen.. a. 419. c<n 132.—D. ɨ· 5. 23: N®»· 90. 7-

i 3. x®.—D. 32. 5, 10 et ij; C. 4, 20, xx pr.

i 3» 3··—D· 23. 5. 4 et 34.

Can. zSx 5 x.—Nov. 90, 3; D. 33, 5, xx.

Can. 3S4.—D. 32, 5, x. ɨ Nov. 90. 4.

Can. zS6 $ 2.—Nov. 90. 7.

I 3 —C. 4. 20, X7.

Induxit, nisi nova reprobationis causa supervenerit; potest autem élus dicta reprobare.

f 4. Reprobatio testis fieri debet intra triduum postquam testium nomina cum parte communicata fuerint, nec postea facta admittatur, nisi pars demonstret vel saltem loramento affirmet defectum testis antea sibi notum non fuisse.

f 5. Iudex autem reprobationis discussionem In finem litis reservet, nisi contra testem stet praesumptio iuris, aut defectus sit notorius vel statim ac facile probari possit vel postea probari nequeat

Can. 287—Citatio testium fit ministerio indicis, decreto Interveniente, et intimanda est testibus ad normam canonum 237-245.

Can. 288—4 1. Testis rite citatus parere debet aut causam suae absentiae Iudlcl notam facere.

j 2. Testis inobedlens, qui nempe sine legitima causa non comparait, aut, etsi comparait, renuit respondere vel luslurandum praestare vel attestationi subscribere, a Judice potest congruis poenis coércerl et insuper muletari pro rata damni quod ex eius inobedientia partibus obven iat.

3— De iureiurando testium

Can. 289—4 1. Testis, antequam testimonium edat, iusiurandum praestare debet de tota ac sola veritate dicenda, salvo praescripto can. 230.

f 2. Partes earamve procuratores praestationi iurisiurandi testium assistere possunt, salvo praescripto ca-
66 nonis 285./

f 3. Testibus, si de iure partium mere privato agatur, poterit iusiurandum, partibus consentientibus, remitti.

I 4. Sed etiam cum luslurandum o teste non exigitur, Iudex testem commonefaciat gravis obligationis, qua semper tenetur, veritatem dicendi.

Can. 290—Testes, tametsi luslurandum praestiterint de veritate dicenda, poterant nihilominus pro prudenti Judicis arbitrio, absoluto examine, adigi ad iusiurandum de veritate dictorum praestandum sive circa omnes articulos sive circa aliquos tantum, quoties gravitas negotii et editae testificationis adiuncta id postulare videntur.

Can. 291—Testes adigi etiam iureiurando possunt ad secretum servandum circa propositas interrogationes dataque responsa, usque dum acta et allegata publici iuris flant; imo etiam perpetuo ad normam can. 138, f 3.

4—De testium examine

Can. 292—J 1. Testes sunt examini sublidendi in ipsa tribunalis sede.

f 2. Ab hac generali regula excipiuntur.

1.· S. R. E. Cardinales et Patriarchae, Episcopi et personae Illustres quae suae civitatis Iure eximuntur ab obligatione comparendi coram iudice testificandi causa; ii omnes eligere ipsi possunt locum ubi testlflcentur, de quo indicem certiorem facere debent;

2.· Qui morbo aliove corporis vel animi impedimento aut condicione vitae, uti moniales, tribunalis sedem adire nequeunt; il domi audiendi sunt;

3.· Qui extra eparchlam degentes, ad tribunalis sedem accedere sine gravi Incommodo nequeunt; II audiendi sunt a tribunali loci in quo commorantur ad nonnam canonis 34, secundum Interrogationes et Instructiones a causae Iudice transmissas;

4.· Qui In eparchia quidem commorantur, sed In loch Ita dissitis a tribunalis sede, ut sine gravibus impensis vel gravi Incommodo tribunalis sedem adire non possint. Hoc In casu Iudex, nisi Ipse sine gravibus Impensis testes commode adire possit, debet propiorem aliquem sacerdotem dignum et idoneum designare, ut cum assistentia alicuius. qui actuarii munere fungatur, examen horum testium perficiat, transmissis pariter eidem Interrogationibus
67 faciendis, datisque opportunis instructionibus. /

Can. 293—Examini testium partes assistere nequeunt, nisi iudex eas admittendas censueriL

Can jJ7—S. G S. Off. iaitr. (ad Ep. Rituara Orient), a. tMj. tit. II, xt 9
Cia iM 1 1 -D. XJ. 5. β; C 4, xo, 15. 7-
Cia. xVj f : —C. 4, ». 9 «t :6-
(4,1 J x—S. C S. Off, instr, (ad Ep. Rltcurn Or.-nL). a. xMj, tit 111. n. 15.
I 1. x·.—G 1. J, *T.* 4. ». K Nwr. 1x3. 7.
I i. 11,
ŒL six » a ɪ. ⁵ "—d > 6 _ '/°· 5

Can. 294—§ 1. Testes seorsum singuli examinandi sunt.

§ 2. Prudenti tamen ludicls nrbltrio relinquitur post edita testimonia testes inter se aut cum parte conferre, seu comparare.

f 3. Id autem fieri poterit si haec omnia simul concurrant:

1.· Si testes inter se aut cum parte In re gravi et causae substantiam attingente dissentiant;

2.· Sl nulla alia facilior ad veritatem detegendam suppetat via;

3.· Sl scandali vel dissidiorum periculum non sit ex collatione pertimescendum.

Can. 295—§ 1. Examen fit a iudice, vel ab eius delegato aut auditore, cui assistat oportet notarius.

J 2. In examine interrogationes non ab alio quam a indice vel ab eo qui ludicls locum tenet, testibus deferendae sunt. Quapropter sl partes, vel promotor iustltlae, vel defensor vinculi examini Intersint ct novas interrogationes testi faciendas habeant, has non testi, sed iudlcl vel eius locum tenenti proponere debent, ut ens ipse deferat

Can. 296—Testis primo interrogari debet non modo de generalibus personae adiunctis: de nomine, cognomine, origine, aetate, religione, condicione, domicilio, sed etiam quàe ipsi cum partibus in causa sit necessitudo; deinde deferendae sunt interrogationes quae causam ipsam respiciunt et sciscitandum unde et quomodo ea quae asserit, habeat cognita.

Can. 297—Interrogationes breves sunto, non plura simul complectentes, non captiosae, non subdolae, non suggerentes responsionem, remotae a cuiusvis offensione et pertinentes ad causam quae agitur.

Can. 298—| 1. Interrogationes non sunt cum testibus antea communicandae.

f 2. Attamen si ea quae testificanda sunt Ita a memoria sint remota, ut nisi prius recolantur, certo affirmari nequeant, poterit iudex nonnulla testem praemonere, si id sine periculo fieri posse censeat. / 6!

Can. 299—Testes ore testimonium dicant, et scriptum ne legant, nisi de calculo et rationibus agatur; tunc enim adnotationes, quas secum attulerunt, poterunt consulere.

Can. 300—Responsio ex continenti redigenda est scripto ab actuario non solum quod attinet ad substantiam, sed etiam ad ipsa editi testimonii verba, nisi Iudex, attenta causae exiguitate, satis habeat unam depositionis substantiam referri.

Can. 301—SI testis sit surdus, mutus, vel surdus et mutus, interrogationes vel responsiones vel utraeque scripto fieri possunt, nisi Iudex interpretis opera uti malit.

Can. 302—Actuarius In actis mentionem faciat de praestito, remisso aut recusato Iureiurando, de partium aliorumque praesentia, de interrogationibus ex officio additis deque ceteris omnibus memoria dignis quae forte acciderint. cum testes excutiebantur.

Can. 303—} 1. Testi, antequam ab auditorio discedat, debent legi quae actuarius de lis quae Ipse viva voce testatus est, scripto redegit, data eidem testi facultate addendi, supprimendi, corrigendi, variandi.

$ 2. Denique actui subscribere debent testis, iudex et notarius.

Can. 304—Testes, quamvis lam excussi, poterunt, parte postulante aut ex officio, antequam acta seu testimonia publici luris fiant, denuo ad examen vocari, si iudex id necessarium vel utile ducat, dummodo tamen omnis collusionis vel corruptelae absit periculum.

5—De testimoniorum cvulgatione eorumque reprobatione

Can. 305—J 1. Cum partes aut earum procuratores examini non Interfuerunt, testimonia post absolutum omnium testium examen poterunt, decrcto iudicis, statim evulgari. / 69

Can. .-04 i x.—S. C. S. OIL, instr a. xBjS. instr. (ad Ep. Rituum Onent). a. t &Sj, tit III, n. xj.
Can. 195.—D. *23.* 5, 3.
1 x.—S. C S. Off, instr. (ad Ep. Rituum Orient), a. xMj, Üt III. a. xj; instr, so iuL x8^o.
Can. 596.—D. *22,* 5, 3. pr.
Can. 303 f x.—S. C. S. OH., irxstr. (ad Ep. Rituum Orient), a. xSSj» Ut III, n. X4-
J x—S. C. S. OH.. instr. a. iBji; instr, (ad Ep. Rituum Orient), a. ɟ̃3 Ut. HI, n. 14.

f 2. Sed poterit Iudex differre testimoniorum evulgalloncm In tempus quo cetera probationum capitula fuerint absoluta, sl id c re existimet, firmo can. 382.

Can. 30C—Post testimoniorum evulgat Ionem:

1.· Cessat Ius reprobandi testis personam, excepto usu de quo In can. 286, f 4;

2.· Sed est Ius reprobandi testes sive quod attinet ad modum examinis, cum obliduntur regulae luris In examine peragendo neglectae, sive quod attinet ad testificationes Ipsas, cum testimonia arguuntur de falso aut de variatione, contradictione, obscuritate, defectu scientiae et similibus.

Can. 307—Reprobationem Iudex decreto suo rcllclat, sl eam futili Inniti fundamento aut ad retardandum lididura factam animadvertat.

Can. 308—SI ludlcium reprobationis admittatur, iudex brevem terminum parti postulanti praestituat ad probandam reprobationem, ct deinde procedat uti in aliis incidentibus causis.

Can. 309—Post evulgata testimonia, testes lam auditi denuo super iisdem articulis ne interrogentur, neque novi testes admittantur, nisi caute et ex gravi ratione in causis quae nunquam transeunt in rem Indicatam; ex gravissima ratione in ceteris; ct In quolibet casu omni fraudis et subomationis periculo remoto ct audita altera parte; quae omnia iudex decreto suo definiat.

6—De indemnitate testium

Can. 310—§ 1. Testis ius habet ad petendam compensationem impensarum, quas sustinuerit ratione itineris rt commorationis In loco iudlcil, ct ad congruam indemnitatem pro interruptione sui negotii vel operis.

j 2. ludicls est, auditis parte ac teste, ct, si opus sit, etiam peritis, taxare indemnitatem ct impensas testi sol-
:a vendas./

Can. 311—Si Intra peremptorium terminum a iudice praestitutum congrua pecuniae quantitas vel cautio ad normam can. 436, § 2, ab eo qui testes inducere vult deposita non sit, Is testium examini renuntiasse censeatur.

7—De testimoniorum fide

Can. 312—In aestimandis testimoniis iudex, requisitis, d opus sit, testimonialibus litteris, ante oculos nabeat:

1.· Quae condicio sit personae, quaeve honestas et in aliqua dignitate testis praefulgeat;

2.· Utrum de scientia propria, praesertim de visu et auditu proprio testlficctur, an de sua opinione, de fama, aut de auditu ab aliis;

3.· Utrum testis constans sit et firmiter sibi cohaereat; an varius, Incertus, vel vacillans;

4.· Denique utrum testimonii contestes habeat, an sit singularis.

Can. 313—Si testes inter se discrepent, iudex perpendat utrum testimonia Inter se adversentur, an sint dumtaxat diversa vel mutuo adiuventur ct compleantur.

Can. 314—$ 1. Unius testis depositio plenam fidem non facit, nisi sit testis qualificatus qui deponat de rebus ex officio gestis.

f 2. Sl sub iuramenti fide duae vel tres personae, omni exceptione maiores, sibi firmiter cohaerentes, de aliqua re vel facto in iudicio testiflcentur de scientia propria, sufficiens probatio habetur; nisi in aliqua causa iudex ob nuxlmam negotii gravitatem, vel ob Indicia quae aliquod dubium de veritate rei assertae ingerunt, necessariam censeat pleniorem probationem.

Art. III. De peritis

Can. 315—Peritorum opera utendum est quoties ex luris vel ludicls praescripto eorum examen ct ludlcium requiritur ad factum aliquod comprobandum vel ad ve-
'I rm alicuius rei naturam dignoscendam./

€ μα.—G 4, S0, 11 et x6 in fine, 7. &
jix—S. u S. Off., instr, (ad Ep. Rituum Orient.), a. X883, UL III, t it-D. n, j, j pr. x-2-3; a>r 5, a et 13; Nov. 90, x. pr.
Cu. »13.—D. *32,* 5, ***21.*** 3; Nov. 90, 3 in fine.
Cn. 314—-Syn. Nicaen. J, a. 325, can. ***2.***—Canones Apostolorum, 75·
J i.—Syn. Carüu^incû., a. 419, can. 133.—D. 48, 18, ***20;*** C. 4, 20, 9.
i 2—D. *22,* 5, xa et xi. 3; C. 4, 20, 18.
D» fmhr—Syn. prov. AJba-Iulien. et Fagarasien. Rumenonun, a. 1882, ttV.up.II, Hi, 42
Caa 313.—S. C. S. Off., instr, a. 1858; instr, (ad Ep. Rituum Orient), t 1ÎÎ3. ÜL VI, art 5.—D. 10, x, 8; 25, 4, I.

Can. 316—§ 1. ludicls est peritos designare.

§ 2. Hanc designationem In causis mere privatis Iudex facere potest rogatu utriusque partis vel etiam alterutrius, altera tamen consentiente; In causis vero bonum publicum respicientibus, audito promotorc Justitiae aut vinculi defensore.

§ 3. Prudenti ludicls arbitrio relinquitur unum pluresve peritos designare pro causae natura et rel difficultate; dummodo ne sint pauciores numero Ipsa lege constituto.

Can. 317—Peritorum est peritiam suam ad veritatis et lustitlae leges exigere, neque falsum affirmando neque verum occultando; in quo si deliquerint, puniantur ad normam can. 265, § 3.

Can. 318—§ 1. Ad periti munus, ceteris paribus, deligantur, qui competentis magistratus auctoritate idonei fuerint comprobati.

§ 2. Ad periti munus assumi nequeunt:

1.® Minores;

2.® Qui a testimonio ferendo excluduntur ad normam can. 279;

3.® Qui testes in eodem iudicio fuerunt vel futuri sint.

4.® Qui In adiunctis inveniuntur de quibus in canonibus 35, 128, § 1.

Can. 319—f 1. Possunt periti cum ob causas quibus testes, tum ob aliam iustam causam recusari.

5 2. Iudex suo decreto edicat utrum sit admittenda recusatio, necne, et, recusatione admissa, in locum periti recusati alium sufficiat.

Can. 320—§ 1. Periti demandatum munus suscipere censentur praestatione lurisiurandi de munere fideliter implendo.

§ 2. Partes non solum Intéressé possunt iurisiurandi praestationi, sed etiam exsecutioni muneris perito demandati, nisi aliud rei natura vel honestas exigat aut lex vel iudex statuat.

Can. 321—Post iusiurandum praestitum, si periti intra praefinitum tempus mandato non paruerint aut sine iusta causa exsecutionem defugiant, tenentur damnorum./ 72

Can. 322—§ 1. Iudex, attentis iis quae a litigantibus forte deducantur, omnia et singula capita decreto suo definiat circa quae periti opera versari debeat.

§ 2. Tempus intra quod examen perficiendum est et ludlcium proferendum, si necessarium vel opportunum iudici videatur, potest ab ipso iudice praefiniri et etiam, auditis partibus, prorogari.

Can. 323—§ 1. Si dubitetur quis scriptum aliquod exaraverit, iudex, praeter scripturam quaestioni obnoxiam, assignet peritis, proponentibus partibus, scripturas cum quibus illa comparari seu conferri debeat.

§ 2. Si de scripturis, quae sint inter se comparandae, partes dissentiant, Iudex seligat, comparationis gratia, eas, quas pars ipsa alias recognovit, aut quas qui accusatur auctor scripturae controversae, scripsit ut persona publica et in archivis aut alio publico tabulario custodiuntur; aut eius subscriptiones quas ex fide notarii vel personae publicae constet coram ipsis fuisse exaratas.

§ 3. Quod sl scripturae a partibus et a iudice pro comparatione designatae, peritorum Iudicio, investigationi non sufficiant iudex, cum cui scruptura controversa tribuitur, ad Instantiam partis aut etiam ex officio citet, ut manu propria coram iudice vel eius delegato scribat quidquid periti, iudex ipse, ciusve delegatus dictaturi sint.

§ 4. Qui scribere recusat, non probata legitima recusandi causa, perinde habetur ac si controversam scripturam suam esse confiteatur.

Can. 324—§ 1. Periti indicium suum vel in scriptis proferre possunt, vel ore coram iudice; sed si ore proferatur, statim in scriptis redigi debet a notario et a peritis subscribi.

§ 2. Peritus autem, praesertim si sententiam suam, in scriptis protulerit, accersiri potest a Iudice ut explicationes, quae ulterius necessariae videantur, suppeditet

£ 3. Periti debent Indicare perspicue qua via et ratione processerint in explendo munere sibi demandato et quibus potissimum argumentis conclusiones ab ipsis prolatae nitantur.

Can. 325—Periti suam quisque relationem α celeris di stinctam conficiant, nisi, lege non contradicente, iudex unam a singulis subscribendam fieri iubcat; quod si flat,

Grn. 323.—G 4, tl, 16 et χο Nov. 75-

sententiarum discrimina, si qua fuerint, diligenter ndnotentur,/ 73

Cam 326—{ L Si periti inter se discrepent, licet iudid aut peritloris suffragium super relatis a primis peritis exquirere aut novos de integro peritos adhibere.

f 2. Idem potest iudex quoties periti post designationem in suspicionem inciderint vel impares atque non idonei muneri reperti fuerint.

Can. 327—J L Index non peritorum tantum conclusiones, etsi concordes, sed cetera quoque causae adiuncta attente perpendat

f 2. Cum reddit rationes decidendi, exprimere debet quibus motus argumentis peritorum conclusiones aut admiserit aut reieceriL

Can. 328—Peritorum expensas et honoraria iudex, receptam uniuscuiusque loci consuetudinem ante oculos habens, ex bono et aequo taxare debet, salvo iure recursus ad normam can. 440, *ξ L*

Arf. *IV. De accessu et recognitione iudiciali*

Can. 329—j 1. Si ad controversiae locum index accedere atque ipsam rem controversam inspicere necessarium existimet, decreto id praestituat, quo ea quae In accessu praestanda sint, auditis partibus, summatim describat.

f 2. Sl iudex lussent ut pars vel tertius rem tribunali exhiberet, parte vel tertio recusante, servetur praescriptum can. 347 de parte recusante.

Can. 330—Iudex recognitionem peragere potest vel ipse per se vel per auditorem aut indicem delegatum.

Can. 331—5 1. Iudex, rem vel locum recognoscens, peritos adhibere potest, si ipsorum opera necessaria vel utilis videatur.

î 2. Sl periti adhibeantur, serventur, quantum fieri potest, quae praescripta sunt can. 316-328./ 74

Can. 332—Si iurgii vel perturbationis periculum pertimescendum ludici videatur, poterii ipse prohibere ne partes vel carum advocati iudiciali recognitioni intersint.

Can. 333—Iudex testes, vel ex officio accitos vel a partibus ante recognitionem rite productos, potest in ipso iudiciali accessu examini subiicere, si id expedire videatur ad pleniorem probationem aut ad removenda dubia ob quae recognitio decerni debuit.

Can. 334—J 1. Notarius diligenter curet ut constet ex actis quo die el bora recognitio facta sit, quae personae interfuerint, quae, recognitione durante, aut dicta aut peracta aut a iudice decreta sint.

J 2. Peractae recognitionis instrumenta tum iudex tum notarius subscribant

Art. V. *De probatione per documenta*

1—De natura et fide documentorum

Can. 335—In quolibet iudicii genere admittitur probatio per documenta tum publica tum privata.

Can. 336—| 1. Praecipua documenta publica ecclesiastica haec sunt

1. Acta Summi Pontificis el Curiae Romanae et HIerarchannn in exercitio suorum munerum authentica forma exarata, itemque attestationes authenticae de iisdem actibus datae ab illis vel ab eorum notariis;

2.· instrumenta a notariis ecclesiasticis confecta;

X Acta iudldalia ecclesiastica;

4.· Inscriptiones eollati sacramenti baptismi, chrismatis. ordinationis, professionis religiosae, matrimonii, mortis, quae habentur In regestis curiae vel paroeciae vel religionis, el attestationes scriptae ex iisdem desumptae et a parochis vel ab Hicrarchls vel a notariis ecclesiasticis confectae aut eanim exemplaria authentica.

f X Documenta publica civilia ea sunt quae secundum uniuscuiusque loci leges talia iure censentur

I 3 Litterae, contractus, testamenta et scripta quaelibet a privatis confecta, privatorum documentorum numero habentur,/ 75

Can. 337—Documenta publica sive ecclesiastica live civilia genuina praesumuntur, donec contrarium evideatibus argumentis evincatur.

Can. 338—Recognitio aut Impugnatio scripturae proponi potest in Iudicio tum Incidcntcr, tum nd modon causae principalis.

Can. 339—Documenta publica fidem faciunt de iii quae directe et principaliter In eisdem affirmantur.

Can. 340—Documentum privntum, sive agnitum i parte sive recognitum a iudice, eandem probandi via nabet adversus auctorem vel subscriptorem ct causam ab Hs habentes, ac confessio extra Judicium facta; sed per se non habet vim probandi adversus extraneos.

Can. 341—Si abrasa, correcta, interpolata aliove vitio documenta infecta demonstrentur, ludlcis est aestimare an et quanti hulusmodi documenta facienda sint.

2—De productione documentorum et actione ad exhibendum

Can. 342—Documenta vim probandi In Iudicio non habent, nisi originalia sint aut In exemplari authentico exhibita et penes tribunalis cancellarium deposita, exceptis documentis quae publici luris sunt, ceu leges rite promulgatae.

Con. 343—Documenta in forma authentica sunt exhibenda et in iudicio deponenda, ut a iudice et ab adversario examinari possint.

Can. 344—Si dubium excitetur utrum fideliter exscriptum sit exemplar, an non, iudex ad instantiam partis vel etiam ex officio decernere potest, ut ipsum documentum exhibeatur, unde exemplar est desumptum. / 74

5 2. Si id fieri aut minime aut valde difficulter possit, iudex potest auditorem delegare aut loci Hierarcham rogare pro examine et collatione documenti, praescribens quibus de articulis ct quemadmodum fieri debeat collatio; collationi vero partes assistere possunt.

Can. 345—Documenta communia quaeve de communi agunt negotio, ut testamenta ct Instrumenta quae respiciunt successiones, bonorum partitiones, contractus allaque hulusmodi de quibus lis est inter partes, quilibet ex litigantibus potest postulare ut in iure exhibeantur ab ea parte quae illa possidere dicitur.

Can. 346—§ 1. Nemo tamen exhibere debet documenta etsi communia, quae communicari nequeunt sine periculo damni ad normam can. 277, § 2, n. 2, aut sine periculo violationis secreti servandL

§ 2. Attamen si qua saltem documenti particula, quam produci intersit, describi possit, et in exemplari exhiberi sine memoratis incommodis, iudex decernere potest ut eadem exhibeatur.

Can. 347—| 1. SI pars exhibere recuset documentum de iure producendum, quod ipsa fertur possidere, iudex, altera parte postulante vel etiam ex officio, auditoque, si opus sit, promotore iustitiae vel vinculi defensore, ad nonnam can. 364 decernat, an et quomodo eiusdem documenti exhibitio facienda sit.

5 2. Parte parere recusante, iudicis est aestimare quanti haec recusatio facienda sit.

§ 3. Quod si pars documentum apud se esse neget, iudex poterit eam examini sublicere ct ad iuslurandum de ea re praestandum adigere.

Art. VI. De praesumptionibus

Can. 348—j 1. Praesumptio est rei incertae probabilis coniectura; eaque alia est iuris, quae ab ipsa lege statuitur, alia hominis, quae a iudice conilcilur.

§ 2. Praesumptio iuris alia est Iuris simpliciter, alia iuris et de iure. /

Can. 349—Contra praesumptionem iuris simpliciter admittitur probatio tum directa tum indirecta; contra prao-

D< Auruv *A* ikïtdxli —Syn. prov. Alba-luHm. et Fs^insien k-.r-xTflrsE. a. xIli. üt V, ṕ. II, I 43-

f ftr —Syn. prov. Aïba-tulten. et Façxrasaen. Risxtrren, * iSSl. Ut V, cap. Ï1, | 44.47.—Hov. 73.

Can m - D ». 4. U C. 4, <9. 4 «t «S 75, 4 et 5.

Cin. 339.—D. 22, 3, xo; C. 4. 20, 15. 6; *7,* 52, 6.
Can. 340.-C. 4, 19. 5. 6. 7.
Can. 341.—D. 22, 3, 24; C- 4, 19· 24-
Can. 341—D. 2, 13, xx; 22, 4, 3.
Can. 343 —Basilic. 7, x8, 20.
Can. 345 —Basilic- 7. 18. 20.
Can. 346.—D. 2, 13, to- x; C. 4, ax, aa.
Can. 347—D. 49. 14. 2- ir, C. a, x, *r,* 4, ar, 22.
De —Syn. prov. Alba-Iuliexu et Façsrasien. ram, x t83a, tit. V, cap. II, 5 50, 51.
Can. 348.—Basilic. aa, x, 24.
Can. 349-—D. 4, a. 33 pr.

sumptionem luris ct dc Iure, tantum indirecta, hoc est contra factum quod est praesumptionis fundamentum.

Can. 350—Qui habet pro se iuris praesumptionem, liberatur ab onere probandi, quod recidit in partem advenam.

Can. 351—Praesumptiones, quae non statuuntur a Iure, iudex ne conliciat, nisi ex facto certo el determinato, quod cum eo, de quo controversia est, directe cohaereat.

Ar/. *VJL De lureiurando partium*

Can. 352—SI habeatur semiplena tantum probatio nec alia probationis adjumenta iam supersint, iudex aut iubcat aut admittat Iusiurandum *suppletorium* ad probationes supplendas.

Can. 353—§ 1. Judicis est decreto definire an et mundo adiuncta concurrant, cur iusiurandum suppletorium deferri debeat.

f 2. Defertur sive ex officio, sive ad instantiam partis.

I 3. Regulariter deferatur ei qui pleniores habet probationes.

Can. 354—§ 1. lureiurando suppletorio abstineat iudex, sl de Iure vel re magni pretii agatur aut de facto nimii momenti, aut si ius, res, factum non sit proprium personie cui Iusiurandum esset deferendum.

j 2. Huic iuriiurando maxime locus est cum adiuncta, quae civilem vel religiosum personae statum respiciunt, aliter comperiri nequeunt.

Can. 355—§ 1. Pars cui iusiurandum suppletorium defertur in rebus quae ad eius statum civilem vel religiosum non pertinent, potest ex lusta causa illud recusare vel in
3 adversarium referre./

} 2. Quanti autem haec recusatio facienda sit, utrum rasta sit, an potius confessioni aequiparanda, iudicis est aestimare.

l 3. Iusiurandum suppletorium, ab una parte praestitum, potest ab altera impugnari.

Can, 356—Si de iure ad damni reparationem constet, sed quantitas damni aestimari certe non possit, iudex potest parti quae damnum passa est, iusiurandum *aestimaliriam* deferre.

Can. 357—In deferendo lureiurando aestimatorio:

1.· Iudex a parte, quae damnum passa est, petat ut sub iurisiurandi sanctitate designet res sibi ablatas vel dolo perditas, earumque pretium secundum probabilem suam aestimationem exprimat;

2.· Sl taxatio iudlcl nimia videatur, eam ad aequitatem reducat, ante oculos habens omnia indicia et argumenta usu comprobata, adhibitis etiam, si opus sit, peritis, quo magis veritati et iustitiae consulatur.

Can. 358—Non solum ante inltam litem partes convenire possunt ut controversia per iusiurandum ab alterutra praestandum transigendo dirimatur, sed pendente quoque lite et in quolibet eius momento et statu, altera pars potest, Iudice probante, alteri iusiurandum *decisorium* deferre, ea condicione ut quaestio sive principalis sive incid<ns, secundum iusiurandum decisa habeatur.

Can. 359—Decisorium iusiurandum deferri nequit, nisi:

!.· De re, in qua cessio et transactio admittitur, et quae pro litigantium personis non sit nimii momenti seu pretii;

2.· Ab eo qui cedere aut transigere potest;

3.· Ei. erui cedere vel transigere valet, quique pariter pro se non habet plenam probationem;

L· De mera notitia facti aut de facto, quod propriam sit illius, cui iusiurandum defertur.

Can. 360—1 1. Hoc iusiurandum potest a parte, a qua delatum est, revocari quousque praestitum non fuerit, et ab altera parte acceptari et praestari, vel minus, aut referri in adversarium.

§ 2. Praestito lureiurando, quaestio secundum iuratam formulam finita est, perinde ac si cessio aut transactio ludicialis Intercessisset./

§ 3. Si Iusiurandum recusetur nec referatur in adversarium, iudicis est aestimare quanti facienda sit recusatio, utrum justis innitatur causis an potius confessioni sit aequiparanda.

§ 4. Si in adversarium referatur, hic debet illud praestare, secus causa cadit.

§ 5. Ut Iusiurandum in adversarium referri possit, eaedem illae concurrant condiciones necesse est, quae ad illud deferendum requiruntur, atque idem intercedat iudicis ministerium.

Caput VI—De causis incidentibus

Can. 361—Causa incidens habetur, quoties, incepto saltem per citationem iudicio, ab una ex partibus aut a promotore iustitiae vel vinculi defensore, si iudicio Intersint, quaestio proponitur quae, tametsi libello, quo lis introducitur, non contineatur expresse, nihilominus ita ad causam pertinet ut resolvi plerumque debeat ante quaestionem principalem.

Can. 362—Causa incidens proponitur vel ore vel per libellum, indicato nexu qui intercedit inter ipsam et causam principalem, et servatis, quoad cius fieri poterit, regulis can. 228-247 statutis.

Can. 363—Iudex, libello vel petitione verbali receptis, auditis partibus, et, sl opus sit, promotore Iustitiae, vel vinculi defensore, secum deliberet num proposita incidens quaestio futilis sit et ad retardandum principale indicium unice excitata; itemque num causa incidens talis sit naturae et tali nexu cum causa principali cohaereat, ut ante eam resolvi debeat. Si ita se res habeat, libellum vel instantiam admittat; aliter decreto suo eam reiiciat.

Can. 364—§ 1. Utrum incidens quae excitetur quaestio, definienda sit iudicii forma senate, an mero decreto, iudex, attenta rei qualitate et gravitate, aestimet.

§ 2. Si causa Incidens sit iudicio definienda, regulae, quoad eius fieri poterit, servandae sunt, quae in aliis iudiciis obtinent; curet tamen iudex ut dilationum termini sint quam maxime breves./

§ 3. Iudex in decreto quo, non sen'ata iudicii forma, vel reiicit vel definit quaestionem incidentem, rationes quibus innititur, in iure et in facto breviter exponat.

Can. 365—Antequam finiatur causa principalis, Iudex interlocutoriam sententiam potest, iusta intercedente causa, corrigere aut revocare sive ex officio, auditis partibus, sive ad Instantiam unius partis audita altera parte.

Ar/. /. *De contumacia*

Can. 366—Reus citatus qui sine iusta causa nec ipse per se nec per procuratorem comparet, contumax declarari potest.

Can. 367—§ 1. Non potest tamen iudex reum contumacem declarare nisi prius constiterit:

1.° Citationem, legitime factam, tempore utili ad rei notitiam pervenisse aut saltem pervenire debuisse;

2.° Reum absentiae excusationem afferre neglexisse aut non iustam attulisse.

§ 2. Haec comprobari possunt sive per novam citationem reo factam ut contumaciam suam, si possit, excuset, sive alio modo.

Can. 368—§ 1. Ad instantiam partis iudex rei contumaciam declarare potest, eaque declarata, procedere, servatis servandis, usque ad sententiam definitivam eiusque exsecutionem.

§ 2. Sl procedatur ad sententiam definitivam, lite non

C». jja—Baùhc. m, i, 3 el *12*
f *tvnvvkh pa/tium.*—Syn. prov. Alba lulien. cl Fagaraiien. Rume- m- xMx. tit. V. cap. H. | 48.
J 8 4. x, J 7, 45, XX. Basilic. 15. x, icxr. aa, 5, 45.
553-—D. 25, 2, xx. i m. et xa.
JS4-—D. 25, 2. xx. x ss. et xa.
I i-D. *12,* 2, 3 pr.
355 I x—D. 25, 2. xx. x is. et xa; G 4. x. M.
i 2.-0. 12, 2, 35; Basilic. 22, 5, 38.
Cc. SJi-Basilic. 50. 3. 57.
Cc. 358.—D. X2, x,x;C 4, i, 6 et 8; 4, x. xa. x.
339,-D. 47. xo. 5- 8-
*-D. 12, 2, 9. 4; 44. 5. x; Basilic. 22, 5, 9-
44, x, 15; C. 4, x, x; 4, x, xa. x et *T,* D. xa, 3, 34. 6 ss.
I l -C. 4, x, xx; Bisilic. 22, 5, x et 2.

5 a.—Instit. 4T 6, xx; 12, a, 5. a; 44, 5. 1.
i 4.—D. X2, 2, 34- 6 «
De coniufkicia D. 5, x, 68-73; Nov. 69. a et 3 pr.; xa6, a.
Can. 366.—Syn. Carthapn-cn., a. 4x0. can. 33. to.—Syn. Ubaron. Maronitanim, a. 2736, part III. cap. IV, 33. VI.—Iλ aa, 3. 29. 1; 41. l 58-
Can. 367.—C. 7. 43, 5- 7- ιo-
i x, 2·.—Syn. Carthaginrn., a. 420» ean. 13-
Can. 36S.—Canones Apostolorum. 74: Cxrthi^inen., a. 4:9. can. X04 —C. 3. x. 13, 4; 3, 19, *. 7, 43. *

contestata, sententia respicere tantum debet petita in *Ilbdlo;* sl lite contestata, ipsum contestationis obiectum.

Can. 369—Ad frangendam rei contumaciam ludex potest comminari ecclesiasticas poenas; quo In casu, iteranda est rei citatio, cum comminatione poenarum; nec iam tunc licet aut contumaciam declarare aut, ea declarata, poenas irrogare, nisi probetur hanc quoque secundam citationem
81 suo effectu caruisse. /

Can. 370—Rei a contumacia recedentis seque in Judicio sistentis ante causae definitionem, conclusiones probationesque, sl quas afferat, admittantur; caveat autem ludex ne mab fide In longiores et non necessarias moras ludicium protrahatur.

Can. 371—Post latam vero sententiam contumax beneficium restitutionis In integrum ad appellandum ab ipso ludice qui eam tulit, petere potest, non ultra tamen tres menses ab ipsius sententiae intimatione, nisi agatur de causis quae non transeunt in rem judicatam.

Can. 372—Regulis superius traditis etiam tum locus est cum reus, etsi primae citationi obtemperaverit, fit tamen postea progressu indidi, contumax.

Can. 373—Si die et hora, qua reus secundum citationis praescriptum coram indice primum se sistit, actor non adsit, nullamque vel insuffidentem absentiae excusationem attulerit, ludex eum ad Instantiam rei conventi citet iterum; et si ador novae citationi non paruerit vel postea ludldum Inchoare vel Inchoatum prosequi neglexerit, instante reo convento vel promotore iustitiae aut defensore vinculi, contumax a Indice declaretur. Iisdem servatis regulis quae supra traditae sunt pro rei contumacia, excepta tamen comminatione ecclesiasticarum poenarum.

Can. 374—J 1. Actoris contumacia a ludice declarata perimit eiusdem actoris Ius ad suam instantiam prosequendam.

J 2. Permittitur tamen promotori iustitiae vel vinculi defensori Instantiam facere suam eamque prosequi, quoties publicum bonum id postulare videtur.

f 3. Reus autem exinde ius habet petendi ut vel Ubere possit a indicio abire, vel nulla habeantur omnia eo usque gesta, vel definitive ipse absolvatur a petitione actoris, vel Indicium, absente quoque actore, ad finem adducatur.

Can. 375—f 1. Qui contumax declaratus contumaciam suam non purgaverit, sive ador sit sive reus, condemnetur
82 tum ad litis expensas, quae ob ; suam contumaciam factae sunt, tum ellam, si opus sit, ad Indemnitatem alteri parti praestandam.

f 2. Sl tum actor tum reus sint contumaces, ad expensas litis tenentur In solidum.

Ari. ff. *De Interventu tertii In causa*

Can. 376—J 1. Is cuius interest, admitti potest ad interveniendum In causa in qualibet litis Instantia.

i 2. Sed ut admittatur, debet ante conclusionem in causa libellum iudld exhibere, in quo breviter de iure interveniendi ipsum edoceat.

I 3. Qui Intervenit in causa, admittendus est in eo statu in quo causa reperltur, assignato eidem brevi ac peremptorio termino ad probationes suas exhibendas, si causa ad periodum in qua probationes proponuntur pervenerit.

Can. 377—Si tertii interventus appareat necessarius, ludex ad instantiam partis vel etiam ex officio debet interventum In causa iubere.

Ari. *ill. De attentatis lite pendente*

Can. 378—Attentatum est quidquid, Ille pendente, aut altera pars adversus alteram aut ipse ludex adversus alterutram vel utramque pariem innovat, parte dissentiente et in eius praeiudldum; sive Innovatio resplclat litis materiam, sive non.

§ 1. Actio haec Instituenda est coram ipso ludice causae principalis; quod si ob attentatum pars laesa Indicem suspectum habeat, exceptionem suspicionis potest opponere, in qua procedendum est ad nonnam can. 130,/ sj

Can. 330—5 1- Pendente quaestione de attentato, cursus causae principalis regulariter suspenditur, sed sl Iudld opportunius videatur, quaestio dc attentato potat una cum causa principali pertractari et resolvi.

f 2. Quaestiones de attentatis expeditissime sunt pertractandae et decreto Judicis definiendae, auditis partlbm.

Can. 381—Demonstrato attentato, ludex decernere debet eius revocationem seu purgationem.

Caput VH—De processus publicatione, de conclusione in causa et de causae discussione

Can. 382—Ante causae discussionem el sententiam omnes probationes quae sunt in actis ct quae adhuc secretae permanserunt, sunt publicandae.

Can. 383—Concessa partibus earumque advocatis licentia acta ludlclalia Inspiciendi petendique eorum exemplar, Inteliigitur freta publicatio processus.

Can. 384—J 1. Expletis omnibus quae ad probationes producendas pertinent, ad *conclusionem in causa* deveniendum est.

5 2. Haec conclusio habetur quoties aut partes a ludice interrogatae declarent se nihil aliud deducendum habere, aut utile proponendis probationibus tempus a ludice praestitutum elapsum sit, aut Index declaret se satis instructam causam habere.

f 3. De peracta conclusione In causa, quocumque modo ea acciderit, iudex decretum ferat.

Can. 385—§ 1. Post conclusionem In causa novae probationes Inhibentur, nisi agatur de causis quae nunquam transeunt in rem iudlcatam aut de documentis nunc firimum repertis, aut de testibus qui antea ob legitimum mpedimentum tempore utili Induci non potuerunt.

f 2. Si novas probationes admittendas censeat. Id decernat ludex. audita altera parte, cui congruum tempus concedat ut novas probationes cognoscere et se defendere possit; aliter ludicium nullius est momenti./

Can. 386—§ 1. Facta conclusione In causa, ludex, pro suo prudenti arbitrio, partibus congruum temporis spatium praestituat ad defensiones suas seu allegationes sive per se sive per advocatum exhibendas.

f 2. Hic terminus prorogari a ludice potest Instante una parte, audita altero; vel etiam coarclarl, ulraque consentiente.

Can. 387—5 1. Defensio In scriptis est conficiendo, ct regulariter tot exemplaribus conscribenda quot sunt lodices, ut singula singulis ludicibus possint exemplaria distribui.

5 2. Sed etiam promotori Iustitiae et defensori vinculi, sl iudlcio intersint, debet exemplar tradi; praeterea partes inter se exemplaria commutare debent.

5 3. ludex el, In tribunali collégial!, ponens, quoties pro suo prudenti arbitrio necessarium censeat, et sine nimio partium gravamine fleri animadvertat, mandare potest ut defensio typis Imprimatur una cum documentis principalibus In fasciculo conlungendis, qui actorum el documentorum summarium continet.

I 4. Quo in casu iubeat ne quidquam imprimatur, nlsl prius exhibito manuscripto et licentia Illud publicandi obtenta; praeterea sedulo caveat de secreto, si quod sit in causa servandum.

Can. 388—ludicls et In tribunal! collegial! ponentis est moderari, pro sua prudentia, nimiam defensionum extensionem, nisi de hoc peculiari tribunalis lege sit cautum.

Cu. Oiaxa Aportoloran, 74 —C· 7. 41. 8-9·
Cin. 170.—Syn. Cxrthirra·-·, u 419, un. îl
Cia. J7i -C 7. 4!. S-
Lu. 373.—Sya. Qrtha<iûCTL, a. 419, can. jx —C. 3.1,13. 1 7. 4j,
Cia. 374.-C. 1.1. ij. *2* k . Nov. ru, 3.
I 1.—Nov. 111, 3. t m fine.
i 3.—Nor. 49. pr. ct 1.
Can. 575-—C j, 1.13.1 «; Nor. xu, 3, r in Qne.
I E—Syn. a. 419. can. ».
D« Mimrev Urtti w Syn. Akxiodrin. Copiorum, a. 1S9S, sect III cap. VJ. tit V. irt. V. tawfei.
Can. 37S -D. 4. 7. 1; 44. j: C 8. 36 (37). *2* el 5.

Can. 3K4 S 1 —S. C. S. O(L, iostr. (ad Ep. Rituum Orient-), a. 1883. tiL Ut. n. 32.
I 2.—S. C. S. OIL, instr, (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tiL 1П, α. 22; til. IV, α. 24-
) y—S. C. S. OtL, Lnstr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1M3, ULIII» n. **
Can. 385.—C. 8. 35 (36), 4.
Caa. 386—Nov. 115, 2.

Can. 389—| 1. Communicatis vlcissim inter partes defensionum scripturis, utrique parti responsiones exhibere liceat, intra breve tempus a ludice praestitutum, et servatis regulis ct cautelis de quibus in can. 387, 388.

f 2. Hoc Ius partibus semel tantum esto, nlsl iudicl pavi ex causa iterum videatur concedendum; tunc autem concessio uni parti facta, alteri quoquo data censetur.

Can. 390—j 1. Advocati Judicem de adlunctis luris ct facti causam respicientibus privatim instruere prohibentur.

f 2. Admittitur tamen moderata disputatio coram indice pro tribunali sedente ad aliquid Illustrandum, si eam ludex utilem censeat vel utraquo pars postulet./

I 3. Ad disputationem obtinendam partes exhibere debent In scriptis quaestionum capita cum altera parte discutienda paucis verbis expressa; iudlcis autem est ea cum partibus communicare, ac diem ct horam disputationi assignare el disputationem ipsam moderari.

j 4. Disputationi assistat unus ex notariis tribunalis ad hoc ut, si ludex praecipiat aut pars postulet et ludex consentiat, possit de disceptatis, confessis aut conclusis, scripto ad nonnam iuris cx continenti referre.

Can. 391—Si partes parare sibi tempore utili defensionem negligant, aut sc remittant iudicls scientiae et conidentiae, ludex, dummodo ex actis et probatis rem habeat plane perspectam, poterit statim sententiam pronuntiare.

Caput VHI—De sententia

Can. 392—5 1· Legitima pronuntiatio qua ludex cauum a litigantibus propositam ct iudiciali modo pertractatam definit, sententia est: caque *interlocutorla* dicitur, si dirimat incidentem causam; *de/initioa,* si principalem.

f 2. Ceterae Judicis pronuntiationes *decreta* vocantur.

Can. 393—5 1· Ad pronuntiationem cuiuslibet sententiae requiritur in Iudlcis animo moralis certitudo circa rem sententia definiendam.

| 2. Hanc certitudinem index haurire debet ex actis et probatis.

I 3. Probationes autem aestimare iudex debet ex sua conscientia, nisi lex aliquid expresse statuat de efficacia alienius probationis.

J 4. ludex qui eam certitudinem adipisci non potuit, pronuntiet non constare de iure actoris ct reum dimittat, nisi agatur de causa favorabili, quo in casu pro ipsa pronuntiandum est, et salvo praescripto can. 217, 5 2.

Can. 394—Sententia ferri a indicé debet, expleta causae disceptatione; et si causa sit implicatior et actorum mole difficilior, interponi potest congruum temporis in-
sg krvallum./

Can. 395—§ 1. In tribunali collegial!, quo die et hora indices ad deliberandum conveniant, collegii praeses constituât; et nisi peculiaris causa aliud suadeat, in ipsa tribunalis sede conventus habeatur.

J 2. Assignato conventui die, singuli indices scriptas afferant conclusiones suas et rationes tam In facto quam in iure, quibus ad conclusionem suam venerint: quae conclusiones actis adiungantur, secreto servandac.

f 3. Prolatis ex ordine, secundum praecedentiam, ita lamen ut semper a causae ponente initium fiat, singulorum conclusionibus, habeatur moderata discussio sub tribunalis praesidls ductu, praesertim ut constabiliatur quid statuendum sit In parte dispositiva sententiae.

I 4. In discussione autem licet unicuique a pristina sua conclusione recedere.

I 5. Quod si iudices in prima discussione ad sententiam devenire aut nolint aut nequeant, differri poterit dedslo ad novum conventum; qui tamen ultra hebdomadam differri non debet.

Can. 396—Si unicus sit ludex, ipsius tantum est sententiam exarare; in tribunali vero collegiall servetur praescriptum can. 50, § 2.

Caa. j$r.—Nov. 135, 1.

D< *unUnita,*—Syn. Alexandrin. Cnptorum, a. 1898, sect. HI cap. VI, tt V, m. VI, *SenUniia,*

Cu. J9J-—C- i, 23. 3; 3, 1.11; 7, 62. 39. 3.®

i x.—S. Nicepborus CP., can. 333.

I 2.—S. Basilius M., can. 10.-D. 48, 16, i. 4; Basilic. 60, 1, 10.

Î j.—S. Basilios J!., can. icr, S. Nicepboms CP., can. 223.—D. 22, Nov. 75. *y*

J 4.—Syn. Neociesarien., a. 314, can. 9.—D. 34, 5, 13 (13).

Cas- 394.-D. 5. x. 74 pr.; C. 7. 44. 3 et 3.

Can. 397—5 1. Sententia debet:

1.° Definire controversiam coram tribunali agitatam; hoc est reum absolvere aut condemnare quod attinet ad petitiones vel accusationes adversus eum prolatas, data singulis dubiis, seu controversiae articulis, congrua responsione;

2.° Determinare (saltem quatenus fas sit et materia patiatur), quid pars damnata dare, facere, praestare, aut pali debeat, aut a quo abstinere; itemque quo modo, loco vel tempore obligatio Implenda sit;

3.® Continere rationes seu *motiva* quae dicuntur, tam in facto quam In iure, quibus disposltlva sententiae pars innititur;

4.° Statuere de litis expensis.

5 2. In tribunali collegiall motiva a ludice qui sententiam conscribit desumantur ex iis quae singuli iudiccs in discussione attulerunt, nisi ab ipso iudicum maiore numero praefinitum fuerit quaenam sint motiva proferenda.

Can. 398—§ 1. Sententia ferri debet divino Nomine ab initio semper invocato.

5 2. Dein exprimat oportet cx ordine qui sit iudex aut tribunal; qui sit actor, reus, procurator, nominibus ct domicilio rite designatis, promoter iustitiae, defensor vinculi, si partem in iudlcio habuerint./ 37

§ 3. Referre postea debet breviter facti speciem cum partium conclusionibus.

5 4. Hisce subsequatur pars dispositiva sententiae, praemissis rationibus quibus innititur.

§ 5. Claudatur cum indicatione diei et loci in quibus exarata est et cum subscriptione iudlcis vel omnium iudicum, sl plures fuerint, ct notarii, ac sigillo tribunalis muniatur.

Can. 399—Regulae superius positae locum habent potissimum in proferenda sententia definitiva; sed applicantur etiam, quantum diversa res patitur, in proferenda inlerlocutorla.

Can. 400—Sententia, rite redacta, quamprimum publicetur.

Can. 401—Publicatio sententiae fieri potest vel citando partes ad audiendam sententiae lectionem sollemniter factam a indice pro tribunali sedente; vel partibus denuntiando sententiam esse penes concellariam tribunalis, unaque facultatem Ipsis fieri eandem legendi et eiusdem exemplar petendi; vel sententiae exemplar transmittendo ad partes ad normam can. 246.

Caput IX—Dc iuris remediis contra sententiam

Can. 402—§ 1. Errorem materialem qui inciderit vel in transcribenda parte disposltlva sententiae vel in referendis factis aut partium petitionibus aut in ponendis calculis, corrigera valet ipse iudex qui sententiam tulit.

§ 2. Iudex ad hanc correctionem deveniat edito decreto ad instantiam partis, nisi pars altera refragetur.

§ 3. Si altera pars refragetur, quaestio incidens ad normam can. 364, 5 3, decreto definiatur; et decretum ad calcem sententiae correctae referatur.

Ari. I, De appellatione

Can. 403—Pars quae aliqua sententia se gravatam putat, itemque promoter iustitiae et defensor vinculi in causis in quibus interfuerunt, Ius habent a sententia appellandi ad iudicem superiorem, salvo praescripto can. 404. / 88

397·—C 7, 46. 4·

§ x. 1·.—D. 42, x, 3; Q 7, 45» *y.* Blulic. 9. I. 80.

i x, 1·.—Instit 4, 6, 32.

Can. 398.—Syn. prov. Alba-Iulien et Fajaraskn. Rumenorum, a. 18S2. tiL IV, sect II, cap. IV, ***De unientia.***

J 4.—S. C. S. Off., instr, (od Ep. Rituum Orient), a. 1883, tit. IV, η. 34-

Can. 40X.—S. C. S. Off., Instr, (ad Ep. Rituum Orient), a. 1883. tit IV. η. 24 —C- 7. 45. ά.

iMru rnvJiû con/ra WMÏou'kX·».—Syn. Alexandrin. Coptorum. a. 1898. sect III, cap. VI, tit V, art VII, ***Senientiu ûnfnegnahs.***

Can. 402.—D. 42, r, 42 et 46; 49, 8, 1.

De apellaiiona.—Syn. prov. Alba-Iulien. et Fa<arasien. Ruxnenorum, a. x88x, tit. V, cap. III, ***De appeUdîiùiûPiei.***

Can. 493 —Syn. Carthaçinen.. a. 419, can. 99; Tbeophi'âus Mexandnn.. can. 4.—D. 49. x, x pr.; G 7. 82, xo et 20; Nov. laj. 1.

Can. 404—Xoη est locus appellationi:

® A sententia ipsius Sumini PontiPds vel Signaturae Apostolicae;

2® A sententia iudicis qui a Sede Apostolica delegatus est ad videndam causam cum clausula *appellatione remota;*

X· A sententia vitio nullitatis infecta;

4.· A sententia quae in rem iudicatam transiit;

5.· A definitiva quae iureiurando litis derisorio innixa est;

6.® A iudicis decreto vel a sententia interlocutoria, quae non habeat vim definitivae, nisi cumuletur cum appellatione a sententia definitiva;

7.· A sententia in causa de qua ius cavet expeditissime rem esse definiendam;

8.· A sententia contra contumacem, qui a contumacia se non purgaverit;

9.· A sententia lata contra eum qui In scriptis expresse professus est se appellationi renuntiare;

Kt· A sententia iudids unld in causis patrimonialibus de rebus quarum pretium non excedit summam blscentum francorum aureorum.

Can. 405—Appellatio interponi debet coram iudlce a quo sententia prolata est intra decem dies a notitia publicationis sententiae.

Can. 406—A delegato non datur appellatio ad delegantem nisi delegans sil ipsa Apostolica Sedes, firmo canone 404, n. 2.

Can. 407—f L Appellatio fleri potest ore coram indice pro tribunali sedente, sl publice sententia legatur, statimque ab actuario scriptis redigenda est

§ 2. Aliter facienda est in scriptis, salvo casu de quo In can. 229.

Can. 408—Si alia pars ad tribunal Apostolicae Sedis appellaverit, alia ad aliud competens, appellatio prose-
89 quenda est coram tribunali Apostolicae Sedis,/

Can. 409—Appellatio prosequenda est coram indice ad quem dirigitur intra mensem ab cius interpositione, nisi iudex a quo facta est appellatio longius tempus ad eam prosequendam parti praestituerit.

Can. 410—J 1. Ad prosequendam appellationem requiritur el sufficit ut pars ministerium invocet iudicis appellationis ad Impugnatae sententiae emendationem, adiuncto exemplari huius sententiae et libelli appellatorii quem indici inferiori exhibuerat

J 2. Quod si pars exemplar impugnatae sententiae intra utile tempus a tribunali a quo appellationem interposuit oblinere nequeat, interim termini non decurrunt ct impedimentum significandum est iudici appellationis, qui tribunal a quo appellatum est praecepto obstringat officio suo quamprimum satisfaciendi.

Can. 411—f 1· Si casus de quo in can. 255 contigerit intra terminum ad appellandum utilem sed antequam appellatio interposita sit, sententia debet iis quorum interest denuntiari lisquc concessi Intelllguntur termini a iure statuti a die denuntiationis computandi.

Can. 404—Syn. Trident, tese. XXIV, ***Dt rtf.,*** c. :o; Syn. Vatican., jess-IV, C. III» ri! 4 friwx/iit Renam Pexhfcix; S. Zotimus. Utt-Oumru Psfnm, a. 418; S. Bonilacha I, htL ***Rztn nuaribtu,*** a. 41J-, Utt Jkfwd a. 412: ***tQnpt&xr ergo»;*** Pius II, const. Eimo iWu, 18 hx 1459; loIHt II. const. ***Stoujii*** πρ«η«ὺ, x iuL 1509.

!·.—S. Leo LX, **Iitt *I»*** tirro pax, a. X053; «.Vam ***EuUtiaxr,*** S. NïCûba I. fiîL pF9p9nwr»Mi fwUrm! a. 865: «—SkpUm»; Hadrianus II, HtL .V« ***ttripiwa frntire,*** a. 869: -D. 49, 2, 1. x; Basilic. 9, ***l,*** 2&

Λ-D. 49. ***i,*** t. 4; Baulk 9, L :8.
49, 19; C. 7. 64, 4. j.
*£ 7, 70.
r—D. n, 2, 3Γ. C. 4.1» IX J.
6 —Syn. Litana. MaroniUncn, a. 1736, pan III, cap. IV, 32, IL—D. 49, S. 2; C 7. 62, 3fr, 7. 6S. λ Bisdk. 9. x, 36.
7·—D- 47. 5, ***r,*** Baalk. 9. », ⅋
5. b 73- j: C. 3. i, 13, 4Î 7, 63, x.
r-D. 49, 2, i. 3; BisEx. 9, i, 25.
Can. 405—Syn. prov. Aita-Iulten. et Fagarasien. Ruæenoram, a. 1M2. tiL V. cap. II. f 57.—D. 49. 4Î Sw. 13. 1 et * Basilic. 9, x, 33 «t 37-
Can. 406.—Syn. prov. Alba-IuBeu. et Fajçarasien. Rumtoonnn, a. XS72, tiL II, cap. VII; tiL X. cap. I1L—D. 49. 3.1.
Can. 407.—D. 49.1, 2 et 7, Basilic. 9, i, 7.
I C 7. ta. 14-
Can. 409.—Syn. Alexandria. Copiorem, a. 1898, i«L III, cap. VI, tiL VIII, 23.-C. 7, 61, 6. 5 u; 7. ta. 24.
Can. 4to.—D. 49.6, x; C. 7, ta, 31; Nov. 126, 3; Basilic. 9, x, 42.
I j.—D. 47. 1.1. 4-
I 2.-D. 47, 5. 3. 5-
Cax 411.—D. 49.13. Π C 7. 66, 1 et 6, Basilic 9. », 54·

5 2. Si contigerit postquam fuerit appellatum, appellatio interposita iisdem denuntietur, in quorum favorem a die denuntiationis denuo currere incipit tempus utile ad appellationem prosequendam.

Can. -412—Inutiliter elapsis fatalibus appellatoriis sive coram iudice a quo appellatio interposita est, sive coram ludice ad quem appellatum est, deserta censetur appellatio.

Can. 413—§ 1. .Appellatio facta ab actore prodat etiam reo, et vicissim.

5 2. Si interponatur ab una parte super aliquo sententiae capite, pars adversa, etsi fatalia appellationis fuerint transacta, potest super aliis capitibus incldenter appellare intra terminum peremptorium decem dierum a dic quo ipsi appellatio principalis notlflcata est; idque facere potest etiam sub condicione recedendi, si prior pars ob Instantia recesserit.

5 3. Si sententia plura capita contineat, et appellam quaedam tantummodo capita impugnet, cetera capita exclusa habeantur; si nullum determinavit caput, appellatio praesumitur factu contra omnia capita./ %

Can. 414—Si unus ex pluribus reis aut actoribus sententiam impugnet, impugnatio censetur ab omnibus facta, quoties res petita sil individua aut obligatio solldalls; expensas vero iudiciales ille tantum sustinere debet qui appellavit, si iudex appellationis primam sententiam confirmaverit.

Can. 415—5 1- Appellatio In suspensivo exsecutionem appellatae sententiae suspendit ac propterea in suo robore permanet principium: *lite pendente nihil innovetur;* appellatio autem in devolutivo tantum, non suspendit exsecutionem sententiae, licet Iis adhuc pendeat circa meritum causae.

5 2. Omnis appellatio est in suspensivo, nisi aliud in iure expresse caveatur, firmo praescripto can. 445, § 2.

Can. 416—Interposita appellatione tribunal a quo appellatum est debet ad tribunal ad quod Interposita est appellatio actorum iudiciallum authenticum exemplar vel ipsamet originalia acta transmittere ad nonnam can. 159.

Can. 417—5 1. !.· Firmo can. 494, in gradu appellationis non potest admitti novum petitum, ne ad modum quidem utilis *cumulations;* ideoque litis contestatio In eo tantum versari potest ut prior sententia vel confirmetur, vel reformetur sive ex toto sive ex parte;

® Novum habetur petitum quoties partes vel res petita vel causa petendi mutatur, non autem sl petitio versatur circa petiti, dc quo disceptatum est in prima instantia, accessoria.

5 2. Sed novis exhibitis documentis et novis probationibus poterit causa instrui, servatis regulis traditis in can. 309, 385.

Art. II. De querela nullitatis contra sententiam

Can. 418—Sententia vitio insanabilis nullitatis laborat, quando:

1.® Lata est a iudice absolute incompetent! vel in tribunali collegial! a non legitimo iudicum numero contra praescriptum can. 46, § 1;

2.® Lata est inter partes, quarum altera saltem non habet personam in ludicio;

3.® Quis nomine alterius egit sine legitimo mandato./ 91

Can. 419—Nullitas de qua in can. 418 proponi potest ad modum exceptionis in perpetuum, ad modum vero actionis coram iudice qui sententiam tulit Intra decem annos a die publicationis sententiae.

Can. 420—Sententia vitio sanabilis nullitatis laborat, quando:

® Legitima defuit citatio;

Cu1 4x2.—C. 7, 62, 18; 7, 67, x et r. Nov. 126, ***3.***
Cia- 4x3 5 x-—C. 7. ***Oz,*** 39 pr.
i 3-—D. 49, x, X3 et xr. Basilic. 9, x, 13.
Can. 4x4 —D. 49, 1, 3. xo. 17, Bauhc. 9, x, 3 et 10.
415 j x.—D. 49, x. xta 49, 7, «J C. 7. 63, 3·
i 2.—Syn. Sardicen-, a. 343. can. 3.
J-an 416.—Syn. Libanm. MaroniUrum. a. 1736, pars III, cap. IV, 32, VI et X-—G 7, 62, 6. 3; 7, 62. X5 et 24; Nov. 126, 3.
Can. 417—C 7. ta, 39. x; Basilic. 9, 1. X32.
i 2.—C. 7, ta, 6. x.
Dt purrla wraCiLxXu ***cnrdn imttnlixm.***—C. 7, 44, 3 In tine.
Can. 4X8—D. 49, 8, x. 2.
Can. 4X5.—D. 49. 8, a. 3.
x' 3, 4; 7. 64, 4-
3. 6, x.
Can. 420, r.-D. 49. 8. x. 3; Basilk. 9. «- 61.

1· Motivis seu rationibus decidendi est destituta, salvo praescripto can. 84;

X· Subscriptionibus caret iure praescriptis;

4. Non refert Indicationem partium, anni, mensis, dlel d loci quo prolata fuit.

Can. 421—-Querela nullitatis in casibus dc quibus in can. 420 proponi potest Intra 1res menses a die publicationis sententiae coram Iudice qui sententiam tulit.

Can. 422—Querela nullitatis In casibus de quibus in can. 418, 420 proponi potest una cum appellatione coram iudice appellationis intra decem dies.

Can. 423—Sl pars veretur ne iudex, qui sententiam, querela nullitatis ob vitium Insanabile vel sanabile impugnatam, tulit, praeoccupatum animum habeat Ideocrue cum suspectum merito existimat, exigere potest ut alius iudex, sed in eadem Judici1 sede seu in eodem Jurisdictionis gradu, in eius locum sobrogetur ad nonnam can. 130.

Can. 424—§ 1. Querelam nullitatis interponere possunt nedum partes, quae se gravatas putant, sed etiam Eomotor iustitiae aut defensor vinculi, quoties iudiclo terfuerunt.

| 2. ipse iudex potest ex officio sententiam nullam a κ litam retractare vel emendare intra terminos ad agendum can. 419 et 421 statutos, nisi interca appellatio una §3 cum querela nullitatis iuxta can. 422 Interposita fuerit. /

Art. III. De oppositione tertii

Can. 425—Si sententiae definitivae praescriptum iura aliorum offendat, hi habent remedium extraordinarium quod *oppositio tertii* dicitur, vi cuius qui ex sentia suorum lurium laesionem verentur, possunt sententiam ipsam ante eius exsecutionem impugnare eique se opponere.

Can. 426—4 1· Oppositio fieri potest ad recurrentis arbitrium sive postulando revisionem sententiae ab ipso indice qui eam tulit, sive provocando ad iudicem appellationis.

11 In utroque casu oppositor probare debet ius suum revera esse laesum aut probabiliter laesum iri.

j 1 Laesio autem oriri debet ex ipsa sentia quatenus out ipsa sit causa laesionis, aut, si exsecutioni mandetur, oppositorem gravi praeiudicio sit affectura.

j 4. Si neutrum probetur, iudex, non obstante tertii oppositione, sententiae exsecutionem decernat.

Can. 427—Admissa instantia, si oppositor agere velit in gradu appellationis, tenetur legibus de appellatione statutis; si coram ipso iudice qui sententiam tulit, regulae servandae sunt dc causis incidentibus datae.

Can. 428—Causa ab oppositorc victa, sentia antea hia mutanda est a iudice secundum opposltoris instantiam.

Capot X—De re iudicata ct de restitutione in integrum

Can. 429—Firmo can. 404. res iudicata habetur

1.· Duplici sententia conformi;

2.· Sentia intra utile tempus non appellata;

3.· Sentia adversus quam appellatio interposita coram Iudice a quo appellatum est, deserta est coram §3 iudice appellationis ad normam can. 412;/

4.· Renuntiatione appellationi, admissa ad normam an. 262, j 2, vel peremptione instantiae in gradu appellationis ad nonnam can. 258;

5.· Sentia definitiva unica, a qua non datur appellatio.

Can. 430—Nunquam transeunt in rem iudicatam causae de statu personarum, haud exceptis causis separationis wniugum; sed ex duplici sentia conformi in his causis consequitur, ut ulterior propositio non debeat admitti, uisi novis prolatis iisdemque gravibus argumentis vel documentis.

D» ***Urtii.***—D. 40. x, 4. ***2.*** 3.
Cü. 4JJ.-D. 49. 1, 5; Basilic. 9, 1, 5.
CM.4ri.-D. 49. i, £ Basilic. 9, 1, 5.
Oa.4ri.-D. 43, x, x; G 7,43, 11; 7, 67. x.
Λ-G 7,70-
Λ-G 7, 62, 8; Nov. 49, 1.
Oa «jo.—Syn. prov. Alba-IuUrn. ct Fagaraskn. Riuncnorunj, a. x83a, u IV, jert. II, cap. V.

Can. 431—5 1. Res iudicata praesumptione iuris et de iure habetur vera et lusta nec impugnari directe potest.

§ 2. Facit ius Inter partes, et Impedit, vel officio iudicis vel exceptione, novam eiusdem causae Introductionem.

Can. 432—§ 1. Adversus sententiam contra quam non suppetat ordinarium remedium appellationis aut querelae nullitatis, datur, dummodo de Injustitia rei Judicatae manifesto constet, ^medium extraordinarium restitutionis in integrum intra annum ab adepta maiore aetate computandum, sl agatur de minoribus; a die cognitae iniustitiae rei iudicatae, si de maioribus aut personis moralibus.

§ 2. De iniustltia autem manifesto constare non censetur, nisi:

1.° Sentia documentis innitatur, quae postea fuerint falsa deprehensa;

2.° Postea detecta fuerint documenta, quae facta nova «et contrariam decisionem exigentia peremptorie probent;

3.° Sentia ex dolo partis prolata fuerit in damnum alterius;

4.® Legis praescriptum evidenter neglectum fuerit.

Can. 433—§ 1. Ad restitutionem in integrum concedendam competens est index qui sententiam tulit, nisi ea petatur ex neglecto a Iudice praescripto legis; quo in casu eam concedit tribunal appellationis.

§ 2. Restitutio In integrum ne concedatur nisi auditis partibus atoue promotore iustitiae et defensore vinculi si hi priori Iudiclo interfuerint.

Can. 434—§ 1. Petitio restitutionis In integrum sententiae exsecutionem nondum inceptam suspendit.

5 2. Si tamen suspicio sit ex probabilibus indiciis petitionem factam / esse ad moras exsecutioni nectendas, iudex decernere potest ut sententia exsecutioni demandetur, assignata tamen restitutionem petenti idonea cautione ut, si restituatur in integrum, indemnis fiat.

Caput XI—De expensis iudicialibus et gratuito patrocinio

Art. I. De expensis iudicialibus

Can. 435—Possunt partes adigi ad aliquid solvendum, titulo expensarum iudicialium, nisi ab hoc onere eximantur ad nonnam can. 441-443.

Can. 436—§ 1. Episcoporum in Synodis particularibus vel in collationibus coadunatorum est taxarum notulam ac regulam statuere in qua praefiniatur quid partes debeant pro expensis iudicialibus; quae sit retributio pro advocatorum et procuratorum opera a partibus solvenda; quae mercedis mensura pro translationibus in aliam linguam ct transcriptionibus; pro his examinandis et fide facienda de earum fidelitate; itemque pro exscribendis ex archivo documentis.

§ 2. Potest autem iudex pro suo prudenti arbitrio exigere ut pecunia pro iudicialibus expensis, pro indemnitate testium, pro honorariis peritorum debita a parte quae petit vel, si iudex ex officio agat, ab actore, antea deponatur penes tribunalis cancellarium aut saltem congrua cautio praestetur pecuniam deinde solutum iri.

§ 3. Curent Hierarchae diversorum rituum, latinl quoque, in eodem territorio iurisdictionem obtinentes ut, collates consiliis, eadem notula seu regula taxarum pro omnibus statuatur.

Can. 437—§ 1. Victus victori iudidales expensas regulariter reficere debet tum in causa principali tum in incidenti.

§ 2. Sl actor vel reus temere litigaverit, etiam ad damnorum refectionem damnari debet

Can. 438—Si actor vel reus ex parte tantum succubuerit, aut lis agitata fuerit inter consanguineos vel affines, aut de quaestione valde ardua actum fuerit, aut quacum·

Can. 431 —D. 44, 2. 27; C. 7, 33, 1, ***2.*** 5.
5 x.—D. x, 5, 25; 50. 17. 207·
5 2.—Instil. 4, X3, 5; D. 44, 1, 3Î 44, 2, 3-5 et 7. 4; C. 7. 64. x.
Can. 432.—D. 48, ***19, 2T,*** C. 7, 50, 2.
j ***2,*** xe.—D. 44. ***i,*** xr. G 7, 1, 2, 3·
§ ***2,*** 2·.—D. X2, ***2,*** 31; c. 2, 43 (44). 3·
5 2, 3®.—D. 5, x, 75; 42. x, 33-
5 2, 4®.—D. 49. X. 19; Basilic. ***9,1,*** X9.
Can. 433.—D. 4, 4. 17 et x8 pr.
Can. 434 —C- 2, 49 (5°), I.
Can. 436 § 3.—Nov. m, x.
(an. 437 —D. 50,5.1. x; C. 3. 1. 13. 6; 7. 51, 5; Basxbc 2.·, 5, 1.
i ***2.***—InstiL 4. 16 pr.

que alla lusta et gravi de causa, poterit index pro suo prodenti arbitrio ex toto vel ex parte inter litigantes expensas compensare; idque debet exprimere in Ipso sententiae tenore./

Con. 430—Si plures sint in causa qui condemnationem ad expensas mereantur, Iudex eos damnet in solidum, si agatur de obligatione solidali; aliter pro rata.

Can. 410—j L A pronuntiatione cifca expensas non datur distincta appellatio; sed pars quae se gravatam putat, recursum intra decem dies interponere potest coram eodem Indice; qui de hac re cognoscere denuo poterit, et taxationem emendare ac moderari.

} 2. Appellatio a sententia circa causam principalem secumfcrt appellationem a pronuntiatione circa expensas.

Art, 11. De gratuiio patrocinio aut erpensarum iadtcialium deminutione

Can. 441—Pauperes, qui omnino impares sint expensis judicialibus sustinendis, ius habent ad gratuitum patrocinium; sl ex parte tantum, ad expensarum deminutionem.

Can. 442—j 1. Qui exemptionem ab expensis vel carum deminutionem assequi vult, eam a Iudice postulare debet, dato supplici libello, allatisque documentis quibus quae condicio sit postulantis ouaeve eius rei familiaris copia demonstret; praeterea probare debet se non futilem neque temerariam causam agere.

f 2. Index postulationem nec admittat nec reilciat, nisi requisitis, sl opus sit, notitiis etiam secretis quibus statum rei familiaris ipsius postulantis compertum habere possit auditoque promotore iustitiae; imo concessam potest etiam revocare, item audito promotore iustitiae, si In decursu iudicii assertam paupertatem non adesse compertum habuerit.

Can. 443—§ 1. Ad gratuitum pauperum patrocinium Iudex in singulis causis designet aliquem ex advocatis in suo foro approbatis, qui ab hoc munere explendo, nisi ex causa indici probata, sese subducere nequit, secus a iudice congrua poena, etiam suspensionis ab advocati munere exercendo, plecti potest

f 2. Deficientibus advocatis approbatis, iudex Hierarcham loci roget ut aliquem ex aliis advocatis vel aliam Idoneam personam, si opus sit, designet ad pauperis patroclnium suscipiendum./

j 3. Sl advocatus aliusve, cui gratuitum patrocinium commissum sit, munus suum debita diligentia non exerceat, ad illius observantiam a iudice revocetur, ad instantiam partis cuius Intersit vel promotoris iustitiae aut etiam ex offido.

Can. 444—f 1. Si pars truae patrocinio gratuito usa est victoriam retulerit et vel pecuniae summam vel rem pretio aestimabilem consecuta fuerit, craae sit quintuplo maior summa quae pro expensis iudicialibus, non exclusis honorariis advocati, solvenda esset, a summa pecuniae vel a pretio rei parti viclrid adiudlcatls detrahantur expensae iudldales.

i 2. Si pars quae gratuiio patrocinio usa est victorium retulerit el adversa pars in expensas Judiciales damnata sit, haec Illas etiam iudldales expensas solvat a quibus pan, gratuito fruens patrocinio, fuit exempta, non autem advocati honoraria, nisi et In ipsa pars victa condemnata fuerit.

Caput XII-Dc exsecutione sententiae

Can. 445—J 1. Sententia quae transiit in rem iudicatam, exsecutioni mandari potest.

f 2. Iudex tamen potest sententiae, quae nondum transiit In rem Judicatam, provlsorium exsecutionem Jubere:

1.· Sl agatur de provisionibus seu praestationibus ad necessariam sustentationem ordinatis;

2.· Si alia gravis urgeat necessitas, ita tnmen ut, concessa provlsoria exsecutione, per cautiones, fideiussionnes aut pignora satis consultum sit Indemnitati alterius partis, casu quo exsecutio revocxinda sit.

Can. 446—Non antea exsecutioni locus esse poterit, quam exsecutorium iudicls decretum habeatur, quo edicatur sententiam ipsam exsecutioni mandari debere: quod decretum pro diversa causarum natura vel in ipso sententiae tenore Includatur vel separatim edatur.

Can. 447—Si sententiae exsecutio praeviam rationum redditionem exigat, quaestio ab illo Ipso iudice, servatli de iure servandis, est decidenda, qui tulit sententiam exsecutioni mandandam. /

Can. 448—J 1. Sententiam exsecutioni mandare debet per se vel per alium Hierarcha loci in quo sententia primi gradus lata est.

} 2. Quod sl hic renuat vel negligat, parte culus Interest instante vel etiam ex officio, exsecutio spectat ad lodicem appellationis.

5 3. Inter religiosos exsecutio sententiae spectat ad Superiorem qui exsecutivnm sententiam tulit aut lodicem delegavit.

Can. 449—j 1. Exsecutor, nisi quid eius arbitrio In ipso sententiae tenore fuerit permissum, debet sententiam Ipsam secundum obvium verborum sensum exsecutioni mandare.

i 2. Licet el videre dc exceptionibus circa modum et vim exsecutionis, non autem dc merito causae; quod sl habeat aliunde compertum sententiam esse manifeste Iniuslam, abstineat ab exsecutione, et partem ad eum qui exsecutionem commisit, remittat.

Can. 450—J 1. Quod attinet ad reales actiones, quoties adiudicata actori res aliqua est, haec actori tradenda est statim ac res iudicata habetur.

f 2. 1.· Quod vero attinet ad actiones personales, cum reus damnatus est ad rem mobilem praestandam, vel ad solvendam pecuniam, vel ad aliud dandum aut faciendum, quatuor menses conceduntur pro implenda obligatione.

℗ Iudex potest terminum praescriptum vel reducere vel protrahere, ita tamen ut neque infra duos menses coarctetur, neque sex menses excedat.

Can. 451—In exsecutione peragenda exsecutor caveat ut quam minimum damnato noceatur, eaque de causa incipiat exsecutionem a distrahendis rebus quae minus ei necessariae sunt, salvis semper quae eius victui vel industriae deserviunt; et si agatur de clerico, salvis iis auae ad honestam sui sustentationem, prudenti ecclesiastici indicis arbitrio, sunt necessaria, firma tamen eiusdem obligatione creditoribus quamprimum satisfaciendi.

Can. 452—Exsecutor utatur prius monitis et praeceptis erga reluctantem; ad poenas autem spirituales et ad censuras ne deveniat, nisi ex necessitate et gradatlm./ $

SECTIO II

DE IUDICIO CONTENTIOSO COEAM UNICO IUDICE

Can. 453—Ad iudicem unicum iura spectant cum tribunalis tum praesidis.

Can. 454—Partes defendere se valent per se ipsas vel per unicum advocatum.

Can. 455—Partibus non licet plures quam quatuor vel quinque testes adducere.

Can. 456—§ 1. ludicialis petitio, firmo can. 230, referre debet:

1.℗ Facta quibus actoris petitiones innituntur, breviter, integre et clare exposita;

2.· Probationes quibus actor vult facta demonstrare, testium nomine, cognomine, condicione, ac commorationis loco indicatis;

3.℗ Pretium rei petitae quatenus ab eo pendeat iudicis competentia, una cum iis quae necessaria sint ad rei pretium constabiliendum;

4.℗ Conclusiones actoris.

Un 140.—Bnüz. 9. i, 14Π 9, 3, *67.*
€ 441—Syn. Carthueun., * 4:9. can. 7&—Syn. Libanen. Maroni-Unun. a- 17A pan 111. cap. V, 7.
p/ rtorwh-w Syn. Alexandrin. Coptarum. a. ‡89 wct- III, cap. VI, tit. V, art. IX,
Can. 445 —D. 41. f, x. C. 7. Sa. ;* Nor. xaj, t.
I 1 —C- 7. 33, 1·

Gm- 449 i C. 7, si, 4; 3, 105.
Can- 4J0.—D. 46, 3, 105.

'9 -H· J·
D- 1, 19. r, D. 50, *17.*

I 2. ludiclalis petitio proponi etiam potest ore Iudici unico; quo in casu, notarius eam scriptis consignet.

Can. 457—Iudex, Intra triduum ab exhibita petitione iudiclail, decreto ad culccm ipsius petitionis ab actore vel I notario scriptae apposito, praecipiat communicari, notarii cura, exemplar petitionis iudicialls reo, facta huic facultate, Intra (fecem dies deponendi In cancclIaria tribumils scriptam responsionem, vel adeundi tribunal ad respondendum petitioni actoris; quo in casu, notarius in actis referre debet rei responsum.

Can. 458—Iudex poterit, sl res ferat, alium praefigere xlori terminum ad replicandum alterutro ex indicatis modis.

Can. 459—Elapso termino reo constituto ad respondendum el actori ad replicandum, si hic terminus constitutus (writ, iudex, perspectis actis —nisi spes aliqua concordiae W affulgeat litem componendo per transactionem / ad normam can. 94 seqq.— partes citet ut coram se compareant, adrignalo termino non infra decem nec supra triginta dies. Citationis decretum, notarii cura, partibus denuntiari debeL

Can. 460—J 1. Integrum est partibus scriptam relationem ad probandas suas petitiones ad tribunal deferre, >jiiiiTù odo id faciant tres saltem ante audientiam dies et duplici exemplari, auorum alterum ex continenti communiori debet cum altera parte.

f 2. Item, intra terminum de quo in § 1, partes quae velint quosdam audiri testes non adductos in petitione iodichli, debent horum nomina una cum aliis requisitis de quibus In can. 456, § 1, n. 2, cancellariae tribunalis nota licere, ea lege ut iudex partibus numerum testium dumtrut paulo maiorem adducere permittat propter peculiaria causae adiuncta.

Can. 461—In audientia probationes colliguntur.

Can. 462—Probationibus collectis proceditur in eadem isdientla ad discussionem oralcm.

Can. 463—Fine discussioni orali imposito, si iudex ex adis el probatis censeat causam sufficienter Instructam, «terit sententiam vel statim pronuntiare vel eandem differre, non tamen ultra tres dies.

Can. 464—Si In audientia probationes iam admissae colligi haud potuerint, vel iudex necessarium duxerit novas probationes colligere, altera statuitur audientia.

Can. 465—Sententiae Interlocutoriae a iudice unico prolatae impugnari nequeunt nisi una cum sententiis definitivis, atque modis ad impugnandas sentias definitivas admissis.

Can. 466—Pars dispositiva sententiae statim communicetur ore partibus, nisi iudex deccmat decisionem secreto servandam esse usque ad formalem sententiae publicationem.

Can. 467—Sententiae textus quamprimum edendus est, td id summum intra quindecim dies./

SECTIO III

DE CAUSIS MATRIMONIALIBUS

Caput I—Dc foro competenti

On. 463—Causae matrimoniales inter baptizatos iure proprio el exsclusivo ad iudiccm ecclesiasticum spectant.

Can. 469—Causae de effectibus matrimonii mere civihtuj, si principaliter agantur, perlinent ad civilem ma· stratum sed si incidcnlcr ct accessorie, possunt etiam a lodice ecclesiastico ex propria potestate cognosci ac definiri.

On. 470—Causas matrimoniales ad eos spectantes de fiibw In can. 15, n. 1, illa Sacra Congregatio vel illud ribunal aut specialis ca Commissio exclusive cognoscet, ni eas Summus Pontifex in singulis casibus delegaverit; ansas dispensationis super matrimonio ralo ct non conRnmato, Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali; cautas inter partem catholicam et partem acatholicam, sive buptlzatam sive non bapllzatam, quocumque modo ad Sedem Apostolicam delatas, Sacra Congregatio Sancti Officii.

Can. 471—} 1. Nullus Iudex inferior potest processum in causis dispensationis super ralo et non consummato Instruere, nisi Sedes Apostolica facultatem eidem fecerit.

§ 2. 1.° Si tamen iudex competens auctoritate propria Indicium peregerit de matrimonio nullo ex capite impotentiae et ex eo, non impotentiae, sed nondum consummati matrimonii emerserit probatio, omnia acta ad Sacram Congregationem transmittantur, quae lis uti poterit in processu super rato ct non consummato;

2. Si vero probationes de non secuta matrimonii consummatione hactenus instructae, habeantur non sufficientes, caedem compleantur et acta dein plene instructa ad Sacram Congregationem remittantur.

§ 3. Pariter si iudex competens auctoritate propria ludicium peregerit de matrimonii nullltatc, ex alio capite, et matrimonii nullitas evinci non possit, sed inddenter dubium valde probabile emerserit de non secuta matrimonii consummatione, tunc Integrum est alterutri vel / utrique parti libellum porrigere Romano Pontifici inscriptum, pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato; et ipso iure fit potestas iudici causam instruendi. Idem iudex acta, plene instructa, dein ad Sacram Congregationem remittat.

Can. 472—In aliis causis matrimonialibus iudex competens est iudex loci In quo matrimonium celebratum est aut in quo sive pars conventa sive pars catholica, si altera sit acalhollca, domicilium vel quasi-domicilium habet-

Can. 473—Si matrimonium accusatur ex defectu consensus, curet ante omnia iudex ut monitionibus opportunis partem, cuius consensus deesse affirmatur, ad consensum renovandum inducat; si ex defectu formae substantialis vel ex impedimento dirimenti a quo dispensari potest et solet, partes inducere studeat ad consensum in forma legitima renovandum vel ad dispensationem petendam.

Caput II—De tribunali constituendo

Can. 474—Unicus est iudex instructor in inquisitione pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato.

Can. 475—Sive agatur de nullitate matrimonii, sive dc probandis inconsummatlone et causis ad dispensandum super rato et non consummato, citari debet defensor vinculi ad normam can. 62.

Can. 476—Defensoris vinculi est:

1.® Examini partium, testium et peritorum adesse; exhibere iudici interrogatoria clausa ct obsignata, in actu examinis a iudice aperienda, et partibus aut testibus proponenda; novas interrogationes, ab examine emergentes, iudici suggerere;

2.° Articulos a partibus propositos perpendere, iisque quatenus opus sit, contradicere; documenta a partibus exhibita recognoscere;

3.° Animadversiones contra matrimonii nullitatem ac probationes pro validitate aut pro consummatione matrimonii scribere et allegare, eaque omnia deducere, quae ad matrimonium tuendum utilia censuerit. /

Can. 477—Defensori vinculi ius esto:

1.° Semper et quolibet causae momento acta processus, etsi nondum publicati, invisere; novos terminos ad scripta perficienda flagitare, prudenti indicis arbitrio prorogandos;

2.° De omnibus probationibus vel allegationibus ita certiorem fieri, ut contradicere possit;

3.° Pcicre ut alii testes inducantur vel iidem iterum examini subiiciantur, processu etiam absoluto vel publicato, novasque animadversiones edere;

Can. 471 5 x.—S. C pro Eccl. Orient.. instr, io iun. X935. Art- 4.
f a.—S. C. S. Off., instr, a. 1858; instr, (ad Ep. Rituuni Orient), a. iMj. tit. VI, art. 5.

Dr awu Syn. Armen., a. ipn, tiL XI, cap. VII, it *iMM* Syn. prov. Alba-Iuhcn. et Fagarasien. Rumcura, * 1872, tit- X, cap. II, ***De cauiù matrimonialibus;*** a. 18S2, tiL IV, «ect II, cap. I.

Cax468,—Syn. Trident, sessio XXIV, ***De matrimonio,*** can. 12; Leo XIII, ***'Xjd. Immortale Dei,*** 1 nov. 1885; S. CS. Off., instr, (ad Ep. Rituum OaesO, a. iMj, pr. Can. 469.—Leo XIII, ep. cneyd. ***Immortale Dei,*** : set. 1M5.

Ce. 470.-i C S. Off., xi aog. 1859; Instr, (ad Ep. Rituum Orient.), L rMj. UL VI, art. 4, n. 45.

Cad. 472 —D. 5. I. 65.

De tribunali constituendo.—S. C. pro EccL Orient, 10 inn. :93s, art- 6» 19-24.—Syn. Alexandrin. Coptonnn, a. 1898, sect HI, cap. VI, tit VI, art. II, ***De tribunali constituendo.***

Can. 474.—Syn. prov. Alba-Iulien. et Fajarasien. Rumcnonnn, a. ‡W tiL IV, STCL II, cap. L

Can. 476.—S. C. S. Off., instr, (ad Ep. Rituum OrfenL), a. 1883. tit II, n. ix; tit III, n. 21; tiL V'. n. sS.

Can- 477.—S. C. S. OH., instr, (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1W3, ÜL II n. jo, xi; tit. Ill, n. 23.

4.· Exigere ut alia acta, quae ipse suggesserit, conficiantur, nisi tribunal unanimi suffragio dissentiat.

Caput HI De iure accusandi matrimonium et postulandi dispensationem super rato et non consummato

Can. 478—f 1. Habiles ad accusandum sunt:

1.· Conlages, In omnibus causis separationis et ñulli Utis, nisi Ipsi fuerint impedimenti vel, etiam alia ratione, nollitatis matrimonii causa directa et dolosa;

2.· Promoter Justitiae in impedimentis natura sua publlds.

J 1 Reliqui omnes, etsi consanguinei, non habent ius matrimonia accusandi, sed tantummodo nullitatem matri' monti Hierarchae loci vel promoted Justitiae denuntiandi. Eodem Jure gaudent coniugcs ad accusandum matrimonium inhabiles.

f 3. In causis de nullilate matrimonii, ut acatholici. sive baptizat! sive non baptizati, partes actoris agere queant, indigent facultate Impetranda a S. Congregatione

Can. 479—Matrimonium, quod, utroque coniuge vivente, non fuerit accusatum, post mortem alterutrius vel utri usque coniugis ita praesumitur validum fuisse, ut contra hanc praesumptionem non admittatur probatio, nisi inddenter oriatur quaestio, aut aliter ferant *Slaluta personalia.*

Can. 4SÛ—In causis super rato et non consummato non proceditur nisi ad legitimam saltem unius coniugis
103 petitionem./

Cipat IV-Dc probationibus

Can. 481—Consanguinei et affines de quibus in can. 279,| 3, n. 3. habentur testes habiles in causis suorum propinquorum.

Can. 482—**j** 1. In causis impotentiae vel inconsummationis, nisi de Impotentia vel inconsummatione aliunde certo constet, debet quisque coniugum septem testes, qui testes credibilitatis dicuntur. Inducere, sanguine aut affinitate sibi conlunctos, sin minus vicinos bonae famae aut alioquln de re edoctos, qui iurare possint de ipsorum coningum probitate, et praesertim de eorum veracltate circa rem in controversiam deductam.

5 2. Testibus credibilitatis a partibus Inductis potest iudex ad nonnam can. 231. j 3, alios testes ex officio adiungere; Imo debet, quoties testes credibilitatis a partibus inductos pauciores fuerint vel insufficientes aestimaverit.

5 3. Testimonium hoc est argumentum credibilitatis quod robur addit depositionibus coniugum; sed vim plenae probationis non obtinet, nisi aliis adminiculis aut argumentis fulciatur.

Can. 483—In causis impotentiae aut inconsummationis requiritur inspectio corporis utriusque vel alterutrius coniugis per peritos facienda, nisi ex adiunctis inutilis evidenter appareat.

Can. 484—In peritis eligendis, praeter nonnas in canonibus 315-328 datas, serventur praescripta canonum qui sequuntur.

Can. 485—Ad periti munus ne admittantur qui conteges privatim inspexerint circa facium cui innititur petitio declarationis nullitatis vel inconsummationis; licet tamen hos Unquam testes Inducere.

Can. 486—§ 1. Ad inspiciendum virum, duo periti medici ex officio designari debent.

De wtt Acmuxii S. C S. O L, *21* xan 1928, ad 1 et 15 na. ⅩI940.-873. Akmdnu. Coptorcm, a. 1B98, «cL HI, cap. VI. UL VI, D< inum •iirrnMuhtou,· Syn. prov ABn-ltibn. et Fa^aratfcrx H-x^ncron, a. 1M2. ÜL IV, «et II, cap. II. D< ««ami Cax 47S J1, t·.—5. C. S. OIL, decr. *22* mart. X939, ad I.

I I, x·-—S. C S. (ML, decr. *22* nurt. 1959, ad II.

1 2,—S. C S. (ML, instr. (id Ep. Rituum OrienL), a. 1883, UL I, n. 3.

Cax 4M.-S. C pro Ecd. Orient, xnstr. xo lun. 1935. art. x.

Dt S. Q pro Eat OrienL, decr. xo Uxn. 1935. η. II, III, IV.—Sya. Akxuxdrin. Coptcrcm, a. 1B98, «ct III, cap. ÜL VII, *De repdij* imandii u· ui jpecv.

Cax 4IL—5. C. S. Off., Ustr. (ad Ep. Rituum OnenL), a. xMj. tiL VI, art 5.

Cax 483 1 1.-5. C. S. Oit. üntr. x 1B5B; inrtr. (ad Ep. RlUxœn OnenL), a iMj, ÜL VI, art 5.

Can. 4I3.-S. C S. Off., xnrtr. x 1858; instr, (ad Ep. Rituum OneaL), a. xBBj. LL VI, art. s decr. :a v-x 1941.

Can. 4M.-S. C. S (ML, ia»tr. a. 1858; instr, (ad Ep. Rituum Orient), a. xMj, Ut. VI, art J.

i 2. Ad mulierem vero inspiciendam designentur doie mulieres quae laurea doctorali In arte medica, vel salter: legitimo peritiae in arte / obstetricia testimonio praeditae sint. Si vero tales mulieres ad inspectionem perficiendas haberi nequeant, tunc licitum erit l ilernrchae, de consen» mulieris Inspiciendae, examen peragendum committere siris. qui non tantum medica arto sint Insignes, sed etian religionis et honestatis laude commendati, moribus alqt> aetate graves.

f 3. Corporalis mulieris Inspectio fieri debet, servatis plene Christianae modestiae regulis ct adstante semper honesta matrona ex officio designanda.

Can. 437—5 1. Mulieris inspectionem seorsum singuli legitime ad eam faciendam designati exsequi debent.

$ 2. Qui inspectionem viri vel mulieris legitime peregerint, singuli relationes conficiant, intra terminum a ladice praefinitum tradendas.

I 3. Potest iudex relationes ab obstetricibus confecUi examini alicuius periti medici subliccrc, si id opportunas existimaverit.

Can. 483—Peracta relatione, periti, obstetrices ac matrona, seorsum singuli, a iudice interrogentur, secundum articulos a vinculi defensore antea concinnatos quibus ipsi, praestito iureiurando, respondeant.

Can. 489—Etiam in causis defectus consensus ob amentiam. requiratur suffragium peritorum in scientia psychiatrics peculiariter versatorum, qui infirmum, si casus ferat, eiusve acta quae amentiae suspicionem ingerunt, examinent secundum artis praecepta; insuper uti testes audiri debent periti qui infirmum antea visitaverint

Caput V- De publicatione processus, conclusione in cauu et sententia

Can. 490—§ 1. Publicato processu partes possunt adhuc novos testes, ad normam tamen can. 309, super diversis articulis inducere.

§ 2. Si vero testes iam excussi super Iisdem articulis antea propositis denuo audiendi sint, servetur praescriptum can. 304, integro iure defensoris vinculi opportunas proponendi exceptiones.

Can. 491—f 1. Defensor vinculi Ius habet ut in allegando, petendo et respondendo tam in scriptis quam ia defensione orali, audiatur postremus.

I 2. Quare iudex ad definitivam sententiam ne deveniat, nisi prius / vinculi defensor Interrogatus declaraverit 1β sibi nihil deducendum vel inquirendum superesse.

§ 3. SI vero ante praefinitum a iudice definiendae causae diem defensor nihil deduxerit, praesumitur eum nihil iam deducendum habere.

Can. 492—In causis quae spectant ad dispensationem matrimonii rati et non consummati, iudex instructor neque ad publicationem processus neque ad sententiam super ipsa inconsummatione et causis ad dispensandum deveniat, sed omnia acta una cum suffragio scripto Hierarchae ct defensoris vinculi transmittat ad Sedem Apostolicam.

Caput VI—De appellationibus

Can. 493—A prima sententia, quae matrimonii nullitatem declaraverit, vinculi defensor, intra legitimum tempus, ad tribunal appellationis provocare debet; et si negligat officium suum implere, compellatur auctoritate iudicis.

Can. 494—Sl in gradu appellationis novum ñuliitati caput afferatur, illudque nemine contradicente, a collegia

Can. 437 f a,- S. C. 5. OfL. instr, x 1858; tertr. ₫ Ep· Rituum Orirrt'. i. xMj. UL VI. art. 5.

i 3.—S. C S. OfL, xnstr. a. 1858.

Can. 488.—S. C. S. OIL, instr, x x8j8; instr, (ad Ep. Rituum OnedA x 1883, tiL VT, art- 5.

De prxniMJ——S. Q pro EcrL OncnL, «lecr. 10 xux 19O» x VT.—Syn. Alexandrin. Coptorum, x 1898, sect- HI, cap. VI, tiL VI. Art. IV'.

Can. 491 j ?-—S. C. S. Off., instr, (ad Ep. Rituum OrienL), x xWj, LL IV, n. 24.

Can. 492.—S. C. S. OfL, instr, (ad Ep. Rituum OrienL), a. xS8j, ÙL VI. art. 5; S. C. pro EccL Orient., instr, xo iuxx X935.

De Syn. Akxandnn. Coptorum, a. 1898, sect. Ill, up VI. tiL VT, m. V; Syn. prov Alb-i-Iuben. et Fagarasfcn. Rumenorca, 2. xMa, tiL IV, s«L II. cap. Ill, *de*

Can. 493.—S. C. S. Off-, instr, (ad Edx ituum OrienL), a. 1883. ÜL IV. n. 15.—Syn. prov Alba-Iulien. ct Fagarasicn. Rumenoruxn. a. 1882, UL IV, sert. II, cap. V.

admittatur, de eu Judicandum est tamquam In prima instantia.

On. 495—Post secundam sententiam, quae matrimonii nullltatem confirmaverit, si defensor vinculi in gradu appellationis pro sua conscientia non crediderit esse appellandum. Jus conlugibus est, decem diebus a sententiae denuntiatione elapsis, novas nuptias contrahendi.

Coin. 496— Decreta matrimonii nullitatc vel data a rato diipensatlone, Hierarcha loci curare debet ut dc ea mentio fui In baptismorum ct matrimoniorum regestis ubi matrimonii celebratio adnotata est.

Can. 497—| 1. Cum sententiae In causis matrimonialibus, haud exceptis causis separationis coniugum, nunquam transeant in rem iudicatam. causae ipsae, si nova Argumenta praesto sint, retractari semper poterunt, firmo praescripto can. 430. non autem ab eodem tribunali vel
l<4 &b dio eiusdem gradus, salvo praescripto § 2. /

J 2. In patriarchatibus causae de quibus in § 1 retractari possunt, consentiente vinculi defensore, in tribunali patriarchali, mutatis tamen judicibus.

Caput VH—De casibus exceptis a regulis hucusque traditis

Can. 498—Cum cx certo et authentico documento, quod nulli contradictioni vel exceptioni obnoxium sit, constiterit exsistere impedimentum dlsparltatis cultus, ordinis, voti castitatis emissi in professione maiore, ligaminis, consanguinitatis, affinitatis aut cognationis spiritualis simulque pari certitudine, ex certo et authentico documento vel etiam alio legitimo modo habita, apparuerit dispensationem super his impedimentis datam non esse, hisce in casibus, praetermissis sollemnitatibus hucusque recensitis, poterit Hierarcha loci, citatis partibus, matrimonii nullitatcni sententia declarare, cum interventu tamen defensoris vinculi.

Can. 499—Adversus hanc sententiam defensor vinculi, si prudenter existimaverit impedimenta de quibus in cacooe 498 non esse certa aut dispensationem ab iisdem probabiliter intercessisse, provocare debet ad iudiccm secundae instantiae, ad quem acta sunt transmittenda quique scripto monendus est agi de casu excepto.

Can. 500—Iudex alterius instantiae, cum solo interventu defensoris vinculi, decernet eodem modo de quo ia can. 498, utrum sententia sit confirmanda, an potius procedendum in causa sit ad ordinarium tramitem iuris; quo in casu eam remittit ad tribunal primae instantiae.

SECTIO IV

DE CAUSIS CONTRA SACRAM ORDINATIONEM

On. 501—} 1. In causis quibus impugnantur obligationes ex subdiaconatu vel maiore ordine contractae vel ipsa sacrae ordinationis validitas, libellus mitti debet ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali vel, si ordinatio impugnetur ob defectum substantialem sacri ritus. »1 Sacram Congregationem Sancti Officii; et Sacra Congregatio definit utrum causa iudlclario ordine an disciplii-
Wî ue tramite sit pertractanda./

11 Sl primum, Sacra Congregatio crusam remittit ad tribunal eparchiae quae clerico propria fuit tempore sacrae ordinationis, vel, si sacra ordinatio impugnetur ob defectus substantialem sacri ritus, ad tribunal eparchiae In qui ordinatio peracta fuit; pro gradibus vero appellationis totum praescripto can. 72-80.

I 3. Si alterum, ipsamet Sacra Congregatio quaestiorem dirimit, praevio processu informativo peracto a tribunali curiae competentis.

Can. 502—4 1. Validitatem sacrac ordinationis accuwe valet clericus aeque ac Hierarcha cui clericus subsit vel In cuius eparchia ordinatus sit.

i 2. Solus clericus, qui existimet se cx sacra ordinaliore obligationes ordini adnexas non contraxisse, potest declarationem nullitatls onerum petere.

£<95· —S. C. S. *OU.,* Instr, (ad Ep. Rituum OrienL), a. 1883, tiL V, 1 ja-Syxx. pror. Afba-Iulien. ct Fagara^ien. Rumenorum, x 1883, tiL IV, •β. II. cap.V.

£497 I V—S. C, S. Off., instr, (ad Ep. Rituum OrienL), a. 18S3, tiL V,

actfiii...—$ C. S. Off., to maii 1941, ad III.

Oa. 49I.—S. C S. Off., deer. 2X iun. 19x3, ad 3.

Can. 503—Ea omnia quae tum in parte prima, tum In sectione prima et tertia huius secundae partis praescripta sunt servari etiam debent, nisi rei natura obstet. In causis contra sacram ordinationem.

Can. 504—Defensor vinculi sacrae ordinationis iisdem gaudet Juribus iisdemque tenetur officiis quibus defensor vinculi matrimonialis.

Can. 505—Quamvis actio instituta fuerit non super ipsamet sacrae ordinationis nullitate, sed super obligationibus tantum ex ipsa sacra ordinatione exsurgentibus, nihilominus clericus est ad cautelam ab exercitio ordinum prohibendus.

Can. 506—§ 1. Ut clericus liber sit ab obligationibus quae a vinculo ordinationis manant, requiruntur duae sententiae conformes.

§ 2. Quod ad appellationem attinet, in his causis serventur praescripta can. 493-497, de causis matrimonialibus./ 108

PARS III

DE IUDICIO CRIMINALI

Caput I—De iis quae praeeunt iudicio criminali

Art. I. De accusatoria actione et denuntiatione

Can. 507—Actio seu accusatio criminalis uni promotori justitiae, ceteris omnibus exclusis, reservatur.

Can. 508—§ 1. 1.° Quilibet tamen fidelium semper potest delictum alterius, cuiusvis condicionis, denuntiare ad satisfactionem petendam vel damnum sibi resarciendum vel etiam studio iustitiae ad alicuius scandali vel mali reparationem;

2. Iure, de quo in n. 1, fruitur religiosus quoque, etiam adversus Superiores.

§ 2. Obligatio denuntiandi delicta urget quotiescumque ad id aliquis adigitur sive lege vel peculiari legitimo praecepto, sive ex ipsa naturali lege ob fidei vel religionis periculum vel aliud Imminens publicum malum.

Can. 509—Denuntiatio scriptis a denuntiante subsignatis vel ore fieri debet loci Hierarchae vel cancellario curiae vel protopresbyteris seu vicariis foraneis vel parochis, a quibus tamen, si viva voce facta fuerit, scriptis est consignanda et statim ad Hierarcham deferenda.

Can. 510—Qui delictum denuntiat debet promotori iustitiae adiumenta suppeditare ad eiusdem delicti probationem.

Can. 511——1. In causa iniuriarum aut diffamationis, ut promotor iustitiae actionem criminalem Instituere possit, requiritur praevia denuntiatio seu querela personae laesae.

§ 2. Sed si agatur de iniuria aut diffamatione gravi, clerico vel religioso, praesertim in dignitate constituto, illata, aut quam clericus vel religiosus alii intulerit, actio criminalis institui potest etiam si non praecesserit denuntiatio scu querela./

Can. 512—In delictis mixti fori Hierarchae regulariter nc procedant cum reus laicus est et civilis magistratus, in reum animadvertens, publico bono satis consulit

Art. II. De inquisitione

Can. 513—§ 1. Si delictum nec notorium sit nec omnino certum, sed innotuerit vel cx rumore et publica fama.

De iudicio criminali.—Syn. Alexandrin. Copiorum, a. 1898. sect. III. cap. VI, tiL VIII, ***Dg causir clmccrum crimtnalifaj;*** Syn. prov. Alba-1uber, et Fagarasicn. Rumenlrum, a. 1883, tiL V, cap. IV. Dr ***froccdwa ecdaiaUica criminali.***

Can. 507.—Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736» pars III, cap. IV, 33. VI

Can. 508 § x, x·.—Syb. Consuntmopoiitan. I, a. 381, can. 6; Syn. ChaJccdonen., a. 451, can. si.—Syn. Carthaginen., a. 419, can. 8, 23. 13o Theophilus Alexandrin., can. 9.—Syn. Alexandrin, Coptorum, a. 1898, secL III. cap. VI. UL VIII. 3.

Can 508 J 3.—Syn. Constantinopobtan. I. a. 381, can. 6 Syn. €halrcdonen., a. 45X, can. 21; Benedictus XIV, coosL Socrjewntnm ***Potnücntiag,*** 1 iun. 1741. 1 consL ***Apastottci numeris,*** 8 febr. 1745, | r.S.CS« Off., 33 nxn. ***1727;*** £> mart. 1839; litt. 30 maü ‡84 mstr. 30 febc. 18S6; 19 apr. 93. ad 2.—Syn. Carthaginen.. a. 419» can. 8. 23.—Syn. Alexandrin. Ccptorum. a. 1898, secL HI, cap. VI, tiL VIII, 2.—C. 9, 24. x.

Can. 5x0.—Syn. Chakedoncn.. a. 45X. can. ji.

Can. 5xx.—D. 47, xo, xx. 1; Basilic. 6c» 21, xx.

Can. 513.—Syn. Constantino^hUn. IV, a. S69, eon. 17.

j x.—S. G S. Off., instr 6 au: 1897, n. x, 3, 5.

vel ex denuntiatione, vel ex querela damni, vel cx inquisitione generali ab Hierarcha tacta, vel alia quavis ratione, antequam quis citetur ad respondendum ae delicto, inquisitio specialis est praemittenda ut constet an ct quo fundamento innitatur imputatio.

j 2. Huic regulae locus est sive agatur de irroganda poena vindicative vel censura, sive de ferenda sententia declarators poenae vel censurae in quam quis inciderit.

Can. 514—Inquisitio, quamvis ab ipso loci Hierarcha peragi possit, regulariter tamen committatur alicui ex judicibus eparehiahbus, nisi eidem Hlerarchae cx peculiari ratione alii committenda videatur.

Can. 515—j L Inquisitor delegetur non ad universitatem causarum, sed ad singulas causas.

$ 2. Inquisitor tenetur Iisdem obligationibus quibus lodices ordinarii, ac praesertim praestare debet iusiurandum de secreto servando deque officio fideliter implendo et abstinere ab accipiendis muneribus ad normam canonum 136-139.

f 3. Inquisitor nequit valide In eadem causa iudiccm agere.

Can. 516—j 1. Prudenti Hlerarchae iudicio committitur statuere quandonam ea. quae praesto sunt argumenta, sufficiant ad inquisitionem instituendam.

j 2. Nihili faciendae sunt denuntiationes quae ab inimico manifesto, aut ab homine vili et indigno proveniunt, vel anonymae iis adiunctis lisque aliis elementis carentes,
ΠO quae accusationem forte probabilem reddant./

Can. 517—Inquisitio secreta semper esse debet, et cautissime ducenda, ne rumor delicti diffundatur, neve bonum cuiusquam nomen in discrimen vocetur.

Can. 518—5 1. Ad finem suum assequendum potest inquisitor aliquos, quos de re edoctos censeat, ad se accire et Interrogare sub iureiurando veritatis dicendae et secreti servandi.

f 2. In eorum examine servet inquisitor, quantum fieri potest el natura inquisitionis patitur, regulas statutas in can. 292-3(4.

Can. 519—Inquisitor, antequam inquisitionem claudat, potest promotons Iustitiae consilium exquirere quoties in aliquam difficultatem inciderit, et cum eo acta communicare.

Can. 526—j 1. Expleta Inquisitione, inquisitor, addito suffragio suo, omnia referat ad Hierarcham.

} 2. Hierarcha vel de eius speciali mandato vicarius iudiclalis suo decreto iubeat ut

1.· Si appareat denuntiationem solido fundamento esse destitutam, id declaretur in actis et acta ipsa in secreto curiae archivo reponantur;

2.» Sl indicia delicii habeantur, sed nondum sufficientia ad accusatoriam actionem instituendam, acta in eodem archivo serventur el Invigiletur inierim moribus Imputati, qui pro prudenti Hierarchae iudicio erit opportune super re audiendus, et, si casus ferat, monendus ad normam | 3;

3.· Sl denique certa vel saltem probabilia et sufficientia ad accusationem instituendam argumenta praesto sint, citetur reus ad comparendum el procedatur ad ulteriora.

f 1 Eum qui versatur in proxima occasione delictum committendi rei in quem, ex inquisitione peracta, gravis suspicio cadit delicti commissi, Hierarcha per se vel per Interpositam penonam moneat.

Ari. ///. *De correptione delinquentis*

Can. 521—Si reus interrogatus ddictum confiteatur, Hierarcha, loco criminalis iudicii, utatur correptione ludi-
H1 clali sl eidem locus sit. /

Can. 522—Correptio iudlcialts locum habere nequit:

1.· Iu delictis quae poenam secumferunt excommunicationis Sedi Apostolicae, Patriarchae vel Archiepiscopo reservatae, aut poenam privationis beneficii, Infamiae, depositionis minoris scu depositionis simplicis vel maioris seu degradationis;

2.® Quando agitur de ferenda sententia declaratona poenae vindicativae vel censurae in quam quis Inciderit;

3.· Quando Hlerarcha existimet eam non sufficere reparationi scandali ct restitutioni iustitiae.

Can. 523—§ 1. Correptioni locus esse potest semel ri iterum, non autem tertio contra eundem reum.

f 2. Quare si post alteram correptionem reus Idem delictum commiserit, criminale ludlclum instrui uut Inceptum continuari debet ad normam can. 528.

Can. 524—Intra fines can. 521, 522, potest correpito ab Hierarcha adhiberi non solum antequam gradus flat ad formale iudiclum, sed etiam eo Incepto ante conclusionem In causa; ac tunc quidem iudiclum suspenditur, nili tamen prosequendum Idcirco sit quia correptio In irritum cesserit.

Can. 525—§ 1. Correptio adhiberi ellam potest, cum Interposita fuit actio damni cx delicto.

§ 2. Quo In casu Hierarcha potest de bono et aequo, partibus consentientibus, videro et dirimere quaestionem de damno.

f 3. Sed si censuerit quaestionem de damno difficult» de bono et aequo posse definiri, licet ipsi, remissa ordini ludlciario solutione huius quaestionis, per correptionem consulere reparationi scandali et emendationi delinquentis.

Can. 526—5 1. Correptio iudiclalis, praeter monita salutaria, debet plerumque coniuncta habere quaedam opportuna remedia, aut poenitentiarum vel piorum operum praescriptionem, quae valeant ad publicam reparationem laesae iustitiae aut scandali.

$ 2. Salutaria remedia, poenitentiae, pia opera reo praescribenda, mitiora el leviora esse debent iis, quae in criminali iudicio per sententiam condemnatoriam Ipi infligi possent et deberent.

Can. 527—Correptio censetur inutiliter adhibita, sl reus remedia, poenitentias et pia opera sibi praescripta non acceptet aut acceptata non exsequatur./ IU

Can. 528—Si correptio iudiclalis vel insufficiens sil ad aeitionem scandali et restitutionem iustitiae, vel adnequeat quia reus delictum denegat, vel inutiliter adhibita fuerit, loci Hierarcha aut vicarius Judicialis, de eius speciali mandato, praecipiat ut acta inquisitionis tradantur promotori iustitiae.

Caput Π—Dc ipso iudicio criminali

Can. 529—Salvis praescriptis canonum huius tertiae partis, in iudicio criminali serventur, nisi rei natura obstet, can. 226-152 de iudicio contentioso.

Art. I. De causae introductione et litis contestatione

Can. 530—Causa criminalis introducitur per accusationis libellum a promotore iustitiae conficiendum secundum normas in can. 531 statutas.

Can. 531—Libellus a promotore iustitiae confidendus indicare debet:

1.® Facta quibus constat delictum;

2.® Speciem delicti, allegatis canonibus qui eo per-Unent;

3.® Probationes cx quibus constat de accusati parte in delicto;

4.® Facta quae constituunt circumstantias aggravantes vel minuentes delictum;

5.· Poenas in quas accusatus incurrerit Iuxta canones Indicandos:

6.® *Positiones* facti seu articulos super quibus interrogandi sunt tum reus iuxta interrogatoria libello adnectendu, tum testes iuxta interrogatoria tempore opportuno exhibenda:

7.® Formulas propositas ad dubia, ut dicitur, concordanda.

Can. 532—5 1. Tribunal, postquam viderit rem esse suae competentiae, debet quantocius libellum aut admittere aut rtiicere, adieclis in hoc altero casu reieclloois causis.

5 2. Libellus relidendus est quoties constat actioni cri-

It",
in:

S

Cax J14 —6.Qs. Ott. latx. » fcbr. n. 5; imtr. 6 aug. 1897. 5.6.
Cn. 50 i tr-5. C. S. OIL ia'U. 6 1897. n- 6-
I 1-5. C 5. OfL, fcatr. febr. *1U6,* n. InsU. 6 ftop ťB$7, n. 5. 6. B.
i s. Q s. Ott, imtr. 6 oag. 1597, n- t» 3. 5-
\ 1.-5. G S. Ott. iftitr. » febr. ***M,*** n- »‹X histr. 6 iug. 1897, ft.—SpL ». »19, »n. 130.
Cix I 1.—BeeîKtat XIV. ©«at. Sawwnlwm PocwtfeJdu/, l lun. »7<f, I 1; cosit. *Αρηΐ̈vIκι mantru,* B iebr 174». i r, S. G S. O -, imtr. 7.
Ott, tmlr. 6 ttf. 1897. a- 5·

ni mlmll locum / non esse cx eo quod v. g. factum imputatum, etsi verum, crimen haud constituat, vel propter mortem rei, actionis praescriptionem, querelae in casu necessarise defectum.

I 3. Sl tribunalis decreto libellus relectus fuerit ob villa quae emendari possunt, prornotor iustitiae novum libellum rite confectum debet eidem tribunali denuo exhlbcrc; quod sl tribunal emendatum libellum refecerit, novae refectionis rationes exponere debet.

Can. 533—Adversus libelli rclectlonem, integrum semper est promotori iustitiae intra tempus utile decem dierum recursum interponere ad superlus tribunal. A quo, audito Illius instantiae promotore Iustitiae, quaestio rclectionls expeditissime est definienda.

Can. 534—SI tribunal continuo mense ab exhibito libello decretum non ediderit, quo libellum admittit aut rrlclt, senetur praescriptum can. 232.

Cin. 535—§ 1. Libello admisso, locus est rei citationi.

I 2. Citatio conficienda ct denuntianda est ad normam can. 237-245.

} 3. Citatione legitime peracta, res desinit esse Integra id nonnam can. 247, et licet prornotor iustitiae ab accusatione recedat, tribunal ad ulteriora procedere et poenns Imputato irrogare potest vel eundem in poenas incurrisse declarare.

Can. 536—Iudex reum citans debet eum invitare ad eligendum advocatum intra definitum tempus; quo inutiliter elapso, Idem ludex ex officio advocatum reo constituat

Can. 537—In delictis gravioribus, sl Hierarcha censeat non sine fidelium offensione imputatum ministrare sacris aut officio seu munere aliquo spirituali ecclesiastico vel pio fungi aut ad sacram communionem publice accedere, potest, audito promotore iustitiae, eum a sacro ministerio, ab Illorum officiorum seu munerum exercitio, vel etiam a sacra communione publice sumenda prohibere.

Can. 538—Pariter si iudex censeat accusatum posse testibus timorem incutere aut eos subornare, aut alio modo
111 iustitiae cursum impedire, potest, au/dito promotore Justitiae, decreto suo mandare, ut ille ad tempus deserat op- C'' i vel paroeciam, vel etiam ut secedat in praefinitum ibique sub peculiari vigilantia maneat.

Can. 539—Decreta de quibus in can. 537, 538, ferri nequeunt, nisi reo citato et comparente vel contumace, sive post primam cius auditionem seu constitutum, sive postea in decursu iudicii; ct contra eadem non datur iuris remedium.

Can. 540—Obiectum seu materia iudicii criminalis statuitur in ipsa litis contestatione qua iudex pro tribunali wdens die In citatione assignato libellum promotoris iustitiae accusato ct partibus laesis, si quae sint, significat.

Can. 541—In sessione litis contestationis concordari poterunt, quatenus iudex id expedire censuerit, dubia drea ipsam quaestionem principalem.

Can. 542—Si reus in sessione litis contestationis crimen confiteatur, non ideo causa finitur. Potest tamen iudex, pro suo prudenti arbitrio, liti finem imponere in casibus la quibus admittitur correptio.

Can. 543—Si die el hora contestandae liti praestituta reus non comparuerlt nec iustam absentiae excusationem allegaverit contumax declaretur et procedatur ad ulteriora.

Art. II. De ordine cognitionum

Can. 544—SI reus exceptiones praciudiciales in sessione lilii contestationis deduxerit, v. g. de extinctione actionis oinlnalls, de incompetentia iudicis, de re iudicata, dc pirte laesa excludenda, etc., locus est causae incidenti ad Bsrmam can. 361 et seqq. pertractandae et definiendae.

Can. 545—| 1. Lito contestata, causa incidens, sl qua «utor, proponi debet coram tribunali ad normam canosis 361 et seqq.

ns I 2. Causa incidens, nisi propter rei momentum aliud Mid videatur, una cum principali definienda est. /

I 3. Causa Incidens, quae pendente instructoria proposer, etsi pertractetur ante causam principalem, Instructsrhe evolutionem minime suspendit, nisi tribunal id expose, gravissima ex ratione, decreverit. Causa autem iorideas per memorialia, brevibus assignatis lerminis, di-

k* 315—S. Ialios, UtL ***Legi lillcrat,*** a. 341: ***»Quai aulsm».***
I L—S, Cyrilhxk Alexandrin., can. 1.

sceptetur; eam tribunal per decretum solvat, nisi decisio talis sit ut iudicio criminali finem imponat; quo in casu edatur sententia.

Can. 546—§ 1. Contra tribunalis sententias vel decreta Interlocutoria, etsi habeant vim sententiae definitivae, non datur separata appellatio; sed appellatio proponenda est una cum appellatione a sententia definitiva, nisi tribunal, attento quaestionis momento, separatam appellationem in ipso decreto vel sententia Interlocutoria fieri posse admiserit.

§ 2. Tribunal, ante sententiam drfinitivam vel una cum sententia definitiva, sententias vel decreta cruaelibet Interlocutoria corrigere, emendare aut revocare, auditis partibus, potest.

Art. IIL De partibus privatis et de actione civili ex delicto orta

Can. 547—§ 1. Praeter reum citanda semper est pars cui ex delicto laesio iuridica est illata, quaeque ius habet exercendi actionem civilem.

§ 2. Etsi citatio partis laesae fuerit omissa, vel ipsa, non obstante legitima citatione, non comparuerit, ius tamen habet interveniendi in iudiclum sive primae instantiae sive appellationis, usque ad conclusionem in causa, servato praescripto can. 376, § 3.

§ 3. Interventus partis laesae admitti nequit si causa de actione civili ex delicto orta iam soluta sit per sententiam quae in rem iudicatam transierit.

§ 4. Proposita per legitimam citationem actione civili ex iniuria vel diffamatione, ius denuntiationis vel querelae partis laesae perimitur.

§ 5. Firmo can. 511, § 2, a querela ex iniuria vel diffamatione pars laesa resilire semper potest, accedente tamen imputati consensu. Quo in casu partes integram sibi reservare possunt actionem civilem damnorum.

Can. 548—Pendente vero iudicio criminali, indicium contentiosum de actione ex delicto orta suspenditur, usque ad definitionem causae criminalis; integrum tamen est parti laesae actionem civilem in iudicio criminali exercere iuxta can. 547 et 551. / 116

Can. 549—Sententia in iudicio criminali edita, etsi de actione civili expresse non decreverit ct absente parte laesa fuerit prolata, vim exserit ad ipsos civiles effectus quod attinet, sive quaeritur factum ipsum an exstiterit necne, sive quaeritur de rei imputabilitate.

Can. 550—Quod si exsistentia delicti ex quaestione quadam de statu personarum pendeat, criminale iudiclum, iudicis sententia, suspendatur usque ad definitionem quaestionis de statu in iudicio contentioso pertractandae.

Can. 551—Actio civilis in iudicio criminali exercetur a parte laesa per declarationem in actu litis contestationis factam vel per legitimum interventum ad nonnam canonis 547, § 2.

Can. 552—§ 1. Quaestio, si oriatur, de parte laesa admittenda, dirimatur ad normam can. 361 et seqq., 545.

§ 2. Contra decretum vel sententiam qua admittitur exercitium actionis civilis non datur appellatio nisi ad normam can. 546.

§ 3. Contra decretum vel sententiam quae partis laesae interventum excluserit datur immediata et separata appellatio in devolutlvo tantum intra tres dies proponenda, intra decem dies prosequenda, ct expeditissime definienda.

Can. 553—§ 1. Pars laesa ad exercitium actionis civilis admissa ius habet proponendi exceptiones ct probationes necnon advocatum et procuratorem sibi eligendi uti vera pars in causa, salvo tamen can. 376, § 3.

§ 2. Contra sententiam definitivam quae reum quavis de causa absolverit, pars laesa quae ad exercitium actionis civilis fuerit admissa, quibuslibet (uris remediis frul valet, quamvis prornotor iustitiae ab iis abstinuerit, quo in casu iudiclum impugnationis actionem contentiosam tantum respicere debet ct pertractandum est iuxta normas statutas circa iudiclum contentiosum.

Can. 554—§ 1. Pars quae ad normam legis ecclesiasticae vel civilis, iure canonico legitime receptae, respondere debet de damno civili a delinquente patrato ius habet interveniendi ad sua iura tuenda in criminali iudicio.

§ 2. Pars laesa ius habet instandi ut citetur pars dc qua in praecedenti paragrapho./

Art, IV. Ik causae instructione deque probationibus

Can. 555—j I. Lite contestata locus est instructoriae.

f 2. *1.· Ad* rem ponens intra tres dies eligat instructorem;

2.· Instructor, In eadem causa definienda, iudicis officio fungi nequit.

Can. 556—A decretis vel rescriptis iudicis instructoris, datur intra 1res dies recursus ad tribunal cum effectu devolutivo tantum.

Can. 557—Reus regulariter est audiendus cum probationes a promotore iustlliae et a parte laesa propositae iam sint collectae. Index autem instructor debet summam probationum reo patefacere ita ut hic novas probationes postulare possiL

Can. 558—Tribunalis est aestimare quid valeat confessio rei, utrum In casu vim habeat plenae vel saltem semiplenae probationis, utrum confessio dividi possit necne. Quare, etsi reus delictum suum confiteatur, causa minime finitur et tribunal ad ulteriora procedere debet.

Can. 559—f 1. lusiurandum de veritate dicenda aut de veritate dictorum nequit accusato deferri.

f 2. lartiurando suppletorio de quo in can. 352, abstineat index.

Can. 560—Testium examini intéressé possunt, iudice consentiente, partium advocati; reus autem ne admittatur nisi gravissima ex causa.

Can. 561—Probationes quae fuerint ab inquisitore collectae ad normam can. 518, confirmandae sunt a testibus et peritis in instructoria, ut iudex ex ipsis suam certitudinem efformare possit; partibus autem semper licet iis uti in discussione causae praesertim ad contradictiones ct
118 variationes evincendas./

Can. 562—Cum Iudex instructor causam satis instructam putaverit, suo decreto id statuat et acta tribunali deferat una cum conclusionibus.

Can. 563—j 1. Tribunal, nisi supplementum instructoriae ex officio faciendum iusscrit, publicationem actorum decernat. Ita ut cum promotor iustitiae tum rei advocatus noscere possint sive acta instructoriae sive iudicis instructoris conclusiones.

§ 2. Una cum actis instructoriae publicandae sunt probationes quae fuerint ab Inquisitore collectae ad normam can. 518.

Can. 561—Ex gravissima ratione iudex in publicandis actis decernere potest ut aliqua testimonia eo pacto advocatis communicentur ut nomina testium secreta sub iuramenti sanctitate servent ita ut ne reo quidem patefaciant

Quo in casu partes invitentur ad manifestanda nomina eorum ouos sibi infensos vel inimicos habeant et inimicitiae rationes.

Can. 565—| 1. Publicatis actis, tribunal statuit diem causae definiendae.

J 2. Decretum denuntiari debet omnibus partibus saltem decem diebus ante definitionem causae.

Can. 566—Quinto saltem die ante causae definitionem, cum promoter Iustitiae tum rei advocatus suas scripturas In cancellaria tribunalis deponere debent ut a parte adversa nosci possint.

Can. 567—Die definiendae causae assignato habebitur discussio oralis.

Art, V. *De cousue discussione d definitione*

Can. 568—In discussione orali novae probationes colligi
119 nequeunt./

Can. 569—5 1. Discussioni adslslunt promoter iustitiae, reus eiusque advocatus, pars laesa et pars de qua in can. 554, earumque advocati.

J 2. Tribunalis est peritos qui operam in causa praestiterint ad discussionem vocare ut peritias suas declarare valeant

Can. 570—| 1. In discussione hic ordo servetur ut primus promotor iustitiae, secunda et tertia, si quae sint, pars laesa et pars de qua in can. 554, earumque advocati, ultimo reus conventus eiusque advocatus loquantur.

§ 2. Quod sl responsionibus sit locus, ultimo semper reus conventus ciusque advocatus ius habent replicandi.

5 3. Praesidls est moderari oralem discussionem.

Can. 571—§ 1. Discussione absoluta, tribunal sententiam proferat.

f 2. Si ex discussione emerserit necessitas novarum probationum colligendarum, tribunal, dilata definitione causae, novas probationes Ipsum colligat.

Can. 572—Pars dispositiva sententiae statlm publicanda est, nisi tribunal gravi de causa decernat decisionem secreto servandam esse usque ad formalem sententiae publicationem, quae non ultra mensem a die definitionis differri potest.

Art. VI. De iuris remediis contra sententiam deque exsecutione sententiae

Can. 573—Reus contumax appellationem intra terminos iure statutos proponere ct prosequi potest neque ulla tenetur obligatione petendi beneficium can. 371.

Can. 574—Prudenti ludicio promotoris Iustitiae in superiore tribunali committitur prosecutio remedii iuris a fsromotore in inferiore tribunali propositi. Peracta autem egitime partium apud tribunal superius citatione, servetur praescriptum can. 535, i 3. / m

Can. 575—Ad exsecutionem privationis beneficii inamovibilis iudex ne procedat contra clericum qui Apostoll·cam Sedem vel Patriarcham adierit; sed si agatur de beneficio cui adnexa sit animarum cura, Hierarchn provideat per designationem vicarii substituti.

Art. VII. De expensis iudicialibus

Can. 576—Ad aliquid solvendum titulo expensarum Judicialium adigi possunt tantum partes privatae, nisi et Ipsae ad nonnam can. 441-443, eximantur.

Nos autem per Apostolicas has Litteras motu proprio datas supra recensitos canones promulgamus llsdemque vim legis christifidelibus Ecclesiae Orientalis tribuimus, ubique terrarum hi sunt. Simul ac per Apostolicas has Litteras huiusmodi canones vigere coeperint sua destituentur vl quodlibet statutum, sive generale sive particulare vel speciale, etiam latum a Synodis speciali fonna adprobatis, quaelibet praescriptio et consuetudo adhuc vigens, sive generalis, sive particularis ita ut disciplina *de iudiciit* unice iisdem canonibus regatur, neque amplius ius particulare iis contrarium vigorem habeat nisi quando et quantum In iis admittatur.

Ut autem huius Nostrae voluntatis notitia tempestive ad omnes quorum res interest, perveniat, volumus et constituimus, ut Apostolicae hae Litterae motu proprio datae a dic 6 lanuarii, in Epiphania Domini anni 1951, exsecutionem suscipere incipiant, quibuslibet contrariis non obstantibus, ellam peculiarissima mentione dignis.

Datum Romae, die vi mensis lanuarii, in Epiphania Domini, anno mcml, Pontificatus Nostri undecimo.—Pius Pp. XII.

Dc iuris rrmUiif ***conira*** **..**—Sya. Alexandria. Copiorum, a. 1898. sect lΠ cap. VI, tic VUI, 20, 21.

INDEX

DE IUDICIIS

(Can. 1-576)

PARS I
DE lUDICHS Di GENERE
(Can. 1-225)

		CAS.
Cap. I.	*De potestate ordinaria et delegata..*	5-13
Cap. II.	*De foro competenti.....*	14-31
Cap. III.	*De variis tribunalium gradibus el speciebas*	32-93
Art. L	De tribunali ordinario primae instantiae	37-71

D/ iJx-u ***dnpu*** preAi/iomH:.—Syn_ Alexandrin Coptorum, a. 18A lert. Ill, cap. VI, UL VIII, 12-χβ; Syn. Libanen. MaromUnnn, a. 1736, pin HI. αρ. IV, jj. 111.

Un. 5$a.—Srn. a. 314-515. can. 9; S. Banlios M., can. 7α.

Ik M·«α< iiutrojcMZ rf ἴqwUion —Syn. Alexandrin. Coptomn, a. 1898, wtt. Ill, cap. VI. til. VIll, 17-19·

		CAN
	De iudice	37-51
2.	De auditoribus	52-55
3.	De notario, promolorc iustitiae, vinculi defensore	56-67
	De cursoribus ct apparitoribus	68-71
Art. 11.	De tribunali ordinario secundae ct tertiae instantiae	72-76
Art. 111.	De ordinariis Apostolicae Sedis tribunalibus	77-84
1.	De Sacra Romana Rota	78-80
2.	De Signatura Apostolica	81-84
Art. IV	De ordinariis tribunalibus patriarchalibus et archicpiscopalibus	85-91
Art. V	De tribunal! delegato	92-93
	Demodis eoitandi iudicia	94-122
	De transactione	94-97
.Art. II.	De compromisso in arbitros	98-122
Cap. V.	*De disciplina in tribunalibus servanda*	123-160
Art. I.	De officio iudicum et tribunalis ministrorum	123-141
Art. II.	De ordine cognitionum	142-148
Art. III	De terminis et dilationibus	149-150
Art. IV.	De loco ct tempore ludicli	151-154
Art.	De personis ad disceptationem iudlcialem admittendis et de modo conficiendi et conservandi acta	155-160
Dp. VI.	*De partibus in causa*	161-183
Art. I.	De actore et reo convento	161-169
Art. 11.	De procuratoribus ad lites et advocatis	170-183
Cap. VIL	*De actionibus et exceptionibus*	184-225
Art. I.	De rei sequestratione et inhibitione exercitii luris et de necessariis alimentis ad tempus praestandis	189-195
Art. II.	De actionibus ex novi operis nuntiatione et damno infecto	196-198
Art. III.	De actionibus ob nullitatem actuum	199-203
Art. IV.	De actionibus rescissoriis et de restitutione in integrum	204-209
Art. V.	De actionibus reconventionalibus.	210-212
Art. VI.	De actionibus seu remediis possessoriis	213-220
.Ut. VII.	De exstinctione actionum	221-225

		CAN.
1.	De natura et fide documentorum	335-341
2.	De productione documentorum et actione ad exhibendum	342-347
Art. VI.	De praesumptionibus	348-351
Art. VII	De iureiurando partium	352-360
Cap. VI.	*De causis incidentibus*	361-381
Art. I.	De contumacia	366-375
Art. II.	De interventu tertii In causa	376-377
Art. III.	Dc attentatis lite pendente	378-381
Cap. VII.	*De processus publicatione, de conclusione in causa et de causae discussione*	382-391
Cap. VIII	*De sententia*	392-401
	De iuris remediis contra sententiam	402-428
	De appellatione	403-417
/Art. II.	De querela nullitatls contra sententiam	418-424
Art. III	De oppositione tertii	425-428
	De re iudicata et de restitutione in integrum	429-434
Cap. XI.	*De expensis iudicialibus et gratuito patrocinio*	135-444
Art. I.	De expensis iudicialibus	435-440
ArL II.	De gratuito patrocinio aut expensaram Iudicialium deminutione	441-444
Cap. XII.	*De exsecutione sententiae*	445-452

SECTIO II

De IUDICIO CONTENTIOSO CORAM UNICO IUDICE

(Can. 453-467)

SECTIO III

De causis matrimonialibus

(Can. 468-500)

Cap. I	*De (oro competenti*	468-473
Cap. II.	*De tribunali constituendo*	474-477
Cap. III.	*De iure accusandi matrimonium et postulandi dispensationem super rato et non consummato*	478-480
Cap. IV.	*De probationibus*	481-489
Cap. V.	*De publicatione processus, conclusione in causa et sententia*	490-492
Cap. VI.	*De appellationibus*	493-497
Cap. VII	*De casibus exceptis a regulis hucusque traditis*	498-500

SECTIO IV

De CAUSIS CONTRA SACRAM ORDINATIONES!

(Can. 501-506)

DE IUDICIO CONTENTIOSO

(Can. 226-506)

SECTIO I

De IUDICIO CONTENCIOSO IN GENERE

(Can. 226-452)

	De causae introductione	226-247
Art. I.	De libello litis introductori©	226-232
Art. II.	De citatione ct denuntiatione actuum iudicialium	233-247
Cip. IL	*De litis contestatione*	248-253
Cip. III.	*De litis instantia*	254-263
Cap. IV.	*De interrogationibus partibus in iudicio laciendis*	264-268
	De probationibus	269-360
	De confessione partium	272-275
Art. II	De testibus et attestationibus	276-314
1.	Qui testes esse possint	278-280
1	A quibus, quomodo, et quot testes inducl et qui excludi possint	281-288
3.	De iureiurando testium	289-291
	De testium examine	292-304
5.	De testimoniorum cvulgationc coranique reprobatione	305-309
6.	De indemnitate testium	310-311
	De testimoniorum fide	312-314
.Art. IIL	De peritis	315-328
Art. IV.	De accessu et recognitione Judiciali	329-334
Art. V.	De probatione per documenta	335-347

PARS III

DE IUDICIO CRIMINALI

(Can. 507-576)

Cap. I.	*De iis quae praeeunt iudicio criminali*	507-528
Art. I	De accusatoria actione et denuntiatione	507-512
Art. II.	De inquisitione	513-520
Art. IIL	Dc correptione delinquentis	521-528
Cap. II	*De ipso iudicio criminali*	529-576
Art. I.	De causae introductione ct litis contestatione	530-543
Art. II.	Dc ordine cognitionum	544-546
Art. III	De partibus privatis ct de actione civili ex delicto orta	547-554
Art. IV	De causae instructione deque probationibus	555-567
V	De causae discussione et definitione	568-572
Art VI	De luris remediis contra sententiam deque exsecutione sententiae	573-575
Art VII.	De expensis iudicialibus	576

Adn. V. BARTOCCETTI in ApoU. 24 (1951) 99-101: A. DELCHARD in NrT 82 (1950) 418-419; A. HERMAN in ME 75 (1950) 59^620 · ! i REDC 5 (1950) 1045-1084; I. PRIETO LÔPEZin REDC 7 (19S2) 743-797

2099

1950 IAN 10.-SC STUDIORUM, DECRETUM. PART.·

Statuta quibus regitur INSTITUTUM CANONISTICUM FACULTATIS THEOLOGICAE MONACENSIS APPROBANTUR

Romae, die 10 m. Ianuarii n. D. 1950

ac Revihe Domine Mi Obsrfie, his diebus primum accepimus quae a Revmo D. Prof. Nicolao Morsdorf missa sunt, te mandante, documenta de Instituto Iuris Canonici In Theologica Facultate Monacensi fauste inchoato.

Libenter legimus folia quibus normae significantur, a Theologica Facultate Studiorum Universitatis Monacensis d. 20 m. iulii a. D. 1949 latae, ad «habilllationem» et academics gradus licentiae et doctoratus Iuris Canonici assequendos edictae.

Quum hae normae consentaneae sint cum praescriptis Ap. Const *Deus scientiarum Dominus* [LE IÛ30) adnexlsque *Ordinationibus* [LE 1033], haec S. Congregatio pro munere approbat quae fasciculo, ab Eminentia Tua Revma rite agnito atque probato, cui titulus «Akademische Prùfungsordnung der Kanonistischen Sektion der Theologlschen Facilitât München, beschlossen von der Theol. Fakultât der UnivenlUt München in der Sltzung vom 20. Juli 1949». Postquam vero, transacto «quinquennio» de quo In litteris ab hac Sacra Congregatione d. IS m. mali a. D. 1949 [LE 20-17] datis. Decretum erectionis a nobis edetur, «Statuta» laudati Instituti Iuris Canonici in perpetuum approbanda erunt ab eodem Sacro hoc Dicastero.

Gratias Eminentiae Tuae Revibae denique agimus tum ob exemplar Decreti a Te d. 15 m. augusti sup. a. editi quod humanissime ad nos misisti, tum ob textum civilis magistratus publicae agnitionis de quo nos certiores diligenter fecisti.

* Hac freti occasione, bona fausta cuncta Instituto Iuris Canonici Theologicae Facultatis Monacensls adprecamur, dum lectissimas gratias in clarissimos Magistros sedulosque alumnos a Patre Luminum flagitamus.

Omni qua par est veneratione, manus Eminentiae Tuae humillime deosculor, salutem plurimam ad multos annos Iterum itennuque Tibi in Domino dicens Eminentiae Tuae Reverendissimae humus ac dev±us Senus verus.—Kard. Pizzardo. A. Cecchettl, *Sekr.*

• Ordiaulo Moeacanii. Prot. N. 814'43518: AXER 124 (1943-50) 437-453 Vido lextaa Statutory aapn rib di· 20 hi! 1949: LE 2066. Ada. N. HILLING xa AMR 124 (1949-50) 461-439.

2100

1950 IAN 12.-SC STUDIORUM, UT. CIRC. PART.·

De admissione religiosi in seminarium aut seminaIUSTAE IN RELIGIONEM

Roma, 12 Gennaio 1930

lllrfto t Reoiho Monsignare, Rispondlamo alia Sua cortese richlesta In data 4 corrente mese, fomendoLe l chlarimentl desiderati dal Revtfio Vicario Generale di Colonia Intomo al decreto dei 25 luglio 1941 |LE 1635].

1.· Comprendlamo bene l'atteggiamcnto della Sacra Congregazione dei Religiosi, essendo II caso dei chlcrici che passano ad una vita più austera molto diverso, generalmenle, da quello dei religiosi che lasclano la loro comunlU per entrare tra il clero dlocesano. Infatti ll Codice dl Diritto Canonico prevede sanzionl per ll secondo caso, ma non per ll primo.

2.· Questa Sacra Congregazione Insiste sulTappllcazlone dei decreto suddetto, per la parte che la riguarda (Ingresso nei Seminari dl ex-relluiosl). Per rendere tuttavta più spedlta e agevole la pratica (che in molti casi puô anche essere una formalité, ia quale non implica alcuna nota sfavorevole per ll candidato) è prefcrlblle che gli Eccihi Ordinari e le Reviîie Curie cl facciano pervenire, Insleme alia supplica, la chlara documentazlone del precedent! dell'asplrante al Sacerdoâo. con le testimoniali (originali o in copia conforme) del Superiori Religiosi, e posslbilmente, dl altre personalità eccleslasllche.

3.· Tra gli appartenenti «quocumque titulo» ad una famigiia religiosa continulamo a includere anche gli alunnl delle scuole claustra!i destinate a formare le vocaztoni religiose («scuole apostoliebe»), e solo questi. Naturalmente, la pratica concernente un giovane candidato alla viti religiosa che non ha contratto nessun irnpegno canonico è di natura molto più blanda che per un religioso propria» mente detto.

Preghiamo la S. V. di voler significare agli Eccdii Ordinari che Le chiedono informazloni in merito, che il molivo di tali disposizioni è molto serio. Talora l Superiori religiosi per togiiersi da casa vocazloni scadcnli, ne facilitano l'ingresso nel clero dlocesano. Si possono emi trovare nelle file dei clero degli ox-religiosi che dânM poca buona edificazione. Obbligando In coscienza l Superiori Religiosi a dire come realmente stanno !e cose, l Superiori stessi daranno le informazioni senza rctlcenze e sarà più difficile che si introducano nel clero lecolare

Con sensi di partlcolare stima ed ossequlo, ben di cnort mi riaffermo della S. V. Ilhha e Reviha devriio In G. (I-O. Card. Pizzardo.

• Rectori Collegii Teutonici in Campo Sancto. Prot. N. 2743.403} PrM 41 (1952) 3«Mdl. Adn. F. X. HETCH in PrM 41 (1953) 36Vx4

2101

1950 IAN 17.-SC SACRAMENTORUM, INDULTUM. PART.l

Facultas datur cappellanis domorum maternitatis, NOSOCOMIORUM, BREPHOTROPHEORUM, ETC., GERMANIAE ADMINISTRANDI CONFIRMATIONEM INFANTIBUS IN PEHICUL0 MORTIS CONSTITUTIS

Preces—*Beatissime Paler,* Archlepiscopi et Episcopi Germaniae, ad pedes Sanctitatis Vestrae provoluti, humiliter postulant derogationem Decreto *Spiritus Sancti munera* die 14 sept. a. 1946 [LE 1881] a S. Congregatione de Sacramentis «lito, ita ut in domibus sic nuncupatis maternitatls vel nosocomiis pro mulieribus parturientibus vel brephotropheis vel generatim in nosocomiis in quibus habetur aliqua mansio pro infantibus infirmis, Confirmationis Sacramentum valide et licite conferre valeat puerulis Ibi receptis, qui In adlunctis ab eodem Decreto recensitis reperiantur, Cappellanus earumdem domorum.

Petitionis ratio est difficultas maxima pro parocho lod, aliis ministerii sui gravato muneribus, Confirmationem fere passim conferendi, attento praesertim magno infantium numero in enunciatis domibus commorantium.

Rescr.—*Ex Audientia Ssmi diei* 17 *Jan.* 1950. Ssduis Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, referente Infrascripto Cardinali huius Sacrae Congregationis Pro-Praelecto, relatis precibus benigne annuere dignatus est, ea tamen lege, ut Confirmationis Sacramentum in adiunctis de quibus in praefato Decreto, personaliter conferatur puerulis a Cappellano stabiliter enunciatis nosocomiis addicto, si unus dumtaxat eisdem sit praepositus, aut. si plures ibi constituti sint, ab eorum primo, nisi exstet Cappellanus spirituali curae puerulorum in enunciata mansione receptorum peculiariter et stabiliter deputatus, quo in casu, exclusis ceteris, iste dumtaxat valeat Sacramentum Confirmationis conferre.

Cappellano autem hac facultate uti licebit tantum sl Episcopus dloeccsanus haberi nequeat aut legitime impediatur quominus per selpsum Confirmationem conferat, nec alius praesto sit Episcopus, communione gaudens cum Sede Apostolica, licet titularis dumtaxat, qui sine gravi incommodo ipsi suffici queat.

Itidemque sl parochus loci, in iisdem adlunctis, haberi et ipse nequeat vel legitime impediatur quominus Sacramentum Istud conferat.

In absentia autem Cappellani, ut supra designati, aut in eius impossibilitate per selpsum confirmandi, nullus alius praeter Episcopum vel loci parochum idem Sacramentum valide conferre valet.

Serventur in ceteris termini et clausulae memorati Decreti; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Praesentibus valituris ad annum.—B. Card. Al o1 si-Masf.l1a, *Pro-Praejeclus.* Bracci, *Segr.*

• Ordinarii» locorum Germaniae. Prot. N. 8607: AKXR124 (1949-50) 52S-52O,

2102

i960 IAN 22.-S. PAENITENTIARIA, DECLARATIO. PART.·

DF.CLARATIO CIRCA CONDITIONES NECESSARIAS AD 1UD1LAEUM ANNI SANCTI IN ROMA LUCRANDUM

La Sacra Penitenzicriu Apostolica, cui spetin vigilare sulla plena ojscnanzn delle dlsposlzlonl pontificie Indispensablll per Tacquisto del S. Glubllco, alio scopo dl togliere equlvocl e confusioni sorti da gravi Ine&attezze od omissioni apparse su (rfomall, rivtstc c pubblicazionl per I pcllegrlnl, ritlenc necessario dichlarure quanto segue:

1) Le opere prescrltte per l'ucqulsto del Santo Glubllco sono Quattro: Con/cu/onc, *Comunlone,* **una** *vltita* **(nnche in giorni diversi) alie qualtro Basllichc Palriarcall,** *preghlere.*

Le preghlere da recitare In ogni visita sono: tre *Pater, Aoe c Gloria,* **piü un** *Pater, Aoe c Gloria,* **secondo Fintenzione dei Sommo Pontefice, e una volta** Il *Credo.*

Le opere possono essere complute In qualsiasi ordine.

2) L'Indulgcnza glubilare si puô acquistarc plü volte, sia perse stesso, sin In suffragio delle Anime dei Purgatorio. Ogni rolta perd che sl vuolc ncqulstare Tindulgenza glubilare, è necessario ndemplerc le opere prescrltte, come al n. 1.

3) Non sl possono inizlare lo opere per l'acqulsto dl un altro Giubileo, prima di aver terminato le opere per 1'acqulsto del Ginblieo precedente.

• Perfice mono· 25 (1950) 290. Documentum publici luria factum Mtapud L'Osservatore Romano diei 22 Un. 1650.

2103

1950 IAN30.-S. PAENIT., DECR. AAS 42 (1950) 404-405

Decretum de precibus et pus operibus indulgentiis DITATIS, NOVA COLLECTIONE EDITIS

Quoniam volumen, quod «Preces et Pia Opera...» inscribitur atque anno mdccccxxxvii editum fuit, iam amplius non prostat, haec Sacra Paenitcntiaria Apostolica illud iterum typis imprimere statuit, eo vel magis quod chrlstifideles non pauci itemque Sacerdotes et Episcopi Id ipsam multis ex partibus petierunt. /Antequam tamen hoc propositum ad effectum deduceretur, opportunum visum est rem omnem diligenter recognoscere ac nonnulla expungere, quae minus apta viderentur, nonnulla vero adi icere, quae postremis hisce temporibus fuere indulgentiis insignita.

Normae autem, quibus hoc enchiridion compositum est et in praesentem formam redactum, eaedem sunt, idemque propositum; ut nempe authenticum habeatur opus, quod Pontificias omnes hac in re largitiones In unum volumen colligat, quod quidem communi pietati modo tuto respondeat.

Quapropter hoc volumen preces complectitur ac pia opera, quae usque ad praesentem diem a Summis Pontificibus fuere indulgentiis ditata, quae adhuc vigent; tum ea videlicet, quae In favorem omnium christifidelium, tum ea etiam, quae in favorem quorumdam coetuum personarum spiritualibus hisce muneribus insignita fuerunt, obrogatis ceteris omnibus generalibus indulgentiarum concessionibus, quae in hoc enchiridion non sint relatae.

Fore Igitur sperandum est ut hoc opus uberes afferat spiritualis utilitatis fructus, utque ad sinceram ac solidam pietatem refovendam summopere conferat.

Ut autem omnino necessarium erat, res tota Augusti Pontlflds Pii XII iudicio sublecta fuit, qui quidem in toS Audientia infra scripto Car/dinali Paenitentiario Maiori die 29 mensis Decembris anni 1949 concessa, hanc precum plorumque operum Collectionem, typis Vaticanis Impressam approbavit; et obrogatis generalibus indulgentiarum concessionibus in eamdem Collectionem non relatis, ipsam tantum ut authenticam haberi mandavit.

Contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam specialissima mentione dignis.

Datum Romae, ex eadem Sacra Paenitentiaria Apostollca, die xxx lanuarii mdcccc l.—N. Card. Canali, *Paenlltnliarius Maior.* S. Luzio, *Regens.*

Ads. S. DE ANGELIS in ME 75 (1950) 570-575.

2104

1950 IAN 30.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.·

Solvitur in favorem fidei matrimonium initum cum DISPENSATIONE A DISPARTTATE CULTUS INTER PARTEM CATHOLICAM ET PARTEM NON BAPTIZATAM

A) *Petitio Ordinarii loci diei 2 lun. 1949*

... Anna, ab acatholicis nata, et non baptizata, matrimonium civile iniit anno 1947, cum Petro, catholico..., ex interventu parentum Petri, hoc matrimonium in Ecclesia Catholica... convalidatum est, dispensatione obtenta ab impedimento mixtae religionis et aci cautelam disparitatis cultus. Tempore matrimonii contracti, Petrus viginti unum annos natus; Anna undeviginti annos nata erat. Hoc matrimonium mox infelicem exitum sortitum esL.., separatione facta, uxor divortium civile petivit, ex capite ebriositatis et crudelitatis mariti sui. Decreto finali divortii obtento, Petrus alterum matrimonium civile contraxit.

Difficile est veram et exactam causam divortii dare, sed, videtur quod ex carentia deliberationis ante matrimonium, inconstantia, ebriositate, et aemulatione ex parte viri evenit. Anno 1948 Anna Paulum, catholicum, convenit, et cx tunc cum eo consociavit. Plus minusve ex societate cum hoc catholico Anna desiderium fidem catholicam amplectendi manifestavit, et ad hunc finem studium doctrinarum religionis catholicae inchoavit. Nunc dissolutionem vinculi naturalis prioris matrimonii per interventionem Sanctissimi petit ut, baptismo accepto, cum Paulo matrimonium validum ineat. Duplex essentialis conditio sine qua non perdurans totum tempus vitae coniugalis et non usus matrimonii post baptismum ab oratrice receptum satis evidens est ex annexis testimoniis a familia oratricis collectis, et quia usque adhuc oratrix numquam baptizata est De aliis conditionibus, quae requiruntur, firimo moralis impossibilitas restaurationis vitae coniugais praeter dubium est, quia vir conventus cum altera muliere In matrimonio civili vivit. De alia conditione, nempe de absentia scandali non ita evidens est. Ut parochus testificat, periculum admirationis fidelium ex eventual! gratiae concessione non excluditur, quia talis concessio rara est, quando prius matrimonium coram sacerdote contractum est.

His omnibus autem bene perpensis; factis supra recitatis in annexis documentis probatis, humiliter ad pedes Sanctitatis Vestrae petitionem oratricis pono, ut, si fieri possit, vinculum naturale matrimonii Annae-Petri dissolvatur In favorem Fidei, et itaque Anna matrimonium cum Paulo, catholico, In ecclesia contrahat.

Cura animarum, periculum Incontinentiae ex utraque parte ratione iuvenilis aetatis, ct periculum matrimonii civilis, gratiae concessionem suadent.

Eo quo par est obsequio, Sanctitatem Vestram prosequor, addictissimus...

B) *Solutio matrimonii in /aorem /idel.*

Ex Aedibus S. Officii, die 30 lannuarii 1950

In Curia Montereyensi-Fresnensl confectus est processus ad obtinendam dissolutionem, in favorem fidei, matrimonii anno 1947 contracti inter Annam non baptizatam et Petrum, catholice baptizatum.

Actis in Suprema S. Congregatione examini sublectis, explet isque omnibus in casu explendis, quaestio proposita est Feria IV, die 18 lanuarii 1950, in conventu Plenario Eiiiorum Patrum, qui ad dubium: «An consilium praestandum sit Ssmo pro dissolutione, in favorem fidei, matrimonii, de quo supra, ut oratrix Anna, praevio baptismo, coram Ecclesia valide et licite novas nuptias Inire valeat cum catholico viro, re iuxta certas statutas regulas mature discussa, respondendum decreverunt: •*Af/irmatiocK*

Ssiïius D. N. D. Pius, divina Providentia Papa XII, in audientia Excrho Dfto Assessori S. Officii impertita. Ferla VI, dic 27 ianuarii 195;, de omnibus habita relatione, benigne adnuere dignatus est pro gratia iuxta supra relatum Decretum.

In praesenti concessione includitur quoque, quatenus opus sit, dispensatio ab impedimento criminis, de quo in canone 1075, η. 1. Servatis de iure servandis; contrariis

qulbuscuraque minime obstantibus.—Hugo O'Flaherty, àiW. M

• Ortfcirfo iUsiareTesfi-Frescrsi. Prot. N. 125›: 4 K 4 (1958) 45M» 5CÜS2AREN III 438. Adn. ANASTASE A3 UTRECHT ic E 4 Ω958) 12T-HΛ 283-335. 435-451; E ESCANCIANO m Eitudio·ecdes^tScoe » (1358) X4-Σ33.

2105

1950 FEB l.-S. PAEMITENTIARIA, RESPONSUM. PART.·

SOLVTTUlt DUBIUM CIRCA IUBILAEUM LUCRANDUM A MULIERIBUS QUAE PROPTER GESTATIONEM VKL CtXUI PROLIS URBEM ROMAE ADIRE NEQUEUNT

S. Paenitcntiariae propositum est, pro opportuna solutione, dnbirnn quod sequitur, nempe:

«Se possono lucrare l'indulgenza dei Giublleo senza recani a Roma le pregnant! e le numme impossibilitate ad effetluare ll viaggio verso di essa per aver numerosi plerolI cui attendere».

El S. Paenlteatiaria respondendum censuit iuxta similem responsionem iam datam die 9 martii 1925 (cf. AAS voL XVII, p. 327, ad II): (LE 039]: *Negative.*

Datum Romae, ex S. Paenitentiaria, die 1.· februarii 1950. N. Card. Canau, *Paenit. Maior.*

• C2 34 (1950) 124.

2106

1950 FEB 1,- S. PAENITENTIARIA, RESPONSUM. PART.·

Solvitur dubium circa iubilaeum lucrandum ab OPERARIIS QUI PROPTER EXIGUITATEM STIPENDIORUM URBEM ROMAE ADIRE NEQUEUNT

Caelestium Interea munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili, universisque Societatis lesu religiosis viris, pecullarique modo lis, qui Congregationibus Marialibus provehendis moderandisque navant operam corumdemque alumnis Apostolicam Benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decima quinta mensis Aprilis, anno mdccccl. Pontificatus Nostri duodecimo.—Pius Pp. XII.

Ada. M. FABREOAS m PrM 33 (1950) 299-301.

1950 APR 17.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.·

DECLARATUR NULLUM OB IMPEDIMENTUM DISPAIUTATIS CVtTVS MATRIMONIUM CIVILITER INITUM INTER PARTEM ORIENTALEM ACATHOLICE BAPTIZATAM ET PARTEM IUDAICAM NON BAPTIZATAM

Your Most Reverend Curio presented the following case by letter of February 21, 1950: An Oriental Schismatic, Victor» celebrated a marriage bv a civil act in 1940 with Gertrude, a Jewish woman. Whereupon your Most Reverend Curia asked whether the marriage of Victor with Gertrude might be declared null for disparity of cult.

This Sacred Congregation, having carefully considered all the circumstances of the case, ordered that the following reply be made:

Provided there Is juridical proof of the absence of baptism in the woman, and of the baptism of the man and of his belonging to an Oriental Schismatical sect, the marriage can be declared null on the ground of disparity of cult; so that the petitioner, duly observing all the requirements of law, may contract marriage with a Cathoik woman.

In similar cases, Your Excellency may proceed on your own authority, without recourse to the Holy Office.'

* Ordinario cuidam S. F. A S. iuxta summarium traditum a BOUSCAREN III 423-424

1950 APR 18.-PIÜS XII, CONST. AP. AAS 42 (1950) 615-619

AFRICAE OCCIDENTALIS DITIONIS BRITANNICAE

Hierarchia episcopalis in africa occidentali ditionis BRITANNICAE CONSTITUITUR

PIUS EPISCOPUS

Serrus Servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Laeto accepimus animo in Africa Occidentali Britannicae ditionis, quondam omni humano cultu et evangellea luce penitus carente, catholicam fidem, postremis praesertim his temporibus, per indefessum ct quondoque heroicum Del verbi Praeconum laborem, nec non indigenae cleri In aciem subcrescentis sedulam industriam, non mediocre suscepisse incrementum et haud dubio, favente Numine, profectus esse suscc/pturam. Quod quidem consl· 616
derantes venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi dc Propaganda Fide praepositi, propositionem approbantes venerabilis Fratris Davidis Mathew, Archleplscopi titularis Apameni in Bithynia, qui pro hierarchia episcopali in regione illa Instituenda enixis instabat precibus, in plenariis comitiis die tertia proxime elapsi mensis Aprilis, omnibus mature perpensis, ac certa scientia, episcopalem hierarchiam In Africa illa Occidentali ditionis Britannicae prout sequitur erigendam decreverunt: Tres itaque ecclesiasticae provinciae constituuntur; quarum prima erit *Provincia Ecclesiastica Nigeriae Orientalis et Cameroon Britannici,* culus Ecclesia Metropolitana erit *OnitshaAnsis* et Ecclesiae Suffraganeae erunt *Owerrlensis, Calabarensis* et *Bueatnsis,* altera erit *Provincia Ecclesiastica Nigeriae Occidentalis,* culus Metropolitana Ecclesia erit *Lagosensis* et Ecclesiae Suffranganeae erunt *Ondotnsis* (lam Vicariatus Apostolicus Ondo-Ilorinensls) ct *Urbis Beninensis* (iam Vicariatus Apostolicus Asaba-Benincnsls), tertia erit *Provincia Ecclesiastica Litoris Aurei* et *Togo Britannici,* In qua Metropolitana erit Ecclesia *Litoris Capilis* (hucusque Vicariatus Apostolicus a Litore Aureo) cui Ecclesiae *Accrafnsis, Kurnasiensis Tamalensis* (iam Vicariatus Apostolicus de Navrongo) et *Ketainsis* (lam Vicariatus Apostolicus de Volta Inferiore) erunt suffraganeae; Vicariatus vero Apostolicus Slcrrae Leonis In cathedralem evehitur, Apostolicae Sedi immediate sublectam, cui nomen erit *Liberae Urbis* et *Botnsis.* Quae omnes Ecclesiae tum Metropolitanae, tum Suffraganeae, tum postrema Sanctae Sedi immediate sublecta sub iurisdictlone Sacrae Congregationis dc Propaganda Fide, uti antea, sublidentur, earum vero regimen, administratio ct pastoralis cura iisdem Misslonariorum societatibus erit, quibus hucusque fuit, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum. Tribus autem, quas memoravimus, ecclesiasticis provlndis una cum suis melropolitanis et cathcdralibus Ecclesiis, uti supra erectis et constitutis, Archleplscopi scu Episcopi sedes in locis, a quibus unaquaeque archidioecesls vel dioecesis nomen mutuatur, constituetur; Antistitis vero cathedra in ecclesia erit quae hucusque princeps habebatur in quoque Vlcariatu, ad archidioecesls scu dioecesis gradum et dignitatem nunc evecto. Quae omnia a S. Congregatione de Propaganda Fide uti supra disposita et constituta, Nos, dc apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, audito hac ipsa die dilecto Filio Nostro S. R. E. Cardinale eiusdem S. Congregationis dc I^npaganda Fide Praefecto, rata habemus ct confirmamus ac proptcrca tres praefatas ccde-

sl&stleas provincias, haruinque mclropolltanas et enthe-
117 drales / Ecclesias harum Litterarum vi uti supra erectas ct constitutas declaramus. Singulis autem novis Istis Metropolitanis seu Cfllhcdndibus Ecclesiis ennirnque pro tempore Antistitibus omnia tribuimus iura ct privilegia, honores, Insignia ct favores, quibus ceterae per orbem Metropolitanae scu Cathédrales Ecclesiae earumque Antistites Iure communi fruuntur; Itemque. omnia Ipsis onera d obligationes imponimus, quibus ceteri obstringuntur; Arcblepiscopls porro peculiarem concedimus facultatem Crocem ante se deferendi ct sacro Pallio Iuxta liturgicas leges utendi, postquam tamen istud In sacro consistorio ib Apostolica Sede postulatum et obtentum fuerit. Cum lutem locorum et huius temporis adiuncta haud permittant quominus in novis istis dioecesibus Canonicorum Capitulum modo erigatur, indulgemus ut pro Canonicis dioecesani consultores c clero sive saeculari sive regulari, ad iuris Immitem eligantur ct adhibeantur. Episcopalem insuper mensam uniuscuiusque dioecesis constituent, praeter bona um ibi exsistentia, fidelium oblationes ct Curiae emolumenta. Ad juvenum autem in spem Ecclesiae succrescentium institutionem volumus ut dioecesanum seminarium, ubi lam non exstet, cum primum fieri potuerit, erigatur iuxla codicis iuris canonici praescripta cl S. Congregationis de Propaganda Fide normas traditas. Quod vero ad emundem novarum dioecesium regimen ct administrationem, ad Vicarii Capitularis scu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum ct fidelium lura ct entra, allaque hulusmodi attinet, servanda iubemus quae sacri canones praescribunt.

Volentes insuper Nos quas supra erectas dioeceses suis instruere Pastoribus, venerabiles Fratres dignissimos Praesules. qui usque nunc in sibi creditis Vicariatibus Apostolicis tam sedulam catholicae fidei provehendae curam contulerant, Archiepiscopos seu Episcopos suae cuiusque sedis renuncUmus ct constituimus, ac proinde de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine a vinculo absolvimus Ecclesiarum episcopalium, quarum titulos una cum Vicariatu hacusque tenuerunt, et ipsis earumdem novarum Ecclesiarum curam, regimen et administrationem tum in spiritualibus tum in temporalibus plenarie committimus una cum omnibus iuribus et privilegiis, oneribus et obligationibus suo cuique pastorali muneri inhaerentibus. Transfenmus igitur: 1) venerabilem Fratrem Carolum Heerev a titulari Ecclesia Balanensi ad metropolitanam Ecclesiam OniUhaênsem; 2) venerabilem Fratrem loseph Brendanum Whelan a titulari Ecclesia Tidditana ad cathedralem Ecclesiam Owerriaënsem; 3) venerabilem Fratrem lacobum Moynagh a titulari Ecclesia Lambaesitana ad
«5 cathedralem Ecclesiam Calabarenscm; / 4) venerabilem Fratrem Petrum Rogam a titulari Ecclesia AcmoniensI ad cathedralem Ecclesiam Bueaënsem; 5) venerabilem Fratrem Leonem Taylor a titulari Ecclesia Vartanensi ad metropolitanam Ecclesiam Lagoscnsem; 6) venerabilem Fratrem Thoman Hughes a titulari Ecclesia Neptensi ad cathedralem Ecclesiam Ondoënsem; 7) venerabilem Fratrem Patritium loseph Kelly a titulari Ecclesia Thignicr.si ad cathedralem Ecclesiam Urbis Beninensis; 8) venerabilem Fratrem Gulielmum Thomam Porter a titulari Ecclesia Urusitana ad metropolitanam Ecclesiam Litoris Capitis; 9) venerabilem Fratrem Adulphum Noser a titulari Ecclesia Capitoliensl ad cathedralem Ecclesiam Accraénsem; 10) venerabilem Fratrem Hubcrtum loseph Paulissen a titulari Ecclesia Pomarlensi ad cathedralem Ecclesiam Kumasicnsem; 11) venerabilem Fratrem Gcrardom Bertrand a titulari Ecclesia /\bitinensi ad cathcdra-Inn Ecclesiam Tamalensem; 12) venerabilem Fratrem loseph Gcraldum Holland a titulari Ecclesia Ammaedaruisi ad cathedralem Ecclesiam Kctaënsem; 13) venerabilem Fratrem Ambrosium Kelly a titulari Ecclesia Altavensi ad cathedralem Ecclesiam Liberae Urbis et Boënsem. Volumus vero ut omnes Vicarii Apostolici ad metropolitans vel ad cathédrales Ecclesias e Lituiaribus Ecclesiis Ita translati, antequam suae sedis canonicam capiant possessionem fidelitatis iuramentum In manibus alicuius, qwm maluerint, catholici Antistitis, gratiam et communionem cum Apostolica Sede habentis, iuxta statutam f/mulam praestent, huiusque exemplar, sui dictique Antistitis subscriptione ac sigillo munitum, ad S. Congregationem de Propaganda Fide quam primum transmittant; i catholicae autem fidei professione renovanda cos suprtma auctoritate Nostra dispensamus, contrariis quibushbet non obstantibus.

Ad quae omnia uti supra disposita et constituta ad exsecutionem mandanda venerabilem quem supra inemoraximus Fratrem in Africa Orientali et Occidentali Britannica Delegatum Apostolicum vel illum qui in exsecutionis actu Delegationi praesit, deputamus eldemquc necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandl, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, ct 1111 onus imponimus ad praefatam S. Congregationem de Propaganda Fide omnium actorum peractae exsecutionis exemplar, quam primum fas erit, transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit, vel qui sua Intéressé praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint» auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullltatis / 519 vitio, seu Intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel In controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quod spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Irritum prorsus et inane esse ac fore volumus et decernimus, non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicls et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterlsmie contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus, per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, vel excerptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae praesentibus Litteris tribueretur, si Ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, sublectionis, statuti, mandati, delegationis, derogationis ct voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Sl quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri ct Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae, apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo, die duodevicesima Aprilis mensis, Pontificatus Nostri anno duodecimo.—Pro S. R. E. Cancellario, F. Card. Marchetti Selvaggiani, S. *Collegii Decanus.* P. Card. Fumasont Biondi, S. C. *de Propaganda Fide Praefectus.* Alfonso Carinci, Archicp. Tit. Seleuc., *Dec. Proton. Apost.* Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

2124

1950 APR 22.-S. PAENITENTIARIA, INDULTUM. PART.·

Facultas datur erigendi stationes viae crucis in **DOMUS PARTIBUS USIBUS PROFANIS NON DESTINATIS**

Preces—*Beatissime Pater,* Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus, humillime petit prorogationem gratiae concessae per Rescriptum Apostolicum datum die 16 februarii 1943, quo ipsi facultas concedebatur ad septennium erigendi per se vel per alios ab eo delegatos subditos ss. *Viae Crucis stationes in oratoriis indutlo Missae celebrandae non munitis,* necnon in *aliis domus partibus* usui profano non destinatis.

Et Deus, etc.

Rescr.—*Die* 22 *aprilis* 1950. Sacra Paenitcntiaria Apostolica, vi facultatum a Ssiho D. N. Pio Pp. XII sibi tributarum, benigne annuit pro petita prorogatione ad aliud •Septennium» servato tenore concessionis In supplici libello memoratae.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.—S. Luzio, *Regens.* S. de Angelis, *Subst.*

* Ministro Generali O. F. M., Prct. N. 3009,30: AOFM 69(1950) 122.

2125

1950 APR 26.-PIUS XII, LIT. AP. AAS 42 (1950) 595-597

Sanctus alphonsus maria de ligorio, ep., g. et ecclesiae doctor, omnium confessariorum ac moralistarum coelestis patronus constituitur

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam.—Consueverunt omni tempore Romani Pontifices singulis Christiflddium coetibus.

peculiaris vitae Christianae munera sive officia implentibus. tamquam speciales Patronos illos adsignare beatos œelites, qui. in iisdem muneribus ct officiis, cum viverent, perfungendis, maxime cxcelluerint. ut eorundem coelestium Protectorum valido utantur auxilio ct praeclara sequantur monita ct exempla. Decessorum Nostrorum vestigia prementes Nosmet Ipsi, inde ab inito Summo Pontificatu. plures dedimus sive Sacerdotum sive fidelium coetibus et sodalitatibus singulares Patronos. Quos inter S. Albertum Magnum scientiarum naturalium cultoribus; S. Franriscum a Paula Italicae genti rei maritimae deditae; Ss. Calharir.am Virginem Senensem ct Catharinam Viduam lanuenscm Italicis mulieribus infirmis ministrantibus et nosocomiis; S. loannem Bosco Catholicae Sodalitati Editorum cx Italia; S. fosephum Calasanctium omnibus scholis popularibus ubique exsistentibus; Beatissimam Deiparam, «Virginem Fidelem» invocatam, italicis militibus a publica tutela seu v. «Carabinieri»; S. Michaclem Archangelum publicae securitatis in Italia custodibus. Inde exorta est quaedam inter alios coctus laudabilis aemulatio ut etiam unicuique cx eis Sanctum aliquem adsignaremus cuius peculiari apud Deum patrocinio inniti valerent el ad culus virtutes imitandas speciali modo excitarentur. Sic factum est ut nonnulli S. R. E. Patres Cardinales, ArchiepIscoDi et Episcopi quampluriml. Supremi Religiosorum Sodalium Moderatores ct institutorum studiis provehendis Rectores clarissimi. nccnon Theologiae Moralis cultores et magistri vota deprompserint ut Sanctum Alpbonsum Mariam de Llgorio, Episcopum Confessorem ct Ecclesiae Doctorem, Sacerdotum omnium qui Confessaril gravissimo ct saluberrimo munere funguntur, nccnon eorum qui Theologiae Morali tradendae verbo et scriptis quomodocumque dant operam, coelestem apud Drum Patronum constituere dignaremur. Quibus votis satisfacere non dubitavimus cum neminem lateat S. Λlphonsum, qua divini verbi indefatigatum satorem, in excipiendis fidelium confessionibus, doctrina, prudentia,
596 assiduitate, patientia mirifice excclluisse et,, qua Episcopum, in dioecesi S. Agathae Gothorum, quam sanctissime gubernavit, plurimos Sacramenti Poenitentiae administros optime Informasse atque ipsum in sacro tribunali admissis expiandis assidere frequentissime voluisse. Immo. Sodalibus a Ssfho Redemptore a se in Congregationem adlectls, munus audiendi confessiones, quasi praecipuum commisit. Doctrinam denique moralem et pastoralem confessariis instituendis el dirigendis ore et scriptis tradidit eximiam, in toto orbe catholico ad hanc usque aetatem probatissimam et a Summis Pontificibus quasi tutam Sacramenti Poenitentiae administrorum animarumque moderatorum normam saepe ac graviter commendatam. Pius enim IX, Decessor Noster sa. me. in decreto Urbis ct Orbis diei xxm m. Martii a mdccclxxi, quo Sanctum Aphonsum Ecclesiae Doctorem proclamavit, asserere non dubitavit: •Ipse errorum tenebras, ab incredulis ct lansenlanis late diffusis, doctis operibus maximeque Theologiae moralis tractationibus dispulit atque dimovit». Nec multo post Idem Pontifex In Litteris Apostolici» sub anulo Piscatoris datis die vn Iulii, eodem anno, quibus maiori cultui Sancti Doctoris consuluit, haec scripsit: «Neque enim sine providcnllssimo Omnipotentis Dei consilio factum est, ut. cum lansenistarum doctrina novatorum oculos In se converteret errorisque specie multos alliceret ageretque trasversos, tunc potissime exstaret Alphonsus M. dc Ligorio qui.... scriptis doctis ct laboriosis istam ab inferis excitatam pestem radicitus evellendam et ab agro Dominico exterminandam curaret». Et Leo XIII in epistola ad Episcopos Italiae data dic vhi Decembris an. χὸπτι, S. Alphonsum vocat clarissimum et mitissimum inter Theologos rti moralis, sicut antea de doctrina morum a S. Alphonse tradita est elocutus: «Ubique terrarum esse celebratissimam tulamquc praebere normam, quam conscientiae moderatores sequantur». Quae confirmavit Pius X In epistola quam anno xcxv scripsit ad P. Gaudé editorem Tneologlae Moralis. Denique proximus Incom-Ìarabilis Decessor Noster Pius Pp. XI in suis Litteris Incycllcis Ad *calMici sacerdotii* anno mcmxxxv datis, cum'agit de dotibus quibus Clericorum confessorii exornari debent, quae ad rem faciunt verba ct monita S. Alphonsi refert ad litteram. Quae omnia persuadent Nobis et quodammodo Nos Impellunt ut tot ct tantis vocibus quasi hymnum concinentibus in laudem Divi Alphonsi ct Nostram luncamus. Propitiam Itaque nactl occasionem secundi expleti saeculi a celebratissimo opere de Morali Theologia primum in lucem edito, enixis humilibusque annuentes precibus dilecti filii hodierni Rectoris Maioris Congregationis a Ssiho Redemptore elusdemquc Sodalium omnium, audito quoque Venerabili Fratre Nostro Clemente S. R. E.
'»97 Cardinali MIcara. Episcopo/ Veliterno, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae Nostrae potestatis pk· niludlne, perpetuumque In modum. Sanctum Alphomunj Mariam de Llgorio, Episcopum, Confessorem et FJttfaüe Doctorem, omnium Confessoriorum ac Mornllstarum coelestem apud Deum Patronum eligimus ac constlluhnti. omnibus ct singulis honoribus ct p̆rivilegii llturRfch adlectls quae Coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, decernentes Lllteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque Integros effectus sortiri et obtinere; iliisquc ad quos spectant spectare poterunt nunc ct in posteram suffragrari; slcqor rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque cx dodc ct inane fieri si quidquam, secus, super his, α quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, allcnLm contigerit.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatorii, die xxv! mensis Aprilis, anno mcml, Pontificatus Nostri duodecimo.

De speciali mandato Sanctissimi. Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae Negotiis.—Gildo Brugnola, *Officiunt Regens Pontificiis Diplomatibus expediendis*

Ada. P PALAZZINI in AροΠ. 23 (1950) 254-2SÔ. D RUE OO£l *is* ***REDC*** ô (1951) 337- 3d.

2126

1950 MAI 1.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.·

Solvitur in favorem fidei matrimonium inter partem NON BAPTIZATAM ET PARTEM ACATHOLICE BAPTIZATAM

In Curia Paderbomen. confectus est processus ad oblinendam dissolutionem in favorem fidei, matrimonii anno 1944 contracti inter Martham D. non baplizalam et Gullelmum R. baptizatum in secta acatholica.

Actis maturo examini subicctis, cxplelisque omnibus In casu explendis, die 1 Aprilis 1950 quaestio propos'ta est in hac Suprema S. Congregatione, quae ad dubium: «An consilium praestandum sit Ssmo pro dissolutione, in favorem fidei, matrimonii, de quo supra, ut oratrix (Martha D.) praevio baptismo coram Ecclesia valide et licite novas nuptias inire valeat cum catholico viro», re luxta certas statutas regulas discussa, respondendum decrevit *Affirmative.*

Ssihus D. N. D. Pius divina Providentia Papa XII, in Audientia Exciho ac Reviiio Dno Adsessori S. Officii impertita. Ferla V, die 27, Aprilis 1950, de omnibus habita relatione benigne adnuere dignatus est pro gratia iuxti relatum Decretum.

In praesenti concessione includitur quoque, quatenus opus sit, dispensatio ab impedimento criminis, de qua in can. 1075, n. 1. Servatis de iure servandis; contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, cx Aedibus S. Officii, die 1 Mali 1950.— Hugo O' Flaherty, *Subst. Not.*

• Ordinario Padebomcnsi Prot. N 1913/49; Théologie uad Gh»-bo 44 (1954) 457. Ada. J. BANK. CoanubU canonica, Rcca 1» p. 5SÔ-557; Théologie und GUube 44 (1954) 455-457.

2127

1950 MAI 13.-C0M. BIBL., INSTR. AAS 42 (1950) 495-505

Instructio ad Excrhos Ordinarios locorum et Suprema Religionum Moderatores, ReorTios Seminariorum Redora et Sacrae Scripturae Lectores

De SCRIPTURA SACRA IN CLERICORUM SEMINARIIS ET RELIGIOSORUM COLLEGIIS RECTE DOCENDA

Sanctissimus Dominus Noster Pius Pp. XII, Summus Pontifex feliciter regnans, ut quinquagesimum post editas encyclicas litteras *Providentissimus Deus* [ASS 26 (1593-94) 269-292] digne recoleret exeuntem annum, litteras item cncyclicas *Dioina afflante Spiritu* d. d. 30 Septembris 1943 |LE 1774) edidit. Postquam Summus Pontifex luculenter demonstravit, quid Praedecessores sul his decem lustris ad studia biblica promovenda naviter fecerint, omnes tam praesules quam fideles graviter monuit, quantum eadem in Ecclesia valeant, quaque ratione providen-

dura slt, ut et ipsa hacc studia prospere proficiant ct ad regnum Dvi inter homines dilatandum cfilcacltcr iuvent, itemque sapienter statuit et praecepit qua via ct ratione essent In dies magis colenda et perficienda.

Ut quae Summus Pontifex commendata et sancita voluit, sumina cura ct fidelitate ad effectum perducantur. Pontificia Commissio dc Re Biblica opportunum consult eadem proprio modo applicare ad disciplinas biblicas in Clericorum Seminariis ac Religiosorum Collegiis docendas, In quibus trudi nequeunt illa amplitudine qua In Facultatibus theologicis ct Institutis peculiaribus proponuntur. In his enim llll formantur magistri quorum erit et futuros sacerdotes scientia sacra instituere ct illas ipsas disciplinas profundius investigare, quae formatio propria erit paucorum. In Clericorum nutem Seminariis ct Religiosorum Collegiis ii parantur qui futuri sunt sacerdotes ct gregis dominici pastores quorumque erit populum catholicum veritates fidei docere ac divinam revelationem contra incredulorum Impetus tueri.

Non raro proximis decenniis Summi Pontifices disertis verbis Inculcarunt, quanta cum cura Locorum Ordinarii
‹36 et Supremi Religionum / Moderatores tam exhortatione quam auctoritate providere teneantur, ut in Clericorum heminariis ct Collegiis Religiosorum Sacrae Scripturae studia «lusio in honore consistant vlgeanlque»1, ut Leo XIII imm. m. scripsit, ibique Divinae Litterae Ita tradantur, «quemadmodum et ipsius gravitas disciplinae ct temporum necessitas admonent» a.

Nuper vero Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. XII felic. regn., decessorum admonitiones complectens suaque auctoritate confirmans, graviter monuit a sacerdotibus in cura animarum constitutis Libros Sacros neutiquam recte et cum fructu exponi ct illustrari posse, «nisi Ipslmet, dum in Seminariis commorati sunt, Sacrae Scripturae actuosum ac perennem Imbiberint amorem. Quare sacrorum Antistites, quibus Seminariorum suorum patema Incumbit cura, diligenter vigilent, ut in hac quoque re nihil omittatur, quod ad eiusmodi finem assequendum iuvare possit» ’.

At illo tempore quo tot nationes calamitatum et ruinarum pondere opprimebantur. Ordinarii quoque locorum et Seminariorum Rectores, cotidianis vitae ct incolumitatis curis distenti, huic negotio fortasse minus efficaciter operam dare potuerunt quam rei gravitas atque momentum postulant. Verum nunc, silentibus iam armis, haec Summorum Pontificum monita ac iussa in memoriam redigenda ac denuo inculcanda videntur, ut sollerti Moderatorum cura ac diligenti magistrorum opera futurorum sacerdotum de Sacris Libris institutio fervide instauretur ac promoveatur, quo efficacius fideles ad saluberrimos vitae Christianae fontes reducantur inundusaue tam dire afflictus denuo imbuatur ac perfundatur doctrina Christi qui, ipseque unus, fons est libertatis, caritatis, pacis.

I. De Magistro rei biblicae

Ad studia biblica in Clericorum Seminariis et Collegiis Religiosorum rite instauranda ct promovenda potissimum opus est magistris qui ad hanc disciplinam omnibus aliis sanctiorem ct sublimiorem rite docendam omni ex parte sint idonei.

1. Vix opus est monere S. Scripturae magistrum debere inter ceteros vita ct virtute sacerdotali excellere, immo etiam plus ceteris, cum Verbi Dei intima cotidie fruatur familiaritate.

2. Praeterea autem debita oportet instructus sit rerum
‹57 bibllcarum / scientia quam serio studio comparaverit et continuo labore conservet et augeat «.

a) Dc doctrinae rite comparatae copia ct indole ut certius constare possit, id quod Pius XI s. m. sapienter itatult, hodie quoque ratum atque validum habetur, ne quis Sacrarum Litterarum in Seminariis magister sit, «nisi confecto peculiari eiusdem disciplinae curriculo, gradus academicos apud Commissionem Biblicam vel Institutum Bibllcum adeptus legitime sit» ».

b) Sed cum huius disciplinae ambitus tantus sit, ut paucorum annorum spatio obtineri quidem possit generalis eius conspectus, discendi et docendi ratio, aliquarum gravium quaestionum cognitio, reliqua autem *ulteriori rr.agiilri sludio et diligentiae relinqui debeant,* insuper assiduo opus est proprio singulorum labore, quo scientia antea comparata augeatur, perficiatur solidcturquc, quaestiones quae de novo oriantur, scite examinentur et disputentur, variae disciplinae partes quae clericis tradi debent, altius ct profundius investigentur. Ad quod assequendum necesse est libros novos de rebus biblicis editos atque commentaria periodica studiose perlegat, bibliothecas consulat. conventibus rei biblicae provehendae institutis intersit, atque etiam, si condiciones permittant, opportuno tempore iter in Terram Sanctam peragat, quo urbes ct regiones cum Sacra Historia conexas propriis oculis conspiclat atque perlustret. Tantus enim scientiae biblicae est ambitus, tot ac tanti fiunt in explanandis Libris Sacris progressus, tot in auxilium vocandae sunt scientiae (nempe linguarum studium, historia, geographia, archaeologia, aliae), ut magister, nisi cotidie sc dederit diligenti studio, mox arduo suo officio evadat Impar neque ea praestare possit quae sacerdotes ministerio animarum dediti, immo ipsi quoque fideles iure ab eo expostulant.

c) His facile patet quantopere necesse slt, ut Sacrae Scripturae magister *totum se dare possit muneri suo,* ‹ut opus feliciter susceptum, renovatis in dies viribus, omni studio omnique cura exsequi pergat» ·. Quare ne cogatur ut, praeter Sacrae Scripturae disciplinas, alias graviores in Seminario simul tradat. Disertis enim verbis in Codice luris Canonici curandum esse statuitur, «ut saltem *Sacrae Scripturae,* theologiae dogmaticae, theologiae moralis, et historiae ecclesiasticae, totidem habeantur distincti magistri» 7. Ac ne extra Seminarium quidem / aliis gravibus 498
officiis aut ministeriis oneretur, ne illis negotiis, quantumvis sanctis ac laude dignis, impediatur in iis, ad quae rite explenda ct tempore indiget et mentis vigore atque animi pace.

II. De ratione docendi res biblicas

Iam quod ad ipsam Sacrae Scripturae in Clericorum Seminariis et Religiosorum Collegiis docendae rationem attinet, imprimis hacc in memoriam videntur redigenda.

1. Magistri biblici munus est in alumnis, simul cum debita Sacrorum Librorum cognitione, *'actuosum ac perennem eorundem ămorem* 8 excitare atque fovere. Hac enim Institutione in futuris sacerdotibus alatur ct in dies augeatur oportet illa erga verbum divinum veneratio, qua per totam vitam in eo Inveniant praecipuum mentis cultum ct animi occupationem, cordisque solatium ac delectationem.

a) Ad quem finem rite assequendum hodie quoque maxime confert *cotidiana Sacrae Scripturae lectio* quae olim clericis omnibus, tam sacerdotibus saecularibus quam religiosis, cotidianum erat exercitium non minus sacrum quam cotidiana meditatio, quin Immo pia hacc lectio ipsa eis erat meditatio ·. Magister Igitur discipulis inculcet, ut hanc cotidianam Sacrorum Librorum lectionem magni aestiment eamque humili cum fide ct religiosa cum pietate peragant Io. Eis commendet ut hoc exercitium adeo utile per totum studiorum tempus constanter ita continuent, ut totam Scripturam *identidem cursim perlegant,* sive versione Vulgata usi sive translatione aliqua recentiore c textu primigenio in linguam vulgarem confecta et a Superioribus ecclesiasticis rite approbata, nisi Ipso textu primigenio melius juventur. Quae Sacrae Scripturae lectio maiore cum fructu peragetur, si discipuli iam inde ab Initio curriculi studiorum in Sacris Libris recte legendis scite instituantur et dirigantur proposito etiam brevi singulorum Librorum conspectu scu analyst, quemadmodum in «Introductione speciali» fieri solet Il. Huiusmodi cotidiana lectione continuata et ordlnatim conclnneque facta sacerdotii candidati tam ad sacram liturgiam recte intellegendam et digne celebrandam quam ad ipsa studia sacrae theologiae cum fructu agenda egregie parabuntur. Haec nutem Sacrae Scripturae cotidiana lectio ne / inter feriarum 499
quidem tempus omittatur, sive ab omnibus in commune sive a singulis domi suae peragatur, immo his maioris otii diebus etiam impensius fiat. Fidelitate illa qua magis magisque Sacram Scripturam intime cognoscere et gustare studebunt, clare patebit, quam sincerus sit eorum in Dei verbum amor et quantopere officiis a vocatione sacerdotali sibi impositis satisfacere nitantur.

2. In *ipsis scholis* habendis magister Sacrae Scripturae alumnis suis sollicite omnia ea praebere curet, quibus in futuro opere sacerdotali indigebunt tam ad vitam sancte agendam quam ad animas Deo lucrandas. Quare:

l Utt- esa-jncl. ***Proiidenhisimut; Ench. Bibi.*** n. xi8. l ***Ibidem*** n. 88; cfr. ruatt.97; PlVS X, Liti. apMt. ***Quoniam in re bibliea,*** d. d. 37 martii 1906; ***£«& BM.*** o. 155. · Lite encycl ***Divino afflante Spiritu; A. A. S.,*** 35 (1943), pt. (LE 1774]· Leo XIII, Litu encycL ***Provideniiuimui; Eneh.*** a. M. · .Moto proprio ***Bibliorvm uienitam, 27*** aprilis 1924; ***Ench.*** x 512.

• LitL cncycL ***Divino afflante Spiritu,*** te. p. 324. *1* ***Coi. Inr. Can.*** 1 ***y.***
• Cfr Pius XII, LitL encycl ***Divino allante Sfnritu,*** L c. p 521. · ***&. Ivi.*** I, 8; S. Hix r ., ***In Titum*** III. 9; ***PL*** XXVI. coi 594 (jlL 630). ***Ep.*** 32, 7. B; ***PL*** XXII, col 333 sq ***(CSEL,*** vol L1V, pp. 4Λ, 42$). uC(r. ***De ImUatûme Chrxtii,*** I, cap V. M Cfr. Pπ» X. LitL apoxt. »‹ ***re*** Kw A, ***Bibi.*** n. 169 Plus XI: ***LOnmafre Remano,*** *1* oïυΛχτ 1930, ct. £ik ›. ***Cieri·***

α/ Sacra Scriptura In Clericorum Seminariis ct Religiosorum Collegiis tradatur adeo sclentifice ac solide ct complete, ut eam totam et secundam omnes eius partes cognoscant, ut probe sciant quae quaestiones graviores hisco nostris temporibus de singulis libris biblicis agitentur, et quae oblecta ct difficultates contra historiam ct doctrinam sacram opponi soleant, denique ut in p^ricopis biblicis populo explicandis validis innitantur scientiae fundamentis.

b) Cum tempus quod docendae Sacrae Scripturae suppetit, plerumque brevius sit quam ut ingens rerum biblicarum materia possit tota tradi, magister prae ceteris graviores quaestiones prudenter seligere curet, idque ita, ut non sua quaerat studia suasque animi propensiones, sed diligenter ante oculos habeat, quid utilitas postulet alumnorum qui futuri sunt verbi divini praecones. Huic autem utilitati tum tantum rite satisfiet, cum magister clare ct perspicue monstraverit, quae sint praecipue *doctrinae* tam in Vetere quam in Novo Testamento a Spiritu Sancto propositae, quae revelationis a primis initiis usque ad Christum Dominum et Apostolos cernatur progressio, quae inter Vetus et Novum Testamentum intercedat ratio atque conlunctio; neque omittat apte ostendere, quanti momenti spiritalis, nostris quoque temporibus, sit Vetus Testamentum. Haec igitur sollerter declarare conetur, ubicumque sive in Introductione generali aut speciali sive in exegcsl offeretur opportunitas. Utiliter etiam aptis historiae sacrae et profanae exemplis illustrabit, quanta Deus egerit, ut omnes salvos faceret et ad agnitionem veritatis perduceret M, et quomodo paterna eius providentia omnia sapienter disposuerit atque direxerit, ut cooperarentur «in bonum is qui secundum propositum vocati sunt sancti»u.

Dubium non est quin supernis bis atque religiosis rationibus debito modo explanatis ac demonstratis in alumnorum mentibus profundior/ quidam Sacrorum Librorum
500 amor maiorque existimatio exoritura sint, quibus faciliora et dulciora reddantur studia etiam magis arida, qualia sunt linguae bebraicae ct graecae, quae quidem studia in Seminariis et Collegiis non plane omitti possunt, quin periculum oriatur, ne clerici linguarum ignoratione ab ipsis textibus primigeniis inspiratis arceantur ac ne translationes quidem recentiorcs recte Intellegere et scite iudicare possint Quae linguarum atque etiam entices studia, etsi in Seminariis et Collegiis summis contineri debent argumentis, hac superna luce illustrata fecundiora et iucundiora reddentur maioresque ad Sacrorum Librorum sensum percipiendum in dies fructus ferent.

In tradenda *Introductione generali,* ceteris quidem quaestionibus non plane omissis, maxime in doctrina inspirationis el veritatis Sacrarum Scripturarum el in legibus interpretationis (hcnneneutica) Immoretur, In *Introductione* wo *speciali* cum in Vetus tum maxime in Novum Testamentum diligenter de Sacris Libris agat ac dilucide ostendat, quod singulorum sil argumentum, qui finis, a quo auctore sint scripti et quo tempore n. Qua in re, vitata omni vana de criticorum opinionibus eruditione quae alumnorum mentes magis perturbet quam excolat, ea potius proponat el nervose demonstret, quibus nostrae aetatis homines spiritalem utilitatem capiant et In quaestionibus et difficultatibus dissolvendis apte iuventur. Ut de omnibus Libris Sacris quantum satis est tractare possit, magister tempore quod el conceditur, diligenter utatur neque in rebus inutilibus aut minoris ponderis immoretur.

In *extgdiea* expositione, magister ne unquam oblivi-scatur *Ecclesiae* a Deo traditam esse Sacram Scripturam non solum custodiendam, sed etiam interpretandam, eamque non aliter esse explicandam nisi eiusdem Ecclesiae nomine ct mente, quippe quae sit «columna ct firmamentum veritatis»l·. Quare «sanctum habebit, numquam a communi doctrina ac traditione Eccleshe vel minimum discedere: utique vera scientiae huius incrementa, quaecumque recentiorum sollertia peperit, in rem suam convertet, sed temeraria novatorum commenta negleget»

In seligendis autem partibus quarum accuratiorem explicationem tradat, ne merae eruditionis rationem habeat sed ea exponat quibus utriusque Testamenti *doctrina* declaretur ac definiatur, ne, ut ait S. Gregorius, corticem
501 rodat, medullam autem non attingat >·. Quare Vele/ris Testamenti *praecipue* explanet doctrinam de generis humani primordiis, vaticinia messiana, Psalmos; in Novo autem interpretando totius vitae Christi Domini ordinate tradat conspectum casque saltem Evangeliorum el Epistularum partes fusius explicet, quae diebus dominicis et festis in ecclesia publice leguntur; praeterea trudat historiam passionis et resurrectionis Domini atque unam ad minimum ex praecipuis epistulis S. Pauli penitus exponit, non omissis ceterarum quoque epistularum iis locis qui ad doctrinam spectant.

Interpretationis autem munere magister Ita fungatur, ut primo loco srnsu/n *litteralem* qui dicitur clare ct perspicue exponat, iη auxilium adhibito, ubi res ferat, Ipso quoque textu primigenio. In determinando autem sensu litterali textuum ne via illa Incedat quam pro dolor hodie non pauci sequuntur exegetae, ut non habeat rationem nisi ipsorum verborum et proximi contextus, sed sedulo antiquas illas normas ante oculos habeat quas Summut Pontifex Pius XII gl. r. in Litteris cncyclicls *Dfoino a/flante Spiritu* denuo inculcavit, nempe ut accurate di·spiciat exegeta quid Sacra Scriptura In aliis assimillbut locis doceat, quae eiusdem textus sit explicatio apud SS. Patres et in traditione catholica, quid «analogia fidei» postulet, quid demum, si casus fert, ipsum Magisterium Ecclesiae de illo textu statuerit l.* Quae omnia ut rite facere possit, egregie versatus sil etiam in sacra theologia, magnoque et sincero sacrae doctrinae imbuatur amore, neque, unquam, solis principiis criticis et litterariis innixus, munus suum exegeticum ab universa theologica institutione separet.

Spiritalem quoque verborum significationem, dummodo eam a Deo intendi secundum sapientissimas nonnas a Summis Pontificibus identidem statutas rite constet,?' debito modo explicare curet. Sensum illum spiritalem α SS. Patribus et magnis interpretibus tanto studio ct amore expositum magister eo facilius intelleget eoque religiosius discipulis proponet, quo maiore ipse ornalur cordis puritate, animi excellentia, spiritus humilitate, Del revelantis reverentia ct amore.

Difficultates et obscuritates quae interpreti in Sacrae Scripturae Libris non raro occurrunt, magister ne attenuet aut dissimulet, sed quaestione aeque et honeste exposita, pro viribus, accitis variarum disciplinarum subsidiis, rem enodare conetur. Ne tamen obliviscatur «Deum Sacros quos ipse inspiravit Libros, consulto difficultatibus adspenissc, ut et intentius ad eos evolvendos et perscrutandos excitaremur,/et salubriter mentis nostrae limites experti, jq debita animi demissione exerceremur» M.

Omnia haec magister quantum fieri potest, ratione exponeat *synihetica* quae dicitur, iis quae praecipua sunt accuratius tractatis, reliquis autem ea amplitudine eoque loco quae eisdem conveniant. Cui arti exponendi inde ab initio sollerter operam det in eaque in dies magis perfici studeat, id persuasum habens ab ea fructuip et efficaciam docendi magna ex parte pendere.

3. *Quis sit /inis, quae indoles* lectionum Sacrae Scripturae quibus Seminariorum ct Collegiorum alumni instituantur, eo definitur quod illae non ad formandos <specialistas» quos dicunt, diriguntur, sed ad futuros sacerdotes et apostolos parandos. Sacerdotum autem formatio, quamvis ab universis vitae et ordinis Seminarii vel Collegii condicionibus pendeat, haud dubie rei biblicae studio el cognitione peculiariter iuvatur. His enim lectionibus potissimum obtinendum est, ut futuri sacerdotes Intellegant sibique persuadeant Sacros Libros tam ad fovendam suam ipsorum propriam vitam sacerdotalem quam ad munera sacerdotalia cum fructu peragenda plurimum conferre. Quapropter magister alumnis suis, nequaquam contentus, ut rerum biblicarum notitias et cognitiones uliles ct necessarias tradat, data occasione id quoque naviter ipsis ostendat, quomodo Sacrarum Scripturarum solida cognitione, assidua lectione, pia meditatione vitae propriae sacerdotalis sanctitatem alere, firmare, promovere 11 ministeriumque apostolicum, maxime sacrae concionis et institutionis catecheticae, fecundum reddere possint u.

III. Consilia et normal

Studia igitur bibiica, cum ad pietatem sacerdotalem et muneris apostolic! fructum tantopere valeant, summa diligentia esse peragenda et promovenda, nemo sane est quin videat, ideoque valde dolendum est eadem non semper in debito haberi honore, sed non raro aliarum disciplinarum studio indigne postponi, immo interdum per-

ft»u n. MA u Cfr. *I* Tim. II. 4. u Cfr. ***Rom.*** Vili, 28. »· Cfr. Prus X, UtL apoat Çhewûm U ***rt*** H&k j; Eedt. fliN. n. 165.»· Cfr. Pivs X, Utt. apoit *fc»* ***n*** HHu j; ***Bid.*** η. 15α 11*l* ***Tim.*** Ill, 15. ˚˚Cfr. Pics X, UtL »pcst. Qmcwwh in ***n*** h&Kj; Endb. ***Bid.*** n. it>8. 11 Cfr. Mondûi XX, 9-, ***PL***· LXXVI, 149. u Pros XII, UtL encyd. Dfrww ***affavU Spiniu;*** L e. p. 310. ■· UtL encycL ***Prcmdmtûiîtmu;*** EndL ***Bibi.*** n. 97. UtL encycl ***Spiritui Paradiltu; Eruk. Bibi.*** na. 498 v; Litu encycl. Du-w ***ăfflant Spiritu;*** L c. p. 311. ,l Pit's XII, Litt. encycl. Dirimo ***afflanto Spirit.*** L e. p. 3x8, 11 Cfr. S. Hunu. ***Ep.*** 130 ld fine; ***PL*** XXII, coL 14x4 iaL xxuj ***(CSEL*** LVT, p. sox).

MC(r. Lxo XIII, UtL encycl- ProrUeKlujtmw,' Ench. BibL n. 73; Bimedictcs XV, Utt encycL ***Spiritui ParadUui;*** ibid. nn. 496 ă Pros XΠ, Litt encycL ***Divino aflante*** Spintu, 1. c- p. 320 i-

peram ncgllgi. Quare haec Pontificia Commissio de Re Blblica, variis cx diversis orbis partibus notitiis et votis commota, tam Excihls lucorum Ordinariis Supremlsque Religionum Moderatoribus quam ReviTils Seminariorum
M3 Re/ctorlbus nc rei biblicae Magistris enixe commendanda rensult quae sequuntur.

1. In Seminariorum el Collegiorum *bibliotheca blblica, u* praeter Sanctorum Patrum el maiorum interpretum catholicorum commentarios, adsint meliora opera de theologia biblica et dc archacologia el historia sacra, atque ellam encvclopacdiae seu lexica biblica atque periodicae de rebus biblicis ephemerides, quae quidem opera singuli magistri varias ob rationes non facile acquirere possunt; suo sane rt alumnorum ingenti damno.

2. Pari autem cura ac diligentia Seminariorum cl Collegiorum Moderatores provideant, ut *Clericis* quoque praeter Sacrorum Biblorum volumen reique biblicae librum manualem quibus singuli instruantur, in propria ipsorum bibliotheca Illa praesto sint opera quibus ad lectiones in scholis auditas recolendas ct apto complendas melius et efficacius iuvarl possint.

3. Magister rei biblicae, ut officio suo laudabiliter satisfacere possit, totus *relinquatur muneri suo* neque alia ei graviora committantur negotia, et tanta cum cura a Superioribus, collatls pecuniae quoque subsidiis aliisque opportunis auxiliis foveatur, ut animo libenti, etiam per lotam vitam, in docendi munere perseveret.

Prima enim studii blblici in Seminariis et Collegiis provehendi condicio ea est, ut magistro rcl biblicae omnia illa librorum et pecuniae subsidia suppeditentur, quibus et Ipse in scientia progredi et progredientem scientiam suam facere, conventibus studiorum causa instituendis intéressé, data opportuna occasione Terram Sanctam invisere. laborum suorum fructus typis edere possit.

Consulitur vero ut, ubi maior est alumnorum numerus (imno etiam alibi, ut futuris necessitatibus mature provideatur), duo constituantur Lectores rei biblicae, alter Veteris, alter Novi Testamenti.

4. Magistro rei biblicae, discipulorum progressus studioso, enixe commendatur, ut *selectis alumnis maiore ingenio praeditis* peculiarem tradat cursum liberum, sive linguarum blblicarum aliarumque quae ad studia Sacrae Scripluarac necessariae vel utiles sunt, u sive theologiae biblicae, historiae, archaeologiac aut cuiusvis alterius disciplinae auxiliaris. Quo in cursu tractare poterit ctiam quaestiones peculiares, quae de singulis libris biblicis hodie magis agitantur quasque ipse sive proprio studio sive commentationum lectione accuratius investigaverit.

5. Magistro rei biblicae itidem suadetur, ut *melioris*
50i *spei alumnos / qui* peculiarem erga Sacras Paginas amorem ostendant, cum prudentia ct moderatione, Superiorum consilia secutus, ad studia specialia praeparet, Ita tamen, at allas disciplinas neutiquam neglegant ,e. Quibus opportunitatem praebeat addiscendi linguas etiam recentes, ad haec studia magis necessarias eosque ad cognoscenda et legenda Instituat opera «dc historia utriusque Testamenti, de vita Christi Domini, de Apostolorum, de itineribus el peregrinationibus palaestincnslbus»17. Probe enim meminerit grave detrimentum pati hulusmodi alumnos, cum sine iusta praeparatione, potissimum litterarum, ad studia specialia peragenda mittantur, sibique persuadeat unum ex praecipuis suis officiis esse, ut Seminario suo, propria experientia usus, optimos praeparet futuros praereptores quorum opera res biblicae magis magisque colantur et floreant.

6. Cum exiguo illo temporis spatio quod Sacrae Scripturae scholis plerumque assignatur, iis omuibus quae ad Clericorum theologicam et asceticam institutionem ct ad rectum Sacrorum Librorum in liturgia ac contione usum docendum requiruntur, debito modo satisfieri vix possit, valde laudatur et enixe commendatur» ut iam ab ineunte alliorum studiorum curriculo, Id quod in quorundam Ordinum Coliculis laudabiliter fieri novimus, *compendiaria quaedam tradatur introductio,* qua opportune stimuletur ct dirigatur totius Sacrae Scripturae lectio ab alumnis studiorum tempore cursim facienda. Quod si rite factum erit, magister intra quadriennium curriculi theologici in doctrina biblica exponenda diutius immorari poterit.

7. Clerici theologi semel vel bis in anno *homiliam* de pericopa aliqua biblica componere teneantur quem laborem Ipse magister dirigat et diligenter iudicet. Hac ratione alumni, iam inde a principio institutionis theologicae, homllias diebus dominicis el festis habendas congruo studio et pia meditatione pararc accurateque scribere addiscent, atque Verbi Del sensum verum ac proprium populo Christiano e suggestu recte, apposite, reverenlerque proponere et explanare.

8. Postremo ut studium Scripturae Sacrae etiam peracto theologiae curriculo debita ratione colatur ct perficiatur ac deinceps per vitam fideliter continuetur, ad *examina* quae sacerdotes saeculares saltem per triennium, religiosi saltem per quinquennium, expicto studiorum curriculo, ex praescripto luris canonici de variis sacrarum scientiarum disciplinis subire tenentur,ts singulis annis etiam quaestiones aliquae gra/viores de Introductione generali et speciali 503
et dc exegesi parandae assignentur. Praeterea in *collatlotionibus* seu *con/erentiis* quae a Clero tam saeculari quam regulari ad normam eiusdem luris canonici statis temporibus de re morali et liturgica habendae sunt, ** explicanda proponatur etiam —ut in quibusdam regionibus multa cum laude fit— pericopa aliqua blblica sive Veteris sive Novi Testamenti, quae a magistro rei biblicae Seminarii apte eligatur et ab eodem postea in periodicis commentariis diocccseos, si casus fert, vel alibi ad rationem scientiae biblicae explicata evulgetur.

Excihos Ordinarios et Rvmos Religionum Moderatores enixe rogamus, ut quae hisce exposuimus, ea qua moventur communis boni cura ac diligentia, ita accipiant et exsequi velint, ut futurorum nostrorum sacerdotum Institutio in dies magis perficiatur atque solida illa sacra imbuantur scientia qua iam studii theologici tempore ac dein per totarn vitam uti debent, Idque non leviter et temere, nec proprio arbitrio et sensu, sed secundum scientiae sacrae normas, secundum Ecclesiae leges et praecepta, secundum genuinae traditionis catholicae regulas, ut Sacri Libri in propria vita spirituali alenda et excolenda eis sint quasi panis cotidianus, lumen et robur, in ministeriis autem apostoliris efficax auxilium quo adiuti quam plurimos ad veritatem, ad timorem ct amorem Dei, ad virtutem et sanctitatem perducant. Sane non ignoramus, quot et quantae hodie obstent difficultates, quominus, quae commendavimus, brevi tempore et perfecte compleantur, at certum habemus Ecclesiarum Praesules et Religionum Moderatores, animis neutiquam fractis, nulli rei defuturos esse, ut Divinarum Litterarum studium et amor intra Clericos ac sacerdotes omnes novo floreant vigore atque in eorum animis et muneribus uberrimos ferant vitae et gratiae fructus.

Hanc autem Instructionem Ssmus Dominus Noster Pius PP. XII, in audientia die 13 Mail a. 1950 infrascripto Reviho Consultori ab Actis benigne concessa, approbavit ct publici iuris fieri mandavit.

Romae, die 13 Maii a. 1950.—Athanasius Miller, O. S. B., *Consultor ab Adis.*

** ***Cod. Iur. Can.,*** can. 13α 5$o. '· ***Ibid.*** can. 131. 591.

Adn. F. ASENSIO m PrM 40 (1951) 136-143; J. M T B. in CR 36 (1951) 60-52: C. VONA m ApoU. 23 (1950) 311.

2128

1950 MAI 15.-PIUS XII, LIT. AP. AAS 42 (1950) 631-632

Sanctus ioannes baptista de la salle, c., omnium **MAGISTRORUM PUERIS ADULESCENTIBUSQUE INSTITUENDIS PATRONUS CAELESTIS PRAECIPUUS CONSTITUITUR.**

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam.—Quod ait Sanctus Bonaventuraf dlle solus verus est doctor, qui potest speciem imprimere et lumen infundere et virtutem dare cordi audientis», cogitatione ct mente hisce temporibus vel maxime est complectendum, quibus disciplinam puerilem non solum a morum conformatione saepcnumero videmus alienam, sed etiam, si Dei religionisque accedit despectio, ad animarum perniciem interdum plurimum valere. Itaque Sancta Mater Ecclesia sollicito amore eos prosequitur, quorum est adulescentes ad humanitatem instituere, quippe cum ex illis civitatis Christianae salus et incrementum pendeant non parum. .Atque exstitit vir, sanctitatis et ingenii laude apprime commendatus, Joannes Baptista de La Salle, qui ipse ac per Sodalitatem a se conditam pueros optimis formavit et adhuc format praeceptis atque institutis, quique vo est progressus, ut in studiorum domiciliis, tSemlnairrs

‘‘Cfr. Pin X in UtL apost. ***Quoniam in rt biblica; Ench. Bibi.*** n. 173.
‘‘Itaetuia Pin X, Litt apost. ***Quoniam in rt biblica; Ench. Bibi.*** n. 165.
‘•Cfr. Pits X, Litt. apost. ***Quoniam in rt biblica; Ench. Bibi.*** nn. 165.
85 clérigos y religiosos no sacerdotes, asi como los séminaristes, postulantes y novicios, cn edad a la que alcance la movillzaclôn y en la medida que el Vicario General Castrense estlmare necesario, serân destinados a ayudar a los Capellanes en su ministerio espiritual. o a otros servidos compatibles con su carâcter eclesiâstico. De entre ellos, lot que cn d momento de decretarse la movillzaclôn estén preparândose para el sacerdoclo, disfrutarân dc permises prorrogablrs que. en cada caso, a juido del Vicario Castrense auloricen las circunstancias. con el fin de que prosigan sus estudios en el Seminario o Casa Religiosa a la niai perttnecen.

Cesarân en su dlsfrute, sl abandonna los estudios o cuando tennliicn la carrera, cJrcunstniiclas que lot RttU res o Superiores n spectivamente comiinlcaràn Inmedbh mente u Ia Autnridaii militar.

El séminariste o novicio en cuyo nombre se pram, volunteriamenle un sacerdote del clero regular o secular, dcbldamcnte uutorizudo por sus Superiores eclesIâiUcm, para prestur scrviclo de vanguurdla propio de su minislerio sacerdotal, dlsfrutardn en todo caio de estoi permises.

Ar t îcu l o XIV—En los casos de movillzaclôn general, por causa de guerra quedan rxceptuados del cumpllmlenlo de las obligaciones militares los sacerdotes que tengan cura de aimas. Se consldenin taies los Ordlnurios, los PAttocoj, los Viccpôrrocos y los Rectores dr Iglesias ablcrtaa al colin, Asimlsnio serin dispvnsados de las obligaciones anted!· chas, aun en los casos de movillzaclôn general |>or ciou de guerra, los Oblspos titulares; los Redores de los Seminarios; y los Mlsloncros, u saben uqucllos sacerdotes y rt ligiosos oue, con la debida autorizaciôn dc la competeaü autoridad eclesiàstica. se consagran al upostolado en H territnrios dc mislôn.

Ar t îcu l o XV—El Vicario General (Lastrense o el Teniente Vicario que interinamenlc asuma sus fundones, p> drâ solicitor de la Santa Sedc la concesiôn y succslva rtnovaclôn dc las facultades, gracias y privileges que esllmen convenientes./

Ar t îcu l o XVI—Este Convenio scrà rutifleado y hsratiflcaciones canjeadas cn el mâs breve plazo posible.

Hecho por duplicario cn la Ciudad del Vaticano, a cinco de Agosto dc 1950.—Do menico Tar d in l JoaquIn Roi Gt ménez.

Ada. L ECHEVERRIA in ME 75 (1950) 671-877; M. GARCIA il REDC 5 (1950) 1107-1171; 6 (1951) 265-301, 701-771; M UÊRAXA £ ApoQ. 24 (1951) 172-139. L. PÉREZ MIER in REDC 6 (1951) 10634X4 REGATILLO n 4? T. URQUIRI in Emtraciôn dei Clero 44 (195H 275-279. 324-327

2146

1950 AUG 7.-SC SACR., DECR. AAS 44 (1952) 280-281

Decretum de assignandis tribunalibus pro tractatione **CAUSARUM NULLITATIS MATRIMONII INSULAE TERRAE NOVAE**

Per Decretum die! 28 lanuarii 1946 (in *Ada ApoMicae Sedis,* vol. XXXVIII, pp. 281 ss. relatum) (LE 1850|, Sacra Congregatio de Sacramentis, iussu Ssml D. N. Pii Divina Providentia Papae XII, in Canariens! Ditione, pro tractatione causarum nullitatls matrimonii septem Tribunalia Provincialia primae instantiae et quatuor secundae Instantiae instituit.

Cum vero die 1.· Aprilis anni 1949 Insula Terrae Novae ingressa sit in Confoederationem Canadensem, postulaverunt Achicplscopus S. loannis Terrae Novae eiusque duo suffraganel Episcopi Portus Gratiae ct Sancti Georgll Terrae Novae, ut causae nullitatls matrimonii suarum dioecesium tractarentur a Tribunali Provinciali Flalifaxlensi, adeo ut circumscriptio dicti tribunalis Halifaxiensls constet in posterum non modo binis provinciis Hallfaxlensl et Monctonensi, uti cavetur in supramemorato Decreto, sed etiam, universo territorio Insulae Terrae Novae.

Cum autem uti tribunal secundae instantiae, pro causli in prima instantia coram Tribunali Provinciali Hallfaxlensl pertractatis, agat Tribunal Quebeccnse, consequenter Ildem Episcopi postularunt ut Idem statuatur pro catuli suarum dioecesium. /

Quas preces, cum Sacra haec Congregatio de Disciplina Sacramentorum In Congressu diei 28 Iunii 1950 rite perpendisset, attento etiam voto Excrtil Delegati Apostolic! Ditionis Canadensis, easdem per Infrascriptum Cardinalem Pro-Praefectum retulit Ssrîio Domino Sîostro Pio Divina Providentia Papac XII, in Audientia diei 7 Augusti 1950 eidem benigne concessa.

Sanctitas vero Sua, haec omnia quae sequuntur statuere dignatus est, decernens eadem exsecutioni mandanda, contrariis quibuslibet, licet speciali mentione dignis, minime obstantibus.

1) A dic 15 Augusti n. 1950 causae nullitatls matrimonii archidioecesls Sancti loannis Terrae Novae et dioecesium Portus Gratiae et Sancti Georgll Terrae Novae tractabuntur in prima Instantia coram Tribunali Provincial! Hallfaxlensl, cuius proinde circumscriptio ex tunc constabit non modo binis provinciis Hallfaxîcnsi et Monctonensi sed et universa Insula Tcrrae Novae.

j) Consequenter causae nullitatls matrimonii Insulae Terrae Novae In prima instantia pertractatae coram Tribmll Provinciali Hallfaxlensl, In secunda Instantia ludi nodae deferentur nd Tribunal appellationis Qucbccense, Incolumi semper facultate directe provocandi ad S. Hornarum Holam Iuxta can. 1559 5 1.

3) In rrllquls plene serventur relate ad tres supramcmomUs dioeceses omnia quae statuta sunt inpraelaudato Decreto necnon in cius Nonnis exsecuiIvis dici 13 Mali 1946 (A. A. S., XXXVIII, pp. 283 ss) (LE 1861].

Datum Hornae, cx Aedibus Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentoniin, dic 7 Augusti anno Domini 1950.— B. Card. Alois! Masella, *rro-Praf/.* F. Bracd, *Srrr.*

2147

1950 AUG 12.-PIUS XII, ENCYCL. AAS 42 (1950) 561-578

LITTERAE ENCYCLICAE

Ao venerabiles fratres patriarchas· primates, arOПEPISCOPOS, **EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS,** FACEM et **COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES**

De nonnullis falsis opinionibus, quae catholicae doctrinae fundamenta subruere minantur

PIUS PP. XII

Venerabiles fratres
SALUTEM ET APOSTOL1CAM BENEDICTIONEM

Humani generis in rebus religiosis ac moralibus discordia el aberratio a veritate probis omnibus, imprimlsque fidelibus slncerisque Ecclesiae filiis, vehementlssimi doloris, fons et causa semper fuere, praesertim vero hodie, cum ipsa culturae Christianae principia undique offensa cernimus.

Haud mirum quidem est huiusmodi discordiam et aberrationem extra ovile Christi semper viguisse. Nam licet Lamina rallo, simpliciter loquendo, veram et certam cognitionem unius Dei personalis, mundum providentia sua luentis ac gubernantis, necnon naturalis legis a Creatore coslris animis inditae, suis naturalibus viribus ac lumine assequi revera possit, nihilominus non pauca obstant quominus eadem ratio hac sua nativa facultate efficaciter fnictuosequc utatur. Quae enim ad Deum pertinent ct id rationes spectant, quae inter homines Deumque inter-
5C cedunt, veritates sunt rerum sensibilium ordinem omnino / transcendentes, quae, cum in vitae actionem inducuntur eamque Informant, sui devotionem sulque abnegationem postulant. Humanus autem intellectus in talibus veritati· bns acquirendis difficultate laborat tum ob sensuum imapnalionisque impulsum, tum ob pravas cupiditates ex peccato originali ortas. Quo fit ut homines in rebus huiusmodi libenter sibi suadeant esse falsa vel saltem dubia, quae ipsi nolint esse vera.

Quapropter divina «revelatio· muralIter necessaria dicenda est, ut ea, qua in rebus religionis ct morum rationi per se impervia non sunt, in praesenti quoque humani generis condicione, ab omnibus expedite, firma certitudine el nullo admixto errore cognosci possint '.

Quin Immo mens humana difficultates Interdum pati potest etiam in certo iudicio •credibllitatls· efformando dnra catholicam fidem, miamvis tum multa ac mira signa externa divinitus disposita sint quibus vel solo naturali rationis lumine divina Christianae religionis origo certo probari possit. Homo enim sive pracludicatis ductus opinionibus. sive cupidinibus ac mala voluntate instigatus, con modo externorum signorum evidentiae, quae prostat, sed etiam supernis afflatibus, quos Deus in animos ingerit nostros, renuere ac resistere potest.

Cuicumoue eos circumspicienti, qui extra ovile Christi rant, haud difficulter patebunt praecipuae quas viri docti oon pauci ingressi sunt viae. Etenim sunt qui evolutionis, ut aiunt, systema, nondum invicte probatum in ipso disciplinarum naturalium ambitu, absque prudentia ac discretione admissum ad omnium rerum originem pertinere contendant, atque audacter indulgeant opinationi moniUlcae ac pantheisticae mundi universi continuae evolutioni obnoxii. Qua quidem opinatione fautores communism! 11-

'C<»e Vitfc, D B, 1S76, Cnn$L *Dc FUé cath* , cap. 2, *Dc* rrrrlMiotu.

benter fruuntur ut suum «materiallsmum dialecticum· efficacius propugnent et evehant, omni notione theistica ex animis avulsa./ 553

Huiusmodi evolutionis commenta, quibus omne, quod absolutum, firmum, immutabile est, repudiatur, viam straverunt novae aberranti philosophiae, quae cum «idealismo», dmmanentismo» ac «pragmatisme» contendens, «exlstcntlallsml» nomen nacta est, utpote quae, immutabilibus rerum essentiis posthabitis, dc singulorum «exsistentia» tantum sollicita sit.

Accedit falsus quidam «hlstoriclsmus», qui solis humanae vitae eventibus inhaerens, cuiusvis veritatis legisque absolutae fundamenta subvertit, cum ad res philosophicas tum ad Christiana etiam dogmata quod attinet.

In hac tanta opinionum confusione aliquid solaminis Nobis affert cos cernere, qui a «ratlonallsml» placitis, quibus ollm instituti erant, hodie non raro ad veritatis divinitus patefactae haustus redire cupiunt, ac verbum Dei in Sacra Scriptura asservatum agnoscere ac profiteri, utpote disciplinae sacrae fundamentum. At simul dolendum est haud paucos Istorum, quo firmius verbo Dei adhaereant, eo magis humanam rationem adimere, et quo libentius Dei revelantis auctoritatem extollant, eo acrius Ecclesiae Magisterium aspernari, a Christo Domino Institutum, ut veritates divinitus revelatas custodiat atque interpretetur. Quod cjuldcm non solum Sacris Litteris aperte contradicit, sed cx ipsa rerum experientia falsum manifestatur. Saepe enim Ipsi a vera Ecclesia dissidentes dc sua ipsorum in rebus dogmaticis discordia palam conquerentur. Ita ut Magisterii vivi necessitatem fateantur Inviti.

iamvero theologis ac philosophis catholicis, quibus grave incumbit munus divinam humanamque veritatem tuendi animisque inserendi hominum, has opinationes plus minusve e recto itinere aberrantes neque ignorare neque neglegere licet. Quin immo ipsi easdem opinationes perspectas habeant oportet, tum quia morbi non apte curantur nisi rite praecogniti fuerint, tum quia nonnumquam in fabis ipsis commentis aliquid veritatis latet, tum denique quia eadem animum provocant ad quasdam / veri- 564
tates, sive philosophicas sive theologicas, sollertius perscrutandas ac perpendendas.

Quodsi philosophi ac theologi nostri ex hisce doctrinis, caute perspectis, tantummodo huiuscemodi fructum colligere eniterentur, nulla adesset ratio cur Ecclesiae Magisterium interloqueretur. Attamen, quamvis Nobis compertum sit catholicos doctores ab illis erroribus generatim cavere, constat tamen non deesse hodie, quemadmodum apostolicis temporibus, qui rebus novis plus aequo studentes, ac vel etiam metuentes ne carum rerum, quas progredientis aetatis scientia invexerit, ignari habeantur, sacri Magisterii moderationi sc subducere contendant ideoque in co versentur periculo ne sensim sine sensu ab ipsa veritate divinitus revelata discedant aliosque secum In errorem inducant.

Immo et aliud obversatur periculum idque eo gravius, quo virtutis est specie magis obtectum. Plures enim sunt, 3ui humani generis discordiam ac mentium confusionem cplorantes, imprudenti animorum studio pennoti, impetu quodam moventur atque impenso desiderio flagrant infringendi saepta, quibus probi honestique viri invicem dlsiunguntur, «irenismum» talem amplectcntcs ut, quaestionibus missis quae homines separant, non modo respiclant ad irruentem atheismam communibus viribus propulsandum, sed etiam ad opposita in rcbus quoque dogmaticis reconcilianda. Et quemadmodum olim fuerunt, qui rogarent num translaticia Ecclesiae apologetica ratio obstaculum constitueret potius quam auxilium ad animos Christo lucrandos, ita hodie non desunt qui eo usque procedere audeant ut serio quaestionem moveant num theologia clusquc methodus, quales in scholis ecclesiastica approbante auctoritate vigent, non modo perficiendae, verum etiam omnino reformandae sint, ut regnum Christi quocumque terrarum, inter homines cuiusvis culturae vel cuiusvis opinionis religiosae efficacius propagetur.

Quodsi Udem ad nihil aliud intenderent quam ad disciplinam ecclesiasticam ciusque methodum hodiernis condicionibus ac necessitatibus, nova quadam inducta ratione, aptius accom/modandas, nulla fere esset causa timendi; 565
at vero imprudenti aestuantes «Lrenismo», nonnulli veluti obices ad fraternam unitatem restaurandam ea putare videntur, quae ipsis legibus ac principiis a Christo datis innituntur itemque institutis ab eo conditis, vel quae munimina ac fulcimina exstant integritatis fidei, quibus collapsis, omnia uniuntur quidem, sed solummodo in ruinam.

Novae huiusmodi opiniones, sive improbando novitatis desiderio, sive laudabili ausa moseantur, non semper eodem gradu, eadem claritate iisdemquc terminis proponuntur, nec semper unanimo auctorum consensu: quae enim hodie a quibusdam, cautelis nonnullis ac distinctionibus adhibitis, magis tecte docentur, cras ab aliis audarioribus palam atque immoderate proponentur, non sine mnltorum offensione, praesertim Junioris cleri, nec sine ecclesiasticae auctoritatis detrimento. Quodsi cautius agi solet in libris publice editis, iam liberius disseritur in libellis pilvutlm communiatis ct in acroasibus coctibusque. Nec tantum inter sodales utriusque cleri et in sacris seminariis institutisque religiosis tales opiniones divulgantur. sed etiam inter laicos,Inter eos praesertim, qui Juventuti instituendae operum navant

Quod autem ad theologiam spectat, quorumdam consilium est dogmatum significationem quam maxime extenuare; Ipsumque dogma a loquendi ratione in Ecclesia iamdiu recepta et a philosophicis notionibus penes catholicos doclores vigentibus liberare, ut in catholica exponenda doctrina ad Sacrae Scripturae sanctorumque Patrum dicendi modum redeatur. Spem ipsi fovent fore ut dogma elementis denudatum, quae extrinsecus a divina revelatione esse dicunt, fructuose comparetur cum eorum opinionibus dognutlds, qui ab Ecclesiae unitate sciuncti sint, utque hac via pedetemptim perveniatur ad assimilanda sibi invicem dogma catholicum et placita dissidentium.

Accedit quod, catholica doctrina ad hanc redacta condicionem. viam sterni autumant, qua, hodiernis neeexsita-
566 llbus satisfaciendo, hodiernae etiam philosophiae notionibus dogma exprimi possit, sive «immanentismi» sive ddeallsmi» sive «exsistentialismb allusve systematis. Quod idcirco etiam fleri posse ac debere audaclores quidam *af*firmant, quia fidei mysteria numquam notionibus adaequate veris significari posse contendunt, sed tantum notionibus «approximativis». ut aiunt, ac semper mutabilibus, quibus ventas aliquatenus quidem indicetur, sed necessario quoque deformetur. Quapropter non absurdum esse putant, sed necesse omnino esse ut theologia pro variis philosophiis, ejuibus decursu temporum tamquam suis utitur instrumentis, novas antiquis substituat notiones. Ita ut diversis quidem modis, ac vel etiam aliqua ratione oppositis, idem tamen, ut alunt, valentibus, easdem divinas veritates humanitus reddaL Addunt etiam historiam dogmatum consistere In reddendis variis sibique succedentibus forrnis, quas veritas revelata induerit, secundum diversas doctrinas et opinationes quae saeculorum decursu ortae fuerint.

Patet autem ex iis, quae diximus, huiusmodi molimina non tantum ducere ad «relativismum» dogmaticum, quem vocant, sed illum Iam reapse continere; cui quidem despectus doctrinae communiter traditae eorumque vocabulorum, quibus eadem significatur, satis superque favet. Nemo sane est qui non videat huiusmodi notionum vocabula cum in scholis tum ab Ipsius Ecclesiae Magisterio adhibita, perfici et perpoliri posse; ac notum praeterea est Ecclesiam in iisdem vocibus adhibendis non semper constantem fuisse. IJquct etiam Ecclesiam non cuilibet systemati philosophico, brevi temporis spatio vigenti, devinciri posse: sed ea quae communi consensu a catholicis doctoribus composita per plura saecula fuere ad aliquam dogmatis intellegentiam attingendam, tam caduco fundamento procul dubio non nituntur. Nituntur enim principiis ac notionibus ex vera rerum creatarum cognitione deductis; in quibus quidem deducendis cognitionibus humanae menti veritas divinitus revelata, quasi stella, per Ecclesiam illuxit. Quare mirum non est aliquas huiusmodi
567 notiones a Conciliis Oecumenicis non solum adhi'bitas, sed etiam sancitas esse, ita ut ab eis discedere nefas siL

Quapropter neglegere, vel reiccre, vel suo valoir privare tot ac tanta, quae pluries saeculari labore a viris non communis Ingenii ac sanctitatis, invigilante sacro Magisterio, nec line Sancti Spiritus lumine et ductu, ad accuratius in dies fidei veritates exprimendas mente concepta, expressa ac perpolita sunt, ut eorumdem In locum coniecturales notiones sufficiantur ac quaedam fluxae ac vagae novae philosophiae dictiones, quae ut flos agri hodie sunt et cras decident, non modo summa est imprudentia, verum etiam Ipsum dogma facit quasi arundinem vento agitatam. Despectus autem vocabulorum ac notionum quibus theologi scholastici uti solent, sponte ducit ad enervandam theologiam, ut aiunt speculativam, quam, cum ratione theologia Innitatur, vera certitudine carere existimant.

Clique, proh dolor, rerum novarum studiosi a scholasticae theologiae contemptu ad neglegendum, ac vel etiam ad despiciendum facile transeunt Ipsum Magisterium Ecclesiae, quod theologiam illam sua auctoritate tantopere comprobat. Hoc enim Magisterium ab ipsis tamquam progrcssionls sufflamen ac scientiae obex exhibetur, ab tholicis vero quibusdam iam voluti iniuslum frenum rocsideratur quo excult lores aliqui theologi n disciplina sôj innovanda delineantur. Et quamquam hoc sacrum Magisterium. In rebus fidei et morum, cuilibet theologo proxlmj ct universalis veritatis norma esse debet, utpote cui (iri stus Dominus totum depositum fidei —Sacros nempe Litteras ac divinam -traditionem»— ct custodiendum et tuendum et interpretandum concredidit, attamen officium, quo fideles tenentur illos quoque fugere errores, qui ad hnereslm plus minusvc accedant, Ideoquc «etiam coostitutiones et decreta servare, quibus pravae huiusmodi opiniones a Sancta Sede proscriptae ct prohibitae sunt» l nonnunquam ita ignoratur ac si non habeatur. Quae in Romanorum Pontificum Encyclicis Litteris de indole et constitutione Ecclesiae exponuntur a / quibusdam consulto $ neglegi solent ea quidem dc causa ut praevaleat notio quaedam vaga, quam ex antiquis Patribus, praesertim graccis, haustam esse profitentur. Pontifices enim, ut lptl dictitant, de his quae Inter theologos disputantur ludlcart nolunt, itaque ad pristinos fontes redeundum est et *n* antiquorum scriptis recenliora Magisterii constitutiones κ decreta explicanda sunt.

Quae etsi fortasse scite dicta videntur, attamen fallacia non carent. Verum namque est generatim Pontifices theologis libertatem concedere in iis quae inter melioris nolae doctores vario sensu disputentur; at historia docet, plum quae prius liberae disceptationi sublecta fuerint, postea nullam iam disceptationem pati posse.

Neque putandum est, ea quae in Encyclicis Litteris proponuntur. assensum per se non postulare, cum in iis Pontifices supremam sui Magisterii potestatem non exerceant. Magisterio enim ordinario haec docentur, de quo illud etiam valet: «Qui vos audit, me audit»5; ac plerumque quae in Encyclicis Litteris proponuntur et inculcantur, iam aliunde âd doctrinam catholicam pertinent. Quodsi Summi Pontifices in actis suis de re hactenus controversa data opera sententiam ferunt, omnibus patet rem illam, secundum mentem ac voluntatem eorumdem Pontificum, quaestionem liberae inter theologos disceptionls iam haberi non posse.

Verum quoque est, theologis semper redeundum esse ad divinae revelationis fontes: eorum enim est indicare qua ratione ea quae a vivo Magisterio docentur, in Sacris Litteris et in divina «traditione», «sive explicite, sive implicite inveniantur». Accedit quod uterque doctrinae divinitus revelatae fons tot tantosque continet thesauros veritatis, ut numquam reapse exhauriatur. Quapropter sacrorum fontium studio sacrae disciplinae semper iavenescunt; dum contra speculatio, quae ulteriorem sacri depositi inquisitionem neglegit, ut experiundo novi mus, sterilis j» evadit. Sed hac de causa theologia etiam positiva, quam dicunt, scientiae dumtaxat historicae aequari nequit. Una enim cum sacris elusmodi fontibus Deus Ecclesiae suae Magisterium vivum dedit, ad ea quoque illustranda et nucleanda, quae in fidei deposito nonnisi obscure ac veluti implicite continentur. Quod quidem depositum nec singulis christifidelibus nec ipsis theologis divinus Redemptor concredidit authentice interpretandum, sed soli Ecclestoe Magisterio. Si autem hoc suum munus Ecclesia exercet, sicut saeculorum decursu saepenumero factum est, sive ordinario sive extraordinario eiusdem muneris exercitio, patet omnino falsam esse methodum, quae cx obscuris clara explicentur, quin immo contrarium omnes sequi ordinem necesse esse. Quare Decessor Noster inm. mem. Pius IX, docens nobilissimum theologiae munus Illud esse, quod ostendat quomodo ab Ecclesia definita doctrina contineatur in fontibus, non absque gravi causa illa addidit verba: «eo ipso sensu, quo definita est».4

Ut autem ad novas, quas supra attigimus, opinationes redeamus, plura etiam a nonnullis proponuntur vel mentibus Instillantur in detrimentum divinae auctoritatis Sacrae Scripturae. Etenim sensum definitionis Concilii Vaticani de Deo Sacrae Scripturae auctore audacter ouidam pervertunt; atque sententiam, iam pluries reprobatam, renovant, secundum ouam Sacrarum Litterarum immunitas errorum ad ea solummodo, quae de Deo ac de rebus moralibus et religiosis traduntur, pertineat. Immo perperam loquuntur de sensu humano Sacrorum Librorum sub quo sensus eorum divinus lateat, quem solum infallibilem declarant. In Sacra Scriptura Interpretanda nullam haberi volunt rationem analogiae fidei ac «traditionis» Ecclesiae; ita ut Sanctorum Patrum ct sacri Magisterii doctrina quasi ad trutinam Sacrae Scripturae, ratione mere humana ab exegetis explicatae, sit revocanda, potius

'C. L C., can. cfr. Cone. Vat, D. B., 1820, GrasL ***Dt Fib*** cap. 4, ***Dt tt rAiicnt,*** post emones. ' Lue., X, 16. · Pius IX, psvitKox, j SocL 1870, ***Ada,*** Pan 1 voLV.p. 260. · ***Qtr.*** Cone. Vat,GxwL ***ë Fi-***

quam eadem Sacra Scriptura exponenda sit ad mentem Ecclesiae, quae a Christo Domino totius depositi veritatis
570 divinitus revelatae custos ac interpres constituta est. /

Ac praeterea sensus litterulis Sacrae Scripturae eiusque expositio a tot tnntisquc exegetis, vigilante Ecclesia, elaboratu. cx commenticiis eorum placitis, novae cedere debent exegesi, quam symbolicam ac spiritualem appellant; et qua Sacra Biblhi' Veleris Testamenti, quae hodie In Ecclesia tamquam fons clausus lateant, tandem aliquando omnibus aperiantur. Hac ratione asseverant difficultates omnes evanescere, quibus ii tantummodo praepediantur, qui itnsul litterali Scripturarum adhaereant.

Quae quidem omnia quam aliena sint a principiis ac normis hermeneullcis a Decessoribus Nostris fel. rcc. Leone XII! in Encvcllcls Litteris *Providentissimus,* cl a Benedicto XV in knc. Lltt. *Spiritus Paraclilus,* Itemque u Nobis Ipsis in Enc. Litt. *Divino af/lnnte Spiritu* rite statutis nemo est qui non videat.

Ac mirum non est huiusmodi novitates, ad omnes fere theologiae partes quod attinet, iam venenosos peperlssc fructus. In dubium revocatur humanam rationem, absque divinae «revelationis» divinaeque graliae auxilio, argumentis ex creatis rebus deductis demonstrare posse Deum personalem exsistere; negatur mundum initium habuisse, atque contenditur creationem mundi necessariam esse, cum ex necessaria liberal Itate divini amoris procedat; aeterna et infallibilis liberarum actionum hominum praescientia Deo item denegatur; quae quidem Vaticani Concilii declarationibus adversantur 5.

Quaestio etiam a nonnullis agitur num Angeli creaturae personales sint; numque materia a spiritu essentialiter differat. Alii veram «gratuitatem» ordinis supematuralis corrumpunt, cum autument Deum entia intellectu praedita condere non posse, quin eadem ad beatificam visionem ordinet et vocet. Nec satis; nam peccati originalis notio, definitionibus tridentinis posthabitis, pervertitur, unaque simul peccati in universum, prout est Dei offensa, itemque satisfactionis a Christo pro nobis exhibitae. Nec desunt
571 qui contendant transubstantiationis do/ctrinam, utpote antiquata notione philosophica substantiae innixam, ita emendandam esse ut remis Christi praesentia in Ss. Eucharistia ad quemdam symbolismum reducatur, quatenus consecratae species, nonnisi signa efficacia sint spiritualis praesentiae Christi eiusque intimae coniunctionis cum fidelibus membris in Corpore Mystico.

Quidam censent se non devinciri doctrina paucis ante annis In Encyclicis Nostris Litteris exposita, ac fontibus «revelationis» innixa, quae quidem docet corpus Christi mysticum ct Ecclesiam Catholicam Romanam unum idemSie esse·. Aliqui necessitatem pertinendi ad veram Ecesiam, ut sempiterna attingatur salus, ad vanam formulam reducunt. Alii denique rationali indoli «credibilitatis» fidei Christianae iniuriam inferunt.

Haec et alia id genus iam serpere constat inter nonnullos filios Nostros, quos incautum animarum studium vel falsi nominis scientia decipiunt, quibusque maerenti animo et notissimas veritates repetere cogimur ct manifestos errores morisque pericula non sine anxitudine indicare.

In comperto est quanti Ecclesia humanam rationem faciat, quod pertinet ad existentiam unius Dei personalis certo demonstrandam, itemque ad ipsius Christianae fidei fundamenta signis divinis Invicte comprobanda; panique modo ad legem, quam Creator animis hominum indidit, rite exprimendam; ac denique ad aliquam mysteriorum intellegentiam assequendam eamque fructuosissimam7. Hoc tamen munus ratio tum solum apte ac tuto absolvere poterit, cum debito modo exculta fuerit; nempe cum fuerit jana illa philosophia imbuta, quae velutl patrimonium iamdudum exstat a superioribus Christianis aetatibus traditum, atque adeo altloris etiam ordinis auctoritatem habet, quia ipsum Magisterium Ecclesiae, eius principia ac praecipua asserta, a viris magni ingenii paulatim pa-
572 tefacta ac def;nlta, ad ipsius divinae «revelationis· trutinam vocavit. Quae quidem philosophia in Ecclesia agnita ic recepta, et verum sincerumque cognitionis humanae valorem tuetur, ct metaphysica inconcussa principia —rationis nempe sufficientis, causalitatis, et finalitatis— ac demum certae ct immutabilis veritatis assecutionem.

In hac philosophia plura sane exponuntur, quibus res fidei et morum neque directe nec indirecte attinguntur, quaeque propterea Ecclesia liberae peritorum disceptationi permittit; at quoad alia plura, praesertim quoad principia assertaque praecipua, quae supra memoravimus, eadem libertas non viget. Etiam in huiusmodi essentialibus quaestionibus, philosophiam quidem aptiore ac ditiore veste induere licet, efficaciorlbus dictionibus communire, quibusdam scholarum adminiculis minus aptis exuere, sanis quoque quibusdam elementis progredientis humanae lucubrationis caute locupletare; numquam tamen eam subvertere fas est, vel falsis principiis contaminare, vel quasi magnum quidem, sed obsoletum existimare monumentum. Non enim veritas omnisque eius philosophica declaratio In dies mutari possunt, cum potissimum agatur de principiis humanae menti per se notis, vel de sententiis illis, quae tum saeculorum sapientia, tum etiam divinae «revelationis» consensu ac fulcimine innituntur. Quidquid veri mens humana, sincere quaerens, Invenire poterit, iam acquisitae veritati profecto adversari nequit; siquidem Deus, summa Veritas, humanum intellectum condidit atque rrgit, non ut rite acquisitis cotidie nova opponat, sed ut, remotis erroribus qui forte irrepserint, verum vero superstruat eodem ordine ac compagine quibus ipsa renim natura, cx qua verum hauritur, constituta cernitur. Qua-
Î>ropter Christianus, sive philosophus, sive theologus, non estinanter ac leviter amplectatur quiquld novi in dies excogitatum fuerit, sed summa sedulitate id perpendat ac iusta in trutina ponat, ne adeptam veritatem amittat, vel corrumpat, gravi profecto cum ipsius fidet discrimine ac detrimento./ 573

Quae sl bene perspecta fuerint, facile patebit cur Ecclesia exigat ut futuri sacerdotes philosophicis disciplinis instruantur «ad Angelici Doctoris rationem, doctrinam et principia»', quandoquidem plurium saeculorum experientia probe noscit Aquinatis methodum ac rationem sive in tironibus erudiendis, sive in absconditis veritatibus pervestigandis, singulari praestantia eminere; ipsius autem doctrinam cum divina «revelatione» quasi quodam concentu consonare, atque ad fidei fundamenta in luto collocanda efficacisslmam esse, necnon ad sani progressionis fructus utiliter ct secure colligendos·.

Hac de causa quam maxime deplorandum est, philosophiam In Ecclesia receptam ac agnitam hodie a nonnullis despectui haberi, ita ut antiquata quoad formam, rationalistica, ut aiunt, quoad cogitandi processum, impudenter renuntietur. Dictitant enim hanc nostram philosophiam perperam opinionem tueri metaphysicam absolute veram exsistere posse; dum contra asseverant res, praesertim transcendentes, non aptius exprimi posse, quam disparatis doctrinis, quae sese mutuo compleant, quamvis sibi invicem quodammodo opponantur. Quare philosophiam nostris traditam scholis, cum sua lucida quaestionum descriptione ac solutione, cum accurata sua notionum determinatione clarisque distinctionibus, utilem quidem esse posse concedunt ad propaedeusim scholasticae theologiae, mentibus hominum medii aevi egregie accommodatam; non tamen praebere philosophandi rationem, quae hodiernae nostrae culturae ac necessitatibus respondeat. Opponunt deinde fihilosophiam perennem nonnisi philosophiam Immutabiium essentiarum esse, dum hodierna mens ad «exsistentiam· singulorum spectet necesse est et ad vitam semper fluentem. Dum vero hanc philosophiam despiciunt, alias extollunt sive antiquas, sive recentes, sive Orientis, sive Occidentis populorum, ita ut in animos insinuare videantur quamlibet philosophiam vel opinationem, quibusdam additis, sl opus fuerit, correctionibus vel complementis, / cum 5?1
dogmate catholico componi posse; quod quidem falsum omnino esse, cum praesertim de commentis Illis agatur, quae vel «immanentismum· vocant, vel «ideallsmum», vel «materialismum· sive historicum, sive dialecticum, ac vel etiam «existentlallsmum» sive atheismum profitentem, sive saltem valori ratiocinii mctaphyslci adversantem, catholicus nemo in dubium revocare potest.

Ac denique philosophiae nostris traditae scholis hoc vitio vertunt, eam nempe in cognitionis processu ad intellectum unice respicere, neglecto munere voluntatis el affectuum animi. Quod quidem verum non est. Numquam enim Christiana philosophia utilitatem negavit et efficacitatem bonarum totius animi dispositionum ad res religiosas ac morales plene cognoscendas et amplectendas; immo semper docuit huiuscemodl dispositionum defectum causam esse posse cur intellectus, cupiditatibus ac mala voluntate affectus, ita obscuretur ut non recte videat. Immo Doctor Communis censet intellectum altiora bona ad ordinem moralem sive naturalem sive supematuralem pertinentia, aliquo modo percipere posse, quatenus experiatur in animo affectivam quamdam «connaturalltatem» cum eisdem bonis sive naturalem, sive dono gratiae additaml·; ac liquet quantopere vel suboscura huiusmodi cognitio investigationibus rationis auxilio esse valeat. Attamen aliud

Î, *De Deo rerum omnium creatore.* "Cfr. LitL Enc. ***Mystici Corporis Cintii, A. A.S.,*** voLXXXV, p. 193sq. (LE *1759].* T Cfr. Cone. VaL, D. B., 1796. ▮ ***C. I. C.,*** cam. 1366. *2* · .4 4. vol. XXXVUI, 1946. p. H;. 1, Cfr.S. Thom., Swmma ***rkcoi.,*** Il-ll. quaesL 1. art. 4 ad3 ct #S~ **

est voluntatis affectuum dispositioni vim agnoscere adiuvandi rationem ad certiorem ac firmiorem cognitionem rerum moralium assequendam: aliud vero est, quod isti novatores contendunt: facultatibus nempe appetendi et affectandi vim quamdam intuendi adiudicare, atque hominem, cum non possit rationis discursu cum certitudine discernere quidnam ut verum sit amplectendum, ad voluntatem declinare, qua Inter oppositas opiniones ipse libere decernens eligat, cognitione et voluntatis actu incompte permixtis.

Nec mirum est novis hisce placitis in discrimen adduci duas philosophicas disciplinas, quae natura sua cum fidei
575 doctrina / arcte conectuntur, tbeodiceam nempe el ethicam; quarum quidem munus esse censent non aliquid certi de IJco aliove ente transcendenti demonstrare, sed ostendere potius ea quae fides doceat de Deo personali ac de eius praeceptis, cum vitae necessitatibus perfecte cohaerere, ideoque omnibus amplectenda esse ut desperatio arceatur atque aeterna attingatur saius. Quae omnia ut Decessorum Nostrorum Leonis XIIIet Pii X dixumentls aperte adversantur, ita cum Concilii Vaticani decretis componi nequeunt. Has quidem a veritate aberrationes deplorare supervacaneum esset, si omnes, etiam in rebus philosophicis, qua par est reverentia ad Magisterium Ecclesiae animum intenderent, cuius profecto est, ex divina institutione, non solum veritatis divinitus revelatae depositum custodire el interpretari, sed ipsis etiam philosophicis disciplinis invigilare, ne quid detrimenti ex placitis non rectis catholica patiantur dogmata.

Reliquum est ut allauid de quaestionibus dicamus, quae quamvis spectent ad disciplinas, quae «positivae» nuncupari solent, cum Christianae tamen fidei veritatibus phis minusve conectantur. Instanter enim non pauci expostulant ut catholica religio earumdem disciplinarum quam plurimum rationem habeat Quod sane laude dignem est ubi de (actis agitur reapse demonstratis; caute tamen accipiendum est ubi potius de «hypothesibus» sit quaestio, etsi aliquo modo humana scientia inlxis, quibus doctrina attingitur in Sacris Litteris vel in «traditione» contenta. Quodsi tales conlecturales opiniones doctrinae α Deo revelatae directe vel indirecte adversentur, tum huiusmodi postulatum nullo modo admitti potest.

Quamobrem Ecclesiae Magisterium non prohibet quominus «evolutionism!» doctrina, quatenus nempe de humani corporis origine inquirit ex iam exsistente ac vivente materia oriundi —animas enim a Deo immediate creari catholica fides nos retinere iubet— pro hodierno humanarum disciplinarum et sacrae theologiae statu, investigationibus ac disputationibus peritorum in utroque campo
576 hominum pertractetur, ita qui dem ut rationes ulriusque opinionis, faventium nempe, vel obstantium, debita cum gravitate moderatione ac temperantia perpendantur ac diiudlcentur, dummodo omnes parati sint ad Ecclesiae iudicio obtemperandum, cui a Christo munus demandatum est et Sacras Scripturas authentice interpretandi et fidei dogmata tuendi Hanc tamen disceptandi libertatem nonnulli temerario ausu transgrediuntur, cum ita sese gerant quasi sl ipsa humani corporis origo ex iam exsistente ac vivente materia per indicia hucusque reperta ac per ratiocinia ex iisdem indiciis deducta, iam certa omnino sit ac demonstrata; atque ex divinae revelationis fontibus nihil habeatur, quod in hac re maximam moderationem et cautelam exigat

Cum vero de alia conjecturali opinione agitur, videlicet dc polygenismo, quem vocant, tum Ecclesiae filii eiusmodi libertate minime fruuntur. Non enim christifldeles eam sententiam amplecti possunt, quam qui retinent asseverant vel post Adam hisce iη terris veros homines exstitisse, qui non ab eodem prouti omnium protoparente, naturali generatione originem duxerint, vel Adam significare multitudinem quamdam protoparentum; cum nequaquam apRquomodo huiusmodi sententia componi queat cum ic fontes revelatae veritatis et acta Magisterii Ecclesiae proponunt dc peccato originali, quod procedit ex peccato vere commisso ab uno Adamo, quodque çencratlone in omnes transfusum, inest unicuique propnum ls.

Quemadmodum autem in biologicis et anlhropologlcls disciplinis, ita etiam in historicis sunt qui limites et cautelas ab Ecclesia statuta audacter transgrediantur. Ac peculiari modo deploranda est quaedam nimio liberior libros historicos Veteris Testamenti interpretandi ratio, cuius fautores Epistulam haud Ita multo ante a Pontificio Consilio de re biblica Archlepiscopo Parisiens! datam ad suam defendendam causam Immerito referunt. n. Haec enim Epistula aperte monet undecim priora cn pila Gcncseos, qusn: — vis cum historicae compositionis rationibus proprie non conveniant, quibus eximii rerum gestarum scriptores graed et latini, vel nostrae aetatis periti usi fuerint, nihllomlom quodam vero sensu, exegetis amplius Investigando « determinando, ad genus historiae pertinere; eademqar capita, oratione simplici ac figuratu mentlquc populi pirum exculti accommodata, tum praecipuas veritates referre. quibus aeterna nostra procuranda salus innititur, tum etiam popularem descriptionem originis generis humani populique electi. Si quid autem hagiographl antiqui ex narrationibus popularibus hauserint (quod quidem concedi potest), numquam obliviscendum est ros Ha egisse divinae inspirationis afflatu ndlulos, quo In seligendis ac diiudlcandis documentis illis ab omni errore Immunes praemuniebantur.

Quae autem ex popularibus narrationibus in Sacris Litteris recepta sunt, va cum mylhologils nlitsve Id genus minime aequanda sunt, quae magis ex effusu imaginatione procedunt quam ex Illo veritatis ac simplicitatis studio, quod in Sacris Libris Veteris etiam Testamenti ideo elucet ut hagiographl nostri antiquos profanos scriptore» aperte praecellere dicendi sint.

Novimus quidem plerosquc catholicos doctores, quorum studiorum fructus in alhenacis. In sacris seminariis et religiosorum soladium collegiis impertiuntur, ob lis erroribus alienos esse, qui hodie, sive ob rerum novarum cupidinem, sive etiam ob immoderatum quoddam apostolatus propositum, aperte ve! latenter divulgantur. At novimus quoque novas eiusmodi opinationes Incautos allicere posse; ideoque principiis obstare malumus, quam inveterato iam morbo medicinam praestare.

Quapropter, re coram Domino mature perpensa ac considerata, ne a sacro Nostro officio deficiamus, Episcopis ac Religiosarum Sodalitatum Moderatoribus, gravissime eorum onerata conscientia, praecipimus, ut quam diligentissime curent, ne In scholis, in coetibus, in scriptis quibuslibet opiniones huiusmodi proferantur, neve clericis vel christifidellbus quovis modo tradantur. / 573

Qui in ecclesiasticis institutis docent, noverint se tuta conscientia munus docendi, sibi concreditum, exercere non posse, nisi doctrinae normas, quas ediximus, religiose accipiant, atque ad amussim servent in discipulis instituendis. Debitam reverentiam atque obtemperationem, quam in suo adslduo labore Ecclesiae Magisterio profiteantur oportet, discipulorum quoque mentibus animisque instillent.

Nitantur utique omni vi omnlque contentione ut disciplinas, quas tradunt, provehant; sed caveant etiam ne limites transgrediantur a Nobis statutos ad veritatem fidei ac doctrinae catholicae tuendam. In quaestiones novas, quas hodierna cultura ac progrediens aetas In medium protulerunt, diligent!ssimam suam conferant pervestigationem, sed ea qua par est prudentia et cautela; nec denique putent, falso «irenismo» indulgentes, ad Ecclesiae sinum dissidentes et errantes feliciter reduci posse, nisi integra veritas in Ecclesia vigens, absque ulla corruptione detractioneque. sincere omnibus tradatur.

Hac spe freti, quam pastoralis vestra sollertia adauget, caelestium munerum auspicem paternacquc benevolentiae Nostrae testem, cum vobis singulis universis, Venerabiles Fratres, tum clero populoque vestro Apostolicam Benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xii mensis Augusti, anno mcml, Pontificatus Nostri duodecimo.—PIUS PP. XII.

Adn. C BOYER in ME 7B (IWi) 500-504; J. LEVIE. in NrT 82 (1950 785-703. P PARENTE in ApoQ. 23 (1950) 242-243.

2148

1950 AUG 12.-SC S. OFFICII, EPISTULA. PART.·

Opera pauli chanson e commercio auferuntur nova EQUE IPSORUM OPERUM EDITIONES PROHIBENTUR

Par lettre datée du 12 août 1950, la S. C. du Saint Office nous a informés que les ouvrages de M. Paul Chanson: *L'art d'aimer* **(Parts, 1950) et** *Art d'aimer et continence coniugale,* **avec postface du P. H. M. Férct,** *Art d'aimer et* **p(e** *spirituelle chrétienne* **(Parts, 1950) devaient être retirés du commerce et qu'aucune nouvelle édition ou traduction ne devait être autorisée en raison de «l'orientation générale» ct des «conseils**

lar. U Cfr AitoOJt Pcet sdtnenbc» Sci-atunaa, jo ncvtmbrn iwt: *A A.* S. «L XXXIII, p. joA. "Cfr. K -·. V. 11-17. Coae. ₹r V, '«n. 1'4- u ISe |6 usami ₹»>4 XL PP- 45-4®·

particulier!» nue donnent ĕe ouvrages. Nous avons avisé les auteurs et à ta demande de h» S. Congregation, nous en Infirment, par ce communiqué aux fidèles.—Maurice l-'ellin, Archevêque de Pari».

• Ordturio Partaienil Eatudio· odosiiatiooe 30 (1958) 203 in nota Π. Adn Λ. YANGUAS in Eatudioa ccleaUatko· 30 (1956) 202-2030

2149

1950 SEP 8.-PIUS XII, LIT. AP. AAS 43 (1951) 455-456

SAXCTA FRANCISCA XAVERIA CABRINI, V., OMNIUM EMIGRANTIUM PATRONA APUD DRUM CONSTITUITUR

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rd memoriam.—Superiore lam aetate, sed praesertim hac, qua degimus, perturbata et Iniqua, plurimos ad quaeritandum victum atque ad hominum nequam Insectationes ct laqueos declinandos a patriis avelli focis novimus et in transmarinas regiones commigrare. Quodsi hl eo modo fortunam interdum valent amplificare, saepe tamen in sat magnum discrimen spirituale veniunt, quin nonnulli, Fidei patrimonio naufragi, sancta maiorum inslituta plane dediscunt. Atque exstitit mulier, virtutis et probitatis lumen spectabile, Francisca Xaveria Cabrini, quae gloriosum exsudavit laborem demigrantes et animo et corpore relevandi. Multis ergo in locis Americae Septentrionalis, Mediae, Australis, ludos infantiae pro patria extorrium subole condidit, aperuit scholas pro eadem, publica instituit hospitia pupillorum. Ex ea ipsa gente, quae alibi sedes collocaverat, adversa valetudine affectos uepe invisebat, in carccribus detentos solabatur, capitis damnatos flexanimo sermone componebat ad pianda facinora ct ad supplicium Christiana cum moderatione subeundum. Pelago pluries se credens, tumescentes tempestates fusis precibus compescuit animosque demigrantium erexit atque confirmavit; quae vecturam interdum obstruebant, difficultates casques graves, ipsa sustulit cum modestia ct fide. Ita vivens et post mortem, Sanctorum gloria circumfluens, nobilis haec Ecclesiae alumna praesidio erat et est miseris eius generis hominibus ea quidem caritate, quae, ut ait Sanctus Augustinus, ad alios se inclinat, ad alios se erigit, aliis blanda, aliis «vera, nulli inimica, omnibus mater» (De cath. rud., XV). Quapropter merito appellata est Sancta Francisca Xaveria Cabrini «Mater Emigrantium» et, hoc nomine praestabilis, in vota solet vocari. Quare Institutum Missionariarum a Sacratissimo Corde, quod ipsa condidit, omnesque emigrantes per Venerabiles Fratres Archlepiscopos et Episcopos Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis et Canadensis Dicionis Nobis supplicaverunt, ut Sanctam Franciscain Xaveriam Cabrini omnium Emigrantium Caelestem apud Deum Patronam renuntiare dignaremur. Nos
ὺὸ autem, antiquissi/mum rnti saluti consulere eorum qui, de finibus suis exeuntes, alias quaerunt sedes, precibus huiusmodi libenti animo statuimus obsecundare. Idcirco, e Sacrac Rituum Congregationis consulto, omnibus rei momentis attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicac potestatis plenitudine. harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanciam Franciscain Xaveriam Cabrini, Virginem, omnium Emigrantium Caelestem apud Deum *Patronam* constituimus et declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis lilurglcis quae praecipuis coetuum Patronis rite cnmpetunL Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec dicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firma, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; wwque plenos atque integros effectus sortiri et oblinere; illlsque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et m posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum rwe ac definiendum; irritumque cx nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, Kinder sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, dic vn oeasls Septembris, anno mcml, Pontificatus Nostri duodecimo.

De speciali mandato Sanctissimi. Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis.—Gil do Bhuonola, *Officium fafuu Ponti/iciis Diplomatibus expedientis.*

2150

1950 SEP 15.-SC PROP. FIDE, FACULTATES. PART.·

Renovantur facultates speciales ordinariis missionum AMERICAE LATINAE CONCESSAE

E Civitate Vaticana, 15 Septembris 195U

Excellentissime Domine, Complura privilegia Litteris Apostollcis «Trans Oceanum» dici 18 aprilis A. D. 1897 a Summo Pontifice Leone XIII ad tricennium dioecesibus aliisque circumscriptionibus ecclesiasticis Americae Latinae concessa, Pius XI, per Litteras Apostollcas diei 30 aprilis A. D. 1929 [LE 898], ad decennium renovavit. Decurso hoc temporis spatio, cum Sacra Congregatio Consistorialis, per decretum dlel 28 aprilis A. D. 1939 (LE 1472|, pro dioecesibus sibi subditis, ad aliud decennium eadem privilegia, autorltate sibi a Ssiho D. N. Pio Dlv. Prov. Pp. λII facta, prorogaverit item et hoc Sacrum Dicasterium Christiano Nomini Propagando missionalium circumscriptionum Americae tinae Ordinariis sub sua lurisdictlone positis id genus favores quatenus in nova Formula facultatum generalium non continerentur, ad decennium, a dic 1 lanuarii computandum concessit.

Nunc vero hoc idem Sacrum Consilium, vi potestatis sibi a Ssiho D. N. Pio Dlv. Prov. Pp. XII factae, Tibi, qua istius Missionis Ordinario, et Missioni ipsi per has litteras, privilegia quae sequuntur, concedit ad aliud decennium, a dic primo lanuarii A. D. 1951 computandum, nempe:

1) ut sacra Olea, etiam antiqua, non tamen ultra duos annos, adhiberi possint, dummodo ne sint corrupta et nova vel rccentiora sacra Olea, peracta omni diligentia, haberi nequeant;

2) ut christifldeles a dominica Septuagesimae usque ad festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli praecepto annuae Confessionis et Communionis satisfacere possint;

3) iisdem fidelibus conceditur, si in loco inhabitent ubi prorsus impossibile vel saltem admodum sit difficile ad confcssarium accedere, ut lucrari queant Indulgentias ac lubilaea, quae Confessionem, Communionem et iciunium requirunt, dummodo, servato ielunio, sint corde saltem contriti, addito firmo proposito admissa, quam primum poterunt, confitendi;

4) quoad ieiunium et abstinentiam conceditur:

a) ieiunium sine abstinentia servetur tantum feria VI quatuor temporum in Adventu, feriis IV Quadragesimae et feria V Maioris Hebdomadae;

b) ieiunium et abstinentia feria IV Cinerum ct feriis VÎ Quadragesimae;

c) abstinentia sine ieiunio in Vigiliis Nativitatis Domini, Pentecostes, Assumptionis B. M. V., Apostolorum Petri et Pauli vel Omnium Sanctorum.

Haec autem Tibi rescribens, Deum O. M. precor omnia fausta Tibi concedat, dum Summa qua par est reverentia subsignor addictissimus in Domino.—Petrus Card. Fumasoni-Biondi, *Praef.* Pro Excmo D. Secretario, J. Chiavoni, *Subsecr.*

• **Ordinariis Missionum Americae Latinae. Prot. N. 3394/S0; ME 75 (1950) 562-563, Adn. X. PAVENTI in ME 75 (1950) 564-565.**

215!

1950 SEP 23.-P1US XII, EXHORT. AAS 42 (1950) 657-704

ADHORTATIO APOSTOLICA

Ad CLERUM UNIVERSUM PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTEM:

Dc sacerdotalis vitae sanctitate promovenda

PIUS PP. XII

VENERABILES FRATRES AC DILECTI FILII SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Menti Nostrae vox resonat Divini Redemptoris Petro dicentis: «Simon loannis, diligis me plus his?... pasce agnos

mros, pasce oves meas»;1 itemque ilia qua idem Apostolorum Princeps Episcopos ac sacerdotes aetatis suae hisce verbis adhortaDatun «Pascite qui in vobis est gregem Dei,— forma facti gregis ex animo».1

Quae verba attento animo considerantes, praecipuas esse supremi ministerii .Vostri partes putamus id efficere pro vinbus, ut sacrorum Pastorum ac sacerdotum opera, quae Christianum populum ad vitanda mala, ad superanda discrimina ct ad sanctimoniam assequendam conducat oportet, cfficador cotidie fiat; quod quidem nostris praesertim temporibus necessarium est, dum adhuc gentes ac populi ob recens, immane bellum non modo gravibus
658 difficultatibus vexantur, sed animorum etiam/perturbatione acerrime afficiuntur; et dum catholici nominis hostes ob rerum adiuncta, in qu'bus civilis societas versatur, audadores facti, homines a Deo et a lesu Christo arcere exitiali odio obtectisque Insidiis enituntur.

Christianae instaurationis necessitas, quam hodie boni omnes cernunt, Vos iubet mentem voluntatemque Nostram ad totius orbis sacerdotes potissimum convertere, quandoquidem novimus humilem, vigilem studiosamque eorum operositatem, qui, in media plebe cum vivant, eius aegritudines, poenas ac corporis animique angustias perspectas habent, posse cvangelids praeceptis omnium renovare mores, ac lesu Christi «Regnum iustitiae, amoris et pacis»3 firmissime in terris constabilire.

Verumtamen hand possibile est sacerdotale munus plenos nancisci effectus, qui aetatis huius nostrae necessitatibus omnino respondeant, nisi sacerdotes circumstanti populo insignis sanctitatis fulgore praeluceant; sintque digni «ministri Christi», fideles dispensatores mysteriorum Dei»,4 efficaces «Dei adiutores»,1 ad omnes opus bonum instructi ·.

lamvero nullo Nos posse aptiore modo putamus universo clero gratam profiteri voluntatem Nostram —qui quidem quinquagesimo exeunte sacerdotii Nostri anno, per admotas ad Deum preces suam erga Nos pietatem testatus est— quam sl clericos omnes ad illam assequendam sanctitudinem paterno adhortemur animo, sine qua concreditum eisdem ministerium frugiferum esse non potest. Annus Sacer, quem ea spe indiximus, ut omnium mores cvangelids praeceptis redintegrarentur, hoc imprimis afferat optamus, ut nempe, qui Christiani populi sunt duces, ad virtutis verticem alacriore gradu contendant, atque Ita animati, ita Instructi, sibi creditum gregem lesu Christi spiritu renovent.

Quodsl adauctae hodie Christianae societatis necessitates
659 in/teraae perfectionis formam magis magisque a sacerdotibus postulant, animadvertentum tamen est eos, ex Ipsius altissiml muneris natura divinitus occepti, sanctitatis officio teneri semper, ubique totisque viribus assequendae.

Quemadmodum Decessores Nostri Pccullarique modo Pius X7 et Pius XI4 docuere, ac Nosmet ipsi in Encydicis Litteris *Mystici €orpori* 9 et *Mediator Dei* 10 attigimus, sacerdotium utique magnum est donum Divini Redemptoris; qui quidem ut humani generis redemptionis opera, quam ipse e Cruce pendens consummarit, ad saeculorum usque occasum perpetuaretur, potestatem suam Ecclesiae commisit, quam unici actemique sacerdotii sui participem esse voluit. Sacerdos veluti «alter Christus» est, cum indelebili sit charactere insignitus, quo riva Servatoris nostri quasi imago efficitur, sacerdos lesu Christi partes agit, qui dixit «Sicut misit me Pater, et ego mitto vos»;11 «qui vos audit, me audit».13 Caelesti quodam Instinctu ciusmodi ministerio augustissimo initiatus, «pro hominibus constituitur in iis, quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis».13 Ad eum igitur accedat oportet quisquis Divini Redemptoris vitam vivere, atque vim, solanum animique alimentum accipere cupit; itemque ab eo opportuna remedia quaerat, quisquis a collapsis moribus ad frugem bonam reverti nititur. Itaque sacri omnes administri iure meriloque Apostoli gentium sententiam sibi tribuere queunt: «Del... sumus adlutores» u.

Excelsa haec dignitas a sacerdotibus postulat ut gravissimo officio suo fidelitate summa respondeant Cum divinae in terris provehendae gloriae ac mystico fovendo
660 augendoque Christi / Corpori inservire debeant, oportet omnino ita sanctitudinis fulgore praestent, ut per eos €Christi bonus odor»11 usquequaque propagetur.

Eo Ipso die, quo vos, dilecti filii, ad sacerdotale fuistis evecti munus, Episcopus sollemniter Dciquc nomine pnecipuum a vobis exsequendum officium hisce verbis indicavit: «Agnoscite quod agitis, Imitamini quod tractsfii. quatenus mortis dominicae mysterium celebrantes, morti flcare membra vestra n vitiis et concupiscentiis omnltas procuretis. Sit doctrina vestra spiritualis medicina populo Del; sit odor vitae vestrae delectamentum Ecclesiae Qiri sti; ut praedicatione atque exemplo aedificetis domum, ij est familiam Dei· '·. A peccatis omnino Immunis, viu vestra, magis quam ea, quam Christiani e Iuleorum ordin< ducunt, abscondita sit cum Christo In Deo;17 atque th eximia illa virtute exornati, quam vestra exigit dlgnllai. humanae redemptionis opus perficiendum pergite, ad quod quidem sacerdotalis consecratio vos destinavit.

Hoc propositum est, quod vos ultro lihenterque exsequendum suscepistis; sancti estote, quia, ut nostis, sacram est ministerium vestrum.

Ex Divini Magistri sententia. 11 Christianae vitae perfectio caritate erga Deum, erga proximos potissimum innititur, quae tamen flagrans, studiosa, operosa sit. Ei enim, si ita conformatur, omnes quodammodo amplectitur rirtutes;13 atque adeo iure meritoque «vinculum perfectionis» 30 dici potest. In quibusvis igitur rerum condicionibus versetur homo, opus est prorsus ut mentem suam suosque actus ad hoc propositum dirigat. /

Ad Id tamen peculiari officio adstrlngltur sacerdos. Quaeris enim eius sacerdotalis actio suapte natura —quatenus nempe sacrorum administer hac de causa divinitus vocatus est, ac divino munere divinoque charismate insignitus— ut ad hoc contendat necesse est; ipse enim lesu Christo, unico aetemoque sacerdoti, sociam operam navare debet; cumque sequatur, imitetur oportet, qui, cum terrenam vitam ageret, nihil potius habuit, quam incensissimum suum erga Patrem amorem testaretur suique Cordis infinitos thesauros hominibus impertiret.

Praecipuus, quo sacerdotis animus moveri debet, impulsus eo contendat, ut cum Divino Redemptore arctissime coniungatur, ut Christianae doctrinae praecepta integerrime docilique voluntate amplectatur, utque eadem 3uoris suae vitae tempore tam impense ad effectum deucat, ut suae agendi rationi catholica fides praeluceat, eiusdemque fidei splendorem sua agendi ratio quodammodo reverberet.

Huius virtutis fulgore ductus, continenter suos oculos ad Christum convertat; cius praescripta, actiones, exempla studiosissime sequatur, sibique omnino persuasum habeat non satis esse cis se officiis quibus christifideles tenentur, obtemperare, sed oportere etiam citatiore cotidie gradu ad illam contendere, quam excelsa sacerdotalis dignitas postulat, vitae perfectionem, secundum illud: «Clerici debent sanctiorem prae laicis vitam interiorem et exteriorem ducere, cisquc virtute et recte factis in exemplum excellere» 11.

Sacerdotalis vita, ut a Christo oritur, ita nullo non tempore ad eum omnino dirigatur nccesse est. Christus autem Dei Verbum est, qui humanam naturam non est dedignatus assumere; qui hanc terrestrem vitam egit ul Aeterni Patris obtemperaret voluntati; qui se circum lilii suavitatem effudit; qui in paupertate vixit; «qui pertransiil benefaciendo et sanando omnes»; 33 qui denique se hostiam pro fratrum salute obtulit. Habetis, dilecti filii, mirabilis huius vitae summam veluti ante oculos / positam; eam in ee vos referre omni nisu studeatis, incitamenti illius memores: «Exemplum... dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita ct vos faciatis» 33.

Christianae autem perfectionis initium ex humilitatis virtute oritur. «Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde»34. Nos siquidem probe considerantes ad <raam celsissimam dignitatem per Baptisma et sacrum Ordinem vocati fuimus, ac spiritualem nostram noscentes Inopiam, divinam illam meaitemur sententiam lesu Christi asseverantis: «Sine me nihil potestis facere» M.

Sacerdos non suis viribus confidat, non suis dotibus immodice delectetur, non hominum aestimationem laudationesque captet, non amplioribus muneribus cupide inhiet, sed Christum imitetur, qui «non venit ministrari, sed ministrare». 33 ac semet ipsum ad EvangelH nonnam abneget, 37 terrenisque rebus nimis ne adhaereat, ut facilius atque expeditius divinum sequatur Magistrum. Quidquid habet.

‘Ct Iovo«., XXI, 15 et 17. · f *P&-,* V, 2 et 3. · Prad. Mi». in testo lesu Chrati Mb. *‘CLI* Or., *IV. 1.* ‘Cr. Z CerM III. 9. €L *Ii Tim.,* III, 17. * Ejû x x UUo //«rotf *Adi Pii X,* vet IV, p. 237 sq. · Uti. Enc. *Ai utàdid uuriatw, A. A.* XXVIII, 1956, p. 5 [LE 1302] · .4. *A. S.,* XXXV. IXJ, p m «1 XX, 11 ‘‘Uv.. X. 1U ‘‘.4. *A* S, XXXIX, 1947. P- *IU* † ttIow», V. i. ‘‘Z Cor.. Ill, 9· ‘»ZZ Or., II, «5,

»· De ord. presbyt. ‘‘ Ct Cot, III, 3- '' CL Matt·., XXII. 37. 3S. 39- 13 U. Z Cor., XIII, 4, 5, 6» 7. »· Coi., III, x4. « *C. I,* O, ua. 124. ° *Ad. Ap^* X, 38. « loxMM., XII1, 15. »< Matth., XI. 92. ·» Ioαμχ.. XV 5. ‘•Matt·., XX. 28. ''Ct Mαγγη.. XVI, 24.

quidquid est, ex Dei bonitate virtuteque defluit; si igitur furiare velit. Apostoli gentium verba meminerit: «Pro me autem nihil gloriabor, nisi In infirmitatibus meis· ,g

Illius humilitatis studium, quae fidei luce collustretur, hominem od quamdam voluntatis immolationem per debitam oboedientiam compellit. Christus Ipse in societate ab se condita legitimam constituit auctoritatem, quae Muun in aevum perpetuaret; quamobrem oui Ecclesine obtemperat moderatoribus. Divino Ipsi Reaemptori obtemperat.

Aetate hac nostra cum auctoritatis fundamentum temerario ausu concutiatur, opus omnino est ut sacerdos. Odei praecepta firma retinens mente, hanc eamdem auctoritatem agnoscat rlteque observet, veluti necessarium
'm doo modo religiosarum nc so/clalium rerum tutamentum, 'd suae etiam ipsius procurandae sanctitatis principium. Dum divini nominis osores nefaria quadam calliditate Immodicas nonnullorum cupidines incitare ac pellicere idcirco enituntur, ut adversus Sanctae Matris Ecclesiae iussa em erigant, debilis Nos cupimus exornare laudibus paUraoque confirmare animo frequentissimum illorum sacrorum administrorum agmen, qui quidem, ut Christianam uiam oboedientiam luculenter profltcrentcr, utque intesrrrinwm suam fidelitatem erga Christum ab coque constitutam auctoritatem servarent incolumem, «digni habiti stmt pro nomine lesu contumeliam pati»39 ac non solum contumelias, sed insectationes, sed carcerem atque etiam mortem.

In earum rerum ordine operatur sacerdos, quae ad supernam vitam pertinent, cum eiusdem supernae vitae incrementa provehat, eamque cum mystico lesu Christi Corpore communicet. Quamobrem negotiis Illis vale dicat oportet <quac sunt mundi», ut ea solummodo curet, «quae Domini sunt»3G. Cum igitur a sacculi sollicitudinibus liber esse debeat, seseque totum divino servitio mancipare, caelibatus legem Ecclesia constituit, quo magis etiam roagisque manifestum omnibus pateat eum esse Dei administrum animorumque patrem. Qua quidem caelibatus lege potius quam paterni muneris officium omnino amittat sacerdos, in immensum revera adauget, quandoquidem non terrenae huic ac caducae vitae subolem parit, sed caelesti perpetuoque mansurae.

Quo splendidius autem sacerdotalis castimonia refulget, eo nugis sacrorum administer fit una cum Christo «hostia pura, hostia sancta, hostia immaculata»31.

Quam quidem castimoniam ut integerrimam, quasi inaestimabilis pretii thesaurum, omni cura servemus, opportunum ac necessarium est illi Apostolorum Principis
$1 adhortationi rcli/giose obsequi, quam cotidie in horariis proribus repetimus: «Sobrii estote, et vigilate»35.

Advigilate utique, dilecti filii, quandoquidem castitati vostrae tot pericula occurrunt, tum ob mores publice pessumdatos, tum ob vitiorum illecebras, quae vobis hodie Um facile Insidiantur, tum denique ob nimiam illam necessitudinum libertatem, qua utrlusque sexus cives utuntur, et quae interdum in sacri etiam ministerii exercitium irrepere audet. «Vigilate, et orate»,33 semper memores manus vestras res sanctissimas tangere; itemque memores vos esse consecratos Deo, cldemquc debere unice sorvire. Vestis ipsa, quam geritis, quodammodo vos admonet ut non mundo, sed Deo vivatis. Omni igitur nisu «unique alacritate efficite, maternae confisi Deiparae Virginis tutelae, ut «nitidi, mundi, puri, casti, sicut decet ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei»34 cotidie sitis.

Quam ad rem opportunum ducimus peculiari modo vos adhortari ut in mulierum consociationibus ac sodaliciis rcoderandis tales vos exhibeatis, quales sacerdotes addecet; familiaritatem omnem devitate; ac quotiescumque opera vestra necessaria est, eam ulpote sacri administri impertite. Atque in iisdem consociationibus dirigendis navitatem vestram iis contineatis limitibus, quos sacerdotale ministerium vestrum postulat.

Nec satis habeatis per castimoniam voluptatibus camis renuntiare ac per oboedientiam moderatoribus vestris voluntatem sponte sublcerc, sed animum quoque a divitiis Urrenisque rebus cotidie magis abalienatum gerite. Etiam itque etiam vos adhortamur, dilecti filii, ut res fluxas ac prituras huius mund< nc nimis diligatis; sanctissimos veleris nostraeque aetatis viros venerabundi in exemplum iaturminl, qui quidem, debitam externorum bonorum abtliBCUtbun summamque Providentis Numinis fiduciam eam flagrantissimo sacerdotali studio coniungentcs, mi-

randa prorsus opera patrarunt Deo unice confisi,/qui 555
necessaria numquam auxilia denegat. Sacrorum etiam administri, qui paupertatis officio ob peculiare nuncupatum votum non obligantur, huius paupertatis amore ducantur oportet; quem quidem amorem simplicis ac moderatae vitae ratio demonstret, habitatio non sumptuosa declaret, ac denique generosa erga egenos largitas confirmet. Potissimum vero se abstineant ab oeconomicis illis inceptis, quae cos a sacris obeundis muneribus abstrahant, debitamque sibi imminuere possint christ!fidelium aestimationem. Sacerdos siquidem, cum in animorum salutem procurandam omni ope incumbat necessc sit, illam sibi Apostoli Pauli sententiam tribuere debet: «Non... quaero quae vestra sunt, sed vos»34.

Sl helc opportunitas haberetur de virtutibus omnibus enucleate agendi, quibus sacerdos divinum lesu Christi exemplar aptiore, quo potest, modo in se referat opus est, multa profecto, quae menti Nostrae occurrunt, pertractaremus; voluimus tamen ea solummodo peculiari modo menti vestrae Inculcare, quae nostris hisce temporibus potiore ratione necessaria viderentur; ad ceteras autem quod attinet, hanc satis esto aurei libelli de Imitatione Christi recordari sententiam: «Sacerdos omnibus virtutibus debet esse ornatus; ct aliis bonae vitae exemplum praebere. Eius conversatio non cum popularibus et communibus hominum viis, sed cum Angelis in caelo, aut cum perfectis viris in terra»34.

Nemo est qui ignoret, dilecti filii, singulis Christianis pccullarique modo sacerdotibus possibile non esse miranda Divini Magistri exempla in cotidianae vitae usu imitari, nisi supernae gratiae auxilio fruantur, iisque utantur eiusdem divinae gratiae instrumentis, quae ipsemet nobis dilargitus esL Idque eo magis evadit necessarium, quo excelsior perfectio est, quam nos attingere debemus, et 3U0 graviores ex natura nostra, in malum prona, oriuntur
ifficultales. Qua quidem ratione ducti, oppor/tunum pu- 666
tamus gradum facere ad alias, granditatis ac solacii plenas, proponendas veritates, ex quibus vel luculentius patet quam elata esse debeat sacerdotalis sanctitas, et quam efficaces sint opes nobis a Tesu Christo datae, ut divinae misericordiae consilia ad effectum in nobis deducere possimus.

Quemadmodum omnis Servatoris nostri vita ad sui ipsius sacrificium ordinata fuit, ita pariter sacerdotis vita, qui Christi imaginem in sc referre nebet, cum eodem. In eodem per cumdemque gratum fiat sacrificium oportet.

Siquidem sacrificium, quod Divinus Redemptor e cruce pendens in Calvariae monte obtulit, non sui proprii corporis tantummodo immolatio fuit; ipse enim semet ipsum piacularem hostiam dedit utpote humani generis Caput; atque adeo «cum spiritum suum in manus Patris commendat, ut homo seipsum commendat Deo, ut omnes homines Deo commendet»37.

Idem profecto in Eucharistico sacrificio contingit, quod incruenta est crucis sacrificii renovatio: Christus enim semet ipsum Aeterno est crucis sacrificii renovatio: Christus enim semet Ipsum Aeterno Patri offert pro sua gloria nostraque salute; quandoquidem autem ipse, sacerdos el hostia, ut Ecclesiae Caput agit, non modo semet Ipsum, sed Christianos universos et quodam modo omnes etiam homines offert et immolat33.

lamvero si hoc pro Christianis omnibus, maiore profecto titulo pro sacerdotibus valet, qui idcirco praesertim Divini Redemptoris ministri sunt, ut Eucharisticum sacrificium peragant. Quo quidem in Eucharistico sacrificio, dum personam Christi sustinentes, panem et vinum consecrant, quae Corpus et Sanguis Christi fiunt, inexhaustos ex ipso supernae vitae fonte haurire possunt salutis thesauros omniaque illa auxilia, quae sibi non modo necessaria sint, sed suo etiam ipsorum explendo muneri.

Sacrorum nempe administer, dum divinis hisce mysteriis arctissime coniungitur, facere non potest quin esuriat ac sitiat / Justitiam,3G seseque vehementer incitatum sentiat ad illi, qua ornatur, tam excelsae dignitati vitam acquamdain suam, ad eamdemque se devovendi studio conformandam, cum semet ipsum debeat una cum Christo quodammodo immolare. Quamobrem Eucharisticum sacrificium non modo celebret, sed etiam intima quadam ratione vivat oportet; ita enim supernam vim illam haurire potest, qua fiat ut penitus transformetur, atque piacularem Divini ipsius Redemptoris vitam participet.

Ex Apostoli Pauli sententia, praecipuum Christianae perfectionis principium hoc praecepto declaratur: «Induimini Dominum lesum Christum» *. Hoc autem praeceptum.

■· ***II Cor.,*** XII, 14 *Deimti. **Ckruti,*** IV, c. 5. 13. - Ατιμ μ λ λ» ***De incarnalwnr,*** n. *121* Micxe. ***P. G.,*** XXVI, 1003 ». ·· Cf. S. At o.. ***Dr*** nnui/ ***Dei;*** L X, c. 6: Μιοχκ,Λ ***L*** , XLI, 284. '·<X Μλγγη., V, k * XIII. 14.

;HC XII. 5 Jp. V. 4i. ˜˜/ ***Cor.,*** VII, 32, 33. · ***Miuaie Rom.,*** ěsa. ***I*** V, 8. u Mucc. XIV, 38. * ***Pontificale Rom.,*** In ordia. Diacon.

si ad chrislifideles omnes pertinet, at poUorc quodam modo sacerdotes obstringit. Atqui lesum Christum indui non modo significat ad cius doctrinam mentem dirigere suam, sed novam etiam vitam incredi, quae quidem ut Thaboris splendoribus fulgeat. Redemptoris nostri debet Imprimis, in Calvaria patientis, doloribus angoribusque conformari. Hoc profecto arduum adsiduumque laborem postulat, quo animus noster quasi victima efficiatur, ut cum Christi sacrificio Intima ratione communicet. Hic arduus adsiduusque labor non inani voluntate ducitur, non desideriis ac votis concluditur, sed studiosa esse debet indefessaque actio, quae ad frugiferam animi renovationem contendat; sed pietatis sit oportet exercitatio, qua omnia ad Dei gloriam referantur; paenitentiae sit exercitium, quod immoderatos animi motus temperet ac refrenet; caritatis sit navitas, quae nos erga Deum, erga proximos amore inflammet, nosque ad omnia provehenda misericordiae opera permoveat; sit denique actuosae voluntatis alacrius» quo enitendo elucUndoquc perfectissima quaeque attingamus.

Necesse est Igitur ut, quod in sacrificali ara agitur, sacerdotalis animus in se referre studeat: quemadmodum nempe lesus Christus semet ipsum immolat, ita eius administer una cum illo se immolare debet; quemad-
668 modum lesus expiat peccata ho minum, ita sacerdos per excelsum Christianae asceseos iter ad propriam perveniat necesse est proximorumque purificationem. Ita enim eum S. Petrus Chrysûlogus admonet: «Esto Dei sacrificium et sacerdos; non amittas quod tibi divina dedit et concessit auctoritas. Induere sanctitatis stolam; praecingere balteum castitatis; sit in velamento capitis tui Christus; crux in frontis lui munimine perseveret; pectori tuo appone divinae scientiae sacramentum; in odorem thymiama semper orationis accende; arripe gladium Spiritus; altare cor tuum pone el sic corpus tuum admove Dei securus ad victimam... Offer fidem, ut perfidia sit punita; immola leiunium, ut voracitas cesset; sacrifica castitatem, ut moriatur libido; Impone pietatem, ut deponatur impletas; Invita misericordiam, ut avaritia deleatur, et ut consumatur stultitia, semper sanctitatem convenit immolare: sic fiet corpus tuum tua hostia, si nullo peccati laculo fuerit sauciata»41.

Quae Xos Christianis universis per Encyclicas Litteras *Mediator Iki* meditanda proposuimus, ea placet in praesens iisdem verbis peculiari modo sacerdotibus iterare: «Christus utique sacerdos est. sed nobis non sibi sacerdos, cum vota religionisque sensus totius humani generis nomine Aeterno Patri deferat; idem pariter victima est, sed nobis, cum semet ipsum in vicem hominis culpis obnoxii reponat, lamvero illud Apostoli «hoc... sentite in vobis, quod et In Christo lesu» a Christianis omnibus postulat, ut eo modo animum in se referant affectum, quantum humana potest facultas, quo Divini Redemptoris animus affectus erat, cum sui ipsius faciebat sacrificium; humilem nempe referant mentis demissionem, summaeque Dei Mafestati adorationem adhibeant, honorem, laudem, gratiarum actionem. Postulat praeterea ab iisdem ut victimae condicionem quodammodo sumant ut semet ipsos ad Evangelii praecepta abnegent, ut paenitentiae ultro llbenterque dent operam, utque admissa quisque sua detestcnlur et expient. Postulat denique ut omnes una cum Christo mysticam in
669 Cruce mortem obeamus, ita qui dem ut Pauli sententiam usurpare possimus: "Christo confixus sura Cruci"»u.

Sacerdotes ac filii dilectissimi, magnum nos habemus in nostris manibus thesaurum ac pretiosissimam margaritam, hoc est Inexhaustas lesu Christi Sanguinis divitias; Iisdem quam largissime utamur, ita quidem ut, per plenum nostri sacrificium Aeterno Patri una cum Christo oblatum, veraces efficiamur iustltiae conciliatores «in iis, quae sunt ad Deum»,u ac mereri possimus, ut preces nostrae benigne excipiantur, ac superfluentem gratiarum imbrem impetrent, quae Ecclesiam omnesque animos recreent atque fecundent. Tum solummodo, cum nempe velutl unum erimus cum Christo per suam nostramque immolationem, vocemque nostram cum caelestis Hicrosolymae habitatorum choro conseremus secundum illud «Illi canentes iungimur almae Sionis aemuli»,44 tum solummodo, Servatoris nostri virtute corroborati, e sanctitatis vertice, quem assecuti fuerimus, tute poterimus ac secure cunctis hominibus impertire per sacerdotale ministerium nostrum supernam Dei lucem supemamque vitam.

Perfecta sanctitatis forma id etiam requirit ut cum Deo continenter communicemus; ut autem eiusmodi communicatio, quae sacerdotali animo cum Deo intercedat oportet, per subsetraenlcs dies et horas ne intermittatur, Ecclesia sacros administros officio teneri iussit horarias preces recitandi. Ea hoc modo Divini Redemptoris praecepto fideliter obsecuta est dicentis: «Oportet serpper orare H non deficere»4S. Siquidem, q̈uemadmodum Ecclesia ab effundendis precibus nullo tempore cessat, ita percupii ut filii sui supplicationes numquam intermittant; Iisdem· aue Apostoli Pauli adhortationem repetit; «Per Ipsua fiesuml offeramus hostiam laudis semper Deo, Id est, Ci fructum labiorum confitentium nomini eius» *. Sacrorum autem administris hoc peculiare munus concredit, ut nempe, populi etiam nomine comprecando, omnis temporis rerumque decursum quodammodo Deo consecrent.

Huic officio obsequens sacerdos, illud vertentibus sacculis, agere pergit, quod Christus fecit, qui «in diebus camis suae preces supplicationesque... cum clamore valido et lacrimis offerens, exauditus est pro sua reverentia»4l. Hae siquidem preces, cum adhibeantur Christi nomine, hoc est «per Dominum Nostrum lesum Christum», qui. conciliator noster apud Patrem, suam eidem perpetuo offert satisfactionem, sua promerita valldissimumque sui Sanguinis pretium, singulari procul dubio efficacitate pollent. Sunt enim peculiari ratione «vox Christi», qui «orat pro nobis ut sacerdos noster; orat in nobis, ut Capul nostrum» u; Parique modo sunt semper «vox Ecclesiae», quae vota ac desideria christifidelium omnium refert; qm quidem una cum sacerdotis precibus eiusque fide conlancti, laudibus lesum Christum prosequuntur, oc ner Ipsum Aeterno Patri gratos agunt, ub eoque quovis die, quavis hora necessaria impétrant auxilia. Itaque quod Moyses quondam fecit, cum in montis vertice brachia ad caelum extollens cum Deo colloquebatur ab eoque pro populo suo, in subiecta valle aerumnis laborante, misericordiam efflagitabat, id per sacros administros quodam modo cotidie iteratur.

At horariae preces multum etiam multumque ad sanctitatem efficaciter assequendam conferunt; non enim agitur solummodo de formularum recitatione, vel de canticis, quae ex artis legibus rite pangantur; non agitur solummodo de peculiaribus observandis normis, quas rubricas vocant, vel de externis tantum divini cultus caerimoniis; sed potiore ratione agitur de ascensu mentis animique nostn ad Deum, ut cum beatis spiri/tibus, laudes eidem in ae- (71 ternum concinentibus, copulemur. ° Quamobrem horariae preces, ut in carum notatur initio, «digne, attente ac devote» recitandae sunt.

Opus est autem ut sacerdos has supplicationes fundat eadem illa mente, qua Divinus Redemptor precabatur. Est igitur quasi ipsa vox eius, quae per suum administrum a clemcntisslmo Patre suo redemptionis beneficia implorat; est ipsa vox eius, cui Angelorum Sanctorumque agmina in Caelo, christianorumque multitudines in terra coniunguntur, ut debita Deo gloria referatur; lesu Christi advocati nostri vox est, qua immensi suorum meritorum thesauri nobis impertiuntur.

Frugiferas illas veritates, quas Spiritus Sanctus per Sacrarum Litterarum sententias pandit, atque Patrum Doctonimque scripta commentantur, accurate diligenterque meditemini. Dum labia vestra divina verba repetunt quae afflatu superni Flaminis tradita fuere, nihil tanti thesauri amittatis; utque animus vester Dei voci fideliter resonet, ea omnia, quae mentem vestram avocent, adsldue studloseque dispellite; atque intentas cogitationes vestras colligite, ut faciliore ac fructuosiore ratione aeternarum rerum contemplationi vacetis.

In Encyclicis Litteris .*Mediator Dei* copiose satis enucleavimus qua de causa Ecclesia per annuum liturgiae cursum in memoriam revocet aptoque ordine vcluti ante oculos repraesentet omnia lesu Christi mysteria, diesque etiam festos celebrari iubcat Mariae Virginis sanctorumque Caelitum. Haec doctrinae praecepta, quae Christianis universis, utpote omnibus utilissima, impertivimus, addecet omnino vos, sacerdotes, peculiari modo recolere; vos dicimus, qui per Eucharisticum sacrificium Divinumque Offidum. quod dicitur, in hoc eodem liturgiae cursu praecipuas partes agitis.

Ecclesia praeterea, ut nos ad sanctimoniam alacrius cotidie assequendam compellat, alio etiam pietatis exercitia, praeter Eucharisticum sacrificium ct horarias preces, enixe nobls com mendat. De quibus quidem placet aliquid heic attingere vestracquc considerationi proponere.

Imprimisque ad sacram meditationem nos adhortatur, quae mentem ad superna transvehit, ct ad caelestium rerum cogitationem advocat, itemque animum nostrum, Dei desiderio inflammatum, recta ratione ad eum dirigit. Haec sacra meditatio aptissime nos praeparat ad Ɛuchari

t' L-.UI. y». 501. ""4.4. S., XXXIX. iιm7, PP· 55». S53 1LE
iç 6j | - ***Htbr***, V, i. ·· Brt». Ren, Hytsn. ρπ> o(L Dedsc. EccL ·· Lcc^

XVIII, i. ·· ***Htbr.*** XIII. xj. ·· Ibid.. V, 7. «· S. Au g .. £«rr. in ***Pt. LXXXV,*** n. x. Mk k z, P. L., XXXVII. xo6x. ·· ***CL*** Uu Enc. Nfaiufor Dn. 4.4.S,

ilicum celebrandum sacrificium et ad debitas post illud grates agendas Deo; ad suavem nos inducit liturgiae pulchritudinem percipiendam gustandamque; itemque ad aeternas veritates et ad miranda Evangelil exempla ac praecepta contemplanda nos permovet.

lamvero haec Evangelil exempla Dlviniquc Redemptoris virtutes prorsus necesse est ut sacrorum administri diligentissime In se referant. Sed, quemadmodum corporis cibus vitam nostram non alit, non sustentat, non auget, niil digestus ac confectus in nostram fuerit substantiam conversus. Itu sacerdos, nisi meditando contcmplandoque Divini Redemptoris mysteria —qui quidem summum atque absolutum perfectionis exemplar est ac sanctitudinis fons inexhaustus— eius vltnrn vivat, sui suorumque sensuum dominio potiri non potest, neque animum purificare suum, neque ad virtutem, ut oportet, contendere, nec denique Mera munera sua fideliter, actuose, frugifero obire.

Gravi Igitur officio Nos teneri ducimus ad cotidianae meditationis usum vos peculiari modo cohortari; quem quidem usum Codex etiam Iuris Canonici clericis omnibus commendat. “ Quemadmodum enim cx cotidiana ciusmodl meditatione sacerdotalis perfectionis studium alitur K refovetur, ita cx eius neglegentia Illud oritur spiritualium rerum taedium, quo pietas defervescit ac languet, ct quo non tantum suus cuiusque ad sanctitatem impulsus vel Intermittitur, vel retardatur, sed sacri etiam minljterii opera haud levia capiunt detrimenta. Quamobrem iure meritoque asseverandum est peculiarem sacrae meditationis efficacitatem nulla posse alia ratione haberi, atque
Π adeo cotidianus eius usus nullo alio modo substitui posse. /

A caelestium autem rerum commentatione contemplationeque supplicationes viva voce factae ne disiungantur; ceteraeque ne desint privatlm precandi formae, quae apte pro peculiari sua cuiusque condicione, ad fovendam animi cum Deo coniunctlonem conferant. Illud tamen animadvertendum est: potius quam multiplicatas preces, pietatem vilere ac verax ct ardens supplicandi studium. Hoc enim ardens precandi studium hodie potissimum, si umquam alias» necessarium est, dum «naturalismus» qui dicitur hominum mentes animosque Incessit, ct dum virtus periculis omne genus circumvenitur, quae quidem interdum sacrum etiam obeuntibus ministerium occurrunt. Quid enim melius efficere possit, ut ab hisce insidiis praecaveatis, quid aptius mentem vestram ad superna erigat, vosque cum Deo coniunctos vivere iubeat, quam constans ad eum admota oratio divinique supplicatio auxilii?

Cum autem sacerdotes peculiari titulo Mariae Virginis filii vocari queant temperare sibi non poterunt quin eam incensissima pietate adament fidenti eam animo invocent valldamque eius tutelam frequenter implorent. Cotidie igitur quod Ecclesia Ipsa commendat 51 mariale rosarium recitare studeant; qua quidem recitatione etiam Divini Redemptoris mysteria meditanda nobis proponuntur, noique «ad lesum per Mariam» ducimur.

Praeterea sacrorum administer, antequam cotidianos mos concludat labores ad Eucharistica tabernacula adeat Iblque aliquantisper saltem commoretur, ut lesum in suo caritatis sacramento adoret, ut tot hominum ingratitudinem explet, ut magis in dies divino amore ferveat, ut denique nocturnae etiam requietis tempore, quod mortis silentium in mentem revocat, aliquo modo praesens in sacratissimo cius Corde permaneat.

Neque praetermittat suae conscientiae secreta cotidie perscrutari sulque Ipsius censuram gerere; quod procul dubio tantum valet simul ad spiritualis vitae rationem ptr elapsi diei spatium inoulrendam, simul ad illa remo-
Π venda obstacula, quae / virtutis incrementa vel retardent vd praepediant, simul denique ad ea omnia alacrius persequenda, quae sacerdotalia munera magis frugifera efficiant, et ad caelestis Patris, ob tot misere acta, misericordiam Implorandam.

Quae quidem misericordia et admissorum venia per Paenitentiae Sacramentum nobis peculiari modo conceditur quod praecipuum est divinae bonitatis opus, quo Infirmitatis nostra roboratur. Numquam contingat, dilecti filii, ut salutaris huius reconciliationis administer hoc Sacramento se abstineat. Hac de re, ut nostis, hoc Ecclesia edicit «Curent locorum Ordinarii, ut clerici omnes Pacnltentiae Sacramento frccuenter conscientiae maculas ehant»M. Quamvis enim lesu Christi ministri, miseri tamen sumus; quomodo igitur possumus Dei aram ascendere ac sacra pertractare, nisi saepe nos expiare ac purificare studeamus? Hac enim ratione «recta sui ipsius cognitio augetur, Christiana crescit humilitas, morum eradicatur pravitas, spirituali neglegentiae torpori obsistitur, conscientia purificatur, roboratur voluntas, salutaris animorum moderatio procuratur, atque ipsius sacramenti vl augetur gratia»

Quam ad rem opportunum etiam ducimus vos adhortari, dilecti filii, ut in spiritualis vitae Itinere ingrediendo persequendoque ne nimis vobis confidatis, sed demisso docilique animo ab iis consilium suscipiatis petatisque auxilium, qui sapienti moderatione vos regere possint, qui adventantia pericula vobis praenuntiare queant, Itemque consentanea vobis indicare remedia, et in difficultatibus omnibus ex intends cxtcrnlsve rebus oriundis, vos recta ratione ducere, vosque ad perfectionem illam, cotidie auctiorem dirigere, ad quam sanctorum Caelitum exempla probalique Christianae asceseos magistri vos alliciant ct advocent. Etenim sine prudentibus hisce conscientiae moderatoribus, plerumcnie difficillimum est supernis Sancti Spiritus impulsionibus divinaeque gratiae recto modo obsecundare.

Cupimus demum Spiritualium omnibus commendare Exer/citlorum usum. Cum enim nos per aliquot dierum 675
spatium ex suetis rebus suetisque vivendi agendlque rationibus segregamus, ac solitudinem silentiumque petimus, tum facilius profecto secundas damus aures divinis eloquiis, quae altius In animos descendunt nostros; dumque nos haec Exercitia ad officia sanctius exsequenda revocant et ad suavissima lesu Christi mysteria contemplanda, voluntatem nostram Ita confirmant, ut «serviamus illi in sanctitate et iustitIa omnibus diebus nostris» M.

II

In Calvariae monte Divini Redemptoris fuit transverberatum latus, ex quo sacer eius eruor defluxit, qui veluti amnis per saeculorum cursum exundans, animos hominum eluit, eorum peccata expiat, eisdemque salutis thesauros impertit.

Ad hoc autem celsissimum obeundum ministerium sacerdotes destinantur. Ipsi enim non modo lesu Christi vitam et gratiam mystici eius Corporis membris conciliant, cum iisdemque communicant, sed etiam ad eiusdem mystici Corporis fovendum incrementum conferunt, cum novos continenter debeant Ecclesiae filios donare, eosque educere, excolere, moderari. Cum «dispensatores mysteriorum Dei»55 sint, perfecta caritate debent lesu Cristo famulari suasque vires omnes In fratrum salutem Impendere. Cum lucis apostoli sint, Evangelil doctrina collustrare mundum debent, christianaquc fide ita ipsimet intus vigere, ut eam cum ceteris participare possint, ac Divini Magistri exemplis et praeceptis insistentes, ad eum omnes reducere queant. Gratiae ac veniae apostoli sunt, atque adeo hominum procurandae saluti se omnino devoveant, eosque ad Del aram advocent, ubi caelestis vitae pane enutriri possint. Caritatis apostoli sunt; huius igitur caritatis opera atque incepta urgeant, cum praesertim nostris hisce temporibus indigentium necessitates in immensum succreverint. /

Curet praeterea sacerdos ut chrlstifideles doctrinam de «Sanctorum Communione» recte intellegant, sentiant, experiantur; Impenseque eam per instituta illa promoveant, quae ab «Apostolatu liturgico» et a «precationis Apostolatu· nuncupantur. Parique modo ceterae omnes ἀpostolatu formae rationesque provehantur, quae hodie, ob peculiares Christiani populi necessitates, tanti momenti sunt tantaeque gravitatis. In id nempe diligentissime contendatur, ut sacra catechesis omnibus impertiatur, ut «.Actio Catholica» ac «Missionalium Actio» quam latissime propagentur et foveantur; itemque ut ea omnia per lalcos viros apte instructos ac conformatos cotidie maiora incrementa capiant, quae ad rem socialem recte ordinandam pertineant, quemadmodum nostra postulat netas.

Animadvertat tamen sacerdos gravissimum sibi creditum ministerium eo fructuosius fore, quo arctius ipse cum Christo conlunctus, eiusque spiritu ductus operetur. Tum enim sacerdotalis eius actio non in naturalem tantum operositatem desinet, quae corpus animumque fatiget, et quae sacrum administrum, haud mediocri cum sui ipsius Ecclcsiaequc detrimento, ex recto possit Itinere abstrahere; at eius labor eiusque constantes nisus divinae gratiae ope corroborabuntur, quam quidem sl Deus superbis denegat, iis tamen, qui demisso animo in «vinea Domini» operantes, non se suaque quaerunt.44 sed Dei gloriam hominumque salutem, large libenterque concedit. (Juamobrem Evangelil praeceptis obsecutus, ne sibi, ut lam diximus, suisque viribus confidat, sed superno potius auxilio, secundum illud: «Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat.

Γ4·

XXXIX. 1747, p. 574- [LE 1963] MCf. can. 113, 2·. ·» Cf. *C. /.* can. KC : "C. /. V-, can 125, 1·. LilL Enc. Cor/orir *Ckrith*

XXXV. 1743. P U3 [LB 17591 14 Ux . I. *U,* 75- *IV. X-* "C6

sed, qui incrementum dat Deus·57. Per apostolatum hac conformatum ratione id non evenire non potest, ut sacerdos nempe superna quadam vi omnium animos vehementer ad se allidat Cum enim m se in suosque mores vivam quasi referat lesu Christi imaginem, omnes, qui eo magistro utantur, intima quadam suasione compulsi, facile agno-
677 scent eum non sua, sed Dei verba / loqui, itemque non sua. sed divina virtute operari: «SI quis loquitur, quasi sermones Dei; si quis ministrat, tamquam ex virtute, quam administrat Deus»u. Quin immo, dum i ad sanctitatem nititur, suumque munus summa perfectione exercet, tam studiose debet' lesu Christi partes personamque agere, ut verecunde queat Apostoli 'gentium iterare' sententiam: «Imitatores mei estote, sicut et ego Christi»?**

Hisce de causis, dum debitis eos honestamus laudibus, qui Dei amore proximorumque caritate ducti per hos annos, qui immane diuiumumque bellum subsecuti sunt, totis viribus in id incubuere nt, Episcopis praeeuntibus ac ducibus, tot rerum animorumque miserias relevarent, abstinere non possumus quin sollicitudinem anxitudinemque Nostram iis significemus, qui ob peculiaria rerum temporumque adiuncta in externarum actionum vorticem nimio saepius ita se ingurgitarunt, ut primum neglegerent sacerdotum officium, hoc est officium suae Ipsius procurandae sanctitatis. Publice iam ediximus - ad rectius iter eos esse revocandas, qui temere autument salutem hominibus afferri posse per eam, quae «actionis haeresis» iure meritoque nominatur; per actionem dicimus, quae divinae gratiae ope non innitatur, neque ea constanter adhibeat necessaria assequendae sanctitudinis adiumenta quae a lesu Christo fuere data. At pari modo opportunum duximus eos ad sacri ministerii opera impellere, qui animum ab externis rebus nimis abalienatum gerant, ac quasi superni auxilii potentia diffidentes, in id non satis contendant, pro facultate cuiusque sua, ut christianl spiritus virtus in vitae usum omnibus illis agendi rationibus Inducatur, quas nostra tempora postulent

Vos igitur omnes enixe adhortamur ut arctissime cum Divino Redemptore coniuncli, cuius virtute omnia possumus, 11 Impensa sollicitudine adlaborctls, ut eorum pro
678 viribus aeternam procu'retis salutem, quos Providentisslmus Deus apostoRcis concredidit laboribus vestris. Quam vehementer cupimus, dilecti filii, ut sanctissimorum sitis illorum virorum aemulatores, qui elapsa aetate immensis exantlatis laboribus praeclare testati sunt quid possit hoc In mundo operari divinae gratiae potentia. Utlnam Illam Apostoli gentium sententiam sibi unusquisque vestrum, christlfidelibus testantibus, sincere demisseque tribuere possit: «Ego autem libentissime impendam, et superimpendar Ipse pro anlmabus vestris»u. Mentes superna luce collustrate; conscientias recto Itinere dirigite; atque animos, vel dubitatione aestuantes, vel dolore excruciatos, confirmate ac reficite. Hisce autem praecipuis apostolatus operibus alia etiam adiclte, quorum necessitatem hodierna tempora clamant. Omnibus tamen manifestum pateat sacerdotem quavis sua agendi ratione nihil aliud quaerere, nisi animorum bonum, ad nihil aliud spectare, nisi ad Christum, cui suas vires ac semet ipsum consecrare debet.

Quemadmodum vero, cum vos ad vestram adipiscendam sanctimoniam admonuimus, vos adhortati sumus ut vivam Christi imaginem in vestros mores referatis, ita ln praesens ad sacerdotalis muneris vestri sanctitatem atque efficientiam procurandam provehendamque vos etiam atque etiam appellamus, ut Divini Redemptoris vestigiis continenter insistere studeatis; qui quidem. Spiritu Sancto plenus, «pertranslit benefaciendo, ct sananuo omnes oppressos a diabolo, quoniam Deus erat cum illo»M. Eodem vos Spiritu roborati, eiusque fortitudine impulsi, tale vos procul dubio expleturi eritis ministerium, quod, Christiana alitum atque inflammatura caritate, et superna virtute polleat, ct ad eamdera virtutem cum ceteris communicandam contendat.

Apostolicum studium vestrum divino illo amore flagret,
671« quo omnia aequo animo toleretis, quo rebus non debllitemini adver-sls, et quo omnes amplectamini hominis, tenuiores, vel rerum amplitudine praestantes, amicos, vel Inimicos; fideles, vel infideles. Cotidianum elusmodi laborem cotldlanasquc aegritudines a vobis poscit animorum silus, pro qua Servator noster dolores angoresque suos eo usque patientissime tulit, ut ad supremos cruciatus et ad mortem perveniret, quibus quidem nos voluit ln divinam amicitiam restituere. Hoc unum, ut nostis, summum omnium bonorum est. Ne nimia Igitur cupiditate exoptetis ut felix habeatur rerum successus; parique modo, sl imprav licet adiaborando, optatos tamen non poteritis consequi fructus, nc concidatis animo; etenim «alius est qui seminal, et alius est qui metit»·5.

Hoc praeterea apostolicum studium vestrum sunum benignitate niteat; quandoquidem, sl necessarium omni» est errores refellere ac vitiis repugnare —nd quod quidem faciendum officio tenemur omnes— semper tamen iam·dotis animus miseratione moveatur ncccsse est; oportet siquidem omni nisu profligare errores, sed errantes fratres adamare eosque Impensa caritate revocare ad salutem. Quot bene facta, quot miranda opera viri sanctitudine ornati patrare potuere ob suam etiam animi benignitatem, idque in rerum quoque adiunetis hominumque classibus, ubi omnia fere fallaciis ac vitiis circumveniebantur! Al procul dubio ille suo officio deesset, qui ut hominibus gratificaretur, pravis blandiretur eorum voluntatibus, vd minus rectis eorum cogitandi agendique rationibus noo sine Christianae doctrinae morumque probitatis discrimine obsecundaret. Cum tamen Evangeili praecepta sarta tectaque servantur, cum qui misere lapsi sunt, sincero desiderio moventur ad frugem redeundi bonam, tum illius sententiae reminiscatur sacerdos, quam Divinus Magister Apostolorum Principi tradidit, qui ab eo percontabatur quotiens fratribus venia concedenda foret: «Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies»M./

Vestra elusmodi navitas non ad fluxa ct caduca, sed ad aeterna potissimum spectare debet. Praecipuum hoc estu sacrorum administrorum propositum, qui ad sanctitatem, ut debent, contendere velint: pro divina tantum gloria animorumque salute laborare. Quot sacerdotes, in gravibus nostrorum temporum rerumque angustiis Apostoli gentium exempla ac monita prae oculis habuere, qui quidem pano contentus et quae omnino necessaria essent solummodo quaerens asseverabat: «Habentes alimenta, et quibus tegamur, his contenti simus»t?.

Ex hac temperata terrenarum rerum abstinentia, quae cum Divinae Providentiae fiducia coniungitur, ct quae summae laudis praeconio digna Nobis videtur, sacerdotale ministerium uberes profecto in spiritualem ct in socialem etiam Ecclesiae utilitatem edidit fructus.

Haec Impensa denique operositas vestra sapientiae ar disciplinae luce collustretur, caritatis ardore foveatur. Qui reapse ad propriam proximorumque sanctimoniam nititur, solidam callere debet doctrinam, quae non modo ad theologica studia quod attinet, sed ad ea etiam omnia, quae ex rebus pervestigandis excolendisquc nostra peperit aetas, pertineat oportet; atque hlscc animi ornamentis praeditus sacrorum administer, sicut optimus pater familias proferre •de thesauro suo nova et vetera» M poterit. Ita quidem ut ministerium suum et ab omnibus valde aestimetur, et frugiferum evadat. Imprimis autem ministerium hoc vestrum huius Apostolicae Sedis praescriptis ac datis ab Episcopis normis fideliter conformetur. Numquam veniat, dilecti filii, ut novae illae apostolatus formae rationesque, quae hodie tam opportunae sunt, iis praesertim ln regionibus, ubi clerus impar est numero, vel ln inertia laceant, vel. cum non sint recto ordine Instructae, christianl populi necessitatibus non respondeant.

Operosum igitur elusmodi studium vestrum cotidie magis augeatur. Ecclesiam Dei roboret, christlfidelibus in exemplum / praeluceat, atque Ingentia propugnacula excitet, ad quae quidem Del hostium incursus misere confringantur.

Cupimus etiam ut paterna haec adhortatio Nostra peculiari modo sacerdotes illos attingat, qui demisso quidem animo, sed incensa caritate. In ceterorum sacerdotum sanctitudinem procurandam augendamque sollerter incumbant, sive eorum consiliarios agant, sive eorum conscientiae moderatores vel Paenitentiae Sacramenti administros. Quod hi in Ecclesiae inaestimabile bonum conferunt, plerumque, dum vivunt, silentio obtegitur, at in divini Regni gloria aliquando luculentissime manifestabitur.

Nos quidem, qui non mullos ante annos magno cum animi solacio summos decrevimus Sanctorum Caelitum honores Taurinensl sacerdoti loscpho Cafasso —qui, ut nostis, temporibus difficillimis. sacrorum administris non paucis tam sapienter, tam sancte moderatus est, ut eorum non modo virtutem proveheret, sed eorum etiam sacerdotale munus salutiferum admodum redderet— fore omnino confidimus, ut ob eius etiam patrocinium validissimum Divinus Redemptor noster multos concedat paris sanctitatis sacerdotes, qui semet ipsos suosque in sacro ministerio collegas ad tam excelsam vitae perfectionem dirigant, ut christifideles omnes praeclara eorum intuentes exempli, ad ea ultro libenlerque sequenda permoveantur.

! O. X. M. "I Car., HI, 7. *"I Pdr.*. IV. 11 ·· *I* O.. IV, 16. •• .4 *A* S . XXXVI, 1-M4. p. *tyr,* EpüL *promu eual* « Cf. *Orn* «l- xn «&··,< þL t. MtMXXxni Uhtini. ‘‘CI. *Pkdipp* , IV, ij. **lt C~.* XII. K *Ap.* X.)8.

·· IOKSS.IV. 17. ‘‘Mme, xvm, *33* ” *l* Hm . VI, 8. ·· *ct.*

III

Hucusque praecipuas veritates ac praecipua scribendo CEsuimus praeceptu, quibus Catholicae Ecclesiae sacer-
(D eiusque explenda munera Innituntur. Hisce prolecto veritatibus ac normis qui sacerdotes sunt sanctitate exornati, II procul dubio per cotidianam cuiusque suam agendi rationem, diligenter obsequuntur, dum contra, proh dolor, desertores ac transfugae a susceptis per sacram ordinationem officiis misere recesserunt.

In praesens vero, ut paterna haec adhortatio Nostra eificacior evadat, opportunum ducimus nonnulla, quae ad
Ltf hodiernae vitae / usum peculiari modo pertineant, satius enucleare. Idque eo vel magis quod nostra hac aetate novae Interdum rerum condiciones habentur novacquc disceptationis causae, quae diligentiores a Nobis requirunt animadversiones diligentioresque curas. Cupimus igitur clerum universum, imprimisque sacrorum Antistites paleroo adhortari animo ut ad ea omnia provehenda, quae nostris hisce temporibus necessaria videantur, toto pectore incumbant: quae autem recto Itinere devia vel prorsus depravata habeantur, ea ad veritatem, ad probitatem, ad virtutem reducant.

Ut probe nostis, post dlutumas ac varias recentis belli vicissitudines, sacerdotum numerus cum In catholicorum regionibus tum in misslonallum terris, impar plerumque increscentibus necessitatibus est. Quamobrem sacerdotes universos adhortamur, sive qui in saeculo vivunt, sive qui in religiosos Ordines vel in religiosas Congregationes adscitl sunt, ut coniunctis voluntatibus coniunctlsque fraterno animo viribus ad communem metam alacriter procedant, hoc est ad Ecclesiae bonum et ad suam proximorumque assequendam sanctitatem. Omnes utique, ii etiam qui umbratilem in recessu et in silentio vitam traducunt, ad sacerdotalis ministerii efficacitatem, precando seseque devovendo, conferre queunt; qui tamen actione etiam possunt, id libenter, id alacriter faciant.

At alios quoque necessarium est, divina adspirante gratia, advocare collegas ac laboris socios. Hac de re Nos sacrorum praesertim Antistites paterno admonemus animo, itemque ceteros omnes, qui christlanl gregis quovis modo curam Serunt, ut gravissimam huiusmodi causam agant ac provehant, cui quidem futurus Ecclesiae status coniungitur quam maxime. Societati a Christo conditae procul dubio necessarii sacerdotes numquam deerunt; vigilemus tamen oportet ac laboremus omnes, illius sententiae memores: «Mesis quidem multa, operarii autem pauci»e® ac omni nisu contendamus ut quam plurimi habeantur et quam
(83 sanctissimi Dei administri. /

Divinus ipse Redemptor nobis indicat quo aptiore nodo frequentes suscitari queant sacerdotii candidati: «Rogate... Dominum messis, ut mittat operarios In messem suam»7®. Humilibus nempe ac fidentibus ad Deum admotis precibus id impetrare debemus.

At necesse quoque est ad invisibilem superni Flaminis impulsionem actionemque eorum praeparentur animi, qui ad ingrediendum sacerdotium divinitus vocentur; ad quod quidem efficiendum cum christlanl parentes, sacri pastores, Eaenitentiae Sacramenti administri ac Seminariorum moderatores multum profecto conferre possunt, tum universi etiam sacerdotes ac christifideles, quibus Ecclesiae incrementa provehere eiusque occurrere necessitatibus cordi sit. Dei administri non modo sacris concionibus ac catecheseos institutionibus ad populum habitis, sed privatis etiam opportune intersertis sermonibus, sedulo curent ut Illae refellantur praeludicatae ac fallaces opiniones quae hodie adversus sacerdotium tam late proferuntur; atque etiam eins excelsam dignitatem, pulchritudinem, utilitatem et eximia promerita in sua luce ponant. Patres vero matresque familias cuiusvis ordinis impensas ad Caelum admoveant preces, ut digni habeantur qui unum saltem e prole suo divino servitio mancipare queant. Omnes denique qui Christiano censentur nomine, officio sibi ducant eos fovere omnlque ope lavare, qui se ad sacra vocatos sentiant.

Sacerdotii candidatorum instituere ac fovere dilectum quod Codex luris Canonici71 animorum pastoribus concredit eisdemque valde commendat, omnibus etiam sacrorum administris peculiari euroe esse debet; qui quidem, non modo aeterno Numini demisse generoseque grates agant ob inaestimabile acceptum beneficium, sed nihil antiquius, nihil optatius habeant, quam sibi aliquem deligere omnique ope iuvare successorem, quem illis persjixerint dotibus ornatum ad tantum opus necessariis,
tti Ltque id efficacius assequi possint, adulescentibus prae-/
«ertlm. quibus familiariter utantur, et in quibus divinae vocationis Indicia animadverterint, optima exempla praebeant, quae imitentur.

Prudens ac sapiens huiusmodi candidatorum dilectus semper et ubique instituatur; non igitur inter iuvenes habeatur solummodo, qui Iam in Seminario vitam agant, sed Inter eos etiam qui in quibusvis litterarum ludis ac scholis disciplinarum studiis dent operam, atque inter eos potissimum, qui ln variis apostolatus formis atque inceptis adiutricem suam navitatem praestent. Hi siquidem, etsi sero sacerdotium ingrediuntur, cum tamen iam graves eluctati fuerint difficultates, et in agitatione vitae animum firmaverint suum, cumque iam in operibus elaboraverint, quae cum sacerdotali munere arcte conlunguntur, maioribus non raro enitent solidioribusque virtutibus.

Semper tamen necessarium est In singulos sacerdotii candidatos diligentissime introspicere, ac praesertim exquirere qua mente, quibus de causis elusmodi inierint consilium. Ac peculiari modo, cum de pueris agitur, attente considerare oportet utrum necessariis animi corporisque dotibus iidem praediti sint, et utrum ad sacra suscipienda munera adspirent ob eorum tantum nobilitatem ac spiritualem suam ceterorumque utilitatem.

Vos profecto, Venerabiles Fratres, probe nostis quae sint mentis animique ornamenta, quibus, ad elusmodi causam quod attinet, Ecclesia postulat ut sacrorum alumni praestent; supervacaneum igitur esse ducimus hisce exponendis rebus rationibusque immorari. Opportunum potius putamus vos adhortari, ut ea, qua enitetis, prudentia sedulo exquiratis, utrum, qui sacros suscipere ordines velint, physice etiam Idonei sint; idque eo vel magis cruod crescentem praesertim subolem funeste non raro affecit pluribusque modis perturbavit. Hi igitur candidati accurate hac de causa inspiciuntur, adhibito etiam, sl oportet, probati medici iudicio. /

Hoc sapienti prudenlique dilectu fore confidimus, ut ubique conferta nabeantur lectisslmaque sacrorum alumnorum agmina.

Quodsi plures sacri Pastores in gravi sunt sollicitudine, quod rariores cotidie adulescentes exsistant, qui sacerdotalia munera affectent, non minore tamen iidem sollicitudine afficiuntur de iuvenum Institutione, qui in sacra Iam fuerint Seminaria assumpti. Non nescimus profecto. Venerabiles Fratres, quam arduum id opus sit, quoique quantisque implicetur ad perficiendum difficultatibus; sed ex necessario hoc adhibito officio maximum reportabitis solacium, quandoquidem, ut Decessor Noster Leo XIII monet, «ex industria diligentiaque in instituendis sacerdotibus posita, fructus percipietis summopere optabiles, munusque vestrum episcopale multo sentietis esse ad gerendum facilius, ad utilitatem uberius»71.

Quamobrem a Nobis opportune factum censemus, si documenta vobis statuerimus, quae necessitate imperantur, hodie maiore quam cum maxima, sanctos educandi sacerdotes.

Animadvertendum primo loco est Seminariorum alumnos, qui primis disciplinis instituantur, nonnisi adulescentulos esse a nativo suae domus humo separatos. Res igitur ipsa postulat ut, quam pueri in Seminariis vitam ducant, cum communi omnium puerorum vita, quantum potest, congruat; mogni tamen hinc eorum religiosa conformatione existimata, hinc naturalibus eorum facultatibus spectatis ingenilquc propensionibus: quae omnia in spatiosis et capacibus locis excurrant oportet ad salubritatem et ad tranquillitatem Idoneis. Attamen hac etiam in re «aeque mensura ac temperatio» serventur; ita quidem ut numquam veniat ut «in sumptuosis domibus et in exquisitis suavitatibus et commodis»73 ii vitam agant, qui ad sui abnegationem atque ad evangelIcam virtutem conformari debeant. /

In universum elaborandum praecipue est, ut singulorum puerorum indoles cuiusque propria recte conformetur; in Hsque magis magisque se explicet conscientia quid ex actibus suis In se recidat periculi, quid ipsi de hominibus ac de entibus iudicli ferant, quid denique ipsi operis ultro sponteque suscipiant. Quam ob causam 11 qui sacris Seminariis praesunt modum prudenter animadversionibus Imponent, ac crescentibus iuvenum annis ab strictiore eorum custodia vel cuiusvis generis refrenationibus sensim temperent: id prorsus consecuturi ut slbimct ipsis adulescentes moderentur, seseque suorum esse operum auctores sentiant. In quibusdam praeterea rebus non modo licitam largiantur alumnis agendi libertatem, sed eos etiam ad secum cogitandum in animo insuescant, ut veritates, quae vel doctrinas vel quae usum spectent, faciliore negotio combibant.

axM. n —

RM

Mafnr, XIII. u ·· I «x., X, i. ·· IbHetn. n Cf. ran 1355.

" Litt. Edc. QmoJ ad Hun<ui>e. dw· bxd«i*
AiijiKti 4 iSLSû;:/trita *Ircnu.* vol VI, p MC1 ADocui d uVnnnki»

Neque extimescant moderatores nc concrediti sibi iuvenes hodiernos cognoscant eventos; quin etiam praeter quam quod illis rerum notitias aperient ex quibas maturum de factis indicium lidem sibi faciant, controversias etiam de quaestionibus id genos ne declinent, ut iuvenum mentes ad aequam rerum rationumque aestimationem informent.

Quae si normae servatae religiose fuerint, cum alumni, ad probitatem sinceritatemque instituti atque eruditi, suam non minus ac ceterorum vitae integritatem animique firmitatem summo in pretio habeant, a fallacia et a cuiusvis generis simulatione abhorrebunt Ab elusmodi integritate ac sinceritate facile proficiscetur, ut a moderatoribus efficientius lidem adiuvari possint, cum dignoscendum sit utrum divinitus ad sacra capessenda munia vocentur.

Ubi vero Iuvenes —qui praesertim a teneris in sacra Seminaria fuerint recepti— in locis educentur ab hominum societate paulo nimium seiunctls, ii profecto, cum in publicum prodibunt, haud ex facili sive cum minuta plebe sive sum litteratis hominibus commercium habebunt, fietque eis plurimum, ut aut Inconsiderate cum Christiano populo se gerant, aut, quam acceperint Institutionem,
K7 secus existiment. Opera idcirco danda /est, ut alumni sensim prudenterque in intima populi consilia ac studia penetrent, ne, sacerdotio aliquando initiali sacrisquc addicti muneribus, suae incerti sint actionis; quod non tantum ipsorum perturbaret animos, sed eorum etiam sacerdotales labores minueret

Ad haec qui sacris Seminariis praepositi sunt plurimas oportet curas locent In mente alumnorum excolenda.

Perspecta sane habetis, Venerabiles Fratres, normas atque praescripta, quae hac de re Apostolica haec Sedes Identidem tulit, et quae Nosmet ipsi omnibus commendavimus, cum primum, sub Pontificatus Nostri initio, Seminariorum atque Collegiorum Romanorum alumnos coram admisimus

Qua dc re cupimus cumprimis nc litterarum doctrinarumque studiis il qui futuri sint sacerdotes Iis nihil saltem cedant qui e laids iuvenibus paris sint disciplinae auditores. Hoc namque si cautum fuerit, et ut discipulorum mentes severius expoliantur, el ut facilius eorum habeatur suo cuiusque tempore dilectus cautum sane fuerit. Re enim vera si id contigerit, cum sacrorum alumnos de suae vitae futara condicione deliberaturus erit, nulla prorsus necessitate astringetur, aberitqne plane a periculo ne, quod ea non ornetur eruditione atque doctrina, quae civilia sibi munera obicere possit, viam insistere sibi non paratam cogatur, secundum illam villici infidelis sententiam: «Fodere non valeo, mendicare erubesco»n, Quodsi quis alumnorum, utilem licet Ecclesiae operam ostendens, e Seminario nihilo minus cederet, hoc non esset omnino dolendum; quandoquidem is, rectam viam ingressus, beneficiorum In Seminario acceptorum non recordari non posset, nec ad laicorum hominum catholicam alacritatem multum suae alacritatis non adicere.

In sacrorum institutione alumnorum, quamvis multarum cognitio disciplinarum perquiratur, in quibus hodie rerum socialium Investigatio magni quidem est momenti, maxima
fôx ta'men vis doctrinis philosophicis ac theologicis «ad Angelici Doctoris rationem»71 tribuenda est, cum his necessitatum atque errorum, quae nostra invexerit aetas, notitia conluncla. Huiusmodi eniin doctrinae cum sacerdotibus ipsis, tum Christiano populo maximi sunt ponderis et utilitatis: pietatis magistris asseverantibus eas, modo fuerint Idonea ratione traditae, ad servandum alendumque fidei studium, ad cupiditates debilitandas, ad animam cum Summo Dei Numine conlungendum maxime valere.

Accedit quod sacerdos, qui veluti «sal terrae» et «lux mundi»77 est putandus, opus est, ut in fidei luitione conatu maximo elaboret, Christi Evangelium promulgans, atque oppositos errores coarguens, qui omnibus viis hoc tempore seruntur in vulgus. Atqui erroribus valenter refragari nequibit, nlsl quod firmissima philosophiae ac theologiae catholicae elementa penitus didicerit.

A qua causa alienum non est animadvertere docendi rationem, quae in catholicis scholis iamdiu invaluit, plurimum habere efficacitatis simul ad perspicue rerum notiones mente concipiendas, simul ad hoc confirmandum: veritates nempe, quae ut sacrum depositum fuere Ecclesiae, Christianorum magistrae, concreditae inter se perfecte congruere ic cohaerere. Non desunt vero hac nostra aetate qui, cum de recentioribus Ecclesiae documentis deflexerint, cumque minus notionum definitae perspicuitati studeant, praeterquam recta discesserint nostrarum scholarum via. erratis etiam ambiguisque opinionibus, ut est experienda cognitum, introitum patefaciant.

Quare nc sacrorum administrorum studia fluctuatio* nibus, vel dubitationibus miserum In modum haereant, maximopere vos. Venerabiles Fratres, hortamur omen sedulo evigiletis, ut quas Apostolica haec Sedes dehalov modl studiis colendis certas constituit normas, eae Integra fide accipiantur atque serventur./

Si tam impense, pro Apostollco quo fungimur officio, de clericorum intellegentia praeclare excolenda adhuc admonuimus, haud difficile tamen cognitu est cur nihil iit Nobis potius quam ut eorumdem iuvenum animi moresque probe conformentur; quoniam si secus acciderit, vel exquisitissima doctrina, ob superbiam atque arrogantiam, quae facile descenderit in animos, maximas edere poterit ruinas. Quapropter Ecclesia .Mater vult praesertim in sacris Seminariis adulescentes illius sanctimoniae Initia inchoent, quam deinceps in omni vita praestent atqur confirment.

Quemadmodum de sacerdotibus Iam scripsimus, haud secus nunc instamus ut sacri ordinis alumnis persuasittimum sit debere se ad animi poti unda ornamenta, quae virtutes sunt, omni nisu contendere, eademque postquam assecuti fuerint, fortiter servare studioseque augere.

Cum cotidie, iisdem fere semper horis, eadem pietatis officia adulescentes exsequantur, timeri potest ne cum extrinseca religionis exercitatione intimus animi sensus non consonet; quod ferme cx consuetudine facilius fieri apud eos poterii vel etiam Ingravescere, cum sacra ildem domicilia egressi, in necessariam suorum munerum perfunctionem saepenumero rapientur.

Omnis itaque opera atque industria impendatur, ut qui in cleri spem educantur, vitam pie sibi intentam vivant, quae superno spiritu alatur quaeque superno spiritu gubernante moveatur. Omnia iidem operentur divina fide collustrati atque cum Christo lesu conlunctl; pro certo habentes ab sancto hoc vivendi genere abesse cos non posse, mil sint olim sacerdotio initiandi. Divinique ipsius Magistri personam in Ecclesia gesturi. Nihil enlmvero magis sacrorum alumnos impellit ad virtutes sacerdote dignas consequendas, ad perrumpendas difficultates, ad salutaria consilia explenda, quam intimus hic pietatis sensus.

Qui clericorum moribus effingendis dant operam Id summe spectent opus est, ut lidem virtutes eas complectantur, quas Ecclesia a sacerdotibus posclL De quibus cum alio huius Exhortationis loco dixerimus, non est profecto cur eadem hic iteremus. / Attamen facere non possumus M quin ex omnibus virtutibus, quibus sacrorum alumni exornandi sunt, ad eas singulariter Illos hic Incitemus, quibus, veluti fundamentis, tota sacerdotum sanctitas nititur.

Pernecesse est iuvenes ita obedientiae studium assequantur, ut suam voluntatem assuescant Del voluntati candide subicere, culus sunt Seminarii moderatores veluti interpretes habendi. Ac nihil umquam sit in eorum agendi ratione, quod a divina sit voluntate alienum. Huius, de qua loquimur, obedientiae iuvenes a Divino Redemptore exemplum expetant, cui hisce in terris illud unum erat Propositum: «Ut faciam, Deus, voluntatem tuam»7*.

Qui adulescentes in Seminariis versantur iam a primis annis discant ex animo rectoribus suis filiorum more obsequi; ut aliquando Episcoporum suorum voluntati mansuete inserviant; sicut in praeceptis est invictissimi Christi athletae Ignatll Antiochensis: «Omnes Episcopo obtemperate, ut lesus Christus Patri»7'. «Qui honorat Episcopum a Deo honoratus est; qui clam Episcopo aliquid agit, diabolo *ervit» 0. «Sine Episcopo nihil facite, carnem vestram ut templum Del custodite, unionem amate, dissidia fugite, imitatores estote lesu Christi, sicut et Ipse Patris sui»11.

Vigil quoque diligensque cura adhibenda est, ut sacrae militiae tirones magni ducant, ament atque In animo suo pudicitiam tutentur, quippe in qua sit magnam partem positum quod eiusmodl vitae genus lidem sibi constituant, in eoque permaneant. Quae propterea, cum in humana consortione in tanta Incurrat pericula, est quod, qui sacerdotalem dignitatem suscepturi sint, In illorum animis iamdiu firmlterque inhaeserit. Non modo igitur certiores clerici opportune flant quid sint sacerdo/tum caelibatus ab Dl ilsdemque servanda castitas,'1 quidve ea otilcll exigant, sed de periculis etiam moneantur, quae hanc ob rem afferri Ipsis possint. Cohortandi item sunt sacrorum alumni, ut lam a prima aetatula ab periculis praecaveant, ad eas confugiendo cupiditatum comprimendarum rationes, quas caelestium rerum magistri suadeant; quoniam quo erit

« 194I lutiUsr 4. 4. S., XL, 194S, ü. 551. '· CL Oraüoomn diri 24 meisis 1·»ö ny» kihurc *A. A. S ,* XXXÎ. 1910, pp 24S-251. '· Lee., XVI. 3. '•Ct C / M. r//·. 2 '' CL Mmn., V. ij. 14. '⁂» X, 7. '· *Ad* SmyrWM, VIII. 1; Mig x v . *p.* VIII, 714. ·· Ibid., IX. t. 714,71$. ·· U *PkiLMf* fciznxzj VII. r. Mig mk, *P.* G., U, 700. ·· CL C. /. C (c a o. ijj.

cupiditatum firmior ac conslantlor moderatio, eo magis in celeris virtutibus proficiet animus, uberioresque erunt sacerdotalis sollertiae fructus. Quodsi quis clericorum hac In re ûd malum se praestiterit proclivem neque, experimento per aequum temporis spatium capto, ab improba propensione sc removerit, is erit utique c Seminario extradas, antequam sacris ordinibus initietur.

Haec, de quibus diximus, ac cetera animi ornamenta, sacerdotibus digna. Iuvenes in Seminariis degentes facile tibi comparaverint, sl u pueris sinceram ac teneram pietatem suxerint erga Christum lesum «vere, realiter, et substantialiter» sub Sacramenti augustissimi specie praesentem Inlerque nos hisce In terris commorantem; sl simul seque a Christo incitata fuerint atque in Christum spectavennt vel consilia vel labores quae alumni susceperint. Laetitia vero summa perfundetur sane Ecclesia, si ad pietatem erga sanctissimum Eucharistiae Sacramentum adulescentuli singularem pietatem adlunxerint in Beatissimam Virginem .Mariam; pietatem inqulmus, cuius impulsu animus se totum Divinae Matri committat, ad eiusque sequenda exempla virtutum moveatur; quandoquidem numquam praeclara sollersque actio In sacerdote desiderabitur, cuius adulescentiam praecipuus enutriverit In lesum et in Mariam amor.

Facere hoc loco, Venerabiles Fratres, non possumus quin etiam vobis hortatores simus, ut novellorum sacerdotum commendatam singulariter vobis curam habeatis.

Eo tempore quo c Seminarii claustris sacra obituri munera egrediuntur, sacerdotibus, idcirco quod In apertum prosiliunt apostolatus campum, periculum occurrere potest,
IC nisiiam ad/novam huiusmodi vitae ratio nemprudenter Il fuerint Instructi. Quam ad rem opportune consideraveritis spes bonas de recentibus sacerdotibus captas saepe posse ad irritum cadere, nisi quis ad labores pedetemptim eos admoverit, nlsive Ipsis ad labores accedentibus sapienter quis advigilaverit patemoque more moderatus fuerit.

Quapropter probatur valde Nobis novellos hosce sacerdotes, ubicumque potest, per aliquot annos in certa collegia recipi, quibus locis, viris gubernantibus multarum rerum peritis, altius ad pietatem ad sacrasque disciplinas excolantur, ac pro suo cuiusque ingenio ad sacerdotalia munera erudiantur. Has ob causas in votis Nobis est eiusdemmodi collegia vel singula in singulis dioecesibus vel, si res id postulaverit, singula ad plures dioeceses constitui.

Quod ad Nostram hanc Urbem attinet, idem iam Nos, quinquagesimo expicto Nostri sacerdotii anno, perlibentes fecimus, cum Domum, cui a S. Eugenio nomen est inditum, recentibus a sacerdotio juvenibus excitari tussimus. M

Vos adhortamur, Venerabiles Fratres, ut, quantum fleri potest, inexpertos adhuc sacerdotes in medias ne ingeratis operas, neve eos assignetis locis, vel ab urbe Dioecesis principe vel a celebrioribus eius oppidis remotis. In huiusmodi enim vitae statu si versarentur, segreges, imperiti, periculis oppositi, a magistris prudentibus inopes, incommoda procul dubio Ipsi capere eorumque alacritas possent.

Probatur quoque admodum Nobis, Venerabiles Fratres, hos novellos sacerdotes una cum loci curione maximo dnsque administris vivere; propterea quod facilius ita, unioribus praeeuntibus, ad sacra munera lidem poterunt informari, ntque pietatis studio ardentius imbui. Animorum Pastores omnes ea de causa commonefacimus in suis. magna ex parte, positum esse manibus futurum horam iuvenum sacerdotum successum. Ardor namque et vis, quibus hi In sacerdotio tirones ad primas se con-
W fount / operas, aut restingui aut certe imminui quandoque poterant seniorum exemplo, talium videlicet qui sive virtutum ornamentis non niteant, sive, illata causa ne veteres, qnibus assueti sunt, consuetudines immutentur, otiosum praeoptent vitae institutum.

Quod in votum iam venerat Ecclesiae 84 Id Nos et nunc comprobamus et commendamus vehementer, iniri scilicet velib unius curiae vel a plurium vicinarum curiarum clero communis vitae consuetudinem.

E qua communis vitae consuetudine etsi quaedam incommoditates oriri possunt, nemini tamen dubium est maximas proficisci utilitates: primum caritatis atque alacritatis studium magis magisque cotidie apud sacerdotes laoodl; deinde Christiano populo documentum supponi quomodo lidem sint a suis ipsorum rationibus a suisque propinquis voluntate seiuncti; tum palam fieri omnibus quin religiosa cura sacerdotes castimoniae suae consulant.

Qtenun opus est etiam studiis sacrorum administros dare operam, uti Codici Iuris Canonici continetur: «Clerici dttdla. praesertim sacra, recepto sacerdotio, ne intermittant»44. Quo Codice praeter quam quod periculum a sa-

•Ct .<, Λ. S, XLI. 1<H9, pp. 165-167. ■· CL ***C. I. C.,*** can. 134- * Can. ***11g.***

ccrdotlbus novellis praecipitur «singulis annis saltem per integrum triennium» faciendum.14 conventus quoque saepius in anno ab iisdem habendi praescribuntur «ad scientiam ct pietatem... promovendam·87.

Sed ad studia incitanda, quae saepenumero sacerdotes prae domesticae exiguitate rei celebrare nequeunt, summopere expedit locorum Ordinarios, ex vetere praeclaroque Ecclesiae instituto, bibliothecas vel ad aedem Dioecesis principem, vel ad canonicorum collegia, vel ad curias Ipsas quondam ordinatas, in pristinam revocare dignitatem.

Quae quidem bibliothecae, quamvis plerumque expilatae *I* cversacque fuerint, non raro tamen acceptis quasi per- 691
magna hereditate cum membranis tum libris aut scriptis aut typis excusis adhuc ornantur atque ditantur, «quae praeclaro sane testimonio hinc sunt quantos Ecclesia exantlaverit labores quantaque auctoritate floruerit, hinc qua divina fide pietateque maiores nostri arriérent, studia exercerent, politam elegantiam adamarent»88. Ne neglectorum loco hac bibliotecac existimentur, sed veluti viventis fiotius structurae, in qua idoneum conclave libris pervoutandls paretur. At cumpnmis bibliothecae ad nostrorum temporum usus ordinentur, atque scriptis omne genus instruantur, praecipua religiosarum et sociabilium rerum ratione habita; ut nimirum praeceptores, ut curiones, ut novissimi praesertim e sacerdotibus satis inde doctrinarum ad veritates evangelicas promulgandas ad erroresque redarguendos haurire possint.

Nostrarum denique partium esse ducimus, Venerabiles Fratres, de difficultatibus vos commonere, quae ad nostra haec tempora proxime pertinent Exploratum certumque esse vobis arbitramur serpere latius et gravius in dies novarum rerum studium inter sacerdotes, ut plurimum sive eruditione atque doctrina sive vitae severitate minus quam ceteri praeditos.

Per se novitas neutiquam est veritatis indicium, atque una ea est condicione laudanda, ut simul veritatem confirmet, simul probitati ac virtuti conducat.

Hac, quae volvitur, aetate graviter quidem itincre deerratum est: est siquidem dolendum plura philosophorum genera internasci, eademque, hominum moribus nullo modo emendatis, dilabi; insignia ad nomen mentiuntur; administrandae rei publicae rationem magis ad singulorum civium quam ad communem omnium prosperitatem haud paucis in locis spectare; vitae / instituta de oeconomicis ac 693
sociabilibus rebus plus periculi honestis quam versutis hominibus moliri. Ex quo proclive consequitur sacerdotes nostris hisce diebus omnino non deesse, in quos eiusmodl contagio aliquo modo influat; qui non numquam opiniones imbibant vitaeque genus, etiam in Ipso vestis ornatu cultuque corporis, instituant, aeque a sua dignitate aeque a suis muneribus aliena; qui novitatis cupiditate ducantur, cum in concionibus ad Christianum populum habendis, tum in adversarium erroribus coarguendis; qui denique, cum haec fecerint, non solum animi sui fidem Infirment, sed, sua etiam attrita fama, efficacitatem sacri officii extenuent.

Quibus super rebus d'ligcntiam summopere excitamus vestram, Venerabiles Fratres, nihil sane dubitantes Inter immodicam, quae apud non paucos invaluit, vel acti temporis vel futuri cupiditatem, eam vos esse prudentiam adhibituros, quae tum etiam sapiens ac alacritatis quidve contentionis suscipiendum sit quaerens, ut una veritas tandem victrix emergat. Longe plane absumus, ut profiteamur apostolicos labores non debere cum ipsa, quae nunc agitur, vita congruere, neque eas, quae nunc Instituuntur, operas non debere huius aetatis necessitatibus inservire. Sed cum sacerdotalem quamvis in Ecclesia sumptam operositatem per legitimae dignitatis gradus necesse sit digeri, nova hac de re incepta non nisi Episcopo sinente ineantur. Sacri autem Pastores ex eadem regione vel Natione hisce super causis identidem opportuna consilia inter se conferant, ea quidem mente ut propriis locorum utilitatibus prospiciant, ac rationibus caveant ad religiosam actionem magis accommodatis atque idoneis. Quae si omnia ad mandatum ordinem relato fuerint, sacerdotum officia non poterit quidem efficacitas non consequi. Haec sibi persuadeant omnes: Aeterni Numinis potius truam hominum voluntati esse obsequendum, atque apostolicam assiduitatem non pro suis cuiusque opinationibus, sed pro sacrae potestatis aut legibus aut normis esse praebendam. Spe enim usquequaque destituitur qui in opinione est posse se insolitis atque / absurdis agendi rationibus et r›'W»
animi sui egestatem obtegere et Christi prolatando regno efficientem dare operam.

••Can. X30, x·. ’’Can. 131, x·. ’’CL EpisluUm ExUi Card. Petri Gasporri, a publicis Ecclesiae negotiis ad lUhae Epitccpo» datam die xj meo»% Aprilis anno xgij: in ***EnikiriJtcft*** Typ. R)L VaL, 1937, P 613. [LE 506J.

Porro non dissimilem recto huic, de quo diximus, agendi modo sacerdotibus ineundum esse putamus, cum de doctrinis socialibus, perinde ut hodie explicantur, causa versatur.

Sont quidem hoc tempore qui ad communistarum, quos vocant, machinationes id videlicet cumprimis spectantium, ut quibus temporalem iidem polliciti fuerint felicitatem, cx eorum animis fidem extrahant, non modo expavescant, sed aestuante etiam sint animo. Verumtamcn Apostollca haec Sedes, documentis recens hac super re datis, luculentem stravit viam, cui se committant omnes, c qua, salva officii conscientia, excedat nemo.

Ex alia vero parte non desunt qui se pavidos atque incertos ostendant, ad oeconomicam illam rationem quod attinet, quae a nimio privatarum divitiarum congestu nomen invenit,- ex quo gravia consequi nocumenta Ecclesia non semel declaravit Ecdcsla siquidem non tantum ingentium opum ac vd ipsius possidendi iuris abusus indicavit, quos eadem oeconomica rallo parit ac defendit, sed etiam edocuit divitiae ac possessiones ad res labore procreandas conferant oportere, cum universae hominum societatis emolumento, itemque cum humanae libertatis dignitatisque tuitione atque incremento. Quae ex utraque oeconomica ratione oriuntur damna omnibus peculiarique modo sacerdotibus persuadeant, ut de re sociali doctrinam, C Ecclesia tradit, flddi animo amplectantur, eam-,ae ceteris impertiant ac pro viribus in usum deducant Haec enim doctrina una potest tam late invalescentibus malis mederi; quandoquidem omnia iustitiae unaque simul caritatis officia summa perfectione componit, ac talem excitari label societatis ordinem, qui singulos dves non opprimat, neque ob nimium utilitatis cuiusque suae studium invicem cos distineat, sed omnes potius quodam mutuaram rationum concentu fratemaeque necessitudinis
697 vinculis devinciat. !

Sacerdotes, Divini Magistri vestigiis insistentes, egentium atque opificum necessitatibus pro facultate occurrant, iisque omnibus, qui In rerum angustiis versentur quibus quidem non pauci, ut omnes norunt, e media etiam societatis classi atque ex ipso sacerdotum ordine censendi sunt. Nihilominus eos ne neglegant, qui, cum satis fortunae habeant, animi tamen egestate laborant; atque adeo ad vitam penitus Instaurandam vocandi sunt, Zachaei exemplo In memoriam redacto, qui dixit: «Dimidium bonorum meorum... do pauperibus, et si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum»w. Cum de re sociali causa vertitur, sacrorum administri numquam obliviscantur quo suum debeat spectare munus: alacres nempe ac nihil haesitantes recta ea proponant doctrinae principia, quae, in variis societatis classlbus.ad ius dominii, ad divitias, ad iustiliam caritatemque pertineant; eademque principia quo aptiore modo efficienda sint suo exemplo doceant.

Haec tamen doctrinae praecepta laid homines ad effectum deducenda curent. Quodsi ad rem pares non sint, eos sacrorum administer quam aptissime Instruat atque conformet.

Helc opportunum esse dudmus causam attingere dc domesticarum rerum angustiis, quibus plurimi sacerdotes post recens bellum afficiantur, in iis praesertim reglorilbus, quae vel eiusdem belli causa, vel ob politicarum rerum statum maxima acceperant detrimenta. Harum rerum condldonlbus cum acerrime Nos angamur, nihil reliqui facimus, quod pro facultate Nostra possit calamitates, aerumnas summamque multorum indigentiam relevare.

Probe nostis, Venerabiles Fratres. Nos —quibus In locis maiores viderentur esse necessitates— per Sacrum Consilium cleri disciplinae praepositum, extraordinarias Antistitibus fecisse facultates ac peculiares edidisse normas, quibus graviores oeconomicarum rerum disparilitates aequo
69S modo componeren/tur. quae ad sacerdotes pertinerent Dioecesis culusque suae. Atque exploratum Nobis est alicubi sacrorum administros non paucos, laude sane dignos, suorum Pastorum monitis obsecutos esse; alicubi vero, ob natas difficultates, datas normas integra ex parte suos effectus consecutas non fuisse. Vos Igitur adhortamur ut, iiatemo ducti animo, inceptum Iter insistatis, cum non Iceat operarios in vineam Domini missos cotidiano carere pane. Hac de re ne gravemini Identidem Nos certiores facere qui successus operam vestra, consecuti fuerint.

Ac praeterea consilia illa summopere commendamus. Venerabiles Fratres, quae Inter vos collaturi estis, ut non modo in praesens sacerdotibus cotidiano victui necessaria ne desint, sed ut Iisdem, etiam in posterum, certis statutis opportunlsqae rationibus, prosplciatur— quod quidem In civili societate factum admodum probamus— Idque cum

‘•Uc , xix. M

27)5

praecipue vel iidem sacerdotes in morbos incidant, vel devexa valetudine laborent, vel senectute conficiantur. Ita enim eos sollicitudine exsolveritis de futuro ipsorum vitae statu.

Quam ad rem gratum placet sacerdotibus Nostrum jignifIcarc animum, qui incommoda posthabentes, quae Inde sibi exoriantur, suis in sacro ministerio collegis, ope egentibus, suppetias venerint ac veniant, senio praesertim, vel Infirmitate affectis. Id enim praestantes, egregium mutuae illius caritatis praebent Indicium, quam Christus discipulis suis quasi insigne dedit, quo ab omnibus dignoscerentur •In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem··0. Ominamur quoque ut arctioribus cotidie fraternae huius necessitudinis vinculis Nationum omnium sacerdotes invicem copulentur, ut Iuculentius usque puteat eos, cum Dei communis omnium Patris administri sint, eodem, ubique gentium commorentur, amoris afflatu inter se animari.

At vobis procul dubio perspectum est gravibus huius causae difficultatibus vos mederi penitus non posse, nisi christifideles / ctiam se officio teneri sentiant, pro suj cuiusque parte, clero subveniendi; ac nisi opportuna omnia adhibeantur, quae ad hulusmodi conducant finem.

Propterea concreditum vobis populum admoneatis debito eum obstringi ferendi opem sacerdotibus, qui in necessitate versentur; quandoquidem semper Divini Redemptoris sententia viget: «Dignus est enim operarius mercede sua»·1. Quomodo enim a sacrorum administris alacrem sui muneris operam postulari ootest, quibus necessariae ad vivendum res non suppetant? Ceterum qui christifideles hoc neglegunt, Ecclesiae inimicis, etsi nolentes, viam quasi sternunt, qua facilius iidem queant ad inopiam In noa paucis Nationibus redigere clerum, ut cum a legitima auctoritate abstrahant.

Ii etiam, qui publicae rei praesunt, pro diversis CiviUtnm condicionibus, necessitatibus cleri consulant oportet, ex cuius perfunctione muneris plurimae utilitates ad civium animos eorumque mores, summo cum totius societatis profectu, permanare possunt.

Postremo, antequam scribendi finem faciamus, temperare Nobis non possumus quin ea hortamenta summatim heic vobis Iteremus, quae cotidie ante oculos habeatis necesse est, utpote praecipuae existimandae sint vitae navitatisque vestrae normae. Cum lesu Christi sacerdotes simus, eo contendamus oportet, ut quam ipse egit, hominum redemptio validissimam in singulorum animos vim exserat Gravissimas autem aetatis huius nostrae necessitates intento reputantibus animo, enitendum nobis est ut fratres, vel a recto itinere aberrantes, vel cupidinum obcaecatos caligine, ad Christiana praecepta reducamus; ut populos Christianae doctrinae luce collustremus, Christianis regamus normis et Christianorum officiorum conscientia penitus Informemus; ut denique omnes incitemus ad veritatis et iustitiae animose certanda certamina./

At propositam metam tum solummodo assecuturi erimus, cum ad talem sanctitudinis pervenerimus verticem, ut quam a Christo vitam virtutemque in nos derivaverimus, eam in ceteros effundamus.

Singulos igitur sacerdotes Apostoli hortatione monemus: •Noli négligera gratiam, quae in te est, quae data est tibi... cum impositione manuum presbyterii»;M «in omnibus teipsum praebe exemplum bonorum operum. In doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprehensibile. ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis»·1.

Dilecti filii, suscepti muneris gratiam plurimi facientes, ita vivite ut eadem in vobis vigeat fructusque pariat uberrimos, qui ad spiritualem Ecclesiae utilitatem ad eiusque inimicorum emendationem summopere conferant

Utque paterna haec adhortatio Nostra quod spectat feliciter assequatur, vos etiam atque etiam hisce verbis admonemus, quae hoc Sacro praesertim vertente Anno tam opportuna videntur. «Renovamini... spiritu mentis vestrae ct induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in Justitia et sanctitate veritatis»; M «estote... imitatores Del. sicut filii carissimi: et ambulate in dilectione sicut et Christus dilexlt nos et tradidit semetlpsum pro nobis oblationem ct hostiam Deo»; * «implemini Spiritu Sancto, loquentes vobismetlpsis in psalmis ct hymnis, et in canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino».·· «vigilantes In omni instantia, et obsecratione pro omnibus sanctis»·7.

Quae Apostoli gentium incitamenta animo recogitantes.

⅝⅝? xni' M. ''LVC.. X, 7. *»! Tim,* IV, 14. « TΛ, II. 7.1
hfVj , IV, 24 ·» ibid , V. t, 3. ·· IbW . V. t«, t?.·» IbW.. \1, |1

2796

opportunum ducimus suadere vobis ut, hoc eodem Sacro volvente Anno, Spiritualibus Exercitiis operam praeter statum ordinem / detis; Ita quidem ut, pietatis ardore moti, quem Inde percepturi estis, ceterorum quoque animos ad |X)tlundos divinae indulgentiae thesauros aptius advocetis.

Cum autem peculiari modo experiemini quam difficile sit per arduum sanctimoniae procedere iter, ac vobis creditis perfungi officiis, tum ad eam fidentes oculos fidenteniquc animum erigite, quae Aeterni Sacerdotis cum sit Genetrix, catholici quoquo cleri est Mater amantlssima. Non modo huius Matris erga vos benignitatem optime nostis, sed multis ellum locis, illius Immaculati Cordis misericordia condonando proposita, Christiani populi fidem ac pietatem mirum in modum suepenumero exsuscitastis.

Si omnes Deiparae Virgini flagranti in amore sunt, at singulari dilectionis studio Ipsa sacerdotes amplectitur, qui vivam lesu Christi Imaginem in sc referunt. Cum igitur ciusmodi singularem amorem ac peculiarem in vos omnes Beatissimae Virginis tutelam summo cum animi wlaclo consideraveritis, tum vestros sentietis ad sanctitatem ct ad sacerdotalia exercenda munera nisus faciliores fltfi.

Nos Almae Dei Parenti, caelestium gratiarum conciliatrici, omnes quotquot in orbe terrarum sunt sacerdotes, enixe commendatos volumus, ut, ea deprecante, largissimam Deus effusionem sui Spiritus descendere lubcat; qui quidem ct sacrorum omnes administros ad sanctimoniam impellat, hominunique genus renovatis moribus instauret.

Quae fausta ac salutaria, Immaculatae Virginis Mariae interposito patrocinio, eventura sperantes, supernorum munerum copiam omnibus imploramus; sacris praesertim Antistitibus ac sacerdotibus, qui, cum Ecclesiae iura ciusque libertatem pro officii sui conscientia tuiti fuerint, insectationes, carcerem, exsilium patiuntur. Eos Nos peculiari caritate prosequimur, utque sacerdotali illa, qua adhuc in exemplum praestitere, fortitudine ac virtute excellere
7« pergant, paterno eos adhortamur animo. /

Quorum interea supernorum inunenun sit auspex patemaeque voluntatis Nostrae testis Apostollca Benedictio, quam vobis singulis universis, Venerabiles Fratres, cunctoque clero vestro amantissime impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxtii mensis Septembris anno Maximi lubilaei mdcccc l, Pontificatus Nostri duodecimo.—PIUS PP. XII.

INDEX *

Adhortationis ad clerum universum «Menti Nostrae...»

INTRODUCTIO

COL.

Vox Divini Redemptoris et Principis Apostolorum. Praecipua cura Sumini Pontificis pro sacerdotibus et gratus animus erga eos..... 2778-2779

Sacerdotium, magnum Dei donum. Oportet illi fideliter respondere..... 2779-2780

PARS I

Sanctitas vitae sacerdotalis

Perfectio consistit in fervore caritatis, qui sacerdotem addecet.....2780

Imit a t io Chr ist i

Coniunctio Intima cum Christo, uti summo Exemplari. Initium Christianae perfectionis est humilitas, quae ducit ad voluntatis immolationem per oboedientiam..... 2780-2781

Custodia caelibatus per vigilantiam ct orationem, devitando familiaritatem..... 2781

Sacerdos, a divitiis terrenisque rebus abalienas, omnibus virtutibus ornatus sit. . . 2781-2782

Necessit a s gr a t iae supernae ad imit a t ionem Chr ist i per sequendam

Vita sacerdotis imitari debet sacrificium Christi, Sacerdotis et Victimae in monte Calvariae et in Eucharistico Sacrificio, ex quo thesauros gratiae haurit ad sanctitatis verticem assequendum..... 2782-2783

• Id uuliutmi kctorura Index proponitur.

Necessit a s or a t ionis et exer cit ior um piet a t is

Recitatio divini Officii, uti vox Christi ct Ecclesiae, medium efficax sanctificationis, sl recta intentione una cum Christo atque diligenti meditatione absolvatur..... 2783-278!

Pietatis exercitia fovenda: Meditatio sacra cotidiana, supplicatio vocalis, incensa erga Christi Matrem pietas, visitatio eucharistica, perscrutatio conscientiae, frequentia Paenitentiac Sacramenti, in spiritualibus consilium, Exercitia spiritualia..... 2784-2786

PARS II

Sanctitas in sacro ministerio

Sacerdos, dispensator mysteriorum Dei, apostolatum exercens, iuxta formas quibus hodie christifideles Indigent et cum Christo coniunctus, caveat «actionis haeresim·, aemulator sanctorum..... 2786-2787

Sacerdos, Christi exempla persequens per caritatem, cum temperata terrenarum rerum abstinentia et congrua doctrina, sacerdotale munus magis salutiferum reddat, uti fulget in vita Sanctorum ac praesertim S. losephi Cafasso..... 2787-2788

Normae ad hodiernae vitae usum

Recta selectio cleri..... 2788-2789
Cura vocationum..... 2780-2791
Institutio intellectualis, litteralis et scientifica. 2791
Necessitas doctrinarum philosophicae et theologicae 2791
Institutio spiritualis et moralis..... 2792
Cura novellorum sacerdotum..... 2792-2793
Bibliothecae in usum cleri..... 2793-2794

PARS IV

Difficultates praecavendae

Pericula nostrae aetatis..... 2794
Clerus et quaestio socialis.....2794-2795.....
Sollicitudo Summi Pontificis pro clero indigenti 2795

Monita, hortamenta ac vota pro omnibus Dei Ministris, praesertim pro iis Antistitibus ac Sacerdotibus, qui persecutionem patiuntur. 2796-2797

Adn. Auctores varii in volumine cui titulus Lesortarione Menti Nostrae e i Seminari, edito a S C. de Seminariis, ed. 2 Vaticano 1955; H. CROVELLA in ApoU. 23 (1950) 220-229; S. DE ANGELIS in ME 78 (1951) 490499; G. JARLOT in ME 78 (1951) 288-290; P. C. LANDUCCI in ME 78 П951) 843-858; O. MARCHETTI in ME 78 (1951) 47-52; A. PElNADOR in REDC 8 (1951) 337-380; F. RGM1TA in ME 78 (1951) 858-6S3; I. URBANI in ME 78 (1951) 291-2S8

2152

1950 SEP 29.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.·

Decr et um er ect ionis «nat ionalis scholae de sociali **SERVITIO PRO RELIGIOSIS· IN ITALIA, ET EIUSDEM STVTUTA**

A. DECRETUM ERECTIONIS

Vaticano, 29 Settembre 1950

Reorno Superiort Generale, Le opere di assistenza sociale e di rieducazione che In tutte le regioni d'Italia tanti Istituti religiosi, con inmensa abnegazione, hanno creato e mantengono in vita, hanno urgente bisogno di preparare clementi, chc istrulti nei principi fondamental! della pedagogia, della psicologla e della tecnica deH'asslstcnza, rispondano alie esigenze de una sana opera costrutllva e sl trovino nelle condizioni che lo Stato richiede da chi si dedica a tali opere.

A tale scopo, questa S. Congregazione decreta, con k present! ¡etter l'erezlonc di una Scuola dl Asslstenxa Sociale a nonna dei ss. Canoni specializzata per le Suorv dei vari Istituti religiosi che hivorano in questo campo.

Per la dirvzione di talc Senoia, questa S. Congregazione nomina la Compagnia dl S. Paolo, che ha già con successo diretto scuole di tale natura a Milano ed a Palermo.

La Scuola svolgerà la sua attività sotto la plena responuhllità ddla Compagnia di S. Paolo, e perché le Religiose che frequentano la Scuola abbiano una garanzia di sicurezza ncH'indlrizzo della medeslma. col présenté alto vlene nominata una Commissione composta del seguenti membri; S. E. Uliiia e Rviha Giovanni Urbani, in qualità di Présidente; Renho Don Ercole Galione, vice Présidente, Renho Don Giovanni Maria De Menascc, Amministralore, doll. Vittorini) Veronese c una Paollna che ne avrù la dlrrzione.

Tale Commissione dovrà esplicare la sua attività in fedele dipendenza da questa S. Congregazione alla quale darà periodica relizlone dello svnlgimento dclla Scuola stessa.

Sono certo che l'onorifico incarico sarà da V. P. e dalla Compagnia di S. Paolo accolto corne l'offerte di un gradito servizio a tante Istituzioni che, nella fedeltà a una chlarnata all'apostolato, lavorano per la diftoslone del Regno di Dio.

Invocando le bcnedizlonl del Signore sul Suo Isliituto porgo a Lei, Reverendissimo Padre, i miel più devoti ossequl, mentre mi professo, dclla P. V. Revrtia deviho nel Signore.—F. L E, Pasetto, *Segretario.*

B. STATUTA NATIONALLY

Statvto della scuola nationale di servizio sociale
PER RELIGIOSE

Art. 1—E'costituita in Roma, in conformitâ aile direttlve emanate dalla Chiesa Cattolica nel campo sociale ed In esecuzlone al Decreto della Sacra Congregazione del Religiosi del 29 settembre 1950 protocollo N. 1531-50 h «Scuola Nationale dl Servizio sodale per Religioso.

Art. 2—La Scuola ha per scopo dl oftrire alie Religiose uno stramento pratico per aequistare la formazione tecnica ormal richlesla nel campo uell'assistenza o dei servizio sociale.

La scuola è retta da un Regolamento emanato dal Comitato Direttivo.

Art. 3—Sono ammesse alia scuola lc Religiose in possesso di un titolo di scuola media superiore: abilitazione magistrale, maturitù classica e sclentifica, diploma di ragloneria.

Art. 4—La Scuola è retta da un Comitato Direttivo. composto da un Présidente, da un vice Présidente, da un Amministralore e da quattro Conslglleri, uno del quali è Il Dlreltore della Scuola.

Il présidente ha la rappresentanza legale della Scuola: in sua assenza, lo sostllulscc il vice Présidente.

L'amminlstralore è membro del Comitato ed è autorizzalo a riscuoterc somme, contributi, sussidi, indennltà ed altro, sia da parte di pubbllche amminislrazionl, enti, socielà, privatl.

Il Comitato Direttivo dovrà espllcare h sua attività in fedele dipendenza dalla Congregazione del Religiosi, alla quale darà periodica relazione dello svolgimiento della Scuola.

La direzione di essa è affidata alla Compagnia di San Paolo.

Art. 5—U Comitato Direttivo ha I più ampi poteri per a gestione ordinaria e straordinaria dclla Scuola.

Art. 6—Il Comitato puô delegare, in tutto e in parte, i suoi poteri ad un Consigliere.

Art. 7—Per quanto non prevlsto nel présenté statuto, valgono le norme di legge.

• Moderated GoeraliSodotalîiSarctiPauli Prot. N. 1531/50:« foliis emsdea S. C. d· BoÜgfcaii. Adu. M. C. MARA In CpR 39 (1960) ZiT-357.

2153

1950 OCT 2.-SC S. OFFICII, DECR. AAS 42 (1950) 739

Pr.OSCRIFTIO LIBRI A IOSEPII KLEIN CONSCRIPTI

Ffria IV, dit 20 *Septembris* 1950

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Ethl ac Revflil Domini Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehablto RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum pro. hlbitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur:

Ioseph Klein, *Grundlegung und Grenzen des kanonlschen Redds* (Tübingen, 1947).

Et die dominica, 24 eiusdem mensis et annl, Ssibt» D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XII, In Audientia Excito D. /Vdsessori Sancti Officii concessa, relatam sibi Erfiorum Patrum resolutionem adprobavil ct publicari tussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 2 Octobris 1950.—Marinus Marani, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

Adn. L BENDER in ME 75 (I960) 537-540.

2154

1950 OCT 10.-CONV. C. LUSITANIA. AAS 42 (1950) 815

Ratihabitio conventionis inter sanctam sedem et **REMPUBLICAM LUSITANAM DIB 18 IULI! 1950** INTTAL

Os abalxo asstnados, Monsenhor Pietro Ciriaci, Arctblspo titular de Tarso. Nùnclo Apostolico, e Doutor Paulo Arsénico Virissimo Cunha, Ministro dos Negôcios Estrangeiros da Repùblica de Portugal, devidamente autortzados, reuniram-se na cldade de Lisboa, no MJnistério dos Negtkios Estrangeiros, aos dez de Outubro de mil novecentos e dncoenta. para procéder à troca de ratlficações do Acordo entre a Santa Sé e a Rcpüblica Portuguese, concluldo e assinado na cldade do Vaticano aos dezolto diis do mês de Julho de mil novecentos c dncoenta;

E, tendo achado conforme e em boa e dévida forma os dois respectives instrumentes de ratificaçâo efccluaran a sua troca.

Em *té* do que, no lugar e dia acima declarados, assinatam a présente Acta, en dois exemplares, apondo-lhe os seus respectives selos. ·

Lisboa, 10 de Outubro de 1950.—Pietro Cuuaci. Paulo Cunha.

• I sottoscritti, Monsignor Pietro Ciriaci, Arcivescovo di Tarso, Nunzio Apostolico, e Dottor Paolo Arsenio Virissimo Cunha, Ministro degli Affari Esteri della Repubblica dl Portogallo, debitamente autorizzatl, si sono riunlti nella dttà di Llsbona, nel Minlstero degli Affari Esteri, il 10 ottobre 1950. per procedere allo scambio delle ratiflche dell'Accordo tra la Santa Sede e la Repubblica di Portogallo, concluso e firmato nella dttà del Vaticano il 19 luglio 1950;

E, avendo trovato conformi ed in buona e dovuta forma i due rispettlve strumentl dl ratiflca, effettuarono Il loro scambio.

In fede di che, nel luogo c nel giorno sopra indicati, sottoscrissero il presente Atto, in due escmplari, apponendovi I rispettivi sigilli.

Lisbona, 10 ottobre 1950.—Pietro Ciriaci - Paulo Cunha.

Ada. Vide textota Conveatioais rob die 18 lui. 1950: LE 2141.

2155

1950 OCT 21.- SC RITUUM, INDULTUM. PART.·

Facultas datur unam canendi missam de b. v. assumptione **DIE FESTIVITATIS OMNIUM SANCTORUM OCCASIONE DEFINITIONIS DOGMATICAE ASSUMPTIONIS IPSIUS B. V. MARIAE**

Sanctissimus D. N. Pius Pp. XII. plurimorum Antistitum vota libenter suscipiens, benigne concedit ut, die 1 novembris, quo dogmaticam definitionem de Beatae Mariae Virginis In caelum Assumptione editurus est, in omnibus ecclesiis et publicis vel semipublicis oratoriis, una Missa cantata litari valeat de Beatae Virginis Assumptione, addita oratione de festivitate Omnium Sanctorum sub unica conclusione. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Dic 21 octobris 1950.—C. Card. Micara, Ep. Velitem., *Praef.* A. Carinci, Archicp. Seleudien., *Secr.*

• EL 64 (1950) 388. Adn. EL 64 (1S6O) 388-367.

2156

1950 OCT 24.-SC RELIGIOSORUM, INDULTUM. PART.·

Facultas datur adhibendi ritum consecrationis virOINVM APUD NONNULLAS MONIALES IN S. F. A. S.

Preces—The Procurator General of the Swiss Congregation of Benedictines, humbly prostrate at the feet of Your Holiness, by the special mandate of the Illustrious and Most Reverend Aboot-Primatc and at the ardent desire of the Superiors of the Benedictine Sisters of the United States of North America, present In Rome, on the occasion of a pilgrimage, petitions that an induit be panted for the reception of the Consecration of Virgins. Moreover he humbly asks that in addition to the Bishops of the United States, who often are so greatly preoccupied, also the Abbots of the Benedictine Order of the United States may be permitted to perform the Consecration.

Rescr.—In virtue of the faculties granted by our Most Holy Father, the Sacred Congregation in Charge of the Affairs of Religious, after having considered the matter proposed by tne Right Reverend Procurator General, petitioner, graciously commissions him to grant the desired favor, as petitioned, according to his judgment and conscience, observing all that has to be observed. All things to the contrary notwithstanding.

Given at Rome, on the 24th of October, 1950.

•Congregationi Helvoticao O. S. B.» Prot. N. 8855/50; BOUSCAFtN IV 168-137.

2157

1950 OCT 31.-SC RITUUM, DECR. AAS 42 (1950) 795

URBIS ET ORBIS

Nova missa in assumptione b. mariae v. approbatur ET LITANIIS LAURETANIS INVOCATIO <REGINA IN CAELUM ASSUMPTA» UT ADDATUR DECERNITUR

Ingenti populi Christiani laetitia, declaratione B. Mariam Virginem corpore et anima in caelum assumptam esse suscepta, ut etiam in sacra liturgia memoria huius faustissimi eventus haberetur, Sacra Rituum Congregatio novam hanc Missam in honorem B. Mariae V. in caelum assumptae conficere curavit.

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa XII, referente Infrascripto Cardinali S. R. C. Praefecto, illam approbare dignatus est, et in Missali Romano, die 15 Augusti, loco veteris, inserendam mandavit.

Decrevit insuper Eadem Sanctitas Sua ut Litaniis Lauretanis post invocationem •*Regina sine labe originali cvneeplat* addatur «*Regina in caelum assumpta*·.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Die 31 Octobris 1950.—C. Card. Micara, Episc. Veliternus, *Praef.* A. Carinci, Archiep. Seleucien., *Secr.*

Adx Vide textum novae Missao apud AAS 42 (1950) 793-794.

2158

1950 NOV 1.-PIÜS XII, CONST. AP. AAS 42 (1950) 753-771

FIDEI DOGMA DEFINITUR DEIPARAM VIRGINEM MARIAM CORPORE ET ANIMA FUISSE AD CAELESTEM GLORIAM ASSUMPTAM

PIUS EPISCOPUS

Serras *Servorum Dei-Ad perpetuam rei memoriam*

Munificentissimus Deus, qui omnia potest, cuiusque providentiae consilium sapientia ct amore constat, arcano wae mentis proposito populorum singulorumque hominum dolores intersertis temperat gaudiis, ut, diversis rationibus divenlsque modis, ipsum diligentibus omnia coopcrentur in bonum 1.

Inmvero Pontificatus Noster, quemadmodum praesens aetas, tot curis, sollicitudinibus angoribusque premitor ob gravissimas calamitates ac multorum a ventate virtuteque aberrationes; cernere tamen magno Nobis solacio est, dum catholica fides publice actuoseque manifestatur, pietatem erga Deiparam Virginem vigere ac fervescere cotidie magis, ac fere ubique terrarum melioris sanctiorisquc vitae praebere auspicia. Quo fit ut, dum Beatissima Virgo sua materna munia pro Christi sanguine redemptis amantissime explet, filiorum mentes animique / ad studiosiorem 754
cius privilegiorum contemplationem impensius excitentur.

Deus reapse, qui ex omni aeternitate Mariam Virginem propensissima singularique intuetur voluntate, <ubi venit plenitudo temporis»,l providentiae suae consilium ita ad effectum deduxit, ut quae privilegia, quas praerogativas libcralltate summa eidem concesserat, eadem perfecto auodam concentu refulgerent. Quodsl summam eiusmodi beralitatcm perfectumque gratiarum concentum Ecclesia semper agnovit ac per saeculorum decursum cotidie magis pervestigavit, nostra tamen aetate privilegium illud corporeae in Caelum Assumptionis Deiparae Virginis Mariae clariore luce profecto enituit.

Quod quidem privilegium, cum Decessor Noster imm. mem. Pius IX almae Del Parentis immaculatae conceptionis dogma sollemniter sanxit, tum novo quodam fulgore illuxit. Arctissime enim hacc duo privilegia inter sc conectuntur. Christus quidem peccatum ct mortem propria sua morte superavit; et qui per baptismum superno modo iterum generatus est, per eumdem Christum peccatum ct mortem vicit. Attamen plenum de morte victoriae effectum Deus generali lege iuslis conferre non vult, nisi cum finis temporum advenerit. Itaque iustorum etiam corpora post mortem resolvuntur, ac novissimo tandem die cum sua cuiusque gloriosa anima coniungcntur.

Vcrumtamen ex generali eiusmodi lege Beatam Virginem Mariam Deus exemptam voluit- Quae quidem, singulari prorsus privilegio, immaculata conceptione sua peccatum divicit, atque adeo legi illi permanendi in sepulcri corruptione obnoxia non fuit, neque corporis sui redemptionem usque in finem temporum exspectare debuit.

Ideo cum sollemniter sancitum fuit Deiparam Virginem Mariam hereditaria labe immunem inde ab origine fuisse, tum christifidclium animi incensiore quadam spe permoti fuere, futurum ut a supremo Ecclesiae Magisterio dogma quoque cor/poreae Assumptionis Mariae Virginis in Caelum 755
quamprimum definiretur.

Siquidem cernere fuit non modo singulos christifideles, sed eos quoque, qui Nationum vel ecclesiaticarum provinciarum quasi personam gererent, ac vel etiam non paucos Concilii Vaticani Patres hoc instanter ab Apostolica Sede postulare.

Decursu autem temporum huiusmodi postulationes ac vota, nedum remitterent, cotidie magis et numero et instantia succrevere. Etenim piae habitae sunt, hac de causa, precum contentiones; studia hac super re a pluribus eximiisque theologis vel privatim, vel in publicis ecclesiasticis Athenaeis et in ceteris scholis sacris disciplinis tradendis alacriter impenseque provecta; Conventus Marialcs multis In catholici orbis part'bus vet ex una tantum, vel ex pluribus Nationibus celebrati. Quae quidem studia pervestigationesque maiore in luce posuere in Christianae fidei deposito, Ecclesiae concredito, dogma quoque contineri Assumptionis Mariae Virginis In Caelum; ac plerumque <nde consecutae sunt postulationes, quibus ab Apostolica Sede suppliciter efflagitabatur, ut hacc veritas sollemniter definiretur.

Hoc pio certamine christifideles miro quodam modo coniuncti fuero cum suis sacris Antistitibus; qui quidem eiusdem generis petitiones, numero profecto spectabiles, ad hanc divi Petri Cathedram miserunt. Propterea, cum ad Summi Pontificatus solium evecti fuimus, supplicationes eiusmodi ad milia bene multa ex quavis terrarum orbis parte et ex quovis civium ordine, cx Dilectis nempe Filiis Nostris Sacri Collegii Cardinalibus, ex Venerabilibus fratribus Archiepiscopis ct Episcopis, ex Dioecesibus, atque ex paroeciis ad hanc Aposlolicam Sedem Iam delatae erant.

Quamobrem, duin impensas ad Deum admovimus preces, ut ad gravissimam hanc causam decernendam lumen Sancti Spiritus menti Nostrae Impertiretur, peculiares edidimus normas, quibus iusslmus ut collatis viribus severiora hac de re inirentur studia; atque interea petitiones omnes colligerentur accuratcque / perpenderentur, quae inde a Decessore Nostro fel. rec. Pio IX ad nostrausque tempora de Assumptione Beatae Marine Virginis in Caelum ad Apostolicam hanc Sedem missae fuissent ·.

Cum vero tanti momenti tantacque gravitatis causa ageretur, opportunum duximus Venerabiles omnes in

η

«CLfcm.vni. Λ

• *GaJai.,* IV. 4. ' 4/ «rparn: *B* l'ûfina
3/j'uz tu *čatitu* *S,* S/4/wï *3* wl. Typ"

Episcopatu Fratres directo atque ex auctonlatc rogare ut mentem cuiusque suam conceptis verbis Nobis aperire vellent. Quapropter diei mensis Alati, anno mdccccxxxxvi, Nostras ad eos dedimus Litteras «Deiparae \irginis Mariae», in quibus haec habebantur «An vos. Venerabiles Fratres, pro eximia vestra sapientia et prodentia censeatis: Assumptionem corpoream Beatissimae Virginis tamquam dogma *fidei* proponi et definiri posse, et an id cum ciero ct populo vestro exoptetis».

Ii autem quos «Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Del»,1 ad utramque quaestionem quod attinet, unanima fere voce assentientes responderunt. Haec «singularis catholicorum Antistitum ct fidelium conspiratio», 4 qui Dei Matris autumant corpoream in Caelum Assumptionem ut fidei dogma definiri posse, cum concordcmque Christiani populi fidem —quam idem Magisterium sustinet ac dirigit— idcirco per semet ipsam ac ratione omnino certa ab omnibusque erroribus immuni manifestat elusmodi privilegium veritatem esse a Deo revelatam in coque contentam divino deposito, quod Christus tradidit Sponsae suae fideliter custodiendum et infallibiiitcr declarandum ·. Quod profecto Ecclesiae Magisterium non quidem industria mere humana, sed praesidio Spiritus veritatis,7 atque adeo sine ullo prorsus errore, demandato sibi munere fungitur revelatas adservandi veritates omne per aevum puras et integras; quamobrem eas intaminatas tradit,
757 eisdem / adidens nihil, nihil ab Iisdem detrahens. «Neque enim —ut Condlium Vaticanum docet— Petri successoribus Spiritus Sanctus promissus est ut, eo revelante, novam doctrinam patefacerent, sed ut, eo assistente, traditam per Apostolos revelationem seu fidei depositum sancte custodirent et fideliter exponerent»1. Itaque ex ordinarii Ecdesiae Magisterii universali consensu certum ac firmum sumitur argumentum, quo comprobatur corpoream Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptionem —quam quidem, Sioad caelestem ipsam «glorificationem» virginalis corporis mae Dei Matris, nulla humanae mentis facultas naturalibus suis viribus cognoscere poterat— veritatem esse a Deo revelatam, ideoque ab omnibus Ecclesiae filiis firmiter fideliterque credendam. Nam, ut idem Concilium Vaticanum asseverat: «Fide divina et catholica ea omnia credenda sunt, quae in verbo Dei scripto vel tradito continentur, et ab Ecclesia sive sollemni iudiclo, sive ordinario et universali Magisterio tamquam divinitus revelata credenda proponuntur»·.

Communis huius fidei Ecclesiae varia inde a remotis temporibus per saeculorum decursum manifestantur testimonia, indicia atque vestigia; eademque fides luculentiore in dies lumine panditur.

Siquidem christifldeles, suorum Pastorum institutione ac ductu, a Sacris Litteris didicere Virginem Mariam, per terrestrem suam peregrinationem, vitam egisse sollicitudinibus, angustiis, doloribus affectam; ac praeterea id evenisse, quod sanctissimus senex Simeon cecinerat, acutissimum nempe gladium cor eius transverberasse ad Divini sui Nati crucem nostrique Redemptoris. Parique modo haud difficile iisdem fuit assentiri magnam etiam Dei Matrem, quemadmodum iam Unigenam suum, ex hac vita decessisse. Hoc tamen minime prohibuit quominus palam crederent ac profiterentur sacrum eius corpus sepulcri corruptioni obnoxium fuisse numquam, numquam augustum illud Divini Verbi tabernaculum in tabem, in
753 cinerem re solutum fuisse. Quin immo, divina collustrati gratia pietateque erga eam permoli, quae Dei Parens est tuavissimaque Mater nostra, clariore cotidie luce mirabilem illam privilegiorum concordiam ac cohaerentiam contemplati sunt, quae Provldentlssimus Deus almae huic Redemptoris nostri sociae impertit, ct quae talem attigere celsissimum verticem, qualem praeter ipsam nemo a Deo creatus, excepta humana lesu Christi natura, assecutus est umquam.

Hanc eamdem fidem innumera illa templa manifesto testantur, quae in honorem Mariae Virginis Caelo receptae Deo dicata fuere; itemque sacrae illae imagines inibi chrirtlfidellum venerationi propositae, quae singularem eiusmodl Beatae Virginis triumphum ante omnium oculos efferunt. Urbes praeterea, dioeceses ac regiones peculiari tutelae ac patrocinio Deiparae Virginis ad Caelum evectae fuere concreditae; parique modo religiosa Instituta, probante Ecclesia, excitata sunt, quae quidem ex elusmodi privilegio nomen accipiunt. Neque silentio praetereundum est in mariai! rosario, cuius recitationem Apostolica haec Sedes tantopere commendat, unum haberi mysterium, piae meditationi propositum, quod, ut omnes norunt, dc Assumptione agit Beatae Virginis in Caelum.

Universali autem ac splendidiore modo haec sacrorun Pastorum ac christlfidelium fides tum manifestatur, con inde nb antiquis temporibus in Orientis cl in Occidenth regionibus Hlurgica sollemnia hac de causa celebrantor, hinc enim Sancti Ecclesiae Patres atque Doctores luccn haurire numquam praetermisere, quandoquidem, ut omnibus in comperto est, sacra Liturgia, «cum sit etiam veritatum caelestium professio, quae supremo Ecclesia Magisterio subicitur. argumenta ac testimonia suppeditare potest, non parvi quidem momenti, ad peculiare decernendum Christianae doctrinae caput»10.

In liturgicis libris, qui festum referunt vel *Dormitionis,* vel *Assumptionis Sanctae Mariae,* dictiones habentur, qua> concordi quodam modo testantur, cum Deipara Virgo ex hoc ter.restri exsilio ad superna pertransiit, sacro Hqi - corpori ex Providentis Dei consilio ea contigisse, quae cum Incarnati Verbi Matris dignitate consentanea essent cura ceterisquc privilegiis eidem impertilis. Haec, ut pruechro utamur exemplo, in *Sacramentario* asseverantur, quod Decessor Noster imm. mem. Hadrianus I ad Imperatorem misit Corolum Magnum. In eo enim haec habentur «Veneranda nobis, Domine, huius est dici festivitas, in qua sancta Dei Genitrix mortem subiit temporalem, nec tamen mortli nexibus deprimi potuit, quae Filium tuum Dominum nostrum de se genuit incarnatum» 11.

Quod vero heic verborum illa temperantia Indicatur, qua Romana Liturgis uti solet, in ceteris vel orientalis, vel occidentalis antiquae Liturgiac voluminibus luculentius ac fusius declaratur. *Sacramcntarium Gallicanum,* ut unum In exemplum afferamus, hoc Mariae privilegium dicit •inexplicabile sacramentum, tanto magis pracconabilc, quanto est inter homines assumptione Virginis singulare». Atque in Byzantina Liturgia corporea Mariae Virginis Assumptio non modo cum Dei Matris dignitate etiam atune etiam conectitur, sed cum aliis quoque privilegiis, pccufbrique ratione cum virginea eius matemitate, singulari Providentis Dei consilio praestituta: «Tibi rex rerum omnium Deus ea. quae supra naturam sunt, tribuit; sicol enim in partu te virginem custodivit, sic et in sepulcro corpus tuum Incorruptum servavit, ct per divinam trans lationem conglorificavit» xt.

Quod autem Apostolica Sedes, quae muneris est heres. Apostolorum Principi concrediti, in fide confirmandi fratres, 13 sollemniorem in dies auctoritate sua elusmodi celebrationem reddidit, id profecto studiosam christlfidelium mentem efficaciter permovit ad magis cotidie magisque huius commemorati mysterii gravitatem considerandam. Itaque Assumptionis festum ex illo honoris gradu, quem
7V in ceteris Marialibus celebrationi/bus inde ab Initio obtinuerat, ad sollemniorum celebrationum ordinem totius Iiturgici cycli evectum fuit. Ac Decessor Noster S. Sergius I. cum Litaniam seu Processionem Stationalem, quae dicitur, in quattuor Marialibus celebrationibus habendas praescriberet, una simul festum *Nativitatis, Annuntiationis, Puri/icationis* ac *Dormitionis* Mariae Virginis enumerat11. Deinceps vero S. Leo IV festum, quod iam titulo Assumptionis Beatae Genetricis Dei celebrabatur, sollemniore etiam modo recolendum curavit, cum pervigilium ante habendum iuberct, postea vero suppficatlones In octavum diem; atque ipsemet, hanc opportunitatem libenter naclus. ingenti stipatus multitudine sollemnes elusmodi celebrationes participare voluit14. Ac praeterea pridie huius diei sacrum habendum ieiunium iam antiquitus fuisse praeceptum, ex lis omnino patet, quae Decessor Noster S. Nicolaus I testatur, cum dc praecipuis ieiunils agit, «quae... sancta Romana suscepit antiquitus el tenet Ecclesia·14.

Quandoquidem vero Ecclesiae Liturgia catholicam non gignit fidem, sed eam potius consequitur, ex eaque, ut cx arbore fructus, sacri cultus ritus proferuntur, idcirco Sancti Patres magnique Doctores in homiliis orationibusque. quas hoc festo dic ad populum habuere, non hinc veluti ex primo fonte, elusmodi doctrinam hauserunt, sed de ea potius, utpotc christifidelibus iam nota atque accepta, locuti sunt; eamdem luculentius declararunt; eius sensum atque rem altioribus rationibus proposuere, id praesertim in clariore collocantes luce, quod iiturgici libri saepenumero presse breviterque attigerant: hoc nempe festo non solummodo Beatae \irginis Mariae nullam habitam esse examinis corporis corruptionem commemorari, sed eius etiam ex morte deportatum triumphum, eiusque caelestem «glorificationem», ad Unigenae sui exemplum lesu ÎCI Christi.

Itaque S. loannes Deinascenus, qui prae ceteris eximius

cap. j. ‘‘ Litt. Eue. ***Mtdiatar Dti, A, A. S.,*** \χΛ XXXIX, p. 541. [LE l'XiîJ, u SocrMoOinum ‘» .Urxozi ΙαΟ₀λ dimt. ‘‘CL Lee, XXII. ji. »· Liber * Ibed. »· ***Rnfwiia XiccLti Papal I*** ₩lcsu

traditae huius veritatis praeco exstat, corpoream almae Del Matris Assumptionem cum aliis eius dotibus ac privilegiis comparans, haec vehementi eloquentia edicit: «Oportebat eam. quae in partu illaesam servaverat virginitatem. suum corpus sine ulla corruptione etiam post mortem conservare. Oportebat eam. quae Creatorem ut puerum In sinu gestaverat, in divinis tabernaculis commorari. Oportebat sponsam, quam Pater desponsaverat, in thalamis caelestibus habitare. Oportebat eam, quae Filium wum In cruce conspexerat, ct. quem pariendo effugerat doloris gladium, pectore exceperat, ipsum Patri considentem contemplari. Oportebat Dei Matrem ea, quae RUI sunt, possidere ct ob omni creatura tamquam Del Matrem et ancillam excoli»17.

Haec quidem S. loannls Damasceni vox aliorum vocibus, eamdem asseverantium doctrinam, fideliter respondet. Etenim haud minus clarae accuratacquc dictiones In orationibus Illis Inveniuntur, quas vel superioris vel eiusdem aevi Patres, per occasionem plerumque huius festi, habuere. Itaque, ut aliis utamur exemplis, S. Germanus Constuntlnopolitanus corpus Deiparae virginis Mariae incorruptum luisse et ad Caelum evectum non modo cum divina cius matemitate consentaneum putabat, sed etiam cum peculiari sanctitate eiusdem virginalis corporis: «Tu, secundum quod scriptum est, 'in pulchritudine' appares; ct corpus tuum virginale totum sanctum est, totum castum, totum Del domicilium; Ita ut ex hoc etiam a resolutione In pulverem deinceps sit alienum; immutatum quidem, quatenus humanum, ad excelsam Incorruptibilitatis vitam; idem vero vivum atque praeglorlosum, incolume atque perfectae vitae particeps»'8. Alius vero antiquissimus scriptor asseverat: «Igitur ut gloriosissima Mater Christi Salvatoris nostri Dei, vitae ct immortalitatis largitoris, ab ipso vivificatur, in/aeternum concorporea in
70 incorruptibilitate, qui illam a sepulcro suscitavit ct ad «ipsum assumpsit, ut ipse solus novit»1®.

Cum autem hoc liturgicum festum latius in dies impensioreque pietate celebraretur, Ecclesiae Antistites ac sacri oratores, crebriore usque numero, officii sui esse duxerunt aperte ac nitide explanare mysterium, quod eodem hoc festo recolitur, atque edicere illud esse cum ceteris revelatis veritatibus coniunctissimum.

In scholasticis theologis non defuere qui, cum in veritates divinitus revelatas altius introspicere vellent, atque illum praebere cuperent concentum, qui inter rationem theologicam, quae dicitur, ac catholicam intercedit fidem, animadvertendum putarent hoc Mariae Virginis Assumptionis privilegium cum divinis veritatibus miro quodam modo concordare, per Sacras Litteras nobis traditis.

Cum hinc ratiocinando proficiscerentur, varia protulere argumenta, quibus mariale elusmodi privilegium illustrarent, quorum quidem argumentorum quasi primum elementum hoc esse asseverabant, lesum Christum nempe, pro sua erga Matrem pietate, eam voluisse ad Caelum assumptam; corumdem vero argumentorum vim incomparabili inniti dignitate cius divinae matemitatis atque etiam eorum omnium munerum, quae eam consequuntur; quae quidem sunt Insignis eius sanctitas, omnium hominum angelorumque sanctitudinem exsuperans; intima Mariae com Filio suo coniunctio; ac praecipuae illius dilectionis affectus, qua Filius dignissimam Matrem suam prosequebatur.

Ac saepenumero theologi occurrunt oraloresque sacri, 3ui Sanctorum Patrum vestigiis insistentes,40 ut suam lustrent Assumptionis fidem, quadam usi libertate, eventas ac verba referunt, quae a Sacris Litteris mutuantur,
îü Itaque, ut non/nulla tantum memoremus, quae hac de re saepius usurpantur, sunt qui Psaltae sententiam inducant: «Sarge, Domine, in requiem tuam, tu et Arca sanctificationis tuae»;41 atque *Arcani foederis,* incorruptibili ligno instructam atque in Dei templo positam, quasi imaginem cernant purissimi Mariae Virginis corporis, ab omni sepulcri corruptione servati immunis, atque ad tantam In Caelo gloriam evecti. Parique modo, hac de re agentes, Reginam describunt in regiam Caelorum aulam per triumpharo ingredientem ac dextero Divini Redemptoris assidentem lateri;11 itemque Canticorum Sponsam inducunt, «quae ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrae ct thuris», ut corona redimiatur24. Quae auidein ab iisdcm vcluti imagines proponuntur caelestis alius Reginae, caelcstisquc Sponsae, quae una cum Divino Sponso ad Caelorum aulam evehitur.

Ac praeterea scholastici doctores non modo in variis veteris Testamenti figuris, sed in illa etiam Muliere amicta sole, quam loannes Apostolus in insula Patmo 14 contemplatus est, Assumptionem Deiparae Virginis significatam viderunt. Item ex Novi Testamenti locis haec verba peculiari cura considerationi proposuere suae: «Ave, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus»84, cum in Assumptionis mysterio complementum cernerent plenissimae illius gratiae, Beatae Virgini impertitae, singularemque benedictionem maled'cUonf Hevae adversantem.

Eam ob rem, sub Scholasticae Theologiae initio vir piissiinus Amadeus Lausannensis Episcopus affirmat Mariae Virginis carnem incorruptam permansisse; —neque enim credi fas est corpus eius vidisse corruptionem— cum revera animae suae iterum coniunctum fuerit, atque una cum ea in caelesti aula excelsa redimitum gloria. «Erat namque plena gratia ct / in mulieribus benedicta (Luc., I, 28). Deum verum de Deo vero sola meruit concipere, quem virgo peperit, virgo lactavit, fovens in gremio, eique in omnibus almo ministravit obsequio»2:*

In sacris vero scriptoribus, qui eo tempore Divinarum Litterarum sententiis variisque similitudinibus seu analogiis usi, Assumptionis doctrinam, quae pie credebatur, illustrarunt ac confirmarunt, peculiarem locum obtinet Doctor Evangelicus S. Antonius Patavinus. Is enim, festo Assumptionis dic. haec Isaiae prophetae verba Interpretatus: «locum pedum meorum glorificabo», 27 modo certo asseveravit a Divino Redemptore Matrem suam dilectissimam, ex qua humanam sumpserat carnem, summa ornatam fuisse gloria. «Per hoc aperte habes —ita ait— quod Beata Virgo in corpore, quo fuit locus pedum Domini, est assumpta». Quamobrem sacer Psaltes scribit: «Exsurge, Domine, in requiem tuam, tu et Arca sanctificationis tuae». Quemadmodum, ita ipse asserit, lesus Christus ex triumphata morte resurrexit atque ad dexteram sui Patris ascendit, ita pariter «surrexit et Arca sanctificationis suae, cum in hac die Virgo Mater ad acthereum thalamum est assumpta» 29.

Cum autem, media aetate, Theologia Scholastica maxime floreret, S. Albertus Magnus, variis ad rem probandam collatis argumentis, quae vel Sacris Litteris, vel sententiis a maioribus traditis, vel denique Liturgia rationeque theologica, quae dicitur, innituntur, ita concludit: «His rationibus et auctoritatibus et multis aliis manifestum est, quod Beatissima Dei Mater in corpore et anima super choros Angelorum est assumpta. Et hoc modis omnibus credimus esse verum»23. In oratione vero, truam die Annunciation! sacro Beatae Mariae Virginis habuit, haec Angeli salutantis verba explanans: «Ave, gratia plena...»,/Doctor Universalis, dum Hevae Sanctissimam virginem comparat, hanc clare s;gnificantcrque asseverat quadruplici illa maledictione fuisse immunem, cui Hcva obnoxia fuit

Doctor Angelicus, insignis magistri sui vestigia premens, quamvis dedita opera elusmodi quaestionem numquam agitaverit, quotiescumque tamen per occasionem eam attingit, una cum Catholica Ecclesia constanter retinet cum Mariae anima cius corpus in Caelum fuisse assumptum41.

Eamdem sententiam amplectitur, in multis aliis, Doctor Seraphicus, qui quidem pro certo omnino habet, quemadmodum Deus Mariam Sanctissimam, sive concipientem, sive parientem, virginalis pudoris virginalisque integritatis violatione immunem servavit, sic minime permisisse ut eius corpus in tabem, in cinerem resolveretur41. Haec Sacrae Scripturae verba interpretans, eademque sensu quodam accommodato Beatae Virgini tribuens: «Quae est ista, quae ascendit de deserto, deliciis affuens, innixa super dilectum suum»,44 ita arguit: «Et hinc constare potest quod corporaliter ibi est... Cum enim... beatitudo non esset consummata nisi personaliter ibi esset, et persona non sit anima, sed coniunctum, patet quod secundum coniunctum, Id est corpus et animam, ibi est: alioquin consummatam non haberet fruitionem»44.

11 ***Apec.,*** XII. i sq. "'Lee., I. sS. ‘‘Amkdivs Lav^kmkbmuI· Dr HmUr Γΐτρβύ ***obitu,*** ⅜ut«mpCw ù» Γαλ'μ·», ***esaliaiume ad Fùu dexteram.*** ·» K. LX, 13. ··&. Axtonivs Patav^ SrrwKmrs ***AemimcoUa et*** m ***In Assumptions S. Monae*** Ftrpmf xrrwo ··$. Aunttv. Magxci. ***Monde*** nce çtMrrfionri iwftr «.Vïtntl ***ni·,*** Q- xjî. '* Idecn. S.-wv-w» 0/ ***sanctis,*** termo XV: ***In Annuntiatione B Manae; cl.*** etiosi MaruiL·. q. itf. 11 CL Su»n«a3 TAroL, III, q. 27. x X β ibid., q. S3. :* 5 ad S; ***Etponîw*** o'w-***iolionis an^eiicac; In*** symA. .<policier»·»« rxpcrUx·, art. J; ***In IV Sent-,*** D. it, q. x, art. 3. sol. 3: D. 43, q. x, art. 3. soi. 1 el a. M Cf. S. Bo» κνχχτνκ», ***D:*** iVaJmix.'/ ***B. Marioe Virginis,*** sernw 3. ‘‘Cm/., VIII, 5. MS Bcma·

U ***Bdgtnrwn.*** >» S. Iokm. Damaac.. ***Encomium in dormitionem Dei Geniirim temferpu Virginis Manae,*** bom. H, X4. CL etiam ibid., n. 3. * S. Gemm. Cwn, /< ***Sancias Dei Genitricis Dormitionem,*** termo I. '· ***Encomium in Dcrmi^nem Sanciittimae Dominae naîtras Deiparae semperjue Virginis Uirue*** (S. Modesto Hκτοβοϊ. attributura), n. 14. ·· Cf. S. Ioan Damasc., ***[κ ww i in Dormitionem Dei Genitricis semperque Virginis Mariae,*** bom. II, IΓ, ***Encomium*** in ***Dormtlxmem*** (S. Modesto HicrosoL attributum). 11Λ. ***CXXXI*** 8. ***nPi. XUV,*** xo. 14 x6. M ***Cani.*** III, 6; cf. IV. 8; VI. 9.

Sera autem Scholasticae Theologiae aetate, hoc est saeculo xv, S. Bernardlnus Senensis ea omnia, quae medii aevi theologi hac super causa edixerant ac disceptaverant, summatlm colligens ac diligenter retractans, non satis habuit praecipuas eorum referre considerationes, quas superioris temporis doctores iam proposuerant, sed alias etiam adieclL Similitudo nempe divinae Matris divinique
766 Filii, ad animi corporisque nobilitatem dlgnitatcmquc quod attinet —ob quam quidem similitudinem ne cogitare quidem possumus caelestem Reginam a caelesti Rege separari— omnino postulat ut Maria «esse non *debeat,* nisi ubi est Christus»;44 ac praeterea rationi congruens ct consentaneum est, quemadmodum hominis, ita etiam mulieris animam ac corpus sempiternam lam gloriam in Caelo assecuta esse; ac denique Idcirco quod numquam Ecclesia Beatae Virginis exuvias requlslvlt ac populi cultui proposuit, argumentum praebetur, quod «quasi sensibile experimentum»44 referri potesL

Recentloribus vero temporibus, quas supra rettulimus, Sanctorum Patrum Doctorumque sententiae communi in usu fuere. Consensum Christianorum amplectens, a superioribus aetatibus traditum, S. Robertus Bellarminus exclamavit: «Et quis, obsecro, credere posset, aream sanctitatis, domicilium Verbi, templum Spiritus Sancti corruisse? Exhorret plane animus meus vel cogitare carnem Illam virgineam, quae Deum genuit, peperit, aluit, gestavit, vel in cinerem esse conversam, vel in escam vermibus traditam» n.

Parique modo S. Franciscos Salesius, postquam asseveravit dubitare fas non esse lesum Christum perfectissimo modo divinum mandatum, quo filii iubentur proprios honorare parentes, ad rem deduxisse hanc sibi quaestionem proponit «Quinam filius, sl posset, matrem suam ad vitam non revocaret, atmie eam post mortem in Paradisum non adduceret?»Ac b. Alfonsus scribit «lesus Mariae corpus post mortem corrumpi noluit cum In suum dedecus redundaret virginalem eius carnem in tabem redigi, ex qua suam ipsemet carnem assumpserat»n.

Cum vero mysterium, quod hoc festo celebratur, lam
767 in sua/luce positum esset haud defuere doctores, qui, potius quam de theologicis argumentis agerent quibus demonstraretur conveniens omnino ac consentaneum esse corpoream credere Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptionem, mentem animumque suum ad ipsam converterent Ecclesiae fidem, mysticae Christi Sponsae non habentis maculam aut rugam « quae quidem ab Apostolo nuncupatur «columna et firmamentum veritatis»;44 atque communi hac fide innixi, contrariam sententiam temerariam putarent, ne dicamus haereticam. Siquidem, ut alii non pauci, S. Petrus Canlsius» postquam declaravit ipsum Assumptionis vocabulum non modo animae, sed corporis etiam «glorificationem» siçniflcare, atque Ecclesiam multis lam saeculis hoc mariale Assumptionis mysterium venerari ac celebrare sollemniter, haec animadvertit: «Quae sententia iam saeculis aliquot obtinet, ac piorum animis infixa totlque Ecclesiae sic commendata est ut qui Mariae corpus in Caelum negant assumptum ne patienter quidem audiantur, sed vdut nimium contentiosi, aut prorsus temerarii, et haeretico magis quam catholico spiritu imbuti homines passim exsibilentur» °.

Eodem tempore Doctor Eximius, cum hanc de mariologia profiteretur normam, nempe «mysteria gratiae, quae Deus In Virgine operatus est, non esse ordinariis legibus metienda, sed divina omnipotentia, supposita rei decentia, absque ulla Scripturarum contradictione aut repugnantia», u universae Ecclesiae communi fretus fide, ad Assumptionis mysterium quod attinet, concludere poterat hoc Idem mysterium eadem animi firmitate credendum esse, ac Immaculatam Conceptionem B. Virginis; iamque tum autumabat veritates eiusmodi definiri posse.

Haec omnia Sanctorum Patrum ac theologorum argumenta conslderationesque Sacris Litteris, tamquam ultimo fundamento, nituntur, quae quidem almam bel Matrem
768 nobis veluti ; ante oculos proponunt divino Filio suo conlunctisslmam, eiusque semper participantem sortem. Quamobrem quasi impossibile videtur eam cernere, quae Christum concepit, peperit, suo lacte aluit, cumque inter ulnas habuit peclorique obstrinxit suo, ab eodem post terrestrem hanc vitam, etsi non anima, corpore tamen separatam. Cum Redemptor noster Marine Filius sit, hac.j poterat profecto, utpote divinae legis observator perfectissimus, praeter Aeternum Patrem, Matrem quoque suam dilectissimam non honorare. Atqui, cum eam posset tam magno honore exornare, ut eam a sepulcri corruptior servaret incolumem, id reapse fecisse credendum esL

Maxime autem Illud memorandam est, Inde a sacculo», Mariam Virginem a Sanctis Patribus veluti novam Hevtn proponi novo Adae, etsi sublectam, arctissime coniundam in certamine Illo adversus Inferorum hostem, quod, quemadmodum In protocvangcllo 44 praesignificatur, ad plenissimam deventurum erat victoriam de peccato ac de morte, quae semper in gentium Apostoli scriptis Inter w copulantur u. Quamobrcm, sicut gloriosa Christi anastasis essentialis pars fuit ac postremum huius victoriae tropaeum. Ita Beatae Virginis commune cum Filio suo certamen virginei corporis «glorificatione» concludendum erat; ut enim Idem Apostolus ait, «cum... mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: abwrpU est mors in victoria» *.

Idcirco augusta Dei Mater, lesu Christo, Inde ab omd aeternitate» «uno codemque decreto»47 praedestinationis, arcano modo conluncta, immaculata in suo conceptu. In divina maternltate sua integerrima virgo, generosa Divini Redemptoris socia, qui plenum de peccato eiusque consectariis deportavit triumphum. Id tandem assecuta esL quasi supremam suorum privilegiorum coronam, ut a sepulcri corruptione servaretur Immunis» utque» quemadmodum lam Filius suus, devicta morte, corpore/el anima ad supernam Caeli gloriam eveheretur, ubi Regina refulgeret ad eiusdem sui Filii dexteram, immortalis saeculorum

Quoniam igitur univorsa Ecclesia, in qua viget Veritatis Spiritus, qui quidem eam ad revelatorum perficiendam veritatum cognitionem infallibiiiter dirigit, multipliciter per saeculorum decursum suam fidem manifestavit, et quoniam universi terrarum orbis Episcopi prope unanima consensione petunt, ut tamquam divinae ct catholicae fidei dogma definiatur veritas corporeae Assumptionis Beatissimae Virginis Mariae in Caelum —quae veritas Sacris Litteris innititur, christifidclium animis penitus est Insita, ecclesiastico cultu inde ab antiquissimis temporibus comprobata, ceteris revelatis veritatibus summe consona, theologorum studio, scientia ac sapientia splendide explicata et declarata— momentum Providentis Dei consilio praestitutum iam advenisse putamus, quo insigne eiusmodi Mariae Virginis privilegium sollemniter renuntiemus.

Nos, qui Pontificatum Nostrum peculiari Sanctissimae Virginis patrocinio concredidimus, ad quam quidem in tol tristissimarum rerum vicibus confugimus, Nos, qui Immaculato eius Cordi universum hominum genus publico ritu sacravimus, eiusque praesidium validissimum iterum atque iterum experti sumus, fore omnino confidimus ut sollemnis haec Assumptionis pronuntiatio ac definitio haud {>anim ad humanae consortionis profectum conferat, cum n Sanctissimae Trinitatis gloriam vertat, cui Deipara Virgo singularibus devincitur vinculis. Futurum enim sperandum est ut christifideles omnes ad impensiorem erga caelestem Matrem pietatem excitentur; utque eorum omnium animi, qui Christiano gloriantur nomine, ad desiderium moveantur Mystici lesu Christi Corporis participandae unitatis, suique erga illam augendi amoris, quae in omnia eiusdem augusti Corporis membra maternum gerit animum. Itemque sperandum est ut gloriosa medltantlbus Mariae exempla magis magisque persuasum sit quintum valeat hominum vita, / si Caelestis Patris voluntati exsequendae omnino sit dedita ac ceterorum omnium procurando bono; ut, dum «materialism!» commenta et quae inde oritur morum corruptio, virtutis lumina submergere minantur, hominumque, excitatis dimicationibus, perdere vitas, praeclarissimo hoc modo ante omnium oculos plena in luce ponatur ad quam excelsam metam animus corpusque nostrum destinentur, ut denique fides corporeae Assum-?itionis Mariae in Caelum nostrae etiam resurrectionis idem firmiorem efficiat, actuosiorem reddat.

Quod autem hoc sollemne eventum in Sacrum, qui vertitur, Annum Providentis Dei consilio incidit. Nobis laetissimum est; Ita eniin Nobis licet, dum lubilaeuin Maximum celebratur, fulgenti hac gemma Deiparae Virginis frontem exornare, ac monumentum relinquere acre perennius incensissimae Nostrae in Dei Matrem pietatis.

Quapropter, postquam supplices etiam atque etiam ad Deum admovimus preces, ac Veritatis Spiritus lumen invocavimus, ad Omnipotentis Dei gloriam, qui peculiarem

·· Gn« 111, 15. ‘‘ Cf. R>-«, cap. V et VI; *I Cor.*y XV. 2T-26; 54.57. ‘‘1 Cor., XV, 54. ·» Bulla Inz/fjhiJù *Dm,* x. c., p. 599. ·· CL *1* Γυ·., I, 17,

benevolentiam suam Mariae Virgini dilargitus est, ad sui Filii honorem, immortalis saeculorum Regis ac peccati mortisque victoris, ad eiusdem augustae Matris augendam gloriam ct ad totius Ecclesiae gaudium exsultationcmquc, ancloritate Domini Nostri lesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra pronuntiamus, declaramus et definimus divinitus revelatum dogma esse: Immaculatam Deiparam semper Virginem Mariam, expleto terreitris vitae cursu, fuisse corpore et anima ad caelestem gloriam assumptam.

Quamobrem, si quis, quod Deus avertat, Id vel negare, vel In dubium vocare voluntarie ausus fuerit, quod a Nobis definitum est, nos'crit se a divina ac catholica fide prorsus defecisse.

Ut autem ad universalis Ecclesiae notitiam haec Nostra corporeae Marine Virginis in Caelum Assumptionis definitio deducatur, has Apostolicas Nostras Litteras ad perpetuam nd memoriam exstare voluimus; mandantes ut harum -I transum/ptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastici dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ab omnibus habeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Nulli ergo hominum liceat paginam hanc Nostrae dechnitionis, pronuntiationis ac definitionis infringere, vel d ausu temerario adversari et contraire. Si quis autem boc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri ct Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae, apud S. Petrum anno lubilael Maximi millesimo nongentesimo quinquagesimo, die prima mensis Novembris, in festo omnium Sanctorum, Pontificatus Nostri anno duodecimo.—Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus, ita deiiniendo subscript. Ego Franciscus Episcopus Ostiensis et Tusculanus Cardinalis Marchetti Selvaggiani, S. Collegii Decanus. *[Sequuntur aliae subsiçVidiona|.*

2159

1950 NOV 1.-SC STUD., DECR. AAS 43 (1951) 495

PORTALEGREN. in BRASILIA

Universitas studiorum catholica portalegrensis in **BRASILIA ERIGITUR**

Tot inter sollicitudines hoc in primis Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus perpetuo curat ut salutaria sapientiae atque virtutis germina, teneris adolescentium mentibus Inserta, lectissimam subolem praeparent, bonarum frugum probRatis doctrinaeque feracem. Libenter ergo eadem Sacra Congregatio novit religiosos viros Instituti Fratrum Maristarum anno Domini 1931 in Portalegrensi Brasiliae Urbe scholas superiorum studiorum iuvenibus aperuisse, ultimis vero hisce annis tres academics Facultates constituisse, quas publica civilis Auctoritas approbatione munivit.

Cum Exctfius P. D. Archieplscopus Portalegrensis supplices preces nuper porrexerit ut Universitas canonice erigeretur, haec Sacra Congregatio accurate perpendit Statuta sibi diligenter sublecta normasque quibus cathedrae singularum Facultatum reguntur, omniaque vidit bene disposita esse ad propositum finem assequendum Christianae Juventutis rite instituendae educandaeque.

Pro suo Igitur munere infrascriptus Cardinalis Praefectus huius Sacrae Congregationis rem Summo Pontifici ia Audientia retulit, qui votis expressis benigne obsecundare dignatus est.

Quapropter haec eadem Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus, auctoritate a Siiio D. N. Pio Dlv. Prov. PP, XII sibi collata, has academicas Facultates cum adnexis scholis a Fratribus Maristis Portalegriae conditas in *Catholicam Universitatem* erigit atque eam erectam declarat, titulo Pontificio insignitam, cum omnihu iuribus, officiis et privilegiis quae ad huiusmodi Initituta perlinent, dummodo fideliter serventur quae tum peculiaribus legibus praescribuntur; contrariis quibuslibet chime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Calllsti, die 1 mensis Snembrli, In festo Omnium Sanctorum, dogmaticae definitioni B. Mariae Virginis in caelum Assumptae sacro, lubilael MCMl.—I. Card. Pizzardo, Ep. Alban., froe/. C. Confalonieri, Archiep. Nicopolit., *a Secretis,*

21G0

1950 NOV 1.-SC STUDIORUM, NORMAE. PART.·

Normae servandae a sacerdotibus in pont, athenaea ROMANA, STUDIORUM CAUSA, MISSIS

Normae per i sacerdoti inoiati ai Pontifici Atenei Romani

1. Nessun Sacerdote puô dimorare in Roma per regioni di studio, se non è ospile in uno dei Seminari o Collegi o Convitti Ecclesiastici riconosciuti da questo Sacro Dicastero.

2. Gli Ordinari, prima di permettere che i Sacerdoti della loro Diocesi si rechlno a Roma per regioni di studio, si assicurino che questi possano essere ospitati in uno di tali IstitutL A questo scopo abbiano cura di rivolgere direttamente domanda, In tempo utile, al Superiore deiristituto presso il quale desiderano che i loro Sacerdoti slano ospitati, e ne nttendano la rispota prima di concedere il peruiesso di assentarsl dalla Diocesi per rccarsi a Roma.

3. Gli Ordinari sono pregati di assicurarsl che i suddetti Sacerdoti dispongano di mezzl sufficienti a sostenere le spese occorrenti per la loro permanenza in Roma, c di clô diano garanzia nclla domanda di cui sopre.

4. I medesimi Sacerdoti dovranno essere muniti dei «discessit» dei proprio Ordinario, che presenteranno al Superiore deiristituto chc li ha accettati. Si prowederanno pol dei prescritto «celebret» dei Vicariato di Roma.

5. Lc domande di iscrizione aile Facoltà degli Atenei Pontifici debbono essere presentate, in tempo, alie rispettive Segrctcrie, direttamente, senza l'intervento di questo Sacro Dicastero.

6. Tali domande dovranno essere accompagnate da un documento dei Superiore deiristituto presso cm lo studente prende dimora, nei quale si dichiari che l'alunno stesso vi è accolto con esplicito permesso dei suo Ordinario.

7. 11 medesimo Superiore comunichcrà alla Sacra Congregazione nome e cognome dei Sacerdoti ospitati nei suo Istituto per regioni di studio, con i'indicazione della Diocesi alla quale appartengono, dell'Atcnco c delle Facoltà a cui sono iscritti e della classe che frequentano.

Alla chiusura dcll'anno scolastico riferirà al rispettivo Ordinario sui profitto negli studi dei singoli studenti e sulla loro condotta morale ed ecclesiastica.

Evidentemcnte le norme, di cui agli arlicoli 1, 2, 3, valgono anche per i Seminarist!, i quali perô possono essere ospitati soltanto nei Seminari o Collegi Ecclesiastici aventi come fine proprio e diretto la formazione del Clero.

Roma, Ognissanti dei 1950.—*Il Prejello:* Giuseppe Card. PizzARDO. *Il Segrctario:* Carlo Confalonieri.

♦ Ordinariis locorum Italiae, Prot. N. 1545,50/1: ME 76 (1951)464-465. Ada. A. ROMEO in ME 76 (1951) 4Ô8-457.

2161

1950 NOV 1.-SC STUDIORUM, NORMAE. PART.·

Normae servandae a clericis qui universitates status CIVILIS FREQUENTARE INTENDUNT

Norme per gli ecclesiastici che si iscrivono aile Università stalali

1. Gli Ecclesiastici chc, col permesso esplicito del loro Ordinario, intendono complere in Italia gli Studi unlversitari debbono iscrivcrsi nelle Facoltà dcITUniversità Cattollca del Sacro Cuore quando la disciplina prescclta è fra quelle che vengono in essa insegnate.

2. Quando FOrdinorio dispone che un Suo Sacerdote compia Studi superiori che presso Γ Università Cattollca del S. Cuore non hanno corrispondcntc Facoltà, Egli puô libcramente autorizzarne I'iscrizione nd una Università statute cspressamenle determinata, previe le provvidenze opportune a salvaguardorc il bene spirituale dcU'alunno.

3. Se per gravi motivi Γ Ordinario non fosse in grado di osservare it disposto del primo numero di queste Norme, non potrù permettere l'iscrizione a qualsiasl Univendtà statate se non dopo aver ottenuto, caso per caso, speciale induito da questa Sacra Congregazione.

•L Nessun Ecclesiastico potrà essere inviato a tali University se non è già Sacerdote, se non ha compluto lodevolmenle il regolare corso di studi filosofico-teologlco, se non è fomito di porticolari doti d'ingegno e di volontù. se, soprattutto, non possieda in grado distinto lo splrito di pictà e le virtü proprie dolio stato ecclesiastico.

5. Gli Ordinari, neU'Inviare I loro Sacerdoti alte Universi tà, abbiano come scopo quello di provvedere alie nrcessità e utilità delte proprie Diocesi.

6. I Sacerdoti che frequentano FUnlversità dovranno dimornre. durante il periodo degli studi in un Convitto Ecclesiastico o In una casa Religiosa debltnmente autorixiatl. o.

in manGinza dell' uno c dell' altra, nrcsso qualehc buon Sacerdote designato daΠ'Ordinario dei luogo,

7. .Se l'Vnlversitâ è Inori dclla propria Diocesi. l'Ordinario raccomandcrâ il suo Sacerdote αΐ̈ λescovo dei luogo. coi quale prenderà gU opportuni accord! per Ia dimora. Il Sacerdote studente d presenter^ al Vescovo delta Diocesi ove ha sede l'Uniwsitâ e sarà a lui soggetto. oltre che al proprio Ordinario, durante la sua permanent nella Diocesi stessa.

8.I Sacerdoti studenti non sono affatto esentati dagli esaml prescritti dal Codice dl Diritto Canonico (can. 130 e 590).

9. Gli Ordinari procnreranno che durante gli studi gli Eccieitaslki universitari non solo non trascurino le pratiche dl picta, nu IntentiGchino la loro sita spirituale, anche In vista dei maggiori pericoll cui sono cspostL

10. J Vescor! di Diocesi In cui si trovano Université eurino dl htitufre, «nando riesca loro possibile, un'Associazione per gli Universitari Ecclesiastici, anldando ad un Sacerdote partlcolarmente idoneo TuUicio di Assistente e promovendo opportune adunanze di caratiere religioso e scicnliftco,

IL I Sacerdoti studenti non daranno Il proprio nome ad associazioni studentesehe; eviteranno altresl di prendere parte a drcoll e manifestaxloni che siano in contristo con la dignité sacerdotale.

12. Qualora un Sacerdote, nonostante le cautele su accennate, tenesse una condotta aliena daUo spirito ecclesiastico, sarit cura dei suo Vescovo di richlamario e non permettergli più oltre b frequenza dell'Universiti.

13. Terminati gli studl, i Sacerdoti rimarranno sotto b plena giurisdixione dei proprio Ordinario, e perciô non saré loro lecito assumere incarichl o ulfici drill senza 1'espresso consenso dell'Ordinario medesimo, come è già stato diebbrato dai competenti Sacri Dicastert

Le medesime Nonne valgono, analogamcnte, anche per i Religiosi e le Religiose, dipendendo essi pure tutti da questo Sacro Dicaslero per quanto si riferisce agli Sludi Superiori.

Roma, Ognissanll dei 1950.—*ll Prefella:* Giuseppe Card· Pizzardo. *Il* Septtarfa.' Carlo Confalonleri.

• Ordiauiii Joccraa Italiae. Prct.N 154£ SC2: ME 73 (1951) 453-4 54. Adn. A ECMEO is ME 78 (1951) 466-467.

2182

1950 NOV 6.-SC CONSIST., DECR. AAS 43 (1951) 91-93

Decretum erectionis vicariates castrensis in republica brasiuana

Ad consulendam spirituali curae militum exercitus Reipublicae Brasllianae Ssmus Dominus Noster Pius, Divina Providentia Pp. XII, dc consilio Infrascriptl Cardinalis Sacrae Congregationis Consistorlalls a Secretis. praesenti Consistorial! Decreto perinde valituro ac si / Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent, erigit atque constituit Vicariatum Castrensem In memorata Republics Braslliana.

Vlcariatus Castrensis slcf erectas constabit: Vicario Castrensi, Cappellano Maiori el Cappellanls militum.

Vicario Castrensi competit lurisdlctio ordinaria, personalis tum fori interni tum fori externi.

Cappeltani Maioris est Vicarii Generalis officium gerere ct munus.

Cappellanl militum animarum sibi commissarum curam exercere debent sub auctoritate Vicarii Castrensis.

Officium Vicarii Castrensis Brasllianl obtinebit Axchleplscopus, pro tempore exsistens, S. Sebastian! Fluminis lanuarii qui, proinde, utramque cumulabit iari sdlctIonem.

Vicarii Castrensis Jurisdictio ad omnes Cappellanos militum, ad omnes copias terrestres, maritimas et aéreas actu stipendia merentes, ad publicae securitatis custodes et ad excubias adversus Incendia extenditur, necnon ad omnes utriusque sexus fideles, sive lalcos sive alicui Religioni adseriptos, qui habitualiter in militaribus domibus vel nosocomiis degunt vel deserviunt.

Cappellanum Maiorem et Cappellanos militum, ab Ordinariis propriis praesentatos vel commendatos, nominat Vicarius Castrensis.

Qaod ad matrimonia attinet subditorum, quos supra memoravimus, adamussim servetur praescriptum can. 1097 f 2 C L C. iuxta quem «pro regula habeatur ut matrimonium coram sponsae parocho celebretur, nisi iusta causa excuset»; et accurate omnes expleantur actus qui ad normam iuris matrimonii celebrationem praecedere et subsequi debent.

Diligenter confictantur utque asserventur libri baplha·torum, confirmatorum, matrimoniorum et defunclonnx

Vicarii Castrensis iurisdlctlo, cum In territorio Ordinariis locorum sublecto exerceatur, corunidem iurisdlcllonl ojmutatur. Proinde Cappeltani militum quoad ecclcitatlcan disciplinam potestati subliduntur Ordinarii loci In qt» versari contingat, cui in casibus urgcntloribus, ct qaotki Vicarius Castrensis providere non poterit, fas erit In tu animadvertere etiam canonicis sanctionibus, monito a» festlm Vicario Castrensi.

In stationibus, seu locis propriis vel militibus assignatu primum el principaliter Vicarius Castrensis lurisdicllooea exercet; secundario, ct quoties Vicarius Castrensis eiutqvt Cappeltani absint vel desint, semper autem lure proprio. Ordinarius loci atque parochus. Initis opportunis consilta cum Vicario Castrensi et millium ducibus. /

Quacumque ex causa sede archieplscopidl S. ScbastUnl Fluminis lanuarii vacante, iurisdlctIonem ad inierim obtinebit Cappellanus Maior.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorlalls, die 6 Novembris 1950. Fr. A. J. Piazza, Ep. Sabincn. et Mandelea_a *Secretis,* L Ferrelto, *Adsessor*

2163

1950 NOV Il.-SC CONC., RESOL. AAS 43 (1951) 177-178

LUCERINA ET ALIARUM

Missae pro episcopo a canonicis celebrandae

Die 11 *Novembris* 1950

Dubium—Huic Sacrae Congregationi Concilii propositum fait dirimendum sequens dubium: «Utrum, de Episcopi «mandato. Capitulum diebus anniversariis electionis sta «translationis et consecrationis eiusdem Episcopi teneatur «tantum Missam solemnem celebrare, an etiam eam pro «Episcopo applicare

Animadversiones,—*Ceremonlale Episcoporum* **(lib. II, cap. 35 n. 1) statuit: «Singulis annis, in diebus anniversariis dee· «tionis et consecrationis Episcopi Missam solemnem, vel ρσ «ipsum Episcopum, vel per nliquam dignitatem seu canonkum, •ipso praesente, celebrari convenit».**

Quae convenientia, *accedente Episcopi mandato,* **fit obligatio. Nam Sacra Rituum Congregatio ad dubium: «An Missa wl·lemnls in anniversariis electionis ct consecrationis Episcopi sit** *praeceptiva* **in Cathcdrallbus et Collegiatis dioecesis, liat •***Caeremonlale Episcoporum* **(lib. II, cap. 35 η. 1) solum dieat •***celebrari convenit»,* **die 14 Augusti 18o8 in** *Granalen.* **N. 3078 respondit: ·***Affirmative, accedente mandalo Episcopi».* **Hales Missae obligatio confirmatur in Ipsis Rubricis servandis «d normam Constitutionis Apostolicae** *Diolno afflalu* **Pii Pp X diei 1 Novembris 1911, til. XII** *(A.* **A. S., vol. III, pag. M9k**

Missae vero, de qua agitur, celebrationem, secumferre ct obligationem eandem pro Episcopo applicandi eruitur cx canone 825 n. 4 Codicis luris Canonici: «Numquam licet— «alteram recipere eleemosynam pro sola celebratione, alteras •pro applicatione eiusdem Missae, nisi certo constet unis «stipem oblatam esse pro celebratione sine applicatione·. Quae exceptio certo non exstat in casu: obligatio Igitur Mhsara pro Episcopo applicandi logice continetur in ipsa obligatione celebrandi.

Quin immo, ne praesumi quidem potest Episcopum. Missae celebrationem praecipientem, ritum tantummodo exteriores intendere et fructum Missae spiritualem excludere. / Π

Quod confirmatur ex ipso *Caeremoniali Episcoporum,* **quoad Missam pro Episcopo praedecessore defuncto, haec statuente •Episcopus vivens, praedecessoris sui proxime ante Ipsum «defuncti memoriam habere debet, et pro eius anima singulis «annis In die obitus anniversarium celebrare, vel saltem Mh-«sae pro eius anima ab aliqua dignitate seu canonico cele-•brandne, praesens assistere et in fine absolvere» (Ub. II, cap. 36 n. 1),**

Quo In loco nullum dubium quin Missae celebratio pro anisa defuncti Episcopi et applicationem sccumferat.

Resolutio—Proposito Itaque ut supra dubio, !n plenariis Comitiis die 11 Novembris 1950 habitis, Emi Patres huius Sacrae Congregationis responderunt: *Negotive* d *primam partem, affirmative ad secundam.*

Quam resolutionem In Audientia diei 22 eiusdem mensis et anni Sanctissimus Dominus Noster Pius Pp. XII approbare et confirmare dignatus est.—Franciscus Robert!, α *secretis.*

Ada. **A. DELCHARD in NxT 83 (1951) 669-870; REGATILLO n. 171**

2164

1950 NOV 12.-PIUS XII, EPIST. AAS 43 (1951) 24-26

EriSTl'LA AD EMUM P. D. CLEMENTEM, EPISCOPUM VELITER->VM, S. R. E. CARDINALEM MICARA, S. CONGREGATIONIS DE MIXIOIOSIS FRARFBCTUM: DE CONVENTU DELEGATORUM EX IMVKRSIS RELIGIOSIS ORDINIBUS, CONGREGATIONIBUS AC SOCIETATIBUS INSTITUTISQUE SAECULAR1UUS, ROMAE INDICTO

PIUS PP. XII

*Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicum Be*ΛΛ*litionem.*—Lactanti admodum animo didicimus Sacrum Istud Consilium Romae indixisse Conventum, sub PUcularii huius Anni exitum, cogendum praecipuorum Sodalium ex universis Kcligiosis Ordinibus, e Congregatlonlbui ac Societatibus atque ex hodiernis Saecularibus Initltatis deligendorum, quae. Ecclesiae auctoritate comprobati, assiduam In praesens evangcllcac assequendae perfectioni operum navant.

Qui enim Conventui Intererunt, non solummodo, ut nropriam suae vitae condicionem addecet. Jubilaei Maximi Indulgentiam aemula pietate lucrifacient, verum etiam, Nostrae ultro obsequentes voluntati, divinarum rerum stadium et apostolicae navitatis proposita aptis meditationibus redintegrare ac renovare connitentur, simulque per hebdomadem, communibus accuratisque pervestigationibus, multigenas excutient quaestiones, quibus religiosorum Sodalium, procellosa hac aetate, sollicitatur vita.

Salutiferum eiusmodi coeptum flagranti Nostra commendatione et laude palam firmare pcrcupimus, pro explorato habentes cos omnes, qui se Deo In catholica Ec-
25 clesia votis obligantur, mente animoque cnlxlsque / Domino adhibitis comprecationibus, proximos esse coetus prose-Saturos, uti opimos exinde fructus sibimetipsis ac Solidis suis percipere valeant.

Per investigationes in hebdomadem habendas religiosam vitam profitentium considerationi, ut certiores iam facti sumus, perpendenda proponentur argumenta, quae praescntissimls vitae religiosae necessitatibus, quod ad animos nominatim Deo mancipatorum instituendos attinet et ad apostolica persequenda opera, respondere procul dubio videntur. Oportet videlicet mentes ac voluntates opitulante Sancti Spiritus gratia adeo recreare et reficere, ut covis temporum rationibus ac spirituali huins aevi inopiae occurri pro viribus queat.

Se suaque penitus reficere haud idem profecto est ac ea omnia abdicare aut inconsiderate contemnere, quae laboriosis prorsus nisibus a maioribus patrata sunt, quaque decus atque ornamentum suae cuiusque religionis haberi debent Est potius Inerti non torpescere vita, praeclara anteccessorum facinora suis moribus exprimere, pietatis fhmmam impense alere, omni ope atque opera eniti, ut sacrae Instituti sui leges non acervus externarum aut inutilium regularum appareant, quarum littera, deficiente spiritu, occidit,1 sed totidem supernae virtutis instrumenta reapse sint, quibus qui uti iubeantur altiorem usque unclimoniac ardorem concipere viresque suas, ad Divi Pauli Apostoli exemplum, in comparandam fratrum salutem impendere possint.

Quodsi Deo mancipati ad progredientis temporis rationes accommodentur oportet, nullo tamen pacto sacculi postulatis aut excordibus eius suasionibus et invitamentis quomodocumque morem gerere debent. At potius eos curare nettsse est. ut vitae Integritate omnibus praeeant, quemlibet doctrinarum nut artium profectum ad religionis incrementum, quoad fleri possit, convertant, discrimina et aerumnas, quibus hodie discruciatur humana consortio, in chrisUfidelium animis ad Evangclii praescripta conformandis diligenter considerent ac reputent, percrebrescentibus eorum necessitatibus pares omnino sint, atque ut in rccen-Usinu Adhortatione ad universum Clerum «Menti Nostrae» [LE2151) significavimus, ea, in suis obeundis muneribus, adhibeant prae ceteris subsidia, quae, sacrorum Praesulum ac Moderatorum suorum iudicio, opportuniora, cfficaciora et utiliora videantur, cum tuendae sacerdotii dignitati tam religiosae disciplinae servandae.

Quae principia ac normae sl. Sacro Consilio isto provido
4 vigilantique patrono,/ab omnibus animo comprehendatur religiosae vitae addictis, imprimisque ab iis, qui futurae aderunt Congressioni, et, quod pluris est, affecta sedulo deatur, solida iam praesagire licet esse obventura christlacae rei salutarium frugum incrementa. Quamdoquidem haud parva exspectanda sunt —secundo Dei numine, iuvante benignissima /\ctemi Regis Parente et dcprecante Sanctorum Caelitum turba, qui per evangelicae perfectionis semitas veluti sidera hisce in terris emicuere— e fideli actuosaque nuncupatorum votorum observantia, ex apostolicis inceptis, quibus sese dederint religiosi universi, ex integra horum Nobiscum et sacrorum antistitibus conjunctione.

Mater nmantisslma Ecclesia, quemadmodum hactenus nullo non tempore. Item impraesentiarum, religiosam vitae perfectionem publice agnoscit, ac summopere fovet et promovet, cum per eam adumbrata eius multiplicis sanctitatis imago mire prodatur et manifesta quadamtenus appareat, valida Iustis ad virtutes excolendas hortatio ac suave sontibus ad sequendam probitatem incitamentum.

Nos, qui quanto in pretio sit apud Divinum Redemptorem stabilis huiusmodi in communi vivendi modus 3 probe novimus, Omnipotentem Dominum crebris fervidisque sollicitamus precibus, ut illum clementer indulgeat cotidie magis in catholica Ecclesia vigescere dilatarique. Atque, dum felicissimum Congressui vestro ominamur exitum eventumque, tibi, qui ei praeeris, cunctisque religiosis Sodalibus, caelestium luminum praecipuaeque benevolentiae Nostrae pignus, Apostollcam Benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xn mensis Novembris, anno mdcccc1, Pontificatus Nostri duodecimo.-PIUS PP. XII.

1 **Cfr. can. 487 GI.C**

21G5

1950 NOV 13.-CONV. CUM HISPANIA. AAS 43 (1951) 86

Ratihabitio conventionis inter sanctam sedem et **GUBERNIUM HISPANICUM DIE 5 AUGUSTI 1950 INITAE**

ACTA DE CANJE

Reunidos los infrascritos en el Ministerio de Asuntos Exteriores con el fin de procéder al canje de los instrumentos de ratificaciôn de Su Santidad el Sumo Pontifice y de Su Excelencia Don Francisco Franco Bahamonde, Jefe del Estado Espaùol y Generalisimo de los Ejércitos Nacionales, del Convenio entre la Santa Sede y el Estado Espaftol sobre la Jurisdicciôn Castrense y Asistencla Religiosa a las Fuerzas Armadas, flrmado en là Ciudad del Vaticano el dia 5 de agosto de 1950, una vez producidos los referidos instrumentes de ratificaciôn y hallados conformes después de su debido cotcjo, se ha procedido a su canje.

En fe de lo cual los infrascritos han extendido el présente Protocolo.

Hecho por duplicado en Madrid el 13 de noviembre de 1950.—Por la Santa Sede: Gaetano Cicognani. Por el Estado Espanol: Alberto Martîd Artajo.

Adn. Vide textura Conventionis supra sub die 5 Aug. 1950: LE 2145.

2166

1950 NOV 18.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.·

Solvuntur dubia: 1—De solemnitate externa patroni **IN PROXIMAM DOMINICAM TRANSLATI. 2—De PATRONIS CELEBRANDIS IN GALLLK ANTE ET POST INDULTUM CAPRARA. 3—De OBLIGATIONE CELEBRANDI IN GALLIA PATRONUM QUI ANTE INDULTUM CAPRARA NON ERAT DE PRAECEPTO. 4—De VI CONSUETUDINIS CENTENARIAE IN CELEBRANDIS PATRONIS NON DE PRAECEPTO IN GALLIA ANTE INDULTUM CAPRARA**

Romae, die 18 nov. 1950

Reverendissime Domine, **Die 20 Mali huius Sacri Anni sequentia dubia Sacrae Rituum Congregationi pro opportuna solutione subleclstl, videlicet:**

I. Utrum in locis ubi habeatur Patronus principalis tum oppidi seu civitatis, tum dioeceseos, tum provinciae, tura nationis reponi possit uniuscuiusque patroni solcmnltas externa in proximam dominicam minorem non impeditam post diem incidcntiae, vi Additionum et Variationum in Rubricis Missalls, tit. IV η. 3. et Decreti authentici S. R. C. 4. 297, ad Illum.

II. Utrum vi Indulti Card. Caprara Reductionis Festorum pro Gallia (die 9 Aprilis 1802) et Decreti Declarationis Indulti S. R. C. 3754, I, adsit In Gallia obligatio celebrandi solemnitatem externam etiam patroni loci qui post Indultum Caprara

legitime constitutus sit, an illius tantum patroni qui ante Indultum Caprara legitime constitutus sit.

HL Utrum, vl praedictorum Indulti ct Decreti, ndsit in Galla obligatio celebrandi solemnitatem externam patroni oppidi seu civitatis etiam in oppidis seu civitatibus in quibus festum huius patroni nnte Indultum Caprara Iam non erat de praecepto cum feriatione fn die Incidenliae, an in illis Unium oppidis seu civitatibus in quibus festum huius patroni ante Indultum Caprara adhuc erat de praecepto cum feriatione in die incidendae (cum constet elusmodi feriationem in quibusdam dioecesibus ante Indultum Caprara iam sublatam fuisse, uti patet, verbi gratia, ex Actis Concilii Provinciae Turonemis anno 1780).

IV. In quantum ad praecedens dubium respondendum sit negative ad prinum partem, affirmative ad secundam:

Utrum adsit, vi consuetudinis centenariae, obligatio celebrandi solemnilatem externam patroni oppidi seu civitatis in illis Galliae oppidis seu civitatibus In quibus festum huius patroni ante Indultum Caprara iam non fuerit de praecepto cum feriatione In die ineidentiae, sl tamen huiusmodi solemnitas externa usque modo abusive considerata fuerit ut facienda de praecepto vi Indulti Caprara.

Quibus dubiis Sacra haec Congregatio, audito Specialis Commissionis suffragio, respondit:

Ad Ium: *AUinnalloe.*

Ad Ilum: *Alflmaitof* **ad primam partem, nejofiee ad secundam.**

Ad Illum: *Affirmati* **ad primam partem,** *negative* **ad secundam.**

Ad IVuok *Affirmative* **si agatur de patrono principali secus nepaliw.**

Qaae dam tibi pro meo munere communico, lactor me profiteri Reverentiae Tuae adddnim famulum.—A. Cajunci, **Archiep. Seleuc.**

• EL K (1861) 57-58 Ada. E. G. V. ia EL 85 (1951) 59-62.

2167

1950 NOV 21.-PIUS XII, CONST. AP. AAS 43 (1951) 5-24

De sacbo monulium instttüto promovendo et de STATUTIS ÛENERALIBUS M0N1AUUM

PIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei—Ad perpetuam rei memoriam

Sponsa Christi Ecclesia,1 vel a primis suae historiae Incunabulis exiistimationis ac maternae dilectionis sensus, quibus erga sacras Deo Virgines suaviter ferebatur, tam Iteratis actibus ac signis patefecit quam perspicuis documentis confirmavit.2

Nec mirum sane, cum Virgines Christianae, «Illustrior portio gregis Christi»,2 caritate actae, alienas omnes mundi sollicitudines dedignantes4 facilemgue periculorum plenam cordis divisionem superantes, · non solum se totas Christo, ut vero animorum Sponso · devoverent,7 sed integram vitam suam omnium Christianarum virtutum gemmis omatam,8 in perpetuum Ipsi Christo Domino aIrp Ecclesiae manciparent ·.

Mystica haec Virginum Christo mancipatio Eccleslacqw traditio primis Christianis sacculis, sponte, ac potius facth quam dictis, perficiebantur. Cum vero Virgines, postea, non classem tantum, sed statum iam definitum atqcc ordinem ab Ecclesia receptum efformarent, xt virginitatis professio publice fleri coepit, adeoque arctiore In diei vinculo confirmari n. Dein Ecclesia, dum sanctum virgiritatis votum propos!tumve acceptabat, Virginem Deo Ec· cJesiaequc inviolabiliter elusmodi solemnl ritu consecrabit, qui merito inter pulchriora antiquae liturgiae monu / ‹ menta recensetur; 12 camquc ab aliis clare distinguebat, quae privatis tantum vinculis sese Deo obligabant,13.

Vitae virginalis professio vigilanti severnque asces! servabatur, simulquc omnibus nictatis ct virtutum cxerdlih nutriebatur ac fovebatur. In prisca tam graecorum ĸ ceterorum orientalium quam latlnorum Patrum doctrici, fidelis sane ac pulcherrima imago prostat ct ob oculos ponitur Virginis cnristlanae. In suis scriptis sive interna sin etiam externa, quae ad virginalem sanctitatem ac perfectionem spectare quovis modo poterant, diligentissime nugnoque amore a Patribus illuminata ac vivide depicta fuerunt 14.

Quosque Christianarum Virginum angelica vivendi rallo primo hoc suae historiae tempore, Patrum exhortatlonibsj ac descriptionibus responderit, et quot altiorum beroicansa virtutum gemmis ornatam sese nobis ostendat, partira ex historicis documentis ac monumentis directo certoqne tramite, noscimus, partim vero, non dubie, ex aliis etiam securis fontibus conlccre imo ct deducere nobis licetu'

Praesertim post concessam Christianis hominibus pacem, Eremitis ct Coenobitis praeeuntibus, consecrata Deo virginitas frequentius in dies consiliorum paupertatis stridiorisque oboedientiae expressa signataque professione compleri ac confirmari solebatli.

Mulieres virginitatem professae, quae iam prius ad vitam communem, ab hominum consuetudine quantum fieri poterat segregatam, tum ob solitudinis amorem, cum ob defensionem contra gravissima undique imminentia, in corrupta romana societate, pericula, conspiraverant, faventibus postea rerum adiunctis, satis cito, exemptam secutae immensae multitudinis Coenobitarum, ac relicta

• *Eph.* 5, 25-27; ***Apec. 21,*** 3-3; 22, ***ir,*** Humas, Pm. 4, c. : (Fvwr, ***Patres ApadoEri (FPA':, t,*** 4«ofc s. MKTKODrvs, Ccnnnum, erat 3, (TbaEse) c. β (PG, 1S. 72-75k et orat. 7, 7 (PG, x8, 133k S. Ambmcsxvb, *Dc* ***ivfinitote*** j, 6, o. 3: (PL, 16, ioifc ExVru:u ινρκάχϊιι, c. :o. n. 67 ***{PL,*** 16, 371).

•S. Igxativs, ***Episi. ni Pohtarp.*** 5. (FPA, x. p. 190); ad Swym., ix ***(FPA,*** 1, p. 284k ĭcsTura ***Apologia l*** fra ***chrisiianu,*** 15 (PG, 6. 349k S. Cmiixr», ***Dc habitu*** tvpnxw. 3 (PL, 4, 455). ***ii {PL,*** 4, 462k Pseodc-Oxiasi, Dr ***evfixdoic,*** cc. 2, 3 ***(FPA.*** a', x-j); S. Athakamvs, Dr ***tirft-*** «•Ifc'r, 14 (PG. 18, 180k & BxuUVf, ***Liber de nrfimtate*** (PG, 30, 670 S. AuBMSXVt, ***De virfinibus (PL,*** x6, 198 sq.fc Dr ***virfinitale,*** c. 5, 34-16 (PL, 16, 18A; De ûdiftU. «q., 17, 104 (PL. x6, ***y^Y,*** S. HxnoxYMUi, xi. 1 (PL, «. 395», ***22 {PL, 22, 409k*** S. Acgvstxxcj, ***Epùt.*** xW, x (PL, 40. 597x4), praexertra 37, ***PL,*** 40, 4x0k S. Ioaxxxs Chmysostomvs, De wimUafr, χχ (PG, 48. 540), 34 (PG, 48, S. Ijlodxx, K/pda, ïntrodsct (PL, *72,* 876, ***Bp,*** ConxWMii.x/i ***Apr-eLticae,*** 1, c. 57 (PG, x, 71Ï Fc«<. ***Conststvtiana Afoshdcrum (FCA}>*** 3. e. 57, 165).

1 S. Cyyuaxvi, Dr ***habitu*** rvpmw·, 3 (PL, 4. 455).

‘ 1 Coi. 7, 31-35; S. Thomas, 2-3, q. xM, x 4.

' x Cûi. 7, 53.35; S. Accwnxu», De ***sonda mefinitote,*** 33 (PL. 40, 407)

• 1 Cor χχ. ***r,*** Tomtcluamcs, ***De oratene,*** a 33 (PL. x, 1396): De nrpm-frw ***tdsniu,*** C. 16 (PL, 3. 960k ***Dc*** raurredumr ***tamis,*** c. 61 ***(PL,*** 3, 933k ***De*** ĸWuMr ***castiîotu,*** ç. 13 (PL, 3, 978k S. CmLuvi, ***De habitu tirr·»”»*** 33 (PL. 4, 474k S. Mytxodtvb, CoMrMm, ont 7 (Procibc) ce. 1-4 (PG. xi, xiS. x>9k S. AnuXASiüS, ***Apolofia ai*** ConUvdtiim ***Imp.,*** n. 33 (PG, 15. 640k ***De tvtuuiaie, c 2 {PG, 38.*** 353k S. Basiuvx, ***Epiit.*** 199, c. il (PG, 33,717;; S. Anaosirt, ***De nrfinilaic, 12 {PL,*** 16.177k ***De nrfffiihti, 1.*** 7, a. 36 (PL, 16. 309), t. π, πη- 65. 66 (PL. 16. 3x8k S. HmoxYMin, ***EpùL 22,*** an 1. >5 (PL, ***22,***195. 4»>k S. Accvxtîxvs, ***Epùi.*** x88, 1 (PL. 33, Mt ***tî Iteemte*** lr. 9, a. 3 (PL, 25, 1459k S. Thomas, If» ***IV Sent.,*** d. ii q. î. a. 5.

’S. Cyîkukw. Dr kih:· tvpMWR, 4 (PL, 4. 455k S- Mrrroorvs, ***Can.·*** ont 5 fTâhsu) I. 4 (PG, xB. 97, IOI?. P».-CxxxixX De ***nrpnilate,*** x (FP/t. ***2,*** p. xk S. AcvetTixci, ***De uncia rwpnOaîe.*** 8 (PL, 40, 400., »9 (PL. 40. «U)·

• S. Cyfxuaxus. ***De iabitv rirpMvm,*** 4 ***(PL,*** 4, 455); Ps.-€xxmijo, ***De nrftnilaU. cc. 2,*** 3 ***(FPA, 2,*** p. x-5).

•Omxgxxu. ***In Rom.*** 9, x ***{PG.*** X4. xxojh S. Mcthodîvs, Cîcwîmm; orat χχ (Arrto). e. 1 (PG, 18, 304); orat 8 (ThecUe) c. ***17 (PG,*** x8,13) 5 Atbaxastcs, *Dc* ***wfinxtitc, 21 [PG,*** 28, 375); S. Ambhosius. ***De*** rvpmhtx, x, xo (PL, 16, 216); ***Exhortatio virginitatis, 12,*** n. 80 ***(PL,*** 16.37«) S. HxucoxYxvs, ***Epiti.*** 130, 14 ***(PL, 22,*** xxx8); S. AvGosnxvs, ***Efvt.*** 0; 6 (PL. 33. 363).

*· S. iGXAnvs, ***Ad Smyrn. iy (FPA,*** 1, 387); Txxtvluaxts***,DcrvpittH. tcLvtdu, 14 (PL, 3,*** 957); OxiGKXU. ***In Sum. homüia II, 1 (PG, 12, &'μ*** S. CmiAXV», ***Dc habitu tvptium, y (PL,*** 4, 455); S Msmoom, Coxàaew. orat x (MarccL) c. x (PG, x3, 35); Ps.-Caxmeks, ***De cirpnitotc,*** x (FP.4, x, . xk ***C-cmiituiiaucs Apoitciuac, 2,*** c. 57 ***(PG, x,*** 73Ï ***FPA 2,*** c. 57, xfiji, S. GaiGOMits Nysssxvs, ***De nia S Shunnac (PG, 46,*** 98S); S. Icatjis; CixMisotTOMU», I ***Tim.*** 5, 9 (PG, 51, 323)-

11 TxxrciXlAXrcs, ***Dc oratione, c. 23 (PL, x,*** 1294k ***De virpnibut*** nùb/ô. . IX ***(PL, 2,*** 954); e. 13 ***(PL. 2,*** 956k c. 14 ***(PL, 2,*** 957k c. 15 (PL, 3,95» CxxMiMS Ax-Kxawdmxnvs, ***Strvmatum,*** 3, ***2 (PG,*** 8, XX04). 35 ***(PG, 9,*** XJJTS Obxgkmu. ***In Lent ham.*** 3, n. 4 ***(PG,*** 12, 428). ***In Num. ham.*** 23. η. 3 ***{PG, 12.*** 74S), 1e ***Epist. ad Ram*** 9, 37, ***(PG,*** 14. ***1237).*** S. Cytriamcx, ***De*** Ìii 4 (PL, 4. 435k S. ÂMBKOSIV1, ***De institutione virf.,*** c. x7(PLuk 345k S. Nxcktas, ***Dc laptu wfinis,*** c. 5 (FL, 16. 388), ***Cone. lUtbenL*** :a 395), c. 13 (Mansi, 3. 8).

11 Pontificate Romanum De benedictione et conitcniione virfinnm; S. Ar ■aowus. ***De instit. virf., c. 17 (PL. x6,*** 345k ***De rirpnthu.*** 3,0.1 (PL, χi 2jxk S. Nscktas, ***De lapsu airfinis,*** 5 ***(PL,*** 16, 387k S. Hixiomymvs, ***Eptd.*** X30, n. 3 (PL, ***22,*** nook ***Sacramcntarium Leonianum,*** 30 ***ad nrgincs xx-u (PL.*** 55, in).

u TnrrvixiAMVS, Dr virpwihiM ***retondis, ce. 14, X5 (PL, 2,*** 957, çftt S. Baailxvs, ***Episî.*** T99. c. 18 (PG, 33, 7x7k Immocxmtxvs I, ***EpisL 2 si S. Victricium,*** c. 13 ***(PL,*** 30, 478 s-k S. Gxlastcs I, ***Epist.*** 14, c. so (A. Tce, ***Epiit. RR Pomtificum.*** BnxnsbcrgAe, 1868, p. 373k ***Codex Thecdasiama.*** 35. x; S. Amdilomus, *Dc* ***nrfiniLate, c.*** 5, n. 26 ***(PL,*** x6, 3S6), ***De vutxhL rirf.***. c. X7. 1X4 (FL, 16, 348).

14 S. Polycaws, ***Epiu.*** 5, 3 ***(FPA, 1.*** 303); Timtvlliaxus, ***De rirgMm retandis. (PL, 2,*** 935); S. CYTMXAMVt, Dr ***habitu isrfinum, (PL,*** 4, 4S» » - S. Mythodius, CaxomsM, oraL *1* (Marcel.) x (PG, 18, 35k S. ÂnuxAxn ***De nrfinitate,*** 3 ». (PG, 28, 253 ss.k S. BaSXUVS, ***Epist. 173 (PG, 32,*** 64^ ***Constitutiones Apostolicae,*** 8, c. 34 ***(PG, l, 1122; FPA.*** 8, C, 14. JsSfcSu As-■losxvs. ***De rirfinibus, 2, 2 (PL, 16,*** 230), 3, X-4 ***(PL,*** x6, 231k S. AWS-TWXJS. Dr ***sancta nrfinttaie,*** 31 ss. (PL, 40, 4x2 ss.).

14 S. Cywavcob, ***De habitu virfinum, 22 (PL,*** 4, 474k S. Ammostti. Dr rirpmbu, x, cc. 4. 3 ***(PL, 16,*** 303-205), c. xo (lb. x6, 2x5); S. Awxsrara, Dr ««cn5us ***eathcdicac Ecclesiae, 1,*** c. 31, 68, c. 33, 70 ***(PL, 32,*** 1339

14 S. Avgvstimvs, ***Epist.*** xii, cc. 5. 6 ***(PL, 33,*** 960), 15 ***(PL,*** 33. 0x1 S. Cauakxvs, ***Recula ad virfincs,*** cc, 4, xx, x6. 19 ***(PL, 67,*** XX07. 1109. xxxo. ***Ed. Dom 3tnnn G., 2*** (1943) xox-xo5k S. Luxdu, ***Refula,*** xS ***(PL,*** 890k Axomymvs. ***R/fula ad nsfines,*** c. ***17 (PL,*** 88. 1066).

generatim viris eremitica vitae ratione, cocnoblticam vitam imitatae sunt atque in ipsam fere omnes sc receperunt17.

Vitam communem latiore significatione acceptam, Ecclesia Virginibus generatim commendabat, sed vitam monasticam, per longa tempora, ne consecratis quidem Virginibus Imponere stricte voluit, quas honoratas ut decebat, ilberasquc in sacculo reliquit. Attamen Virgines liturgice consecratae propriis in domibus vel In liberiore vita communi degentes semper rariores inveniebantur, usque dum pluribus locis dc iure, ubique vero dc facto cxtlnctae fuerunt quin imo generatim non amplius restitutae, recentius etiam prohibitae fueruntle.

Cum res Ita se haberent, Ecclesia suam maternam convertit sollicitudinem erga Illas praesertim Virgines, quae, optimam partem eligendo,1· / mundo plane vale dicebant, tolaraque Christianam perfectionem, strictam paupertatem atque plenam oboedientiam virginitatis professioni addentes, In Monasteriis amplectebantur. Harum Virginum coenobillcam professionem, severioribus in dies clausurae legibus Ecclesia provide externe defendit10, intrinsecus vero, ita ipsarum vitae rationem ordinavit, ut sensim sine sensu typum Monialis seu Sanctimonialis vitae contemplativae, sub rigida regulari disciplina, prorsus deditae, chre perspicueque in suis legibus atque religiosa ascesi delinearet u.

Postquam autem ineunte fere media aetate, Virginum consecratarum in saeculo commorantium vivendi forma penitus desiit. Sanctimoniales, numero, fervore, varietate supra modum auctae, antiquarum Virginum unicae, velut in solidum heredes earumque legitimae successores habitae sunt;11 neque heredes ac successores tantum, sed traditi patrimonii fideles procuratrices argumentosaeque fautrices, quae quinque talentis ditatae, alia quinque superlucratae fuerantn. Monumenta liturgica, canonica documenta, atque historica testimonia omne genus, scripta, insculpta, depicta, hanc Monialium originem ac dignitatem, merita sanctitalemque comprobant atque vindicant w.

Statum perfectionis, qui iam adeo solcmniter receptus atque plene recognitus fuerat, ut perfectius usque publicam referret naturam, Moniales, per plura saecula ad exeuntem mediam aetatem —ut cx Decretalibus, imo ex toto Corpore iuris canonici luculenter patet— solae inter mulieres cum Monachis ct Canonicis regularibus exhibebant 2S.

Non paucis deinceps Inde nec levibus evictis difficulta-

tlbus, prius Fratres omnes, qui vel Mendicantes, vel Hospitalarii, vel Redemptores, vel alio nomine nuncupabantur ac, post tria fere saecula, Clerici quoque^ qui regulares dicti fuerunt. Inter veros religiosos et regulares, simul cum Monachis et Canonicis regularibus, recepti sunt; Moniales vero universae, tum illae quae antiquo monachismo seu vitae canonicali inhaerebant, cum illae quae In Fratrum mendicantium secundos Ordines cooptabantur, quod ad ius canonicum attinet, unicum, nobile et vetustum institutum prosequebantur eandemque religiosam vivendi rationem amplectebantur 5<.

Ad primas igitur usque mulierum Congregationes, quae vel saec. xvi vel xvn ortae sunt, Moniales eae tantum habebantur quae facto ct iure vitam legitime religiosam profitebantur. Imo etiam post toleratas, et decursu temporis, prius facto et postea oeconomico etiam quodam lure receptas Congregationes,17 Moniales tantum, usque ad Codicem Iuris Canonici promulgatum, stricto iure uti verae religiosae ac regulares admissae sunta. /

Quodsi hoc loco animum ad vitae monasticae convertere velimus, quis recensere et ponderare poterit perfectionis religiosae thesauros in Monasteriis absconditos? quis flores fructus sanctitatis, quos hi conclusi horti Christo Ecclesiaeque tulerunt? quis precationum efficacitatem, quis deditionis divitias, quis denique bona omne genus quibus Moniales Ecclesiam Matrem suam ornare, sustinere, confortare totis viribus satagerunt?

• . .

Sanctimonialium rigidus sane definitusque typus, in legum canonicarum et in ascesis paginis Insculptus, ab innumeris Ordinibus, Monasteriis, Conventibus, quae in Ecclesia iugiter exstiterunt, facile, et, quoad Ipsius praecipua lineamenta, etiam fideliter receptus fuit, atone per plura saecula tenaciter retentus. Ex hac communi fidelitate atque constantia, arcta compago in sacro Monialium Instituto exorta est, quae fortius quam omnium aliorum religiosorum utriusque sexus Institutorum, innovationibus quibuslibet restitit semper. Id, intra certos lustosque limites, merito ipsi vertendum esse non est ambigendum.

Haec, quam laudavimus, Monialium unitas minime ceterum obstitit quominus, et quod attinet ad ascesim et quod ad interiorem pertinet disciplinam, iam antiquitus, diversae figurae varietatesque admitterentur, quibus Deus, mirabilis in sanctis suis, Ecclesiam Sponsam suam ditavit et decoravit. Quae Monialium varietates ex eiusdem generis varietate oriri videntur Ordinum ac Religionum virorum, quibus Monialium Ordines adiccti quodammodo iuerunt. Revera, vix non omnes Monachi, Canonici regulares, Mendicantes praecipue secundos Ordines instituere nitebantur, qui servata semper generali Monialium rationcfere ut primi Ordines Inter se diversi conspiciebantur. Pariter nonnulli Ordines Clericorum regularium et nonnullae Congregationes virorum proprii Instituti Monialium Ordines recentius condiderunt.

Monialium varietates, quas supra attigimus, sive In stituti historiam respicimus, sive communes eius Interiore mutationes, dignissimae profecto sunt quae attente considerentur. Sane, ipsae, generali vitae contemplativae ratione incolumi atque firmis praecipuis receptae disciplinae normis ac principiis, novam veluti sanctitatis vim veteri Instituto compararunt.

Recentioribus temporibus, praesertim saeculo xvt abeunte, novae Monialium Ordinum formae inductae ct ab Ecclesia pedetentim probatae fuerunt; ut cccc Institutum Sanctae Ursulae, .Angelicarum, Congregatio Religiosarum Dominae Nostrae, Ordo Visitationis, Societas Dominae : Nostrae, Moniales B. Mariae de Caritate » plurcsque aliae. 9

’’S. Basiuvs, ***Regulae /«.***, n. 35, ***Regulae brev.,*** xo8xxo ***(PG,*** 31, 1004, ***UbS^EpisL*** 55 ***(PG,*** 32, 402); S. Ambrosius, ***De virginibus,*** 1, c. xo, n. 59 (FL,t6, 215), ***In Luc. 2,*** un. 8, 20, 2i ***(PL, 1$,*** 1636, X640); S. EnraANrus, ifc. lazrea, 2, 67 ***(PG,*** 42, 174), ***Exposti. /id. caih.,*** 21 ***(PG, 42,*** 8/1); S. HxrtWYM»;», ***Epist. 22, 17 (PL, 22,*** 404), 24, 3 (ib. 427), 66, 13. (lib. 646), ı>5,19 (ib- 896), 130, 19 (ib. 1x22); S. Augusttxus, ***De moribus caih. Eccl. i c.*** JI, M, c. 33, 70 ***(PL,*** 32, 1339 ss.); ***Arteriae peregrinatio,*** 23, 2, 3 (W. Exraxci. Heidelberg. X90S, p. 27).

u Cow. ***Carth. III*** (a. 397), c. 33 (Mansi, 3, 885), ***Cone. Aurdtan. V*** 6H9), c. 19 (Mansi, 9, 133k, Vknaxtius Fortunatus, I'iïa S. ***Radegundis,*** tu ***(PL,*** M, 302); ***Cone. Pans.*** P (a. 6x4), c. X2-X3 (Mansi, xo, 542); e. 13, C 17, q. 1; ***Cone. Aquisgr.*** (a. 789), c. 39 (Mansi, 13, App. 3. x66); ***Cone, liipum.*** (* 8S8) c. 26 (Mansi, 18, 71); ***Cone. Lai. II*** (a. XI39), c. 26 (Mansi. XX, 5J2); c 25 Q 28, q. 2.

"Lee. xo, ***4i.***

’’5. Cutuuvs, ***Regula ad virgines,*** x, 33, 34, 35 ***(PL, 67,*** XX07-TX14; ***EL te Morin*** o. c. ıoi ss.); ***Cone. Lal. II*** (a. 1139), c. 26 (Mansi, ax, 532), c:jC 2 q. ***r,*** Bonifacius VIII, ***De statu regularium,*** c. un. 3, x6 in 6·; ***Cmc. Trid. bess.*** 25, ***De regularibus el monalibus,*** c. 5; Pius V, ***Cirta Pa***auto, 29 sail 1566, I x (Gasbarri, ***Fontes I. C.,*** x. n. 1x2); ***Decori*** 1 Febr. :57o (Gasfaeju, ***Fontes I. C.,*** 1, n. 133); Bkxedictus XIV, ***Salutare,*** 3 ian. 17α iBώ- B<a. XIV, I. p. 106).

KCt II, 20-25, C. 18, q. 2; c. 8, ***De statu monachorum ei canonicorum*** X, 3, 35; c. 2, ***De statu monachorum ct canonicorum regularium,*** S. nh Ckaq ***Cone. Trid. Sets.*** 25, ***De regularibus et monialibus;*** Clemens Mil, ***C. Rdigioue congregatinnes,*** 19 inn. X594 ***(Bull. Rom.,*** ed. Taurin. I4$χ Nr Umi ***ornnsno,*** 25 iuL 1599 ***(Fontes I. C., s,*** n. 187); ***C. Cum ad ngiitrcu,*** 19 mart 1603 ***(Fontes I. C., 1,*** 189;) Gregorius XV, ***Inscrutabili,*** jHr. ***lisslBuIL Rom.,*** cd. Taurin. X2, 656); Innocentius XI, ***Litt. Encycl.,*** |cet iMj (Bwarei, ***Collectanea, 2,*** p. 374); C. ***Cum ad aures*** (Ferraris, ***Frmfts BiMicik,*** v. ***Eucharistia*** n. 4:); Benedictus XIV, ***C. Pastoralis*** «Jra 174S ***(Bull. Ben. XIV, 2,*** 47x).

aP^tshcale Romanum, De benedictione ei consecratione virginum; dr. Kt ***IL***

"Mate. 25, 20

IV, C, ***Ascendit fumus.,*** 24 sept. 1285 ***(Bull. Rom.,*** ed. Tcnx 4. P 83Π ***Cone. Tnd. Sets.*** 25 ***De regularibus ci monialibus,*** c. x; hn IV, ***Metts prop. De statu,*** 5 3pr. 1360 ***(Bull. Rom.,*** ed. Taurin. 7, 2Xh ?!« V, ***c. Decori,*** 24 ton. 1570 ***(Bull. Rom.,*** ed. Taurin. 7, 8o3); Pius VI, ***La QuM altjusululum,*** 10 mart. 1791 ***(Coll. Brcrium atque Instructionum*** 51 ***DD.*** .V. ***Pu P. VI,*** x5oo, p. x, pag. 47; ***Cone. Vat. Schema Constil. Eeûbie,c.i$ (CoO. Lacensit, 7,*** appendix, 575); Leo XIII, ***Liti. Testem benevic^ae, 22*** un. 1899 ***(Acta Leonis XIII, 19,*** 5); ***Liti. Au milieu,*** 23 dec. i/e Mai ***Leonis XIII,*** 20, 339).

•C. b1 De ***Statu Regulanum*** 3, 16 in 6®; c. ***1, De religiosis... 3,*** xi-in Cea^ e. ex ***De religiosis...*** 3, 9 in Extravag. Comm.

’· S. ***C. Ep. et Reg. Bcrgom.,*** 14 nuil 1841. ad 16, III (Lucidi, ***Dc visitaiiene .sacrorum liminum*** II, n. 463); ***Gemnden., 9*** rexit x860, ad 2 (BixZAXEi, ***Collectanea. 2,*** pag. 780, VI); ***Albien., 23*** iun. i860, od X4 (Bxxwuu, I. c. p. 786; x6 icpL 1864 (Bixzarei. L c. p 744 « h ***RHievi cirm gli Statuti della Congr. dei FraieUi della S. Famiglia,*** art I. et 13 (Bixxarri, L e. pp. 800, 803); ***Normae secundum fuas S. C. Ep. et Reg. procedere sciet*** in ***novis institutis votorum simplicium,*** 28 iun. X90X, art. 32.

·’ S C. Er. et Reo. dec. ***Eeclcssa Catholica,*** xx auc. 1M9 (.4SS., 2J. 634).

’· Leo XIII, ***C. Conditae a Christo,*** S dec. 1900 (.IΛı ***Leonis XIII,*** 22. PP· 3I7-327); ***Normas secundum guas S. C. Ep. et Reg. prxedere solet in approbandis novis institutis vdorum simplicium,*** 28 iun. 1901.

’· Paulus V, Q ***Inter unirenas,*** 13 ion. 16x2 ***(Regis et Ccnüeturions de ΓUnion Romaine de ΓOrdre de Samie Ursule,*** 1936, p. 23t-239h C. ***Debitum Pastoralis,*** 24 mari. 1614 ***(L e^*** p. 240-246): ***Sahuhru d Domum,*** 3 Oct. i6r6 (L ***e^*** p. 246-250); Uebavus VIL ***fdteis,*** 6 dot. 1626 (L ***c.,*** p. 273k Paulus V, ***Sacn Apostolatus,*** 23 apr. 1618 (Grwrrri ***de Saint^Franevu da Sales.*** 19x2, 18, p. 423k Paulus V, ***d Domini.*** 7 apr. 1607 (Instituto de la CoropaAla de Nocstra Sefiora, t. L ***FonhNeiat 7 Regias aprotadas,*** Manxr<a, 1809. P- 7’t4k Ixmocaxttvs X, ***Evpom nobu.***

Hae novae fundationes dum, vel ab Initio earum institutionis vel deinceps ad acceptandum Monialium commune ius vigens —ut vitam vere religiosam unice tunc pro mulieribus recognitam profiteri valerent— adigebantur seu moraliter cogebantur ipsius Iuris renovationem diversis modis praeparabant

Hae novae Monialium formae, etsi vitam contemplativum canonicam profitebantur, et strictam clausuram pontificiam, propriae rationi vivendi aptatam, ex sententiis tunc vegentibus aegre quidem sed sincere demum receperant, tamen quandoque divinum Officium recitandum non susceperunt Multa vero apostolatus ct caritatis opera quae cum suo sexu suoque statu iuridlco consentanea habebantur, ipsae laudabili sollicitudine, ut sui muneris partes, fecerunt

• . .

Annis volventibus, sive ob novorum Ordinum exemplum sive ob progressum Congregationum ac Societatum, quae cum vita perfectionis fecundam caritatis, auxilii, educationis exercitationem coniungere nitebantur, sive denique ob communem rerum atque idearum omne genus processam, non pauca Monasteria multorum Ordinum, qui vitam contemplativam unice ex instituto suo sectabantur, opera apostolatus, probante ac prudenter moderante Sancta Sede, pluribus in locis receperunt1·.

Exinde sensim sine sensu obtinuit, ut commune Monialium Institutum non solum diversos Ordines cum propriis Regulis et Constitutionibus in se contineret, sea etiam profundior quaedam In Ipso admitteretur divisio inter Ordines scilicet et Monasteria quae vitam solummodo contemplativam sequebantur atque Ordines ac Monasteria in quibus, sive ex peculiari constitutionis lege sive ex subsequentibus Apostolicae Sedis concessionibus, ad vitam contemplativam canonice probata apostolatus opera convenienter adlungebantur.

Nostro hoc tempore, totum Monialium Institutum, tum In iis Ordinibus ac Monasteriis, quae fideliter vitam tantam contemplativam hucusque obiverant, tum in iis maxime quae ex Ecclesiae praescripto vitam contemplativam amice cum operibus apostolatus sociabant, adlunctonim rerumque vanetates ac mutationes non leviter persensit. Sane, cum hi Ordines educationis similibusque caritatis operibus vacent, quae sive ex inductis ubique moribus sive ex rerum publicarum interventu Ita nunc exercentur ut vix compatlbilia vel prorsus Incompatibilia fiant cum ali'qulbus e classicis clausurae pontificiae regulis, huius clausurae normae, retenta ipsius communi ratione, sapienter mitigari debuerunt, ut cum Illis operibus componi possent; quod profecto Ecclesiae sanctae animorumque utilitas postulare videbatur, cum nisi ita factum fuisset, ea opera vel omnino suscipi non potuissent vel non ea saltem ratione. Neque quoad apostollcos Ordines solum, sed etiam quoad Ordines tantum contemplativos, temporum adiuncta, atque gravis egestas, qua saepe laborant, mitigationes seu largiores interpretationes quandoque exigere ac requirere visa sunt.

Hodie, ut exemplum proponamus, civium sensus, quem socialem appellant, vix ferret nimis arctam can. 601 interpretationem, ne cum de Monlalibus quidem contemplativis aaltur. Hinc Sancta Sedes, pluribus necessitatibus vel utilitatibus materne In dies largius providet, quae iuxta receptum ollm judicium non Ita graves existimabantur, ut ob eas clausuram pontificiam infringere liceret vd ipsa eximere. Ceterum, domldliorum securitas atque unctitas, quae non unica quidem causa fuit pontificiae chusarae, sed varie pro temporum adiunctis, cum aliis causis ad Ipsam constituendam et ordinandam contulit, hodie magis quam ollm tecta sartaque est.

• . .

Summatlm origine el fastis sacri Monialium Instituti propositis, opportunum ducimus in praesens accurate distinguere ipsius propria ac necessaria elementa, quae vitam Monialium contemplativam canonicum ut primum ac praecipuum carum finem directo afficiunt. Nativis hisce atque praecipuis lineamentis quibus figura canonica Monialium dare in lure definitur, alia magni momenti accedunt quae, etsi non sunt necessaria, eam tamen complet, cum satis apte publico Monialium fini respondeant Ipsumque securum faciant. Aliqua vero In Monialium Institute invenimus quae ncc necessaria sunt nec eam conf)lent, sed tantum externa atque historica sunt, cum idicet ex adiunctis superiorum temporum, nunc vaj-l· mutatis, certo nascantur. Quando haec, vel lam non prosunt, vel maius bonum impedire valent, nulla speciali rationc servanda videntur.

Porro, firmis prorsus omnibus nativis ac polluisti venerandi Monialium Instituti clementis, quoad clemenu alia, quae externa et adventicia censentur, Illas caute prudenterque ad hodierna adiuncta accommodationes ioducere decrevimus, quae Instituto eidem non modo maiorem decorem, sed pleniorem etiam efficacitatem tribuere poterunt.

Ad has Instituti Monialium temperatas accommodationes inducendas / Nos movent. Imo urgent, plenae qun η habemus de re In singulis orbis partibus notitiae, ĕertaç inde exorta cognitio gravis inopiae, in qua Moniales saepe, ne dicamus semper, versantur. Sane, non pauca extant Monasteria quae, pro dolori vix non fame, miseria, Inedh pereunt; plura vero sunt quae, ob domesticas difficultates, duram, nec plerumque tolerabilem, vitam ducunt. Monasteria praeterea habentur quae, quamvis in egestate non vivant, cum tamen ab aliis quibuslibet Monasteriis seiuncU ac separata exsistant, non raro languescunt. Arctiores ellam clausurae leges non levibus saepe difficultatibus facilem viam sternunt. Postremo, crescentibus semper Eccleslx animorumque necessitatibus, ac multiplici his subveniendi adiutrice omnium opera urgente, momentum advenisse videtur, In quo vita monastica, generatim etiam inter Moniales contemplationi deditas, cum moderata apostolatus participatione concilietur.

Quod Nostrum hac dc rc ludlcium saepissime confirmarunt Ordinarium locorum ac religiosorum Antistitum testimonia, quae ex nonnullis nationibus prorsus communi consensu ad Nos pervenerunt.

• . .

Ex iis quae Infra in Statutis Monialium Generalibus decernuntur, aliqua hic illustrare iuvabit, ut regulas et iudicia inde proponamus ex quibus facile ac secure singuh praescripta intelllgi recte possint.

Et in primis, quoad vitam Monialium contemplativam hoc, quod iuxta mentem Ecclesiae semper viguit, firmum ac inviolatum servari debet: Monasteria omnia Monialium vitam contemplativam, ut primum atque praecipuum suum finem, canonice semper et ubique profiteri debere. Quam ob rem, labores et ministeria, quibus Moniales vacare possunt ac debent, talla esse oportet atque ili quoad focum, tempus, modum ratloncmque ordinanda ac disponenda sunt, ut vita vere ct solide contemplativa, sive totius Communitatis sive singularum Monialium. salva non tantum sit sed iuglter alatur ac roboretur.

Praescripta concessioncsque ollm, urgentibus rerum adiunctis, pro aliquibus regionibus data, ex quibus voti solemnla in simplicia commutabantur, odiosam dispensationem (can. 19) secum ferre certo dicenda sunt; eo vel magis odiosam, quod notae praecipuae Monialium haec immunitas adversetur; nam vota solemnla, quae arctiorem ac pleniorem quam alia publica vota Deo consecrationem secum ferunt, notam canonice necessariam et potissimam Ordinum exhibent. Quapropter, cum diuturna experientia diversis in locis aperte constet sive Regularium virorum sive / Monialium vota solemnla, etsi rerum poblicarum iure Ignorentur, facile nulloque negotio servari posse, pariterque securitati aliorum bonorum communium aliunde apte provideri, etsi persona iuridica, ut alicubi accidit, Religionibus ct Monasteriis denegetur, in hoc iam ante non paucos annos merito S. Sedis leges actioque simul conspirant,11 ut odiosae de quibus diximus exceptiones restringantur et, quoad fleri possit, tollantur. El revera Moniales non oportet honore, merito ct gaudio privare vota solemnla ipsarum propria emittendi. U

Ad tutiorem assequendam solemnis castitatis vitaeque contemplativae custodiam utque hortus conclusus Monasteriorum nullo mundi ausu penetrari, nullo astu insidhque violari, nullo sacculari profanoque contactu turbari posseL sed verum animarum claustrum evaderet11 in quo Moniales Deo liberius servire valerent,11 Ecclesia sapientiae

xS tept 1641 ℟* Ed. Train. i$, p. 403); Benotcrvs XIV, *In npfeena,* iS vrçt. I74î *de SwC-Aη ηϋη ti* CcmiùiüKXi *panr Ui* JUliCMvtn *ii la Canfri(Hum de il CÀarÿU in Ban Pailevr* ΓXαρπ, t SjS. p. 3T4I)·

·· ***faatUi*** S. C. ***ie*** JUipotu, N. ρτ.

n Pir» VH. ***Brcci nd ep. Tamae.*** 24 iun. iSxo (Bœxamju, CoC/.ıλ μ 1, p 7j8h S. C. ***De Rdig., 22*** tnaü 1919 (AAS., xx [X919L p. 240); S. ***C.Dt Rehn.,*** 23 iun. 1923 (AAS., 15 **Owl.** P· 357) [LE SUi; ***S. C. dl*** febr. X924 (AAS., x6 [1924]. P 96-10:) [LE 567].

" Hvco DE Fouetо, ***De cliuilro amnuu (PL,*** 176, XO17K

" Ixmqcextivs IV, ***ad Moniales S. Dammiei de Irn^*** xx mxü xxjx (B»l ***Otd. Pried.*** L, χ, p. 206).

vigilanti sollicitudine severiorem clausuram, tamquam Institutum Monialium peculiare statuit, diligenter ordinavit atque gravibus pontificiis sanctionibus perpetuo communivit. Haec veneranda Monialium clausura, quae ex Auctoritate suprema a qua procedit atque ex sanctionibus quibus Interius exterlusque detenditur pontificia appellator, in Nostra hac Constitutione non solum, pro diversis adiunctis Monasteriorum, quae ipsi hucusque obstricta sont, consulto ac solemnltcr confirmatur, sed caute ad illa etiam Monasteria extenditur, quae eadem adhucusque, ob legitime impetratas dispensationes, non obligantur.

Monasteria quae vitam unice contemplativam profitentur, neque intra domus religiosae terminos stabilia opera educationis, caritatis, recollcctionls vel alia id genus admittunt, clausuram Illam pontificiam retinebunt vel accipient, de qua In Codice agitur (can. GOO-G02), quaeque *maior* appellabitur.

Quoad vero Monasteria illa quae, sive ex instituto sive ex legitimis S. Sedis praescriptis, vitae contemplativae exercitium quorundnm ministeriorum cum ipsa consentaneorum intra monasticas ipsas aedes amice coniungunt, cbusura pontificia, illis retentis quae eidem necessaria atque Insita sunt. In nonnullis, quae vix vel ne vix quidem observari possunt, temperatur, in aliis vero, quae ad clausuram pontificiam Codicis non adeo necessaria censentur (can. 599, 604 § 2), apte completur. Haec clausura pontificia temperata atque hodiernis necessitatibus accommodata quae, ut ab antiqua rigidiore distinguatur, *minor* nuncupabitur, illis etiam Monasteriis concedi poterit quae, etsi vitam tantum contemplativam retineant, vota solemnia non habent vel nonnullis carent conditionibus quae ad
13 maiorem clausuram pontificiam, iurisprudcntla recepto-/que stilo Curiae merito requiruntur. Accurata horum omnium clausurae pontificiae minoris elementorum definitio infra, in Statutis Generalibus et in Instructionibus a S. Congregatione de Religiosis Nostra Auctoritate Nostroque nomine dandis, tradetur.

Quod spectat ad Monasteriorum Monialium autonomiam seu mutuam libertatem, ea hic repetere opportunum ducimus ct Monlalibus applicare quae, consulto de Monachis dixeramus in Homilla habita die 18 septembris 1947 in patriarchal! Basilica S. Pauli extra moenia, revoluto decimo quarto saeculo ab obitu S. Benedicti Nursianl34. Mutatis rerum adiunctis, plura iam suadent, ac non raro postulant, Monasteriorum Monialium consociationem, uti facilior ac convenientior officiorum distributio, utilis ac saepe necessaria religiosarum ab uno ad aliud Monasterium vanis de causis ad tempus translatio, oeconomicum iuvamen, laborum coordinatio, observantiae communis defendo, alfaoue id genus. Quod autem haec omnia fieri et obtineri valeant, quin necessariae autonomiae derogetur nec quomodolibet clausurae vigor enervetur vel recollectioni vibeque monasticae severiori disciplinae damnum inferatur, tam ex amplissima experientia Congregationum Monasticarum virorum, quam ex non raris speciminibus Unionum ac Foederationum quae inter Moniales hucusque approbatae fuerunt, certe ac secure comprobatur. Ceterum Foederationum erectio et Statutorum quibus regi debeant approbatio, Sanctae Sedi reservatae manebunt.

Ad laborem, sive manuum sive animi, omnes, viris vel mulieribus minime exceptis qui vitae contemplativae vacant, non solum lex naturalis obligat.31 sed pacnitentiae diam ac satisfactionis officium 3t. Labor praeterea generale est instrumentum quo animus, et a periculis servatur ct ad altiora evehitur, quo nos. ut oportet, divinae Providentiae operam praebemus nostram tum In ordine naturae tum in ordine qui naturam excedit; quo opera caritatis exercentur. Labor denique norma est ac lex praecipua vitae religiosae, vel ab cius originibus, iuxta illud «ora et hbora». Sane huius vitae disciplina, magna ex parte in praecipiendo, ordinando ac perficiendo labore posita fuit semper37.

Monialium labor, si aeterna rcsplciantur, talis esse oportet, ut quae illum suscipit, in primis sancto proposito suscipiat; ut eadem praesentem Deum saepe cogitet; ut Illum ex oboedientia capiat, cum sulque voluntaria castigatione coniungat. Quod si labor ita sustinebitur, ille potens ac constans erit omnium virtutum exercitatio, atque pignus suavis cfficacisque coniunctionis vitae contempla-
it liveram activa, ad exemplum Nazarethanae Familiae3’./

Sl vero monasticus labor vel quoad naturam vel quoad disciplinam aestimetur, c Regulis, Constitutionibus traditisque singulorum Ordinum consuetudinibus non tantum viribus Monialium eum par esse oportet, sed Ita etiam disponi ac perfici, ut, pro temporum cursu rerumque adiunctis, et Monlalibus necessarium victum quaerat, ct ad egenorum, ad hominum societatis, ad Ecclesiae utilitatem conferat39.

Cum Christianae vitae perfectio in caritate specialiter posita sit,40 cumque caritas qua Dominum unice super omnia diligere debemus omnesque in Ipso, una eademque vere sit. Mater Ecclesia ab omnibus Monlalibus quae canonice contemplationem profitentur, cum Dei perfecto amore, perfectam erga proximos caritatem exigit; cuius caritatis suique status gratia, religiosi viri religiosaeque mulieres Ecclesiae omnlumque indigentium necessitatibus totos se devotos persentiant oportet.

Moniales ergo omnes probe sciant ipsarum vocationem plene totamque apostolicam esse,41 nullis locorum, rerum, temporum limitibus circumscriptam, sed ad omnia, semper ct ubique sese porrigentem, quae aut ad Sponsi honorem aut ad animorum salutem quovis modo spectant. Haec vero universalis apostolica Monialium vocatio nulla re impedit quominus Monasteria suis precibus et totius Ecclesiae et singulorum hominum vel coetuum necessitates commendatas habeant.

Communis omnium Monialium apostolatus, quo divini Sponsi sui honorem zelare 43 ct universae Ecclesiae omniumque christifidelium bonum provehere debent, his tribus praecipue vcluti instrumentis utitur.

1® exemplo Christianae perfectionis; cum earum vita, licet sine verbis, alte tamen loquatur ct continuo ad Christum atque ad Christianam perfectionem fideles trahat, et bonos Christi milites43 ad legitimum certamen ut vexillum excitet alliciatquc ad coronam;44

2° precatione, tum publice Ecclesiae nomine, septies in die solemnltcr canonicis horis ad Deum fundenda, tum etiam privatlm perenniter Deo omnibus formis offerenda;

3° devovendi se studio. Ita ut afflictationibus, quae ex vita communi fideliquc regulari observantia oriuntur, alia propriae abnegationis exercitia sive ex Regulis ac Constitutionibus praescripta sive prorsus voluntarie suscepta, addantur, quibus generose illa impleantur «quae desunt passionum Christi Iesu, pro corpore Eius, quod est **Ecclesia»/** 15

Postquam Monialium Instituti historicos fastos illustravimus accurateque descripsimus quibus Idem terminis cum hodiernis vitae necessitatibus componi possit, iam generales normas tradere putamus iuxta quas ad rem compositio illa adducenda sit. Totam Constitutionem atque Statuta Generalia quoad omnes vel iam factas vel faciendas Monasteriorum Foederationes ct quoad singula Monasteria, S. Congregatio de Religiosis ad effectum adducet; quae Nostra Auctoritate, per instructiones, declarationes, responsa aliaque id genus documenta. Hia omnia peragere poterit, quae ad Constitutionem diligenter atque efficaciter inducendam atque ad Generalia Statuta fideliter promptequc servanda spectant.

STATUTA GENERALIA MONIALIUM

Art. I—§ L Monialium nomine in hac Constitutione, ad normam iuris (c. 488, 7°) veniunt, praeter religiosas votorum solemnium, illae etiam quae vota simplicia, perpetua vel temporaria, professae sunt in Monasteriis in quibus vota solemnla vel actu nuncupantur vel ex instituto emitti deberent; nisi ex contextu sermonis vel cx rei natura aliud certo constet.

§ 2. Legitimo Monialium nomini (c. 488, 7·) et luris Monialium applicationi minime officiunt: 1) *pro/essio simplex* in Monasteriis legitime emissa (j 1); 2) *dausura ponfida minor* quae Monasteriis sit praescripta vel rite concessa; 3) *operum apostolatus exercitium*, quod cum vita contemplativa cuniunctum sit, sive ex Instituto a S. Sede pro aliquibus Ordinibus probato et confirmato, sive ex legitimis S. Sedis pro nonnullis Monasteriis praescripto aut concessione.

§ 3. Apostolica haec Constitutio iuridice non respicit: 1) Congregationes religiosas (c. 488, 2°) Sororcsque ipsarum sodales (c. 488, 7®). quae ex instituto vota tantum simplicia nuncupant; 2) Societates mulierum In comuni ad instar religiosarum viventium earumque sodales (c. 673).

M AAS ,39 (X947), PP· 454 455· ‘‘ Gtx. 3, 15; 3.iy, Iob. 5, *T.* » Thm. 3. 10. 3,*19.* ’’ AAS., L c., p. 453 ’· Matth. 13, 55; Marc.. 6. 3.

·· Efh. 4. 2S. ·· Ioxx. 4. x6; Coi- 3, 14; S. Tmu 3. t, q. 1S4, ·. 1.

41 Pits X, Epist. *aS* Gm. rt teuaemn *Frein Carm/liiATUKt Excakeaiintiii tortio ftono MC ah* Siu S. *TkxroMU thhvtit,* AAS., 6 (19X4). P- HQ. 14«; Pn.’» XI, Corut ApOtt. *Umbratitom,* AAS., 16 [1924?. P· 335-3S6, 3S9; PlCT XII, UlL Enc. Myto Corporjj, AAS.. 35 (1943b W W. »45 ILE 1759l-

° *Off. S. Tkfrauu l irg*. dk 15 Oct. ‘‘ II Tim. 2, 3 ° 11 Tim 4, S. * Cm. r. »4·

Art. II—f 1. Peculiaris ratio vitae religiosae monasticae, quam Moniales fideliter sub rigida regulari disciplina colere debent, et ad quam ab Ecclesia destinantur, est vita contemplativa canonica.

5 2. Vitae contemplativae canonicae nomine intclll· gitur non illa interna et theologica ad quam animae omnes in Religionibus imo el in saeculo viventes invitantur, quamque apud se singulae ducere ubique valent; sed exterior disciplinae religiosae professio auae, sive cx clausura, sive ex pietatis, orationis mortificationisque exercitiis, sive denique ex laboribus quibus Moniales incumbere
16 debent, in interiorem contempla tionem ita ordinatur, ut eiusdem studio tota vita totaque actio et facile valeat et efficaciter debeat imbui.

f 3. Si vita contemplativa canonica sub rigida regulari disciplina habltualiter servari non possit, character monasticus nec concedendos est nec, si iam habeatur, retinendus.

Art. III—J 1. Vola religiosa solemnia, ab omnibus Monasterii sodalibus vel ab una saltem ipsarum classe nuncupata, praecipuam notam efficiunt ex qua Monasteria mulierum, non inter Congregationes religiosas sed inter Ordines regulares iure numerantur (c. 488, 2®). Religiosae autem in his Monasteriis professae omnes. Regularium appellatione in iure, ad normam c. 490, veniunt, atque non Sororum sed Monialium proprio nomine vocantur (c. 488, 7·).

f 2. Monasteria omnia, In quibus vota tantum simplicia nuncupantur, votorum solemnium instaurationem impetrare poterunt Quinimmo, nisi pronus graves obsint rationes, eadem Herum suscipere curabunt.

5 3. Solemnes antiquae formulae consecrationis Virginum, quae in Pontificali Romano habentur, Monialibus reservantur.

Art. IV—J 1. Severior Monialium clausura, quae pontificia dicitur, firmis semper ac pro omnibus Monasteriis iis notis quae eidem quasi naturales sunt, duplex in posterum distinguetur *maior* et *minor.*

J 2. 1® Clausura pontificia *maior,* illa scilicet quae in Codice describitur (cc. 600-602). hac Nostra Apostollca Constitutione plane confirmatur. Sacra Congregatio de Religiosis, Nostra Auctoritate, declarabit quas ob causas dispensatio a clausura maiore concedi possit, ut, rei natura incolumi, nostri temporis adiunctis aptius eadem accommodetur.

2’ Clausura pontificia maior, salvo J 3, 3®, in omnibus Monasteriis vigere ex regula debet, quae vitam contemplativam unice profitentur.

f 3. 1· Clausura pontificia *minor* illa ex antiqua clausura Monialium retinebit, iliisque sanctionibus detendetur, quae ad ipsius naturalem rationem conservandam ac vindicandam necessaria in Instructionibus S. Sedis expresse definiuntur.

2® Huic pontificiae minori clausurae obnoxia sunt Monasteria Monialium votorum solemnium quae, sive ex instituto sive ex legitima concessione, ita ministeria cum extraneis suscipiunt, ut piures religiosae et notabilis domus
17 pars habltualiter In haec ministeria incumbant. /

3· Pariter, saltem huius clausurae praescriptis sublici debent omnia el singula Monasteria, etsi unice contemplativa, in quibus vota tantum simplicia nuncupantur.

f 4. 1® Clausura pontificia maior vel minor, necessaria condicio habenda est, non solum ut vota solemnia emitti possint (I 2) sed etiam ut illa Monasteria, in quibus vota simplicia nuncupantur 3), ut vera Monasteria Monialium ad normam c. 188, 7· in posterum habeantur.

2· Si regulae clausurae pontificiae, saltem minoris, observari plerumque non possint, vota solemnia quae habeantur adimenda sunt.

§ 5. 1® Clausura pontificia minor, quoad illas praesertim notas in quibus a clausura Congregationum vel Ordinum virorum distinguitur, observanda est in locis ubi Moniales vota solemnia non nuncupant.

2® Sl autem certo appareat in aliquo Monasterio clausuram saltem minorem ex more servari non posse. Monasterium illud In domum vel Congregationis vel Societatis mutandum erit.

Art. V—I 1. Ecclesia ad orationem publicam, quae eius nomine, sive in choro (c. 610, § 1) sive privatim (c. 610. j 3), Deo funditur, solas Moniales inter mulieres Deo sacras deputat; easque ex regula ad nonnam suarum Constitutionum, huic orationi horis canonicis cotidie persolvendae graviter obstringit.

§ 2. Omnia Monialium Monasteria slngulaeque Moniales vota solemnia vel simplicia professae, Officium divinum In choro ad normam c. 610, 5 1 el suarum Constlto· tionum, ubique recitare tenentur.

5 3. Iuxta c. 610, § 3 Moniales, quae α choro abfuerunt, si vota solemnia non nuncupaverint, ad privatam horunin recitationem, nisi aliud expresse praescribant Condito, tiones (c. 578, 2·), restricte non tenentur; tamen non solum Ecclesiae mens est. ut supra diximus (art. IV), ut vola Monialium solemnia ubique instaurentur, sed etiam, si ad tempus Instaurari non valeant, ut Moniales vola perpetua simplicia loco solemnium professae, pensum Offldl divini fideliter absolvant.

5 4. Missa convcntualis In omnibus Monasteriis Officio diei respondens, secundum rubricas, quoad fleri possit, celebrari debet (c. 610, § 2).

Art. VI—§ 1. 1° Monialium Monasteria, secus ac albe religiosae mulierum domus, ex Codice ct ad ipsius nomum sui luris sunt (c. 488, 8°).

2® Antistitae singulorum Monasteriorum Monialium in iure Superiores maiores sunt, omnlbusque facultatibus donantur quae Superi'oribus maioribus competunt (e. 4W, n 8e), nisi cx contextu sermonis vel ex rcl natura aliquae ad viros tantum attineant (c. 490).

§ 2. 1® Ambitus condicionis *sui (uris* seu autonomie quam vocant Monasteriorum Monialium ct Iure communi ct iure peculiari definitur.

2· Tutelae iuridlcae, quam ius sive Ordinariis locorum sive Superioribus regularibus quoad singula Monasteria concedit, neque ex hac Constitutione neque ex Foederationibus Monasteriorum a Constitutione permissis (art. VII) atque eius auctoritate inductis, quovis modo derogatur.

3· Iuridlcae relationes singulorum Monasteriorum cum Ordinariis locorum vel Superioribus regularibus, ex iure communi atque ex iure peculiari regi pergent.

5 3. Hac Constitutione nullo modo definitur utrum singula Monasteria Ordinarii loci potestati obnoxia sint an, intra terminos iuris, de ea sint exempla el Superiori regulari subjaceant.

Art. VII—§ 1. Monasteria Monialium non solum sui iuris sunt (c. 188, 8®), sed ctiam iuridice distincta atque invicem independcntla, nullis vinculis praeter quam spiritualibus ac moralibus, inter se unita ac devincta, etsi idem primo Ordini vel religioni iure sint subiecta.

f 2. 1° Monasteriorum mutuae libertati, potius facto receptae quam iure impositae, nullo modo officit Foederationum constitutio; neque eae Foederationes haberi debent ut iure prohibitae vel quomolibet naturae et finibus vitae religiosae Monialium minus consentaneae.

2’ Monasteriorum Foederationes quamvis reguh generali non praecipiantur, tamen a Sede Apostolica valde commendantur non solum ad mata et incommoda praecavenda quae cx plena separatione oriri possunt, sed etiam ad regularem observantiam vitamque contemplativam provehendam.

§ 3. Constitutio cuiuslibet formae Foederationis Monasteriorum Monialium vel Confoederationis Foederationum Sedi Apostolicae reservatur.

§ 4. Omnis Foederatio seu Confoederatio suis legibus a S. Scde probatis, ordinari ac regi necessario debet.

§ 5. 1® Salvis art. VI, |§ 2, 3, ct salva praecipua autonomiae ratione supra definita (§ 1), nihil vetat quominus in Foederationibus Monasteriorum ineundis, ad exemplum nonnullarum Congregationum monasticarum ct Ordinum sive Canonicorum sive Monachorum, quaedam huius/auto- n nomiae inducantur aequae condiciones ct intermissiones, quae necessariæ vel magis utiles videantur.

2® Formae tamen Foederationis quae praedictae aulonomiae dc qua diximus (J 1) contrariae videantur et ad rationem regiminis centralis accedant. S. Sedi speciali modo reservantur, nec sine expressa Ipsius concessione institui possunt.

§ 6. Foederationes Monasteriorum ex fonte unde proveniunt atque ex Auctoritate a qua directe dependent el reguntur, sunt luris pontificii ad normam luris canonici.

§ 7. S. Sedes immediatam vigilantiam el auctoritatem, prout casus ferat, in Foederationem exercere poterit per aliquem Adsistentem religiosum, cuius munus erit non tantum S. Sedem repraesentare sed etiam conservationem genuini spiritus proprii Ordinis fovere et Superiorissas in recto ac prudenti Foederationis regimine opera ct consilio adIuvare.

I 8. 1· Statuta Foederationis non solum praescriptis normis a S. Congregatione de Religiosis Nostra Auctoritate elaborandis, sed etiam naturae, legibus, spiritui et traditionibus sive asceticis sive disciplinaribus sive iuridicis et ipostolleb proprii Ordinis, conformentur oportet.

2· Foederationum Monasteriorum praecipuus finis est fraternum adlutorium sibi mutuo praestare, non solum In spiritu religioso ac in regulari monastica disciplina fovendis, sed etiam in rebus oeconomicis provehendis.

3· Sl casus ferat, peculiares nonnae in approbandis Statutis tradendae sunt, quibus moderari oporteat facultas et moralis obligatio petendi ac mutuo sibi concedendi Moniales, quae tum ad regimen Monasteriorum, tum ad Institutionem novitlanim in communi novitiatu pro omnibus vel pro pluribus Monasteriis erigendo, tum denique ad aliis moralibus vel materialibus Monasteriorum aut Monialium necessitatibus providendum, necessariae existimentur.

Art. VIII—5 1. Labor monasticus, cui ctiam Moniales vitae contemplativae incumbere debent, Regulae, Constitutionibus, traditionibus singulorum Ordinum debet esse pro viribus consentaneus.

f 2. Labor ita ordinari debet ut, simul cum aliis rationibus nb Ecclesia probatis (cc. 5-17-551, 582), et cum subsidiis a Divina Providentia suppeditatis, securam reddat nc convenientem Monialium substentationem.

j 3. 1· Ordinarii locorum, Superiores regulares et Su-
20 periorissae Mo/nastcriorum ac Foederationum, omnem (enentur diligentiam adhibere ut necessarius, adaequatus ac proficuus labor numquam Monialibus desit.

2· Moniales vero ex conscientiae officio tenentur, non solum ad sibi honeste frontis sudore panem quo vivant, ut monet Apostolus (II Thcss., III, 10) lucrandum, sed etiam ad sese, prout tempora exigunt, in dies ad diversa opera habiliores reddendas.

Art. IX—Moniales omnes ut divinae apostolicae vocatione fideles inveniantur, non tantum generalia monastici apostolatus instrumenta adhibere debent, sed praeterea sequentia observare curabunt.

} 1. Moniales quae in propriis Constitutionibus seu legitimi' ora^script's specialis apostolatus opera definita habent, ad normam Constitutionum seu Statutorum ac praescriptionum sese fideliter eisdem dare ac consecrare tenentur.

f 2. Moniales quae vitam unice contemplativam profitentur.

1· sl in propriis traditionibus aliquam externi apostolatus specialem formam acceptam habeant vel habuerint, illam hodiernis necessitatibus aptatam, salva semper ipsarum vita contemplativa, retineant fideliter, et sl perdiderint, eam restituere diligenter curent. Sl vero circa adaptationem aliquod dubium remaneat, S. Sedem consulant;

2® ex adverso, si vita pure contemplativa neque cx Ordinis probatis Constitutionibus neque ex traditione externo apostolatu! hucusque coniuncta lugi constantique ratione fuerit, tunc nonnisi in casibus necessitatis et per limitatum tempus, In illis apostolatus formis singularibus praesertim seu personalibus, occupari poterunt aut, ex caritate saltem, debebunt, quae cum vita contemplativa, prout in Ordine servatur, iuxta criteria a S. Sede figenda, cnmpatibiles videantur.

Quaecumque autem his Litteris décréta continentur, ea omnia stabilia, rata, valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus, peculiarissima etiam mentione dignis.

Earum vero exemplis aut excerptis, ctiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, camdem volumus haberi fidem, quae haberetur praesentibus, si essent exhibitae vel ostensae.

Nulli Igitur liceat hanc paginam Nostrae declarationis et voluntatis infringere, vel ci ausu temerario contra ire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri ct Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesima prima mensis Novembris, Praesentationi B. Mariae V. ucra, anno lubilarl millesimo nongentesimo quinquagesimo, Pontificatus Nostri duodecimo.—PIUS PP. XII.

Ada. P M. ABELLAM in PrM 4 (1951) 73-110; E. BERGH in NrT 83 (»51)337-310; O. ESCUDERO in CpR 31 (1952) 27-33, 151-180; Ael. GAMBABiin BEDC Ô (1951) 1111-1135; 7 (1952) 601-858; A. PUGLIESE ώ MH 78 (1951) 223-242; A TARERA ia CpR 31 (1952) 37-48

2168

1950 NOV 23.-SC RELIG., INSTR. AAS 43 (1951) 37-44

Instructio ad constitutionem «sponsa christi» in PRAXIM DEDUCENDAM, ID EST, DE MONIALIUM CLAUSURA MAIORI ET MINORI, DE FOEDERATIONIBUS monasteriorum MONIALIUM, ET DE LABORE MONASTICO

L Inter praeclara documenta quibus Ssmus Dominus Noster, Pius Div. Prov. Papa XII, tamquam pretiosissimis gemmis Maximum lubilacum ornare et coronare voluit, non ultimum certe locum obtinet Apostollca Constitutio *'Sponsa Christi·* JLE 2167], de sacro ac venerando Monialium Instituto in Ecclesia Dei promovendo et renovando. Sacra Congregatio, quae pro suo munere ct officio fideliter prompteque Ssmo In omnibus adstat, quae ad Statum perfectionis spectant, commissionem reverenter ac libenter ab Ipso hanc accepit, tot adspectibus vere praeclaram Constitutionem, exsecutioni mandandi atque securam ct facilem ipsius applicationem reddendi.

II. S. Congregatio ut tam honorifico muneri satisfaciat, in hac Instructione practicas normas colligit circa illaquæ maiorem difficultatem offerunt.

III. Porro, specialem prae se ferunt difficultatem specialique proinde indigent declaratione: 1° ea quae ad Monialium clausuram maiorem vel minorem sese referunt; 2° ea quae de Foederationibus inducendis et de autonomia moderata constituuntur; 3° ea tandem quae de fructifero labore Monasteriis procurando et inter ipsa coordinando In Apostollca Constitutione innuuntur.

I

DE MONIALIUM CLAUSURA MAIORI ET MINORI

IV. Constitutio *'Sponsa Christi·* (art. IV) pro omnium Monialium Monasteriis clausuram peculiarem praescribit quae a clausura episcopali Congregationum differt (c. 604), quaeque ex generali norma iuris, ut clausura regularis virorum, papalis est (c. 597 § 1); Immo, quoad plura praescripta, tum pro ingressu extraneorum intra clausurae limites cum pro Monialium ab eisdem egressu, normis severioribus, quam clausura papalis virorum, regitur. / 33

V.Clausura papalis Monialium in posterum duplex erit: maior, quae Monasteriis reservatur In quibus, licet numerus Monialium imminutus sit, vota solemnia emittuntur et vita unice contemplativa ducitur; et *minor,* quae, ex regula, Monasteriis applicatur in quibus vita non unice contemplativa colitur vel ubi Moniales vota tantum simplicia profitentur.

I - Clausura papalis maior

VI. Clausura *maior* illa est, quae In Codice prostat (cc. 600, 602), a S. Congregatione, Instructione *'Nuper edito·,* S. P. Pio XI, f. m. dic 6 februarii a. 1924 approbante, 1 accurate definita. Haec clausura In Constitutione *'Sponsa Christi·* plene confirmatur, salvis declarationibus quae sequuntur, quasque Constitutio S. Congregationi faciendas committit (art. IV, § 2, 1°) ut illius observantia temporum necessitatibus adiunctisque locorum prudenter accommodetur.

VII.Moniales quae clausura papali maiore ligantur, emissa professione, vi huius professionis atque legis ecclesiasticae praescripto, gravem obligationem contrahunt:

1° semper intra Monasterii septa manendi quae sub difinitis clausurae limitibus posita sunt,1 ita ut ipsis inde vel ad momentum exire quovis praetextu vel colore 3 non liceat sine speciali S. Sedis induito, exceptis tantum casibus in canonibus4 ct Instructionibus S. Sedis4 expressis vel qui in approbatis ab ipsa S. Scde Constitutionibus seu Statutis contemplantur;

2° in partes Monasterii clausurae legi obnoxias · nullam admittendi personam, cuiusvis generis, conditionis, sexus, aetatis, etiam ad temporis momentum, sine speciali induito S. Sedis, exceptis personis ct casibus in canonibus expressis 7 atque in S. Sedis instructionibus ' approbatlsque ab Ipsa Constitutionibus vel Statutis.

VIII. 1° Indulta ac dispensationes egrediendi e clausura maiori post emissam professionem (VII, Ie) vel in ipsam ingrediendi aut alios admittendi (ib., 2e), uni S. Sedi

1.4..4.S-, XII (19^4),p. 96-ioî fLE 567). '€<0.597. 1 Instr. Λ'Ι·/ντ elite, 4 Can. 601. * Instr, at III, x, «. 'Can. 597, H x, J. ' Can-600, P.C. I 1 Instr, dt. III, a. 4. J.

reservantur et ab Ipsa, vel eius nomine ac delegatione,
39 nnlcc concedi valent. /

2® Causae ad dispensationes obtinendas, adiunctis casuum, temporum ac locorum aeque ponderatis, nttentisque praxi et stilo Curiae, proportionate graves esse debent.

IX. 1® Facultas dispensandi ab homine dari potest, sive ad definitum tempus pro omnibus casibus qui eo currente acciderint, sive ad certum casuum numerum. Nihil tamen vetat quin aliquae concessiones habituales in iure particulari, legitime approbato, e. g. in Constitutionibus, in Foederationum statutis similibusque documentis, fiant.

2® Induite et dispensationes, sive *ab homine* sive *a iure,* generali aut particulari, procedant, ad normam Instructionum S. Sedis, · ac praxis stilique Curiae, conditiones cautelasque definire debent (ruibus dispensatio subiicitur.

X. Poenas contra huius dausurac leges violantes illae firmae manent quae in Codice continentur (c. 2342, nn. 1,3).

II - Clausura papalis minor

XI. Clausura papalis *minor:*

1® regulas funoamenteles clausurae Monialium, quatenus ipsa tem a clausura Congregationum (c. 604) quam etiam a clausura Ordinum virorum (cc. 593-599) longe distet, salvas relinquit;

2® securam et omnibus patentem observantiam et custodiam castitatis solemnis reddat oportet;

3® vitem contemplativam Monasterii protegere et efficaciter fovere debet

4® Ministeria quae Ecclesia his Monasteriis consulto commisit, ita sub hac clausura papali minori cum vita contemplativa componenda sunt ut haec salva prorsus sit iliaque rite et fructuose exerceri valeant.

5® In Monasteriis quae approbatis operibus vacant, praescriptum can. 599 f 1 pro clausura Regularium virorum, quod Congregationum clausurae, canone 604 f 2, etiam applicatur, rigide et fideliter observandum est, Ita ut clara pcrfectaque separatio semper adsit inter aedes seu aedium partes habitationi Monialium vitaeque monasticae exercitiis destinatas et illas quae operibus addicuntur.

XII. Clausura papalis minor secumferü

1® graven! prohibitionem admittendi intra partes domus, Monialium Communitati destinatas et legitime clausurae sublectas (c. 597), quaslibet personas Communitati extraneas, cuiusvis generis» conditionis, sexus atque
40 aetatis, ad normam can. 600; /

2® prohibitionem ellam gravem pro Monialibus post professionem egrediendi extra septa Monasterii, eadem ratione ac Moniales clausurae maiori sublectae (η. VII-IX).

XIII. 1® Egressus Monialium e partibus Communitati reservatis ad alia loca intra septa Monasterii posita et operibus apostolatus addicta, tantum huius ratione, illis ex venia Superiorissae adhlbltisque cautelis licet, quae ad normam Constitutionum praescriptorumque S. Sedis apostolatul exercendo quomodolibet destinantur.

2» Dispensationes a praescripto η. XII, 2», si quae, ratione apostolatus. necessariae sint, concedi tantum possunt Monialibus aliisque sodalibus quae ministeriis sint legitime adscriptac, onerata graviter conscientia Supcriorissarum, Ordinariorum et Superiorum quibus clausurae tutela commissa est (c. 603).

XIV. Ingressus extraneorum ad loca Monasterii operibus destinata his normis regitur.

1® ingressus habitualis licet alumnis seu alumnabus, alilsve In quorum favorem ministeria exercentur et mulieribus tantum quae, ministeriorum ratione el occasione, cum Ipsis relationem habere necessario debent:

2® exceptiones quae admitti necessario debent, e. g. Siae a legibus civilibus ratione inspectionum, examinum iisve de causis Imponi solent, Ordinarius loci, ut tales, generali seu habituali declaratione definiat;

3® aliae exceptiones, si quae quandoque in casibus singulis videantur vere necessariae, Ordinarii expressis concessionibus reservantur, qui ex conscientiae officio prudentes cautelas imponere debet.

XV. 1® Moniales illegitime e septis Monasterii exeuntes excommunicatione Sedi Apostolicae simpliciter reservata ad nonnam can. 2342, 3®, vel cx expressa concessione Ordinario loci reservata, ipso facto plectuntur.

2® Moniales illegitime egredientese partibus Monasterii Communitati reservatis ad alia loca intra septa Monasterii posita, a Superiorissa vel ab Ordinario loci pro gravitate culpae puniendae sunt.

3° Illegitime ingredlcntcs et cos introducentes vel admittentes in partes Monasterii Communitati reservatu, excommunicationem S. Sedi simpliciter reservatam incurrunt.

4» Illegitime ingredientes et cos introducentes vel admittentes ad loca Monasterii extra partes Communitati destinatas ab Ordinario loci ubi Monasterium adest, severe pro gravitate culpae puniantur./

XVI. Clausurae papalis minoris dispensationes ex regula, exceptis casibus In iure admissis, S. Sedi reservantur.

Facultates plus minus latae, prout adiuncta exigere videantur, sive ab homine sive in Constitutionibus ct Statutis possunt Ordinariis delegari.

II

DE FOEDERATIONIBUS MONASTERIORUM MONIALIUM

XVII. Foederationes Monasteriorum Monialium, ad normam Constitutionis «*Sponsa Christi*· (art. VII J 2, 2·), tam ad damna vitanda quae gravius et facilius Monasteriis prorsus independentibus obvenire solent quaeque per unionem efficaciter magna ex parte evitari possunt, quam etiam ad bona spiritualia et temporalia fovenda, enixe commendantur.

Etsi ex regula Foederationes non imponantur, (art. VII, 5 2, 2®), rationes tamen ex quibus in genere commendantor ita in casibus particularibus urgere possunt, ut omnibus perpensis, a S. Congregatione ipsae tamquam necessariae aestimentur.

XVIII. Foederationes Monasteriorum non impediri debent ex eo quod Monasteria quae ipsas constituere intendunt, ut singula, Superioribus regularibus sint sublecta. In *Statutis Foederationis* ratio haberi debet huius communis sublectionis.

XIX. Quando ex mente Fundatoris vel ex qualibet alia superveniente ratione, aliqua extiterit veluti inchoatio unionis vel foederationis Monasteriorum ipsius ordinis vel instituti, ipsa Foederatio ita perficienda est ut ratio habeatur illorum quae prius lam recepta vel adumbrata erant.

XX. Monasteriorum Foederatio nullo modo directo afficit habitudinem singulorum Monasteriorum ad Ordinarios locorum aut Superiores regulares ad normam iuris communis vel particularis vigentem. Hinc, nisi expresse ac legitime huic regulae derogetur, potestas Ordinariorum ac Superiorum regularium ex Foederatione nec augetur, nec minuitur, ncc in aliquo modificatur.

XXL In Foederationis Statutis possunt aliqua circa Foederationem iura Ordinariis vel Superioribus concedi, quae ex regula eisdem non competerent, incolumi generarim iure in singula Monasteria qua talia.

XXII. Unionum seu Foederationum generales ac praecipui fines et comrnoda sunt:

1° facultas, luridice agnita, atque officium canonice sancitum fraterni adiutorii, tam in regularis observantiae conservatione, defensione, / incremento, rcbusque oeconomicis quam in omnibus aliis mutuo slbl praestandis; ‹2

2® erectio novitiatuum omnibus seu pluribus Monasteriis communium pro casibus in quibus, sive ob defectum personarum ad officia directionis necessariarum sive ob alia adiuncta moralia, oeconomica, localia, etc., In singulis Monasteriis solida et practica institutio spiritualis, disciplinaris, technics, cultundis dari certe non possit;

3° facultas et moralis obligatio, certis normis definita, a Monasteriis foederatis suscepta, petendi ac mutuo sibi concedendi Moniales quae ad regimen et formationem necessariae esse possunt;

4° possibilitas ct libertas mutuae temporariae communicationis seu cessionis sublectorum, et etiam destinationis ratione infirmitatis aliusve moralis vel materialis necessitatis.

XXIIL Characteres et notae Foederationum, quae si complexive sumantur essentiales habendae sunt, sequentes recensentur.

1® Foederationes Monialium, *ex fonte* unde proveniunt atque *ex auctoritate* a qua ut tales directe dependent ac reguntur, sunt *iuris pontificii* ad normam Codicis (c. 488, 3°). Hinc» S. Sedi competit et reservatur non

• testr. dt HI. x.

tantum ipsarum erectio, 10 verum ct Statutorum approbatio atque Foederationi Monasteriorum adscrlptio vel ab eadem separatio 11.

Salvis quoad singula Monasteria his omnibus quae a Codice Ordinariis tribuuntur, Foederationes S. Sedi iniis omnibus subliduntur, nisi aliquod legitime atque expresse excipiatur, in quibus Religiones mulierum luris pontificii eidem S. Sedi directe sublecta sunt. Ex quibus aliqua S. Sedes, prout consuerit, suis Immediatis pro Foederationibus Adslstentlbus seu Delegatis, habltualiter vel ad casum committere poterit.

2· *Ex parte ambitus seu extensionis,* nisi exiguus Monasteriorum numerus vel aliae iustae proportionatacque causae aliud exigant, potius per regiones, utpote facilioris regiminis, constituendae sunt.

3® *Ex parte personarum moralium,* quibus, qua personae collegiales (c. 100 § 2), constituuntur. Foederationes ex Monasteriis eiusdem Ordinis ciusdcmque internae observantiae componuntur, etsi non necessario eiusdem sublectionis Ordinario loci vel Superiori regulari, nec eiusdem classis votorum vel formae clausurae esse debent.

•le Sl necessitas, magna utilitas vel Ordinum traditiones suadeant, admitti possunt Confoederationes Foederationum regionalium.

5· Ratione nutem independientiae Monasteriorum, vinculum quo Monasteria foederata inter se vinciuntur
13 tale esse oportet ut autono/mlae, essentiali saltem (c. 488, 2·, 8°), non adversetur. Etsi autonomlae derogationes praesumendae non sunt, concedi tamen valent, praevio singulorum Monasteriorum consensu,la sl graves causae id suadere vel exigere videantur.

XXIV. Antequam erigi valeant, omnes Foederationes Monasteriorum Monialium propria Statuta habere debent a S. Sede approbanda w. In his Statutis accurate definiri debent praesertim:

1° fines quos unaquaeque Foederatio sibi proponit;11

2° ratio qua Foederationis regimen ordinandum erit, sive quoad elementa cx quibus constabit, ut ecce Praeside, Visitatricibus, Consilio, etc., sive quoad modum ad haec munera designandi, sive tandem quoad ipsius regiminis potestatem ac rationem procedendi;

3® media quibus Foederatio uti debet ut fines quos prosequitur suaviter et fortiter consequi valeat;

4® conditiones et modus quibus exsecutioni mandari debeant ea quae circa personarum mutuam communicationem in art. VII, § 3, 2° Constitutionis «Sponsa Christi» d η. XXII, 4° huius Instructionis statuuntur;

5® conditio iuridica Monialis in aliud Monasterium translatae, sive in Monasterio a quo transfertur sive in Monasterio ad quod fit translatio;

6® oeconomica cooperatio, quae ad opera communia totius Foederationis a singulis Monasteriis praestanda sit;

7® regimen sive novitiatus communis sive aliorum operum communium si quae habeantur.

XXV. 1° Ut S. Sedes directam et efficacem vigilantiam atque auctoritatem in Foederationes exercere valeat, unicuique Foederationi dari potest, prout necessitas vel utilitas suadeat, Adsistens religiosus.

2® Adsistens religiosus, illis quorum interest auditis ad normam Statutorum, a S. Congregatione nominatur.

3® In singulis casibus cius officia In documento nominationis accurate definientur. Praecipua nutem haec lunl: curare ut genuinus spiritus vitae profunde contemplativae ct spiritus etiam proprii Ordinis ac Instituti in Foederatione secure conservetur et augeatur; similiter, ut prudens ac rectum regimen In Foederatione Instruatur et retineatur, solidae novitlarum ac ipsarum religiosarum Institutioni religiosae consulere; in rebus oeconomicis maio-
44 ris momenti Consilio adsistere. /

4® Adsistens etiam munere veluti *Adsessoris* fungetur, servatis normis pro singulis Foederationibus statuendis.

5® Eidem S. Sedes, prout casus ferant, aliqua delegabit seu committet quae opportuna videantur.

III

DE LABORE MONASTICO

XXVL 1® Cum temporales vitae necessitates, ex Divinae Providentiae ordinatione, adeo quandoque urgeant

11 Cast *Spocu Christi, ux.* VII, $ 3. 11 Const *Sponsa Christi,* art VII, | 4. "Cir.CocstS^m«4 *Christi,* art VII, J 5, 2·. '' Const *Chriii,* art VII, i 4-"Cfr. supra η. XXIV*

ut Moniales moraliter coactae videantur ad alios praeter consuetos labores quaerendos vel acceptandos, ad horaria modificanda, imo etiam ad tempus labori dicatum forsan augendum, sicut Christi fideles in similibus adiunctis, dispositionibus Divinae Providentiae omnes, qua verae religiosae, prompte ac humiliter sese subiiciant.

2° Tamen non anxie vel leviter aut ex arbitrio fiat, sed prudenter quantum necessarium seu conveniens reapse demonstretur, harmoniam Inter sensum fidelitatis litterae et traditionis ac filialem sublectionem Divinae Providentiae permissionibus ac ordinationibus simplici animo quaerentes.

3° His prae oculis habitis, quae disponenda videantur, ecclesiasticae religiosaeve auctoritati, iuxta casus, subiiciantur.

XXVII. Superiores ecclesiastici ct religiosi debent:

1.° Omnibus modis fructiferum laborem Monialibus, quae ipso egeant, quaerere ac procurare, utendo etiam, si casus ferat, praeterquam aliis industriis honestis, commissionibus piarum mulierum aut virorum, imo caute et prudenter societatibus externis ad hoc constitutis;

2.° prudenter invigilare perfectioni et ordini laborum, atque lusto pretio pro ipsis exigendo;

3.° operum laborisquc diversorum Monasteriorum coordinationi ita diligenter consulere, ut ea sese mutuo adiuvent, suppleant, compleant, atque vel a longe absit quaelibet etiam aemulationis species.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Religiosis, die xxm mensis Novembris, anno sacro mdcccc1. C. Card. Micara, Episc. Veliternus, *Praef.* A. Larraona, C. Mi F., *Secr.*

Adn. vide sub documento immediate supra relato: LE 2167.

2169

1950 NOV 25.-PIUS XII, LIT. AP. AAS 43 (1951) 588-589

Sancta maria goretti, v. et m., sodalitatis filiarum MARIAE PATRONA CAELESTIS AEQUE PRINCIPALIS CUM SANCTA AGNETE, V. ET M., DECLARATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam.—Sacri lubilaei annus, qui non uno nomine hominum memoriae commendatur, etiam eo quod suavem puellam Mariam Goretti, castae virginitatis laude decoram atque purpurea corona caput redimitam, in Petriani fori magnificentia, Christifidelium multitudine redundantis, ad sanctitatis honorem sollemniter Nos provexímus, iure ceperunt gaudium adulescentulae, quae, sub signis Almae Deiparae et Sanctae Agnetis militantes, in Sodalitate, quam dicunt «Piam Unionem filiarum Mariae», conversantur. Non secus enim ac Beata Agnes, Sancta Maria Goretti, Christi amore praeventa, fortius quam pro tam viridi aetate obstitit corruptelae et, quae vix habuit quo ferrum reciperet, diffuso sanguine pulcherrima tulit victrix tropaea. Neque absque peculiari consilio divino id evenisse videtur recentlore hac aetate, qua impietas ac turpitudo saeculum plene oppleverunt, ita ut omni suboli juventutis, tot jactatae procellis totque obnoxiae periculis, novum praefulgeat exemplum in cuius sese formet mores ac virtutes. Atque augebatur laetitia quod herois inelvta, antequam, vulneribus confossa, pia morte verecunda clauderet lumina, inter Filias Mariae, voluerat ascribi. Tantae igitur sodalis triumpho quasi domestica laude glorians. Consociatio Filiarum Mariae, «Piae Unioni Primariae» ad Sanctam Agnetem extra moenia Urbis aggregat, eam una cum Sancta Agnete Celestem sibi Patronam statuit adoptare, ut, quibus eadem esset laurea castitatis et certaminis, carum socia tuitione iuglter obtegeretur. Quae vota dilectus filius Aloisius Smith, hodiernus Abbas Generalis Canonicorum Regularium Lateranensium, idemque Sodalitatis Filiarum Mariae Supremus Moderator, submisse Nobis deprompsit. Nos autem, quo venustus hic et intemeratus flos mortalium genus caelesti odore latius afflaret et puellae ad castimoniam amandam, servandam, tuendam impensius provocarentur, has supplicationes libenti animo decrevimus audire. Quapropter, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, omnibus rei momentis attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra aeque Apostolicae potestatis plenitudine, harum litterarum vi perpetuumque in modum *Sanctam Mariam*

589 *Gartlli, Virginem ei Martgrcm, Sodalitatis Filia!rum Mariae Caelestem Patronam aeque principalem cum Sancta Agnete,* constituimus et declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgids. quae praecipuis coetuum Patronis rite competunt/ Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et oblinere; iliisque ad quos spectant, seu specture poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite indicandum esse ac definiendum; irritumque cx nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Novembris, anno moil, Pontificatus Nostri duodecimo.

De speciali mandato Sanctissimi. Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis.—Gildo Brugnola, *01/icium Regens Ponli/kiis Diplomatibus expediendis.*

2170

1950 NOV .. -ARCH. SECR. VAT., NORMAE. PART.·

Normae utiles pro concedendis et exsequendis EXEMPLARIBUS FOTÔGRAFHICIS OPERUM AD BIBLIOTHECAS, ARCHTVA ET MUSAEA ECCLESIASTICA PERTINENTIUM ITALIAE

Consigli al Rev.di Signori Direltori e Custodi di bibiiateche, archivi e musei di propriété ecclesiastica in Italia al riguardo delta /otografia dei eimeli loro a/lldati.

Come nell'ammlsslone allo studio o aha visita fu sempre doveroso per il buon nome e il vero bene degi'istituti medesimi congiungere alh necessaria prudenza e viguanza quella saggia liberalita che Il bisogno dei singoli studiosi e Tutilith generale rkhledevano;

cosl al présenté, essendo immensamente facilitati dalla fotografia Io studio e la divulgazione dovunque di quanto per Taddielro solo sul luogo polevasi bene c con plena sicurezza osservire da *sè.* ed inoltre divenuto per essa egevole mollipllicarr.e immaginl perfelte che suppliscano gli originali ove questi per una schgura perissem, e 1'utiUth universale per tutti i sccoli futuri spingendo a moltiplicare tali copie ed a promuovere gli studl eon quelle comodita più fruttuosamente e perfettamente compluti, è manifesta l'opportunità di adattarsl alie condizioni nuove, non tanto per evitare l'ombra d'inintelligenti o di gretti, quanto per 1'onore della Chiesa, per 11 bene comune e per 11 proprio intéresse. Poichè è Indubitabile che coll'adaimostrarsi raglonevoli c larghi non solo si guadagnano slima e benevolenza ed anche prtriosi contractambi, ma sl nllegeeriscono di molto I servizi Interni degli archivi e delle biblioteche aperte alio studio, ora divenutl gravosl e non senza pericoli a causa della frequenta molto maggiore degli studiosi e degli studenti locali, si risparmiano mollissimo I codici, le carte ecc., che prima si dovevano svolgere per settimane e mesl di uso logorante, mentre alia folografia basta Puno o l'altro giorno, e, com'è prowido e doveroso, se ne asdeura per qualunque sinistro evento la conservatione nel modo migliore.

Importa qulndi formats! Idee chiare In proposito, e dapperluito, ln quanto lo permetInno le condizioni particolari, seguirc una via metlia, che gli uomini raglonevoli siano per riconoscere glusta ed accettnrc e gradlre da parte loro, giacchè a causa delle spoliation! e delle odiose e Illiberali conversioni forzose delle possessioni dei vescovadl e capitoli e ordini religiosi nei scoli xvm e xix e del posteriore quasi annlentamento delle rendite di compenso sono Impossibili gcneralmenle quel comodi e scrvlzi e quel rifomimentl, i quali solo fino ad un certo punto e con sacrifici grandi, appena sospcttali dagli estranei, si conllnuano nelle biblioteche rvlativamente privikgiate come TAmbrosiana e la Capitolare dl Verona e qualche allra.

In prima si dira delle concessioni e poi dcll'esecuzione.

I - Le concessioni

Adunque, fuori dei casi In cui l'Istltuto abbia già serie sue proprie di pubblicazloni. per le quali sia necessario riservare h parte conveniente dclla propria rnccolta, oppure abbia o trovl I mezzi dl farne talora qualcuna dei clmcli plü pregiaU, e stlml utile ed opportuno dl procurer egli fotografle, carloline ecc. degli oggettl c soggetti piü ricercati da visitatori o da studiosi, e per la buona rlusdta dl tali imprest debba avere prudenza e discretione neli'accordnre ad estranei il permesso e l'uso delle fotografie concernenti; fuori altresl de' casi cspressaraente riservali da fondatori, donatori o depositanii. o nel quali, attese le circostanze. sia da temere qualche sconvrnlenza, è desiderato che vengano prtse ln benevola conslderazione le domande di fotografle. sia di frequentatori vicini, sia dl Ionian!, e che sl procuri dl serviri! nel modo pifi utile per essi e per l'Istltuto.

Naturalmente le richieste sono da traItare e da ammettere in maniore *diverse,* secondo che provengono da privati, di istituti vernmento scientific! o artistic!, e da nziende editorial! o miste dl commercio.

Agli studiosi seri, spcciulmcntc professori, addcttl ad archivi, biblioteche, musei ecc., inurcandl, per Io plü mal provisll e con poca o nessunn hicollh dl vingglare e soggiomurv, *k* servixlo sommo ed una veni caritù, che ne awiocono profoodamente gli animi, tanto Il fncilitame di presenza al muulmo, con tutte le cautrlc, io ricerche, quanto il concedere fotografle dl studio le piü cconoinichc (films, bianco «u nero) grazie aile quali possono ridurre al minimo 11 tempo dei sogglorno, studiure c copiare tninqulllamcnte in patria e rivedere sempre che loro bisogna I testi, documenti ecc. c eorreggerne le stampe, complendo cosl in breve, se sono espertl c attenti, una somma dl lavoro di prima mano pleno ed esatto, quale difficilistinumente raggiungevasl nel passato, non ostante un Impiego dl forze e di tempo incompanibilmentc superiore; onde un τμ· tagglo grandissimo della scicnzn, che deve, per dlrsi veramente tale, essere esatta nel suo genere, come le matcmatiche nel loro. Ai medesimi converrit tutt'nl piü raccomandare che maadlno poi la propria pubblicazlone ed opportunamente, poteodolo, vogliano nnche ad altri far presenll le strettezze del·l'Istltuto e suggerire il dono di nubbllcnzioni utlli nd essotd ai frequentatori. Guardarsl perh dal chiedere una seconda copia delle fotografie di pure studio, perché rnddoppierebbe b spesa e, se è di qualche pagina, servlrcbbc d'ingombrop'.üche di utile: il rinunziarvi, mentre fuori perdura tuttora un regolamrnto diverso e da tnlunl si osservn, sarh considerato uq atto d'intelligente liberalita e d'insigne favore ngli itudl.

Un simile contegno, dignitoso e moderato, che obbliga a stima e rispetto, convicnc ancora di piCi cogl'Istituti sdentl·fici pubblici, col quail è giù un onore trattare da pari a pari. Cost da essl, che sogliono, o col propri fond! o con le sowenzionl degli Stati, dare e dirigere missioni scicntifiche, distribuire premi e sussidi, fare pubblicazloni ordinarie, ed anche straordinarie rifiutate dagli editori perché passive o non redditizie. non sarà di poi difficile otteneme qualcuna d'intercise speciale per la collezione e per gli studiosi che vengono.

Allo stesso modo, nnche per un riguardo particolare al carattere religioso, aH'avanzamento deTie scicnze sacre, all'elevazlone degli stud! fra i cattolicl ed alia scarsith dei mezzi compensata soltanto daH'abnegazionc e dall'ardore gencrow, occorre dimostrarsi larghi, oltre chc verso k benemeritlssime Societh scientifiche cattoliche, quali la GOrres-gesellschnft, per ricerche e pubblicacioni tra le piü utili e desl·derate, cogi'Istituti dei Clero secolarc dedicaUsi ad imprese scientifiche importantisslme per la Chiesa, superiori ai mezzi ed alie forze dei singoll e per la loro specialith poco o punio sostenute dalle autorità e societh sccolari; Istituti chc sarehbe un placere e darebbe conforto enumerare a pieno, ma dei quail basterh nominare taluni, stlmatissiml da tutti indistintamente, come quelti delle Badie Bencdcttlne dl S. Girolamo per la Volgata, di Beuron per l'Italia e per i palinsestl. specialmente biblici e patrisllci, di Maria Laach e di Solesmes per la Lliturgia e la Musica Sacra, di Scheyern per 1'edizione dl S. Giovanni Damasceno e di nitri Padri e Teologi grtcl dal see. vi in poi. meno curati e conosclutf; gl'Istituti Domenicano per la storia dellOrdine c per Fed. dl S. Tommaso a S. Sabina. Francescani di S. Antonio e di Quaracchi per le ed. di Giovanni Duns Scoto, Alessandro d'Ales, come già di San Bonaventure; Gesultico per i *Monumenta hist, Soc. lesu:* quella per la storia delle Missioni; le bene auspicate Unfold per Ic pubblicazloni degli scrittori Cristianl orientali, delle opere dl S. Alberto M., ecc. Dl solito) loro inviati, dovendo Insieme fare le ricerche e compicrle nnche dove mancano I comodi, e risparmiare al possibile le poche risorse, si presentano fornitl dell'occorrentc a fotogrnfare il piü presto ed U pid economlcamenle e bene: permetterglllelo é come fare una ven ed alta offerta pecuniaria, chc l bénéficiât! riconosceranno da sè nel modo che potranno.

Ma ora c'è da aspettarsl una domanda straordinarie, del tutto singolare e complessa nd un tempo, la quale fadlmenle puh renderc perplessi nnche I meglio disposti. Considerati gl'immensi irreparabili danni (dispersioni, oistruzionl pcrfloo totali) patitl da archivi, biblioteche ecc. nelle due ultime guerre, e piü temibili ancora in quelle awenlre per la spaventevole moltiplicazione delle forze distruttrld c l'imbarbarlmento progressivo di masse cicche e fanntiche, alzzate e dirette da dlavoii in came ed ossa, non pochi personaggi eminenti del mondo scientifico ed anche politico sl sono persuasi della necessity di prevenire al possibile e rendcre meno fatal! quelle calastroll col lotografare ora a spese comuni I codici e I documenti piü preziosi d'ognl parte In vari escmplarl da custodire gelosamente In punti divers! deU'orbe, tanlo che ne da Improbabile la dlstruzione simultanée di tutti, e dl tale préservatrice impresa quasi sovnimana ha con altri Istituti dl serieti e problth riconoscluta accettato 1'lncarico In Library of Congress di Washington. All'impresa formidabile dhnno appoggio numerosi Istituti scientific! e di cultura cd cditoriall, nonchè studiosi e grandi Mecenatl, per gli ulteriori vantaggi che ne spernno a se medesimi, di studiare cioé scnz'altro sull'esemplarc custodito nel proprio paese o in uno vicino, e di otteneme copie di studio e per riproduzioni. Pertanto è d'uono riflelterr bene flno da ora sul da fare quando giungerh la richleslt di «filmare» la parte preziosa della raccolta possedutta e gli inventuri e I cataloghi manoscritti.

Dl massima, ncH'interesse superiore di assicurare. In quanto è possibile, nll'Umanith la conservazionc del tesori di sclenzn e dl arte ereditati dagli avi c rimastici ancora nella nostra miseria, chc sono una gloria ed una ricchezza invidlata dclla patria, non scmbrn doversi contrarinre quella prowida ira-

press, ancorchè ripugni al sentimento, naturale nei possessori, dl amore geloso e si possano temere inconvenienti e perdite di talunl vantnggl. Piuttosto ê da prémunirai bensl contre questi inconvenienti, inn bene meritare insieme c dell'Istltuto proprio e dclla impresa, contribuendo coi buon consiglio (eralie alla conosccnza menu linpcrfettn della collczioncj a chela scella sia ollimu c salvi quanto piü Importa alla scienza, al |xaese, alia Chiesa, e richiedcndo proprio per questo scopo una copia gratuita del film stesso da conservare cautnmcnle dove mt îi giudicuto plfi sicuro.

Quanto ngl'inconvenienti non solo non offenders nè Indiiporrà. nia piuttosto dimoslrerù fiducia nella ragionevolczza e kaltà deU'iülra parte e concllicrù stima di oculatezza c co-Kienxiositù farglleU noti, durante le trattntlvr, con dignitù e dlscrctezza e chiedere chc siano prévenuII, indicando ciô chc dovrà tenerii dovunque per riservato in ossequio a disposlzione di fondatorl, donatori o depositari, o per stabilite pubblicaxionl proprie·, restringendo alla zona circostantc lu facolth di ‹Lir copie di studio c suggerendo clic sul moduli delle concession! na espresso il dovere morale di una riconosccnza effettiva verso rlstituto possessore, non altrimenti chc se i bénéficiât! si io»sera direttnmente rivolti ad esso, c d'inviarc la futura pubblicarione o altre per il tramite proprio; firmlmentc chicdendo di ricevere pcriodicumcnte 11 rcndiconto. per quanto ipetU ai propri tesori, delle copie eseguite cd i libri, estratti, doni ecc. ricevuli ncl frutternpo, che sarunno guadagnatl lenza una brigu qunlsiasi.

Ragioncvolmcnle, si puô torse pretendere di plü?

Invcce dalle aziende editorial! e dai loro nutorl, chc mirano agli amatori ricchl o ni gran pubblico avido dl possedere, sia wr ricordo, sia per diletto degli occhi, sia per ostentnzione e boria, pubblicazloni di gran lusso. gionudi e rivlste illustrate, sibum, cartoline ecc. di cimeli ruri, e debbono guadagnarc grandemente perché si sono multiplicati c moltiplicano ognora più la loro merce, contribuendo moltissimo alla superficiality alla presunzione (quando non anebe alla perversione e corruitone) ben plü che alla scienza, ali'arte, alla culture, è giusto e prowido, allorchè rlsulta onesto ed opportuno il concedere, eslgere una particella del locro, con cul sopperire aile spese piü necessarie, ovvero un congruo compenso in libri o in oggetti occorrenti al servizlo, nella forma e nella niisura, che nei slngoli cast apparirù plü prudente e piü conveniente. In Laic riguardo si puô dare solo una «direttiva», come dicono, o la «massima».

Gl'Istituti, che ne hanno la possibility fermnmente ritenÉino essere vnntaggiosissima a sè ed agii studiosi la spesa per ire intemamente da sè per lo mono lc fotografie niü econotnkbe sufficienti allo studio, che sono quelle del continuo domandate e lo saranno sempre più. Con ciô solo: 1) potranno fornirle a prezzl favorevolissimi con sommo vantaggio degli jtudi e degli studiosi per lo più poveri e non senza un piccolo beneficio proprio che la moltltudine delJe richiestc rende continuo e grande; nè 2) saranno costretti ad introduire fotografi estranel ed a lasciar loro il maneggio dei codici spesso delicatissimi, nè a distraire dal servizlo un impiegato, affinchè li vigil! senza interruzione, come voçliono regolamentl e prudenza; e 3) preverranno l'odiosità di dovere eccepire quando talunl (e possono trovarsi parecchi ad un tempo) pretendessero di fare da sè o d'imporre fotografi, allorche 1'Istituto si è curato di crearvi un servizlo apposito, limitato ai tesori propri e della Chiesa, affinchè non influisca sul mercato fuori; e 4) con h ragione intuitiva, eccellentissimn, del superiore vantaggio generale per gli studi c gli studiosi giustlflchcranno 11 modicissimo prezzo, che non compensa i fotografi dl professione estranei, e perriô lo tollcrano male, sebbene limitato come sopra, quasi fosse loro dannoso, ma di contre a quella nioderazione ed a quel bene e ad altre osservazioni convincenti non possono nè osano strepitare.

Al bisogno ordinario, giacchè oggi il microfilm è in uso dappertutto e piü spesso domandato, e si presta ad fngrandimenti su carta normale 13 x IS o 24 X 30, di nitldczza quasi ugualc allé fotografie da lastra di vetro, bastano una semplice macchinetla del tipo «Leica» o «Contax», con leggero stativo, due o tre lent! di approssimazionc, una plccola camera oscura, ed un uomo sufficientemente esperto (a ciô non è necessaria molta istruzlone e formazione) che sia addetto all'archlvio o biblioteca medeslma o all'ente a cui sono nnnesse (Canitolo, Curia ecc.). educato a mancggiarc delicntarnente i cimeli e di plena fiducia, tnlchè non debba essere vigilato ed assistito del continuo e possa operare anche nei tempi dl chiusura, c. quando scarscggino ie commissioni, prestare altri servigi durante 1'apcrtura; insomnia non occorrc grande spesa, che del resto non tardera molto ad essere risarcila con un certo lucro e con vantaggi morali molto piü importanti. Il predetto acquitta, attese Hodierna preferenza quasi csclusiva per il microfilm eh rapidité dell'opcrn, è consigllato, ancorchè si nbbia Γιιρparato per le fotografie in bianco su nero, che hanno rcso grandissimi servigi in passato e sono tuttora domandatc da parecchi.

Inopportuno ed inutile per la quasi total!tà dei nostri poveri archivi pariare dl macchine piü costose per fotografie su lastre, «i raggl ultravioletti, infrarossi ecc., le quali occorrono molto più di rnro: in essi nessuno presume di trovarle nè puô stupirsi di non esservi servito a quel modo, o di esserlo con spesa assai maggiore mediante fotografo di professione prowisto dcll'oecorrtnte, quando l'intercssato insista e commetta e non proweda da sè di pleno accordo con la Dlrezione, s'intende.

Infine, nnche dove manchi ogni mezzo all'uopo, non si prori difficoltà a confessare la propria Impotenza e si dimostri la buona volontà col rispondcrc a lontani e non ricusare di prestani a cbe le fotografie vengano eseguite nel locale da un eslranco inecccpibile, che posscgga una machina adatta, facilmente trnsportablle, e favori a condizioni oneste, che sara prudente conosccrc e notificare prima ali'intéressato.

In ogni caso, per servir bene e lasciare soddisfatti, e per evitare di poi brighc c disgust!. si vigili sempre, non solo per la sicurezza c per 11 buon trattamento degli oggetti, ma perché non awcngnno errori ed Li lavoro sia eseguito cosclenziosamentc, a perfezione, c non dia appigllo a giusti lamenti. In particolare si veggn che non manchino mai 1'indicazionc esattn dcll'Archivio o Biblioteca, in segnatura del codice o del documento e I numeri delle pagine fotografate; si esiga una vcrifica accurata prima della spedizlone per accertare cue non siano sfuggiti né salti segnntamente, nè pagine comunque Impcrfcttc, riflettendo che altrimenti si apnariscc poco ordinati ed Inesperti o incuranti, e che i lontani rimarranno poco soddisfatti trovando lacune interruttricl o fotografie male leggibili ch'è una pena studiare, nè potranno nmediare se non col supplicare di nuovo a denti stretti. Ad evitare tutto questo bnstano pochi minuti di più.—Novembre 1950.

♦ Directoribus et custodibus Bibliothecarum, Archivorum *et Musaeorum* ecclesiasticarum Italiae: Fcde e Arte 5 (1GS7) 437-439.

2171

1950 DEC 1.-SC SACR., DECR. AAS 42 (1950) 830-831

Decretum quo indultum conceditur missae celebrandae MEDIA NOCTE DIEI 31 DECEMBRIS MENSIS A. 1950

Quo omnium admissis in terrarum orbe rite expiatis, divinae Largitatis beneficia, modo summopere necessaria, hominum familiae concilientur, Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, in Audientia habita ab infrascripto Cardinali Sacrae Congregationis de Sacramentis Pro-Praefecto die 20 mensis novembris labentis anni, RRmis locorum Ordinariis facultatem tribuere libenter dignatus est indulgendi, ut in unaquaque suae Dioecesis ecclesia cathedral!, collégial!, conventuali, parceciali, nec non in potioribus ecclesiis et oratoriis, etiam sodalibus religiosis concreditis, ad quae populos frequentior accedere solet, exceptis tamen domesticis sacellis, media ipsa nocte, quae interfluit inter finem anni mcml et initium anni mcmli, *una sancla Missa,* etiam sollemnis, litari possit.

In huiusmodi Missa, aut statim post eam expletam, christifideles rite dispositi sacra Synaxi sese reficere queunt, servato ieiunio ab ipsa media nocte et dummodo sacrae supplicationes Deo Beatissimaeque Virgini / Mariae in caelum Assumptae impendantur iuxta Sanctitatis Suae pientissima EIncita et vota per spatium saltem duarum horarum. In oc computato tempore ad Missam celebrandam insumpto, servatis in reliquis de iure servandis cautoque ut quodlibet amoveatur irreverentiae ac profanationis periculo. 831

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die i mensis decembris mcml.— B. Card. Aloisi Masella, Ep. Praen., *Pro-Praef.* F. Bracci, *a Secretis.*

2172

1950 DEC 4.-PIUS XII, EPIST. AAS 43 (1951) 88-89

Ad E.MUM p. d. PETRUM TIT. S. CRUCIS IN HIERUSALEM S. R. E. PRESB. CARDINALEM FUMASONI BIONDI, SACRI CONSILII CATHOLICAE PROPAGANDAE FIDEI PRAEFECTUM: DE ASSIGNANDA DIE SINGULIS ANNIS AD OPUS PONTIFICIUM A SANCTA INFANTIA PRECIBUS AC COLLATA STIPE PROMOVENDUM

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem.—Praeses Consilii Pontificio Operi a Sancta Infantia praepositi, officiosis haud ita pridem datis litteris, Nos demisse instanterque rogavit ut, quemadmodum sacris Missionibus provehendis dies quotannis assignatus est, sic dies pariter singulis annis destinaretur ad idem Pontificium Opus, cui ipse digne praecst, admotis ad Deum precibus ac collata stipe promovendum. Nobis placuit admodum susceptum elusmodi propositum; atque adeo opportunum ducimus hisce obsecunuare votis atque huic postulationi benignissime concedere. Futurum enim confidimus ut. hac rc ubique in usum pro viribus deducta, ct Pontificium Opus a Sancta Infantia latius cotidie cognoscatur in debitaque habeatur aestimatione, et ex publice indictis supplicationibus corrogatisque / largitionibus haud

parum accipiat incrementi. Id quidem summopere Nobis cordi est. cum probe noscamus in regionibus Illis In quas Evangelil praecones Christianum nomen christianumque cultum inferunt, ingentem haberi infantium puerorumque multitudinem, cuius occurrere necessitatibus tam necessariam est, quam quod maxime. Parvulos derelictos caritate summa excipere, cos catholicorum more educare atque enutrire, lustrali aqua rite abluere atque expiare, litteris exercendisque artibus erudire, evangelica virtute conformare, eosdemque cives reddere Christiano civilique nomine dignos: haec omnia pro facultate exsequenda Pontificium hoc Opus laudabili consilio laudabllique nisu suscepiL Quomobrem, sl haec pariter omnia christifideles omnes precando larglendoque adjuverint, rem profecto fecerint, quam Nos summopere commendamus, et quae eis, confidimus, uberrima a Deo conciliabit caelestia munera. Faveas Igitur, Dilecte FUI Noster, haec vota Nostra Nostramque voluntatem cum Locorum Ordinariis aptiore, quo putaveris, modo communicare; ita quidem ut opportunae praestituantur normae, quibus haec eadem vota ac proposita ad rem feliciter deducantur.

Interea vero supernarum gratiarum auspicem Noslracque benevolentiae testem cum tibi. Dilecte Fili Noster, tum lis, qui Pontificio huic Operi suam sollertem navant operam, Usque singulis universis, qui ad hanc causam promovendam eo praesertim die, qui statuetur, conferent, Apostolicam Benedictionem amantissime Impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die iv mensis Decembris, anno mdcccl, Pontificatus Nostri duodecimo.- PIUS PP. NIL

Ada. X. PAVENTI IB ME 73 (1551) 54-85

2173

1950 DEC 8.-PIÜS XII, ALLOC. AAS 43 (1951) 26-36

Allocutio Delegatis conoenlui generali cx uniocnis religiosis Ordinibus, Congregationibus at Societatibus Instituiisgue saecularibus, Romae habito9:

De loco religiosorum in ecclesia et in hierarchia, **DE PROFESSIONE PUBLICA PERFECTIONIS ADQUIRENDAE, DE MEDIIS HANC PERFECTIONEM OBTINENDI, DE OPERIBUS APOSTOLATUS EXTERNI RELIGIOSORUM DEQUE STUDIO RELIGIOSORUM SESE ACCOMMODANDI TEMPORUM MUTATIS CONDICIONIBUS**

Annus sacer, qui, nullo Nostro merito, sed favente Del misericordia benefactis efflclentior evasit, quam eum humanae mentis praecipiebat provisio, mira spectaculorum serie ostendit, quanam fide polleat, quanam vitae ubertate
27 Ecclesia Christi, Mater nostra, vigeat. Hisce pe/culiaris gravitatis et momenti eventibus ct inceptis bene vester Interseritur Conventus, fraterna vestra Interlucet corona, quam amantibus verbis perplacet Nobis nunc salutare.

Quod quidem numquam ecclesiasticarum rerum memoria facium esse recenset, nunc primum sodalitates, in quas qui cooptati sunt suae velutl vitae metam evangelicam absolutionem perfectionemque sibi praestituunt, in tam celebres coetus coaluerunt, quemadmodum postremis hisce diebus contigit, ut de communibus utilitatibus cogitata librarent consilia.

Quod ut efficeretur. Indicio Nostro matura tempora omnino requirebant Mutata enim rerum adiuncta, quae subire debet Ecclesia, nonnulla doctrinae placitu, intra ipsa Ecclesia» saepta conflata et evulgata, eas quoque quaestiones attingentia quae ad moralis perfectionis condicionem et statum pertinent, apostolici laboris, quem vos large ct prolixe suscipitis, instantes necessitates, haec omnia valde suadebant, ut dispositis disceptationibus et studiis vacaretis.

Opus vero vestrum iam In eo est, ut persolvatur. Accuratis considerationibus Id ferbuit, proposita multiplicia progenuit neque perficiendis virtutibus, ut speramus, minus locuples erit. Has. vestris unnitcntlbus voluntatibus, Del gratia excitabit, quam quidem preces et religiosae abnegations expleta opera, tum vestra, tum praesertim vestrarum in Christo sororum, incepto, in quod incumbitis, flammantibus votis invocarunt.

Divini autem praesidii et luminis pignus, ut vester rite conficiatur et liniatur conventus, Christi Vicarii paternam exposcitis Benedictionem. Quam antequam vobis impertiamus. opportunum ducimus aliqua vobis loquendo proferre, quae ad religiosae vitae rationes, necessario declarandas, spectent et quae enodata deln, normae instar, vestros dirigant cogitatus et actus.

I

Ante omnia luvat Nos paucis perstringere, quinam religiosorum Ordinum et Congregationum In Ecclesia sit Iocul Scitis profecto Redemptorem nostrum Ecclesiam hlerarchlca natura praeditam condidisse. Nam Inter Apostolos corumquc successores, quibus ndiclendi sunt Ipsorum moneris auxiliares, ct simplices fideles Is certi discriminis intervallum posuit, qua quidem duplici compagine Regni Dei in terris constat structura. Quocirca divino ipso iure statutum est, ut clerici distinguantur a laicis L Inter duos hos gradus religiosae vitae status / Intcricitur, qui, ecclesia- *A*
stica origine defluens, ideo est atque Ideo valet, quia arcte proprio Ecclesiae fini cohaeret, qui eo spectat, ut homines ad sanctitatem assequendam perducantur. Quamvis quilibet Christianus, Ecclesia duce, hoc sacrum culmen scandare debeat, tamen religiosus homo Illuc progreditur itinere omnino suo et praesidiis celsioris naturae.

Praeterea status religiosus nullo modo reservatur ad unam vel alleram duarum partium, quae cx iure divino in Ecclesia exstant, cum tum clerici tum laid itidem religiosi esse queant, et cum contra sive religiosis sive iis qui tales non sunt clericalis dignitatis aditus pateat Deerrat Igitur in aestimandis fundamentis, quae Christus constituendae iecit Ecclesiae, qui secum reputat peculiarem saecularis cleri formam, utpote saecularis, n divino Redemptore statutam sancitamquo esse, peculiarem autem regularis cleri formam, licet ipsa bona et rata habenda sit, quippe quae ex altera manet, secundariam et auxiliarem esse. Quocirca, ordine a Christo statuto ob oculos habito, neutra peculiaris gemini cleri forma divini iuris praerogativam tenet, cum Idem ius neque alteri alteram praeponat neque alterutram emoveat. Quodnam vero utriusque sit discrimen, quaenam mutuae rationes, quinam In humanae salutis perficiendo opere utrique committendus sit labor, haec omnia Christus temporum varietatibus et necessitatibus circumscribenda reliquit vel. si volumus expressius cogitatum Nostrum definire, Ecclesiae decretoriis mandavit ℭonsiliis

Haud dubie ad iuris divini praescriptum sacerdos, sive saecularis sive religiosus est. ita munia exercere debet sua, ut Episcopo auxiliator adsit ct subsit. Hoc revera, quod ceterum ex sueto more in Ecclesia contingit, In Codice iuris canonici illa de religiosis viris, utpote parochis el Ordinariis locorum, praescripta 2 haud obscure declarant Neque raro evenit, ut in sacrarum expeditionum territoriis universus qui illic versatur clerus, non excepto Antistite, regularis sit militiae. Neve autumet quisquam Id prorsus extra ordinem suetamque normam esse, ita ut censeatur hoc ad tempus tantum contingere et, simulae fieri possit sacram procurationem saeculari clero esse tradendam.

Sed et Religiosorum Ordinum exemptio neque principiis constitutionis divinitus Ecclesiae datae obsistit neque ullo modo repugnat legi, qua sacerdos Episcopo parere debet. Etenim ad nonnam luris canonici religiosi exempti Episcopi loci potestati subsunt, prout episcopale munus perfungendum et animorum rite ordinanda curatio requirunt Quod etiamsi praetermittamus, in disceptationibus per postrema de/cennla super exemptione habitis haud satis 3
fortasse animadversum est religiosos exemptos, etiam ex praescripto luris canonici semper ct ubique Romani Pontificis potestati, utpote supremo suo Moderatori, sublet cui oboedire tenentur etiam vi voti oboedientiae'. lamvero Summus Pontifex, ut in universam Ecclesiam, ita in unamquamque dioccesim ct In singulos chistlfideles ordinariam et immediatam iurisdictioncm habet. Ergo constat primariae a Deo latae legi, qua clerici et lalcl Episcopi regimini subesse debent, etiam ad religiosos exemptos quod attinet satis superque obtemperatum esse ac denique Christi voluntati et statuto utriusque militiae clerum pari respondere obsequio.

II

His, quae adhuc dicta sunt, altera conectitur quaestio, quam explanare et enodare Nobis nunc cordi est: spectat ea rationem, qua clericus et religiosus ad suam morum perfectionem et absolutionem contendere debet.

Veritati absonum est asseverare clericalem statum, ulpote talem et prout ex divino ture procedit, ob naturam suam vel saltem ob eiusdem naturae postulatum quoddam

* Ihbtu 8 D*rtsbri> oeosa x x8yx

» Or. can. 107 'Can. 626-631; 454 $ 3. · Can. 499 J x.

exposcere, ut ab eisdem sodalibus evangellca consilia serventur et hac de causa debere aut posse statum evangelicac perfectionis (acquirendae) appellari. Clericus igitur non vl divini iuris evangellcis consiliis paupertatis, castitatis, obedlentlac devincitur, ac praesertim non eodem modo devincitur eadernque ratione, qua cx volis publice nuncupatis in religioso statu capessendo huiusmodi obligatio exoritur. Id autem non prohibet, quominus privatim suaque sponte clericus haec vinculo suscipiat. Itidem quod Latini ritus sacerdotes sacrum coelibatum servare tenentur, Inter clericalem ct religiosum stntum discrimen non aufert vel attenuat. Clericus vero regularis, non prout est clericus, sed prout est religiosus, evangelicac perfectionis condicionem ct statum profitetur.

Quodsl Nos per Apostolicam Constitutionem «Provida Mater Ecclesia» ediximus formnm quoque vitae, quam Saecularia Instituta sequuntur, autumandam esse evanlicae perfectionis statum publico agnitum Iudiclo, proptcrca quod eorum sodales evangellcis consiliis observandis aliquo modo astringuntur, hoc quoque nequaquam Nostrae nuper allatae contradicit sententiae. Nulla profecto ratio officit, quominus clerici In Saccularia Instituta coalescant ut, ad evangelicac perfectionis statum, huiusmodi vitae delectu
30 et genere, contendant, sed / tum Ipsi quoque sunt In statu perfectionis acquirendae, non utpote clerici, sed utpote Saecularis Instituti gregales. Huiusmodi enim Institutum evangellca consilia, quae, religiosi status propria, ibi summa perfectione in rem deducuntur, habet sane veluti vitae rationem, cui inhaereat, ita tamen complet, ut e statu regulari non pendeat, sed per se stet in externa vitae forma ad perfectionem nuper memoratam haud necessario pertinente.

III

Opportunum esse remur aliquantisper ei immorari quaestioni, quasnam status religiosus praebeat rationes ad illum ineundum.

Sunt qui asserant religiosum statum natura sua fineque suo, cui probatio deneganda non sit, nihil aliud esse nisi salutis refugium timentibus et anxiis datum, qui, cum non valeant procellosae vitae obire discrimina, et aspera rerum sustinere neque sciant neque forsitan velint, socordia ducti valedicunt saeculo et in sereni coenobii portum confugiunt; quocirca Del gratiae et sui excitandam esse fiduciam, ut qui otiosam petunt tranquillitatem abiciant huiusmodi opinatam animi propensionem et audeant communis vitae certamina aggredi. Numquid hoc verum est?

Nostrum non est nunc iudicii libra pensare, quonam singuli impulsu religiosum statum capessant. Enuntiare volumus rationem, praecipuam quidem ct veram, qua umbratilis vitae adeunda sunt saepta. Haec sane abest a nuper relata opinatione, quae, si in universum accipitur, falsa et Iniusta est. Enimvero, quemadmodum sacerdotii ineundi, Ita et religiosi status Ingrediendi propositum atque in suscepto proposito firma constantia magnos spiritus ct alacre devovendi se studium flagitant. Ecclesiastica Historia, qua Sanctorum caelitum et religiosorum institutorum praeclare gesta tradit, sacrarum expeditionum exitus narrat, ascetlcas doctrinas refert, et ipse rerum usus luce lucentius demonstrant haud minus in religioso statu quam in saeculo viros ct mulieres invictae et generosae virtutis floruisse. Ceterum religiosi viri et religiosae feminae, qui in inceptis Evangelil regno amplificando desudant, aegrotis adsunt, adulescentes educant, in scholis operam navant, num ab hominum consortione abscedunt ct ab ea suam alienant voluntatem? Nonne vero plcriquc ex lis perinde ac sacerdotes saeculares et laicl auxiliatores pro Ecclesiae causa agenda in prima acie dimicant?

Hic autem abstinere non possumus, quin animadvertendam indicemus rem antea relato opinatui omnino contrariam. Quodsl numerus eorum, praesertim adulescentu-
li brom, qui religiosae vitae conclusos hor/tos ingredi volunt, blnultur, saepius ex eo accidit, quod nimis durum aestimetur arbitrio suo exui et Ubertatis suae potestatem deponere, quod quidem oboedientiae votum natura sua secumftrt. Immo veluti celsa moralis perfectionis forma a quibusdam extollitur non ob Christi amorem exuta libertas, sed huiusmodi abnegationis coartatio. Formando igitur homini lusto et sancto haec esset praeferenda norma: coartetur libertas, quoad necessarium sit, libertati habenae relaxentur, quantum fieri possit.

Praetermittimus hic quaestionem, an novum fundamentum in quo sanctitudinis aedificium condere conantur, aeque ferax et validum in sustentando augendoque apostollco Ecclesiae opere futurum sit perinde ac Illud fuit. Quod mille et quingentorum annorum spatio antiqua oboedientiae regula ob amorem Christi accepta suppeditavit. At vero, quod nunc maxime interest, est penitus considerare illam rationem, ut quod ea intus condat patefiat. Haec, si rite perpendatur, evangelic! consilii naturam minime agnoscit, quin etiam in oppositam significationem aliquo modo intorquet. Nemo officio astringitur, ut sibi praestituat evangellcum consilium perfectae oboedientiae, cuius radix est ea norma vitae, qua voluntatis suae abdicetur potestas, nemo, inquimus, sive cum de singulis agitur hominibus sive dc sodalitatibus. Possunt, si volunt, ad hanc novam regulam suos componere mores. Sed verba, ut sonant, intelllgantur et excipiantur, oportet. lamvero, sl haec norma cum oboedientiae voto conferatur, non eiusdem summi est pretii neque illud Sacrae Scripturae effatum praeciarumque exemplum exprimit: «Humiliavit semetipsum, factus oboediens usque ad mortem»[4].

Fallit ct fallitur Igitur qui de religioso statu capessendo consilium petendi solummodo Illam normam vel opinationem sequendam profert atque eius animi proclivitatem et divinae gratiae instinctum perperam negligit. Quocirca, si Del vocis invitamentum certo indicio aliquem ad evangel leae perfectionis culmen arcessit, qualibet amota haesitatione, celsi huius propositi perficiendi causa, el proponatur libertatis libera immolatio, prout oboedientiae votum exposcit, votum, inquimus, quod Ecclesia per tot saeculorum decursum perpendit, experta est, definivit, comprobavit. Nemo invitus ad huismoril devovendi se studium propellatur; sed si is velit, nemo sit, qui eum dehortetur, nedum detineat. /

Haec hactenus. Nunc dc externis operibus deque intima vita aliquid animus Nobis est eloqui. Pauca, quae ad regularem vitam et generatim ad religiosam vitam pertinent et quae revera gravis sunt momenti, fusius quam haec quaestio pertractata sunt. Nihilominus hoc super argumento et Nostram volumus proferre sententiam.

Non casu siquidem evenit, ut in nostram incideret aetatem ortus et conflatio Illius philosophiae, quae «exlstentialismus» vocitatur. Homines enim qui hodie vivunt, cum eventus rerum arduas exsolvendas metaphyslcas et religiosas quaestiones adducunt, libenter, négligentes altiora, satis esse sibi rentur agere quod hic ct nunc agendum est. lamvero qui sanctam profitetur fidem, renuit, ex eiusmodi placitis, solummodo singula puncta temporis curare et vitae fluvio praecipitem se tradere. Novit ipse ea quae non apparent 4 summe esse aestimanda summeque vera ct ita in posterum mansura, ut numquam sint occidua. Al —proh dolor— quamvis monita ct hortamina non defuerint, etiam ecclesiastici viri, religiosis non exceptis, haud paulum huiusmodi contagione affecti sunt; et, quantumvis quod humanos sensus cunctamque naturam exsuperat non denegant, id tamen parvipendunt.

Quod in discrimine graviter ct periculose erat, estne iam devjctum? Deo agantur grates, nam sperare hoc licet: aliqua, quae oculis intuemur el quae vitae usus prodit, hanc Nobis fiduciam iniciunL

Possunt una simul foederari operosissima navitas et Intimae vitae quaesitae divitiae. Duo sidera, auae in regularis vitae cultu fulgent, luculentissime hoc demonstrant: S. Franciscus Xavcrlus et S. Toresla a lesu.

Alacris operositas et Intimae vitae cura non solum expostulant mutuam coniunctlonem, sed, saltem ad aestimationem rei ct ad voluntatem quod attinet, ut eae pari gradu et gressu procedant. Ferventibus igitur operibus, congruenter ferveant fides, preces, se suaque Deo devovendi studium, Intemeratae conscientiae nitor, oboedientia, malorum patientia, Deo et proximis impendenda actuosa ct pervigil caritas.

Hoc non tantum singulis religiosis sodalibus valet, si tales ipsi sunt non solum habitu, sed animo, verum etiam integrae quoque religiosae sodalitati causa est, cur coram Deo et hominibus religiosa vita solide fulciatur et amplissima probatione sit digna. Hoc instanti rogatu poscit a vobis Ecclesia, ut externum opus vestrum congruat intimae vitae vestrae et haec duo adsiduam Invicem aequiii
britatem constituant. / Nonne vos, clerici cl laid, profite- 33
mini vos evangelicac perfectionis statum amplecti? Si ita est, eiusdem status progignite fructus, ut mysticum corpus Christi, quod est Ecclesia, e robore et calore vestro cfflcentlores hauriat vires. Hac eadem causa fit, ut religiosi Ordines contemplativae vitae addicti aliquo modo Ecclesiae necessarii sint, cui Udem perpetuum decus exstant et caelestium scatebra gratiarum.

•PW.I.Î. · Cfr. WUr. xi, i.

Scitis profecto effundi sermonem, caritatem erga proximos paolitim religiosam naturam amittere et saeculo mancipari *flaici^are).* At beneficentia, quae nullum a fide principium ducit, sed aliunde scaturit, caritas non est neque catholica appellari potest. Habet caritas dignitatem, habet afflatum, habet vires, quae simplici philanthroplae, etiam opibus et praesidiis praeditae, desunt. Ita, Catholicae religiosae sodales, quae aegrotis adsunt, si comparentur cum iis, quae Idem manus exerceant solummodo humanitatis vel mercedis causa, quldplam habent, quod aliud est et malus est. Possunt interdum aliis cedere ad lechnica praesidia quod attinet: et nunc quoque eas adhortamur, ut, hac in re aequo cum Illis progrediantur pede, imo ut illas pracmlneanL Verumtamen ubi suam dant operam religiosae sodales, in quibus vitales spiritus ipsarum Instituti Insideant, cotidie paratae ob amorem Christi suam dedere vitam pro iis qui Infirmitate laborant, tum aura quaedam circumfunditur, ubi virtus mira efficit, quae nec technics inventa nec medicina partant.

Religiosi igitur Ordines et Congregationes activam profitentes vitam in oculis ferant et colant ea omnia, ex quibus operi suo sacra lineamenta eluceant et in penetralibus conscientiae mundae Sancti Spiritus ignem alant.

V

Dilectissimi Nobis, volumus etiam breviter attingere de studio religiosorum Institutorum mutatis temporibus sese accommodandi et pulchro foedere simul nova et vetera lungendl.

Si luvenes haec audiunt «oportet nostrae esse aetatis», •oportet ausus nostros aetati nostrae aequare» insolito animi ardore flammescuunt et, si religiosae militiae sub signis merent, eo summopere cupiunt futuri religiosi laboris molimina convertere. Quod quidem aliqua ex parte aequum est. Plerumque enim contigit, ut legiferi patres religiosorum Institutorum novum suum excogitarent opus, quo emergentibus neque moram patientibus Ecclesiae necessitatibus vel muneribus occurrent; Itaque cum suo tempore sua exaequabant Incepta. Quodsi vultis patriis insistere
34 exemplis, eo modo quo ipsi se gesserunt, ita et f vos agite. Aequalium vestrorum, inter quos vivitis, scrutamini opiniones, ludlcia, mores et, si ibi particulae boni et iusti inveniantur, pretiosis hisce elementis polimini; aliter eos collustrare, iuvare, sublevare, ducere non valetis.

At est Ecclesiae patrimonium, quod iam ab cius primordiis indemne est, quod tabentibus aevis non variatur, humani generis necessitatibus ct votis congruentissimum: pars eius praecipua catholica fides est, quam quidem contra nova pericula recens quoque per Encycllcas Litteras «Humani generis» Nos tutati sumus. Quam, nullo temeratam naevo, diligentissime servantes, hoc persuasissimum habete el inesse perquam pollentes vires, quibus quodlibet valeat informare aevum.

Finis praeterea status perfectionis pars est eiusdem patrimonii, quae quidem vobis summo consequenda est studio, ut eius praesidiis et viis sancti elficlaminl et sanctos quoque, directo aut indirecto opere, efficiatis proximos, ut ii, divinae gratiae uberius usque participes, pie vivant et file moriantur. Hoc Ipso patrimonio continetur veritas, ta celsa, Ita praecipua, ut unum reputetur Iter ad perfectionem abnegatlo sui ipsius ob Christi amorem. Id autem nullo modo ea, quae mutantur, tempora mutant.

Attamen sunt, et multa quidem, rerum adiuncta, ubi potestis ct debetis hominum ct temporum Ingenio et necessitatibus obsecundare. Hoc ceterum, haud parva ex parte, iam effectum est, ac nunc, collatis consiliis et propositis vestris, plane cumulateque perficitur. Haud pauca autem vestra laudabiliter iam novata esse ex lis multigenis patet, quae in scholis, quae educandorum luvcnum causa, quae ad miserias hominum leniendas, quae ad doctrinas colendas et provehendas vel singiltalim vel per Instituta vestra agitis. Quapropter fatendum est, neque qulsquam assertum Nostrum infitiari potest, magnam lam assurgere operis molem, ut mutatis temporibus nove apteque occurratis.

Attamen in Ista, quam exquiritis, congruentia cum mutatae aetatis necessitatibus Iudicio Nostro summopere Interest, ut sagaci indagatione investigetis, quid spiritualium virium in aequalibus lateat, quibus abditis desideriis li ferantur, quinam Iisdem sincerus sit animi vultus. Non illum intellegimus vultum, qui damnanda ct exprobanda prodit, qui cupidinum tumultus et venena vitiorum exprimit. Attamen in hominibus, utpotc hominibus et, eo vel maxime, ulpotc Christianis, etsi dcerrnnt ct noxiis Implicantur, inest haud parum boni, inest optatum nul orij boni. Hisce a vobis obsequendum est motibus, hisce occurrendum est votis, cauta autem habita ratione, ut non accipiatis a saeculo, quod triste ct iniquum Id tenet, ei vestrum inseratis quod probum / ct sanctum sit et «lo- v
bribus illius impulsionibus consonum. Quod Igitur in aliis timide bonum est curantes, expolientes, augentes, ex eo veluti ex auri particulis pretiosa fingite vasa, ex eo veluti ex rivulis deducite amnes.

Censent quidam, nec fortasse perperam, tria esse, quae aetatis nostrae indoli ct propensioni quam maxime respondeant; in cogitando et deliberando latitudo, in ordinando et componendo unitas, In agendo celeritas. Nonne haee tria etiam Evangel Iis notae et Insignia sunt, nonne dotes sunt eorum qui catholicam fidem ore ct moribus profitentur? Quaenam maior latitudo cogitantibus nobis expandi potest quam latitudo, quae Apostoli effato profertur «Omnia enim vestra sunt: vos autem Christi: Christus autem Dei»? 1 Quaenam astrictior in comprehendendo et amando unitas quam Illud simplex et unum. Divinarum Scripturarum verbis declaratum: «Deus omnia in omnibus»7 «Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua et cx tota virtute tua... Diliges proximum tuum tamquam telpsum»? ·

Ut simus autem agiles et vividi, nulla caducarum rerum nocenti recordatione detenti, illud monet: «Nemo mittens manum suam ad aratrum et respiciens retro, aptus est regno Dei»·. Quodsi vultis suspicere exemplaria virtutis, in quibus hae tres eluxere laudes, recogitate voblscum ad Paulum Apostolum et ad omnes, qui in Ecclesia Christi egregia et Immortali memoria digna patrarunt.

lamvero proposita, quae vobis in contemplatione et actione vitae praefulgent, itemque ea, quae ceteri Ecclesiae filii, sacerdotes et laid, assequi debent, sunt Christiana perfectio et humani generis comparanda salus. Verumtamen vestrum est efficientlssimis uti praesidiis, evange-Hcis nempe consiliis per religionis votorum nuncupationem. ut adsiduo bello concupiscentiam camis, concupiscentiam oculorum ct superbiam vitae 10 edometis atque inde sanctiores usque evadatis et in procuranda humanae subolis salute alacres Dei administri sitis. Ad haec celsa attingenda cogitationes et opera convertite, et «in caritate radicati et fundati»11 fidei robore solidati, humilitate locupletes, nullam praeterlabi sinite occasionem, ut homines, fratres vestros, ad Creatorem, Redemptorem, quasi erraticas oves ad Pastorem, deducatis. / 36

In exemplum fidi et fideles, facite, ut in vobis nomini consonent mores, congruat profeslonis tota ratio vitae. Secundum illud Apostoli gentium: «Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis»: 11 pax regnet in vobis et inter vos, inter eiusdem nempe Instituti ct domus sodales, et cum ils, qui ad alia Instituta sunt cooptati; Inter vos et omnes alios, qui voblscum operantur et cum quibus vos operamini ad homines Christo lucri faciendos. Facessant istinc controversiae et discordiae, quae enervant et manca reddunt etiam spei plena incepta: Ecclesia, ut apostolico labore exercendus campus, in immensum patet, operis et sudoris copia nemini deest.

Si fides hominis religiosi exemplis fulta erit vitae, cuius contextus votorum adamantea fulgescat observantia, sl sacerdoti nihil grave ct arduum erit in curanda animorum salute, tum de ipsis hodie quoque valebit quod Apostolus de sermone Dei praedicat, qui <visus est... et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti». 13 Ut exemplo utamur, recens monuimus fideles ut calamitosa hac aetate, qua afflicta multorum fortuna et lacrimabilis inopia cum immodicis sumptibus acriter pugnant, velint temperanter vivere ac liberales esse in proximos, egestate pressos. Agite, ceteris in tam instanti perfectionis Christianae, iustitiae et caritatis opere exemplis vestris praecellite eosque ad imitandum Christum inducite.

Plurimum denique optantes, ut Domini nostri lesu Christi opifera gratia c Conventu vestro divites et diu mansuros fructus egignat, benevolentiae Nostrae pignus. Apostollcam Benedictionem vobis, qui coram adstatls, el religiosis familiis, quae toto orbe terrarum sunt, amantissime impertimus.

• *I Cor.* 3. 23. ' */ Cor.* xj, 28. 1 Mar c, 12. 28-34. * Lvc. 9, *6z.* * Io. 2,1«· 11 3. 17. 11 4. 3- w *Hebr.* 4, 12.

Ada. S. CANALS in ME 80 (1951) 297-317: R. CARPENTER ia NrT 83 (1951) 188-192. 621-632; M. FÂBREGAS in PrM 40 (1951) 255-290; A. PEINADOR in CpP. 31 (1952) 49-58. 181-163.

2174

1950 DEC 8.-SC CONS., DECR. AAS 44 (1952) 743-744

DBCRKTÜN ERECTIONIS VICARIATUS CASTRENSIS IN REPUBLICS INSULARUM P1IILIPPINARUM

Ad consulendum spirituali curae militum exercitus Reile Phlllpplnae Ssrhus Dominus Noster Pius Divina entia Pp. XII, de consilio Infrascriptl Cardinalis S. Congregationis Conslstorlnils Secretarii, praesenti Conslstoridi Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent, erigit atque constituit Yiearlatum Castrensem in memorata Rcpubllca Insularum Phlllppinarum.

Vicariatus Castrensis sic erectus, constabit: Vicario Castrensi, Cappellono Maiori ct Cappellanis militum.

Vicario Castrensi competit iurisdlctio ordinaria, personalis tum fori interni tum fori externi.

Coppellani Maioris est Vicarii Generalis officium gerere et munus.

Cappellani militum animarum sibi commissarum curam esercerc sub auctoritate debent Vicarii Castrensis.

Vicarii Castrensis iurisdlctio ad omnes Cappellanos militum, ad omnes copias terrestres, maritimas et a£reas, actu stipendia merentes, ct ad publicae securitatis custodes extenditur, necnon ad omnes utrlusque sexus fideles, sive laicos sive alicui Religioni adseriptos, qui habitualitcr in militaribus domibus vel nosocomiis degunt aut deserviunt.

Cappcllanum Maiorem ct Cappellanos militum, ab Ordinariis propriis praesentatos vel commendatos, nominat Vicarius Castrensis.

Ad matrimonium quod attinet subditorum, quos supra memoravimus, adamussim servetur praescriptum canonis 1097, § 2 C. I. C. iuxta quem «pro regula habeatur ut matrimonium coram sponsae parocho celebretur, nisi iusta causa cxcuseb; et accurate omnes expleantur actus qui, ad norman iuris celebrationem matrimonii praecedere et sub-
744 sequi debent. /

Diligenter conficiantur atque asserventur libri baptizatonim, confirmatorum, matrimoniorum et defunctorum.

Vicarii Castrensis iurisdlctio, cum in territoriis Ordinariis locorum sublectis exerceatur, cum eorumdem iurisdictlone comulatur. Proinde Cappellani militum, quoad ecclesiasticam disciplinam potestati subiiciuntur Ordinarii loci, in quo versari contingat, cui in casibus urgentioribus, et quoties Vicarius Castrensis providere non poterit, fas erit in eos animadvertere etiam canonicis sanctionibus, monito confestim Vicario Castrensi.

In stationibus, seu locis propriis vel militibus adsignatis, primum et principaliter Vicarius Castrensis iurisdictionem exercet, secundario, ct quoties Vicarius Castrensis elusque Cappellani absint vel desint, semper autem iure proprio, Ordinarius loci atque parochus, Initis opportunis consiliis cum Vicario Castrensi et militum ducibus.

Deficiente quacumque ex causa Vicario Castrensi, administrationcra ad interim Vicariatus Castrensis Cappellanus Maior assumet.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 8 Decembris, in Conceptione Immaculata B. Mariae Virginis, a. mcmu—Fr. A. L Piazza, Ep. Sabincn. et Mandclcn., *a Sardis.* losephus Fcrretto, *Adsessor.*

Ada. G MARIAN! in Apoli. 25 (1962) 358-370.

2175

1950 DEC 14.-SC PROP. FIDE, LITT. CIRCULARES. PART.·

Dies operi sanctae infantiae dicata, quotannis TEMPORE NATALICIO CELEBRANDA INDICITUR

E Civitate Vaticana, 14 decembris 1950

Ezcdlentissime ac Reorhe Domine, Honori duco Te certiorem facere ab Augusto Pontifice, per litteras dic 4 decembris vertentis anni [LE 2172) ad me datas, Praeside Pontificii Operis a S. Infantia cuius Ipse Summus Pontifex Protector esse dignatur, suadente atque enixe postulante, statutum esse ut quotannis, quemadmodum Missionibus provehendis felici cum sncessu certa dies destinata est, ita quoque in tmolumentum Sanctae Infantiae Operis, quod In catholicis nationibus tum pueruli tum eorum parentes praecipuo prosequuntur amore, peculiaris ad preces Deo fundendas colllgendamquc stipem constituatur dies.

Cum autem Summus Pontifex in illis, quas diximus, litteris mihi, ut Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Praefecto, benigne mandaverit, ut voluntatis eius propositum in effectum adducatur, per praesentes illud Tibi nuntiare satago, quo citius singulis locorum Ordinariis, Tuae Jurisdictioni sublectis. Innotescendum cures.

Augustus enim Pontifex, quamquam consiliis, quae mutuo consensu Ordinarii inierint de die praefinienda, se libenter accessurum significavit, tempus tamen, quod a Nativitate D. N. J. C. ad Purificationem B. M. V. decurrit, maxime idoneum censet, cui celebratio Illa assignetur, Epiphaniae tamen die reservato collectioni pecuniarum pro captivis Africae, prout Leonis XIII, f. r., litterae die 20 novembrls a. 1890 datae iusserunt.

Oblationes autem quotannis perceptae ad Directorem Pontificii Operis a Sancta Infantia, qui In quavis natione a Praeside Pontificii Operis Propagationis Fidei diversus erit, dirigentur, ct ab eo ad Consilium Centrale praelaudatl Operis a Sancta Infantia, quod Lutetiae Parisiorum sedem habel et quod ipsam collectam pecuniam singulis Missionibus, iuxta suas cuiusque necessitates distribuet.

Tuae igitur prudentiae et caritati committitur, ut novum hoc Summi Pontificis praescriptum, quod unice In incrementum cedit Missionum, fructuum copiam, quae in omnium votis est, feliciter afferat.

Interim, caeli favores a Divino Infante Tibi omlnans, grato lam nunc corde et summa cum observantia subsignor Excellentiae Tuae Reverendissimae.—P. Card. Fumasoni-Biondi, *Praef. S. Congregationis de Propaganda Fide.*

• Legatis Romani Pontificis apud Nationes Prot. N. 8205/10: ME 75 (ISSI) 84-85 in notis. Ada. X. PAVENTI in ME 76 (1951) 84-85.

2176

1950 DEC 25.-PIUS XII, CONST. AP. AAS 52(1950) 853-863

Universale iubilaeum, anno domini millesimo nongentesimo QUINQUAGESIMO ROMAE CELEBRATUM, AD CATHOLICUM ORBEM EXTENDITUR

PIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei universis christi/idelibus praesentes Litteras inspecturis salutem et Apostohcam Benedictionem

Per Annum Sacrum, quem hac in alma Urbe usitato sollemnique ritu heri conclusimus, innumerae multitudines Romam petierunt ut elutis expiatisque animis suorum admissorum veniam a Deo impetrarent, plenamque sibi, vel vita functis lucrarentur indulgentiam. Id Nos summo solacio affecit, quandoquidem fore confidimus ut ex inflammato eiusmodi pietatis studio, quo confluentes peregrinantium turmae cum Romano populo quasi pie decertare visae sunt, Christiana illa exoriatur renovatio morum, quae Nobis bonisque omnibus in volis est, el quam tantopere haec Nostra tempora postulant.

Non omnes tamen potuere Romanum lier suscipere; idque non modo ob oeconomicarum rerum discrimen, quod tenuiorem praesertim plebem angit, non modo ob senium, ob infirmitates, ob morbos aliasquc causas, quibus praepedirentur, sed / ex eo etiam quod in non paucis Nationibus 854
ob peculiaria rerum adiuncta haec facultas non daretur.

Quamobrem valde opportunum ducimus ex more institutoque Decessorum Nostrorum decemere, ut qui Romae ad hesternum usque diem patuit iubilaris veniae thesaurus, idem per proximum integrum annum christifidolium universitati ubique genlium pateat. Ita enim sperandum est ut quod spiritualis vitae quasi ver novum, summa cum animi Nostri delectatione, per elapsos menses florescere vidimus, nedum exarescat, uberiores usque fructus edat salutares; utoue mirandum illud Christianae fidei pietatisque spectaculum, quod in sacra hac Urbe admirationem omnium commovit, in cunctis urbibus, oppidis, pagis feliciter iteretur.

Ad quod quidem facilius aptiusque efficiendum curent Venerabiles Fratres Episcopi ceteriquc locorum Ordinarii, ut greges suis crediti curis opportune hac de re edoceantur, et ad tantum fruendum benefidum impenso excitentur. Peculiari nutem modo optamus ut id fiat praesertim per conciones ad populum habitas, quae Sacrae Missiones

vocantur, vel per Spiritualia Exercitio; quandoquidem expcriundo est cognitum hoc divini verbi praedicationis genus mullum multumque valere non modo ad errores refellendos et ad Christianam doctrinam recte explanandam, sed ad id etiam assequendum, divina aspirante gratia, ut audientium animi cx terrenis rebus ad caelestia revocati tam salutariter commoveantur, ut suas labes cluant atque expient, ct ad arduum ingrediendum virtutis iter sincera ac generosa voluntate exstimulentur. Nobis igitur In optatis est ut singulis paroeciis, si possit, per proximum annum huius generis conciones opportune habeantur; talique ratione christifideles ad suorum impetrandam commissorum veniam plenamque lucrandam debitarum Indulgentiam poenarum rite sanctcque praeparentur.

Eos praeterea moneant sacrorum Antistites ut ad eamdem mentem Nostram supplices Deo preces admoveant, quam per Apostolicas Litteras *lubilacum Maximum* |LE
<55 20-19] indicavimus, cum Annum Sacrum hac in alma Urbe celebrandum indiximus; peculiarique modo ut redeat tandem aliquando optatissima pax in omnium animos, in domesticos convictus, in singulas Nationes, in universamque populorum communitatem: ut habeant «qui persecutionem patiuntur propter Justitiam»| invictam illam fortitudinem, quae Ecclesiam inde ab originibus martyrum cruore decoravit; ut qui profugi, qui captivi, qui extorres longe a propriis laribus abstrahuntur, ad dulcissimam possint quantocius patriam remeare suam: ut dcnlcmc civium ordines, pacatis odiis sedatisque discordiis, iusthla fraternaque concordia ac caritate invicem eoniungantur, utque sanctissima Ecclesiae lura adversus hostium insidias, fallacias insectationesque incolumia semper invioiataque serventur.*

Itaque auctoritate Omnipotentis Dei, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, lubilaeum Maximum, quod in hac sacra Urbe celebratum est, ad universum catholicum orbem per Apostolicas has Litteras extendimus, ad Occidentalem nempe ct ad Orientalem Ecclesiam, atque In Integrum futurum annum prorogamus: ita scilicet nt lucrifieri possit a primis vesperis proximi diei festi Circumcisionis Domini Nostri lesu Christi ad plenum diem tricesimum primum mensis Decembris futuri anni mdcccu.

Quamobrem omnibus ulriusquc sexus christifidellbus. extra Urbem eiusque suburbium commorantibus, etiamsi per elapsum Annum Sacrum lubilaei veniam adepti iam sint, apostolica auctoritate Nostra plenissimam totius poenae, quam pro peccatis luere debeant, indulgentiam —ubique terrarum extra Urbem eiusque suburbium lucrandam— concedimus atque impertimus, obtenta prius ab iisdem admissorum cuiusque suorum remissione ac venia, dummodo rite per Paenitentiae Sacramentum expiati et Sacra Synaxi refecti —quam ad rem Confessio annua el Paschalis Communio minime iisdem suffragabuntur— ecclesias vel publica oratoria, hac de causa de-
936 signanda, statuto tempore ple Inviserint./

Haec autem omnia perfici debent ad has. quae sequuntur, nonnas, quas quidrm Sacrae Paenitentiariae Apostolicae •Instructio» opportune declarat atque authentice interpretatur.

L Locorum Ordinarii, sive per sc ipsi, sive per probatos viros ecclesiasticos —quibus etiam, sl libuerit, hanc potestatem per integrum anni spatium utendam permiserint— ad iubilares quo attinet visitationes agendas, in *episcopali urbe* cathedralem aedem ac tres alias ecclesias vel publica oratoria designabunt, in quibus, interdum saltem, eucharislicum sacrificium celebrari soleat; in *suburbio* vero et in *reliquis dioecesis partibus* paroecialcm cuiusvis paroeciae ecdesiam designabunt, atque, Intra eiusdem paroeciae fines, tres alias ecclesias vel oratoria, ut supra diximus. Id ipsum in Orientali Ecclesia Patriarchae aliique locorum Ordinarii per se ipsi faciant vel per ecclesiasticos delegatos viros; unusquisque autem pro sua cuiusque eparchia vel dioecesi.

At In regionibus a Missionalibus excultis, locorum Ordinarii, nullo habito discrimine inter Ordinarii sedem ac ceteras territorii partes, quattuor ecclesias vel publica oratoria, ut supra diximus, in qualibet quasi-paroccia vel missionall statione désignent

IL Quemadmodum per elapsi piacularis anni decursum Hornae factum est. Ita per proximi anni spatium una sacra visitatio habenda est In unaquaque vel unoquoque c quattuor ecclesiis vel publicis oratoriis designatis: Idque sive eodem die, sive subsequentibus per annum diebus. Quodsi quattuor alicubi ecclesiae vel oratoria publica desint, Or-

• SUrm. V. io. 'Ct .Srû» ***Apr-adinu ScAu,*** 1949. vol- XXXXI, P· -»59- [LE »4'il

dinarii, pro suo prudenti arbitrio, nut per se ipsi, aut per suos delegatos, decernere poterunt, ut praescriptu quatteor visitationes in minore aedium sacrarum numero peragi liceat.

Praeterea, ubi prudenti locorum Ordinarii iudklopowiUle est sine gravi incommodo, unam c quattuor praescripta visitationibus fieri valde opportunum est ad cathedralem aedem, vel ad aliquod Sanctuarium ad hoc designatum.

III. Preces, In unaquaque visitatione recitandae, hie sunt:/quinquies «Pater, Ave, Gloria»; semel praeterea «Piter. Ave, Gloria» ad mentem Nostram; ac semel fonnoli «Credo»; insuper ter «Ave Maria» cum invocatione «Regiiu pacis, ora pro nobis» ac semel «Salve Regina». Ad hisec adlci potest precatio, quam Nosmet ipsi composuimus pn Anno Sancto mdcccl.

Ad Orientalem Ecclesiam quod attinet, chrhlifidelro cum iubilares visitationes perficient, iis normis obtemperare debent, quas, pro diversis ritibus, eorum Patriarchis locorumve Ordinariis Sacra Nostra Congregatio, Oriental-Ecclesiae praeposita, opportuno tempore impertietur. Praeterea singulis locorum Ordinariis fit facultas praescriptu in sacra visitatione preces in alias preces commutandi, cum iubllaris haec visitatio privatim agitur. Ifetnqce Orientalis Ecclesiae fideles, qui extra territorii sul fines commorantur, cum latini ritus peregrinis sc adlungunt, supplicationis formulas Latinis praescriptas adbibere poterunt; singillatim autem, sive proprii, sive latini rites formulas iisdem recitare licet.

IV. Ut iubilares visitationes christifideles facilius instituere atque exsequi possint, eis facultas datur easdem peragendi visitationes etiam extra paroeciae vel dioecesis cuiusque suae fines; in templis tamen pro unoquoque loro ab Ordinario legitime designatis. Quod quidem, singula singulis referendo, populis quoque Missionalibus demandatis conceditur.

V.Decernimus praeterea ut, quemadmodum Romae per elapsum piacularem annum actum est, christifideles iubilarem hanc indulgentiam cum sibi, tum vita functis, toties lucrari possint, quoties imperata opera rite perficiant; ita tamen ut nulla pro alio iubilaeo acquirendo opera fieri queant, antequam inchoata opera pro praecedenti omnino absoluta fuerint.

VI.Ut autem christifidellbus consulamus, qui in peculiari rerum locorumque condicione versentur, hacc statuimus, quae sequuntur.

1. Nautae iique omnes qui navibus inserviunt, si navigium, in quo iter faciunt, sacellum habeat, ubi fas sit sacris operari, inibi poterunt iubilares perficere visitationes. 53»
Sin aliter, iisdem concedimus ut, cum ad certam stationem se receperint, ibi. in quovis nempe templo, iubilares visitationes, praescriptas preces recitando, instituere possint

2. Locorum Ordinarii poterunt, aut per se ipsi, aut per ecclesiasticos delegatos viros, si qui impediantur ne visitationes, eo modo quo imperantur, obeant, vel harum numerum contrahere; vel ecclesias invisendas ad minorem item numerum reducere; vel denique sacras visitationes in alia pietatis caritalisve opera commutare, ad singulorum condicionem accommodata. —Impeditos autem heic intellegi volumus moniales, tertiarias regulares, religiosos sorores, in communitate viventes, pias feminas et puellis aliasve personas in gynaeceis seu *Conservatoriis* degentes: item anachoretas monasticum regularemve Ordinem profitentes et potius contemplationi quam vitae actioni deoitos, ut Clstercicnses Reformatos de Trappa, Eremitas Camildulcnses ct Carthusianos; cos praeterea, qui aut captivi sunt, aut in carccribus custodiuntur; et ecclesiasticos vel religiosos viros, qui in coenobiis aliisve domibus, emendationis causa, detinentur. Impediti il quoque censeantur, qui aut domi aut in nosocomiis sive morbo sive imbecilla valetudine laborant, et quotquot aegrotis adsunt; ac generatim Il omnes, qui certo impedimento prohibentur quominus statutas visitationes obeant; aequo autem iure esse volumus operarios, qui cotidiano sibi victum labore comparantes, nequeunt sc ab eo per tot horas abstinere; ac senes denique, qui septuagesimum aetatis annum excesserint.

VII.Ad facultates quod pertinet, confessariis, retero quin ad iuris normam adprobatis. tribuendas, quibus in excipienda lubilaei confessione salutariter utantur, haec, quae sequuntur, decernimus:

1. Confessariis illae integrae sunto facultates absolvendi, dispensandi, commutandi, quascumque ab Apostolici hac Sede vel in perpetuum vel ad tempus legitime impetraverint; id tamen Intra concessionis terminos./ 85>

2. Monialibus iisque aliis feminis, quarum ad confes-

siones excipiendas, ex Codicis praescripto, specialis adprobatio Ordinarii requiritur, fas esto quemvis confessarium sibi eligere, ab eodem loci Ordinario pro utroque sexu adprobatum, apud quem lubilaei confessio peragi queat; cui Suidcin electo confcssario concedimus ut, in excipiendis umtaxat lubilaei confessionibus, omnes exercere possit facultates, quas ipse, vi Apostolicae huius Constitutionis, pro omnibus cliristlfidellbus Iam habeat.

3. Confessariis omnibus concedimus, ut per Annum Sanctum possint, pro foro conscientiae in actu sacramentalls Confessionis et per sc ipsi tantum, absolvere quoslibet p.ienltcntrs non solum a cruibusvls censuris et peccatis Homano Pontifici aut Orciinario a Iure reservatis, sed diam a censura ab homine Iata. Huius tamen censurae absolutio in foro externo non suffragabitur.

VIII. At hisce amplissimis facultatibus ne utantur nisi normis exceptionibusque servatis, quae sequuntur:

1. Ne absolvant, nisi In adiunctis atque ad praescriptum can. 2254 Codicis iuris canonici, eos, qui irretiti sint aliqua censura vel Romano Pontifici personaliter vel specialissimo modo Apostolicae Sedi reservata. Ne absolvant pariter illos, qui in censuram inciderint, de qua in can. 2388, § 1, Sanctae Sedi reservatam ad normam Decreti *Lex sacri coelibatus* per Sacram Paenitentiariam Apostolicam editi d. xvni mensis Aprilis, a. mdccccxxxvi, 3 itemque ad nonnam Declarationis ab eadem Sacra Pacnitentlarla datae d. iv mensis Mail, a. mdccccxxxvii; 4 vi cuius Decreti et Declarationis hacc censura in casu speciali, de quo agitur, ita Sacrae Paenitentiariae reservatur, ut nemo umquam, excepto periculo mortis, ab ea absolvere possit, nc vi quidem can. 2254.

2. Similiter ne absolvant, nlsl ad praescriptum can. 2254, praelatos cleri saecularis ordinaria iurisdictione in
5^0 foro externo / praeditos, superioresque maiores Religionis exemptae, qui in excommunicationem speciali modo Sanctae Sedi reservatam publice inciderint.

3. Haereticos vel schismaticos, qui fuerint publice dogmatizantes, ne absolvant, nisi il, abiuratis saltem coram ipso confcssario hacresi vel schismate, scandalum, ut par est, iam reparaverint, aut promiserint sese, ut par est, efficaciter reparaturos. Ne absolvant praeterea eos, qui In rerum adiunctis versantur, de quibus agitur in Decreto Supremae Sacrae Congregationis S. Officii, d. i mensis Iulii, a. mcmil edito, de Communismo, 5 nisi sincere et efficaciter resipuerint.

4. Pariter ne absolvant eos, qui sectis vetitis, massonids aliisve id genus nomen dederint, etiamsi occulti sint, nisi, abiurata saltem coram ipso confcssario secta, scandalum reparaverint et a quavis activa cooperatione vel favore suae cuiusque sectae praestando cessaverint; nisi ecclesiasticos et religiosos, quos sectae adseriptos noverint, ad can. 2336, § 2, denuntiaverint; nisi libros, manu scripta ct signa, quae camdcm sectam respiciant, quotiescumque adhuc retinent, absolventi tradiderint, ad S. Officium quamprimum caute transmittenda, aut saltem —Idque iustls gravibusque de causis— per se ipsi destruxerint; sin minus, Ipsimet sincero animo spoponderint se memoratas condiciones esse, quamprimum potuerint, adimpleturos; impositis, praeterea, pro modo culparum, gravi paenitentia salutari ct frequenti sacramcntali Confessione.

5. Qui bona vel iura ecclesiastica sine venia acquisiverint, ne absolvantur nisi aut iis restitutis, aut compositione quam primum ab Ordinario vel ab Apostolica Sede postulata, aut saltem promissione sincere facta eandem compositionem postulandi; nisi de locis agatur, in quibus a Sede Apostolica aliter iam provisum fuerit.

6. Possint iidem confessarii omnia et singula vota *privata,* etiam Sedi Apostolicae reservata, iurata quoque, commutare in alia pia opera, ex iuxta causa. Votum
W1 autem castitatis perfectae/et perpetuae, quamvis ab origine publice emissum sit in professione religiosa tam simplici quam sollemni, subinde tamen, aliis huius professionis votis dispensatis, firmum atque integrum manserit, similiter possint, gravi de causa, in alia pia opera commutare. Nullatenus tamen ab eodem illos dispensent, qui vi Ordinis sacri ad legem caelibatus tenentur, etiamsi ad statum lalcaiem redacti sint. A commutandis vero votis cum praeiudido tertii, sc abstineant, nisi is, cuius interest, libenter expresseque consenserit. Votum denique non peccandi, aliave paenalia vota ne commutent, nisi in opus, quod, non minus quam votum ipsum, a peccato refrenet atque arceat.

7. Dispensare possint, in foro conscientiae ct sacramentali tantum, a quavis irregularitate cx delicto prorsus occulto. Itemque dispensare possint ab irregularitate, de qua In can. 985, ♯ sed ad hoc unice, ut paenitens Ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exercere queat, imposito paenitcntl onere, sub poena reincidentiac, recurrendi intra mensem ad Sacram Paenitentiariam, ct standi eius mandatis.

8. Dispensare item possint, pro foro conscientiae et sacramcntali tantum, ab occulto impedimento consanguinitatis in tertio vel secundo gradu (sexto vel quarto luxta computationem Orientalium) collaterali, etiam attingente primum (quartum vel tertium Orientalium), quod ex generatione illicita proveniat, solummodo ad matrimonium convalidandum, non ad contrahendum.

9. Sive autem de matrimonio contracto agatur sive de contrahendo, dispensare possint ab occulto criminis impedimento, neutro tamen machinante; inluncta, in primo casu, privata renovatione consensus, secundum can. 1135; imposita in utroque, salutari, gravi diuturnaque paenitcnlia.

10. Ad visitationes quod attinet quattuor ecclesiarum confessarii, pro singulis qui, iusta de causa, eas praescripta ratione perficere nequeant, facultatem habent cum concedendi dispensationem a visitatione alicuius ecclesiae, eam commutando —si fieri potest— in visitationem alius ecclesiae, tum etiam vis/Itatlonum numerum contrahendi. S62
Cum singulis autem, qui, morbo aliove legitimo impedimento detenti, memoratas ecclesias invisere nequeant, f>raescriptas visitationes in alia pia opera, quae ab ipsis Impleri possint, commutent. Confessarii tamen sciant, se conscientiam suam oneraturos, si inconsulto et sine iusta causa christifideles ex eiusmodi visitationibus exemerint. Quos vero recte a visitationibus dispensaverint, iis ne indulgeant, ut preces ad mentem Nostram fundendas, quae a visitatione separari quidem possunt, praetermittant; in aegrotantium tantum commodum liceat eas etiam imminuere.

11. Ab obligatione praescriptae confessionis, quam ad adimplendam nec invalida nec annua ex praecepto confessio sufficit, ullum ne exsolvant, ne eum quidem qui materiam necessariam non habeat.

Ac primum placet heic ea breviter attingere, quae ad incrrmcnla pertinent hac in re feliciter habita. Anno Mtxxccxxvi sacrae Missiones cd numerabantur, in praewni autem dc circiter censentur; catholici vero inibi commorantes ad centies ac quinquagies centena milia nondum excreverant, dum hodie fere ducenties et octogiens centena milia iam exaequant. Eodem anno sacerdotes vel e clero adventicio vel indigena fere dccc supra xiv milia habebantur, dum hodie plusquam dccc supra xxvi milia recensentur. Tunc temporis Missionibus fere omnibus sacri Pastores praeerant ex alienigenarum gentibus orti; horum autem post xxv annorum spatium Lxxxvni Missiones clero indigenae creditae sunt; ac non panels In locis, cum Ecclesiastica Hierarchia iam rite constituta sil atque Episcopi sint ex locorum incolis delecti, vel luculentius patet lesu Christi religionem reapse catholicam esse, atque ad nullam terrarum orbis partem quod attinet, extraneam esse habendam.

Itaque, ut exemplis utamur, in Sinis et in nonnullis .Uricae regionibus Ecclesiastica Hierarchia ad sacrorum canonum nonnas condita est; tria, eaque gravissimi momenti, «Plenaria» Concilia celebrata fuere, primum anno mdccccxxxiv in Indosinis, anno mdccccxxxvii in Australia alterum, tertium vero elapso anno in India. Seminaria primis disciplinis tradendis, quae minora dicuntur, 500 valde numero ac vi adaucta sunt; / sacrorum autem alumni, qui ad alliorem doctrinam instituuntur, cum quinque ac viginti ante annos mdcclxx tantummodo essent, sunt in praesens mmmmecc; ac multorum sacerdotii candidatorum domicilia aedificata fuere, quae ad universam pertinent regionem. Romae, apud Urbanlanum Athenaeum «Mlssiônale Institutum» conditum est; Itemque Romae aliisque in locis «Missionologiae», quae dicitur, «Facultates» ac magisteria non pauca constituta fuerunt. Hac pariter in alma Urbe Petrianum fuit Collegium instructum, in quo indigenae sacerdotes penitius aptiusque ad sacras disciplinas, ad virtutem, ad apostolatum conformantur. Fuere praeterea studiorum Universitates conditae duae; collegia ac scholae altioribus vel mediis excolendis doctrinis, quae prius mdc circitor numerabantur, hodie ad plusquam quinque milia censentur, ludi litterarum primordiis tradendis duplicem propemodum attigere numerum; atque id ipsum de sedibus medicamentis dilargiendis ac de valetudinariis asseverari potest, In quibus omne genus infirmi, aegroti ic vel leprosi curantur. Huc quae sequuntur accedunt: «Mlssionafis Cleri Sodalitas» per hoc annorum spatium magnum cepit incrementum; institutum est ortum, cui D«nen «Fides» et cuius est de religiosis rebus exquirere, nxnparare ac pervulgare nuntia; scripta typis edita fere cblquc et numero augescunt et longe lateqûe proferuntur; non pauci sacris Missionibus provehendis Conventus celebrati fuere, in quibus quidem ille peculiari modo memoratu «t dignus, qui Romae fuit Anno vertente Sacro habitus, quique luculenter ostendit quae quanlaque fuerint hac de causa suscepta; haud ita multo ante Kumasi, in Africae Ora, quae Aurea dicitur, Eucharisticus Congressus adsUntium multitudine conspicuus pielntisquc fervore mirabilis celebratus est; ac denique Pontificio Operi a S. Infantia precibus ac collata stipe promovendo peculiaris dies quotannis a Nobis assignatus est;1 quae omnia praedire patefaciunt Apostolatus incepta mutatis renim con- *1 didonibussuccrvscentlbus / que nostrorum temporum necessitatibus, rationibus novis aptloribusque initis, opportune respondere.

Neque silentio praetereundum est, hoc nnnorumspatio Apostolicas Delegationes quinque variis in regionibus,

r»M.p «O- ♦*A A S.,* 1944. P- 307. ' Epist. *Prartet Consilii, A. A. S.,*

quae a Sacri Consilii catholicae propagandae fidei jurisdictione pendent, legitime conditas fuisse; praeterquam quod sacrarum Missionum territoria habentur non pauca quae Aposlollcis Nuntiis vel internuntiis sublecta sunt. Quam ad rem asseverare libet horum Praesulum praesentiam navltatcmque uberrimos iam edidisse fructus, idque potissimum effecisse, ut apostolici Missionalium labores aptiore ordine alaue adiulrice invicem opera ad eamdem conferrent assequendam metam. Ad quam quidem contingendam haud parum etiam iidem contulere legati Nostri, cum singulas saepe invisendo regiones, tum auctoritate Nostra Episcoporum coelus identidem participando, in quibus quae locorum Ordinarii pro sua quisque prudentia experiundo novissent, ea ad communem utilitatem conducerentur, ac collatis consiliis expeditiores ac faciliores susciperentur apostolatus rationes. Haec praeterea fidei operumque fraterna conspiratio Hlud etiam attulit, ut publici magistratus atnue ii, qui catholico non censerentur nomine, Christianam religionem maiore in aestimatione haberent.

Quae heic presse breviterque de rerum missionalium incrementis, xxv horum annorum spatio habitis, scribendo attigimus, et quae per Anni Sacri decursum Nobis cernere licuit —cum multitudines non parvae e longinquis regionibus, ab Evangelll praeconibus excultis, Romam confluxere, superna Dei munera Nostramque benedictionem impetraturae— haec, dicimus. Nos vehementer commovent ad Apostoli gentium flagrantissima iteranda vota, qui ad Romanos scrib «...ut aliquid impertiar vobis gratiae spiritualis ad confirmandos vos, id est, simul consolari in vobis per eam, quae invicem est, fidem vestram atque meam» ·./ 502

Ac videtur Nobis Divinus ipse Magister illa omnibus repetere verba, consolationis hortationisque plena: «Levate oculos vestros, el videte regiones quia albae sunt iam ad messem». 7 Attamen, cum Christianae veritatis propagatores praesentibus necessitatibus impares sint, hisce verbis invitamentum illud eiusdem Divini Redemptoris quodammodo respondet: «Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam»8.

Novimus utique, non sine magno animi solacio, eorum numerum, qui in praesens superno quodam instinctu permoti ad grande illud vocantur munus Evangelium usquequaque terrarum propagandi, erecta cum Ecclesiae spe feliciter augeri; at multum etiam atque etiam faciendum superest, multum est adhuc supplicibus precibus a Deo impetrandum. Innumeras illas gentes Nobiscum in animo considerantes, quae ad unum ovile et ad unum salutis portum per hos sacrorum administros vocandae sunt, hanc ad caelestem Pastorum Principem Nos admovemus Ecclesiastici vocem: «Sicut., in conspectu eorum sancUficatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis, ut cognoscant te, sicut et nos cognovimus quoniam non est Deus praeter te. Domine».·

e · ·

Haec autem salutifera Incrementa, quae sacrarum Missionum causa suscepit, non modo divini vervi satoribus tot tantisque laboribus steterunt, sed multo etiam sanguine per factum martyrium generose profuso. Hoc enim annorum decursu haud defuerunt In nonnullis Nationibus nascentis inibi Ecclesiae insectationes acerrimae; atque nostris etiam temporibus non desunt in extremis orientalis terrarum orbis partibus regiones, / quae hac de causa sacro purpurantur cruore. Ad Nos siquidem perlatum est christifideles non paucos, idcirco quod fuerunt ac sunt religionis suae tcnacisr'mi, Itemque virgines Deo devotas, missionales, sacerdotes indigenas, atque etiam nonnullos Episcopos c suo fuisse domicilio e suarumque rerum possessione deturbatos, ac vel extorres in inedia languescere, vel In vinculis, in carccribus, In publicae custodiae campis detineri, vel interdum etiam fuisse immaniter trucidatos.

Summa animus Noster aegritudine oppletur, dum horum carissimorum filiorum angustias, dolores, mortem recogitamus; eosdemque omnes non modo paterna voluntate prosequimur, sed paterna etiam veneratione recolimus, quandoquidem probe noscimus alllsslmum eorum munus ad martyrii quoque dignitatem interdum evehi, lesus Christus, martyrum primus, edixit: «Si me persecuti sunt, et vos persequuntur»;10 «In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum»;11 <nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit mullum fructum affert»11.

Qui Christianae veritatis christianaequc virtutis nuntii

Î95Î, PP- 88-3q. · Ἐν I, xi-ix. ' Iojix.. IV, 35. · Μλττμ^ IX. jj
'Ecch, XXXVI, 4-5. "Ἰοὰκ., XV. ro. n Ioax., XVI. jj. »

propagatoresque longe a patriis laribus, sanctissimo hoc manere fungentes mortem occumbant, seminn sunt, cx quibus aliquando Del nutu fructus germinabunt uberrimi. Qoamobrem Paulus apostolus asseverabat: «Gloriamur In tribulationibus»;11 ac S. Cyprianus Episcopus ct martyr Christianos suorum temporum consolabatur atque adhortabatur hisce verbis: «Gaudere nos et exsultare voluit In persecutionibus Dominus, quia, quando persecutiones fiunt, tunc dantur coronae fidei, tunc probantur milites Del, tunc martyribus patent caeli. Neque enim sic nomen militiae dedimus, ut pacem tantummodo coritare, et dctrcc-
501 lare et recusare militiam debeamus, quando / in ipsa militia primus ambulaverit Dominus, humilitatis ct tolerantiae et passionis magister, ut quod fleri docuit, prior faceret, et quod pati hortatur, prior pro nobis ipse pateretur»14.

Ii etiam Evangelii satores, qui hodie In longinquis plagis desudant, causam provehunt Illi haud dissimilem, quae in primaeva Ecclesiae aetate agebatur. Etenim fere in Iisdem rerum condicionibus ii Romae versabantur, qui una cum Apostolorum Principibus Petro et Paulo Romani Imperii arci evangdicam inferebant veritatem. Quisquis considerat nascentem eo tempore Ecclesiam nullis instructam fuisse humanis opibus, sed angustiis, aerumnis, insectationibus vexatam, vehementi admiratione non percelli non potest, inermem cernens Christianorum manipulum potentiam devicisse, qua forsitan numquam existllisset maior. Quod autem tunc contigit, iterum procul dubio iteramque eveniet. Quemadmodum David adulescens, potiusquam funda divino auxilio confisus, gigantem Goliatn ferrea armatura ornatum prostravit, ita divina illa societas, quam Christus condidit, nulla umquam poterit terrena devinci potestate, sed omnes est Insectationes serena fronte superatura. Quamquam probe nosdmus hoc ex divinis oriri pollicitationibus defuturis numquam, facere Umen non possumus quin gratum iis omnibus patefaciamus animum Nostrum, qui impavidam et invictam fidem suam lesu Christo atque Ecclesiae, columnae et fundamento veritatis,14 testati sunt, eos una simul adhortantes ut eadem semper constantia coeptum iter perganL

Huius invictae fidei slrenuaeque fortitudinis saepissime ad Nos nuntii afferuntur, qui magno Nos solacio afficiant. Quodsi non defuerunt qui Catholicae Ecclesiae filios ab alma hac Urbe, ab hac nempe Apostolica Sede, seiungerc conarentur, quasi id debitus erga Nationem cuiusque suam postularet amor, debita requireret fidelitas; at iure meri-
505 toque Iidem respondere potu erunt ac possunt nullis se civibus cedere in patria caritate; summa tamen sinceritate percupere Iusta libertate perfrui.

Illud autem praesertim ante mentis oculos habeatur oportet, quod iam supra attigimus: id nempe, quod adhuc hac in causa faciendum superest, ingentem prorsus exposcere operam Innumerosque opifices. Reminiscamur fratres nostros, qui «sederunt In tenebris et in obscuro».14 immensam esse hominum multitudinem, qui ad millies decies centena milia aestimari possunt. Videtur igitur inenarrabilis ille amantisstmi lesu Christi Cordis adhuc resonare gemitus: «el alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili: el illas oportet me adducere, et vocem meam audient, el fiet unum ovile, et unus pastor»17.

Ac pastores non desunt, ut profecto nostis, Venerabiles Fratres, qui oves ex hoc uno ovili, ex hoc uno salutis portu abducere enitantur, ac nostis pariter huius generis periculum alicubi impendere cotidie maius. Quamobrtm Nos et immensam eiusmodi hominum multitudinem Noblscutn coram Deo considerantes, qui evangelicae veritatis adhuc expertes sunt, itemque grave illud discrimen, ut oportet, reputantes In quod tam multi conlciuntur vel ob invalescentem «matcriallsmum atheum», qui dicitur, vel ob quamdam doctrinam nomine Christianam, quae reapse tamen «communism!» commenta erroresque sapii, venementissima animi sollicitudine anxiludineque compellimur ad apostolatus opera usquequaque omnlque ope provehenda; ac velutl Nobismet ipsis datum sacri vatis hortamentum illud autumamus: «Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem luam»11.

Peculiarique modo apostolico sacrarum Missionum opifices, qui in internis Latinae Americae regionibus operantur supplicibus Deo commendamus precibus, cum Nobis ex-
506 ploratum sit / quibus iidem periculis, quibus insidiis, ob palam tecleve grassantés acatholicorum errores, obnoxii sint

Eo autem consilio ducti, ut EvangelH praeconum opera efflcador usque evadat, utque ne una quidem eorum su-

doris eorumque sanguinis stilla incassum cadat, placet hdc principia ac nonnas breviter enucleare, quibus Mkslonaliwn actio ac navitas regatur oportet.

Ac principio animadvertendum est Illum, qui superno quodam afflatu ad Id vocatur, ut evnngelleti veritate chri stianaque virtute dissitas ethnicorum gentes excolat, ad munus omnino grande, omnino excelsum destinatum *me* Is enim vitam suam Deo consecrat, ut eius Regnum sd ultimos usque terrarum orbis terminos propagetur, h non quaerit quae sua sunt, sed quae lesu Cnrltl.1· Is denhp fmlcherrimas illas Apostoli gentium sententias sibi peculari modo datas tribuit: «Pro Christo... legatione fungimur». 80 «In carne enim ambulantes, non secundum carnem mill lamus»;11 «Factus sum Infinnls Infirmus, ut infirmos lucrifacerem». M Debet Igitur regionem illam, ad quam Evangelll lucem allaturus venit, quasi alteram patriam considerare debitaque eam adamare caritate; atque adeo non terrena emolumenta quaerat neque ea, quae ad Nationem suam vel ad Religiosum Institutum suum spectent, sed ea potius, quae ad salutem pertineant animorum. Utique gens sua suaque Sodalitas impenso amore prosequendi sunt, sed flagrantiorc etiam studio diligenda Ecclesia est Ac meminerit nihil esse Sodalitati suae profuturum, quod Ecclesiae bono obsteL /

Opus praeterea est ut qui ad huius generis aposlohtum vocantur, dum adhuc apud suos sunt, non modo ad omnes virtutes ad omnesque ecclesiasticas disciplinas instituantur ac conformentur, sed peculiares ellam illas doctrinas el artes addiscant, quae aliquando sibi, cum apud exteras gentes Evangelli nuntios agent, summae erunt utilitatis. Itaque linguarum Ignari sclentesque sint oportet, carum praesertim, quae olim sibi necessariae erunt; ac rebus ellam rationibusque satis erudiantur, quae ad medicinam, ad agriculturam, ad ethnographiam, ad historiam, ad geographiam et ad cetera eiusmodi attineant.

Eo autem, ut omnes norunt, hac sacrae expeditiones primo loco spectant, ut Christianae veritatis lumen novii gentibus luculentius affulgeat, ulque novi habeantur Christiani. Ad illud tamen, extremam velutl metam, contendant necesse est —quod quidem semper ante mentis oculos esse debet——ut nempe Ecclesia apud alios populos firmiter constabiliatur, eidemque propria, cx indigenis delecta, tribuatur Hierarchia.

In Epistula, quam superiore anno, dic ix mensis Augusti, ad dilectum Filium Nostrum dedimus Petrum S. R. E. Presb. Cardinalem Fumasonl Biondi, Praefectum Sacri Consilii Christiano nomini propagando, haec inter alia scribebamus: «Ecclesia equidem nullum habet propositum in populos dominandi, aut Imperio in res modo temporales potiundi, uno cum flagret studio omnibus gentibus supernum fidei lumen afferendi, humani clvilisque cultus incrementum fovendi fralemamquc populorum concordiam» ta.

In Epistula vero Apostolica *Maximum illud,*24 a Decessore Nostro imm. mem. Benedicto XV anno mdccccxix data, itemque in Encycllcls Litteris *Rerum Ecclesiae,u* a proximo Decessore Nostro fel. rec. Pio XI editis, sacras Missiones eo niti oportere edicebatur, quasi ad supremum efficiendum propositum, / ut in novis nempe terris constl- φ tueretur Ecclesia. Ac Nosmet ipsi, cum, ut supra diximus, anno mdccccxxxxtv, Misslonalium Operum moderatores coram admisimus, haec, quae sequuntur, verba fecimus: «Consilium, quod Evangelii praecones grandi generosoque animo capiunt, eo contendit ut Ecclesia ad novas regiones ita propagetur, ut Inibi oltiores usque radices agat, ac possit quam primum ob suscepta incrementa, nullo Iam Sllsslonalium Operum adiumento, vivere ac florescere. Haec enim Mlssionalia Opera non sibi inserviunt, sed ad excelsum illum, quem supra diximus, finem assequendum itndiose actuoseque annitantur necesse est; quem cum attigerint, tum ad alia libenter se conferent incepta». * «Quapropter divini verbi satores propagatoresque non In excultis iam apostolatus campis, quasi in suis domiciliis resident, cum ad eos potius pertineat universum terrarum orbem evangelica veritate collustrare ac Christiana consecrare sanctitudine. Initum nempe a missionallbus propositum hoc est: Divini Redemptoris Regnum, qui e triumphati morte surrexit, et cui omnis potestas in caelo et in terra data est,17 ex aliis ad alias plagas citatiore cotidie gradu proferre, usque ad ultimum Ignotumque tectum, usque ad ultimum ignotumque hominem».

Patet tamen Ecclesiam non posse novis In regionibus

XII, 34-3$. u ℟, V, ? * S. Ct t ïik mi ***Epist. LVI; ML,*** IV, 331 A. ‘‘Cfr. ***r*** T»«. ΠI. 15· ‘‘ H . CVI, io Io a x , X, xt›. ‘‘ Ь . LVIII. ***t.***

>· Cfr. ***Pkü.,*** II, 31. ·· ***II*** Cor., V. ***20.*** ‘‘ ***II*** Cor., X, 3. ***« I*** IX, n. ‘‘ Epitt. ***Pgrh.b^tix rquilcm; A. A. S.,*** I95<>. P- 737· ‘‘ A. A. S., 1919, p. 443 »q. ILE 331). ·· ***A. A.S.,*** 1936. p. 65 $q. FLE 693]. ’· A. A. S-, 1944.P. jra ’’ Cfr. Μλγτή., XXVIII, 18 ·· A. 4.S-, 1944. P ao8-

apte rectcquc constabiliri, nisi opportuna ac consentanea ibi necessitatibus par clerus indigena rite sit institutus ac conformatus. Placet hac dc causa graves sapientesque sententias Litterarum EncyclIcarum *Rerum Ecclesiae* quasi mutuando iterare: «... Sl curandum, ut alumnorum Indigenarum frequentia sit unicuique vestrum quam maxima, eos praeterea rite effingere atque excolere studete ad sanctitatem sacerdotali vitae congruentem ad eumque apostolatus spiritum cum studio frater/nae salutis coniunctum, ut parati sint vel vitae lucturam pro tribulibus civibusquc suis facere» *.

•Fac, ex bello aliisvc politicis eventis in alicuius Missionis territorio alterum regimen alteri suffici, ct nut posci aut decerni mlsslonailum exterorum e certa quadam Natione discessum: fac Item —quod sane difficilius eveniet— Indigenas, qui ad nltiorcm humanitatis gradum pervenerint ct civilem quamdam maturitatem attigerint, velle, ut sui iuris flant, externae Civitatis sibi imperantis et procuratores et copias ct mlssionulcs nb suo territorio exigere, idque aliter, quum vi adhibita, impetrare non posse. Quae tura, rogamus, impenderet per eas regiones Ecclesiae pernicies, nisi, quasi quodam rete sacerdotum indigenarum per totum territorium disposito, necessitatibus plebis Christi adiunctae esset plene consultum?»30

Dum haec, quae proximus Decessor Noster quasi praesagienti animo scribebat, in extremis Orientis regionibus non paucis effecta dari cernimus, vehementi Nos moerore afficimur. Inibi enim quae florentissimae habebantur Missiones iam albae ad messem,31 in praesens, proh dolor, summis premuntur angustiis. Nobis utinam sperare liceat fore ut Coreae ac Sinarum gentes, quae c sua ipsa natura humanitate nobllitatcque pollent, ac civilis cultus splendore iam antiquitus enituere, non modo a turbulentis contentionibus bcllicisque conflictationibus quam primum liberentur, sed ab infensa etiam doctrina illa, quae, cum terrena solummodo quaerat, caelestia renuit; atque adeo Christianam exterorum missfonalium indigenarumque sacerdotum caritatem virtutemque recte aestiment, qui ^ildcm suis laboribus ac suae etiam, si opus sit, vitae iactura ad nihil aliud contendunt, nisi ad verum sincerumque populi bonum.

Inmortales Deo grates agimus quod Iam in utraque Natione frequens in spem Ecclesiae succrevit e popularibus
510 dele/ctus clerus, et quod iam ibi Dioeceses non paucae Illius gentis Episcopis creditae fuere. Ad quod quidem si tandem devenire licuit, exterorum missionalium laudi est tribuendum.

Hac tamen de re aliquid notandum opportunum ducimus, quod tum considerantes ob oculos tenendum esse putamus, cum sacrae Missiones, quae prius adventicio clero commissae erant, eiusdem Nationis Episcopis ac sacerdotibus excolendae regundaeque demandantur. Religiosum illud Institutum, cuius sodales dominicum agrum suo profuso sudore proscindendum curarunt, cum ex mandato Sacri Consilii catholicae propagandae Fidei vineam ab se excultam ac iam uberibus refertam fructibus aliis agricolis concredit, non eam necesse est omnino derelinquat; sed rem utilem ac consentaneam egerit, si novo Episcopo, ex eo populo delecto, adiutriccm operam suam praestare perrexerit. Sicut enim in ceteris omnibus catholici orbis Dioecesibus plerumque religiosi sodales Ordinario locorum Antistiti adiumento sunt, ita pariter iidem in Missionum regionibus, etsi ex alia orti sunt gente, veluti auxiliares copiae sanctum certare certamen non desinent; atque Ita feliciter eveniet quod Divinus Magister ad puteum Sichar edixit: «Et qui metit, merccdem accipit, et congregat fructum in vitam aeternam: ut, ct qui seminat, simul gaudeat, el qui metit»

◆

Cupimus praeterea non modo sacros Missionum administre per EncyclIcas has Litteras alloqui et adhortari, sed «i etiam e laicorum ordine, qui <corde magno et animo volenti»Min Actionis Catholicae agminibus militantes suam issionalibus adiutriccm navant operam.

Affirmari equidem potest adiutriccm eiusmodi laicorum peram, quam hodie Actionem Catholicam vocamus, inde
ili Ecclesiae originibus non defuisse; quin immo cx ea Apostolos cetcrosque Evangelii propagatores haud mediocre suscepisse auxilium, Christianam vero religionem haud levia habuisse incrementa. Itaque a gentium Apostolo, ad tene rem quod attinet, Apollo, Lidia, Aquila, Priscilla, Philemon commemorantur; ab codemquc ad Philippenses scribitur: «Etiam rogo et te, gcrmanc compar, adiuva illas quae mccum laboraverunt in Evangelio cum Clemente, et ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitae» 3'.

Parique modo omnibus exploratum est Christianam doctrinam non solum ab Episcopis ac sacerdotibus, sed a magistratibus quoque, a militibus, a privatisque civibus per consulares vias propagatam fuisse. Christifideles ad milia bene multa, a catholica suscepta fide recentes, quorum hodie nomina ignorantur, cum studio novae provehendae religionis, quam amplexi erant, vehementissime flagrarent, evangcllcae veritati iter stemere enisi sunt; quamobrem post centum circiter annos Christianum nomen christianaque virtus iam ad principes omnes Romani Imperii urbes pervenerant.

S. lustlnus, Minucius Felix, Aristides, consul Acilius Glaber, patricius Flavius Clemens, S. Tarsicius ac paene innumeri sancti sanctaeque martyres, cum succrescentem Ecclesiam suis laboribus suoque profuso cniore confirmaverint ac fecundaverint, quodammodo dici possunt Actionis Catholicae antesignani ac praecursores. Placet heic pulcherrimam illam auctoris epistulae ad Diognetum sententiam referre, quae hodie etiam videtur admonitionis plena: «Christiani... patrias habitant proprias, sed tamquam Inquilini; ...omnis peregrina regio eorum est patria, et omnis patria peregrina»31.

Irruentibus autem per Mediae Aetatis decursum barbaris gentibus, principes viros principesque feminas cernimus ac vel humiles artifices strenuasque e Christiana plebe mulieres totis / viribus eniti ut populares suos ad lesu 31
Christi religionem rite sancteque converterent, ad eamdemque eorum conformarent mores, utque, ingruente periculo, religio ac civitas in tuto ponerentur. Una cum immortali Decessore Nostro Leone Magno, qui Attllae Italiam invadenti fortiter obstitit, romani Consulares duo, ut memoriae traditur, aderant. Dum Lutetiam Prristorum terrificae Hunnorum turmae obsident, sacra virgo Gcnoveva, cui haud intermissae supplicationes asperacque pacnitentiae opera in deliciis erant, mirabili caritate suorum civium animis corporibusque pro viribus consulit. Theodolinda, Langobardorum Regina, gentem suam ad Christianam amplectendam religionem studiose advocat. In Hispania Reccaredus Rex populum sibi creditum ex Arianorum haeresi ad veram fidem reducere conatur. In Gallia autem non modo sacrorum Antistites habentur, qui —ut Remiglus Episcopus Rhemensis, Caesarius Episcopus Arelatensis, Gregorius Episcopus Turonensis, Eligius Episcopus Noviomensis atque alii plures— virtute et apostolatus ardore enituere, sed Reginas etiam cernere licet, quae, per illius aetatis decursum, indoctos ac rudes chnstianam veritatem docent, infirmos vero, famelicos omneque genus miseros alunt, relevant atque reficiunt.· itaque, ut exemplis utamur, Clotilda Clodovael animum ita ad catholicam religionem allicit ac permovet, ut eum tandem ad verae vitae lavacrum libentissime adducat; Radegunda autem ac Bathilda aegrotorum curam summa caritate suscipiunt ac lepra etiam affectis medicantur. In Anglia Bertha Regina S. Augustinum, illius gentis apostolum, venientem excipit, ac coniugi suo Ethelberto dedita opera suadet ut evangelica praecepta secundis accipiat auribus. Ac vixdum Angll-Saxones, sive optimates vel ex infima plebe, sive homines vel mulieres, sive senes vel luvcncs Christianam amplectuntur fidem, quasi divini amoris Instinctu permoti arctissimis pietatis, fidelitatis, observantiaeque vinculis cum hac Apostolica Sede coniunguntur.

Parlque modo in Germania mirandum sane spectaculum ha/betur, cum S. Bonifacius elusque socii regiones illas 513
apostolicis itineribus peragrant generosoque sudore fecundant. Fortis enim illius generosaeque gentis filii filiaeque incitato quodam animorum motu monads, sacerdotibus. Episcopis adiutriccm suam navitatem actuose praestitere, ut amplissimis iliis regionibus evangelicac veritatis lumen latius cotidie affulgeret, utque Christiana praecepta christianaque virtus, non sine uberibus salutis fructibus, magis magisque in dies proveherentur.

Nullo igitur non tempore Catholica Ecclesia non tantum indefesso cleri labore, sed socia etiam laicorum hominum advocata opera, et nova religionis Incrementa peperit ct ad auctiorem in re quoque sodali prosperitatem populos adduxit. Norunt omnes quid hac de causa egerit In Germania S. Elisabetha Thuringiae Landgravia; quid in Castella S. Ferdinandus Rex; quid denique in GalFa S. Ludovicus IX: Il nempe, ob suam sanctimoniam suamque studiosam operam, salutiferam contulere vim in varios societatis ordines, sive benefica Instituendo incepta, sive veram religionem usquequaque propagando, sive Ecclesiam for-

'' L *A.* 1726. p. 76. '· Ibidem, p. 75. 11 Cfr. Ioa m,, IV, 35. '' Io a n .. IV. *«// Mvh.,* j, 3, -- *ï'kü.,* IV, 3. '' *Efùi aJ Dieputan,* V, cd. Funk. I.

titer tuendo, sive potissimum omnibus in exemplum praeeundo. Neque ea ignota sunt, quae per Medii Aevi cursum nptime merita laicorum effecere sodalicia; in quae quidem artifices atque opifices utriusque sexus cooptabantur, qui etsi in saeculo suam traducebant vitam, nihilo secius excelsam quamdam cvangelicae perfectionis speciem prae oculis habebant, ad eamque et ipsi contenderent actuose enitebantur.

lamvero, quae in primaevis Ecclesiae temporibus habebantur rerum condiciones, eaedem in plerisaue regionibus, hodie a missionalibus excultis, adhuc habentur; vel saltem populos illos necessitates premunt, quibus subsccruente aetate respondere atque occurrere nccesse erat. Quamobrem oportet omnino homines e laicorum ordine generosam, diligentem laboriosamque operositatem suam inibi cum hlcrarchico cleri apostolatu consocient, in Actionis
511 Catholicae confertissima agmina con/flucntcs. Catechistarum opera utinue necessaria est, iisdemque cupimus debitas tribuere laudes; attamen non minus est necessaria eorum sedula sollertia, qui nullo accepto honorario, sed divina solummodo permoti caritate sacrorum administris in rorum obeundo munere praesto sunt atque auxiliantur.

Cupimus Igitur ut ubique pro facultate catholicorum virorum catholicarumque mulierum consociationes constituantur, Itcmque iuvenum, qui litterarum disciplinarumque studiis vacant, operariorum atque artificum, eorum qui gymnicis palacstricisque ludis dant operam, atque cetera sodalicia placque sodalitates, quae veluti auxiliariae mlssionalium copiae d'ci queunt. In iisdem autem constituendis informandisque sodalium potius probitas, virtus, alacritas aestimentur ac censeantur, quam numerus.

Animadvertendum praeterea est nih«l mag»s valere ad patrum matrumque familias fiduciam missionalibus conciliandam, quam diligentissimam eorum filiorum curam suscipere. Qui quidem, si mentem ad Christianam veritatem, si mores ad virtutem assequendam converterint, non solum ad familiae cuiusque suae, sed ad totius quoque communitatis vim, decus el ornamentum conferent; ac non raro Id efficient ut, si Christianorum communitatis vUa aliquantam debilitata remiserit, ad pristinum eam vigorem feliciter revocent.

Quamvis autem, ut omnibus perspectum est, Actio Catholica ad chrislhni praesertim apostolatus opera provehenda vim suam exserere debeat, nihil tamen prohibet quominus ii, qui in cius agmina adseili sunt, consociationes ctiam participare queant, quarum sit res sociales ac poli-
ticas ad Evangelil principia ac rationes conformare; quin Immo ut non modo qua rives, sed qua catholici etiam id agant, ius concedit, quo fruunlur, officium, ad quod tenentur, postulat.

• . .

Quandoquidem vero Iuvenes. fi praesertim, qui litteris, optimis disciplinis ingenuisque artibus excoluntur, futurae
515 aetatis / futurarumque rerum cursum dirigent, nemo est qui non videat quantopere intersit ut de alumnorum ludis, scholis, collegiis summa habeatur cura. Sacrarum igitur Miisionum moderatores paterno adhortamur animo, ut, nullis parcentes laboribus nullisque pro facultate sumptibus, haec incepta tutis viribus provehant.

Litterarii siquidem ludi ac scholae id afferunt praesertim utilitatis, ut inter missionales ct ethnicos cuiusvis ordinis opportunae instituantur necessitudines, utque Imprimis iuventus, quae cerea flectitur, ad catholicam Intellegendam, aestimandam assequendamque doctrinam facilius allidatur. Hi exculti iuvenes, ut omnes norunt, rem publicam in posterum moderaturi sunt; ac plebis multitudines eos quasi duces ac magistros sunt secuturae. Apostolus gentium coram etiam doctissimorum virorum coctu celsissimam Evangelii sapientiam patefecit, cum >n Atheniensi Areopago Ignotum Deum adstantlbus annuntiavit. Quodsi, hac ctiam ratione, frequentes non erunt, qui ad Divini Redemptoris obtemperandum praeceptis se penitus converterint, plures tamen erunt, qui suavi quodam sensu sc commoveri experientur, supernam huius religionis pulchritudinem considerantes ciusque sectatorum caritatem.

Sunt praeterea alumnorum ludi ac collegia od omne genus errores refellendos utilissima, qui hodie potissimum acathollconim ac communlslarum opera cotidie latius serpunt, atque iuvenum praesertim animis palam tccteve instillantur.

Nec minus utile est opportuna scripta typis edere et in vulgus propagare. Putamus hac super re necessarium non este Nos multum Immorari; patet enim omnibus quantum diaria, ephemerides ac commentarii valeant sive ad veritatem virtulcmquc in sua luce ponendas ac mentibus animisque inculcandas, sive ad fallacias, fucatas veri specie, detegendas, sive ad emenllLn illa refutanda commenti, quae vel religionem offendant, vel quaestiones dc re sodali acriter agitatas non sine magno animorum detrimento perperam proponant. Valde Igitur cos dl/laudamus Pastores, quibus cordi est elusmodi scripta recte dillgcntcrque eisrata ac guttembergta arte prodita quam latissime pervulgare. Quodsi iam haud parum hac dc causa factum est, multum adhuc superest faciendum.

Placet ctiam helc opera illa atque Incepta maxlmopere commendare, quibus cuiusvis generis morbis. Infirmitatibus, angustiis pro viribus consulitur; valetudinaria dicimni, hospitales domus lepra infectis excipiendis curandlsque. sedes medicamentis opportune dilargiendis, ac varia ea domicilia, in quibus senibus, puerperis, infantibus aliisque auxilio egentibus pro facultate prospicitur. Hacc profecto, quae quasi pulchriores viridarii flores Nobis ridentur, in quo evangelic! verbi satores operantur, Divinum ipwn Redemptorem veluti ante oculos ponunt, qui «pertransiit benefaciendo et sanando omnes» ,e.

Procul dubio hacc Insignia caritatis opera efficacitate summa ethnicorum animos pYaeparant atque alliciunt ad Christianam profitendam fidem ad chrisllanaque amplectenda praecepta; atque adeo lesus Christus apostolis edixit· «In quamcumque civitatem Intraveritis, et susceperint vos... curate infirmos, qui In illa sunt, el dicite filis: appropinquavit In vos Regnum Dei»37.

Necesse tamen est ut qui religiosi viri ac sacrae virginei ad haec aliquando frugifere praestanda sc vocatos sentiant, dum adhuc in patria cuiusque sua commorantur, ea sibi comparent mentis animique adiumenta, quae hodiernae Id genus artes postulent. Novimus haud deesse virginei, Deo devotas, quae publica huius exercendae disciplinae adeptae diplomata, cum horrificos morbos, ut lepram, peculiari studio vestigaverint, eisdemque consentanea remedia invenerint, meritis debeant ornari laudibus. Hisci Nos, quemadmodum missionalibus omnibus, qui suam in leprosorum domibus operam generoso animo prae/stant, 517 paterna benedicimus voluntate, corumquc excelsam caritatem mirabundi dilaudamus.

Ad medicinam autem et ad chirurgiam quod attinet, opportunum profecto erit laicos ctiam viros in auxilium adsciscere, qui tamen non modo publica huius exercendae artis documenta iam adepti fuerint, libentesque velint suam patriam relinquere ut missionalibus praesto sint, sed necessariis quoque rectae doctrinae virtutisque ornamentis polleant. > e *

Ad aliud In praesens gradum facimus, quod non minoris momenti est monorisve gravitatis; cupimus nempe de re sociali aliquid attingere, ad iustitiae carilatisque nonnas ordinanda. Dum communistarum placita, quae usquequaque hodie proferuntur, simplices ac rudes popularium mentes facile decipiunt, illae videntur auribus Nostris lesu Christi resonare voces: «Misereor super turbam» .* Nccesse est prorsus recta ea principia, quae hac de causa Ecclesia docet, ad effectum studiose, diligenter, actuose deducantur. Neccese est prorsus populos omnes perniciosis illis erroribus servare immunes, vel si iam iisdem inferii sint, ab infensis huiuscemodi liberare doctrinis, quae praesentem fruendum mundum tantummodo, quasi unam mortali huic vitae metam hominibus assequendam proponunt: cumque universa, quae habentur, Civitatis potestati alque arbitrio potiunda ac moderanda committant, humanae personae dignitatem ita imminuunt, ut ad nihilum propcznodum redigant. Necesse est prorsus privatim, publice edocere omnes ad immortalem nos patriam veluti exsules contendere; ct ad sempiternum aevum ad sempiternamque esse destinatos beatitatem, quam veritate ducti virtuteque permoti aliquando assequi debeamus. Christus solummodo humanae iustitiae vindex est, atque humani doloris, qui in praesens vitari nequit, solator sua/vissimus; Ipse unus ostendit nobis pacis, iustitiae aetemique gaudii portum, ad quem quidem omnes, divino redempti sanguine, post terreni huius incolatus iter perveniamus oportet.

Attamen omnibus officium est, prout! fieri potest, praesentis ctiam huius vitae angustias, miserias angoresque, quibus fratres afficiantur, mitigare, lenire ac relevare.

Multis quidem, quae in re sociali habeantur, iniustis condicionibus caritas aliquatenus mederi potest; id tamen non satis. Principio enim iustitiam vigescere, dominari ac reapse ad effectum deduci opus est.

Quam ad rem ea referre placet, latine reddita, quae anno mdccccxxxxii sub Natalicia lesu Christi sollemnia coram

·· Ad., X, 38. »» Lix., X, S-9. ·· Marc. VIII, j.

Sacro Purpuratorum Patrum Collegio Pracsulumque coctu diximus: «Ecclesia, quemadmodum varia Illa socialism! genera damnavit, quae Caroli Marx doctrinam sectantur, ita eadem in praesens iterum reprobat, ut suum officium postulat, utque postulat aeterna hominum salus, quae fallacibus hisce ratiocinandi modis insidiosisque impulsionibus grave in discrimen vocatur. Ecclesia tamen neque Ignoraro, neque non perpendere potest opifices, dum suam enitantur condicionem ad meliorem statum evehere, ad aliquid saepenumero offendere, quod non modo naturae consentaneum non est, sed Dei etiam ordinationi obstat statutoque ab eo terrenis opibus fini. Quamvis igitur viae ac rationes, dc quibus supra diximus, utpote pernicios simae roprnbari debeant, quinam tamen Christianus, quinam sacerdos Implorationi illi aures claudere potest, quae cx Imo prorumpit animo, et quae in communitate a iusto Deo condita Justitiam postulat ac fraternam omnium hominum necessitudinem? Id praetermittere, id silcre, coram aeterno Numine culpa vacare non potest; idque Apostoli sententiae contradicit, qui dum mentibus inculcat oportere omnino falsa refellere, edocet tamen nccesse esse errantibus benignitate summa occurrere, eorumque argumenta considerare, spem fovere, obsecundare votis... Quamobrem hu-
319 manae personae dignitas generali / hac norma, veluti naturali fundamento, Innititur: omnibus nempe ius esse, ad sivendum necessarium, terrenis hisce bonis utendi; cui quidem luri primarium illud officium respondet privatam quamdam possessionem singulis omnibus, prouti potest, attribuendi. Iuridlcae nonnae, ab humanis legibus ortae, quae privati dominii ius moderantur, mutari possunt, atque rerum usum plus mlnusvc circumscriptum concedere; atsi sincera voluntas est hominum societatem pacandi tranquillandique, opus est prorsus id efficere, ut operarii, qui patres familias iam sunt, vel aliquando erunt, eiusmodl oeconomicae servituti ne sint obnoxii, quae eum humanae personae iuribus congruere nequeat.

Haud multum autem interest utrum haec servitus a nimio privatorum possessionum potentatu oriatur, an potius ab absoluta ipsius Civitatis in rebus omnibus potestate pendeat; quin immo, quando suprema Civitatis auctoritas in universam, privatam publicamque civium vitam dominatur, et in mentium etiam cogitationes, consilia, sententias, in ipsamque conscientiam invadere conatur, talis inde proficiscitur libertatis defectio, e qua maiora etiam detrimenta maioresque pernicies, ut experiundo constat, haberi possunt»3e.

Ad vos etiam pertinet, Venerabiles Fratres, qui in catholicarum Missionum territoriis sollertem vestram navatis operam, diligenter curare ut haec principia ac normae effecta dentur. Peculiaribus ac variis locorum rerumque condicionibus prae oculis habitis, atque in Episcoporum conventibus, in synodis in aliisque coetibus collatis invicem consiliis, pro facultate contendite, ut provida illa de re oeconomica ac sociali sodalicia, consociationes atque instituta opportune excitentur, quae nostra haec tempora populique vestri indoles postulare videantur. Id procul duolo pastorale officium vestrum poscit, ne grex vobis creditus ob novos errores, iustitiae veritatisque specie indutos. et ob pravas impulsiones e recto itinere transversus agatur. Evangel H propagatores, qui vobiscum una sollerter operantur, hac ctiam in promovenda causa omnibus praeluceant ac praestent; ita enim pro certo habebunt illud non sibi fore dictum: «Filii huius saeculi prudentiores filiis luris... sunt»40. Opportunum tamen erit ut, quotiescumque fieri potest, idoneos sibi adsciscant e laicorum ordine catholicos viros, qui probitate rerumque tractandarum prudentia conspicui, eiusmodi incepta suscipiant ac provehant.

• . .

Superioribus aetatibus amplissimus missionalluin apoitoialus campus nec statutis circumscribebatur ecclesiasticarum dicionum terminis, nec Religiosis Ordinibus vel Sodalitatibus una cum succrescente clero indigena excolendus concredebatur. Quod quidem, ut omnes norunt, hodie plerumque evenit; atque evenit ctiam interdum ut nonnullae regiones religiosis viris demandatae sint peculiaris provinciae eiusdem Instituti. Nos profecto huius rei ntllitatem cernimus; quandoquidem hisce rationibus ac normis catholicarum Missionum ordinatio expeditior ac fâdllor redditur. Contingere tamen potest ut ex hoc agendi modo haud levia incommoda ac detrimenta oriantur, qolbus mederi pro viribus opportunum est. Iam Decessores Nostri causam eiusmodi datis Litteris, 41 quae supra memoravimus, pertractarunt, ac sapientissimas hac dc re dederunt normas; quas Nobis placet in praesens iterare ac confirmare, vos paterne adhortantes ut easdem «pro co-

'· .< *A.* 5. 1943. pp. 16-17. ·· LUC.. XVI, 3. " Cfr. *A,* 4. S.·

gnito ac perspecto, quo flagratis, religionis animarumque salutis studio, piis *accipiatis* animis atque ad obtemperandum compositis. Territoria ea quidem, quorum curam navitati Apostollca Sedes vestrae demandavit ut ea Christo Domino adlungeretls, cum sint plerumque amplissima, fieri interdum potest, ut missionalium ex Institutis cuius-
que vestris longe inferior sit numerus quam necessitas / 521
postulet. Ne igitur dubitetis, quemadmodum in dioecesi rite constituta solent Episcopo alii ex alia Sodalitate aut clericali aut laicali religiosi viri, aliae cx alia Congregatione Sorores, adesse atque auxiliari, ita in propagationem Christianae fidei, ad institutionem iuventutis indigenae, ad ceteras hulusmodi utilitates promovendas, laborum socios advocare atque adsclscere religiosos sodales ac missionales, qui e vestro sodalicio non sint, sive ii sacerdotio potiantur, sive ad lalcalia, quae vocant. Instituta pertineant. Sanctae quidem glorientur Ordines ac Congregationes Religiosae cum dc sibi data ad ethnicos populos missione, tum dc partis ad hunc diem Christi Regno accessionibus; at meminerint se territoria Missionum non iure quodam proprio ac perpetuo accepisse, sed ad Apostolicae Sedis nutum habere, cul propterea et ius et officium incumbit rectae et plenae corum cultioni prospiciendi. Nec igitur Romanus Pontifex apostolico muneri hoc unice satisfaciat si territoria maioris minorisve magnitudinis alia inter alia Instituta distribuat; sed —quod pluris interest— nullo non tempore omnique qua cura providere debet, ut ea ipsa Instituta tot missionales ac, potissimum, tales in regiones sibi creditas dimittant, qui his, qua late patent, Christianae veritatis luce complendis abunde sufficiant atque efficacem dent operam»41.

♦ . .

Aliud praeterea attingendum superest, nuod valde cupimus quam clarissime omnibus pateat. Illam Ecclesia, inde ab originibus ad nostram usque aetatem, sapientissimam normam semper secuta est, qua quidquid boni, quidquid honesti ac pulchri variae gentes e propria cuiusque sua indole e suoque ingenio habent, id Evangelium, auod amplexae sint, non destruat neque restinguat. Ecclesia siquidem cum populos ad altiorem humanitatem ad cultloremque vitam, Christiana religione auspice, advocat, non Hilus morem gerit, qui luxuriantem silvam / nulla habita Ô22
ratione caedat, prosternat ac diruat, sed illius potius, qui bonum surculum rudibus arboribus inserat, ut suaviores dulcioresque fructus aliquando edant atque maturent.

Humana natura, quamvis ob miserum Adae casum hereditaria labe infecta sit, aliquid tamen in se habet naturaliter Christianum;43 quod quidem, si divina luce collustretur divinaque alatur gralia, ad veri nominis virtutem supernamque vitam evehi aliquando potest.

Quamobrem Catholica Ecclesia ethnicorum doctrinas neque despexit neque respuit, sed eas potius, a quovis errore et a quavis impuritate liberatas, Christiana sapientia consummavit atque perfecit. Ita pariter eorum ingenuas artes ac liberales disciplinas, quae iam ad tam excelsum fastigium alicubi pervenerunt, ipsa benigne excepit, diligenter excoluit, ct ad talem pulchritudinis apicem provexit, ad qualem antea fortasse numquam pervenerant. Peculiares quoque populorum mores eorumque tralaticia Instituta non omnino cohibuit, sed quodammodo sacravit; atque etiam eorum dies festos, immutata ratione ac forma, ad martyrum memorias et ad sacra mysteria celebranda traduxit? Quam ad rem optime quidem S. Basilius scribit: •Quemadmodum... infectores quidquid tingendum est, prius curis quibusdam praeparant, et ita demum colorem sive purpureum, slve quempiam alium Inducunt: eodem modo et nos quoque, si indelebilis in nobis honesti gloria omni tempore permansura est, his externis ante initiati, deinde sacras ct arcanas doctrinas ediscemus: ct solem velut in aqua videre assueti, sic luci ipsi oculos admovebimus... Certe quemadmodum arboris propria vita est, tempestivo fructu scatere, et tamen folia etiam circum ramos exagitata aliquid cis ornamenti conciliant: ita ct animae quoque primarius fructus est veritas ipsa, sed tamen haud Ingratus est externae sapientiae amictus, tamquam si folia quaedam fructui et umbraculum ct aspectum non inamoenum praebeant. Dicitur igi/tur ct Moyses ille perquam eximius, cuius nomen apud omnes homines ob sapientiam maximum est, exercitato in Aegyptiorum disciplinis animo, ita ad eius, qui est, contemplationem ascendit. Similiter autem posterioribus quoque temporibus sapientem Daniclcm sapientiam Chaldaeorum in Babvlone edoctum, ita demum doctrinas sacras attigisse tradunt» u.

Ac Nosmet ipsi in primis, quas edidimus, Encyclids Lil-

XQJ9, p- 444, et *A. A.* 1916, pp Si-Sa. " *A. A* x pp. Bx-A». M Cfr. Tirrvti.., cap. XV!I; ML. 1,377 A. M S. Ba mv.

teris *Summi Pontificatus* haec scribebamus: «...Divini verbi praecones Innumeris pervestigationibus per temporum decanum summo labore summoque studio habitis, civilem enisi sunt variarum gentium cultum earumque Instituta satius dignlusque agnoscere, atque sua ipsarum animi ornamenta ac doles ita colere ac provehere, ut faciliora inibi atque uberiora lesu Christi Evangelium Incrementa caperet Quidquid in populorum moribus indissolubili vinculo superstitionibus erroribusque non adstipulatur, benevole nullo non tempore perpenditur ac, si potest, sartum tectumque servatur»··.

In oratione autem, quam ad Pontificiorum Operum Mis# sioualium moderatores anno mdccccxxxxiv habuimus, haec inter alia dicebamus: «Evangelii nuntius ac praeco lesu Christi apostolus est. Munus, quo fungitur, non illud postulat ut qualem dvilem cultum Europae populi susceperint, talis, neque ullo modo alius, In longinquas Missionum terras, ouasi transposita arbor, transferatur ac propagetur; sed illud potius, ut novae gentes, quae interdum nc conformentur, ut aptae parataeque evadant ad Christianorum morum christianaeque vitae principia libenti actuosoquc animo excipienda: quae quidem principia cum quolibet dvili cultu congruere possunt, modo sanus atque integer sit, atque eidem pleniorem queunt vim conferre humanam tutandi dignitatem felidtatemque assequendi. Catholici indigenae, etsi primo loco magnae Del familiae
524 eiusque Regni .'cives sunt,4· haud desinunt tamen esse terrenae etiam suae patriae cives»l;.

Decessor Noster fel. rec. Pius XI, lubilari Anno mdccccxxv, amplissimam rerum missionalium Expositionem Instrui iusslt, culus exitum, felldsslmum sane, hisce suis ipse verbis describit: «Res quasi a Deo prodita videtur, ex qua novo quodam testimonio vivam Ecclesiae Del compaginem, ubique gentium unam cohaerere, expertundo etiam comperimus... Reapse ingentis instar immensique libri exstitit et adhuc prostat Expositio» u.

Nos quoque eo consilio ducti, ut sacrarum expeditionum egregia promerita, ea potissimum quae ad cultiorem humanitatem peculiari modo spectant, quam plurimis innotescerent, per elapsi Anni Sacri decursum, uberem documentorum copiam colligi, atque, uti nostis, haud procul a Vaticanis Aedibus publice ad spectandum exhiberi statuimus, per quae scilicet, sive apud gentes iam excultas sive apud populos rudioris adhuc ingenii, Christiana optimarum artium instauratio, a mlsslonallbus invecta, luculenter ostenderetur.

Exinde revera patuit quantopere ad Ingenuarum artium profectum ct ad studia, quae de hac re apud Athenaea pertractantur, Evangelii praeconum opera contulerit; patuit quoque Ecclesiam nativo cuiusvis gentis ingenio non obstare, sed illud potius quam maxime perficere.

Benignissimo autem Deo illud referimus acceptum, quod singulari studio atque favore omnes huiusmodi eventum exceperint, palam profecto testantem miss'onalem rem auctis pollere viribus amplioribusque vigere Incrementis. Siquidem sacrorum operariorum navitate, apud ethnicas gentes inter se loco dissitas moribusque dissimiles, Evan-
525 gclli afflatus adeo ani mos imbuere valuit, ut huiusmodi optimarum revirescentium artium diserta testimonia protulerit. Hinc rursus perspectum est Christianam fidem, animis insitam congrucntlbusquc moribus expressam, unam posse hominum mentes ad ea exquisitissima opera perficienda evehere, quae profecto haud deficiens exstant Ecclesiae Catholicae laus, divinique cultus splendidissimum ornamentum.

Probe meministis per Encyclicas Litteras *Rerum Ecclesiae* eam vehementer commendari, quam Missionalis Cleri Sodalitatem vocant, et culus est homines ex utroque clero sacrorumque alumnos adsciscere ad catholicarum Missionum causam coniunctis viribus omnique ope propagandam. Nos autem, qui prosperos huius Sodalitatis progressus, uti supra diximus, non sine magna animi jucunditate perspeximus, enixe percupimus ut eadem latius usque excrescat, ac sacerdotum iisdemque concrediti populi studiosiorem cotidie voluntatem exstimulet ad misslonalia opera adluvanda. Haec Sodalitas quodammodo fons est, unde ad cetera eiusmodi pontificia instituta, a Propagatione Fidei videlicet, a S. Petro Apostolo pro Clero indigena ct a S. Infantia, tamquam ad florescentes agros Irriguae aquae decurrunt. Non est cur verbis Immorcmur in praestantia, necessitate, praeclaris meritis horum Operum Illustrandis, quae quidem plurimis. Usque uberrimis, De-

.1J *T,* MG, XXXI, 567 A. ·· .1. *A.* S,, 1949. p 4Π "C(r II, 19. .·!. 5-, 1944. P· sio. *·· Allocutio 10 uuuarii 1926

22 Officiales Consilii, sicut etiam Officiales Minores, suis quisque facultatibus gaudent eo gradu ilsque conditionibus quibus Director eas Ipsis communicaverit. Culus auctoritati manent sublecti, tam Individue quam collecHve, In munerum suorum exercitio.

Tit. V—*De Admissione et Exclusione Sodalium*

23. Quicumque cupit Congregationem Marianam ingredi, petitionem suam ad Directorem diriget. Qui solus habet auctoritatem admittendi. Ad petendam admissionem suam atetur, si potest, ope alicuius Sodalis qui ipsum ænaL Candidatus debet esse praesertim moribus irregibilis, eas conditiones habere aetatis, status, professionis, etc., quae in sodalitate quam petit requiruntur, et firmiter statuere fideliter se adimpleturum esse regulas.

24. Admissionem definitivam praecedet tempus probationis, quod non minus durabit quam duos menses. Quo tempore Candidatus obligatus erit ad implenda omnia prorsus officia quae Sodalitas membris suis imponit. Qui ex alia Congregatione venit potest slatim admitti, sl litteras patentes praebet a Directore Sodalitatis unde venit signatas, In quibus testimonium fertur morum ipsius bonorum et ordinariae praesentiae in exercitationibus illius Sodalitatis. Qui non venit directe ab alia Sodalitate, quamvis antea Sodalis fuerit, probationem subibit magis vel minus longam iudicio Directoris.

25. Admissio solemnis novorum Sodalium flet bis vel saepius in anno. In festis titularibus Sodalitatis vel in aliis Festis principalibus Beatissimae Virginis.

26. Quando appropinquat tempus admissionis solemnis Candidatorum, Director proponat Consilio nomina eorum qui, Ipsius iudicio, possent admitti, "t iubeat Officiales Consilii candide sententiam suam proferre, ct opponere quae forte adsunt contra admissionem propositam. Attentis observationibus a Consilio factis, Director, prout expedire iudlcaverit, de unoquoque decernet utrum sit inter Sodales admittendus an diuturniore tempore probandus an a Sodalitate penitus excludendus.

27. Solemnis receptio Sodalium celebrabitur In plena Sodalitate, caeremoniae ipsi prope Directorem recipientem immediate adstantibus Praefecto, Secretario et Instructore.

Novi Sodales ad altare procedent quando a Secretario vocabuntur et genibus flexis Actum Consecrationis Beatissimae Virgini recitabunt, unum ex sequentibus:

Actus consecrationis s. ioannis berchmans

Sancta Maria. Mater Del et Virgo» ego. N. N., te eligo hodie In Dominam, Patronam et Advocatam meam, ct firmiter statuo et propono rae nunquam te derelicturum, neque unquam contra te dicturum quidquam vel facturum neque permisturum unquam ut ub aliis quidquam contra tuum honorem flat. Recipe me Igitur, adjuro |c, In servum tuum perpetaua, assistas mihi in omnibus actionibus meis, neque dereUaqsu me in hora mortis meae. Arnen.

Actus consecrationis s. francisci salesii

Sanctissima Virgo et Mater Dei Maria, ego N. N.. licet qd tibi serviam indignissimus, motus tamen tua admirabili *palate* **ct impulsus tibi serviendi desiderio, eligo te hodie coewj Angelo meo tutelari ct curia coelesti universa in Dominici, Advocatam et Matrem, firmlterque propono me tibi sempe in posterum famulaturum, ct quantum in me erit curaturna ut ab omnibus tibi fideliter serviatur. Te igitur, plluima Miter, per lesu Christi sanguinem pro me sparsum oro atque obsecra ut me in clientum tuorum numerum atque In servum perpetuum recipere digneris. Adsis mihi In omnibus actionibus mftt, gratiamqur Impetres ut ita me verbo, onere et cogltatUiM geram ut nunquam nec tuos nec sanctissimi Filii tui ooüm offendam. Recorderis mei nec deseras me in hora morth. Arnen.**

Deinde Pater Director, vel alius Sacerdos ab eo delegatus, Imponet illis numisma Congregationis cura formula consueta, ct eos declarabit admissos case, dicem:

Formula admissionis

Ego, cx auctoritate mlhl legitime collatn, vos In Sodalltatra Beatissimae Virginis *(titirH primariiJ* **ct** *ftituli secundarii)* **recipio atque omnium Indulgentiarum** *Primae-Primariae* **Romanae ct nostrae concessarum participes efficio. Et ntme quidem nomina vestra referentur in album Congregatiocb; in aeternum vero scripta sint In coelis.**

Formula testimonii receptionis haec est:

Formula testimonii receptionis

Hoc nostrarum litterarum testimonio constare vehunt dilectum In Christo fratrem... die... nnno.... In Sodalem Congregationis *(grnus personarum)* **sub titulo** *(primario)* **et** *(secundario)* **fuisse cooptatum, ut propterea omnes Indulgentias, favores, gratias ac privilegia quibus Sodales alii lam confirmati fruuntur, obtinere possit et valeat, ct cum ex hac vita migraverit, omnibus quae defunctis Sodalibus adhiberi solent suffragiis ab hac nostra iuvarl debeat.**

Datum ex eadem Deiparae Virginis Congregatione die et anno quibus supra.

Director

Praefectus **A Secretii**

Inscriptio nominum novorum Sodalium In libro Congregationis nunquam omittatur.

23. Director Sodalitatis potest in casibus particularibus a formalitatibus praescriptis pro admissione dispensare. Est enim in rigore sufficiens ad validitatem eius nt tam ille qui habet potestatem admittendi quam Ille qui est admittendus manifestent formalem suam voluntatem aliquo signo externo.

29. In Sodalitatem unius classis vel conditionis personarum nequit quisquam alterius classis vel conditionis admitti, nisi Director aliter iusta de causa indicaverit.

30. Sodales semel rite admissi in Sodalitatem aliquam semper eiusdem membra remanent, nisi sponte eam deserant aut indigni dimittantur.

31. Excludetur a Sodalitate quicumquc Sodalis vel Candidatus notabiliter defecerit sive in officiis generalibus boni Christiani sive in particularibus auae in regulis imponuntur. Exclusio semper decernetur a Directore, qui praevie consulet Consilium in casibus specialis difficultatis.

Trr. VI—*De Officiis communibus omnium Sodalium*

32. Quamquam regulae Sodalitatis non obligant ex sese sub reatu peccati, sive mortalis sive venialis, sed relinquunt in unaquaque materia eundem gradum obligationis quae cxlstit lege divina vel ecclesiastica: nihilominus oportet ut Sodales dictas regulas magni aestiment, et nitantur cum exactissima fidelitate implere, quandoquidem eas voluntarie acceperunt die in Sodalitatem Ingressus et in iis inveniuntur media necessaria et efficacis ab obtinendum finem Sodalitatis.

33. Bonus Sodalis debet praesertim esse Christianos exemplaris, fidem suam ct vitam conformando perfecte cum fide ct moribus quas sancta catholica Ecclesia docet laudando quod illa laudat, reprobando quod illa reprobat, sentiendo in omni re cum illa, neque unquam erubescendo agere in vita privata ct publica tamquam filius fidelis el obediens Matris adeo sanctae.

31. Curent Sodales diligentissime Hia exercitia pietatis explere quae sunt maxime necessaria ad vitam ferventem. Quotidie mane simul ac surrexerint a lecto, breviter actus fidei, spei et caritatis eliciant, gratias agant divinae Malestati pro beneficiis acceptis, offerant labores suos Domino, cum intentione lucrandi omnes quas toto

lUo die possunt Indulgentias, ct Invocent Beatissimam Virginem Mariam recitando saltem tcr salutationem Angelicam. Consecrent saltem quartam partem horae orationi mentali. Adsint, si possunt, adorabili Sacrificio Missae. Recitent sanctissimum Rosarium vel Officium aliquod Beatae Virginis Mariae. Vespere, antequam cubiculum eant, examinent diligenter conscientiam et eliciant ictum ferventem contritionis pro peccatis totius vitae et praesertim pro peccatis Illo die commissis.

35. Vitent diligenter omnem amicitiam vel conversationem non necessariam cum personis malis vel suspectis. Custodiant sc a lectionibus et spectaculis Indecentibus. Et generatim fugiant omnes occasiones quae praebent periculum animabus suis vel possint esse scandalo vel malae aedificationi proximis.

36. Quantum poterit, habeat Sodalis suum quisque Confessarium stabilem, virum pium, doctum et prudentem. Cui aperiat cum plena sinceritate statum conscientiae suae et a quo permittat se formari et dirigi In omni re quae ad vitam spiritualem pertinet.

37. Antequam numisma quispiam recipiat, faciat Candidatus Generalem peccatorum suorum Confessionem, nisi Confessarlus aliud iudlcct expedire. Postea vero ne solis Communionibus Generalibus regula praescriptis sit contentus, sed ad sancta Sacramenta accedat, ea quam Confessarius Ipsi suaserit frequentia.

38. Optimum etiam omnibus consilium a Summo Pontifice Benedicto XIV datur ut semel vel bis singulis annis generaliter, ab ultima Inchoando, confiteantur. Hoc antem facillime fiet tempore Exercitiorum Spiritualium, vel Recollectlonls menstruae, vel ad finem anni.

39. Invitationem ad frequentem ac quotidianam Communionem omnibus fidelibus a Sancta Sede factam sibi speciali ratione directam existiment, ideoque enixe commendatur omnibus et singulis Sodalibus ut non iis tantum diebus Eucharistico Pane se reficiant quibus Indulgentiam plenariam lucrari ut Sodales possunt; sed etiam nitatur unusquisque pium illum ac salutarem usum, a Christo Domino et a catholica Ecclesia optatissimum, sequi ad Sacram Mensam frequenter ac quotidie accedendi.

40. Sanctissima Virgo Maria est Patrona principalis Sodalitatum Marianarum: hinc Sodales erga eam profiteantur oportet valde particularem devotionem, nitantur eximias eius virtutes imitari, omnem fiduciam in ipsa reponant, et se stimulent mutuo ad amandam ipsam et ad serviendum ipsi cum pietate filiali.

41. Omnes quam maxime curent ut frequentent tempore ipso praescripto conventus generales Sodalitatis, tum ordinarios tum extraordinarios. Praesentia indicatur variis modis secundum uniuscuiusque Congregationis consuetudinem. Inter eos qui maxime commendantur schedularum usus est, quas quisque cum suo nomine tradit Officialibus ad hoc destinatis. Sodalis qui non poterit alicui conventui adesse, verbo vel scripto Patri Directori quamprimum absentiae suae causam deferre debet, culus eritiudicarc sitne legitima causa allegata.

42. Quum conveniat spiritui Sodalitatis, ut dictum ert in Titulo tertio, ut instituantur particulares Sectiones, ordinatae ad magis fovendam in Sodalibus ipsis pietatem, et ad exercendum zelum et caritatem Christianam, valde exoptandum est ut omnes Sodales active se occupent In una cx istis Sectionibus, ct etiam expediet reddere hoc obligatorium, ubi circumstantiae Id permittant Obligatio qua quisque tenetur, iuxta studia vel professionem suam, adesse Academiis, sl quae in Sodalitate existunt, pendebit cx particularibus regulis cuiusque Sodalitatis.

43. Curent omnes quantum possunt exercere zelum suam etiam privatim in operibus misericordiae, spiritualibus et corporalibus, ct praesertim alliciendo ad Sodalitatem eos quos videant aptos ad illam; ita enim quisque Sodalis fiet verus apostolus gloriae divinae et sanctissimae luae Matris.

44. In omnibus quae pertinent ad vitam Sodalitatis, obediant cum prompta et submissa voluntate iussis et consiliis Patris Directoris. Item debito honore ct obedientia utantur erga Praefectum ct reliquos Officiales Consilii, etiam erga Officiales Minores, In rebus quae ad cuiusque munus pertinent.

45. Fraterno amore et caritate Christiana inter sc tractent et saepe orent Deum Dominum nostrum pro necessitatibus Sodalitatis ct Sodalium, praesertim infirmorum. Quando quispiam eorum ad vitam aetemam transierit, prosequantur qui possunt cadaver eius ad sepulturam et omnes privatim suffragia ad requiem aetemam animae eius procurandam offerant. Praeterea In communi recitabunt pro eo Officium Defunctorum vel alias preces, et Missam celebrandam curabunt, ut applicetur defuncto Indulgentia altaris privilégiât!.

46. Contribuat unusquisque ad expensas Sodalitatis aut eleemosynam spontaneam quam sua cuique fortuna permittet, aut summam fixam, parvam tamen, quae consuetudine determinata fuerit.

47. Qui a loco Sodalitatis ad tempus vel semper abfuturus est, certiorem faciat Patrem Directorem, qui litteras patentes, si necesse est, ei mittet, ab ipso et a Praefecto signatas, quae fidem faciant ipsum esse Sodalem et dignum qui ut talis in alias Sodalitates admittatur. Sciant autem Sodales omnes per annum aut tempus diuturnius a loco Sodalitatis absentes atque alibi unde conventi adesse nequeunt domicilium figentes, ad Indulgentias acquirendas teneri Sodalitatem loco novi domicilii exlstentem suoque statui convenientem Ingredi, nisi contradicat Director huius Sodalitatis aut aliud adsit legitimum Impedimentum, dc quo prioris Sodalitatis Director indicabit. Scribant interdum absentes ad Directorem vel Praefectum; curent observare, quantum per circumstantias licebit, pias Sodalitatis exercitationes et cum exacta fidelitate, ubicumque erunt, eam vitam Christianam et ferventem agant quae bonos Sodales Marianos decet.

Tit. VII—*De Of/ieialibus Maioribus sive Consilii*

48. Officiales Maiores Consilii, sicut reliquos Sodales praecedunt dignitate, etiam debent tanto superare eos exercitio virtutum et exacta regularum observantia quanto altius erit officium ipsis creditum.

49. Curent diligentissime officia muneris sui adimplere, et recurrant ad Patrem Directorem quoties necesse erit ad rationem adininistrationis ipsi dandam, ad consultandum eum de dubiis et difficultatibus occurrentibus, ad novas ab eo instructiones recipiendas, et sic ad efficiendos sese, sicut debent, auctoritatis cius In Sodalitate gubernanda auxiliares fideles.

50. Intersint voce et suffragio conventibus a Patre Directore vel, eo iubente, a Praefecto indictis. Ubi eae censebuntur decisiones Consilii et ut tales promulgabuntur quae absoluta maioritate votorum Consilii factae et a Directore approbatae et rite publicatae fuerint. Sine cuius consensu nulla resolutio, etiam acceptata unanimiter, valida censeri debet.

51. Patefaciant clare el candide sententiam suam de quaestionibus quae tractabuntur in Consilio. Nunquam praetendant suam sententiam imponere, neve moveantur suo proprio affectu vel utilitate personali, sed attendant exclusive maiorem Dei gloriam et spirituale Sodalitatis emolumentum.

52. Quando venit ipsis in mentem proponere Consilio aliquid quod possit gravem difficultatem praebere, praevie in particulari exponant illud Patri Directori, qui decidet iuxta suam prudentiam utrum conveniat ut illud proponatur et discutiatur, necne.

53. Praefectus est auctoritate primus Officialium et quasi brachium dextrum Patris Directoris. Una cum hoc praesidet conventibus, ct intervenit, rite ipsi subordinate, In omni re ad gubernationem Sodalitatis pertinente, et praesertim in admissione et exclusione Sodalium.

5-1. Assistentes Primus ct Secundus adiuvant Praefectum in officio suo adimplendo, consilium et immediatam cooperationem ipsi praebendo. Sl Praefectus abest, vices ipsius implebit Primus Assistens; hoc vero etiam absente, Secundus Assistens.

55. Secretario incumbit acta sessionum Consilii exarare, generale diarium Sodalitatis curare, scribere et subscribere tum diplomata inscriptionis Sodalium tum alia diplomata, litteras patentes, litteras, notitias ct alia documenta officialia. In omni huiusmodi re aget ex sententia Directoris et Praefecti. Acta Consilii, diarium Sodalitatis generale ct inscriptiones Sodalium prostare debent in tribus libris diversis, qui non debent in ulla Sodalitate deesse.

56. Membra Consilii, ut nomen eorum indicat, personam gerunt Consultorum non tantum in conventibus Consilii, quibus adsunt cum suffragio deliberativo, sed etiam privatim, quando vocantur a Directore vel a Praefecto. Ut tutum consilium praebeant, curent quantum

possunt cognoscere Sodales et rescire res nd Sodalitatem pertinentes» et, quum ad ipsos praecipuo quodam modo referatur, habeant in omni occasione prae oculis praescntlssimum id quod supra de officialibus in genere dictum est, de partium studio vitando et de recta intentione qua debent sententiam suam proferre,

57. Instructor Candidatorum munus habet dirigendi Candidatos cosque Instruendi in usibus et spiritu Sodalitatis per tempus probationis quod praecedit receptionem in Sodalitatem. Communicet cum Patre Directore quod observaverit de modo procedendi Candidatorum in Sodalitate et extra eam, ut possit Director cum meliori cognitione causae receptionem finalem concedere, differre vel negare.

58. Depositarius colligit eleemosynas vel contributiones fixas Sodalium et benefactorum, ordinarie in sua custodia tenet pecuniam Sodalitatis, el praevio lussu Directoris vel Praefecti solvit Sodalitatis expensas. Observet maximam claritatem et diligentiam in libris et documentis sui officii et agat in omni sua administratione ut fidelis procurator parvi thesauri Sanctissimae Virginis ipsi concrediti.

Trr. VIII—De *Officialibus Minoribus*

59. Officiales Minores, sicut Maiores, debent insignes esse pietate et Sodalitatis amore, cum vivo zelo munere suo fungi et visitare Directorem magis vel minus frequenter prout exigit cuiusque officii natura.

60. Sodalitas habebit saltem duos Sacri stanos, quorum officium erit convenienter disponere Sacellum pro conventibus Sodalium et quae necessaria erunt ad servitium Sodalitatis in exercitationibus suis vel in functionibus religiosis procurare.

61. Etiam omnino necessarium est ut duo vel plures Punctatores sint. Hi habebunt librum convenienter dispositum cum nominibus omnium Sodalium et Candidatorum, in quo notent unoquoque die cuiusque praesentiam vel causas absentiae a Directore recognitas.

62. Lector curam habet lectionis spiritualis quae solet in exercitationibus Sodalitatis fieri, sicut etiam, si usus fert, renuntiationis Sanctorum et diarii ecclesiastici hebdomadarii.

63. Bibliothecae cura dabitur uni vel pluribus Bibliothecariis, qui praebebunt Sodalibus, diebus et horis indicatis, catalogum operum quae possidet Sodalitas, tradent opera petita et restituent suo loco quae redduntur.

64. Quum Director et Praefectus nequeant frequenter Sodales Infirmos visitare, necesse erit nominare Visitatores inter maxime zelosos et prudentes, qui cooperationem suam in officio tam pio praestent. Nitantur Visitatores facere visitationes suas Infirmis iucundas et procurare illis conversatione sua spirituali adlumcntum et consolationem. Tum ipsi pro Illis orent tum curent ut Idem in Sodalitate flat quum Ingravescit morbus; et In hoc casu certiorem statim faciant Directorem ut infirmus tempestive possit sanctis Sacramentis muniri.

65. Officia tum maiora tum minora consignata his statutis sunt communia omnibus Sodalitatibus. Alia quae propter necessitatem particularem constituentur In aliquibus ex illis, statuentur quoad nataram, praerogativas el munera a Directore cuiusque Sodalitatis, ad quem solum pertinet illa instituendi.

Tit. IX—*De Congregationum Marianarum inter te communicatione*

66. Ad fines sive uniuscuiusque Congregationis proprios sive plurium eiusdem classis sive tandem omnium omnino facilius ct certius consequendos, laudandi sunt Congressus Sodalitntum Marianarum qui tum ex Directoribus tum ex Sodalibus, praesertim ex eadem regione, congregantur. Hi Congressus deliberationes suas amnemque apparatum ad hoc dirigere debent ut profectus animorum el solida pietas quaeratur, ut pecunia non ad solum splendorem Festi expendatur, ut omnia tendant ad practices ct permanentes effectus consequendos.

67. Laudandus etiam est usus sive faciendi publld iuris sive legendi ephemerides Sodalitatum communes quae de rebus Sodalitatum tractant el spiritum earum in legentibus fovent.

68. luvat ellam ad maiorem Del gloriam et Beatissimae Matris nostrae honorem ut, ubi fieri potest, Sodalitates tum eiusdem classis tum eiusdem regionis confoederationem inter se constituant permanentem, Consilio quodam communi constituto.

Tit. X—*De Regulis Localibus*

69. Aliae regulae si quae a supradlclls parum diversae desiderentur tum Ordinario loci tum — quando petitur aggregatio — Praeposito Generali Societatis lesu proponi debent.

Locales vero regulae quae sunradictis forte addentur, ipsis ne sint contrariae et sl stabiles esse debeant, sublidantur Ordinario loci.

Congregationes vero in Domibus vel Ecclesiis Societatis lesu erectae regulas locales Provinciali vel Superiori Missionis, alias vero Praeposito Generali proponere debent.

Formula petendi ab Episcopo erectionem novae Congregationis

Illustrissime ac Reverendissime Praesul, **Excellentiam Vestram rogo, ut velit:**

1. erigere Congregationem B. M. V. ... (e. g. virorum, operariorum, puellarum, etc.) sub titulo... (titulus Marianus, e. g. Annuntiationis B. M. V.) et S.i (vel S.ae) — (titulus secundarius, e. g. S. Aloysii. S. Theresiae£ in... (templum. Collegium, etc.) ... (urbs, pagus) dioecesis Exc. V.;

2. approbare regulas huius Congregationis hic appositas (vel: prout exhibentur in regulis Primae Primariae Collegii Romani, vel: prout exhibentur in Manuali...);

X nominare Directorem... (vel: Parochum, primum vicarium, rectorem, etc., huius templi, collegii, etc., pro /empore existrntem);

4. facultatem dare ut haec Congregatio ad lucrandas indulgentias Congregationi Primae Primariae Collegii Romani aggregetur.

Datum _____ _____

Exc. V. de infimus in X, servus

• Regulae commones Congregationum Marianarum. XII capia ex ConL Ap. «31« saeculari desumpta. Summarium indulge»carum et privilegiorum. Roma Secretariates Centralis Congregati xim Minatarum 1951. r»nie editionem tentinxn anni 1951 aderat edito alteri anno 1928 publici iuris facta, cuius erat titulus: «Regulae corrxnuz» Congregationum Marianarum editae a R. P. Francisco X. Wear, Praeposito Generali Societatis lesu, auctoritate «ibi a Sancta Sedo ccHata, editio ahera, mamiperipd tnotar. cum Superborum penmsr-, Rcmae. apud Secrctariatum Genoralem Congregationi xn B. M. V. 1928 Haec altera editio erat transcriptio fidelis primae odidenii diei 0 dec. 1910.

ANNUS 1952

1952 IAN 11.-SC RITUUM, DECR. AAS 44 (1952) 48-49

Decretum de facultativa celebratione instauratae **VIGILIAE PASCHALIS AD TRIENNIUM PROROGATA ADDITIS ORDINATIONIBUS ET RUBRICARUM VARIATIONIBUS**

Instaurata vigilia paschalis, per decretum S. Rituum Congregationis sub die 9 februarii anni 1951 |LE 2190).

2955

de locorum Ordinariorum iudicio facultative celebrand a atque ad annum et ad experimentum concessa, in quam-;. 49 plurimis totius orbis dioecesibus, angustia temporis non obstante, celebrata fuit, ct optimo quidem cum successu.

Plurime sane locorum Ordinarii, qui praedicta facultate usi sunt, petitam relationem de eiusdem vigiliae paschalis celebratione ad hanc S. Congregationem miserunt, instaaratum ritum affatim laudantes» de copiosis fructibus spiritualibus inde secutis referentes, postulantes denique ut facultas eandem vigiliam celebrandi ultra prorogetur.

2956

Nonnulli tamen locorum Ordinarii, auditis parochorum relationibus, de quibusdam quoque difficultatibus aut dubiis,In celebratione instaurati ritus occurrentibus, referre non omiserunt; ca quidem mente, ut ab Apostolica Sede opportunis ordinationibus difficultates componantur et dubia solvantur.

Sanctissimus nutem Dominus Noster Pius Papa XII mandavit, ut peculiaris illa virorum peritorum Commissio, quae vigiliae paschalis ritum paraverat, praefatas relationes accurato examini sublccrct. Haec vero Commissio, rebus omnibus mature discussis ct perpensis, In opinionem devenit, facultatem celebrandi Instauratam vigiliam paschalem confirmandam esse ct ad triennium protrahendam, si Sanctissimo placuerit; additis quibusdam ordinationibus el rubricarum variationibus.

Referente denique Infrascripto S. Rituum Congregationis Cardinali Pro-Pracfecto, Sanctitas Sua ordinationes el rubricarum variationes quae sequuntur, approbare dignata est pro vigiliae paschalis Instauratae celebratione facultativa, dc locorum Ordinariorum iudicio, ct ad triennium. Editio vero liturgica ritus ct rubricarum huius sacrae vigiliae. Sanctae Sedi reservata manet. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Die 11 lanuarii 1952.—C. Card. Micara, Ep. Veliternus, *Prop-Prae/.* Λ. Carinci, Archicp. Seleuc., *Secr.*

Ada. Vido toxtum Ordinationum et Variationum apud AAS 44 (1952) SUI F. ANTONELLI in ME *TI* (1952) 24-30; H. BUGNINI in Apoll. 25 (1952) 394-396; L RENWART in NrT (1952) 306-316; EL 66 (1952) 908.

2261

1952 IAN 25.-SC RITUUM, DECRETUM. PART.·

Nova editio **TYPICA RITUALIS ROMANI APPROBATUR**

Cum denuo **excudenda sit nova editio Ritualis Romani, Sacra Rituum Congregatio nonnullas inducendas esse variationes el additiones statuit, ut magis ordinate tota distributio materiae haberetur iuxta recentiora decreta. Studio ct opere absoluto. Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XII eam approbandam subiecit.**

Sanctitas porro Sua, referente infrascripto Cardinali S. Rituum Congregationis Pro-Pracfecto novam hanc Ritualis Romani editionem ratam habuit et approbavit, atque uti tvpicam habendam esse decrevit, cui futurae editiones eiusdem Ritualis Romani conformandae erunt. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 25 Januarii 1952.—Clemens Card. Micara, Episc. Veliternus, S. R. C. *Pro-Praef.* Alfonsus Carinci, Archicp. Sdeuc., *Srcr.*

• Sinule Romanum. ed. 1952. p. V. Adn. M. BRANDYS - L PIZZONI, ir EL 66 (1952) 220-224.

2262

1952 IAN 28.-SC RELIGIOSORUM, LITT. CIRC. PART.·

Exsecutio, pro scholis theologicis institutorum perfectionis, **INSTRUCTIONIS COMM. BIBLICAE DE TITULIS ACADEMICIS AD DISCIPLINAS BIBLICAS TRADENDAS**

Romae, die 28 lanuarii 1952.

Reverendissime Pater, ad pleniorem et eficatiorcm executionem Instructionis a Pontificia Commissione de Re Bibil-α, die 13 Mali 1950 [LE 2127] datae, cuius Tibi exemplar remitto, haec S. Congregatio, quas, in ea, Auctoritate Apostolica, praescribuntur, denuo observanda et sancte rtligioseque tenenda in Scholis Theologicis Tuae Religionis praecipit et mandat.

Summa imprimis alacritate providendum est ut qui Sacram Scripturam alumnos doceat, titulo saltem polleat «Licentiae» in Scientiis Bibllcis ct tempore opportuno ad consequendum Doctoratum eorundem disciplinarum se praeparet.

Quod si huiusmodi magistri congruis praediti titulis numero sufficienti non habeantur, id pro posse curent Superiores ut idonei iuvenes ad studia biblica prosequenda praeparentur ac mittantur.

Recolenda quoque sunt sanctcque servanda quae in Documentis Apostolicls nuper de eadem re editis praescribuntur aut commendantur. Omni qua par est observantia, Tibi Tuisque iterum atque Iterum bona cuncta ex animo ominamur. In Christo Iesu addictissimus—Arcadius L^rraona, C. M. F., *Secr.* J. B. Scapinclll, *Subsecr.*

•Sopremis Moderatoribus Institutorum perfccticnis, Prct.Num. 91524.32: CpR 30 (1951) 271.

2263

1952 FEB 9.-PIUS XII, MOTU PR. AAS 44 (1952) 65-152

Ad venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, ceterosque locorum Hierarchas Ecclesiarum Orientalium, pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes:

CODEX IURIS CANONICI ORIENTALIS

De religiosis, de bonis ecclesiae temporalibus et de **VERRORUM SIGNIFICATIONE PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS**

PIUS PP. XII

Postquam Apostolicls Litteris die xxii mensis Februarii anno mcmil [LE 2029] et dic vi lanuarii mcml [LE 2098] Motu Proprio datis matrimonii disciplinae ordinandae et ecclesiasticis iudlclis componendis in Orientalibus Ecclesiis consuluimus, nunc curae ct cogitationes Nostrae ad duas alias quaestiones devocantur quarum altera spectat religiosa Instituta, altera vero temporalia Ecclesiae bona.

Neminem latet, quibus virtutibus et promeritis monachi per saeculorum decursum floruerint. Ii iam a Christiani nominis primordiis in Ecclesiae viridario, quasi actae in florem gemmae, evangelico nitore splenduerunt. Ad divinae gratiae invitamenta dociles, concupiscentiam carnis et oculorum ac superbiam vitae edomantes atque adeo terrestribus impedimentis expediti, gemina Dei et hominum caritate flammantes, evangellcae morum perfectioni attingendae et consummandae vacabant. Anachoretae, coenobitae, sacrae virgines precibus, caelestium rerum contemplatione, voluntaria corporis castigatione, ceterarum exercitatione virtutum, alacri gressu Dei montem scanderunt. Nullam quoque activae vitae formam Orientalium Ecclesiarum monachi praetermiserunt- Sanctum idque sollemne illis fuit catholicam fidem colere et tueri, Christianum populum eam altius docere, apud gentes, quae illius summi boni expertes erant» propagare. Historiae annales luculentis testimoniis demonstrant, quo animo, quam divite fructuum messe Antonii, Pachomii,/ Aphraatis, Ephraem, Hilarionis, Basilii Magni alumni sacra et civilia studia, ingenuas disciplinas ct artes excoluerint. Qui quidem supernae vitae nitor atque in agendo prompta et aemula industria apud illos paulatim elanguerunt, et proh dolor, in aliquibus regionibus ob nota et diu manentia mala, quae Orientales Ecclesias contristarunt, restincta sunt.

•Attamen provida et sapientiae plena opera aliquot religiosae disciplinae restitutorum, ut Theodori Studitae, Iosaphat Kuntsevyc et Mekhitar, necnon maternae Apostolicae Sedis curae effecerunt, ut in plagis Orientalium Ecclesiarum, Petri Cathedrae magisterio inhaerentis, pristinus reflorescerct vigor.

Rerum autem ipse usus comprobavit antiqui iuris normas perficiendas nuiusque temporis necessitatibus aptandas esse, ut eae magis consonae congruentesque vitae et profectui essent tum monachorum, tum eorum qui alias evangellcae perfectionis formas postea invectas amplexi sunt: loquimur de Ordinibus, dc Congregationibus, de Societatibus hominum, qui, quamvis tria sueta religiosa vota publice non nuncupaverint, tamen religiosae communitatis vinculo astringuntur. Quos defectus facile comperit qui sive leges, adhuc vigentes, quae religiosorum Institutorum formam constituunt, sive praescripta, a recens actis Synodis lata, manu volvit. Quam ob rem, inter alia, quae Sacra Congregatio Ecclesiis Orientalibus praeposita sibi agenda praestituit, id praecipuum est huiusmodi statuta et decreta revisere, emendare et perficere. Huic vero instanti et providentissimo incepto id obstat quod adhuc deest communis quaedam primaria lex, quae ceteris mutandis ct perficiendis velut moderatrix forma praeluceat. Quocirca hos de religiosis sodalibus canones promulgari peropportunum Nos duximus.

Neque minus liquida et aperta est ratio, quae Nobis suadet, ut dc temporalibus Ecclesiae bonis canones ferantur. Cum aliquibus locis possidendi nativum et sacrum Ecclesiae ius abripere vel minuere quaeratur, Apostolicl muneris esse reputamus huiusmodi Ecclesiae omnia et singula iura asserere atque tueri. Qua data occasione luvat Nos monere cos, qui utcumque huiusmodi bona gerunt, illos artissimo officio astringi, ut eadem bona integre, fideliter, diligenter administrent prout propositus eis finis flagitat, qui quidem finis est divini cultus decor, sacrorum administrorum honestus victus, pauperum egestatis lenimentum. Quare ii omnes qui de huiusmodi bonis gerendis curas agunt caveant, ut a se malam quamlibet suspicionem

removeant neve vel levissimam vituperationem in fungendo suo munere subcanL At leges ipsae providae absolutueque vetando, iubendo, protegendo ec/clesiasllcorum bonorum administratores nutu imperioque suo moderentur ac regant, ut ea curent et tractent we/u/ Dro *inspiciende», l sub omni sollicitudine el conscientia bona quae in Deum est qui cuncta considérait*

67

lamvero Consilium Codici Iuris Canonici pro Orientalibus Ecclesiis apparando attente perpendit leges has, quae ad utramque quaestionem pertinent, et postquam Orientalium Ecclesiarum Antistites et alios, quorum opinationem nosse utile erat, audivit, canones dc supra memoratis juridicis institutis Nostrae adprobatloni proposuit, id etiam Nos rogans, ut promulgemus quoque caput *De verborum significatione,* cum omnino id necessarium sit, ut hulusmodi dc religiosis sodalibus canones recte intclligantur.

Nos autem, his omnibus In Domino diligenter consideratis et enixis Deo precibus fusis, nulla Interfecta mora, votis annuere statuimus quibus a Nobis exspostulabalur. ut nisi illico integrum Codicem legum pro Ecclesiis Orientalibus, saltem eos canones promulgaremus qui ad disci-Elinam sc referunt religiosorum Institutorum necnon ad ona Ecclesiae temporalia et ad nonnullorum verborum, significationem; atque hasce per Litteras, motu proprio, certa sdentia ac de plenitudine potestatis decrevimus ob supra relatas causas eos canones iam nunc promulgare, qui religiosorum Institutorum disdplinam, bona Ecclesiae temporalia atque aliquot verborum significationem respiciunt, quique a Consilio legum Codici pro Ecclesiis Orientalibus conficiendo parati sunL

Canones autem, quos Nos Apostolica auctoritate comprobamus, hi sunt, qui sequuntur.

PARS l

DE MONA S CETERISQUE RELIGIOSIS

Can. l—Status religiosus est stabilis vivendi modus in aliqua sodetate ab Ecclesia approbata, quo fideles, praeter communia praecepta, evangelica quoque consilia per vota publica obedicnliae, castitatis et paupertatis, sub legitimo Superiore, ad nonnam statutorum, servanda suscipiunt.

Can. 2—Status religiosus ab omnibus in honore habendus esL/

68

Can. 3—Omnia statuta Religionum, in iis quae iuri hac lege statuto non sunt contraria, vim suam servant, iis quae eidem opponuntur abrogatis.

Can. 4—Canones de religiosis e»iam eremitas obligant, nisi contrarium constet ex natura rei vel ex approbatis uniuscuiusque Religionis statutis.

Can. 5-4 L Domus Religionum latini ritus quae orientali ritul, probante Apostolica Sede, adseriptae sunt, ius hac lege statutum servare debent, salvis praescriptis statutorum quae internum regimen Religionis respiciunt et privilegiis suae Religioni a Sede Apostolica concessis.

i 2. Religio ritus orientalis quae, consentiente Sede Apostolica, domus et provincias diversi ritus orientalis habet, quod attinet ad regimen, ab illa ritus orientalis ecclesiastica Hierarchia pendet quam designaverit eadem Sedes Apostolica.

Can. 6—§ 1. 1.· Religiosi praecedunt lalcis; monachi, ceteris religiosis; Religiones dericales, laicallbus; Inter Religiones clericales aut Inter Religiones laicales. Ordines praecedunt Congregationibus.

2.· Fiymo praescripto n. 1, Religiones luris pontificii praecedunt Religionibus iuris patriarchalis; hae, Religionibus iuris eparchlalis;

3.· Inter Religiones eiusdem condicionis Juridicae, illa praecedit quae est In pacifica quasi possessione praece-dentiae et, sl dc hoc non constet, quae prius In loco, ubi quaestio oritur, erectu est.

§ 2. Clerus saecularis praecedit religiosis extra eorum ecclesias atque etiam in eorum ecclesiis, si agatur de Religione lalcali; coetus consultorum cparchiallum Iisdem praecedit ubique locorum.

§ 3. Inter singulos autem clericos ct religiosos: coi el auctoritas in alios, eidem ius est praecedentiae supra Ilios; si autem nullus eorum habeat in alium auctoritatem: qui ad gradum potiorem pertinet praecedit ei qui est inferiorb gradus; Inter eiusdem gradus personas sed non eiusdem ordinis, qui altlorcm ordinem tenet praecedit el qui in inferiore est positus; si denique ad eundem gradum pertineant eundemque ordinem habeant, praecedit qui prius promotus est ad gradum; st eodem tempore promoti sint antiquior sacra ordinatione, nisi ordinatione recentlor ordinatus fuerit a Romano Pontifice; ct sl eodem tempore ordinem receperint, senior aetate. /

CAPUT I—De erectione et suppressione Relioioms, PROVINCIAE, DOMUS

Can. 7—Nomine Hierarchae loci in canonibus huius capitis non venit Administrator sedis vacantis nec Syncellus nisi hic habuerit speciale mandatum.

Can. 8—§ 1. 1.° Hierarchae loci condere possunt monasteria sui iuris, in quibus sodales ad evangelicam perfectionem tendunt servatis regulis et antiquis traditionibus vitae monasticae orientalis, audito, in patriarchatibus, Patriarcha, et consulta, extra patriarchatus, Sede Apostolica;

2.· Ad erigendum monasterium dependens sufficit licentia Hierarchae loci.

I 2. Patriarchae reservatur, obtento consensu Synodi permanentis, erectio cuiusvis monasterii stauropegiaci.

§ 3. Ad erigendum quodvis monasterium cum exemptione pontificia requiritur beneplacitum Apostolicae Sedis.

Can. 9—§ 1. 1.° Erectio monasterii vel constituendi novi monasterii permissio secumfert, si monasterium sil sui iuris vel filiale, licentiam habendi ecclesiam vel oratorium publicum et sacra ministeria peragendi, itemque pia opera exercendi monasterii ad normam statutorum propria, salvis clausulis in ipsa erectione vel permissione appositis, et firma obligatione obtinendi consensum Hierarchae loci antequam ecclesia vel oratorium publicum in certo ac determinato loco aedificetur;

2.® Eadem erectio vel permissio, si de monasterio subsidiario agatur, licentiam secumiert habendi oratorium semi-publicum.

5 2. 1.» Ut aedificentur et aperiantur schola, hospitium vel similis generis aedes separata a monasterio ellam cum exemptione pontificia, requiritur specialis Hierarchae loci licentia; si autem agatur de monasterio stauropegiaco requiritur praeterea Patriarchae licentia;

2.· Haec loci Hierarchae licentia secumfert licentiam habendi oratorium semi-publicum.

§ 3. Ut constitutum monasterium in alios usus convertatur, eadem sollemnitates requiruntur quae ad eriÎjendam domum, nisi agatur de conversione quae, salvis undationls legibus, ad internum regimen et disciplinam religiosam dumtaxat referatur. / 7)

Can. 10—§ 1. In patriarchatibus, monasterium sui iuris vel filiale sine pontificia exemptione supprimi non potest nisi a Patriarcha, gravi de causa, de consensu Synodi permanentis ct rogante vel audito Hierarcha loci sl monasterium sit Iuris eparchlalis, et audito Superiore maiore monasterii et Praeside Confoederationis, si monasterium sit confoederatum, salvo recursu cum effectu suspensive ad Sedem Apostolicam.

§ 2. Monasterium sui iuris vel filiale pontificia exemptione fruens et, extra patriarchatus, omne monasterium sui iuris vel filiale, etiam iuris eparchlalis, tantummodo Sedes Apostolica supprimere potest.

§ 3. Monasterium subsidiarium cuiusvis condidon's luridlcae supprimi potest a Superiore monasterii sui luris ad nonnam statutorum, praevio beneplacllo Sedis Apostolica^

l Cxnonn SS. ***Apriciorum,*** 38. · Syn. anbochena, can. 34

NB.—S. Theodora» Studita Sermones et epistulae citantur ex Mai A-Coua-Luoi, Nora ***Patrum Biblioiicta,*** tiL VIII, IX et X (an. 1903; cetera, ex Mfcne. P. L 99: Ep. I – Epistolarum liber L Ep. II – EpUto-Urum liber II.

Dt mtmacki» cdcriujue ftfiporii.~Syn. Armen., a. 19«, tiL VI, ***Dt indifata fditiori»;*** UL VI. cap. HI, Df ***Sacri» Vtrtinibu»***

Can. : et x—Syn. Oxatetonen^ a. 451, can. 4.—S. Basilios SL, can. x3; Rexube fat, n. 7 el 41·—S. Pacbomius. Reg. 30, 58, 62, 64. 84. 144, X53. 157. 184; S- Theodoras StodiU, ep. II, 104, 128, X59. 164, xM; ep. 95. 138; unno 9, 11. «, 19. 33, 37. «o, 83, 87. 89, 93, 104. ***ner,*** oraL xx; tatam., UmH 23·

Can. 4.—Syn. TroHan., a. 691, čan 41—Syn. Libanen. MirocuLtram. a. 1736, pan IV, cap. IÎ, : et jx, XX-

Can. 8.—Syn. Libanen. Maronitaram, n. 1736 pars IV, cap. II, t et L cap. III, *1;* Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarusien. Rurcenoraxn, x. lS77 tiL VIII. cap. II.

5 x.—Syn. Cbalcedonen., a. 451, can. 4.—Syn. Trullan., a. 691, can. 49.—Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, üt. XI.

Can. 9 J x.—Syn. Chalcedonen., a. 451, can. 4.—Syn. Trallan., ». 69L can 49.—Syn. Libanen. Maranitaram, a. 1736, par» IV, cap. I, 8.

H 3, 3 —Syn. Armen., a. 1911, 777.

sl de monasterio exemptione pontificia fruentl agatur, consensu Patriarchae cum Synodo permanenti si de monasterio itâuropegiaco, consensu Hierarchae loci sl de alio monasterio.

f 4. 1.· Bona monasterii sui luris suppressi cedunt Confoederationi, sl fuerit confocdcratum; secus, cparchlae vel,sl fuerit stauropcglncum, patrlarchatui; de bonis autem monasterii suppressi quod exemptione pontificia fruebatur, Sedi Apostolicae reservatur statuere, salva omni in casu offerentium voluntate;

2.® Bona nutem monasterii dependentis suppressi cedunt monasterio sui iuris, salva offerentium voluntate.

Can. 11—I 1. Plura monasteria sui iuris sive virorum sive mulierum eiusdem iuridicae condicionis ct, si agatur de monasteriis luris eparchlalis, eiusdem cparchlae, Confoederationem inire possunt de licentia legitimae auctoritatis, cui reservatur quoque foederis leges approbare.

i 2. Haec legitima auctoritas est loci Hierarcha, sl monasteria sint iuris eparchlalis; Patriarcha, si stauropegiaca; Sedes Apostolica, sl sint iuris pontifie1!.

Cm. 12—§ 1. Monasterii non confoederat! aggregatio et confoederat! a Confoederatione separatio eidem auctoritati reservatur de qua in can. 11.

f 2. Suppressio autem Confoederationis fieri non potest risi a Sede Apostolica vel, si Confoederatio sit iuris eparchirils, a Patriarcha dc consensu Synodi permanentis, audito loci Hierarcha et Praeside Confoederationis. Decretum autem Patriarchae exsecutioni tradi non potest
71 risi post Sedis Apostolicae approbationem. /

f 3. De bonis autem quae ad ipsam Confoederationem suppressam pertineant statuere reservatur Sedi Apostolicae vel, si Confoederatio suppressa sit a Patriarcha ad normam 1 2, Patriarchae de consensu Synodi permanentis, salva offerentium voluntate.

Can. 13—5 1. 1.® Hierarchae loci condere possunt Congregationes; sed eas ne condant inconsulta Sede Apostolica;

2.· Patriarchae, obtento consensu Sedis Apostolicae, condere possunt Ordines; Congregationes autem, consulta eadem Sede Apostolica;

3.® Si agatur de tertiariis in communi viventibus» requiritur praeterea ut a supremo Moderatore primi Ordinis suae Religioni aggregentur.

I 2. Congregatio Iuris eparchlalis, quae decursu temporis in plures eparchias diffusa sit, fieri potest iuris patriarchalis, decreto Patriarchae, auditis iis quorum interest et oblento consensu Synodi permanentis.

Î 3. Nec nomen nec habitus iam constituti Ordinis vel constitutae Congregationis assumi potest ab ils qui ad illam Religionem legitime non pertinent aut a nova Religione.

Can. 14—§ 1. 1.® Ordo, etiam iuris patriarchaHs, legitime conditus, etiamsi unica domo constet, supprimi nequit nisi a Sede apostolica;

2. Ipsi Apostolicae Sedi reservatur de bonis suppressi Ordinis statuere, salva offerentium voluntate.

I 2. Congregationem iuris patriarchaHs vel eparchlalis, legitime erectam, etsi unica constet domo, supprimere potest Sedes Apostolica vel Patriarcha auditis iis quorum interest el de consensu Synodi permanentis. Decretum satem Patriarchae exsecutioni tradi non potest nisi post Sedis Apostolicae approbationem.

Can. 15—4 1. Religionem in provincias dividere, constitutas iam provincias conlungere vel aliter circumscribere, novas condere condltasve supprimere, pertinet ad Sedem Apostolicam, si agatur de Religione iuris pontificii; ad Patriarcham in patriarchatibus, si agatur de Ordine iuris patriarchaHs aut de Congregatione iuris patriarchaHs vel eparchlalis.

} 2. Extincta provincia, de eius bonis statuere, salvis lastitlae legibus et fundatorum voluntate, spectat, nisi statuta aliud caveant, ad synaxim generalem vel, urgente necessitate, ad supremum Moderatorem de consensu sui
<2 consilii. /

Can. 16—Nulla religiosa domus erigatur nisi iudicari prudenter possit, reditibus propriis aliove modo, congruae sodalium habitationi et sustentationi provisum iri.

Can. 17—4 1· Congregatio iuris eparchlalis domos in alia cparchia valide constituere non potest nisi de consensu Hierarchae loci in ουο erigenda est domus et, si agatur de prima domo erigenda In alia cparchia, de consensu Hierarchae eparchiae in qua residet supremus Moderator.

§ 2. In patriarchatibus autem Hierarcha loci in quo condenda est domus, consensum ne det sine licentia Patriarchae.

Can. 18—5 1. Typicum monasterii stauropegiacl et statuta Ordinis iuris patriarchaHs approbat Patriarcha audita Synodo permanenti.

5 2. Statuta Congregationis iuris patriarchaHs approbat Patriarcha, auditis omnibus locorum Hierarchis in quorum cparchiis domus habentur.

4 3. Si Congregatio iuris eparchlalis ad eparchias alias forte propagetur, nihil in ipsius statutis valide mutari potest, nisi de consensu singulorum Hierarcharum in quorum eparchils domus habeat, salvis iis quae ad normam can. 13 4 b nn. 1, 2, Sedi Apostolicae fuere sublecta.

Can. 19—5 1. 1.® Ordo et Congregatio iuris pontificii vel patriarchaHs domos constituere non possunt nisi de licentia Hierarchae loci in quo erigenda est domus; sl agatur de prima domo Ordinis vel Congregationis iuris patriarchaHs co in loco erigenda, requiritur praeterea consensus Patriarchae;

2.® Ordo vel Congregatio pontificia exemptione fruentes domos constituere non possunt nisi obtento beneplacito Sedis Apostolicae et consensu Hierarchae loci.

§ 2. Constituendae novae domus licentia facultatem secumfert pro Religionibus clericalibus habendi ecclesiam vel publicum oratorium domui adnexum, et sacra ministeria peragendi, servatis de iure servandis, et firma obligatione obHnendi consensum Hierarchae loci antequam ecclesia vel oratorium publicum in certo ac determinato loco aedificetur; pro omnibus Religionibus, pia opera exercendi Religioni propria, salvis clausulis in ipsa permissione appositis.

§ 3. Quae de monasteriis praescripta sunt In can 9, 4§ 2, 3, serventur etiam de Ordinibus et Congregationibus. /

Can. 20—4 1· Domus Ordinis vel Congregationis sive formata sive non formata supprimi nequit nisi obtento beneplacito Apostolico, si exemptione pontificia fruatur.

§ 2. Extra patriarchatus, domus Ordinis vel Congregationis, sive formata sive non formata, quae sit iuris pontificii non exempta supprimi potest a supremo Moderatore de consensu Hierarchae loci.

§ 3. In patriarchatibus, domus Ordinis vel Congregationis, sive formata sive non formata, tum iuris pontificii non exempta tum luris patriarchaHs supprimi potest a supremo Moderatore, consentiente Patriarcha.

§ 4. Domus Congregationis inris eparchlalis, sive formata sive non formata, supprimi potest sola Hierarchae loci auctoritate, audito Congregationis Moderatore, salvo praescripto can. 14, J 2 sl de unica domo agatur.

§ 5. Decretum suppressionis domus de qua In §4 3. 4, nisi recursus interpositus fuerit, exsecutioni tradi potest tres post menses a die apposito eidem decreto.

Can. 21—Erectio, immutatio et suppressio sive Religionis sive provinciae sive domus, miae a Superiore infra Sedem Apostolicam fiat, scripto facienda est. Decreti exemplar servandum est in tabulario curiae Superioris qui illud dedit, et in tabulario personae moralis erectae λ-el immutatae.

Can. 22—§ 1. Beneplacitum, consensus, licentia de quibus in canonibus huius capitis ad validitatem actus requiruntur.

§ 2. Consensus et licentia de quibus In canonibus huius capitis in scriptis dentur.

CAPUT II—De religionum regimine

Art. I. *De Superioribus ei de synaxibus*

Can. 23—Religiosi omnes, tamquam supremo Superiori, subduntur Romano Pontifici, cui parendi obligatione tenentur etiam vi voti obedientiae.

Can. 24—§ 1. Subduntur quomie religiosi Hierarchae loci, iis exceptis qui lure communi vel privilegio, ab auctoritate Hierarchae loci subdutl / sunt et sublecti sive

Cai ▭ Syn. Libanen. Maroniurum. a. 1736, pars IV, cap. III, a; Sya. Zarzuten. Ruthenorum, a. X720. tiL XI.

I S. Biulius M., Regulae fui., n. 33.

Cax 16.—Syn. Libanen. MaroniUrum, a. 1736, pars IV, cap. II, «7. III, x; Syn. Zamojten. Ruthenorum, a. 1720, tit. XI et XII.

apr. X7S4; Icti. 19 mali 1858.—Syn. Armen, a XQtx, 75$; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fajearasdea. Ruoienonira, a. 1872, tiL MII. cap. II.

§ i.—Syn. Cbakcdonen., a. 451, can. 4. 8. x8; Benedictus XIV, ep.encycl *Demandatam,* 14 dec. 1743, I zc; S. C. de Prep. Fide, decr. tj mart. xStQ.

Patriarchae sive uni Sedi Apostollcae, salva semper potestate quam ius etiam in eos locorum Hierarchis concedit.

J 2. L® Religiosi exemptione pontificia non fruentes subliduntur quoque, In patriarchattbus, Patriarchae mediale, In Iis in quibus lincm loci Hierarchae, Patriarchae subieclo, subduntur; in celeris. Immediate; salvis casibus in quibus Iure communi vel privilegio Iidem uni Apostollcae Sedi subliduntur;

2.® In patriorchatibus, religiosi exemptione pontificia fruentes subliduntur Immediate Patriarchae dumtaxat in casibus in iure expressis; mediate autem 'n Iis In quibus Immediate Hierarchae loci subliduntur.

Can. 25—Nulla virorum Religio sine speciali Apostolico Induito potest sibi subditam habere mulierum Congregationem aut earum curam et moderationem retinere sibi specialiter commendatam.

Can. 26—f 1. Superiores et synaxes, ad normam statutorum ct luris communis, potestatem habent domlnalivam in subditos.

5 2. 1.® In monasterio exempto et in Religione clericali exempta. Superiores et synaxes, ad nonnam statutorum et Iuris communis, habent iurisdlclionem ecclesiasticam tam in foro Interno quam In externo;

2.® Superiores maiores monachorum non exemptorum cuiusvis condicionis lurldlcae, et Congregationum dericalium Iuris pontificii non exemptarum vel iuris patriarchalls habent lurisdlctionem ecclesiasticam in utroque foro tantum in casibus in Iure expressis.

j 3. Superiores maiores monachorum non exemptorum cuiusvis condidonis iuridicae, et Congregationum clericalium iuris pontificii non exemptarum vel iuris patrlarchalis, dispensare valent quod attinet ad ca in quibus ab Hierarcha lod exempti sunt, tum ab universalibus Ecclesiae legibus tum a legibus quas spccialim tulerit Romanus Pontifex pro aliquo ritu vel pro particulari territorio seu coetu personarum, intra fines quibus potestas dispensandi ab iisdem legibus Hierarchis infra Romanum Pontificem Iure competii.

Can. 27—Superior quilibet severe prohibetur quominus in causis ad S. Officium spectantibus se intromittat.

Can. 28—Praeses Consodationis Confoederationum, Praeses Confoederationis monasticae et Antistita generalis Ordinis non habent omnem potestatem et iurisdlctionem
75 quam Ius commune tribuit Superioribus / maioribus, sed eorum potestas et iurisdictlo desumenda est. praeterquam ex iure, ex legibus et statutis cuiusque Consociationis Confoederationum vel Confoederationis monasticae vel Ordinis, firmo praescripto can. 207.

Can. 20—Supremus Ordinis vel Congregationis Moderator potestatem obtinet In omnes provincias, domos, sodales, exercendam secundum statuta; alii Superiores ea gaudent Intra fines sui muneris.

Can. 30—Superiores maiores monachorum et Religionis dericalls exemptae possunt notarios constituere, sed tantum pro negotiis ecclesiasticis suae Religionis.

Can. 31—Firmis Religionis statutis quae provectiorem aetatem aliaque potiora requisita exigant, ad officium Superioris maioris inhabiles sunk

® Qui legitimis natalibus praediti non sunt, firmo iure particulari; 2.® Qui eamdem Religionem professi non sunt per decem saltem annos a prima professione computandos; 3.® Qui annos triginta quinque non expleverunt, et sacerdotio aucti non sunt, si de sirorum monasteriis agatur. ® Quae annos quadraginta non explevit, si de monialium Antistita res sit. 5.® In Ordinibus et Congregationibus, qui annos quadraginta non expleverunt, si agatur dc supremo religionis Moderatore; annos triginta, sl de aliis Superioribus maioribus.

n. j; decr. xi febr 1577, n. r—Syn. TruIUn., x 691, can. 34.—Syu. Annex, x 1911, 70. Syn. Ubinen. Maronitanxnj, x 1736, pin IV, cap. II. 2; cap. 1П, 3.

i 2.—Syn- Alexandrin.Coptorern,x 1898.tecL ШL,cap. I, art. HI. IV, 15; Syn. Libinen. Mx-omUrum, x X736 pan III, cap. VI, 2, xj; Syn. ScUrfen. Syrennn, x 18S8, cap. VII, art. Ill, 6, 20.

Can. 25.—Syn. Zaâoiten. RuUxnoruxn, x 1720, tit. VI.

Can. aS.—S. Theodores Stodita, ep. II, xjx

I i.—S. Theodorei Studlta, ep. I, χσ, ep. II, 14X

I *1,* a.·.—I.ftaoen. Maronitircm, x 1736, pin II, cap. IV, 6.

Can. 27.—S. C. S. Off., decr. S InL 166a. decr. 15 mail 1901.

Can. 29.—S. Theodores Stodita, ep. II, 142; S. Athanasius Athonita, dutypoùc *De pctfSiaU* Sfncr»r.

Can 3:.—S. Banliui SL, Reçilae fus., n. 35 et 43.—Syn. Libanen. Marcrütarera, x 1736, pm IV, cap. III, 10.

3.·.—Syn. Nicara II, x 787, can. 14 et 19.—S. Nkepbores CP-, can. 15.—S. Theodores Stodila, ep. 59.

Cnn. 32—i 1. Superior monasterii sui luris in officio ad vitam permanent, nisi aliter ferat Typicum.

§ 2. Superiores maiores In Ordinibus et Congregatio, nibus sint temporarii, nisi nlller ferant statuta.

§ 3. 1.® Superiores minores locales ne conslltuanlor ad tempus ultra sexennium, quo exacto, possunt ad Idem of ficlum Iterum assumi, si statuta ita ferant, sed non tertio immediate In eadem religiosa domo;

® In patrlnrchutibus. Patriarcha, iusta ex causa, dispensare potest a praescripto n. 1 In Religionibus cuiusvis iuridicae condicionis, ad petitionem Superiorum Religionis, audito, s' res ferat, loci Hierarcha.

Cn. 33—Praescriptum can. 32 de Superioribus minoribus localibus applicatur quoque Superioribus seu Rectoribus scholarum, nosocomiorum, / allarumque piarum do- 3
morum, quoties Superiores Isti seu Rectores sunt simol Superiores religiosorum, sub sua potestate habentes alios religiosos etiam quod attinet ad religiosam disciplinam.

Can. 34—f 1. Antequam ad Superiorum malorum electionem deveniatur in Religionibus virorum, omnes et singuli electores Iureiurando promittant se electuros quos secundum Deum eligendos esse existimaverint.

§ 2. Praesidi Confoederationis monasticae virorum competit electioni Superioris monasterii sul iuris dc Confoederatione praeesse, per se vel per delegatum.

4 3. 1.® In monasteriis monlalium, comitiis eligendae Antistitae et, in mulierum Ordinibus, comitiis eligendae Antistitae generalis praesit Hierarcha loci aut eius delegatus cum duobus presbyteris scrutatoribus, si monlalium domus Superiori religioso sublecta non sit; secus hic Superior praesit; sed etiam hoc in casu Hierarcha tempestive moneri debet de die et hora electionis, cui potest una cum Superiore religioso per se ipse vel per alium assistere et, si assistat, per se vel per alium praeesse;

2.® Si monasterium sit stauropcgiacum, ius et officium Hierarchae loci perlinet ad Patriarcham; cui integrum est pro conscientiae officio peractam electionem confirmare vel rescindere;

3.® In scrutatores ne assumantur confessaril ordinarii ipsarum monialium.

§ 4. In mulierum Congregationibus electioni Antistitae generalis praesideat per se vel per alium Hierarcha loci in quo electio peragitur, cui, si Congregatio sil iuris eparchialis, peractam electionem confirmare vel rescindere integrum est pro conscientiae officio.

Can. 35—§ 1. In electionibus quae a synaxi fiunt, servetur ius commune praeter cuiusque Religionis statuti eidem non contraria.

§ 2. Caveant omnes ne directe vel indirecte suffragia procurent tam scipsis quam aliis.

5 3. Postulatio admitti potest solum in casu extraordinario et dummodo in statutis nc prohibeatur.

Can. 36—In sua quisque domo Superiores commorentur neque ab eadem discedant, nisi ad normam statutorum.

Can. 37—Curent Superiores ut subditi vitam iuxta statuta suae Religionis componant, atque eosdem exemplo ct hortatione iuvent in consecutione finis Religionis. / 77

Can. 38—§ 1. Omnis Superior debet notitiam et exsecutionem decretorum Apostollcae Sedis, Patriarchae, abusque legitimae auctoritatis, suos inter subditos promovere-

§ 2. Curent Superiores locales: 1.® Ut saltem semel In anno, statis diebus, publice legantur propria statuta. Item, que decreta quae publice legenda praescribuntur;

2.® Ut saltem bis in mense, firmo praescripto can. 98, § 2, Christianae catechesis habeatur instructio pro monachis qui non sint presbyteri nec studiis ecclesiasticis vacent, et pro familiaribus, ct, in Ordine vel Congregatione, pro coadiutoribus et familiaribus, audientium condicioni

Can. 32.—Syn. IJbanm. Maroniurum, x 1736» pars IV, cap. Ill, tx Can. 34 f 3.—S. Theodorus Studita, ep. II, 196; Syn. Zamostcn. Rxthenorim, x xyjo, tiL XII; Syn. Lcopolien. Ruthenorum, x 189:, tiL X, 5. Can. 35.—Syn. Libaucn. Marenitaruxn, a. 1736. pars IV, cap. П, < rt 2:, XIII; Syn. Zamosten. Ruthenorum, x *1720,* UL XII.

I i.—Clemens XIII, litL ap. Ex *iniuntto,* xo Un. 1759.—S. Bashm M, RcxnUe fux, n. 43.—S. Theodorus Studlta, ep. II, 126, 130, 146; S. Athnasius Athonita, dUtyposis: *EUctu> Kegununi;* Typicum: De fwnXiiv *ie tlrtwv k/fumtni;* Syn. Libanen. Maronitarum, x 1736, pan TV, cap. Ill, XX

I *2.*—S. Basiliui M., Regulae fus., n. 43.

Can. 36.—S. Theodorus Studita, ep. I, χo termo 92.

Cm. 37.—S. Baslius M., Regulae fu»,., n. 25.—S, Pacbccxlos, Rcg. S. Theodore» StndiU, ep. II, 8, 43, 97, 98.

Cm. 38 I 2, x.·.—S. Pacbomius, Rrg xo et 156; S. Theodores Stnia, «rmo 4, xo, 44, 47-, bypotyposxs n. *16,* 21; ep. I, xo; Syn- Libanea. Mx-> murum, x 1736, pan IV, cap. II, ar, XII.

accommodata, et, praesertim In Ordine vel Congregatione hlcalibus, pin ad omnes dc familia exhortatio.

Can. 39—l 1. Relationem de statu Religionis quinto quoque anno, vel saepius sl Ita ferant statuta, mittere debet:

!.♦ Ad Sedem Apostolicam. Praeses Confoederationis monasticae iuris pontificii. Superior monasterii sui iuris quod sit iuris pontificii non confoederat!, et supremus Moderator ulius Religionis luris pontificii;

2.· Ad Patriarcham, Udem dc quibus In n. 1 iuxta limen statutam a Sede Apostolica formulam, ct Superior Ordinis vel Congregationis luris patrlarchalis.

i 2. Relatio fieri debet per documentum subsignatum a Superiore cum suo consilio et, sl agatur de Religione mulierum, etiam ab Hierarcha loci In quo suprema Antistita cum suo consilio residet.

Can. 40—Praeses Confoederationis stauropcgiacae et Superior monasterii sui iuris stauropcgiaci ad relationem quod allinet servent statuta.

Can. 41—f 1. Superiores maiores quos ad hoc munus statuta designant, temporibus In iisdem definitis, omnes domos sibi sublectas visitent per se, vel per alios si fuerint legitime Impediti.

I 2. Praeses Confoederationis monasticae singula momsteria Confoederationis, temporibus in statutis determinatis, visitare debet per se, vel, si Impedimento detineatur, per alium; Visitatorem autem monasterii quod ipse Praeses gubernet statuta designare debent.

Can. 42—Ius et officium est Patriarchae visitandi per se vel per alium monasteria stauropegiaca, quoties oppor-
7S tonum duxerit. /

Can. 43—Religiosos exemptos Episcopus visitare potest incisibus tantum in iure expressis.

Can. 44—l 1. Hierarcha loci per se vel per alium quinto quoque anno visitare debet:

1.® Singula monlalium monasteria cuiusvis condicionis iuridicae, Superiori religioso non sublecta, stauropegiacis exceptis;

2.® Virorum monasteria iuris eparchialis, omnesque domos Congregationis eiusdem iuridicae condicionis.

f 2. Item quinto quoque anno visitare debet:

1.® Singula monialium monasteria cuiusvis condidonis iuridicae circa ea quae ad clausurae legem spectant;

2.® Singula virorum monasteria luris pontificii et singulas domos cuiusvis Religionis clericalis iuris pontificii vd patriarchalis, in iis quae pertinent ad ecclesiam, sacrarium, oratorium publicum, sedem ad sacramentum poenitentiae;

3.® Singulas domos laicalis Congregationis iuris pontificii vel patrlarchalis, non solum in iis de quibus in superiore numero, sed etiam in aliis quae ad internam disciplinam spectant, ad normam tamen can. 167, § 2, n. 1.

f 3. Hierarcha loci debet omnes domos religiosas iuris ponlifidl aut patriarchalis sive clericales sive lalcales exemptas vel non exemplas, visitare, si Superior maior, ad quem visitatio iure competit, post quinque annos eas non visitaverit et, monitus ab Hierarcha loci, eas visitare neglexerit

Can. 45—5 1· Visitator ius et officium habet interrogandi religiosos, quos interrogandos iudicaverit, et cognoscendi de iis quae ad visitationem spectant; omnes autem religiosi obligatione tenentur respondendi secundum veritatem, nec Superioribus licet quoquo modo eos ab hac obligatione avertere aut visitationis finem impedire.

f 2. A decretis Visitatoris datur recursus cum effectu devohrtivo tantum, nisi ipse ordine iudiciarlo processerit.

Can. 46—§ 1. 1.® In omni monasterio et in omni Religione clericali ius et officium est Superiori, per se vel per alium, aegrotis professis, novitiis, aliisve in religiosa domo diu noctuque degentibus causa famulatus, educationis, hospitii aut infirmae valetudinis, eucharisticum Viaticum et unctionis Infirmorum sacramentum ministran-
di di;/

2.· Ius et officium dc quo in n. 1 competit Superiori-bus de quibus in eodem numero quod attinet ad religiosos et novitios extra domum aegrotos.

§ 2. 1.® In monialium domo Idem ius et officium habet ordinarius confessorius vel qui cius vices gerit;

2.® Sl confcssarlus vel qui eius vices gerit non sint eiusdem ritus ac monialls, et possit accersiri sacerdos eiusden ritus, hic, nisi obstet gravis causa, advocari debet, ut eucharisticum Viaticum et sacramentum unctionis infirmorum moniali administret.

Î3. In lalcall Congregatione Ius et officium de quo In spectat ad parochum loci vel ad cappellanum quem Hierarcha parocho iusta et gravi de causa ad normam luris suffecerit.

Can. 47—§ 1. Vetitum est religiosos titulis dignitatum vel officiorum mere honorificis augere; statutis Id permittentibus, admittuntur tantummodo tituli officiorum malorum quae religiosi in propria Religione exercuerint, firmo praescripto § 2.

§ 2. Religiosi extra proprias domos officia exercentes augeri non possunt titulis sui ritus dignitatum nisi Patriarcha, audito Superiore, consensum dederit. Cessante officio, cessat, nisi aliter ferant liturgicae leges, etiam dignitatis titulus.

Can. 48—§ i. Superiores maiores et Superior cuiusvis domus religiosae saltem formatae habeant suos consiliarios, quorum consensum aut consilium exquirant ad normam statutorum et canonum.

§ 2. Sint etiam pro administratione bonorum temporalium oeconomi: generalis qui Religionis universae bona administret, provincialis qui provinciae, localis qui singularum domorum; qui omnes officio suo fungantur sub moderamine Superioris.

§ 3. Oeconomi generalis ct provincialis munus gerere Superior ipse non potest; munus vero oeconomi localis, quamvis melius a munere Superioris distinguatur, componi tamen cum eo potest, sl necessitas id exigat,

§ 4. Superior monasterii sui luris munus oeconomi eiusdem monasterii simul ne gerat.

§ 5. Sl de modo oeconomos designandi statuta sileant, a Superiore maiore cum consensu sui consilii nominentur.

Can. 49—§ 1. 1.® Virorum Religio exemptione pontificia fruens procuratorem generalem habeat, qui, secundum statuta designatus, negotia propriae Religionis apud Apostolicam Sedem pertractet; /

2.® Antequam praescriptum in statutis tempus exspiret, procurator ne amoveatur, inconsulta Sede Apostolica.

§ 2. Praescriptum § 1 servent etiam aliae iuris pontificii Religiones, quibus Apostolica Sedes concessit, ut procuratorem generalem apud Ipsam constituant.

Art. II. *De confessariis et cappellanis*

Can. 50—§ 1. In singulis virorum monasteriis sui iuris, filialibus vel subsidiariis formatis et in singulis domibus clericalis Ordinis vel Congregationis designentur plures pro sodalium numero confessaril legitime approbati.

§ 2. Superiores religiosi, potestatem audiendi confessiones habentes, possunt, servatis de iure servandis, confessiones audire subditorum, qui ab illis sponte sua ac motu proprio id petant, at sine gravi causa id ad modum habitus ne agant.

§ 3. Caveant Superiores ne quem subditum aut Ipsi per se aut per alium vi, metu, importunis suasionibus aliave ratione inducant, ut peccata apud se confiteatur.

Can. 51.—Firmis statutis quae confessionem praecipiunt vel suadent apud determinatos confessorios statis temporibus peragendam, si religiosus, etiam exemptus, ad suae

§ 2, x.·.—Syn. Libanen. Maronitarum, a. i73$» ĦP IV, cap· HI. M-
Can 47 $ x.—Syn. Libanen. Maronltanm. a. ǂ73 HI. cap. HL 4. V.
Can 48 f x.—S. Rasilius M.. Regulae fus, n. 14, 28, 48.—S. Tbeodcca Studiu. sermo X17.
f 2.—Syn. Nicaen. II, x 7S7, can. xx.—S. ƁatiUu M^ Rrrulae ha., n 34.—S. Theodorus Stndita. eerrr.o », 48, 53; ep. I, xo; ep. 36, 96; iambi n. S. Athanasius Athonita. Typicum: ***ad*** fwwsscrm — OMJhTwfta ***oA-onomi;*** Syn. Libanen. Maxonitarcm, a. 1736» pars IV, cap. II, at, VII, cap. II. 4: cap. III. 3 et 4-
§ 4.—Syn. Libanen. Maronltaruxn. X73®. IV, cap. III. 3 et 4.
Can. 48 § 3.—S. Athanasius Atbcniu, Typicum.· ***ad nvetite-rem — ccmsiiîuiio cœmoim;*** Syn. Libanen. Maronitarum. a. 173S. ƿar IV. cap. II. 4 et sx, VII.
Can. 50 i 3.—S. G S. Off., 5 iuL 1899.·—Syn. Lituarn. MarxuUrum. a. 1736. ƿar IV, cap. III. 3.
I 3 —S. G S. O(f, 5 int

Cta. 43.—-Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars IV. cap. II, 9.
€ 44 —Syn. Annen. a. içtf, 75B et 776; Syn. Libanen. Maronitarum, «-Uri. pm HI. cap. Ill, *4,* VI; pan IV. cap. II, 9; cap. III, 19; Syn. Za-KiJjSea. Ratbenonnn, a. 17-0, tit. VI; Syn. ScUrfen. Syrorum, a. xSSS, cap. IX, art III, 4.
!>—Syn. Libanen. Maronitannn, a. 1736, pan IV, cap, 3.
Un. 46 I 1.—Syn. Libanen. Maxonitarum, a. 1736. pan II, cap. VIII, 7.
i 2—Syn. Annen, a. 1911, 358.

conscientiae quietem, confessionem peragal apud sacerdotem ab Hierarcha loci approbatum, etsi Inter designatos non recensitum, confessio, revocato quolibet contrario privilegio, valida et licita est.

Can. 52—§ L Singulis religiosarum domibus unus dumtaxat detur confessarius ordinarius, qui sacramentales confessiones universae communitatis excipiat, nisi propter magnum Ipsarum numerum vel aliam Iustam causam sit opus altero vel pluribus.

§ 2. Sl qua religiosa, ad animi sui quietem, vel ad maiorem in via Del progressum, aliquem specialem confessorium vel moderatorem spiritualem postulet, eum facile concedat Hierarcha; qui tamen Invigilet ne ex hac conccs-s'one abusus Irrepant; quod si irrepserint, eos caute et prudenter eliminet, salva conscientiae libertate.

Can. 53—§ L Unicuique religiosarum communitati detur confessarius extraordinarius qui quater saltem in
81 anno ad domum religiosam accedat / et cui omnes religiosae se sistere debent, saltem benedictionem recepturae.

§ 2. Hierarchae locorum. In quibus religiosarum communitates exsistunt, aliquot sacerdotes pro singulis domibus designent, ad quos pro sacramento poenitentiae in casibus particularibus recurrere eae facile possint.

5 3. Si qua religiosa aliquem ex iis confessarils expetat, nulli Antistitae liceat nec per se nec per alios, neque directe neque indirecte, petitionis rationem inquirere, petitioni verbis aut factis refragari, aut quavis ratione ostendere se id aegre ferre.

Can. 54—SI, non obstante praescripto can. 52, 53, aliqua religiosa, ad suae conscientiae tranquillitatem, confessionem peragat apud sacerdotem ab Hierarcha lod approbatum, confessio in qualibet ecclesia vel oratorio etiam semlpubllco peracta, aut in loco ad audiendas confessiones mulierum vel religiosarum legitime destinato, valida et licita est, revocato quolibet contrario privilegio; neque Antistita Id prohibere potest aut de ea re inquirere, ne indirecte quidem; nec religiosae obligatione qulcquam referendi Antistitae tenentur. Quodsi confessio peragatur in loco non audiendis confessionibus destinato, valida quidem esi, sed confessarius Illicite agit, nisi In aliquo casu extraordinario graves rationes Id exegerint

Can. 55—Religiosae omnes, cum graviter aegrotant, licet mortis periculum absit, quemlibet sacerdotem ad confessiones excipiendas approbatum, etsi non destinatum religiosis, arcessere possunt eiaue, perdurante gravi infirmitate, quoties voluerint, confiteri, nec Antistita potest eas sive directe sive indirecte prohibere.

Can. 56—J 1. Confessarii religiosarum et ordinarii et extraordinarii sint sacerdotes, sive e clero saeculari, sive religiosi de Superiorum licentia, morum Integritate ac prudentia praestantes; sint insuper annos nati saltem quadraginta, nisi iusta causa, iudicio Hierarchae, aliud exigat, nullam potestatem in easdem religiosas in foro externo habentes.

f 2, Confessarius ordinarius non potest renuntiari extraordinarius nec, praeter casus in can. 58 recensitos, rursus designari oruinarius In eadem communitate, nisi post annum ab expleto officio; extraordinarius vero Immediate ut ordinarius renuntiari potest.

j 3. Confessar.l religiosarum tum ordinarii tum extraordinarii interno vel externo communitatis regimini nullo
82 modo sese immisceant. /

Can. 57—j 1. Firmo praescripto § 2, Hierarcha loci designat sacerdotes a confessionibus tum ordinarios tum extraordinarios; sl monialium monasterium Superiori religioso sublectum sit, hic confessarios Hierarchae praesentat, culus est eosdem pro audiendis Illarum monialium confessionibus approbare et Superioris negligentlam, sl opus sit, supplere.

§ 2. In monasterio stauropeglaco Patriarchae est sacerdotes a confessionibus designare et approbare, firmo Iure et officio loci Hierarchae id praestandi ad actum, nisi Iure particulari etiam hoc lus et officium Patriarchae reservetur.

Can. SX.—Syn. Zunostex Rnthexsaruo, a. X7 tiL XII.
Ca x S3—Syn. Zaaorten. Rnthenoruxn, a. xyso, tiL XII.
j i,—Benedictus XIV, ep. cncycL *Dcwdaiam,* 24 d«· »743. t M·—Syn. llbaoen. MarotuUnsn, a. 1736, ραη IV, cap. IU, 14.
Can. 56.—Syn. Libonem Maronitarum. a. 1736, pan IV, cap. Ill, X4-
I I.—Benedictus XIV, ep. encycl. DrmanXiLxm. 24 Dtc- »743» I 2 S. C. de Prop. Fide (C. G.), decr. xs Mart. 1819, n. 3.—Syn. Libanen. MaroxuUrum, a 1736, pan IV, up. HI, 3.
Can. 57—Benedictus XIV, ep. encycl. *Demondaixm,* 24 Dec. X743. i 3* S. G de Prop. Fkfe (C G.), it Dec. 1838, ad 9.
I X.—Syn. Ubanem Maronitarum. a. X736. costex Ruthenorum a. 1720, tiL XII.

Can. 58—Religiosarum confessarius ordinarius iuum officium ne exerceat ultra triennium; Hierarcha tamen cum ad secundum, imo etiam ad tertium triennium affirmare potest, si vel ob sacerdotum ad hoc officium Idoneorum penuriam aliter providere nequeat, vel nulor religiosarum pars, earum quoque quae In aliis negotiis lot non habent ferendi suffragium. In eiusdem coofewll confirmationem, per secreta suffragia, convenerit; dissentientibus tamen, si velint, aliter providendum est.

Can. 59—§ 1, Loci Hierarcha. firmo praescripto j 2, potest, gravem ob causam, religiosarum confessorium tia ordinarium quam extraordinarium amovere, etiamsi damus religiosarum Superiori religioso subdatur et ipse sacerdos a confessionibus sit religiosus, nec obligatione tenetur causam amotionis cuiquam significandi, praeterquam Apostolicae Sedi, si ab ea requiratur, de amotione autem debet Superiorem religiosum monere, si religiosarum domus Superiori religioso subdatur.

§ 2. L· Loci Hierarcha vel Superior religiosus jurisdictionem vel licentiam ad audiendas confessiones ne revocent aut suspendant, nisi gravem ob causam;

2.· Non iicel Hierarchae, inconsultis Sede Apostolica vel Patriarcha, omnibus alicuius religiosae domus formatae confessariis una simul Jurisdictionem adimere.

Can 60.—Etiam In lalcali virorum Congregatione ab Hierarcha loci designentur confessarius ordinarius et extraordinarius; et si religiosus aliquem specialem confessorium expostulet, illuni Superior concedat, nullo modo petitionis rationem inquirens neque id aegre se ferre demonstrans.

Can. 61—§ 1. Firmo praescripto § 2, In mulierum monasterio et in laicali Ordine vel Congregatione» Hiemchae loci est sacerdotem a sacris designare et a contionibus probare. / 83

i 2. In mulierum monasterio stauropcgiaco, Patriarchae est sacerdotem a sacris designare et a contionibus probare, firmo iure loci Hierarchae facultatem contionandi ad actum concedendi, nisi id quoque, iure particulari Patriarchae reservetur.

Can. 62—§ 1. Omnes religiosi Superiores severe ve, tantur personas sibi subditas quoquo modo inducere adconscientlae manifestationem sibi peragendam.

§ 2. Non tamen prohibentur subditi quominus libere et ultro aperire animum suum Superioribus valeant; imo expedit ut ipsi filiali cum fiducia Superiores adeant, iis, si sint sacerdotes, dubia quoque et anxietates suae conscientiae exponentes.

Art. III. *De bonis temporalibus eorumque administratione*

Can. 63—§ 1. Monasterium, Confoederatio monastica. Consociatio Confoederationum, Ordo et Congregatio, Ordinis Congregationisve provincia vel quasi provincia et dumus sunt capaces acquirendi et possidendi quaevis bona temporalia, nisi statuta acquirendi capacitatem excludant aut coarctent.

§ 2. In statutis expresse ambitus seu extensio capacitatis acquirendi declaretur.

Can. 6-l—§ 1. Bona ad personas morales de quibas in can. 63, § 1, pertinentia, administrentur ad normam statutorum.

§ 2. Expensas et actus iuridicos ordinariae adminlstrationis valide faciunt, intra fines muneris, praeter Superiores, officiales quoque, qui in statutis ad hoc designantur.

Can. 65—§ 1. Quod attinet ad pecuniae collocationem serventur statuta; sed praevio consensu Hierarchae loci, ad validitatem actus, indigent:

1.· Antistita monialium et Congregationis luris eparchlalls pro cuiusvis pecuniae collocatione; imo sl monialium monasterium sit Superiori religioso sublectum ipsius quoque consensus, ad validitatem collocationis, est necessarius;

2.® Antistita religiosarum In Congregatione luris pontificii vel patriarchalls, si pecunia dotem professarum constituat, ad normam can. 81; / si

Libanen. Maronitarum. a. 1736. par» IV, cap. HI, X4.
Can. 6a.—S. Baxilius M., Regulae fus., n. 26.—S. Theodorus Stahta sermo 95, xxo, 122, 133: bypotyposis 22; poenae raonast. a, 26.
Can. 63.—Syn. Libanen. Maxonitarum. a. 1736, par» IV, cap. II, tl, VIII.
Can. 64.—S. Theoiorm Sludita, ep. II, xSo; S. Athanasius Atbm.li, diatypods: Dc dura/tone mvnzrti *Superiorum.*
i 3.—S. Theodorus Studxta, ep. I, xo.

3. Superior vel Antistita cuiusvis domus religiosae, si. bona sint attributa vel legatu co fine ut in beneficentiam in loco Impendantur;

L· Superior domus Congregationis iuris eparchialis ct \nlhtlla domus cuiusvis Religionis, sl bona sint attributa vel legata nd Dei cultum;

5. Religiosus quilibet, etsi exemptus, si pecunia data «It paroeciae vel missioni, aut religiosis intuitu paroeciae wl missionis.

i 2. In mulierum monasteriis stuuropegiacis, lura ct officia Hierarchae loci dc quibus in § 1. nn. 1, 2. uni Patriarchae competunt, etsi monialium monasterium Superiori religioso subdatur.

I 1 Praescripta β 1, 2, item servanda sunt In qualibet collocationis mutatione.

Can. 66—5 1. In alienandis rebus pretiosis alllsvc bonis vel contrahendis debitis ct obligationibus serventur praescripta cann. 279, 280, 283, 288, 291, firmis normis quae sequentibus β 2-4 statuuntur.

f 1 Legitimus Superior, culus licentia ad normam an. 279, J 1, n. 3 requiritur, est:

1.· Sedes Apostolica, si extra patriarchatus, res sint pretiosae vel bonorum pretium superet summam triginta milium francorum aut, in patriarchatibus, si res sint pretiosae vel bonorum prcllum superet summam sexaginta milium (rancorum;

2.· Patriarcha, si res sint pretiosae vel bonorum pretium versetur ultra triginta milia sed infra sexaginta milia (rancorum;

3.· Superior quem statuta designant, dc consensu suie synaxis vel sui consilii ad nonnam statutorum per secreta suffragia manifestato, si rerum vel bonorum pretium versetur intra decem milia ct triginta milia francorum;

4.· Superior quem statuta designant servatisque praescriptis eorundem statutorum, si rerum vel bonorum pretium non superet decem milia francorum.

l 3. 1.· SI agatur de monialibus cuiusvis condicionis luridicae vel de religiosis mulieribus iuris eparchialis, praeter ea quae § 2 praescribuntur, requiritur, ad validitatem actus, consensus Hierarchae loci in scriptis praestitus, et si dc monialibus Superiori religioso sublectis, insuper huius consensus scripto datus, quoties rei alienandae pretium superet tria milia francorum;

2.· In mulierum monasteriis stauropegiacis, ius Hierarchae loci de quo in n. 1, spectat ad Patriarcham.

j 4. Pretium de quo in § 2 Illud intelligitur quod aestiEutione proborum peritorum scripto facta indicatur.

f 5. In precibus in quibus expetitur licentia vel consensus ad contrahenda debita vel obligationes, ut valeat licentia obtenta vel consensus, exprimi debent alia debita vel obligationes, quibus ipsa persona moralis de qua In £ ran. 63, § 1 ad eum diem gravatur. /

Can. 67—j 1. In quolibet monialium monasterio etiam pontificia exemptione fruenti:

L· Adminlstrationis ratio reddatur semel in anno, aut diam saepius si id in statutis praescribatur, ab Antistita Hierarchae loci, itemque Superiori religioso, si mouslerium eidem sublectum sit. Rationis redditae titulo nihil exigi potest;

2.· Sl rallo adminlstrationis Hierarchae non probetur, ipse potest opportuna remedia adhibere, etiam removendo, si m postulet, occonomam aliosque administratores; si âjlem monasterium sit Superiori religioso sublectum, eum Hierarcha, uti prospiclat, moneat; quod si ille neglexerit, Ipse per se consulat;

3.® Quod attinet ad monasterium stauropcgiacum, Hierarchae ius ct officium de quibus in nn. 1, 2, spectant ri Patriarcham.

I 2. In aliis mulierum Religionibus ratio adminlstrationis bonorum quae dotes constituunt, Hierarchae loci nddatur occas'one visitationis et etiam saepius, si Hierarchi Id necessarium duxerit.

f 3. Loci Hierarchae Ius insuper esto cognoscendi:

L· De rationibus oeconomicis domus religiosae iuris eparchialis; 2.· De administratione bonorum de quibus la can. 65, j 1, nn. 3, 4, 5.

Ctt. 66—S. Theodorus StudiU, ep. I, io; Syn. Libanen. Maronitarum, *- pan IV, cap. H, y
1x.1Λ—S. C. de Prop. Fide, 24 1851, dub. 5.
Ctt.47 I i.—Syn. Ubanm. Maromtarum, a. 1736, purs IV, cap. III. 4.
i J—S. G de Prop Fide, decr. !j apr. 1807, η. XV

Can. 68—5 1. Sl persona moralis de qua in can. 63. § 1, debita et obligationes contraxerit etiam Superiorum licentia, ipsa debet dc iisdem respondere.

§ 2. Sl religiosus professione maiore adstriclus contraxerit dc licentia Superiorum, respondere debet persona moralis, cuius Superior licentiam dedit; si religiosus minore professione adstriclus, ipse respondere debet, nisi dc Superioris licentia negotium Religionis gesserit.

§ 3. Sl contraxerit religiosus contra praescriptum § 2, ipsemet, non persona moralis, respondere debet.

j 4. Licentiam de qua in §5 1-2 valide dare non potest nisi Superior quem statuta cuiusque Religionis designant, servatisque praescriptis eorumdem statutorum.

§ 5. Firmum tamen esto, contra eum, in culus reni aliquid ex inito contractu versum est, semper posse actionem institui.

§ 6. Caveant Superiores religiosi ne debita contrahenda permittant, nisi certo constet ex consuetis reditibus posse debili focnus solvi et intra tempus non nimis longum per partes iuxta pacta gradatlm solvendas reddi ipsam sortem.

Can. 69—Largitiones cx bonis personarum moralium de quibus in can. 63, § 1, non permittuntur, nisi ratione eleemosynae vel alia iusta de causa, de licentia Superioris ct ad normam statutorum. / se

CAPUT III—De admissione in Religionem

Can. 70—In Religionem admitti potest quilibet catholicus qui nullo legitimo detineatur impedimento rcctaque intentione moveatur, et ad Religionis onera ferenda sit idoneus.

Art. L *De Poslulalu*

Can. 71—§ 1. In singulis Ordinibus et in Congregationibus in quibus emittuntur vota perpetua, mulieres omnes et, s» agatur de Ordine vel Congregatione virorum, coadiutores, antequam ad novitiatum admittantur, postulatum per sex integros menses peragant; in Congregationibus votorum temporariorum, statuta postulatum praescribere quidem possunt, non tamen ultra sex menses.

§ 2. Superior maior praescriptum postulatus tempus potest prorogare non ultra sex menses.

Can. 72—§ 1. Postulatus peragi debet vel in domo novitiatus vel in alia Ordinis aut Congregationis domo in qua disciplina secundum statuta accurate servetur sub speciali cura probati religiosi.

§ 2. Postulantes vestem induant modestam ac diversam a veste novitiorum.

§ 3. In Ordine vel Congregatione mulierum, postulantes ca lege clausurae tenentur quae in Ordine vel Congregatione viget.

Can. 73—Postulantes, antequam novitiatum incipiant, recollection! spirituali vaceant per octo saltem integros dies; ct, iuxta prudens confessarii iudicium, praemittant generalem anteactae vitae confessionem.

Art. II. *De novitiaPi*

1—Dc requisitis ut quis in novitiatum admittatur

Can. 74—§ 1. Firmis praescriptis in propriis cuiusque Religionis statut's, ad novitiatum valide admitti non possunt:

1.° Qui a fide defecerunt et sectae acathollcac adhaeserunt; / 87

2.° Hi quibus imminet poena ob grave delictum commissum de quo accusati sunt vel accusari possunt;

3.° Qui aetatem ad novitiatum requisitam non habent;

Can. 69.—S. Basilios M., Reculae fou, n. 43.—S. Tbroderas Slodtu ep. I. io.
Can. 70 -^yn. Trullan. a. 601. can. 43.—Syn. Libanen Marooitaran. a. 1736. L cap. I. 3.
Dc potfaLiZu.—S. Basthus M., Reculae fus-, o. xo ct XS can. 15.—b. Parhornius. Reg. 49: S. Theodorus StudJu, ep. II. 165; 54; hypotyposis 24: S. Athanasius AtboaiU. hypotypenh: ***Dt*** fnmd
Can. 73.—Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars IV, cap III, :
Can. 74.—Syn. Cakedonen.. a. 451, can. 4.—S. BasUlus M, Rf^nX· fas., n. ii et 15.—S. Theolona Studita, sermo *2^* S. Athanasi'ss AtkoniU, Typicumr ***aimiuiaait ad***
§ i.—S. C. de Prop. Fide, litL (ad Rectom CoUeg. German. An<l Cwc MaroniL Illyrie.), *2»* dec. 1963.—Syn. Libanen Maromtannn, ■. ¥7j6 pur» I, cap. I, y
5 I, i.·.—S. C. dr Prop. Fe, fS lua 1844. dub. il.

4.· Qui Religionem ingrediuntur vi, mctu gravi aut dolo inducti, vel quos Superior eodem modo inductus recipit;

5.· Coriiux, durante matrimonio:

6.· Qui obstringuntur vel obstricti fuerunt vinculo professionis religiosae;

7.® Episcopus sive rcsldentialis sive titularis, licet sit tantum designatus vel electus;

R.· Clerici qui ex instituto Sedis Apostolicae iureiurando obligantur ad operam navandam in bonum suae eparrhiae vel missionum, eo tempore quo iurisiumndi obligatio perdurat.

f 2. Firmis praescriptis in propriis cuiusque Religionis statutis, illicite sed valide admittuntur.

1.· Clerici in subdiaconatu vel in maiore ordine constituti, inconsulto loci Hierarcha aut eodem contradicente ex eo quod eorum discessus in grave animarum detrimentum cedat, quod aliter vitari minime possit;

2.® Acre alieno gravati qui solvendo pares non sint;

X· Reddendae rationi obnoxii aut aliis saecularibus negotiis implicati, cx quibus lites et molestias Religio timere possit:

4.® Filii qui parentibus, idest patri vel matri, avo vel aviae, in gravi necessitate constitutis, opitulari debent, et parentes quorum opera sit ad liberos alendos vel educandos necessaria;

5.· Ad sacerdotium in Religione destinati, a quo tamen prohibeantur irregularitate aliove canonico impedimento;

6.® Latini in orientalibus Religionibus vel ipsi Orientales In Religionibus latinls —lis exceptis de quibus in can. 5— vel orientalibus diversi ritus sine licentia scripto data a Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali.

Can. 75—Ius admittendi ad novitiatum et subsequentem professionem religiosam tam temporariam quam perpetuam pertinet ad Superiores maiores cum suffragio consilii seu synaxis, secundum cuiusque Religionis statuta.

Can. 76—§ 1. In quavis Religione omnes adspirantes, antequam admittantur, exhibere debent testimonium receptorum sacramentorum baptismatis et chrismatis.

} 2. Adspirantes viri debent praeterea testimoniales litteras exhibere Hlerarchae originis ac cuiusque loci in 88 quo, post expletum deci/mum quartum aetatis annum, morati sint ultra annum moraliter continuum, sublatis quolibet contrario privilegio vel contraria consuetudine.

I 3. Si admittendi sint illi qui In seminario, collegio vel alius Religionis postulatu aut novltiatu fuerunt, requiruntur praeterea litterae testimoniales, datae pro diversis casibus a rectore seminarii vel collegii, audito Heriarcha loci, aut a maiore Religionis Superiore.

5 4. Sl admittendus sit clericus, praeter testimonium ordinationis, sufficiunt litterae testimoniales Hlerarcharum in quorum eparchlis post ordinationem ultra annum moraliter continuum sit commoratus, salvo praescripto § 3.

5 5. Religioso ad aliam Religionem legitime transeunti, satis est testimonium Superioris maioris prioris Religionis.

I 6. Praeter haec testimonia a lure requisita, possunt Superiores, quibus lus est adspirantes in Religionem cooptandi, alia quoque exigere, quae ipsis ad hunc Finem necessaria aut opportuna videantur.

§ 7. Mulieres denique ne recipiantur, nisi peractis accuratis investigationibus dc earum indole ct moribus, firmo praescripto § 3.

Can. 77—5 1· Qui litteras testimoniales ex praescripto luris dare debent, eas non Ipsis adspirantibus, sed Superioribus religiosis dent gratuito intra bimestre spatium ab carum requisitione computandum, sigillo clausas et, sl adspirantes sint cx Illis qui in seminario, collegio vel alius Religionis postulatu uut novltiatu fuerint, a Superior? iuramento firmatas.

f 2. SI ob graves rationes indicaverint sc ils rvspondcy non posse, causas Apostolicae Sedi intra Idem tempo» exponant.

5 3. Si reposuerint adspirantem satis non esse xii. cognitum, per ollam accuratam investigationem ac fldt dignam relationem Superior religiosus suppleat; ti vtn nihil reposuerint. Superior requirens dc non recepta responsione Sedem Apostolicam certiorem reddat.

§ 4. In suis litteris testimonialibus, postquam diligentem investigationem, etiam per scervtas notitias, Instituerint. referre debent, graviter eorum conscientia ooerata super veritate expositorum, dc adsplrantis naUlftai, moribus, ingenio, vita, fama, condicione, scientia; an sit inquisitus, aliqua censura, irregularitate aut alio canonico impedimento irretitus, an propria familia cius auxilio Indigeat, ct tandem, si adspirantes sint ex Illis qui fueruct in seminario, collegio, aut alius Religionis postulatu act novltiatu. quanam dc causa dimissi sint velsponted b«sscrint. *I* »]

Can. 78—Omnes qui dc his rebus cognoverint, stridi obligatione tenentur secreti servandi circa notitias habitu et personas quae illas tradiderunt.

Can. 79—§ 1. In monasteriis monlalium adspiranlo afferant dotem in statutis praescriptam aut legitima coosuetudine determinatam.

i 2. Haec dos ante susceptionem habitus monasterio tradatur aut saltem eius traditio tuta reddatur forma lare civili valida.

5 3. In Congregationibus religiosis, quod ad religiosarum dotem pertinet, standum statutis.

§ 4. Dos praescripta condonari cx toto vel ex parte nequit sine induito Hlerarchae loci, si agatur de RellgloDe iuris eparchialis; secus, ❧c induito Sedis Apostolicae vel, in patriarchatibus, Patriarchae quod attinet ad aliam Religionem quae non sit iuris pontificii.

Can. 80—Dos Religioni per obitum religiosae acquiritur nulli revocationi obnoxio, etiamsi haec temporaria tantum vota nuncupaverit.

Can. 81—Post primam religiosae professionem dos In licitis, tutis ac fructiferis nominibus collocetur ab AntistiU obtento, ad validitatem actus, consensu sui consilii. Hierarchae loci ct Superioris religiosi, si domus ab hoc dependeat, salvo praescripto can. 65, §2; omnino nutem prohibetur eam quoquo modo ante religiosae obitum impendi, ne ad aedificandam quidem domum aut ad aes alienum exstinguendum.

On. 82—i 1. Dotes caule administrentur apud monasterium vel domum habitualis residentiae suprmur Moderatricis aut Antistitae provincialis.

§ 2. Hierarchae locorum conservandis religiosarum dotibus sedulo invigilent; ct praesertim in sacra visitatione de iisdem rationem exigant.

Can. 83—§ 1. Dos religiosae cuiusvis professionis quavis de causa discedenti integra restituenda est sine fructibus iam maturis.

§ 2. 1.® Si vero religiosa professa ad aliam Religionem legitime transeat, durante novltiatu, fructus, ad norma can. 104, § 1. huic Religioni debentur, emissa vero non professione, dos ipsa debetur;

® Si religiosa a monasterio dependenti ad monasterium sui iuris vel contra transeat aut a domo Ordinis vel Congregationis transeat ad / aliam eiusdem Ordinis › vel Congregationis domum, dos ipsa debetur huic monisterio sui luris aut domui a dic transitus.

§ 3. Si dos contra praescriptum can. 81 impensa inerit, obligationes de quibus in §§ 1, 2 nihilominus permanent

Can. 8-1—5 1. Religiosarum etiam exemptarum Antistita debet Hierarcham loci, duobus saltem mensibus ante, certiorem facere de proxima admissione ad novitiatum ct tum ad primam tum ad perpetuam professionem.

§ 2. 1.® Hierarcha loci vel, co absente aut Impedito, sacerdos ab eodem designatus, adspirantis volunUlci

§ x, 4.·.—Syn. Libanru. Maronitanxn, pan IV, cap. II, ***21,*** XVII.
î 1, Syn. TruUan^ a. 691, can. 46; S. Bauhus M.. fus., n. Ix—S. Theodora StudiU, ep. 2S0, rp. II. 51.
I 1, 6·.—S. Bwib'is M., Rqrdie ftA. n- 36.—S. Tbeodon» Sttxbu, cp. II, 165.
(î.—Lzo XIII, Irtt ap. SMpdara ***pfirtidium,*** *12* nuit xSSr. S. C. de Prop. Fide (C. G.), 1 inn. 1SS5, ad x; (C. G.). 1$ lui x«7. n. 3; Pro nerotiis Rilus Orkntalis. cp. cirent 15 iun. 19x2; S- C. pro Ecd. Orient, dccr. 27 Ux 1940. x-J.—Syn. Alexandrin. Coptonnn, a. 98, sect. II, cap. I, art. V, XVI.
Can. 75.—Syn. Tmilan.» a. 691, can. 40.—S. Theodorus StudiU, ep. I, χo Syn. Libanm. Marcnitarum, a. 1736, pm IV, cap. Ill, 6.
Can 75 I ***t*** —Leo XIII. UtL ap. Onmtelfa·, 30 nov. 1894, η. X; S. C. de ⊮p Fide, ep. xj iun. 191 a.
Can. 77·—S. Barbus M.. Regulae fus., n. xo.

Can 79.—Syn. Zan-x>sten. Ruthenorum, x l/OO, tit XII.
I x,—Syn Xiraen. II, a 737, can. 19.
Can. 80 —Syn. Nicaeo. II, a. 7^7. can. 19.
Can. 8x.—Syn. ZanxHten. Ruthenorum, a. X7-°. Üt. XII.
Can. 83.—Syn. Nicacn. II, a. 7S7, can. 19-
Can_ 84.—Syn. Labanen. MaroniUrum, a 1736, pars IV, cap. IU, 6ç Sp. Zamosten. Ruthenorum, a :71o, ÜL XII.
5 z.—S. Basiliui M., can. x3.

saltem triginta diebus ante novitiatum et ante professionem, ut supra, diligenter et gratuito exploret, non tamen dauwram Ingredlcns. num ea coacta dcccptave sit, num sciat quid agat, ct tunc tantum ndspirans poterit ad novitlatum vel novitia ad professionem admitti, cum dc pia ipsius ac libera voluntate plane constiterit:

2,· In monasteriis stauropcglacis idem ius el officium spectat ad Patriarcham, firmo Iure particulari quod illud loci Hlerarchae tribuat.

2—De novitiorum institutione

Can. 85—Novltlatus incipit susceptione habitus, vel alio modo In statutis praescripto.

Can. 86—f 1. Unumquodque monasterium sul luris iure potitur habendi proprium novitiatum.

I 2. Adspirantes novit latum, iusta de causa, peragere possunt, Superiorum lussu, in alio monasterio sui iuris eiusdem Confoederationis.

l 3. Si quod monasterium confocdcratum canonicis praescriptis dc Institutione novitiorum ludicio synaxls Confoederationis satisfacere non possit, hacc synaxls eidem monasterio Imponere potest ut adspirantes ad aliud monasterium eiusdem Confoederationis mittat.

j 4. 1.· Monasteria confocderata possunt in unicum novitiatum consentire;

2.· Sl plura monasteria confocderata, iudicio synaxls Confoederationis, proprium novitiatum singula habere non valeant, haec iisdem unicum novitiatum imponere potest.

§ 5. Si quod monasterium sui luris non confocdcratum canonica praescripta de institutione novitiorum Implere non valeat, Superior gravi obligatione tenetur adspirantes mittendi ad aliud monasterium in quo eadem praescripta
91 religiose servantur. /

Can. 87—§ 1. 1.° Erigatur in Ordinibus et In Congregationibus domus novitiatus ad normam statutorum;

2.° Ad cam valide erigendam requiritur licentia Sedis Apostolicae, si domus pertineat ad Ordinem exemptione pontificia fruentem vel ad Congregationem iuris pontificii, aut, In patriarchatibus, Patriarchae, si ad Ordinem Patriarchae sublectum vel ad Congregationem iuris eparchlalis;

3.° Plurcs in eadem provincia domus, si Religio in provincias divisa sit, erigi valide nequeunt nisi gravi ex causa ct obtenta ad normam n. 2 licentia.

J 2. Superiores in novitiatus ac studiorum domo ne collocent nisi religiosos qui sint ad exemplum religiosae observantiae studio.

Can. 88—§ 1. Praeter alia quae in can. 74, § 1 ad novitiatus validitatem enumerantur, novitiatus, ut valeat, peragi debet:

1.· Post completum decimum quintum saltem aetatis annum;

2.® Per triennium integrum et continuum si agatur de monachis. Superior autem monasterii sui Iuris, de consensu sui consilii seu synaxls ad normam statutorum, dispensare potest, Iusta et rationabili ex causa, a tertio novitiatus anno, firmo tamen praescripto can. 107;

3? Per annum integrum et continuum si agatur de Ordine vel Congregatione;

4.® In monasterio vel in domo novitiatus.

f 2. Sl in Ordine vel Congregatione longius novitiatus tempus in statutis praescribatur, Illud non requiritur ut valeat professio, nisi In iisdem statutis aliud expresse dicatur.

Can. 89—f 1. Novitiatus interrumpitur, ita ut denuo Incipiendus ac perficiendus sit, si novitius, a Superiore dimissus, e domo exierit, aut domum sine illius licentia non reversurus deseruerit, aut, primo novitiatus anno perdurante, extra domum, etsi reversurus, ultra triginta dies sive continuos sive non continuos permanserit quacumque cx causa, etiam si adfuerit Superiorum licentia.

J 2. Sl primo novitiatus anno perdurante, novitius ultra quindecim, sed non ultra triginta dies etiam non continuos, cum Superiorum licentia vel vi coactus extra domus septa permanserit sub Superioris obedientia, necesse et satis est ut valeat novitiatus dies hoc modo transactos supplere; sl non ultra quindecim dies, supplementum potest a Superioribus praescribi, sed non est ad validitatem necessarium.

§ 3. Superiores licentiam manendi extra septa novltlatus, nlsl Iusta et gravi de causa, ne impertiant. / 92

§ 4. Si novitius a Supenoribus in aliud monasterium eiusdem Confoederationis ad nonnam can. 86, 2-4, vel In aliam novitiatus domum eiusdem Religionis transferatur, novltlatus non interrumpitur, firmo praescripto § 1.

Can. 90—Integer novltlatus peragatur in habitu quem statuta pro noviliis praescribunt, nisi speciales locorum circumstantiae aliud exigant.

Can. 91—In Ordinibus ct Congregationibus in quibus duae sunt sodalium classes, ad transitum novitil quod attinet de una ad aliam classem, servetur ius particulare.

Can. 92—§ 1. Novltiorum institutioni praeficiendus est Magister, qui sit annos natus quinque saltem ac triginta, decem saltem ab annis a prima professione professus, prudentia, caritate, pietate, Religionis observantia conspicuus et, s' de virorum monasterio vel de Religione clericali agatur, in presbyteratus ordine constitutus.

§ 2. Sl ob novitiorum numerum vel aliam iustam causam expedire visum fuerit. Magistro novltiorum adiungatur socius, eidem immediate sublectus in Iis quae ad novitiatus regimen spectant, annos natus saltem triginta, quinque saltem ab annis a prima professione professus, cum ceteris dotibus necessariis et opportunis.

§ 3. Utcrque ab omnibus officiis oneribusque vacare debet, quae novitiorum curam et regimen impedire valeant.

Can. 93—Magister novitiorum eiusque socius designentur ad normam statutorum, et sl quod in his tempus ad quod munus perduret praescriptum sit, eo durante, ne removeantur nisi ad normam statutorum ct Iusta gravique dc causa; eo vero transacto, iidem rursus designari possunt.

Can. 94—| 1. Uni Magistro ius est et officium consulendi novitiorum institutioni, ad ipsumque unum novitiatus regimen spectat, ita ut nemini liceat hisce se, quovis colore, immiscere, exceptis Superioribus quibus id a statutis permittitur ac Visitatoribus; ad disciplinam vero universae domus quod attinet. Magister, quemadmodum et novitil, Superiori est obnoxius.

§ 2. Novitius potestati Magistri ac Superiorum Religionis subest iisque obedire debet. / 93

Can. 93—Gravi obligatione tenetur Magister novitiorum omnem adhibendi diligentiam ut novitil In religiosa disciplina, secundum statuta, sedulo exerceantur, ad normam can. 98.

Can. 96—Intra tempus novitiatus Magister, ad normam statutorum, de agendi ratione singulorum novitiorum relationem synaxi vel Superiori maiori exhibeat.

Can. 97—Novitiatus ab ea parte domus, in qua degunt professi, sit, quantum fieri potest, segregatus ita ut, sine speciali causa ac Superioris vel Magistri licentia, novitii nullam habeant communicationem cum professis neque hi cum novitiis.

Can. 98—§ 1. Tempore novitiatus in id omni studio incumbendum est ut, sub disciplina Magistri, informetur novitii animus studio statutorum, piis meditationibus assiduaque prece, iis perdiscendis quae ad vola et ad virtutes pertinent, exercitationibus opportunis ad vitia exstirpanda, ad compescendos animi motus, ad virtutes acquirendas.

§ 2. Praeterea coadiutores diligenter in Christiana doctrina instituantur, speciali collatione habita semel saltem in hebdomada.

§ 3. Tempore novitiatus ne destinentur novitii contionibus habendis aut audiendis confessionibus aut exterioribus Religionis munils, nove dedita opera studiis vacent litterarum, scientiarum aut artium; coadiutores in Ipsa religiosa domo eatenus tantum fungi possunt officiis suis (non tamen uti primarii officiales), quatenus ab exercitiis novitiatus pro ipsis constitutis non praepediantur, firmo can. 99.

Can. 99—§ 1. In monasteriis, novitIIs, elapso primo novitiatus anno, licet, nlsl aliud praescribant statuta, studiis dedita opera vacare In suo monasterio, vel —sl agatur de monasteriis confoederatis de quibus in in can. 123, Çj 2, 3— in monasterio in quo studiorum sedes constituta

f I

Cio. W f i.—S. Biuliio M.. can. î8.—Syn. Libancn. Maronitarum, a. 1736, pan IV, cap. II. XIV; cap. III. 6.

J t, ıA—Syn. Trafan., a. 691, can. 40.—Syn. Zaiuostcn. Ruthenorum. 1 V». UL XII.

11,*1* •.—Syn. Ubanen. Maronitarum, a. 1736, pars IV, cap. II, M, IV.

Can. 92 I x.—Syn. Zamostea. Rulhcnonm. x 1720, tiL XII.
Cin. 97.—S. Bosilius M.. RrcaL*e Itis», n. xj.
Can. 98.—S. pAcbonùus, Ree. 139 «t X40
Can. 99.—S. Theodorus StudiU. senso ***i.***

est, firma lege ut per integrum bimestre tempus, ed proprium monasterium reversi, ntque studiis intermissis, ad professionem emittendam se praeparent.

ξ 2 Praescriptum f l servetur in iis Ordinibus ci Congregationibus in quorum stalutisiongius anno praescriptum sit novitiatus tempus. Novitii autem studiis dedita opera vacare
91 poterunt etiam in alia eiusdem Religionis novitiatus domo /

Can. 100-~f I. Circa sacerdotem a confessionibus in mulierum novitiatibus serventur praescripta can. 52-59.

f 2. in Religionibus virorum, salvo praescripto can. 51:

1.· Pro novitiorum numero unus vel plures habeantur ordinarii confessorii, salvo praescripto 1 3.

2.· In monasterio vel in clericali Ordine el Congregatione, confessarii ordinarii in ipsa novitiatus domo commorentur; in laicali Congregatione, saltem frequenter ud domum novitiatus accedant, novitiorum confessiones audituri;

X· Praeter confessarios ordinarios, designentur aliqui confessarii, quos novitii in casibus particularibus adire libere possint, nec Magister aegre id se ferre demonstret;

4.· Quater saltem in anno detur novitiis confessarius extraordinarius, ad quem omnes accedant saltem benedictionem recepturi.

} 3. Magister novitiorum eiusque socius sacramentales confessiones suorum alumnorum secum in eadem domo commorantium ne audiant, nisi alumni ex gravi causa in casibus particularibus sponte Id petant.

Can. 101—J 1. Novitii privilegiis omnibus ac spiritualibus gratiis Religioni concessis gaudent; et, si morte praeveniantur, ad eadem suffragia ius habent, quae pro professis praescripta sunL

§ 2. Durante novitiatu, nec sacro ritu quo quis clericus fit initiari nec ad ordines promoveri possunt.

Can. 102—Novitius neque licite neque valide suis beneficiis vel bonis quovis modo renuntiare aut eadem obligare potest.

Can. 103—j 1. Novitius antequam professionem minorem emittat in quavis Religione, debet, ad totum tempus quo eadem professione adstringetur, bonorum suorum adminlstrationem cedere cui maluerit ct, nisi statuta aliud ferant, de eorundem usu et usufructu llbcrc disponere.

$ 2. Ea cessio ac dispositio, si praetermissa fuerit ob defectum bonorum et haec postea supervenerint, aut si facta fuerit el postea alia bona quovis titulo obvenerint, flat aut iteretur secundum nonnas $ 1 statutas non obstante profess'onc emissa.

j 3. Novitius ante professionem testamentum de bonis
95 praesentibus vel forte obventuris libere condat. /

Can. KM—J 1. Nisi pro alimentis ct habitu religioso in statutis vel expressa conventione aliquid in postulatu vel novitiatu ineundo solvendum caveatur, nihil pro impensis postulatus vel novitiatus exigi potest.

5 2. Quae postulans vel novitius attulerit ct usu consumpta non fuerint, sl e Religione, non emissa professione, egrediatur, el restituantur.

Can. 105—$ 1. Novitius potest Religionem libere deserere, aut Superioribus vel a synaxl, secundum statuta, quavis iusta de causa dimitti, nec Superior vel synaxls obligatione tenentur patefaciendi dimissionis causam dimisso.

§ 2. Exacto novitiatu. sl Judicetur Idoneus, novitius ad professionem admittatur, secus dimittatur; si dubium supersit sltne idoneus, potest In Ordinibus et In Congregationibus a Superioribus maioribus probationis tempus, non tamen ultra sex menses, prorogari.

J 3. Ante nuncupationem votorum, novitius, per octo saltem solidos dies, vacet recollection» spirituali.

Art. III. *De professione religiosa*

Can. 106—f 1. Ad validitatem cuiusvis religiosae professionis requiritur ut:

1. Qui eam emissurus est. legitimam aetatem habeat ad normam ran. 107; novltiatum validum peregerit, ad normam can. 88; ud professionem ndmitlntur a legitimo Superiore, secundum statuta;

2. Professio sit expressa; sine vl aut metu gravi aut dolo emissa; caque a legitimo Superiore secundum statuta per se vel per alium recipiatur.

j 2. Ad validitatem professionis perpetuor in Ordine vel in Congregatione requiritur praeterea ut praccrtwrli professio temporaria, ad normam can. 110.

f 3. !.· Novitius in periculo mortis constitutus ad professionem admitti potest a Superiore maiore, et si temp» ad eum recurrendi non suppetat, u Superiore locali;

2.· Ita professus fruitur llsdcin indulgentiis, privilegiis ct spiritualibus gratiis, quibus gaudent ceteri eiusdem Religionis professi; sl vero convalescat, professio vicj habere desinit.

Can. 107—Professionem religiosam emissurus oportet decimum sextum aetatis annum expleverit, sl professio emittenda sit temporaria; vicesimum primum, si perpeti». y·

Can. 108—In monasteriis, qui, exacto novitiatus triennio, ad professionem religiosam admissus sit, uclatem tamen legitimam ad professionem maiorem nondum sil assecutus, debet, nulla interposita mora. In ipso monasterio, temporariam professionem emittere, valituram usque ad aetatis legitimae assecutionem, nisi Intervallum Inter finem novitiatus ct praescriptam aetatem sit brevi» semestri; quo in casu Superior monasterii sui iuris potest statuere ut temporaria professio praetermittatur.

Can. 109—Quod attinet ad diversos professionis monasticae gradus, salva tn singulis gradibus vi canonici monasticae professionis, standum statutis.

Can. 110—j 1. In Ordinibus ct in (Congregationibus in quibus vota perpetua emittuntur, novitius post expletum novltiatum. ad professionem admissus, ia Ipsa novitiatus domo debet, nulla interposita mora, volis perpetuis praemittere, salvo praescripto can. 184, professionem votorum ad triennium valituram, vel ad longius tempus, si aetas ad perpetuam professionem requisita longius distet, nisi statuta exigant annuas professiones.

$ 2. Tempus de quo in § 1, legitimus Superior potest, renovata a religioso temporaria professione, iusta de cau» prorogare, dummodo Intervallum, decurrens a fine novitiatus ad perpetuae professionis emissionem, sexennium nunquam excedat.

Can. **111**—J 1. In quavis Religione votorum perpetuorum, exacto professionis temporariae tempore, religiosus. ad nonnam can. 187. nisi emittat perpetuam professionem. ad saeculum redeat; sed etiam, durante tempore professionis temporariae, potest, si dignus non habeatur qui vola perpetua nuncupet, dimitti α legitimo Superiore ad normam can. 199.

§ 2. Suffragium consilii scu synaxis.cum pro primatum pro subsequent! professione perpetua, est deliberativum.

Can. 112—§ 1. In emittenda professione religiosa serventur praescripta statutorum ct librorum lllurgicorum.

i 2. Professio temporaria in monasteriis privatim, excluso nempe populi concursu, fiat.

§ 3. Documentum emissae professionis, ab ipso professo et saltem ab eo coram quo professio emissa est subscriptum, serventur in tabula rio Religionis; et insuper, si emit- r·
tenda professio sit maior, Superior eam excipiens debet de eadem certiorem facere parochum, apud quem profitentls baptismus ad normam canonum adnotandus est.

Can. 113—5 1- In Ordinibus el in Congregationibus, tempore ad auod vota sunt nuncupata elapso, renovationi votorum nulla interponenda mora.

$ 2. Superiores ex iusta causa permittere possunt ut

can. 40.—S. Ꝺdcrus Studita. rp. II, X64: Syn. Litanen. Marx^uras. a. 1736, para IV, cap. II, ix, XIV; Syn. ZamoUen. Rnthccoram, a. x;n ÜL XII.

I I, j.·.—S. NkoUus I, litt. ***Ad c&uulU volta,*** 13 nor. M6c n mUuroR».—Syn. Caxthujanem, a. 419, can. 6 et 117, S. Bautins SL, e». x' et XT. S. N'icepboras CP., can. 13 el 156.—S. Theodorus Stod-U, rp. I. rx ep. II, M, xoq, J03. 2x5: ep. 293: ěrruo ***tr,*** Syn. Ubaoen. Mvonura. a. 1736. para IV, cap. III, 7 el 9.

Can. 107.—Syn. Carthaxinen . a. 4x9, eau. X27, Syn. TrvlUa, a 64:. can. 40; S. Baulim M., ran. xS; Rrffulae tus., n. 15.—S. Tbecdonn Stntü, ep. II, X65; Syn. Libanen. Maronitanxra, * X7j6, para IV', cap II, M, XIV. rap. III, 6; Syn. Zammteu. Ruthenorum, a. x 7îo, lit- XII.

Car. X09.—S. Theodorus Studita, ep. I, xo; poexue tuonaU. (47k ΦK Testamentum; Syn. Libanen. MaroniUram, a. 1736, pus IV, c»p 11. l7,

Can. xxo | T.—Leo XIII. litt. ap SinçaLirr gramini··, 13 mia xSÎZ S. C. de Prop. Fide, 3 rnaii 1902.

Can. 1u —S Theodorus Studita, ep. II, 164.

J x.—S. Tbeo<loru» Studita, ep. I, 30, ep. II. S3; -φ. IM.

I j.—S M., K-.-uUe fas., n. 15.—S. Theodorat Studita. «t o o S7. Syn ₩an=»- Rutbrnonxni, a. 17x0, tiL XIL

renovatio votorum temporariorum parumper anticipetur, Ita tamen ut anticipatio mensem non excedat.

Can. 114—Professione ad tempus in Religione votorum perpetuorum adstrlctl:

t.· Eruuntur Iisdem ac professi votorum perpetuorum Indulgentiis, privilegiis vl spiritualibus gratiis, et, si morte praeveniantur, nd eadem suffragia Ius habent;

2.· Eadem obligatione qua professi votorum perpetuorum tenentur observandi statuta;

3.· Voce activa el passiva carent, nisi aliud expresse caveatur In statutis.

Can. 115—Professio minor sive temporaria, sive perpetua, actus votis contrarios reddit Illicitos, sed non invalidos, nlil aliud expresse cautum fuerit; professio autem maior, d actus Irriti fieri possint, reddit etiam invalidos.

Can. 11β—J 1. Professio minor, ad tempus vel in perpetuum emisso, nisi aliud in statutis cautum sit, non aufert religioso proprietatem bonorum suorum neque capacitatem dia bona acquirendi.

f 2. Quidquid autem religiosus industria sua vel Intuitu Religionis acquirit. Religioni acquirit, et, nlsl contrarium legitime probetur, praesumitur religiosum acquirere intuitu Religionis.

f 3. Cessionem vel dispositionem de qua in can. 103, ff, 1, 2, professus mutare potest non quidem proprio arbitrio, nisi statuta Id sinant, sed de supremi Moderatoris vel Superioris monasterii sui Iuris consensu, aut, si agatur de religiosis mulieribus adstrictis professione minore in monasteriis vel ·η Ordinibus, dc consensu HIerarchac loci et, si mulierum Religio Superiori religioso subiccta sit, huius Superioris, dummodo mutatio, saltem dc notabili bonorum parte, ne flat In favorem Religionis: per discessum autem a Religione eiusmodi cessio ac dispositio habere vim desinit.

Can. 117—f 1. 1.® Candidatus ad professionem maiorem intra sexaginta dies ante professionem, salvis peculia-
9 ribus Induitis a Sede Apostolica con/cessis, debet omnibus bonis quae actu habet, cui maluerit, sub condicione secuturae professionis renuntiare:

2.® Renuntiatio ante hoc tempus facta Ipso Iure Inita est.

f 2. Emissa professione, ea omnia statim fiant, quae necessaria sut, ut renuntiatio etiam Iure civili effectum consequatur.

Can. 118—Post professionem maiorem, salvis peculiaribus Apostolicae Sedis induitis, omnia bona, quae quovis modo obveniunt religioso, cedunt monasterio vel Ordini provinciae, quasl-provinclae, domui, secundum statuta.

Can. 119—Religiosis minore professione adstrictis non licet:

1.® Per actum inter vivos dominium bonorum suorum titulo gratioso abdicare;

2.· Testamentum conditum ad normam can. 103, I 3, mutare sine licentia Moderatoris supremi, vel, sl res urgeat nec tempus suppetat ad eum recurrendi, sine licentia Superioris maioris aut, si ne ille quidem adlri possit, localis.

Can. 120—Emissa professione religiosa, ipso facto et sine ulla declaratione vacant quaelibet professi officia; post annum vacat eiusdem paroeciale beneficium; post triennium vacant cetera.

Can. 121—Religiosus, emissa professione perpetua sive jollemni sive simplici, ct in Religione sine votis perpetuis, elapso sexennio a prima professione, amittit ipso iure propriam quam in saeculo habebat eparchiam.

Can. 122—§ 1. Professio religiosa irrita ob impedimentum externum non convalescit per subséquentes actus, led opus est a Sede Apostolica sanetur, vel denuo, cognita nollitatc et impedimento sublato, legitime emittatur.

f 2. Si autem irrita fuerit ob consensus defectum mere Internum, hoc praestito, convalescit, dummodo ex parte Religionis consensus adhuc perduret.

Cta. lu, j.·.—S. C de Prop. Fide, 4 mart- 1S93, dub. 4 et 5.
Cis. π6—S Theodorus Studita. poenae ruonast (7'8).
J 2.—S C. de Prop, Fide, irutr. (ad Monachos Maronit. Libanen.), 4 febr 18ç$.
Cia »7.—Syn. Ubanra. Maroni Urum. a. 1736, para IV, cap. II, 11, XV.
I r—S. lUuUut M. Regulae fus., n. 9.—Syn. Zamosten. Ruthenorum. 1 »7», Ut. XL
Caa. xj&—S C de Prop. Fide, instr, (ad Monacho MarooiL Libanen.), « Hc. 1595.—Syn. labanrn. Maronitarum, a. 1736. pura IV, cap. II. ar, VII.
Cax ix>—S. Nleepboro» CP., can. 157.
Cax 123.—Syn. LRnnen. Maroni Urum, a. 1736, para IV, cap. II, 31, XVII.

{ 3. Si contra validitatem professionis religiosae gravia sint argumenta et religiosus renuat ad cautelam sive professionem renovare sive eiusdem sanationem petere, res ad Sedem Apostolicam deferatur. / 99

CAPUT IV—De ratione studiorum atque de sacra ORDINATIONE SUSCIPIENDA IN MONASTERIIS ET IN ALIIS Religionibus quae sint clericales

Can. 123—§ 1. Unumquodque monasterium sui luris propriam studiorum sedem habere potest.

§ 2. Plura monasteria eiusdem Confoederationis in unicam studiorum sedem consentire possunt.

f 3. Si quod monasterium confocdcratum studiorum sedem rite instructam iudiclo synaxis Confoederationis habere non possit, haec synaxis eidem imponere potest ut religiosi, studiorum causa, ad aliud monasterium Confoederationis mittantur, in quo sit studiorum sedes rite instructa.

Can. 124—Qualibet clericalis Religio habeat studiorum sedes a synaxl generali vel a Superioribus ad normam statutorum approbatas.

Can. 125—In studiorum domo observantia monastica ct religiosa disciplina plene vigeant, firmo praescripto can. 87. I 2.

Can. 126—§ 1. Si monasterium aut Confoederatio» clericalis Religio aut provincia studiorum sedes rite Instructas habere nequeat, aut si quas habet, adire. Superiorum iudlcio, difficile sit, religiosi studiorum causa mittantur vel ad recte ordinatam studiorum sedem alius monasterii aut provinciae aut Religionis, vel ad scholas seminarii episcopalis, vel ad publicum catholicum Athenaeum.

§ 2. Religiosis, qui studiorum causa longe a propria domo mittuntur, non licet in privatis domibus habitare, sed opus est in aliquam suae Religionis domum se recipiant, vel. si id fleri non possit, apud religiosum aliquod institutum virorum, vel seminarium aliamve piam domum, cui sacerdos praesit, quaeque ab ecclesiastica auctoritate approbata sit.

Can. 127—§ 1. Per totum studiorum curriculum religiosi committantur speciali curae Praefecti seu Magistri spiritus, qui eorum animos ad vitam religiosam informet opportunis monitis, instructionibus atque exhortai Ionibus. 100

§ 2. Praefectus vel Magister spiritus lis qualitatibus praeditus sit oportet, quae in Magistro novitiorum requiruntur pd nonnam can. 92, § 1.

§ 3. Superiores vero sedulo invigilent, ut ea quae can. 137 pro omnibus religiosis praescribuntur, in studiorum domo perfectissime observentur.

Can. 128—§ 1. Religiosi postquam in inferioribus disciplinis rite instructi fuerint, in philosophiae studia saltem per biennium et sacrae theologiae saltem per quadriennium ad normam § 2, diligenter incumbant, secundum instructiones Apostolicae Sedis.

§ 2. 1.° Tn theologicis disciplinis tradendis professores prae oculis habeant sanctorum Patrum ac Doctorum Ecclesiae doctrinam;

2.° lidem professores in philosophiae rationalis ac theologiae studiis tradendis el In instituendis, in his disciplinis. alumnis, sectentur sancteque teneant rationem, doctrinam et principia, quae, praeeunte loanne Damasceno. Angelicus doctor s. Thomas Aquinas tradidit ac professus est.

§ 3. Studiorum tempore magistris ct discipulis officia ne imponantur, quae magistros a munere implendo aut discipulos sive a schola frequentanda sive a studio quoquo modo impediant; Superior autem monasterii sui iuris vel filialis, supremus Moderator ct in casibus particularibus alii quoque Superiores possunt pro sua prudentia ros a nonnullis communitatis actibus, etiam a celebratione divini officii, praesertim nocturnis horis, eximere, quoties id studiis excolendis necessarium videatur.

Can. 129—Religiosi presbyteri, iis tantum exceptis qui a Superioribus maioribus gravem ob causam fuerint exem-

D/ rMtjnt Theodorus StudiU, sermo itS.
Can. 133.—S. C. pro ExxL OrienL, decr. *27* Un. SQ40, n. 4.
Can. 124.—S. C. pro EccL OrienL, decr. *27* un. »940» a 4.—Syn Zamoten. Ruthenorum, a. 1720. UL XV.
Con. 126 J i,—Syn. Zaraosten. Ruthenorum, a 02 UL XV.
1 *2.*—Syn. Libonem. Maronitarum. a. 1736, para IV. cap II, 21, IX
Can. X2Î.—S. C pro EecL Orient., decr. *27* un. 1940, a. 3.
f 2.—Piu» X, litt. cacycL PoxcrUi. S scpL 1907.
1 3, 2.·.—Pius XI, litt, encycl. ***Ad oCkdici unijin faitipan, »» d>< t935.*** UL
Can 129.—S. C. pro EccL Orient, decr. 27 Lin 1940. u rj

ptl. aut qui vel sacram theologiam vel ius canonicum vel philosophiam scholasticam doceant, post absolutum studiorum curriculum, quotannis, saltem per quinquennium, a doctis gravibusque patribus examinentur in variis doctrinae sacrae disciplinis antea opportune designatis.

Can. 136—In domo, saltem formata, minimum semel in mense, habeatur collatio seu *conterentia* dc re morali et liturgica, cui, si Superior opportunum existimaverit, addi potest sermo de re dogmatica coniunctisvc doctrinis; et omnes clerici professi qui studio sacrae theologiae operam navant aut illius cursum expleverunt et in domo degunt,
101 assistere debent, nisi aliud in statutis caveatur.

Can. 131—Superiores maiores ad normam statutorum dare possunt suis subditis litteras dimissorias ad ordines minores, emissa prima professione; ad ordines maiores, emissa perpetua professione, in Religione α votis perpetuis; elapso sexennio a prima professione, in Religionibus sine votis perpetuis.

Can. 132—I 1. Episcopus ad quem Superior religiosus litteras dimissorias mittere debet, est Episcopus cparchiac, in qua sita est domus religiosa, ad cuius familiam pertinet ordinandus.

§ 2. Superior autem monasterii stauropegiaci litteras dimissorias mittere debet ad Episcopum a Patriarch.! designatum.

Can. 133—f 1. Superior religiosus tunc tantum ad alium Episcopum litteras dimissorias mittere potest, cum Episcopus eparchialis licentiam dederit, aut sit diversi ritus, aut sit absens, vel denique cum eparcbia vacet nec eam regat qui charactere episcopali polleat.

f Z Nccesse est ut singulis In casibus Id Episcopo ordinaturo constet ex authentico curiae episcopalis testimonio.

Can. 134—Caveant Superiores religiosi ne ‹n fraudem Episcopi cparchhiis subditum ordinandum ad aliam religiosam domum mittant, aut concessionem litterarum dimissoriarum de industria in id tempus differant, quo Episcopus sit abfuturus.

CAPUT V—De obligationibus et phivtlegus religiosorum

Art. I. *De obligationibus*

Can. 135—Obligationibus quibus clerici iure communi adstringuntur etiam religiosi omnes tenentur, nisi ex rei natura vel ex textu contextuque legis aliud constet.

Can. 136—Omnes et singuli religiosi, Superiores aeque ac subditi, debent, non solum quae nuncuparunt vota fideliter inlegrrque servare, sed etiam secundum statuta propriae Religionis vitam componere atque ita ad perfec-
102 tionem sul status contendere. /

Can. 137—§ 1. In quavis Religione vita communis accurate ab omnibus servetur etiam in iis quae ad victum, ad vestitum et ad supellectilem pertinent.

§ Z Quidquid a religiosis, etiam a Superioribus, ac-

Can. xjo.—Syn. Libanen. Marœltansa, x 1736, pan I, cap. II, 6.
Cas. x31.—Syn. Libanen. Maronitarom, x 1736, pan II. cap. XIV, 10; Syx ZxnosUn. Ruthcnonsn X 1720. tit. III, § 7.
Can. 132. Icnoccotin» III, Iitt Ripdinm nira, x 1198: tSanr ncoa-!»«■»·.—Syn. Ancra, a. 1911, 763; Syn. litamen Marcnitaran, a. 1736, pin IV, cap. II. 8; Syn. Zamoiten. Ruthenorum. 1 1720. tiL HI.) 7.
Can X33.—SyxL Ubuwn. Mart)njtarns, a. 1736. ρατ II, cap. XIV. χo Syu. Bikorkea. MaroatUnua, a. 1790, «· % Syn. Zixnojteu. Ruthenorum, ✕1730. tit III, I 7.
Can. x34.—Syn. Bikorken. Maronitanra, x 1790. v % Syn. IJbanm MaxtmiUran, a. 1736, pars II. cap. XIV, χσ. Syn. Zamosten. Ruthenorum, x 17», tit 111, I 7.
Cm. X35—Syn. Chilcedonea . a. 431, can. 3, 4. *T*, Syn. Nicara. II, 4.787, can. *I2.*—Syn. Laodicen., a. 347-38X, can. 24: S. Basihus M.. Regulae fa n. 32.—S. Theodora Stadita, ep. I. 37. ep. II, 164; Syn. Libanen. Maronitarru, a. 1736, pan IV, cap. IL xj; Syn. Ain-Trarcn. Graeco-Mekhiurum, a. 1835, can. 13 pr; Syn. Sdarfen. Syrorum, a. i838, cap. VI, art. III, 5, 8. 9. XX. X4, x$.
Can. 136.—S. BaoL u M., Regulae fut., nn. 5, 8, 24, 37, 3S, 41, 48; Replie brrr., ɳ. 87—S. Pacbouun», Ref, 3. 6, 8, xo, 30, 58, 62, 64, 84, 99, X23, 144. 157. x$8, 184; S. Theodora StudiU, ep. II, 43, 159, 1A4: «enno

nltxnsn. ✕ X70. pan IV, cap. II, xi, VL
Cox :j7—S. C de Prop. Frie, instr, (ad Mocacho MaroniL Libanen.), 4 fetr. 189$.—S. Baiiûta M, Regulae fus., n. 8.—S. Pachocnius, Reg. 43, 49, 5J, 77. 7$. 81, 8$, $5, xc6, xxj, 1x4; S. Theodora StudiU, ep. II, 98, 159, 1M, ι!σ, ep. 185; senso 66; viU cocxm., ɳ. 13; poenae æcnwt. (20), (ια)·(16); Syn. Librâa. Maroniurum, x 1736, pars IV, cap. III, xj; Syn. Zaxnosun. Ralbenonsn. a. 17x0. tiL XII.
f 1.—S. Bu Li&s M-, Rexube fus., n, 41—S. Pachonüta, Rrg. 38, 41. 98; S. Tbrodcra Studiti, ep. I. ιo. S. AÜunatiu» A(bonita, Typicunu *Monto/* nKinronet-da Rabbcb. can. xx.
11.—S. Bonite» M.. Regulae fus-, n. 31.—S. Theodora Stodita, ep. I, xcr. ep. II, ijfiç S. AÜuniuta Atbomta, Typicum: ***MomîvM al*** jurcruomn-

quiritur nd normam can. 116, J 2, et can. 118 bonis perwnae moralis de qua in can. 63, § 1, admisceatur, et pecunia quaelibet omnlaquc nomina in capsa communi deponantur, reprobata contraria consuetudine.

§ 3. Religiosorum supellex paupertati conveniat quim professi sunt.

138—§ 1. Curent Superiores ut omnes religiosi:

!·· Quotannis per aliquot dies, ad normam statutorum vacent spirituali recollection!;

2.· Legitime non Impediti quotidie divinae Eiturgi iuxta ritus praescripta Intersint, rerum divinarum inedl·tatloni vacent, et in alia pietatis officia, quae a statuth praescripta sint, sedulo Incumbant;

3.* Ad poenitentiae sacramentum semel saltem In hebdomada accedant.

§ Z Frequens Imo etiam quotidianus accessus ad divinam Eucharistiam religiosis rite dispositis libere pateat; eumque Superiores suos inter subditos prudenter promoveant.

§ 3. Si autem post ultimam sncramcnlalem confessionem religiosus communitati gravi scandalo fuerit aot gravem et externam culpam patraverit, donec ad poenitentiae sacramentum denuo accesserit. Superior potat cum, ne ad sacram communionem accedat, prohibere.

§ 4. Si quae sint Religiones quarum in statutis vel consuetudinibus communiones aliquibus diebus affixae aut lussae reportantur, hae normae vim dumtaxat dirtetivam habent.

Can. 139—Religiosi omnes suae Religionis habitum Induant tum Intra tum extra domum, nlsl gravis causa excuset, iudicio Superioris maioris aut. urgente necessitate, etiam localis.

Can. 140—j 1. In monasteriis sive virorum sive mulierum canonice constitutis, ctiam non formatis, senetur clausura.

§ 2. Lege clausurae afficitur domus quam communitas religiosa inhabitat, cum hortis ct viridariis accessui religiosorum reservatis, excluso, praeter ecclesiam cum continenti sacrario, etiam hospitio pro peregrinis, sl adsit, et collocutorio, quod, quantum fieri potest, prope ianuam domus constitui debet. /

§ 3. 1.· Partes clausurae legi obnoxiae manifesto indicentur,

2.® Clausurae fines accurate praescribere aut legitimis de causis mutare est Superioris maioris cum consensu sul consilii, aut Patriarchae si ngatur de monasterio monialium stauropegiaco, aut Hlerarchae loci, si monialium monasterium sit iuris pontificii vel eparchialis, audito Superiore religioso, si monasterium el sublectum sit.

Can. 141—§ 1. Intra clausuram in virorum monasteriis ne admittantur mulieres cuiusvis aetatis, generis aut condicionis, exceptis uxoribus eorum qui supremum acto tenent populorum principatum, cum comitatu.

§ 2. Ab hac lege, gravi de causa, dispensare possunt Superiores maiores, opportunis tamen praescriptis cautelis, atque ea condicione, ut ingredientes mulieres duo saltem monachi graves comitentur.

paupertas; S. Sabba, Typicum; Syn. Liban n. Maroni Urum, a. 1736, pin IV. cap. II. jr, VU; Syn. Guiten. Maroniunun, a. can. 7, Syn. ZasxMka. Ruthenorum, a. &7 tit. XI.
J 3.—S. Basilius M., Ryrulae fus., n. 30.—Syn. Lib.inen Marositmm. a. 1736, pars IV, cap. II, jx, VII; Syn. ZamosKn. RulE-norcm, a. tic. XI.
Can. 138.—Syn. labanen. MaroruUrum. a. 173$. paa IV, cap. II. jx, XIt cap. III, xi-
(x, x·.—Syn. Libanen. Maronitarum, a. x73$, pars IV, cap III. r$.
ί ι.—S. C. C , decr. Sacra *rruicnhna Synodiu,* jo dee. 1905. n. 7.-^. Thodenii StudiU, ep. 1, $7, sermo X07, poenae monasL 6, 10, ji, 62; Syn. Litanea. Maroni Urum, a 1736, pars. II. cap. XII, x6.
i 3.—S. Theodorus StudiU, ep. I, 27.
Can. 138 J 4.—S.C, CM decr. *Sacra Trid^iitna* Syno/ut. 20 dec. 1905,0 *S* — Syn. libaram. Maronitarum, a. *173,6,* pars II. cap. XII. I&.
Con. X39.—S. Basilius M., Reculae fus., n. ai.—S. Theodora StudiU ep. II, 52, X37, sermo *Sr,* habitus debt, n. xx. Syn. Libanen. Muoniunei. K 1736, par» IV, cap. II, ax, I; Syn. AIn-Traicn. Graeco-MelrhiUrum, x 1835 can. *17.*
Can. X40.—Syn. Nicaen. II, x 787, can. 20 —Syn. Libanen. Marocitarsa. x 1736, pars. IV, cap. II, ax, X; Syn. Zamostm. Ruthenorum x X7». tiL XI.
I x—Syn. Libanen. Maronitarum, x *1736,* pars IV, cap II, I4 et 1S Syn. Zamosun. Ruthenorum, a. X720. tit. XII.
Can. 14Î.—S. Sabba, Typicum; Syn. Libanen. Maronitarum. x 1736, pan IV, cap. II, 16; Syn. Zamosten. Ruthenorum, x X720, tiL XI.
4 x.—Syn. Nicaen. II, a. 787, con. 18.—Syn. Trullan., x 691, can. 47, S. Ntcephora C. P., can. 51.—Syn. Armen., a. 19x1, 765; S. Pacboci». Rcg. 52; S. Theodoru» StudiU, ep. I, 10; Rabbula, can. x.

Can. 142—§ 1. Si monasterium sive virorum sive mulierum adnexum habeat convictum pro alumnis internis vel alia opera Religionis propria, separata saltem aedis ρατ, si fleri possit, monachorum habitationi reservetur, cbusurae legi sublecta.

f 2. Etiam in loca extra clausuram alumnis externis aut internis vel operibus monasterii propriis reservata, personae alterius sexus, nisi rationabili uc causa et de Superioris licentia, ne admittantur.

Can. 143—f 1. Intra clausuram in mulierum monasteriis nullus alterius sexus cuiusvis aetatis, generis aut condicionis admittatur, exceptis personis quae sequuntur

1.· Patriarcha cum comitatu, si monasteria, ubicumque sint, pertineant ad suum ritum; Archleplscopus autem sl monasteria sini in suo archlcplscopatu, non vero quae extra cum sunt;

2.· Hlerarcha loci aut. Superior religiosus, monasterium visitantes, vel alll Visitatores ab Ipsis delegati, dumtaxat inspectionis causa, cautoque ut unus saltem clericus vel religiosus vir gravis cos comitetur, salva facultate lUerarchae loci clausuram per sc Ingrediendi, iisdem cautelis adhibitis, etiam extra casum visitationis, quoties partes sui purtoralis officii Id requirant;

3.· Confessarius vel qui cius vices gerit, cum debitis cautelis, ad ministranda sacramenta infirmis aut ad assistendum morientibus;

4.® Qui supremum actu tenent populorum principatum eorumque coniuges cum comitatu; itemque S. R. E. Ordinales;

5.® Medici, chirurgi, aliique quorum opera sit necessaria, Antistita ingressum permittente, adhibitis debitis cautelis et impetrata prius / saltem habituali licentia ab Hlerarcha loci; si vero necessitas urgeat nec tempus suppetat licentiam petendi, hacc Iure praesumitur.

f 2. A lege clausurae de qua In § 1, in monasteriis cuiusvis condicionis iuridlcae, gravi de causa Hierarcha loci dispensare potest, servatis cautelis praescriptis in statutis; itemque, in patriarchatibus Patriarcha.

Can. 144—Etsi lex clausurae de qua in can. 143 non teneat mulieres, caveant tamen Superiores ne externae, sine gravi causa, ad commorandum in ipsa, vel per breve tempos, admittantur.

Can. 145—In monasteriis, emissa professione, ctiam minore, religiosis mulieribus non licet praeterquam ob gravem causam e domo exire quovis praetextu ct sine licentia Hierarchae loci, quae, si necessitas urgeat nec tempus suppetat licentiam petendi, iure praesumitur.

Can. 146—Monasterii monialium pars legi clausurae obnoxia ita circumsepta esse debet ut, quoad fieri potest, nullus sit in cam vel ab ea prospectus externarum personarum.

Can. 147—§ 1. Clausura monialium, cuiusvis iuridlcae condicionis, etsi earum Religio sit Superiori religioso sublecta, sub vigilantia est Hierarchae loci, qui potest delinquentes, religiosis viris exemptis non exceptis, poenis auoque ac censuris corrigere et coercere, monito de re Patriarcha, si religiosi viri ad monasterium stauropeglacum pertineant.

f 2. Etiam Superiori religioso custodia clausurae monialium commissa est, qui moniales, aut alios subditos, si quid hac in re deliquerint, poenis quoque punire potest.

Can. 148-Praescripta can. 140-147 circa clausuram in monasteriis sive monachorum sive monialium serventur quoque de clausura in domibus Ordinum sive virorum sive mulierum.

Can. 149—Ubi praescripta can. 143-145 in mulierum monasterio vel Ordine plerumque observari non possunt, professio maior emitti non potest.

Can. 156—f L In domibus quoque Congregationum, liret sint 'uris eparchialis tantum, clausura servetur, in Γ5 quam nemo alterius sexus admittatur, ' nisi ii de quibus In an. 143, aliique quos ex iuslis ac ratlonab'libus causis Superiores admitti posse consuerint.

f 2. Praescriptum can. 142 etiam domibus Congregationum applicetur.

üa. 143.—S. Niccpbcn» CP., can. 104.—S. Pacbomltxs, Rejr. 143; S. Tbeo-4 rn Stixhta, ep. I, xo; S. Sabba, Typicum; Syn. Libanen. Maronitarum. », T7& pan IV, cap. II, 16 et it , X; Syn. Zamo Ruthenorum, a. 1720. i1 XII.
I J —Syn. Trillan., a. 6$χ. can. 47.
I r, 3·.—Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars IV, cap. III, 14. U5—Syn. Trullan., a. 691, can. 41, 46.—Syn. Libanen. Maronitarum ₂. 170, ρατ IV. cap. III, xS; Syn. Zamosten. Ruthenorum, x 1720, tiL XII. Cn. 147.—Syn IJbanen. Maronitanmi, a. 1736, pars IV, cap. II. 15.

§ 3. Loci Hierarcha in adiunctis peculiaribus, gravibusque intercedentibus causis, potest hanc clausuram, nisi agatur dc Congregatione clericali exempta, censuris munire; semper autem curet ut eadem rite servetur ct quidquid in eam irrepat vitii corrigatur.

Can. 151—Omnes quibus est clausurae custodia, sedulo advigilent ne inutiP cum invisentibus collocutione disciplina perturbetur et spiritus religiosus detrimentum patiatur.

Can. 152—§ 1. Curent Superiores religiosi ut accurate observentur quae sive circa egressum subditorum e claustris, sive circa excipiendos vel adeundos extraneos, in propriis statutis praescripta sunt.

§ 2. Exceptis casibus vis maioris el salvis praescriptis can. 171-173 et probatorum statutorum quae, causa sacri ministerii sub obedientia Superiorum exercendi, aliter caveant, Superiores non possunt permittere ut subditi extra domum propriae Religionis degant, nisi gravi et iusta de causa atque ad tempus quam brevissimum secundum statuta; ad absentiam vero quae sex menses excedat, nisi causa studiorum intercedat, requiritur licentia Patriarchae, aut, extra patriarchatus, Pracslldis Confoederationis monasticae vel Supremi Moderatoris Religionis.

Can. 153—Antistitae et Hlerarchae locorum serio advigilent ne religiosae, citra casum necessitatis, singulae e domo exeant.

Can. 151—§ 1. Curent Superiores ut religiosi subditi, a se designati, praesertim in eparchia in qua degunt, cum a locorum Hierarchis vel parochis eorum ministerium requiritur ad consulendum populi necessitati vel utilitati, tum intra tum extra proprias ecclesias aut oratoria publica, illud, salva monastica observantia et religiosa disciplina, libenter praestent.

§ 2. Vicisslm locorum Hierarchae ac parochi libenter utantur opera religiosorum, praesertim in eparchia degentium, in sacro ministerio et maxime In divino verbo tradendo atque in administrando sacramento poenitentiae.

§ 3. Si Hierarchae loci iudicio, religiosorum auxilium ad catechctlcam populi Institutionem sit necessarium, superiores religiosi, etiam / exempti, ab eodem Hierarcha 106
requisiti, debent per se vel per suos subditos religiosos, sine tamen monasticae observantiae ct religiosae disciplinae detrimento, illam populo tradere, praesertim in propriis ecclesiis.

Can. 155—§ 1. Si ecclesia, apud quam resident communitas religiosa, sit simul paroecialis, nisi aliud ferat aut Sedis Apostolicae indultum aut particularis conventio in erectione paroeciae inita ct ab Episcopo legitime probata:

1.° Ad parochum spectat: *a)* Applicare divinam Liturgiam pro populo et, debito tempore, praedicare ac Christianam doctrinam fideles edocere; *b)* Custodire libros paroeclales ct ex iis attestationes extrahere: *c)* Functiones paroccialcs peragere; *d)* Alias functiones non stricte parocciales peragere quae in paroeciis fieri solent, modo ne impediatur divini officii celebratio, nec communitas religiosa easdem functiones peragat: *e)* Eleemosynas In bonum paroecianorum colligere, easdem directe vel indirecte oblatas recipere, administrare et secundum offerentium voluntatem distribuere.

2.® Ad communitatem religiosam spectat: *a)* Custodire divinam Eucharistiam; sed altera tabernaculi scu columbae clavis apud parochum servari debet; *b)* Invigilare ut in functionibus a parocho in ecclesia peragendis leges llturgicae observentur, *c)* Ecclesiae curam habere eiusque bona administrare cum piis legatis.

§ 2. Advigilent Superiores ne divinorum officiorum in propriis ecclesiis celebratio catecheticae instructioni aut Evangelii explanationi in ecclesia parocciali tradendae damnum afferat: iudicium autem utrum detrimentum afferat necne, ad loci Hicrarcham pertinet.

Can. x51—Syn. Nicaen. II, x 737. con. 22.—S. lUsilit» M.. Rrjulor fnv, n. 32 rt 33.—S. Pacbomra, Rrg 57. Syn. Zamwten. Rulbmonxxa, a. tyio. tit. XII; Rabbula, can. 12.
Can. XJ2.—Svn. Trullan.. x 6ɳx. can. 46; S. Bouhus M . Regular fu<^ n. 32.—S. Pacbomius, Reg. 53. M. 5&*. Syn. Ain-Traxen. Grarco-Mrkhx-Urum. a. 1S35. can. 14; Rabbala, can. 13, 14-
I x,—Syn. Nicaen. IL x 787, can. 22.—Syn. Tralan., x 691, ran. 41 et 42; S. Basibus M., Regulae fu n. 33 et 44.—Syn. Zaxncstm. Kutbraoruat. a. 1720, tiL XII; Rabbula, can. a et 12.
§ x—S. Q de Prop. Fide, decr. ao au< 1853. t
Can. 153.—Syn. Trullan., x 691. can. 46; S. EUsibu M, Recolac tw.. n. 44.—S. Pacbomius, Reg. 56; Syn. IaVanea_ MAroniturum, x I7J*» IV, cap. III, 18.
Can. 154.—Syn. CbaktdoDcn., a. 451. caa. 4; S G dc Prcp Fide, decr 25 apr. 1850, n. 3.

Can. 156—In ecclesia quarumvis religiosarum paroecia erigi nequit.

Can. 157—f I. In singulis monasteriis sive virorum sive mulierum ubi tot sint monachi quot requiruntur ad divinum offidum iuxta proprium ritum persolvendum actu non Impediti, quotidie divinum officium communiter celebrari debet, secundum statuta vel legitimas consuetudines.

f 2. Praescriptum § 1 servandum est In Ordine ct in Congregatione sive virorum sive mulierum, iis exceptis quibus, ad normam statutorum, non est obligatio celebrandi divini officii.

5 3. In Religionibus de quibus In 1, 2, professi qui
107 celebrationi / didni officii non adfuerunt non debent horas canonicas privatlm persolvere, nisi ct quatenus propria statuta vel legitimae consuetudines id ferant.

f 4. Divina Llturgia quotidie, nisi leges llturgicae aliud ferant, celebrari debet In domibus religiosis virorum, et etiam, quoad fleri possit, ln domibus religiosis mulierum

Can. 158—Omnes religiosi, sive viri sivi mulieres, libere possunt mittere litteras, nulli obnoxias Inspectioni, ad Sedem Apostolicam et ad Romani Pontificis in natione Legatum, ad Patriarcham, ad Archicpiscopum, ad proprios Superiores maiores, ad Superiorem domus forte absentem, et si agatur de religiosis mulieribus quae sub religiosorum iurisdlctlone sunt, etiam ad eorum Superiores maiores; et ab istis omnibus praedicti religiosi, viri aut mulieres, litteras, item nemini inspiciendas, recipere.

Can. 159—$ 1. SI loci Hierarcha ob causam publicam, preces aliquas vel sacra sollemnia indicat, religiosi omnes, etiam exempti, obedire debent, salvis statutis et privilegiis suae cuiusque Religionis.

f 2. Optandum ut ln divinis Liturgiis quae, fidelibus aditantibus, diebus festis de praecepto In omnibus ecclesiis vel oratoriis publicis religiosorum celebrantur, brevis Sancti Evangelll aut alicuius articuli doctrinae Christianae explanatio flat; quod si loci Hierarcha id praeceperit, opportunis datis instructionibus, hac lege tenentur etiam religiosi, exempti quoque, In suis Ipsorum ecclesiis.

Art. II. *De privilegii*

Can. 160—5 1. Quaelibet Religio iis tantum privilegiis gaudet, quae vel generali lege Religionibus competunt, vel a Sede Apostolica directe eidem concessa fuerint, exclusa In posterum qualibet communicatione, firmis tamen privilegiis a Religionibus ante huius luris communis pro religiosis promulgationem per communicationem legitime acquisitis et pacifice possessis.

§ 2. Privilegia quibus gaudent monachi competunt quoque monialinus quae iisdem statutis reguntur, quatenus eorum sint capaces; eodem modo, privilegia Ordinis viro-
108 rum extenduntur ad religiosas eiusdem Ordinis. /

Can. 161—Religiosi, etsi non clerici, ac novitil fruuntur clericorum privilegiis iure communi statutis.

Can. 162—Monasteria et clericales Congregationes exemptionis privilegio ab HIerarchae loci iurisdlctlone non gaudent, nisi specialiter Iisdem fuerit concessum.

Can. 163—5 1. In Ordinibus, religiosi ct novitil, sive viri sive mulieres, cum eorum domibus ct ecclesiis, exceptis monlalibus Ordinis Superiori religioso non sublectis, ab HIerarchae loci iurisdlctlone exempti sunt, praeterauam In casibus a iure expressis; in patriarchal Ibus autem iidem Patriarchae immediate subliduntur, nisi agatur de Ordine qui exemptione pontificia fruatur.

5 2. Confoederatio vel monasterium, quae a Sede Apostolica privilegium exemptionis obtinuerint. Ordinibus exemptis ad nonnam 5 1 in omnibus acqulparanlur.

Can. 161—§ 1. Monasteria stauropcglaca a iorhdie» tionc HIerarchae loci ad normam canonum eximuntur, d Jurisdictioni Patriarchae Immediate et exclusive ιὼϊ ciuntur

§ 2. 1.· Patriarcha potest in actu fundationis, gmi de causa atque de consensu Synodi permanentis, certi» monasterio, non autem domui Ordinis vel Congregitiixj.i, privilegium stnuropegii concedere;

2.® Nisi aliud in decreto Patriarchae statuatur, bx privilegium afficit tantum monasterium, personas eldea adscrlptas, et familiares qui <llu noctuquc ln domo degusi. firmo praescripto n. 3;

3.· Personae quaevis quae ad monasterium itanre· pegiacum non pertineant, tempore quo eidem sunt ad dictae, a lurisdictione loci HIerarchae eximuntur et uni Patriarchae subliduntur in ils omnibus quae ad man munus seu officium aut monasterii disciplinam specUct.

Can. 165—§ 1. Hellgiosl exempti, qui extra domea Illegitime degant, etiam sub praetextu accedendi ad Superiores, exemptionis vel stnuropegii privilegio non pudent;

$ 2. Si extra domum delictum commiserint nec a proprio Superiore, a loci Hierarcha praemonito, puniantur, ab hoc puniri possunt, etsi c domo legitime exierint et domum reversi fuerint.

J 3. Si rellg'osi de quibus In fi 1, 2, ad monasteriola stauropegiacum vel ad Ordinem Patriarchae sublectam pertineant, Hierarcha loci Patriarcham stallm certiorem faciat. *I* »

Can. 166—§ 1. Si in religiosorum exemplorum domibus eorumvc ecclesiis abusus irrepserint, et Superior, a loci Hierarcha monitus, prospicere neglexerit, idem Hierarcha locio bligationc tenetur rem statim deferendi ad Sedem Apostolicam vel, in patriarchatlbus, ad Palrlarehim. si monasterium sit stauropegiacum vel domus aut ecclesia sit Ordinis Patriarchae sublecti.

5 2. Domus autem exempta non formata manet sub peculiari vigilantia HIerarchae loci, qui, si abusus irrepserint et fidelibus scandalo fuerint, ipse per se potesl interim providere.

Can. 167—§ 1. In Religionibus luris pontificii exemptione pontificia non fruentibus, nec Patriarcha nec Hienrcha loci potest statuta ullatenus Immutare aut de re oeconomica cognoscere, salvo praescripto can. 65-67.

J 2. Neque licet iis in iisdem Religionibus sese ingertr? In regimen internum ac disciplinam, exceptis casibus in Iure expressis; nihilominus:

1.· In mulierum monasterio vel Ordine et in Congregatione laicali Hierarcha loci potest ac debet inquirere, num disciplina ad statutorum normam vigeat, num quid sana doctrina morumve probitas detrimenti ceperit, num contra clausuram peccatum sit, num sacramenta aeque stataque frequentia suscipiantur, et si Superiores de puvibus forte abusibus admoniti opportune non providerint, ipse per se consulat; si qua tamen maioris momenti occurrant, quae moram non patiantur, decernat statira: decretum vero ad Apostolicam Sedem referat;

2.° In virorum monasteriis luris pontificii et in Congregatione clericali iuris pontificii, si abusus irrepserint d Superior, ab Hierarcha loci monitus, prospicere neglexerit, interim idem Hierarcha providere potest, sl abusus fidelibus gravi scandalo fuerint. Quodsi agatur de domo formata, certiorem de re faciat Sedem Apostolicam.

Can. 168—Hierarcha loci ln Ordinibus et in Congreationibus luris patrlarchalis iisdem iuribus potitur e! obligationibus tenetur quibus potitur vel tenetur erga Ordinem vel Congregationem luris pontificii exemptione pontificii non fruentes ad nonnam can. 167.

Can. 169—In omnibus In quibus religiosi subsunt HIerarchae loci, possunt ab eodem etiam poenis coerceri. / b

Can. 170—Per indultum ab Hierarcha loci legitime concessum, obligatio legis communis ce-ssat etiam pro religiosis

Can. 157.—S. Pachomhn, Re<. 9, n. 141; S. Theok-ni Stndiu. sermo 99; poenae xnonasL 1; Syn. Leopolien. Ruthenonnn, a. xSgx, tat. IV. cap. III. 3;

η. x$ «l 37.—Syn. Libanea. Maronitanna, a. 1736. pan IV, cap. II. 7; ar, XII. cap. Ill, t$.

Can xyj.—Syn. Libanen. Maronitanxm, a. 1736, pan IV, cap. II, 8.
I a.—S. C de Prop. Fide, dccr. 13 apr. 1807, n- XVIII.—Syn. Leopo-Ben. Rnllxaxcxn, a. 1891, tiL L cap. VH. 4-
Can j6t·—S. Theodora Stodita, ep. II, 164; Syn Sciarfen. Syrorum, a. îîM, cap. VI. art. 1,1, 4.—C 1. 3. 5» (5»X Nov· 79· » ĕpiR
Can. J61 —Syn. îihanm. Maronitarum, a. 1736, pars IV, cap. II, 3; Syn. L^opoben. Rsthraonnn. a. 1891, tit- X, 3.
Can. 163.—Syn. Zaraosten. Rutbenoruxn, «- x‘‘so. tiL VI.
Can. 164 I J.—Syn. Libanen. Maxonltwnn, a. I73A, pan III. cap VI, L, χβ par». IV, cap. II, 1.

Can. 164 I 2.—Syn Libanen. Maroniurum, a. 1736, pan IV, cap. II, 1
f 2, x.·.—Syn. Armen., a. xgxx, 197; Syn. libanen. MvcsJtirs. a- «736, ĕar III, cap. VI, 3, 16; ĕar IV, cap. II, 2.
I 2, 3.·.—Syn. Libanen. Mamnitarum, a. 1736, pan IV, cap. II; Sjx Armen, a. χφχχ, xgy.
Can. X65.—Syn. Araxn., a. 191 1, 767.
5 x.—Syn. Libanen. Maronitarum. a- 1736, pan IV, cap. II, to, Sey Zanxxten. Ruthenorum. a. 1720, tiL XL
I a.—Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pan IV, cap. II, 9.
Can. 166.—Syn. Liban-n. Maronitarum, a. x'36, pan IV, cap. II, ‹-
Can. 167) 3.—Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pan IV, cap. II. IS

omnibus In eparchin commorantibus, salvis votis ct statutis propriis cuiusvis Religionis.

Can. 171—I 1. Stipem habltunllter petere prohibentur: L· Sine peculiari licentia Sedis Apostolicae, sodales Religionis luris pontificii, (inno n. 2; 2.° Sine licentia Patriarchae scripto data, sodales monasterii stauropeglaci et Religionis iuris pontificii exemptione pontificia non fruentis vel luris patriarchalls: 3.· Sine licentia scripta HIerarchae loci In quo sita est eorum domus, sodales Religionis iuris cpirchlalls; 4.· Sine licentia Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, si stips cogenda est extra regiones orientales, ad normam can. 210 § 3.

I 2. Sodales Religionum de quibus In § 1 indigent praeterea licentia scripta HIerarchae loci in auo eleemosynas colligere cupiunt, nlsl aliter in Ipsa concessione licentiae, a Sede Apostolica vel, quod attinet ad sodales de quibus in 11, n. 2, a Patriarcha cautum fuerit, firmo praescripto § 5

I 3. Ad stipem petendam, ob causam transeuntem, sodales Religionis cuiusvis condicionis Juridicae, obtinere scripto debent tantum licentiam HIerarchae loci ln quo eleemosynas colligere cupiunt.

} 4. Patriarchae el HIerarchae Jocorum licentiam quaeritandae stipis, de qua in 1-3, ne concedant, nisi sibi constet de vera domus vel pii operis necessitate, cui alio modo occurri nequeat; quod sl necessitati provideri possit stipe quaerenda intra locum vel eparchiam in qua religiosi commorantur, ampliorem licentiam ne largiantur.

J5. Ad cogendam stipem In eparchia latini ritus rcritur licentia Hicrarchae eiusdem eparchiac.

Can. 172—Non licet Superioribus stipem colligendam committere, nisi professis aetate animoque maturis, praesertim si de mulieribus agatur, nunquam autem iis qui in studia adhuc incumbunt.

Can. 173—Quod vero attinet ad modum ln quaeritanda stipe servandum et ad disciplinam a quaestuantlbus custodiendam, religiosi utriusque sexus stare debent in-
111 structionibus a Sede Apostolica hac dc re datis. /

Can. 174—§ 1. Superiores monachorum quorum ritus vel Typica praescribunt ut ipsi benedictionem recipiant, debent intra tres menses ab electione benedictionem recipere ad nonnam luris particularis, a Patriarcha vel ab Episcopo eparchiae in qua monasterium situm est vel etiam, si ita ferant praescripta lllurgica, ab alio ministro.

J 2. Superior monasterii sui iuris potest conferre ordines minores dummodo promovendus sit ipsi subditus vi professionis saltem minoris, ipse vero sit presbyter et benedictionem, si eam ad normam 5 1 recipere debet, legitime receperit. Extra hos fines ordinatio ab eodem collataest Irrita, nisi ordinans charactere episcopali polleat.

Art. III. *De obligationibus et privilegiis religiosi ad ttdeslaslkam dignitatem promoti i>el paroeciam regentis*

Can. 175—§ 1. Religiosus nequit, sine licentia a legitima auctoritate concessa, ad dignitates, officia aut beneficia promoveri, quae cum statu religioso componi non possint

I 2. Legitime ab aliquo collegio electus, nequit electioni mentiri sine licentia Superioris^

f 3. Ad officia autem et beneficia synodalia, religiosus, In patriarchatibus, a Synodo electionum promoveri potest; quo In casu, ad consensum in electionem dc se factam praestandum, non indiget licentia de qua in § 2.

Can. 176—§ 1. Religiosus, renuntiatus Cardinalis, Patriarcha aut Episcopus, sive residentialis sive titulans, manet religiosus absque tamen voce activa et passiva, particeps privilegiorum suae Religionis, votis cetcrisque inae professionis obligationibus adscrlptus. exceptis lis quae cum sua dignitate ipse prudenter iudicct componi non posse, salvo praescripto can. 177.

Can. 171.—Syn. Libanen. MaroniUnun, a. 1736, para I, cap. 11, ***ur.*** Rn D.cap. VII, ***r,*** pm III, cap. IV, ıó pars IV, cap. II, 8.

Can. 174.—Syn. N'icaen. II, a. 787, can. 14.—S. Niccpbonu CP., can. 35.—Syn. Lihinm. Maroni Urum. a. 1736, pars III, cap. Ill, 4, V; pars IV, cap. Il, 4; Syn. Sciarf-n. Syrorum, x xMB, cap. IX, art. V, 2.

I 2.—Syn. Nicacn. П, a. 7B7, can. 14.—S. Nlcrpborui CP., can. 25. Or ***d jeMUfils rriigioti...***—Syn. Lybanen. Maronitarum, 11716, pan IV, cap. II, 21, XVIII.

Cxx 17$.—Benedktm XIII, litL ap. ***Cum sicut,*** 16 dec. 1728. η- 1-2.—Syx Arxzx, a. 1911, 771 ct 772; S. Theodorus Studlta, senno tax; Syn. prov. A&dclka. ct Fazaratien. Rumcnorutn, a. 187a, tit. VIII, cap. II.

J x.—Gexnens VIII, in»tr. Sanditrimnf, 31 aug. 1593, 5 & «.Vwmçwai'i paafin.—Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, par» IV, cap. II, 7.

I 2.—-Bczdktui XIII, litL ap. ***Cum sicut,*** 16 dec. 172S.

Cm. 176.—Syn. Conttantinopolln. IV, a. 860. ran. 27.

§ 2. Eximitur tamen a potestate Superiorum ct, vi voti obedientiae, uni Romano Pontifici manet obnoxius.

Can. 177—Religiosus ad dignitatem cardInalitiam, patriarchalein, episcopalem vel aliam extra propriam Religionem evectus:

1.° Si per professionem capacitatem acquirendi dominii bonorum amiserit, bonorum quae ipsi obveniunt, habet usum, usumfructum et administrationem: proprietatem vero Patriarcha, Episcopus residentialIs, Exarchus acquirit patriarchatul, eparchiae, exarchlae; ceteri, / monastcrio vel Ordini, ad normam can. 119, salvo S. R. E. Cardinalium privilegio; 112

2.® Si per professionem dominium bonorum non amiserit, bonorum quae habebat, recuperat usum, usumfructum et administrationem; quae postea ipsi obveniant, sibi plene acquirit;

3.· In utroque autem casu de bonis, quae ipsi obveniunt non intuitu personae, debet disponere secundum offerentium voluntatem.

Can. 178—§ 1. Dimisso cardinalatu. patriarchatu, episcopatu, vel expleto officio seu munere extra Religionem sibi a Sede Apostolica commisso, religiosus ad Religionem redire debet.

§ 2. Potest tamen religiosus qui cardinalatum, patriarchatum vel episcopatum dimiserit quamlibet suae Religionis domum eligere in qua degat; sed caret voce activa et passiva.

§ 3. Religio obligatione tenetur suppeditandi religiosis de quibus In § 1 necessaria ad vitam modo suae dignitati convenienti agendam.

Can. 179—§ 1. Religiosus qui paroeciam regit manet adstrlctus observatione votorum et statutorum, quatenus haec observatio potest cum sui officii obligationibus consistere.

§ 2. Quare, in iis quae ad monasticam observantiam et religiosam disciplinam attinent, idem religiosus subesi Superiori, culus est, non autem Hierarchae loci, in rationem se gerendi inquirere eumque, sl casus ferat, corrigere.

5 3. Bona quae Ipsi obveniunt intuitu paroeciae cui praeficitur, ipsi paroeciae acquirit; cetera acquirit eadem ratione qua alii religiosi.

§ 4. Non obstante voto paupertatis eidem licet eleemosynas in commodum paroeciae seu scholarum catholicarum ct locorum piorum paroeciae coniunctorum aut In bonum paroecianorum scu operum paroeclallum, quovis modo oblatas accipere aut colligere, ct acceptas sive collectas administrare, itemque, servata offerentium voluntate, pro prudenti suo arbitrio, erogare, salva semper vigilantia sui Superioris. Sed eleemosynas pro ecclesia paroeclali aedificanda, conservanda, instauranda, exornanda vel pro divino cultu in ipsa exercendo, accipere, apud se retinere, colligere aut administrare pertinet ad Superiores, si ecclesia sit communitatis religiosae, h. e. si communitas sibi vindicet ecclesiae proprietatem aut usum in perpetuum vel saltem ad tempus Indefinitum; secus, servetur praescriptum can. 264.

Can. 180—$ 1. Idem parochus religiosus, licet ministerium exerceat in domo seu loco ubi maiores Superiores religiosi ordinariam sedem habent, subest Immediate ct in omnibus iurisdictioni, visitationi et correctioni / Hierar- 113
chae loci, non secus ac parochi saeculares, monastica observantia et religiosa disciplina unice excepta.

§ 2. Hierarcha loci, ubi eum suo officio defecisse compererit, opportuna decreta condere ac meritas in eum poenas statuere potest. Haec autem Hicrarchae potestas non excludit eandem Superioris potestatem, sed cum ea cumulatur, ita tamen ut. si aliter a Superiore, aliter ab Hierarcha forte decernatur, decretum Hierarchae praevalere debeat.

Can. 181—§ 1. Religiosis officia, etiam cum cura animarum, extra domum suae Religionis, committi non possunt nisi ad tempus.

Can. x77.—Syn. Armen. x 1911, 9x8. 4. S. Sibta, Typicum.

x.·.—S. C de Prop. Fide. 3 iuL tbji, n. 17 -^yn Libanen Miniatarum. x 1736, pars III, eap. IV, 27, IU.

Can. X79.—Benedictu XIV, litL ap. ***Sufcr*** ***yj*** mart. 1736. n ;

5 3.—Syn. Armen., x 19x1. 778, 91$, 3·.

j 4.—Syn. Armen., a. 19XX, 778.

Can. 180 —Benedictus XIV, lilt. ap. ***familiam,*** jo 1736, f 7 – Syn. Annen.. x 19x1, 77J et 774·

Can. xSx.—Syn. Annen.. x 1911,771; Syn. Libanen, Maroeutarnn. x I7>\ pars IV, cap. II. ***r.*** Syn. prov. AIKi-Iubcn, rt Faxaruxn. a. 1872. tit. VIII, cap. II.

‹ x.—Bcnexhctxxi XIV, lilt, ap Super 30 mart 1756, 1 7.—Syn. Gosten. Maronitarum, x 176». can 1.

Iidem religiosi debent tempore a synaxl generali statuto domum a Superiore designandam in qua vigeat monastica observantia et religiosa disciplina petere, in eaque saltem per trimestre tempus permanere;

2. Religiosi paroeciam regentes in locis a domo suae Religionis dissitis socium, necessitatis casu excepto, eiusdem Religionis secum habeant.

CAPUT VI—De transitu ad alum Reugionem

Can. 182—§ L Religiosus nequit ad ollam Religionem valide transire sine licentia Apostolicae Sedis, nisi agatur de transitu qui flat e monasterio sui iuris ad aliud eiusdem Confoederationi , quo in casu satis est auctoritas Praesldls, salvo praescripto 2. 3.

§ 2. In patriarchalibus, religiosus transire potest a monasterio sui luris ad aliud monasterium sui luris, ab Ordine vel Congregatione ad alium Ordinem vel aliam Congregationem, consentiente utriusque monasterii Superiore val utriusque Religionis supremo Moderatore el obtenta licentia Patriarchae.

J 3. Religiosus transire potest a luris cparchialis monasterio vel Congregatione ad aliud monasterium vel ad aliam Congregationem luris cparchialis cum licentia Hierarchae loci ubi est monasterium a quo vel domus a qua fit transitus, audito Superiore Religionis a qua fit transitus et consentiente Superiore monasterii vel domos ad quam fit transitus.

Can. 183—f L 1.· Transiens ad aliam Religionem novitiatum peragere debet, firmo praescripto § 2; novitlatu autem durante, manentibus volis, lura el obligationes particulares, quas In Religione derelicta habuit, suspensae manent, et ?pse obligatione tenetur Superioribus novae Religionis et ipsi novitiorum Magistro parendi etiam
114 ratione voti obedlentlae; /

2.· Si in Religione ad quam transit, professionem non edat, ad pristinam Religionem redire debet, nisi interim votorum tempus exspiraverit.

§ 2. 1.® Transiens ad aliud monasterium sui iuris eiusdem Confoederationis nec novitiatum peragit nec novam emittit professionem;

2.® Transiens a monasterio sui iuris ad aliud monasterium sui iuris, ad nullum vel ad diversam Confoederationem pertinens, senet praescripta Typici monasterii ad quod fit transitus quod attinet ad obligationem peragendi novitiatum et emittendi professionem. Quodsl in Typico de re non caveatur, ncc novitiatum peragit nec novam professionem emittit; Superior vero monasterii ab eo exigere potest, ut aliquod tempus, non ultra semestre, experimenti causa, in monasterio transigat; quod tempus, sl eo transacto dubium supersit an adscrlbi possit, idem Superior potest prorogare non tamen ultra alios sex menses. Transacto experimenti tempore, transiens aut ad pristinum monasterium redeat aut, cum suffragio deliberativo consilii seu synaxis, stabiliter novo monasterio adseribatur.

Can. 184—Religiosus adstrictus quavis perpetua professione si transierit ad aliam Religionem votorum perpetuo^ rum, post novitiatum, praetermissa professione temporaria de qua In can. 110, vel admittatur ad professionem perpetuam vel ad pristinam redeat Religionem: lus tamen est Superiori eum probandi diutius, sed non ultra annum ab expleto novitiatu.

Can. 185—Transeuntes ad aliud monasterium sui iuris eiusdem Confoederationis, a die transitus, ad aliam vero Religionem, ab edita nova professione vel a die adseriptionis de qua in can. 183, § 2, n. 2:

1.® Amittunt lura et solvuntur ab obligationibus prioris monasterii vel Religionis et alterius lura el officia suscipiunt;

2.® Monasterium vel Religio, a qua discedit religiosus, bona servat, quae ipsius religiosi ratione iam ei quaesito fuerunt; quod spectat ad dolem eiusve fructus ct alia bona personalia, sl qua habeat religiosus, servetur praescriptum con. 83, § 2.

Can. 186—Vis professionis maioris in eo qui legitime secundum superiores canones minorem professionem Ia Congregatione religiosa emittit, eo ipso exlinguitor, tdji aliud In apostolico induito expresse caveatur. / IU

CAPUT VII—Dk egiiessu e Religione

Can. 187—Professus votorum temporariorum, expleto votorum tempore, libere potest Religionem deserere; pariter Religio, ob lustas ac rationabiles causas, eundem potest a renovandis votis temporariis vel ab emittenda professione perpetua excludere, non tamen ratione Infirmitatis, nisi errto probetur eam ante professionem dolvw fuisse silentio praeteritam aut dissimulatam.

Can. 188—§ 1. 1.® Indultum exclaustrationls concedit Sedes Apostolica;

2.® Idem indultum concedit, in patriarchalibus, Patriarcha religiosis ad Religionem exemptione pontifias /ruentem non perlinentibus, firmo praescripto | 2.

9 2. In Religione iuris cparchialis indultum exciasstrutionis concedit etiam Hierarcha loci ubi est domus cui adseriptus est religiosus.

Can. 189—Qui indultum exclaustrationls ad norman can. 188 impetravit, votis ceterisque suae professionis obligationibus, quae cum suo statu componi possunt, manet obstrictus; exteriorem tamen habitus Religionis fornum debet deponere; perdurante tempore induit! caret vocr activa et pastva, sed gaudet privilegiis mere spiritualibus suae Religionis, et Hierarchae territorii ubi commoratur, loco Superiorum propriae Religionis, subditur etiam ratione voti obedientiae.

Can. 190—§ 1. Indultum saecularlzulionis concedit Sedes Apostolica. firma § 2.

§ 2. Idem indultum, dummodo agatur de religiosis professione minore adstrlctis, concedere potest: L® Patriarcha, in patriarchatibus, religiosis cuiusvis condidonis luridicae, firmo praescripto n. 2; 2.® Hierarcha loci ubi est domus cui adseriptus est religiosus, si religiosus per lineat ad Religionem iuris eparchlalis.

Can. 191—§ 1. Qui, impetrato saecularizationis induito, Religionem relinquit: 1.® A sua Religione separatur, habitas eiusdem exteriorem formam debet deponere, et saecularibus assimilatur, 2.® A votis liberatus manet, firmis oneribus subdiaconalui vel ordini maiori adnexis, si ordine auctus fuerit; nec stalutis Religionis adstringitur. / 11«

J 2. Si ex induito In Religionem rursus recipiatur, novitiatum ac professionem instaurat, et locum inter professos obtinet a die novae professionis.

Can. 192—§ 1. Religiosus in ordinibus infra subdiaconatum constitutus ct suae Religioni qua clericus adscriptus, si Religionem relinquat, nisi ab aliquo Hierarcha benevolo receptore propriae eparchiae adseribatur, Ipso iure c statu clericali decidit.

5 2. Sl religiosus in subdiaconalu vel in maiore ordine constitutus propriam eparchiam non amiserit, debet, non renovatis volis, vel obtento saecularizationis indultu, ad propriam redire eparchiam et a proprio Hierarcha recipi; si amiserit, nequit extra Religionem subdiaconatum vel maiores ordines exercere, donec Hierarcham loci bencvolon receptorem invenerit aut Sedes Apostolica aliter providerit.

§ 3. Hierarcha religiosum recipere potest sive absolute, sive experimenti causa ad triennium; in priore casu, religiosus eo ipso est eparchiae adseriptus; in altero, Hierarchs potest probationis tempus prorogare. Si, exacto triennio probationis, tempus expresse non prorogaverit, religiosus censetur dimissus. Prorogatio fieri nequit ultra aliud triennium; quo etiam transacto, religiosus, nisi antea expresse dimissus fuerit. Ipso facto eparchiae adseriptus manet.

Can. 193—§ 1. Professus ad saeculum regressus, licet valeat ad normam can. 192, §§ 2, 3, subdiaconatum vel maiores ordines exercere, prohibetur tamen: 1.® Quolibet beneficio in ecclesiis cathedra!ibus; 2.° Quolibet magisterio ct officio in seminariis maioribus el minoribus seu collegiis in quibus clerici educantur, itemque in Universitatibus et Institutis, quae privilegio apostolico gaudent conferendi gradus academicos; 3.® Quolibet officio vel munere in curia patriarchal! vel episcopali ct in religiosis domibus sive virorum sive mallorum, etiamsi Religio sit Juris eparchlalis: ④ Titulo praclatilio honoris causa.

§ 2. Praescriptum § 1 valet quoque dc Iis qui vota temporaria, vel iuramentum perseverantiae, vel peculiares quasdam promissiones ad normam suorum statutorum ediderant et ab iisdem dispensati fuerunt, si per sex integros annos iisdem iigall fuerint.

ÙQ. ıβθ.—S. C. S. Oft. (Novue Aureliae), a xByO.

Cas. iSj.—Syn. Sz_J*n. 11, *. 7S7, cah. 1:.—S. Baiiliss M.. Renube fus., n jA—S. Thzotfcrus StudjU, <φ. Il, μı, «nuo *12.* qO; Syn. Serpi pJtnsrr.hM, U sept. 1596, cm *ttr,* Syn. Ubmen. MaroniLiran, a. 1736. jun IV, cap. II. ıo ti. V rt *21,* Vit; cap. Ill, à.

I i —Honorixn ill. ep *num,* 35 ocL ia:6 (19 i*n xxxBK Can. tSp—S. Athuuuu* Atbcoiu, hypotypo»iv Dr pnma *probaiwn/.* Lan. tfj.—Syn Lihmrn. MaronHaran. a. 17516, pan IV, cap. 11, 11. XVI.

J 3. Patriarcha, gravi ex causa ct obtento Synodi permanentis consensu, a praescripto $ 1, nn. 2, 3 dispensure potest professos ad sacculum regressos e Religione cuiusvis condicionis iuridicac.

Can. 191—f 1. Qui c Religione, expleto votorum temporariorum tempore aut obtento saecularizationis Induito, egrediantur vel ex eadem fuerint dimissi, nihil possunt repetere ob quamlibet operam Religioni praeli' ilitam. /

I 2. Sl lumen religiosa sine dote recepta fuerit nec ex propriis bonis siblmel providere valeat, Religio ex caritate eidem dare debet ea quae requiruntur ut modo tuto ac convenienti domum redeat, uc providere ut, naturali aequitate servata, per aliauod tempus, mutuo consensu vel, in casu dissensus, ab Hierarcha loci determinandum, honeste vivere possit.

Can. 195—J 1. Apostata a Religione dicitur professus votorum perpetuorum qui c domo religiosa illegitime egreditur cum animo non redeundi, vel qui, etsi legitime egressus, eo animo ut religiosae obcdlcntiac sese subtrahat, non redit.

f 2. Malitiosus animus, de quo in § 1, iure praesumitur, $l religiosus intra mensem nec reversus fuerit nec Superiori mimum redeundi manifestaverit.

| 3. Fugitivus est qui, sine Superiorum licentia, domum rtugiosam deserit cum animo ad Religionem redeundi.

Can. 196—§ 1. Apostata et fugitivus ab obligatione statutorum et votorum minime solvuntur ct debent sine raora ad Religionem redire.

| 2. Superiores debent eos sollicite requirere, et ipsos, il vera poenitentia acti redeant, suscipere; reditum vero religiosae professione maiore adstrictae apostatae vel fugitivae caule curet loci Hierarcha, et si ipsa ad domum religiosam pertineat Superiori religioso sublectam, etiam hic Superior.

CAPUT VIII—De dimissione religiosorum

Can. 197—§ 1. Ipso facto habendus est tanquam legitime dimissus religiosus: 1.® Qui publice apostasiam, haereiim, schisma professus fuerit; 2.° Qui cum persona alterius sexus fugam arripuerit, etsi non simul in eundem locum sc contulerint; 3.® Qui attentaverit aut contraxerit matrimonium aut etiam vinculum, ut aiunt, civile.

f 2. In his casibus sufficit ut Superior maior cum suo consilio ad normam statutorum emittat declarationem foeti; curet autem Superior probationes facti collectas in domus tabulario asservare.

Can. 198—§ 1. 1.® In casu gravi scandali exterioris vel gravissimi damni communitati imminentis, religiosus itatim potest a Superiore maiore cum consensu sui consilii IU vel etiam, sl periculum sit in mora et tempus non / adsit adeundi Superiorem maiorem, a Superiore locali cum consensu sui consilii, ad saeculum remitti, habitu religioso llllco deposito;

2.® Ad saeculum remissio de qua In n. 1.®, si agatur de religioso votorum temporariorum, obtinet effectus qui dimissioni tribuuntur In can. 200; et contra eam datur recursus cum effectu suspensivo ad normam can. 199, I 3, n. 4.

! 2. 1.® Si agatur de religioso votorum perpetuorum in Congregatione clericali non exempta vel laical) aut de religiosa votorum perpetuorum in monasterio vel in Ordine, et dimissio fiat a Superiore locali ad normam § 1, n. 1, h!c Idem Indiget praeterea consensu Hierarchae loci;

2.· Remissione religiosi ad saeculum facta, Superior maior aut, si Intervenit ad normam n. 1, Hierarcha loci rem Sedis Apostolicae iudiclo sine mora sublidat.

f 3. Sl agatur dc religioso votorum perpetuorum In virorum monasterio cuiusvis condicionis iuridicae vel Ordine aut in Congregatione clericali exempta, remissione religiosi ad normam § 1, n. 1 ad saeculum peracta, statim processas, si nondum fuerit institutus, instituatur ad noroim can. 206-219.

Co. 195—S. Basilios M.. Regulae fas., n. 36.—Syn. Libanen. Maroaita® a. X7j6, pan IV, cap. II, xx.
11.—S. Baubus M., ReruUe n. 14.—S. Theodorus Studita, ep. I,

j 3.—S. Tbjcdoms StudiU. rp. I, 14. ₹?, ep. II, 164.
Caa. 196—S. Theodorus StudiU, ep. I, 14. ep. II, 164: Syn. Libanen. JLr-sjUraa, a 1736, ραπ IV, eap. II, *12,* II; cap. III. *21.*
J 2—5. Tbeod/xus Studiu, ep. 1,3. 9, 19-
fili&wrvm.—Syn. Anncn., a. X91X, 768.
ùx 197.—Syu. Libanen. Maroniurum. a. X736. P^rs IV, cap. II, xx

Art. I. *De dimissione, religiosorum qui vota temporaria in quavis Religione nuncuparunt*

Can. 199—} 1. Virum religiosum, professione ad tempus adstrictum, dimittere potest:

1.® In monasterio sol Iuris, Superior monasterii de consensu sui consilii per secreta suffragia manifestato; 2.® In Ordine vel Congregatione iuris pontificii vel patriarchalis, supremus Moderator de consensu sui consilii per secreta suffragia manifestato; 3.® In Congregatione autem Iuris eparchialis, Hierarcha loci in guo religiosa domus sita est, qui tamen iure suo ne utatur Moderatoribus insciis vel iuste dissentientibus.

§ 2. Religiosam professione temporaria adstrictam dimittere potest:

1.® In monasterio vel Ordine iuris pontificii et in Ordine iuris patriarchalis, Hierarcha loci, aut, si monasterii Antistita cum suo consilio fidem de causis scripto fecerit;

2.® In monasterio stauropegiaco, Patriarcha, postquam monasterii .Antistita cum suo consilio fidem de causis scripto fecerit;

3.® In Congregatione iuris pontificii vel patriarchalis, suprema Moderatrix de consensu sui consilii per secreta suffragia manifestato;

4.® In monasterio vel Congregatione Iuris eparchialis, Hierarcha / loci ubi est domus cui religiosa adscripta est, 119
qui tamen iure suo ne utatur Moderatoribus insciis vel iuste dissentientibus.

§ 3. Omnes de quibus in §§ 1-2, graviter eorum onerata conscientia, religiosum dimittere nequeunt, nisi servatis quae sequuntur.

1.® Causae dimissionis, sive ex parte Religionis se habeant sive ex parte religiosi, debent esse graves;

2.® Defectus spiritus religiosi qui aliis scandalo sit, est sufficiens dimissionis causa, si repetita monitio una cum salutari poenitentia incassum cesserit; non vero infirmitas. nisi certo constet eam ante professionem dolose fuisse silentio praeteritam aut dissimulatam;

3.® Superiori dimittenti causae dimissionis certo innotescere debent, etsi necesse haud sit ut eaedem formali iudiclo comprobentur. At religioso semper manifestari debent, data ei omni respondendi facultate; ciusque responsiones Superiori dimittenti fideliter subjiciantur,

4.® Contra dimissionis decretum datur religioso recursus cum effectu suspensivo intra decem dies ad Sedem Apostolicam aut, si agatur de Religione quae non sit iuris pontificii, ad Patriarcham, excepto casu quo decretum ipse ediderit;

5.® Sl de mulieribus agatur, sevari debet praescriptum can. 194, § 2.

Can. 200—Religiosus dimissus ad normam can. 199 ipso facto solvitur ab omnibus votis religiosis, salvis oneribus subdiaconatui vel ordini maiori adnexis, et firmo praescripto can. 192, § 2, 193; clericus autem subdiacono inferior, eo ipso reducitur ad statum lalcalem.

Can. 201—Praescripta can. 199, 200 serventur in dimissione religiosorum qui vota emiserunt in Congregatione sub hac vel simili clausula «donec in Congregatione vivam», ita ut sodalis, sive sponte discedat sive a Superioribus dimittatur, ipso facto a votis liber evadat.

Art. II. *De dimissione religiosorum qui vota perpetua nuncuparunt in Congregatione clericali non exempta vel laicali et in mulierum monasterio vel Ordine.*

Can. 202—In virorum Congregatione clericali non exempta vel laicali, professus votorum perpetuorum dimitti nequit nisi praecesserint tria delicta, dunlex monitio ac defectus emendationis ad nonnam can. 203-214.

Can. 203—§ 1. Si ea constiterint de quibus in can. 202, supremus Religionis Moderator cum consensu sui consilii, per secreta suffragia manifestato, decernat num locus sit dimissioni. 120

§ 2. Si maior suffragiorum numerus pro dimissione steterit:

1® In Congregatione iuris eparchialis res tota deferatur ad Hierarcham loci ubi religiosa professi domus sita est, cuius est dimissionem pro suo prudenti arbitrio decernere ad normam can. 199, § 1, n. 3;

2.® In Congregatione iuris pontificii vel patriarvhalis, ipse supremus Religionis Moderator dimissionis decretum

ferat; quod tamen ut suum sortiatur effectum, Indiget Sedis Apostolicae vel, sl agatur de Religione quae non sit iuris pontificii. Patriarchae confirmatione, excepto casu quo decretum ipse ediderit.

J 3. Religioso Ius est suas rationes libere exponendi; ciusque responsiones in actis fideliter referendae sunt.

Can. 204—f 1. L· Ad dimittendas religiosas professas votorum perpetuorum exiguntur graves causae externae una cum defectu emendationis, experimento prius habito Ita ut spes resipiscentiae evanuerit, Iudicio Antistitae monasterii vel supremae Moderatricis Congregationis cum consensu sui consilii per secreta suffragia manifestato;

® In monasteriis confoederatis vel in Ordine habente Antistitam generalem, salvo praescripto n. 1, serventur statuta quod attinet ad interventum tum Praes(dis Confoederationis tum .Antistitae generalis.

§ 2. Praescriptum can. 203, § 3. etiam in religiosarum dimissione servandum est.

Can. 205.—i 1. L· Sl religiosa pertineat ad monasterium vel ad Congregationem luris eparchialls, Hlerarchae loci In quo sita est religiosae domus est causas dimissionis expendere ct decretum dimissionis ferre;

® Si monasterium Superiori religioso sublidatur, huius est ferre dimissionis decretum, quod confirmatione indiget Hlerarchae loci.

f 2. Rem totam cum omnibus actis ct documentis deferat ad Sedem Apostollcam Hierarcha loci, si moniales sint iuris pontificii; suprema Moderatrix, sl religiosa ad Congregationem luris pontificii pertineat.

f 3. Item, rem totam cum omnibus actis el documentis ad Patriarcham deferat Antistita monasterii vel Superior religiosus sl monasterium ei subiiciatur, aut Antistita generalis Ordinis ad nonnam can. 204, f 1, n. 2, si religiosa pertineat ad monasterium slauropegiacum vel ad Ordinem Patriarchae sublectum; suprema Congregationis Moderatrix, si pertinent ad Congregationem iuris patriarchalis.

I 4. Hierarcha loci, quoties obligatione tenetur mittendi dimissionis acta ad Sedem Apostollcam ad normam J 2, vel ad Patriarcham ad normam f 3, actis et documentis suum addat suffragium; quod etiam addere debet Superior
121 religiosus, sl monasterium Ipsi subiiciatur.

Art. III. *De processu iudiciali in dimissione ricarum religiosarum oui rota perpetua nuncuparunt in monasterio cuiusvis condicionis luridicac vel Ordine et in Congregatione clericali exempta.*

Can. 206—Vir professus votorum perpetuorum in monasterio vel Ordine et in Congregatione clericali exempta ne dimittatur, nisi iudicio Instituto, salvo praescripto can. 197,198, el revocato quolibet contrario privilegio suppressaque contraria consuetudine.

Can. 207—f 1. Ad sententiam dimissionis ferendam competens est Praeses Confoederationis monasticae. Superior monasterii sui Iuris non confoederat!, Superior monasterii sui iuris stauropcglacl nisi. In hoc ultimo casu. Patriarcha, de re certior a Superiore factus, causam ad se avocaverit. Ordinis vel Congregationis supremus Moderator, cum suo quisque consilio, quod quatuor saltem religiosis constet; si qui deficiant, eorum loco Praeses, de consensu ceterorum, totidem religiosos designet qui cum Ipso tribunal collegiale constituant.

5 2. Praeses, de aliorum consensu, Promotorem iustitiac eiusdem Religionis professum nominet.

Can. 208—Ad processum instruendum deveniri nequit nlsl praecesserint: 1.· Gravia delicta sive contra ius commune sive contra speciale religiosorum Ius; 2.® Monitiones; 3.® Defectus emendationis.

(Lan. 209—Delicta debent esse saltem tria eiusdem spedel, vel, si diversae, talia ut simul sumpta manifestent perversam voluntatem in malo pervicacem, aut unum tantum continuatum seu permanens, quod cx repetitis monitionibus triplicis instar flat.

Can. 210—f 1. Ad monitionem faciendam nccesse est ut aut delictum sil notorium nut dc codem constet ex n: confessione extrajudicial l vel cx nilis sufficientibus pn>ba' tlonlbus, quas praevia Inquisitio suppeditaverit

§ 2. In Inquisitione peragenda serventur, nlil rei aj. lura obstet, praescripta luris de inquisitione In Indicia criminali.

Can. 211—Monitio fieri debet ab Immediato Saperfcrt maiore per se vel per nilum de cius mandato; ed Supter mandatum ne det, nlsl untea de facto / constet ad nonni.-. t* can. 210, J 1; datum vero mandatum pro prima inonllkc» valeat etiam pro altera.

Can. 212—Duae debent esse monitiones, slngulie pn singulis duobus primis delictis; In delictis nutem coaH- nuatis seu permanentibus intercedat necesse e Inter primam et alteram monitionem saltem trium dierum ta tegrum spatium.

Can. 213—5 I. Monitionibus Superior addat opportunas exhortationes el correctiones, praescriptis Iniuprr poenitentiis remedllsquc poenalibus, quae apta censranlc.· ad emendationem rei ct ad scandali reparationem.

3 2. Praeterea debet Superior reum ab occaslonibui rclabendl removere etiam por translationem, sl opus fuerit, ad aliam domum, ubi facilior sit vigilantia d remothr delinquendi occasio.

§ 3. Singulis monitionibus adilciatur dimissionis coominatio.

Can. 214—Religiosus censetur se non emendasse, d post secundam monitionem novum delictum commiserit vel. si de delicto permanenti seu continuato agatur, In eodem perstiterit; post ultimam monitionem sex salita dies erit expectandum, antequam ad ulteriora progressus fiat.

Can. 215—Immediatus Superior maior, postquam monitiones el correctiones Incassum cesserint, omnia acta et documenta diligenter colligat et ad Praesident Confoederationis vel ad supremum Moderatorem transmittat; hic autem ea tradere debet promotori iustitiae, qui ea examinet et suas conclusiones proponat. Sl agatur de inonastnia sui iuris non confoederato, ipse Superior collecta acta et documenta tradat promotori iustitiae in finem praedictam.

Can. 216—J 1. Si promotor iustitiae, qui potest ciba ulteriores inquisitiones quas opportunas indicaverit pera- gere, accusationem proponat, instruatur processus, servatis praescriptis canonum de iudicio criminali.

5 2. Ex processu constare debet de delictis patratis, dc praemissa duplici monitione et dc defectu emendalloolt.

Can. 217—Tribunal diligenter perpensis allegationibus tum promotori iustitiae tum rei, sl quidem iudlcaveril satis probata esse ea dc quibus In can. 216, § 2, sententiam dimissionis pronuntiet. /

Can. 218—$ 1. Sententia a tribunali Religionis toris pontificii lata exsecutioni mandari nequit, nisi fuerit a Sede Apostolica probata.

f 2. Si religiosus ad monasterium stauropegiacum int iuris eparchialls vel ad Ordinem a Patriarcha dependentem pertineat, sententia exsecutioni tradi nequit nlsl fuerit a Patriarcha probata.

§ 3. Tribunalis Praeses et sententiam et omnia acta iudiclalla quamprimum transmittere curabit, Iuxta casus, ad Sedem Apostollcam vel ad Patriarcham.

Can. 219—Pro dissitis regionibus. Superiores de qulbai In can. 207, § 1, cum consensu sui consilii, valent dimittendi potestatem demandare probis ac prudentibus religiosis, qui saltem tres esse debent, firmo praescripto can. 215-211

Art. IV. *De religiosis dimissis qui vota perpetua nuncuparunt*

Can. 220—j 1. Professus qui vota perpetua emisit, a Religione dimissus, votis Religionis manet ndstrictus,salvis statutis aut Sedis Apostolicae induitis quae aliud ferant.

§ 2. Clericus subdiacono inferior co ipso reducitur k statum lalcalem.

Can. 221—Clericus In subdiaconalu vel in nrdinc maiore constitutus qui aliquod delictum commisit de quo in can. 197, aut dimissus est ob delictum quod iure communi punitur infamia iuris vel depositione minore seu slmplki aut maiore seu degradatione, perpetuo prohibetur induere habitum ecclesiasticum.

Can. 222—Si clericus in subdiaconalu vel In ordine

Can. 204—S. Tbeodcn» Slodita, cp. II, tçfiç Syn. Libaaen. Maroni Uram, x 1736, ρατ IV, cap. 111. n

Can. xo$.—Syn Libancn. Maroni Uram. a. 1736, par» IV, cap. HI, *st. Dtpsuiiv* Û· Syn. Liban Marctutannn. X. I73<5, pan IV. cap lΓ, *\r.* cap. Ill, *sv,* Syn. Ain-Tnxrtj. Gra«x>-Maroni f x 18)5. can. |8.

ûn. îû6—S. Theodora» Studita, ep. II, 164; ep.

Can. 307.—S. Theodora» Stodltx. ep. I. 10.

Can. »8.—S. Banks» M . Revise fo»., a. 18; S. Skrphcrn CP., can. 137.

Can. 309.—S. Nkrpbocu» CP, can. X37.

Ca. jiß \ *1.*—Syn. Libanrn. Maronitarum, a. 1736, pm IV, cap. IL ιχE Syn. Ain-Traxea. Gra«x>-MekhiUrum, 4. 1835, can. xS.

maiore constitutus dimittatur ob (lelictxt minora iis dc quibas in can. 221:

i. Ipso facto suspensus manet, donec absolutionem obtinuerit a Sede Apostolica nul a Patriarcha si sententia vrl decretum dimissionis Sedi Apostolicae confirmationis g iu w sublecta non fuerint;

2. Sedes Apostolica, si Id expedire iudlcuvcril, dimisso praecipiet ut, habitu cleri saccularis Indutus, commoretur In ccrtn eparchia, indicatis Hlerarchae causis ob quas dimissus fuit;

1· Sl dimissus praecepto dc quo In n. 2, non paruerit. Religio nulla erga cum obligatione tenetur, ct dimissus eo
13 Ipw privatur Iure Induendi habitum ecclesiasticum; /

I. Hierarcha eparchiae ad cius commorationem designatae, religiosum in domum poenitentiae mittat, vel cum committat curae ct vigilantiae pii ac prudentis sacerdotis; et si religiosus non paruerit, servetur praescriptum n.3;

5.· Religio, per manus Hlerarchae loci commorationis, caritalivum subsidium dimisso suppeditet pro necessariis ad vitae sustentationem, nisi Ipse aliunde siblmct providere valeat;

6.· Si dimissus vitae rationem ecclesiastico viro dignam non agat, transacto anno nut etiam prius, Iudicio Hlerarchae, privetur caritative subsidio, eilclatur c domo poenitentiae clque auferatur ius Induendi habitum ecclesbsticum ab ipso Hierarcha. qui statim mittere curet opportunam relationem tum ad Sedem Apostollcam aut, in casu de quo In n. 1, ad Patriarcham, tum ad Religionem;

7.· Sl vero dimissus praedicto tempore tam laudabiliter se gesserit, ut merito haberi possit vere emendatus, Hierarcha cius preces apud Sedem Apostollcam aut, in casu de quo In n. 1, apud Patriarcham, commendabit pro absolutione a censura suspensionis, et, ea obtenta, eidem In sua eparchia permittat, adhibitis opportunis cautelis et limitationibus, divinae Liturgiae celebrationem et etiam, pro suo arbitrio et prudentia, aliud sacrum ministerium, unde honeste vivere queat; quo in casu Religio caritativum subsidium intermittere potest. Quod si agatur de diacono aut subdiacono res ad Apostollcam Sedem deferatur.

Can. 223-4 L Excepto casu dimissionis de quo in an. 197, dimissus qui dispensationem a votis non obtinuerit obligatione non solvitur redeundi ad claustra; et si argumenta plenae emcndation»s per triennium dederit. Religio debet cum recipere; quod sl graves obstent rationes sive ex parte Religionis sive ex parte religiosi, res iudicio Sedis Apostolicae subiiciatur.

f 2. Quoties vero vota in Religione emissa cessaverint, si dimissus Hierarcham loci benevolum receptorem invenerit, sub eius iurisdictlone ct speciali vigilantia maneat, wrvato praescripto can. 193; secus res ad Sedem Apostolicam deferatur.

CAPUT IX—De Societatibus sive virorum sive MULIERUM AD INSTAR RELIGIOSORUM, SINE VOTIS PUBLICIS, VIVENTIUM

Can. 22-1—§ 1. Societas sive virorum sive mulierum, in qua sodales vivendi rationem religiosorum imitantur
IS rob regimine Superiorum secundum probatas constltu-/ tiones, sed tribus consuetis votis publicis non obstringuntur, non est proprie Religio, nec eius sodales nomine religiosorum proprie designantur.

f 2. Huiusmodi Societas est clericalis vel laicalis, luris pontificii, patriarchalls ve) eparchialls ad normam can. 312. f 2, 314, § 3.

Can. 225—Circa erectionem et suppressionem Societatis eiusque provinciarum vel domorum, eadem valent quae de Congregationibus religiosis constituta sunt.

Can. 226—Regimen determinatur in uniuscuiusque Sodelatis constitutionibus; sed omnibus apnlicentur, nisi rei natura obstet, praescripta can. 23-62 de congregationibus.

Can. 227—f 1. Societas eiusque provinciae ct domus capaces sunt acquirendi ct possidendi bona temporalia.

$ 12. Administratio bonorum regilur praescripto can.

i 3. Quidquid sodalibus obvenit intuitu Societatis, Sodetati acquiritur, celera bona sodales secundum constitutiones retinent, acquirunt et administrant.

Can. 228—} 1. In admittendis candidatis serventur coustitationcs, salvo praescripto can. 74.

Cix J t,—S. Theodorus Studita, icruio 67
fSi aiS —S. C. de Rrlipods, decr. 5 aug. 1913.

§ 2. In lis quae ad studiorum rationem pertinent, sodales iisdem legibus tenentur ac sacculares clerici, salvis peculiaribus praescriptionibus a Sede Apostolica datis.

§ 3. Quod attinet ad ordinationem sodalium. Superiores maiores ad normam statutorum dare possunt suis subditis litteras dimissorias ad ordines minores, post earum primam cooptationem; ad ordines maiores, post perpetuam cooptationem, si hanc Societas habeat; elapso sexennio a prima cooptatione, si cam non habeat.

Can. 229—5 L Sodales Societatis, praeter obligationes quibus, uti sodales, obnoxii sunt secundam constitutiones, tenentur communibus clericorum obligationibus, nlsl ex natura rcl vel cx textu conlcxluque legis aliud constet, pariterque siare debent praescriptis can. 138-148, 150-159, quae Congregationes respiciunt, nisi constitutiones aliud ferant. I

5 2. Clausuram servent ad normam constitutionum sub Hlerarchae loci vigilantia.

Can. 230—Udem, etiam laici, gaudent clericorum privilegiis iure communi statutis aliisque Societati directe concessis, non autem, sine speciali induito, privilegiis religiosorum. *I* 126

Can. 231—Praeter proprias uniuscuiusque Societatis constitutiones, circa transitum ad aliam Societatem vel ad aliquam Religionem aut circa sodalium exitum a Societate etiam iuris pontificii, applicentur, nisi rei natura obstet, praescripta can. 182-185, 196; circa eorum dimissionem, praescripta can. 197-223.

PARS 11

DE BONIS ECCLESIAE TEMPORALIBUS

Can. 232—§ 1. Ecclesia catholica et Apostolica Sedes nativum ius habent, a civili potestate minime dependens, libere acquirendi, retinendi ct administrandi bona temporalia ad fines sibi proprios prosequendos.

§ 2. Etiam patriarchatibus, archiepiscopatibus, eparchiis, aliisque personis moralibus quae, sive ex ipso iuris praescripto sive cx speciali competentis Superioris ecclesiastici concessione, in iuridicam personam erectae sint, ius est, ad normam canonum, bona temporalia acquirendi, retinendi ct administrandi.

Can. 233—Ecclesiae ius quoque est, a civili potestate minime dependens, exigendi a fidelibus quae ad cultum divinum, ad honestam clericorum aliorumque ministrorum sustentationem et ad reliquos fines sibi proprios sint necessaria.

Can. 234—§ 1. Bona temporalia, sive corporalia, tum immobilia tum mobilia, sive incorporalia, quae vel ad Ecclesiam universam ct ad Apostolicam Sedem vel ad aliam in Ecclesia personam moralem pertineant sunt *bona* ee*clesiastica.*

§ 2. Dicuntur *sacra* quae consecratione, benedictione, aliovc modo iure particulari determinato, ad divinum cultum destinata sunt: *pretiosa* quae magni sint momenti, artis vel historiae vel materiae causa.

Can. 235—In canonibus huius secandae Partis, nomine Ecclesiae significatur non solum Ecclesia universa aut Sedes Apostolica, sed etiam quaelibet persona moralis in Ecclesia, nisi ex natura rei aut ex textu contextuquc legis aliud constet. / 127

CAPUT I—De bonis ecclesiasticis acquirendis

Can. 236—§ 1. Ecclesia acquirere bona temporalia potest omnibus lustis modis iuris sive naturalis sive positivi, quibus id aliis licet.

§ 2. Dominium bonorum, sub suprema auctoritate Romani Pontificis, ad eam pertinet moralem personam quae eadem bona legitime acquislvcrlt.

Can. 237—Diviso territorio personae moralis ecclesiasticae ita ut vel illius pars alii personae morali uniatur, vel distincta persona moralis pro parte dismembrata erigatur, etiam bona communia quae in commodum totius territorii

Dc ftowu ***tcmpcfaiibni.—Sxu.*** Alexandrin. Coptnnun. a. 1S9S. sect. III, cap. VIII. art- II. Dr /·»«.' Syn. prov. Alba-luben. et Fa/a· raaicn. Kunxuorum. a_ tit. VI. SU/xfe

Dt bow ecctetiasticis acpnrnUu.—Syn. Alexandrin. Càptarurn, a. sect. Ill, cap. VIII, art. III. Dr fvnm. Syn. ScMcrtm. Syrorum, o. 1SS8. cap. XIII, art. VI. Dr AxntmUi

Can. —Syn. SciaHrn. Syrvtum, a itti, cap. XU, 9

erant destinata, et aes alienum quod pro toto territorio contractum fuerat, ab auctoritate ecclesiastica, cui divisio competat, debita proportione cx bono ct aequo dividi debent, salvis obligationibus ln solidum, itemque salvis piorum fundatorum seu oblatorum voluntatibus, iuribus legitime quaesitis, ac legibus particularibus, quibus persona moralis regatur.

Can. 238—Exstincta persona morali ecclesiastica, cius bona fiunt personae monilis ecclesiasticae immediate superioris, salvis semper fundatorum seu oblatorum voluntatibus, iuribus legitime quaesitis atque legibus ecclesiasticis particularibus, quibus exstincta persona moralis regebatur.

Can. 239—Chrislifldelcs obligationi decimas ac primitias solvendi fideliter satisfaciant, iuxta leges ac legitimas uniuscuiusque ritus ac loci consuetudines.

Can. 249—f 1. Vetantur privati tam clerici quam lalci sine Sedis Apostolicae aut Patriarchae vel proprii Hierarchae licentia in scriptis data, stipem cogere pro quolibet pio aut ecclesiastico instituto vel fine, firma obligatione obtinendi, nisi aliter in ipso Sedis Apostolicae rescripto cautum fuerit, consensum Hierarchae loci ñ quo colligenda est, salvis praescriptis can. 171-173 el j 3 huius canonis.

§ 2. Hanc licentiam Hierarchae ne concedant nisi cx gravi causa.

§ 3. Ad cogendam stipem extra regiones orientales requiritur licentia scripto data Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali.

ξ 4. I^oci Hierarcha consensum de quo in j 1 ne praebeat, nisi constiterit de authentico et recenti documento. /

128

1.· Legata, hereditates, donationes, subsidia sive a propriis subditis sive ab extraneis, pro patriarchatu recipere iuxta pias benefactorum voluntates et normas canonicas collocanda vel in necessitate occurrenti impendenda;

2.° Ab Hierarchls locorum sui patriarchatus, sicubi usus vigeat, moderatum canonicum seu cathedralicum, et, firmo can. 243, 244, a fidelibus et a personis moralibus consuetas decimas, oblationes, collectas exigere.

5 2. Determinare quae decimae, oblationes vel collectae ad nonnam § 1, n. 2, Patriarchae solvi seu offerri debeant competit Synodo patriarchal!.

j 3. Quae 1, 2 dc Patriarcha praescribuntur, serventur etiam de Archlcpiscopo.

Can. 242—Omnes ecclesiae vel beneficia jurisdictioni Episcopi sublecta, itemque laicorum confratcrnitates, debent quotannis in signum sublectionis solvere Episcopo canonicum seu cathedraticum determinandum ad normam can. 245, f 1, nisi iam antiqua consuetudine fuerit determinatum.

Can. 2-13—Loci Hierarcha potest, speciali eparchiae necessitate impellente, auditis consultoribus eparchialibus. omnibus beneficiariis, sive saecularibus sive religiosis, extraordinarium et moderatum vectigal imponere.

Can. 244—Aliud tribulum in bonum eparchiae vel pro fundatore imponere ecclesiis, beneficiis aliisque institutis ecclesiasticis, ut sibi sublectis, Hierarcha polest tantummodo in actu fundationis vel consecrationis: sed nullum imponere potest tributum super eleemosynis Liturgiarum sive manualium sive fundatarum.

Can. 245—5 1. Nisi nllud iure cautum sit, praeflnln taxas pro variis actibus lurisdictionis non iudlclalii rei pro exsecutione rescriptorum Sedis Apostollcae aut p>. triarehac vel occasione mlnlstralionis sacramentorum vd sacramcntalium. est Episcoporum in Synodis particularity vel in collationibus coadunatorum.

§ 2. Curent Hierarchae diversorum rituum In eodrm territorio Iurisdlctlonem obtinentes ut, collutis conilhh, eadem nolula seu regula taxarum pro omnibus statuatur./

Can. 246—Salvo praescripto canonum qui sequuntur, Ecclesia pro bonis ecclesiasticis praescriptionem recipit tamquam acquirendi ct sc liberandi modum, prout est h legislatione civili uniuscuiusque nationis, ut sequitur

1.· In praescriptione ad acquirendum dominion rerum immobilium vel aliud ius in rem ouod Immobilia resplciat, servanda est lex vigens in territorio ubi sunt res immobiles;

2.° In praescriptione in rc contractual^ servandi est lex quam Ipsi contrahentes elegerint; in defectu electionis, servetur praescriptum can. 278, § 2;

3.· In omni alia praescriptione servanda «t lex eius adversus quem praescribitur.

Can. 247—Praescriptioni obnoxia non sunt: L· Quae sunt iuris divini sive naturalis sive positivi; 2.e Quae obtineri possunt cx solo privilegio apostolico; 3.® lura spiritualb, quorum laici non sunt capaces, si agatur de praescriptione in commodum laicorum; 4.° Fines certi ct indubii patriarchaluum, archiepiscopaluum, provinciarum ecclesiasticarum, cparchiarum, paroeciarum; 5.® Eleemosynae et onera Liturgiarum; 6.® Beneficium ecclesiasticum sine titulo; 7.· Ius visitationis et obedientiae, ita ut subditi a nullo Praelato visitari possint et nulli Praelato iam subsint; 8.® Solutio canonici.

Can. 248—§ 1. Res sacrae quae in dominio privatorum sunt, praescriptione acquiri a privatis personis possunt, quae tamen eas adhibere nequeunt ad profanos usus; si vero sacrae esse desierint, libere acquiri possunt etiam ad usus profanos, non tamen sordidos.

i 2. Res sacrae, quae in dominio privatorum non sunt, non a persona privata, sed a persona morali ecclesiastica contra aliam personam moralem ecclesiasticam praescribi possunt.

Can. 249—Res immobiles, mobiles pretiosae, iura el actiones sive personales sive reales, quae pertinent ad Sedem Apostolicam, spatio centum annorum praescribuntur; quae ad ipsum patriarchatum, spatio quinouaginla annorum; quae vero ad aliam personam moralem ecclesiasticam, triginta annorum. / ‡

Can. 250—Nulla valet praescriptio, nisi bona fide nitatur, non solum initio possessionis, sed per totum possessionis tempus ad praescriptionem requisitum.

Can. 251—§ 1. Qui ex iure naturae et canonico libere valet de suis bonis statuere, potest ad causas pias, sive per actum inter vivos sive per actum mortis causa, bona relinquere.

§ 2. In ultimis voluntatibus in bonum Ecclesiae serventur, si fieri possit, sollemnitates iuris civilis; hae si omissae fuerint, heredes moneantur de gravi obligatione qua tenentur adimplendi testatoris voluntatem.

Can. 252—Voluntates fidelium bona sua in pias causai donantium vel relinquentium, sive per actum inter vivos, sive per actum mortis causa, diligentissime Impleantur etiam circa modum admlnistratlonis et erogationis bonorum, salvo praescripto can. 253, § 3.

Can. 253.—§ 1. Hierarchae omnium piarum voluntatum tam mortis causa quam inter vivos exsecutores sunt.

J 2. Hoc ex iure Hierarchae vigilare possunt, ac debent, etiam per visitationem, ut piae voluntates impleantur,

Can. 239.—S. G de Prop. Fide (C. GJ. : inn. 17^0 —Canones Apostolorum, con. 4.—Syo. Armen.. x 1911. tit. IX, cap. II, ***De decimis et oblationibus;*** Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1B98, ĕct III, cap. III, art. I, III, 7; cap. VIII, art I, ***De decimxs;*** Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736. pars III, cap. III, 2, XI; cap. IV, 34; Syn. Ain-Traxrn. Graeco-Mekhitarom, a. 1834, can. η, 0. ***T.*** Syn. Sciarfen- Syrorum, a. 1888, cap. IX, art. V, r, cap. XII. 5

Can. 240.—Alexander, court ***Alias emanant,*** *31* ocL 1690; Clemens XII, litL ap. ***Dudum emanant,*** 26 mart- 1736 | 3; S. C. de Prop. Fide, deer. 4 febc 1677; btt- encycL 24 sepL 1M2: (Pro Nerofils Rituі Ǫrientali ep. circd. 1 un. 19x2; S. G Eccl Orient., moniL Planer ***relatum est,*** x 1928; deer. 7 Us- l93<X 'Wlr. 26 sept 1933, η. ***y;*** moniL 20 iuL 1937.—Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars I, cap. II, ***icr.*** par» II, cap. VII. 7; pars III, cap. IV, ***zfi;*** Syn. Ain-Traxm. Groeco-Merchitarum. x 1835, can. 22.

I 4.—S, C. de Prop. Fide, ep. circtxL 1 tan. 19:2.

Can. 241 f 1.—Benedfctns XIV, const. ***Apostolica praedecessorum,*** 14 febr. 1743. i io.—Syu. Libanm. Maronitarum. x 1736, pan. III, cap. ĪV x8.

Can. 341 (I. 2.·.—Ɓenedictu XIV, const ***Apostolica praedecenorum,*** 14 febr. 1742.1 7; Pics VI, litL ap. ***Maximum nobu,*** 28 sepL X784, n. 3 ad IV; & G dr Prop. Fide, 8 tuL 1774 ct 23 mart. ***ITII-—***Syn. Siseiu Annenoram, a. 1248, can «; Syn. Alexandrin. Coptorum, x 1^98. sect III, cap. I, art III. IV, rÆ Syn. Libanen. M-iroaiurmn, a. 1736, para III, cap. IV, 34; cap. VI, 2, 17; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1M8, cap. VII, art. III, 6, xS.

I 2.—Benedictus XIV, const ***Aportolica praedecessorum,*** 14 febr. X742, I to.—Syn. Ubanen. Maronitarum. a. 1736, pars III, cap. IV. x8.

Can. 242—Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736. pan HI, cap. IV, x8; Syn. ZasxAten. Ruthenorum, a. 1720, tit. XIV.

On. 245 I 1.—Syn. Armen., a 191 x, a8x, 545; tit IX, cap. IV, ***De Tam dioetesana,*** Syn. Alexandrin. Coptorum, s. 1898, $ecL Π, cap. HI. art. VI. ***De ccemeteno,*** X; Syn. Libanen. Maroniurum. a. 1736, par» III, cap. V, y Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tiL VIII; Syn. Sciarfen. Syrrun, a. x8S8, cap. V, art. XI, xr, art. XV, § 9, η. 4.

Can. 346.—Syn. Constantinopolin. »4, a. 869, can. x8.—Inslit. 1, 6, prêt x; D. 39. 3. 2: C. 2. X9 (20), 3 in fine; 7, 33, 7, 3 3-

Gin. 247 —C 1. 3. 45 (46), xi et xa.

4. —Syn. Chalcedonen., a. 451, can. 17.—Syn. Carthapnen, a. can. 5. ***i2<r,*** Syn. Trullan, a. 691, can. 25.

Can. 249·—Syn. Chalcedonen^ a. 451. can. 17; Syn. ConsUntinoçcaux IV, a. 869, can. x8.—Syn. Carthaginen., a. 4x9, can. 120.

Can. 250.—Syn. Chalcedonen., a. 431, can. 17.—Syn. Trullan, a. can. 25.—G 3. 32, 4; 7, 33. I- 6- ˀˀ.

Can. 251.—Syn. Cowtantinopolltan. IV, a. 869, can. 18.

f I.—S. Xicephcrus CP., can. 53.

Can. 252.—S. Nictpborus CP., can. sy.

cl ulli exsecutores delegati debent, perfuncti munere, illis reddere rationem.

5 3. Clausulae huic Hlerarchnrum ‘uri contrariae, ultimis voluntatibus adlcclae, tamquam non appositae habeantur.

Can. 251—J 1. Clericus vel religiosus qui bona ad pias causas sive per actum Inter vivos, sive ex testamento fiduciarie accepit, debet dc sua fiducia Superiorem ecclesiasticum certiorem facere, clque omnia isliusmodl bona seu mobilia seu immobilia cum oneribus adiunctis indicare.

f 2. Superior ecclesiasticus debet exigere ut bona fiduciaria in tuto collocentur ct vigilare ut pia voluntas ad effectum ducatur ad nonnam can. 253.

f 3. Bonis fiduciariis alicui religioso commissis, si quidem bona sint destinata loci seu eparchiae ecclesiis, incolis aut piis causis luvandls, Superior ecclesiasticus de quo in II 1, 2, est loci Hierarcha; si autem sint destinata ecclesiis monasteriorum virorum cuiusvis condicionis luridicae vel domorum Religionis clericalis iuris pontificii vel palrlarchalis aut dc causis piis iisdem monasteriis seu domibus concreditis, est Superior maior Religionis, firmo
131 can. 65, § 1, n. 3. /

Can. 255—| 1. Ultimarum voluntatum reductio, moderatio, commutatio quae fieri ex iusta tantum ct necessaria causa debent. Sedi Apostolicae reservantur, nisi fundator hanc potestatem etiam Hierarchae loci expresse concesserit.

5 2. Si tamen exsecutio onerum impositorum, ob imminutos reditus aliamve causam, nulla administratorum culpa, iam fieri nequeat, tunc Hierarcha quoque, auditis iis quorum interest consultoribusauc cparchialibus ct servata, meliore quo fieri potest modo, fundatoris voluntate, poterit eadem onera aeque Imminuere, excepta reductione numeri Liturgiarum quae, nisi id in tabulis fundationis Hierarchae expresse concedatur, uni Sedi Apostolicae competit.

Can. 256—§ 1. Superiores ecclesiastici tam saeculares quam religiosi gravi tenentur obligatione curandi ut bona temporalia Ecclesiae acquisita, nomine personae moralis ad quam pertinent inscribantur, servatis omnibus legis drills praescriptis quae ius Ecclesiae in tuto ponant.

f 2. Quod si lege civili non concedatur, ut bona nomine personae moralis Inscribantur, lidem Superiores curent ut, auditis viris in iure civili peritis et consilio administrationis, Ecclesiae ius, adhibitis modis civili Iure validis, illaesum maneat.

{ 3. Praescriptum 1 et 2 servetur etiam quod attinet ad bona ab Ecclesia legitime possessa, quorum acquisitio instrumentis nondum sit firmata.

j 4. Superiores ecclesiastici gradus immediate altloris gravi obligatione tenentur urgendi observantiam praescriptorum praecedentium paragraphoruin.

CAPUT 11—De bonis ecclesiasticis administrants

Can. 257—Romanus Pontifex est omnium bonorum ecclesiasticorum supremus administrator et dispensator.

Can. 258—5 i· Patriarcha diligenter vigilare debet administration! bonorum ecclesiasticorum in toto patriarchate

J 2. Hicrarcham loci, qui oeconomum ad nonnam can. 262 non constituerit, Patriarcha moneat; monitione incassum facta, oeconomum ipse Patriarcha nominet.

5 3. Ius et officium de quo in § 2 spectat extra patriar-
132 chalus ad Me/lropolitam; ln archiépiscopalibus autem spectat ad Archiepiscopum, si de ipso Mctropolila agatur quod attinet sive ad cparchiam ipsi propriam sive ad tparchlas comprovinciales.

Can. 259—§ 1. Pro adminislratlone bonorum palriarchatus, in curia patriarchali speciale Officium, ab illo Officio distinctum quod administrationem bonorum eparchiae Patriarchae propriae curat, constituendum est, constans oeconomo, ratiocinatore et aliis necessariis ministris.

f 2. 1.® Oeconomus patriarchalis Officio adminlstrationls immediate pracest et bona patriarchatus ad nonnam canonum administrat;

2.® Oeconomi patriarchalis munus clerico fideli, diligenti, probatae vitae atque in administrandis bonis temporalibus experto committatur, iis exclusis qui cum Patriarcha, usque ad quartum gradum inclusive, consanguinitate vel affinitate coniunctl sint;

3.® Idem de consensu Synodi permanentis nominatur et amovetur a Patriarcha, a quo pendet in munere exercendo;

4.® Munus oeconomi patriarchalis cumulari potest, de consensu Synodi permanentis, cum munere oeconomi eparchiae Patriarchae propriae.

§ 3. Oeconomus patriarchalis rationem administration!s Synodo permanenti quotannis et quoties ab ipso petitur in scriptis reddere debet; Synodus autem per duos saltem synodales Episcopos, rationes ab oeconomo exhibitas examinat, arcam recognoscit, convenientes inspectiones bonorum, documentorum, nominum, inopinato etiam, exsequitur seu exsequendas iubet, et diligenter conservationi, tutelae, incremento patrimonii patriarchalis providet.

§ 1. Quae §§ 1-3 de Patriarcha praescribuntur, serventur etiam de Archiepiscopo.

Can. 260—Ipsi Episcopi personam sustinent eparchiae ct mensae domusve episcopalis in omnibus negotiis iuridicis ad ipsas spectantibus, ad normam canonum.

Can. 261—§ 1. Loci Hierarchae est sedulo advigilare administrationi omnium bonorum ecclesiasticorum quae in suo territorio sint nec ex eius iurisdictione fuerint subducta, salvis legitimis praescriptis, quae eidem potiora iura tribuant.

§ 2. Habita ratione iurium, legitimarum consuetudinum et circumstantiarum, Hierarchae, opportune editis peculiaribus instructionibus intra fines iuris communis, universum administrationis bonorum ecclesiasticorum negotium ordinandum curent. / 133

Can. 262—§ 1. Pro adminlstratione bonorum ecclesiasticorum, quorum proprietas est penes ipsam eparchiam, constituendum est in curia eparchiali Officium quod constat oeconomo, ratiocinatore ct aliis necessariis ministris.

§ 2. 1.° Oeconomus iis qualitatibus praeditus sil oportet, quae in oeconomo patriarchal! requiruntur ad nonnam can. 259, § 2, n. 2;

2.® Oeconomo, si res ferat, socius vel auxiliaris, unus vel plures, etiam laid, dari possunt.

§ 3. Oeconomi est, sub Episcopi potestate, bona eparchiae administrare, bonorum ecclesiasticorum administration! in tota eparchia invigilare, eorum conservationi, tutelae ct incremento providere, administratorum localium negligentiam supplere ct bona quae administratore, qui iure designatus sit, carent, per se administrare.

§ 4. Oeconomus rationem administrationis Episcopo quotannis et quoties ab ipso petitur reddere debet. Episcopus. adseito uno saltem consullore eparchiali, rationes ab oeconomo exhibitas examinat, arcam recognoscit, convenientes Inspectiones bonorum, documentorum, nominum, inopinato etiam, exsequitur seu exsequendas iubet.

Can. 263—§ 1. In sua civitate episcopali Hierarcha consilium instituat, quod constet Praeside, qui est ipsemet Hierarcha, et duobus vel pluribus viris idoneis, iuris etiam civilis, quantum fieri potest, peritis, ab ipso Hierarcha, auditis consultoribus eparchialibus, eligendis, nisi iure vel consuetudine particulari iam alio aequivalenti modo legitime fuerit provisum, firma semper lege, ut ab aliis electi indigeant confirmatione loci Hierarchae.

§ 2. Ad munus administratoris valide designari non possunt, qui cum Hierarcha loci usque ad quartum gradum inclusive, consanguinitate vel affinitate coniuncti sint.

§ 3. Oeconomus eparchalis, Ipso iure, in consilium de quo in § 1 adseitur.

Can. 26:.—Canones Apostolorum. 38, 41; Syn. Antiocheo.. a. 34:. 3«; S. Cyrillus Alexandrin., can. 2.—Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 18&S» cap. XIII. art. V, 9.

5 i.—Syn. Constantinopoliun. IV, a. 869, can. x3.—S. Isaac, ran. 57; Syn. Sciarfen. Syrorum. a. 1S8S, cap. IX. arL V, 2.

J 2—Syn. Ganrren.. a. 340/376. can. 7, 8.

Can. 262.—Syn. Chalcedonem, a 45X, can. 26; Syn. Nkaro. II, a 787. can. xx.—Theophilus Alexandrin.. con. xa—Syn. Mar Isaac Chaldaeorum, a. 410 can. 15; Syn. Libanen. Maronitarum. a. 1736» pars III. cap. II, * cap. IV', 37; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fa^arasim. KurooJcum. a. tMx. tit. II, sect. IV. cap. I.

5 3.—Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1730, lit VI; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 18S8, cap. XIII, art. VII. Ð prrvfio *gltriccntm.*

Can. 263.—Syn. Carthatfnen.. a. 419, can. 36.

J x.—Syn. Anüocbcn., a. 34x, can. 35.

Cxn J55 I x—S. C C., 23 nov. 1697, ad î.

Dt ftdaiaUiiii oJminiilranJis.—Syn. Armen., a. XÇXX, tit. IX, cap V, *Dg tenerum adriiniitraiicnc;* Syn. Leopolien. Ruthewrna, a. 1891, tit. XV.

Can 158 f 2.—Syn. Nicaen. II, a. 787. can. xx.

Cut xj9 f x.—S. C. dc Prop. Fide, 1 mart. 1869, dub. 2.

11—Syn. Chalcedonem, a. 451, can. 26; Syn. Nicaen. II. a. 7S7, can. xx, S-C.de Prop. Fide, x mart. 1869. dub. *2.*—Theophilus Alexandrin., can. xo.

Can. 2J9 f 3.—S. C. de Prop. Fide, 1 mart. 1869, dub. 3.

i 4. Loci Hierarcha in administrativis actibus maioris momenti consilium administratlonis audire ne praetermittat; huius tamen sodales suffragium habent tantum consultivum, nisi iure communi in casibus specialiter expressis vel ex tabulis fundationis eorum consensus exigatur.

j 5. Sodales huius consilii iusiurandum dc munere bene ac fideliter adimplendo coram Hierarcha emittant.

Cum vero ultimis hisce temporibus compertum sit quosdam sacerdotes, tum saeculares quum religiosos, non solum memoratis piis peregrinationibus, sed etiam itineribus solati! causa peractis» necnon rusticationibus, interdum interfuisse. In quibus mulieres vel exclusivas vel praecipuas saltem habuere partes; ne exinde Incommoda vel etiam abusus irrepant, haec eadem Sacra Congregatio, probante Sanctissimo D. N. Pio Pp. XII, dum normas In praefato Decreto statutas adamussim ab omnibus sonandas, religiosis haud exceptis, confirmat, decernit praeterea ut utriusque Cleri sacerdotes omnes, necnon ipsi religiosi laid, huiusmodi pias peregrinationes, vel itinera, vel rusticationes nec *pannt,* nec *ducant,* neque easdem mulieres quovis modo vd titulo *comitentur,* quae quidem munera u loci Ordinario probis et prudentibus, praesertim Actionis Catholicae, personis committantur; cauto tamen ut sacerdos adsit, qui munere fungatur moderatoris spiritualis in loco tantum peregrinationibus vel Itineribus tamquam meta praefinito.

Velit igitur Excellentia Tua Reverendissima praedictos omnes sacerdotes, opportuniore qua censuerit ratione, de his normis monere; simul invigilans, ut Udem praefatas nonnas religiose servent, sub poenis canonicis ab ipsa Excellentia Tua comminandis et, si casus ferat, ellam infligendis.

Interim omni quo par est obsequio me profiteor Excellentiae Tuae Rvihae, uti fratrem,—J. Card Bruno, *Praef,* F. Roberti, *a Secretis.*

• **Ordisarili Iôccnst $ Teme** 41 (1153) 99

2266

1952 MAR 3.-S. PAENIT., DECR. AAS 44 (1952) 235-236

EXCniJUDION INDULGENTIARUM ITERUM EDITUR

Quandoquidem volumen, quod «Enchiridion Indulgentiarum· Inscribitur ct quod Anno Sacro mcml editum fuit, iam amplius non prostat, haec Sacra Paenitentlaria Apostolica illud iterum typis Imprimere statuit, eo quidem consilio ut opus tam utile ac salutare in Episcoporum, Sacerdotum ac chrislilidcllum manus venire queat. Antequam tamen hoc propositum ad effectum deduceretur, opportunum visum est rem omnem diligenter recognoscere, nonnulla immutare, pauca vero adicere.

Nonnae autem, quibus hoc Enchiridion compositum est et In praesentem formam redactum, eadem sunt, idemque propositum; ut nempe authenticum habeatur opus, quod Pontificias omnes hac in re largitiones in unum volumen colligat, quod quidem communi pietati modo luto respondeat.

Quapropter hoc volumen preces complectitur ac pia opera, quae usque ad praesentem diem a Summis Pontificibus fuere indulgentiis ditata, quae adhuc vigent: tum ea videlicet, quae in favorem omnium Christifldelium, tum ea etiam, quae In favorem quorumdam coetuum personarum spiritualibus hisce muneribus insignita fuerunt, obrogatis ceteris omnibus generalibus Indulgentiarum concessionibus, quae In hoc enchlridon non sint relatae.

Fore igitur sperandum est ut hoc opus uberes afferat spiritualis utilitatis fructus, utque ad sinceram ac solidam pietatem refovendam summopere conferat.

Ut autem omnino necessarium erat, res tota Augusti Pontificis PII XII Iudicio sublecta fuit, qui quidem in audientia infra scripto Cardinali Paenltentlário Maiori die
230 1 martii vertentis anni concessa, hanc precum piorumque operum Collectionem, typis Vaticanis impressam, / approbavit; et abrogatis generalibus indulgentiarum concessionibus In eamdem Collectionem non relatis, ipsam tantum ut authenticam haberi mandavit.

Contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam specialissima mentione dignis.

Datum Romae, ex eadem Paenitentlaria Apostolica, die 3 Martii 1952.—N. Card. Canali. *Pacnitentiarius Maior.* S. Luzlo, *Regens.*

22G7

1952 MAR 19.-SC RELIGIOSORUM, LITT. CIRC. PART?

De monialium instituto aptius fovendo ac renovando

Itoniae, die 19 Martii 1932

Excellentissime Domine,—Venerandum Monialium Institutum, Constitutione Apostolica «Npoma €*hristi* diti 21 Novembris 1950 (AAS XXXXI (1951) p. 5is.) [LE2167| novo roboratum vigore eaque ordinatum esse ratione ut missionem suam In Ecclesia ct humano consortio continuis gressibus efficacius adimplere valeat. In comperto est.

In eadem Constitutione Summus Pontifex Moniallbu», adeo de Ecclesia ct anlmabus bene merentibus, aperte in mentem revocat Ipsarum vocationem «olcnc lotamque apostolicam esse» *(tSponsa Christi·,* AAS. l. c, p. 14), cum amor erga Sponsum Caelestem ab amore animarum, pro quarum salute et sanctificatione Ipsemct animam ponere non dubitavit, dlslunctus esse non possit.

Contemplativae proinde vitae vocationem apprime liquentes, Christianae ac religiosae perfectionis exemplo, precationibus, mortificationisque studio, Moniales i-un sane apostolatum exercent.

Huiccc, vero, apostolatus rationi, specificam Monialium vocationem constituenti, immediata actio luvandl proximos, per opera peculiari carum vitae generi consentanea, accedere quandoque poterit aut, in quibusdam rerum adiunctis, etiam debebit.

Hinc recte Apostolica Constitutio affirmat apostolicorum operum exercitium, si debita mensura ct adaequata ratione coeptum (l. c. p. 15), non modo contemplativae vitae minime obstare, verum etiam elementum constituere posse ac debere quod altiorem el valorem et ampliorem efficaciam procul dubio conferat (1. c. p. 10-11).

Monialibus «quae in propriis Constitutionibus seu legitimis praescriptis specialis apostolatus opera definita habeant», Pontificium Documentum obligationem renovat sese fideliter eisdem dandi et consecrandi *(Statuta Generalia,* IX).

Dias autem quae vitam unice contemplativam profitentur, ‹si in propriis traditionibus aliquam externi apostolatus formam habeant vel habuerint», «Sponsa Christi» vehementer hortatur ut «illam hodiernis necessitatibus aptatam, salva semper Ipsarum vita contemplativa, fideliter retineant, et si perdiderint, eam restituere diligenter cnrent» *(Statuta Generalia,* IX § 2. η. I).

Omnibus denique Monasteriis, etiam illis in quibus «vita pure contemplativa externo apostolatui» nunquam «hucusque coniuncta iugi conslantiquc ratione fuerit». Summus Pontifex praescribit quod «in casibus necessitatis, et per limitatum tempus, in illis apostolatus formis singularibus praesertim seu personalibus, occupari poterunt aut, ex caritate saltem, debebunt» *(ib.* n. 2).

Consequenter, Constitutio ipsa casus non semel contemplatur in quibus suprema auctoritas ecclesiastica activitatem aliquam apostolicam imponere possit, luxta criteria et normas a S. Sede figendas (1. c. p. 15, art. I. § 2, p. 20, art. IX, J 2, n. 2).

Excellentiam Tuam minime absque dubio fugit Summum Pontificem, dum hodiernas gravesque Ecclesiae el animarum necessitates perpendit quibus subveniendis omnium indlscriminatim cooperatio requiritur, affirmare: «momentum advenisse videtur in quo vita monastica, generatim etiam inter Moniales contemplationi deditas, cum moderata apostolatus participatione concilietur» (I. c. p. 11).

Sacra itaque Religiosorum Congregatio augustam hae In re Summi Pontificis directionem fideliter sequens, sui officii esse ducit, gravissimis hisce nostri temporis rerum adiunctis. obligationem Monialibus urgere opportunam atque efficacem coilaborationem illis apostolatus operibus praestandi quae peculiari ipsarum vitae rationi congruenter aptari possint, qualia sunt Doctrinae Christianae traditio, puerorum vel puellarum ad primam Comunioncm praeparatio, etc.

Talibus aut similibus operibus Moniales, luxta casus, incumbere poterunt servata clausum papali maiore, vel, si casus ferat, opportunis adaptationibus aut dispensationibus concessis; quandoque autem clausura papalis minor, saltem ad tempus, necessario instituenda erit.

Quomodocumque, vita canonice contemplativa sarta semper tectaque in sui elementis essentialibus servanda

erit, inspecta etiam peculiari uniuscuiusque Monasterii indole.

Sacra haec Congregatio Excellentiam Tuam Reverendissimam benigne adprccutur ut, una cum peculiaribus Tuae Dloecescos necessitatibus, Tuum quoque, circa adlutorium etsi temporaneum operibus apostolatus a Monialibus clausurae passibiliter praestandum, iudicium eidem aperire velit.

Quod sl Excellentia Tua activam Monialium collnboraliuncm praedictis operibus necessariam consuerit, indicare insuper faveat qua ratione tale udiutorium Moniales praestare possent, et opportunas ud hoc facultates petere.

Cuncta fausta n Domino adprecor et permaneo Eidem Excellentiae Tuae Revrfme addihus In Domino.—P. Arcarius Laiiraona, *Secr.* J. - B. Scapinelll, *Subsecr.*

• **Ordiavila locorum· CpR 31 (1952) 6-8.**

226«

1952 MAR 2L-PIUS XII, LIT. AP. AAS 44 (1952) 520-522

LEX PROPRIA SEU CONSTITUTIONES CONFOEDERATIONIS COXOHEOATIONUM MONASTICARUM ORDINIS SANCTI BENEDICTI APPROBANTUR ET CONFIRMANTUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam.—Pacis vinculum animorumque consensionem, ceteris praesidiis longe anteferenda. Monachi Bénédictin!, ex Christi Domini suique Auctoris disciplina, religiose servantes, rei Christianae ipsorumque Ordini multum attulerunt decoris et incrementi. Quod praecipue evenit, postquam, datis die xji mensis Iulii, anno MDCCcxcni, Litteris Apostolicls per Leonem PP. XIII, ree. mem., Decessorem Nostrum [ASS 26 (1893-94) 371-374], plures sodalium societates in perpetuum foedus, legibus firmatum, coiere. Confitemur quoque ex communi studiorum sede quae, α Sancto Anselmo nuncupata, eiusdem Decessoris Nostri auctoritate in hac Urbe fuerat constituta, fructus perceptos esse amplissimos. Probatis vero primariis eius consociationis institutis. Sacra Congregatio negotiis Episcoporum atque Regularium praeposita, Summi Pontificis, quem diximus, mandatum conficiens, lora et munera Abbatis Primatis, decreto die xvi mensis Septembris, eodem anno, lato [ASS 26 (1893-94) 743-746), explicavit atque definivit. Ad hasce leges aliis postmodum eiusdem Sacri Consilii decretis, consultis conventuum Abbatum synodorumque Pracsidum, tertio decimo sive septimo quoque anno coactorum, consuetudine Collegii Anselmlani usuque cotidiano Antistitis primoris plura addi-
521 ta sunt quae/in rem fuerunt. Attamen nonnulla adhuc deridebant aut erant huiusmodi ut in dubium vocarentur aliisve repugnarent; quapropter plures viri iique e prioribus annitebantur ut Foederationi institutum perficeretur, omnibus rite coagmentaretur partibus et ad nova accommodaretur tempora totlusque Ordinis utilitatem. Atque Nos, quarto decimo revoluto saeculo a Sancti Benedicti obitu, sive IJtteris Encyclicis die xxi mensis Martii, anno mcmxlvh datis [AAS 39 (1947) 137-155], sive sacro sermone die xviii mensis Septembris, eodem anno, in urbano Sancti Pauli Templo ad frequentem Abbatum coetum habito (AAS 39 (1947) 452-456], consortionis unitatisque momentnm luculenter sumus persecuti: nostri enim ratio temporis, quo tam expedita effecta est inter homines communio, sacrorum munerum accumulatio ac doctrinae maior copia, io Ecclesiae administris desiderata, sodalium coniunctionem poscere videntur; quin Ipsae Congregationes Benedictlnac, ollm constitutae, argumento sunt ad vitae rclidovie progressionem fratres cum fratribus operam sociare drbere. Idcirco Sacra Congregatio Religiosis praeposita, perspectis luris praesentis normis Foederationis ratione atque commodo reputatisque iis quae haec tempora ferunt atque postulant, ita nova quaedam induxit et ad cetera composuit ut primaria consociationis praescripta eiusque quasi fundamenta etiam confirmarentur neve amplius in controversiam venirent. Curavit, quemadmodum par fuit, Idem Sacrum Consilium ut leges illae, a viris peritis et consideratis In corpus redactae, Indoli Regulae Sancti Benedicti vcrlsque institutis monasticis congruerent quam maxime. Quo autem Nostra erga Sancti Benedicti familiam benevolentia magis eluceret eiusque sodales, conglutinatis Christis amore voluntatibus, integra vero uniuscuiusque C/mzregationls potestate suis legibus vivendi, satius valerent ad Ecclesiae emolumentum, precibus de Foederalionlf Constitui Ionum probatione Nobis submisse adhibitis libenti animo statuimus obsecundare. Quare, e Sacrae Congregationis negotiis Beligiosorum Sodalium praepositae consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolica potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum *Legem propriam seu Constitutiones Confoederationis Congregationum Monasticarum Ordinis Sancti Benedicti,* Iuxta exemplum quod in Tabulario eiusdem Sacri Consilii tussimus asservari et cuius initium «Praeclaris documentis» atque extrema sunt verba «Consilio administrativo extraordinario debet exponere», approbamus ct confirmamus iisque Apostolicae sanctionis robur adlcimus. Hisce simul Litteris ct auctoritate Nostra abrogamus et abrogata esse declaramus ea omnia, ad Confoederationem pertinentia, quae huic Legi propriae forte adversantur. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, dc/cernentes praesentes Litteras 522
firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; iliisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sleque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque cx nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris. dic xxi mensis Martii, in sollemnitate Sancti Benedicti, anno mcmui, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi. Pro Dfio Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis.—Gildo Bruonola, *Officium Regens Pontificiis Diplomatibus expediendis.*

Adn. Ad: GAMBARI In CpR 32 (1953) 239-2S1. 306-311; 33 (19S4) β-H. 263-272; G. OESTERLE in ME 77 (1952) S49-5S8

2269

1952 MAR 21.-SC RELIGIOSORUM, NORMAE. PART.·

Lex PROPRIA SEU CONSTITUTIONES CONFOEDERATIONIS CONGREGATIONUM MONASTICARUM ORDINIS SANCTI BENEDICTI

A. DECRETUM

Quum Confoederationis Congregationum Monasticarum O. S. B. ordinatio ac regimen, post diuturnam experientiam praeteritorum annorum, complenda ac perficienda essent ad hoc ut fraterna unio omnium Congregationum, salva autonomia uniuscuiusque, efficaciorem vim ac uberiores fructus sortiretur, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, iussu Summi Pontificis, cooperantibus ipsis intéressé habentibus, plurium adlaboravit pro textu redigendo spiritui, traditioni et exigentiis Congregationum Monasticarum O. S. B. in hodiernis adiunctis respondenti.

Legem Propriam seu Constitutiones Confoederationis Bencdictinae iuxta textum in Tabulario S. Congregationis de Religiosis asservatum, Ssmus Dominus Noster Pius Pp. XII, in Audientia concessa infrascripto Secretario S. Congregationis, die 28 Ianuarii 1952, et iterum in Audientia dici 10 Martii eiusdem anni, adprobavit et confirmavit, prouti praesenti Decreto adprobatur et confirmatur, quam tamen gratiam Ssmus Dominus mandavit ut expediretur per Breve rXpostoilcum.

Datum Romae, ex Secretaria praefatae S. Congregationis, die 21 Martii 1952.—P. Arcadius Larraona, C. M. F., *Secr.* P. Elius Gambarl. S. M. M.. *Ad. a studiis.*

B. NORMAE

INTRODUCTIO

Praeclaris documentis quibus Ssrhus Dominus noster Pius, divina Providentia, Papa XII, decimam quartam S. P. Benedicti mortis celebrationem centenariam illustrare dignatus est, hoc iuridicum monumentum ipsius SÛM Domini (ussu exstructum et auctoritate confirmatum, additum est, ad Confoederationis Congregationum Monasticarum O. S. B. maiorem in dies soliditatem maiusque decus atque incrementum.

Elementa harum constitutionum ex S. Patriarchae Benedicti Regula et authentica saeculari traditione monastica, ex praecedentibus pontificiis atque SS. Congregationum documentis, ex C. I. C. ac denique ex hucusque celebratis Confoederationis Congressibus et Confcrentiis diligenter collecta sunt.

Mentem Ssihi Domini Nostri fideliter sectando S. Con-

getgalio perspectis iuris hodierni normis Con/ocdera!ionis ratione el bono atque attentis necessitatibus el adiunctis nostri temporis ita diversa quae utilia censebantur accipere et coordinare sategit, ut in his Constitutionibus illa quae clara et firma sunt et merito ut cardines Confoederationis haberi debent, In tuto ponantur elementa e! non amplius inutilibus discussionibus subieda maneant, sed firma super quae aedificari secure in posterum valeat.

Hic illa omnia illaaue tantum ex praecedentibus ad Confoederationem spectantibus vigorem deinceps obtinebunt, quae tn his Constitutionibus ex praecedentibus documentis conservantur, normis, congrua congruis referendo, applicatis, quae in C. L C. (c. 6) continentur.

SECTIO I

Dc Confoederationi» Congretaiioaom moaaiticarum ratione, coaititctione et fine

TO. I—De confoederationis ratione

Cap. /. De Origine iuridica Confoederationis

1.—Confoederatio Congregationum Monasticarum O.S.B. ab illis Congregationibus sub Regula S. Benedicti militantibus ortum habuit, quae secundum Breve ^*Suminum Semper»* Leonis XIIIl Summi Pontificis unionem ac foederationem. salva uniuscuiusque tam regiminis quam disciplinae et observantiae autonomia inire voluerunt.

2.—Quae Confoederatio per Breve *'Summum Semper·* sancita et a successoribus semel iterumque probata meliusque in dies In sua ratione et ambitu definita, Ssdri Domini Nostri Pii XII iussu his Constitutionibus accuratius ordinata et auctoritate confirmata est

Cap. IL *Titulus Confoederationis*

3.—Denominatio officialis Foederationis Congregationum Monasticarum O. S. B. haec €$L *Confoederatio Congregationum Monasticarum Ordinis Sancti Benedicti* vel *Confoederatio Benedictina.*

Cap. III. *De Satura Confoederationis*

4.—Confoederatio est fraterna consociatio qua Congregationes Monasticae, omnes Inter se pares, ad invicem autonomae et In propria sphaera supremae, quasi «icto foedere» a S. Sede confirmato, «nexu suavi caritatis» devinciuntur ⁑ Proinde Confoederatio firmas relinquit atque Intactas Congregationes omnes cum «earum Constitutionibus ac Declarationibus, proprioque unicuique earum Archlabbate vel Abbate Generali necnon et Procuratore Generali ac Visitatoribus», pariterque firma sinit lura et privilegia uniuscuiusque monasterii

5.—Ex Confoederatione non oritur nova religio vel monastica Congregatio nec ea Ordinem slngillatim constituit (can. 488, 2).

6.—Fraterna consociatio, quam Confoederatio seeuinfert, ut intimius ac fortius familias iungere valeat et efficacius suum finem consequatur, personae moralis collegialis figuram, ad normam C. L C. (Cc. 99, 100) induit.

7.—Confoederatio sub moderamine ac directione Abbatis Primatis, Congressus Abbatum, Synodi Praesiduni aliorumque Institutorum ad nonnam ct Intra limites in his Constitutionibus definitos de illis omnibus curam gerit, quae ad bonum Confoederationis commune pertinent et lura et bona propria (cam 531) possidere ac vindicare potest.

8.—Effectus lurldld qui praeter vincula fraterna ct moralia cx Confoederatione oriuntur praeterquam ex Codice cx his Constitutionibus peti debent.

Trr. IL—De confoederationis constitutione

Cap. L *De Membris Ordinariis Confoederationis*

9.—Membra Immediata Confoederationis sunt non monachi singuli nec ordinario singula monasteria, sed Congregationes Monasticae Benedictinae, salvo privilegio de quo In n. 14.

10.—Monasteria singulis Congregationibus adseripta vel In posterum auavis legitima ratione adseribenda. ipso facto, mediantibus Congregationibus quoad omnes effectus Confoederationi accensentur.

11.—Novae Congregationes Monasticae, quae a S. Congregatione de Religiosis audito voto Synodi, aut Abbatis Primatis eiusque Consilii, ut Congregationes conformes S. Regulae el traditioni Ordinis S. B. propriae recognitae ct ab ipsa erectae fuerunt, fiunt Ipso facto membra inimrdhla cl ordinaria Confoederationis. Votum veru Svimmll *sst* Consilii Primalialis sequatur principia In Congressui Albaturn definita de notis, quibus Congregatio conformi» \ Regulae el traditioni propriae Ordinis S. B. praedita rue debet.

12.—Ad hoc ut alii Ordines singulares sub Regula S. funedicti militantes ut membra immediata Conf^deratloci udscrlbl possint, requiritur S. Sedis decretum cum praerv, Congressus Abbatum voto.

13.—Quodcunque monasterium Ord. S. Benedicti alicui Congregationi Monasticae, a S. Sede erectae vel rrcopiltie uniri debet ct per eum ipso facto ad Confocdenithrrm pertinet.

Cap. IL *De Membris extraordinariis Confoederationi!*

14.—Sl monasterium O. S. B. Sanctae Sedis induito nuUi Congregationi sit unitum, vel ab ea. cui unitum erat, wp ratum neque alii Incorporatum, potest ad Interim, ex S. Sedis formali decreto, sub tutela Abbatis Primatis pod. uul luxta casus, ex voto Congressus Abbatum, ut membrum Immediatum Confoederationi adscrlbl. Relaie ad tale Monasterium competunt Abbati Primati Illae facultates iura et officln, quae ex Iure saltem communi, Abbati PraesIdi Congregationis tribuuntur.

15.—Ex m. p. *Monasterium S. Hieronymi* (25 lan. 1931) Pius felleis recordationis PP. XI Abbatiam S. Hieronymi de Urbe Confoederationi tamquam membrum Immediatum Apostolica auctoritate adscrlpsit.

Cap. III. *De Monialibus, Sororibus el Oblatis Regularibus*

16.—a) Moniales, quae Regulam S. Benedicti profitentur, sl alicui Congregationi Monasticae vel monasterio confoederato sunt incorporatae vel subiectae seu unlbe. mediante illa Congregatione vel familia Confoederationi accensentur.

b) Illae moniales O. S. B., quae iurisdictloni Ordinarii loci subduntur, possunt Confoederationi aggregari, si sub tutela alicuius Abbatis vel monasterii spiritum monasticum Bencdictlnum colere student et petitionem ad Abbatem Primatem fecerint (can. 492, 1).

c) Foederationes monasteriorum Monialium O. S. B. quoad effectus harum Constitutionum incorporari possunt sive singulis Congregationibus monasticis sive ipsi Confoederationi.

d) Congressus Abbatum valet criteria ct condition definire pro aggregatione ad ipsam Confoederationem admittenda.

e) De Sororibus et Oblatis Regularibus O. S. B. idem valet.

Cap. IV. *De ordine praecedentiae in Confoederatione*

17.—Abbas Primas iure praecedentiae in Confoederatione ubique potitur salvis infra (n. 93) dicendis.

18.—In conventu Confoederationis Abbatem Primatem sequuntur Abbas Montis Casini, Abbates Episcopi, Ex-Abbates Primates, Abbates Praesides Congregationum (d. n 19), Abbates Nullius, deinde alii Abbntes monasteriorum sui iuris luxta tempus electionis In dignitatem abbatialem

19.—Ordo praecedentiae Inter hodiernas Confoederationis Congregationes ex antiquitate erectionis vel recognitionis petitur. In postorum ordo Congregationum In Confoederatione cx admissione ad hanc deducendus esL

Cap. V. *De vinculo adscriptionIs ad Confoederatio^*

20.—Vinculum quo Congregationes Monasticae, Ordines atque monasteria Confoederationi adseripta sunt, sive quoad eius permanentiam sive quoad eius vim ac potestatem, S. Sedi reservatur 4.

Trr. Ill— De confoederationis fine

21.—Confoederatio Congregationum Monasticarum 0. S. B. ad hoc constituta est ct manet, ut ex fraterna omnium et singularum Congregationum unione el ℃ollaboralione, ad normam et intra limites a S. Sede Impositos, vitimonastica secundum Regulam SS. Patriarchae tradltlonemque bencdictinam fideliter teneatur et hodiernis vitae adiunctis accommodata conservetur.

22.—Hunc in finem media ad collaborationem fovenda sunt: *a)* repraesentatio apud S. Sedem eo quod Confoederatio per Abbatem Primatem digne et apta apud S. Sedem

reprasentatur, *b)* educatio monastica ct Instructio académie? alumnorum Collegii S. Anselml de Urbe; *c)* denique Confoederatio fraternum Inter Congregationes luvamcn live quoad personas sive quoad bona sive quoad opera omnibus modis fovere debet.

SECTIO II

Dc Confoederationis regimine

23.—Confoederationis Heghncn duplex est: regimen collegiale, quod per Congressum Abbatum ad normam harum Constitutionum, et regimen primatiale, quod per Abbatem Primatem cum suo Consilio (n. 109) Intra limites his Constitutionibus definitos exercetur.

Tit. I—De regimine colleoiali

Cap. I. *De Congressu Abbatum*

Aητ. 1.—De ratione Congressus

21—Ratio Congressus non est Capitulum Generale Instituere nec sibi vindicare potestatem, quae adversatur intonomlae Congregationum et monasteriorum, sed regimine collégial! Confoederationis (n. 23) bono eiusdem intra fines supra descriptos (nn. 21-22) providere.

25.—Congressui competit electio Abbatis Primatis et dus Consilii atque tractio ct decisio omnium negotiorum, quae ab Abbate Primate cum suo Consilio proponuntur.

26.—Ad nonnam Brevis *tSummum ♔emper* resolutiones Congressus omnes Confoederatos obligant tantum, sl ex Congressus ludlclo negotia tangunt totam Confoederationem vel Collegium Anselmianum ct obligatoriae declaratae sunt ex duabus tertiis suffragiorum partibus ·.

27.—Congressus Abbatum electivus celebrandus est quolibet duodennlo I. e. absoluto periodo muneris Abbatis Primatis el quoties Intra duodennium novae electioni sive ob muneris vacationem sive qualibet alia de causa (n. 104) providendum sit ad normam harum Constitutionum et servatis de iure servandis.

28.—Congressus Abbatum non-electlvus seu ad negotia dumtaxat Confoederationis tractanda intra periodum muneris, ordinarie sexto quoque anno post Congressum electivum ab Abbate Primate convocatur.

An. 2.—De membris et Convocatione Congressus

29.—Vocem activam sive quoad electiones sive mioad negotia tractanda habent: *a)* Abbas Primas; *b)* Abbates Praesides Congregationum; *c)* Abbates regiminis monasteriorum; *d)* Abbates Coadiulores, quibus plenum regimen devolutum est·; *e)* Priores conventuales; *f)* Procuratores monasteriorum sui iuris viduatorum a Capitulo conventual! legitime designati.

30.—Membra Congressus, quae iurc suffragii gaudent, legitime impedita, causam absentiae in scriptis Congressui exhibeant et e membris Congressus praesentibus Procuratores cum mandato generali sibi constituere debent, ita tamen ut nemo plus quam duorum absentium vices gerere el pro Ipsis votum, numerice a suo diversum, ferre valet '; quam pluralitatem votorum etiam pro negotiis decidendis relinent. Qui Procuratores initio Congressus apud Prnesidem mandatum deponant.

31.—Voce passiva gaudent, nisi sint legitime impediti, omnes monachi sacerdotes sollemniter professi Congregationum confoederatarum O. S. B., qui ceterum habeant qualitates a Jure communi requisitas (can. 504) 8.

32.—Ius convocandi Congressum Abbatum: *a)* pro eligendo Abbate Primate spectat ad Abbatem Primatem in casu absolutionis periodi regiminis; in casu vero sedis vacationis vel Inhabllitatlonls Abbatis Primatis ad Vicarium 1. *b)* Pro solis negotiis tractandis spectat ad Abbatem Primatem luxta n. 28.

33.—Convocatio Congressus Abbatum fit per litteras circulares ad omnia membra Congressus.

31.—a) Ne semper ad ipsum diem, quo munus Abbatis Primatis cessare deberet, Congressus Abbatum convocari necesse sit, hoc duodennium sensu latiore interpretandum est, ita ul Abbas Primas Congressum rationabili ex causa ante vel post elapsum tempus convocare possit, dummodo duodennium non ultra sex menses minuatur vel protrahatur '.

b) in casu vacationis muneris Abbatis Primatis electio successoris fieri debet intra sex menses vel saltem intra annum; quod si fieri nequit, nd S. Sedem recurratur.

35.—Litterae convocationis signandae et ad Congressus membra mittendae sunt saltem tres menses ante celebrationem Congressus 10 simul cum brevi notitia quaestionum in Congressu tractandarum.

36.—Ul Congressus rite ac ordinate celebrari possit, conficiatur a Consilio primatial! elenchus omnium negotiorum, quae necessario et opportune tractanda videntur, ad quem componendum tum Praesides tum ceteri vocales tempestive specimen quaestionum mittant.

37.—Ad negotia in Congressu tractanda, quae difficultatem prae se ferant, convenienter enucleanda et exponenda Abbas Primas vel Vicarius luxta casus in Consilio Commissiones constituere potest, quae relationes documentis, tabellis statlstlcls aliisque subsidiis, prout opus fuerit. Illustratas, opportune Congressui exhibere debent.

Aητ. 3.—De Congressus celebratione

38.—Congressus sollemniter aperitur celebratione Missae de Spiritu Sancio tamquam pro re gravi, praesentibus omnibus Congressus membris.

39.—Ius praesidendi deliberationibus Congressus spectat ad Abbatem Primatem In munere.

Deliberationibus peractis cessat munus Abbatis Primatis u, qui relicto praesidentlae loco inter Praesides Congregationum primus sedet et pro electione subsequent! voce activa et passiva gaudet.

40.—Ius praesidendi electioni Abbatis Primatis pertinet semper, ob reverentiam S. P. Benedicti, Abbati de regimine Montis Casini, et quotiescumque ipse impeditus sil. Abbati de regimine Sublacensi, successive vero Abbati inter Praesides Congregationum aetate seniori.

41.—Semper ac Abbas Primas deficiat. In prima formali Congressus sessione, sub praesidentia Abbatis Casinensis seu Sublacensis ad normam n. 40, suffragiorum maioritate ad normam can. 101, ɳ. 1 eligitur Congressus Praeses pro negotiorum deliberatione, quando hacc electionem Abbatis Primatis praecedent. Sl Abbas Primas ad normam n. 42 ante absolutam negotiorum deliberationem eligitur, ipse deliberationibus a momento electionis praesidet.

42.—In Congressibus Abbatum, qui absoluto duodennio convocantur, regulariter deliberationes sub praesidentia Abbatis Primatis praecedunt ad normam n. 39. Quibus peractis Congressus ad electionem novi Abbatis Primatis procedat.

Vacante quacumque ex causa officio Abbatis Primatis Congressus ipse decidat, utrum deliberatio negotiorum Congressus an potius electio .Abbatis Primatis praecedat.

43.—In prima sessione Congressus eligit unico scrutinio tres Secretorios. Illi electi censentur, qui maioritateui etsi tantum relativam retulerint. Pro hac electione una cum Praeside suffragia scrulcniur senior et iunior dignitate Inter Abbates, nisi tres Secretarii a Praeside propositi per acclamationem Congressus approbentur.

44.—Postea Abbas Primas vel Praeses iuxta casus Congressui relationes exhibebit: 1.· de negotiis maioris momenti, quae ad Confoederationem pertinent; 2.· circa studia, disciplinam et adminlstrationem Collegii S. Anselml; 3. de rebus quae actae sunt a Commissionibus.

Aητ. 4.—De modo electionis Abbatis Primatis15

45.—Initio sessionis pro electione Abbatis Primatis statutae primus Secretatius iussu Praesldls per ordinem nomina ct cognomina omnium electorum perlegit. Electores nominati surgunt ct dicunt: «Adsum» vel «Adsum Procurator». Procurator suum mandatum seu Instrumentum procuratorium apud Praesldcm deponit in archivo conservandum.

4G.—Quibus peractis singuli electores iurviurando promittunt se in Abbatem Primatem electuros, quem secundum Deum eligendum esse existimaverint (can. 506, 1).

47.—-Tunc per viam scrutinii ad electionem trium Scrutatorum proceditur, qui necessario inter membra Congressus eligendi sunt. Qui suffragiorum numerum relative maiorem obtinuerint, hl electi censeantur rt a Praeside proclamentur. In electione Scrutatorum simul cum Praeside suffragia scrutantur senior el lunlor Inter Abbates. Scrutatores electi uni cum tribus Secretariis mox luramentum praestent de munere fideliter Implendo et dc secreto servando etiam expleta electione (can. 171 $ 1).

48.—Textus Schedulae electionis Primatis est hic «Eligo vel postulo in Abbatem Primatem nostrae Confoederationis Rev.um D. D. (Abbatem) N. N.»

49.—Schedulae convenienter pileentur uc deln servato praecedentiae ordine ab unoquoque electore ferantur deponendae in uma ante Praesidem posita (can. 171 § 2). Si quis elector intra ambitum Collegii S. Anselml infirmus decumbit. Scrutatores ad eius cellam se conferant acceptoque iuramento suffragium eius scriptum recipiant (can. 168).

50.—Omnibus Schedis depositis Scrutatores eas coram Praeside stnglllatim numerent, ut appareat, an respondeant numero electorum. Si numerus suffragiorum etiam uno superet numerum electorum, nihil est actum et Praeses declaret scrutinium esse nullum. Ubi vero numerus schedarum inventus fuerit aequalis vel minor numero electorum, Praeses hanc votorum concordanliam seu deficientiam declaret. Tunc senior scrutatorum unamquamque schedulam aperit eamque duobus aliis scrutatoribus legendam exhibet, alta voce pronuntians nomen electi, quoti secretarii mox litteris consignant.

51.—Electus ille est. cui in primis tribus scrutiniis duae ex tribus suffragiorum partibus favent, uno addito voto. Si vero nulli favet pars votorum requisita. Praeses declarat non peractam esse electionem et iubet scrutinium immediate vel suo tempore esse iterandum. Post inefficax tertium scrutinium fit quartum, in quo vocem passivam, non vero activam, habent illi duo candidati tantum, qui in tertio scrutinio relative maiorem suffragiorum partem retulerunt. In paritate suffragiorum ille vel illi candidati ad vocem passivam praecedunt, qui professione prima vel aetate seniores sunt. In hoc quarto scrutinio maioritas absoluta votorum sufficit (can. 101 f 1, 1.·), In casu paritatis votorum eadem norma ac supra viget.

52.—Quando numerus suffragiorum requisitus obtentus est, primus scrutator Congressui annuntiat electionem successum habuisse. Deinde Praeses declar.it electionem legitimam esse nomenque electi annuntiat; si vero electus absens fuerit, eidem electio simul cum numero suffragiorum ipsi faventium statim communicetur.

53—Secretarii antequam electores ex aula recedant, instrumentum electionis a Praeside necnon a Secretariis et scrutatoribus subscribendum el In Tabulario Confoederationis diligenter asservandum conficiant. Scrutatores autem schedas suffragiorum (can. 171 f 4, 5) comburendas curent.

54.—Electus quam primum fleri potest, saltem intra diem subsequentem post notitiam electionis acceptam manifestare debet, utrum electioni consentiat an eidem renuntiet. Acceptatione electionis statim plenum ius in officium Abbatis Primatis obtinet, quin confirmatione indigeat.

55.—Electus postquam electioni consenserit coram Congressu (vel sl absens fuerit, coram delegato Congressus) professionem fidei faciat (can. 1406, 9.·) et praescripta loramenta emittat. Si electus non est Abbas, quam primum benedictionem abbaHalem accipiat.

56.—Secretarii Congressus brevem relationem de electione elusque acceptatione et proclamatione conscribant eamoue S. Congregationi de Religiosis appositis subscriptionibus Praesldls electionis et Secretariorum transmittant.

Art. 5.—Dc negotiis Congressus

57.—Negotia quae in Congressu discutienda sunt, Iuxta n. 36 praeparata a Praeside proponuntur. Si negotia maioris momenti sunt et immediatam praeparationem exigunt, iudiclo Praesldls vel Congressus subiclantur commissioni Patrum a Congressu designatae. Commissio relatorem qui in Congressu rem exponat, e sinu suo eligat.

58.—Initio uniuscuiusque sessionis acta sessionis praecedentis, quantum fieri poterit, perlegantur.

59.—Negotia a relatore illustrata et a Congressu sufficienter discussa sub forma disjunctiva scripto redigantur et Immediate ante suffragationem recitata votis Congressus submittuntur.

60.—Suffragatio ubi severiorem regulam ex his Constitutionibus non habet, generalis iuris nonnas sequitur (can. 101 j 1, 1.·). Si negotia gravia sunt et a Praeside seu ab aliquo ex Patribus id postuletur, suffragatio per pallas albas et nigras secreto fiat.

Art. 6.—De Congressus absolutione actorum que subscriptione ac promulgatione

61.—Postquam negotia a Congressu legitime discussa et decisa sunt. Praeses Patribus probantibus Congressum absolutum tise declarat.

62.—Deinde Acto Congressus, sl initio singularum Risionum non sint lecta aut a Patribus tempestive designata examinentur, aut quoad Illa, quae graviora sunt, tona Congressu perlegantur.

63.—Acta u Congressu approbata a singulis Patribosprr ordinem subscribantur, si Ita Congressui placuerit.

64.—Promulgatio Actorum, quantum promulgatione vitientur indigere, modo u Congressu praescribendo fUt Eorum divulgatio, quae videntur opportune communiar da. Abbati Primati committitur.

Cap. II. *De Synodis Praesldum*

Art. 1.—De Synodi ratione

65.—Synodus Praesldum eo fine convocatur, ut collita consiliis negotia ud totum Confoederationem spectaath discutiantur et Congressui Abbatum pro notura rei decidenda proponantur et negotia, quae urgent, praevie diiadicentur usque ud decisionem proximi Congressus.

Synodi praeterea est exsecutionem illarum rerum, qui» a S. Sede vel In Congressu Abbatum praescriptae loot, prout opus fuerit, urgere; Informationes certas de dUa Confoederationis colligere, ut maiori cius bono provideri possit; denique relationem Abbatis Primatis de statu Collegii S. Anselml de Urbe excipere (n. 140).

Art. 2.—Dc Synodi Membris

66.—Membra Synodi sunt: Abbas Primas elusque Consiliarii cum Praesidlbus Congregationum. Praeses legitim impeditus delegare debet alluin Abbatem suae Congregationis.

67.—Tamquam Adsessores ab ipso Abbate Primate, auditis Praesidlbus, Invitari ct adslstere possunt, sive aliquibus sive omnibus sessionibus, illi Abbates vel monachi, quorum doctrina vel experientia magnum iuvamen prostare valent.

68.—Secretarius, qui Acta accurate redigat, ab Abbate Primate inter vocales vel etiam extra illos libere designator.

Art. 3.—De Synodi tempore loco et convocatione

69.—Synodus praeter casus necessitatis singulis trienniis computandis a tempore Congressus convocari expedit.

70.—Synodi prout magis expedire videatur, Romae vd alibi celebrari possunt.

71.—Abbas Primas, antequam litteras convocationis ad Praesides mittat, eosdem audire poterit, ut lempusJocum. negotia tractanda secure definire queat.

Tit. II—De regimine primatiali

Cap. I. *De Regimine ordinario*

Art. 1.—De ipso Abbate Primate

§ 1.—*De Abbatis Primatis muneribus et turibus:*
A.—Qua Abbas Sancti Anselml:

72.—Abbas Primas durante munere est Abbas regimini» Abbatiae S. Anselmi de Urbe, ubi degere debet u; ideoque ei competunt omnia lura et officia quae expresse In C. I. C. ei attribuuntur et in Decretis Summorum Pontificum, in Statutis peculiaribus Collegii atque In his €on stltutionihus Confoederationis continentur.

73.– Abbas Primas supremum tenet regimen Collegii S. Ansclmi tam quoad vitam regularem quam ad honorais temporalium administrationem; proinde ibi Jurisdiction pollet ordinaria. Unde Abbas Primas, salvis iuribus proprii Abbatis in omnes monachos et conversos, quamdlu In Collegio commorantur, eadem habet lura ct officia qux Abbatibus in suos subditos competunt.

74.—Idem durante munere est Magnus Cancellarius Pontificii Athenaei Anselmiani cum omnibus Iuribus cl privilegiis huic officio adnexis.

Ii.—Qua .l bbas Primas Confoederationis: l.· UI Praeses Confoederationis.

75.—Abbas Primas est Superior maior Confoederationis (can. 488, 8.·). Ad nonnam harum Constitutionum convocat et praeparat tum Congressum omnium Abbatum tum Synodos Praesldum Congregationum elsquc praesidet.

76.—Ipse attente vigilare debet, ut ea omnia, quae ad uuthrnlicam Ordinis monastici traditionem pertinent, el

Ipsius patrimonium sacculare sive luridicurn (quoad iuru. facultates, privilegia), sive ascctlcum, sive sclentlflcum constituunt, Integra fideliter conserventur, pro viribus defendantur omnlbusquc modis foveantur Rtque augeantur.

77.—Facultate fniltur a S. Sede delegata transferendi monachos ab una ad alleram Congregationem Confoederationis ad normam n. 9G.

78.—Ad normam Decreti •*inaestimabilis*· Abbas Primas In casibus extraordinariis (n. 118 ss.) visitationem regularem tum Congregationum Monasticarum tum singulorum monasteriorum peragere valet.

79.—Fraternam unionem et vinculum, quo Congregationes ac singula monasteria inter se ligantur, omnibus modis fovet ac promovet. Exortis dubiis vel dissensionibus inter Confoederationis membra, ante processum iudicialem Abbati Primati sublidendae sunt quaestiones ad normam n. 125 ss.

80.—Procuratores generales Congregationum Monasticarum Abbatem Primatem de negotiis saltem maioris momenti suae Congregationis certiorem facere debent tam informationis quam, iuxta casus, consilii vel adlutoril cauci, atque etiam, ut quaesitis a S. Sede satisfacere valeat. Copiam actuum de his negotiis Abbati Primati remittant In archivo Confoederationis conservandam.

2.· Uti repraesentans Confoederationem

81.—Abbas Primas totam Confoederationem benedicliinim legitime repraesentat apud S. Sedem et, prout opus fuerit, etiam apud alias tam ecclesiasticas quam saeculares wdetates et personas, quoad illa omnia, quae totam Confoederationem tangunt.

82.—Negotiorum quoque ad totam Confoederationem pertinentium gestor est et curator atque exsecutor.

83.—Ad normam can. 510 et Decreti S. C. de Religiosis «Cum *transactis*· Abbas Primas relationem de statu Confoederationis iuxta formulam praescriptam primo anno in singulis quinquenniis fixis exhibere debet. Ut omnibus Interrogationibus formulae a S. Congregatione approbatae Abbas Primas secure, plene ac tempestive satisfacere valeat, lingulae Congregationes exemplar propriae Relationis quinquennalis S. Sedi oblatae Abbati Primati communicent vei peculiari elencho quaestionum super statu tum morali tum materiali|4 cum omnibus clementis formulae a S. C. ipprobatae redigendo, respondeant.

Monasteria nulli Congregationi unita Relationem quinquennalem ad normam Decreti «Cu/n *transactis*· IV, 4.® Abbati Primati ct per ipsum S. Sedi transmittant.

84.—Causas Beatificalionis vel Canonizalionis, quae ad nullam cx vigentibus Congregationibus seu monasteriis pertinent, vel quas Congregationes monasticae promovere non valent vel nolunt, Abbas Primas suscipere et promovere potest.

j 2.—*De Abbatis Primatis privilegiis:*

A.—Qua Abbas S. Anselmi

85.—Ad normam cc. 625 et 325 l5 in proprio territorio ull potest insignibus pontificalibus cum throno et bal(bchino, iure gaudet officia divina pontificali ritu celebrandi (can. 337,2), Crucem pectoralem, annulum cum itmma etiam extra territorium deferre potest.

86.—Ad normam can. 358, §1,8.® vocandus est ad Synodum diocccsanam cum iure suffragii ferendi.

87.—Non tenetur ecclesiastica prohibitione librorum (can. 1401), necessariis adhibitis cautelis.

88.—In Missae celebratione fruilur privilegiis dc quibus io cc. 811 }2 et 812.

B,—Qua Abbas Primas Confoederationis

89,—Fruilur privilegio adsistendi cum volo deliberativo ad Concilium occumcnicum (can. 223 § 1, 4.®) ct mittendi procuratorem, sl ipse iusto impedimento detentus hteresse non possit (can. 224 § 1).

Kl·—Absque S. Sedis venia ad ludlcem laicum conveniri nequit (can. 120 § 2) sub poena excommunicationis tatae sententiae S. Sedi simpliciter reservatae (can. 2341).

91.—Ad Concilium provinciale invitandus est eique riihlert debet cum voto consultivo (can. 286 § 4).

92.—Munere durante Abbas Primas facultate fruitur ffx/erendi Primam Tonsuram el Ordines minores alumnis Collegii S. Anselml, dummodo dimissorias proprii Abbatis obtinuerint.

93.—Fruitur praecedentia super omnes Superiores Confoederationis, etiam Praesidentes Congregationum in omnibus locis, etiam in singulis monasteriis quoad proprios Superiores, in functionibus vitae monasticae, exceptis ecclesiis in quibus monachi Collegium cathédrale efformant.

94.—Cappa Magna utitur ac fruitur intra limina sacrarum O. S. B. aedium, (cfr. Litt. Ap. *'Ecclesiasticos utros·).*

95.—Potest pontificalia exercere in ecclesiis monasteriorum nuolibet modo ad Confoederationem pertinentium, etiam Abbatiarum «Nullius», quoad functiones stricte monasticas.

96 a.—Fruitur facultate n S. Sede delegata transferendi formaliter scii, cum translatione stabilitatis, monachos fratresque conversos O. S. B. ab uno ad aliud monasterium etiam diversae Congregationis, annuentibus Superioribus monasterii «a quo» et «ad quod», necnon Capitulo monasterii «ad quod» et firmis Constitutionibus, quae consensum Praesldls Congregationis praeterea exigant.

96 b.—Haec delegata facultas —congrua congruis referendo— competit Primati etiam quoad transitum Monialium ct Sororum O. S. B. ab uno ad aliud monasterium quod utrumque sit Confoederationi aggregatum.

97 a.—Abbas Primas potest in clausuram monasteriorum Monialium O. S. B. Confoederationi incorporatorum vel aggregatorum ingredi ratione visitationis ad Instar Superioris regularis semel in anno et exstante gravi causa, servatisque de iure servandis, etiam pluries.

97 b.—Abbas Primas iurisdlctione fruitur pro confessionibus audiendis monachorum, novitiorum, aliorumquc de quibus in can. 514 omnium Congregationum et monasteriorum Confoederationis O. S. B.

97 c.—Facultatem habet sanandi defectus circa noviliatum et professionem Oblatorum saecularium O. S. B.

98.—Ius habet subdelegandi sacerdotibus utriusque cleri facultatem ad benedictionem S. Mauri formula probata impertiendam.

99.—Pro Abbate Primate defuncto, etiam resignato, praeter suffragia quae in Abbatia S. Ansclmi ad normam propriorum Statutorum fieri debent, in singulis domibus conventualibus virorum et mulierum cantatur Missa solemnis de «Requiem» cum unica absolutione le.

§ 3.—*De Abbatis Primatis monastica condicione*

100.—Abbas Primas post electionis acceptationem: *a)* stabilitatem monasticam, quam in professionis suae monasterio habebat, integram conservat; *b)* munere durante haec suspensa manet quoad ilia, quae cum munere suo componi non posse censentur; *c)* expleto munere dicta suspensio stabilitatis cessat salvis infra (n. 106) dicendis.

101.—Peculiaribus stabilitatis suae obligationibus plene satisfacit, vitam communem et regularem observantiam secundum formam ac rationem in Collegio S. Anselml receptam servando.

102.—Habitus monastici formam, quae suae Congregationi propria est, durante munere primatiali conservare potest.

103.—Quoad bona nonnae observandae sunt: *a)* Quidquid sumptibus Collegii vel Confoederationis aut in favorem eorundem durante munere primatiali acquisitum est. Collegio seu Confoederationi acquisitum conselur|7; *b)* alia monasterio suae professionis acquirit; quoad rts, quae usui personali ITimatis inserviebant, praesumptio stat pro Collegio S. Ansclmi, nisi contrarium probetur; *c/* Munere primatiali absoluto suppcllex personalis Abbatem usque ad mortem sequitur; *d)* Onera cum sustentatione congrua Abbatis Primatis resignati coniuncta Confoederatio aequa lance cum monasterio professionis portare debet.

§ 4.—*De muneris cessatione et regimine intermedio*

104.—a) Absoluto regiminis tempore ea vigent quae in n. 39 praescribuntur.

b) Si Abbas Primas iusta dc causa muneri suo renuntiandum esse in Domino iudicaverit, renuntiationem suam tramite S. C. de Religiosis Summo Pontifici praesentare debet, cui acceptatio reservata est.

c) Si munus primatiale ob renuntiationem sive tacitam a iure (can. 188) sive expressam a S. Sede acceptatam, vel ob depositionem vel ob promotionem ad dignitatem cum munere primatiali Incompatibllcm vacaverit, quoad regiminis transmissionem et electivi Congressus Abbatum convocationem eodem modo nc In casu mortis proceditur.

105.—Litterae ac cetera documenta Abbatis Primatis privata post eius mortem utrum archivo primatiali Inserantur an alio modo de ipsis provideri debeat, discretioni successoris relinquitur.

106.—Abbas Primas post muneris cessationem Abbatis titularis honore decoratur, usum pontificalium relinet et ad monasterium propriae professionis revertitur, nisi aliud coenobium, consentiente eiusdem Superiore ac Capitulo, eligere malit.

107.—Regimen Confoederationis a momento cessationis muneris Abbatis Primatis vel eiusdem absolutae impossibilitatis a S. Sede recognitae, usque ad novi Primatis electionem primo Consiliario uti Vicario ipso iure defertur.

Art. 2.—De Abbatis Primatis Consilio

108.—Confoederationis ipsius Consilium est: Synodus Praesidum, quolibet triennio ad normam n. 69 ss. convocata.

109.—Consilium Primatiale constituunt quattuor Abbates, quos Congressas ex elencho octo Abbatum, ab Abbate Primate posito, quin tamen alii vocem passivam amittant, ad proximum duodennium eligit

Inquantum fleri potest, duo Consiliarii eligantur qui in Urbe vel in loco commorantes ex quo, de Iudicio Congressus, sat faciliter Urbem petere valeant. Abbates Consiliarii cum Primate In unum conveniant saltem semel In anno et quoties votum deliberativum dari debent ita ut saltem tres. Abbate Primate Incluso, praesentes sint. DII vero qui conventui intervenire nequeunt, votum scriptum mittere possunt, quod aliis votis, secreto servato, uniatur.

110.—Hoc consilium Primatiale sibi Abbates vel monachos in rc peritos vel de negotio tractando bene edoctos aggregare potest, qui voto tantum consuitivo gaudent.

111.—Huic consilio deferenda sunt negotia pro quibus expresse in his Constitutionibus Interventus eius praescribitur necnon negotia a Congressu Abbatum in posterum forsan statuta.

Art. 3.—De Abbatis Primatis adlatoribus

112.—Abbatem Primatem, qua Praesidem Confoederationis, absentem vel impeditum supplet Vicarius ab Ipso Abbate Primate ex membris Consilii Primatialls designandus.

113.—Rector Magnificus Athenaei AnselmlanI, qui simul munere Rectoris Collegii fungitur, ab Abbate Primate audito Consilio Primatlali nominatur et S. C. de Seminariis confirmandus proponitur. Munera Rectoris Magnifici in Statutis Athenaei, a S. C. de Seminariis approbatis, definiuntur.

114.—Secrelarius ad normam iuris communis (can. 374 J 1, 1.·) ac religiosi (can. 503). etiam Actuarii munere in omnibus quae ad Confoederationem pertinent, fungi debet.

115.—Archlvistn ProtocolII Congressuum ct Synodorum Confoederationis acta et documenta. Commissionum labores, vota et positiones in Archivo Confoederationis ordinata atque completa habeat. Singularum etiam Congregationum necnon Foederationum monialium documenta rl tabellae statistieae diligenter colligantur.

116.—Annalistue Confoederationis Incumbit, ut quovis anno documenta quae Integram Confoederationem vel singulas Congregationes vel monasteria respiciunt edantur. atque ut praecipua facta et eventus vitam el activitatem singulorum monasteriorum respicientes in Annalibus Ordinis Sancti Benedicti publici luris fiant.

117.—Cellerarius Confoederationis curam gerit rerum oeconomicarum Confoederationis; sl Abbati Primati ita videtur, hoc munus cum munere Cellerarii Collegii S. Ansclmi uniri potest.

Cap. IL *Ik regimine extraordinario*

Art. 1.—De Visitationibus

Quum saeviente Immnnl bello. Ingens hominum multitudo Infantium, mulierum, infirmorum nc senum ex oppidis et ricis hostilibus Incursionibus vastatis, cx Italiae praesertim depopulatis terris, Romam singulis fere horis catervatlm confluerет. a Communi Patre salutem ac refugium petitura, eo amplius dilatavimus spatia caritatis: tangebant enim animum Nostrum tot exsulum et profugorum hominum, gemitus Nosque, eadem miseratione commotos. Dominicum illum iiibebant iterare questum «Misereor super turbam...?». ''· Omnibus idcirco, Aedes Nostrae sive Vaticanae sive Lateranenses sive, potissimum, hne ad Arcem Gandulphi atque Illae, quae Romanis Basilicis sunt continentes domus, religiosorum Instituta, seminaria et ecclesiastica collegia Urbis tunc maxime patuere. Ideo cum universus fere mundus diris flagraret invidiis fraternoque sanguine diffluerет, sacra Romana Urbs Aedesque quas supra memoravimus, factae sunt sedes ac domicilium raritatis.

Nobis datum est Insuper Innumeros milites captivosque religionis caritatisque Inceptis erigere; eorum cappellanos spiritualibus auxiliis recreare; exsules In patriam restituere; inermes cives, exsilio et vinculis Immerito damnatos, in libertatem vindicare; a carcere et n certa morte longinque deportatos homines liberare anxilsque reddere parentibus; profugis hominibus vel ad exteras hospitales regiones migraturis itinera spparare; extorres clericos nc presbyteros, pro apostolica fide et catholica unitate tanta perpessos, hospitio excipere lisque e patria profugis novum apostolatus campum npud suos cives emigratos vel exsules assignare; emigratos bene multo» et potissimum opifices extra patriam laboris causa commorantes, omnimodis reficere; teneram infantium sustentare tuerique vitam ct infirmorum curare salutem; condere «pulchro sacra pignora eorum qui in bello oppetierunt, desideratos cineres custodire et in patriam Inferre.

Exinde cupimus gratam quoque voluntatem Nostram iis omnibus pro fiteri qui, etsi tantis privatim publiccque premerentur adversis, hortamentis tamen Nostris largiter responderunt.

Commota recordatione adhuc usque recolimus ingentem profugorum hominum multitudinem, flagrante bello, Romam confluentem infcllcesque filios, exsules vel in custodiae locis detentos, qui ex multis Europae regionibus Urbem peregrinantes petierunt piaculares Indulgentias acquisituri; quos llbentlMime coram admissos, paterne allocuti sumus, eorum effusas lacrimas abstersimus acerbatumque animum in Christianam spem ereximus. 1,1

Veur trrrd» no doubt will afford much data for the answer to that question», ***L'Outnaiort Romano,*** 23 Ottobre 1949, n. 347-

«0 vow, pais é grande e rieo. Mas a imensid&o do seu territdrio sô vos wâ de provrito se for, *e* na medida em que for, a morada felix de um ηά-y-r-pre crescente de familias, corporal e espiritualmente sadias. Como do pasdes e dUatados os vossos campos e terras, sejam taxr.bém abertos e piteiLn os vossos conçues, para receherem aqueles que desejam ir buscar pato a tés nova pAtria, onde river bonestamente en companhia dos seres çarides». ***L'Owrtaiort Romano, 21-22*** Luglio 1952, n. 170.

ul Aüocatio, habita die 2 lulli a. 1931, ***Soyet*** ici ta bîmrenurr, ***A. A.*** S., XXXXIH, p 554 «·

‘‘•«Nous n'avons pas besoin de vous dire que Γ Eglise Catholique se sent ûLirie au pins haut point de s'intéresser à l'ouvre des migrations. C'est qu'il »'iç î de remédier à d'immenses nécessités: le manque d'espace et le manque de EOj-rs d'existence, parce que h vieille patrie ne peut plus nourrir tous sa ёnfant et que la surpopulation contraint ceux-ci à émigrer, la misère da rfhpés et des refoulés, qui par millions sont forcés de renoncer au pays « ώ scat nés, perda pour eux, et d'aller au loin s'en chercher et s'en édifier a autre. L'EgÜie ressent ce» détresses d'autant plus qu'elles atteignent en très grande partie se» propres enfants.» ***L'Oxtcrvalofc Romano, ïg*** Ottobre JWt.n 245-

"'Maic. Vin, a.

‘‘ Aflocutio die 12 mensis Martii a. 1944 habita, coram christifidelibus tb ăcœma belli in Vrbem profugis ceterisque de populo, in foro Sancti Petri

Maerenti quidem animo iterum iterumque recogitamus perdileclos filio» Episcopos, sacerdotes ac sacras virgines e suis sedibus inluria abstractos ceterosque vel ad vincula vel ad coactos labores damnatos atque inhumanam prorsus rerum condicionem sortitos.

Hos miseros omnes errantes homines, de quibus indesinenter angimur, *'' Aeterno Patri ac dulcissimo Redemptori Nostro, qui fons est totius consolationis, effusis precibus continenter commendavimus ut caelestibus recrearentur muneribus ac solaciis, etiamnum Deum fugiter/exorantes ut «qui profugi, qui captivi, qui extorres longe a patriis laribus abstrahuntur ad dulcissimam possint quantocius patriam remeare suam» *. 683

Instantem Insuper Nostri officii partem adimplere duximus nonnullos ecclesiasticos viros deligendo alacritate commendatos, nui animarum bonum In popularium coloniis longe a patria deductis sedulo promoverent et omnia, quae a sacerdotibus eiusdem sermonis suscipienda forent, suapte auctoritate moderarentur ac firmarent; quos Praesules peculiari mandato, utpote Visitatorum, a Nobis instructos et aptis facultatibus munitos, optata Nostra iam perfecisse libenter perspeximus.

Interea non sine multa animi Nostri delectatione in commodum fidelium ex Hollandia sive ad externa emigrare contendentium sive iam pridem emigratorum uberrime adlaborasse novimus Catholicum Opus pro emigrantium cura, quod Sacrorum eiusdem Nationis Antistites excitandum curaverant; lM succrevisse pariter numerum sacerdotum, qui praesertim Belgium, Galliam, Germaniam, Helvetiam, Hollandiam, Magnam Britanniam necnon longinquas Americae regiones petierunt non solum suis civibus emigratis opitulaturi, sed etiam ubi sacrorum ministrorum minor praesto esset copia, uti in nonnullis Americae Latinae dioecesibus, in indigenarum cura adlnboraturi. Peculiari mentione cohonestandi videntur Itali Episcopi quippe qui. Sacra Congregatione Consistorial! commonente, "· unum alterumve sacerdotem ad externa mitti libenter siverint et Hispani Praesules quorum sollertiae tribun tur oportet Opus sacerdotalis cooperationis inter HIspaniam et Americana, u' hisce nostris temporibus obortum. 6S9

Ne quis vero religiosas familias putet exiguas huc contulisse partes, tantum significare sufficiat regulares saecularibus sacerdotibus ac Praesulibus in passione nc in labore socios ultro oblatos, plures quam antea dissitas adiisse regiones et sueta alacritate odlaborantes magnam laudem esse consecutos.

in Vaticano, ***Ktlla dtsdaxwnc, A. A.*** S., XXXVI, p. 97 ss.; «Per i peefughi stranieri sono stati crganixzati, d'accordo con il Comitato Centrale Anno Santo, con ΓI. R- O. e coni War Relief Service della N. C. W. C., x7pHegrinaggi ai quali hinno partecipato gli ospiti dei campi d'Italia, apporteceou alk nazionalità russa. ucraina, polacca. ungberese, albanese. rumens, bulgara, croata, slovena, serba. tedcsca. annena, ceca, slovacca c Etuana e pn> fnghi romeni residenti in Germania, Austria e Franck, in totale 1.300 profughi stranieri hanno lucrato fl Ginbileo·: ***A. d. S. S. nd*** 1950, p. 4x3.

U1 Epistula ad Ёm P. D. MichaQexn S. R. E. Card, de Faulhaber. Arehiepiscopum Monaccnsem et Fnsingensem ceterosque Exabo» PP. Bavariae Archiepiscopos et Episcopos, ***Laditiam*** repienu, 15 Augusti 1943, .4. ***A.*** XXXVII, p- 249 ssj «Qua re ut vestratibus pro vinbus faveamus, apud foederatas Anxiorum et Americanorum Chutâtes operam Nostram ponere non omittemus, quamvu in ih negotiis expediendis multae difficultates obsistere sueverint Quandoquidem autem valde optâmes axibus vestris auxilia solaciaque conferre, prout ardua rerum adicncta ûnunt ct postulant, Nobis quam maxime cordi erit vestro» itreare captivo», nunc praesertim ut ab ipsorum familiis nuntios aedpunt iisdemque reddant viedssim·, ***l.*** c., p. 251.

in Motu proprio, Eucharistica Sacrificia ac publicae supplicationes utdicuntur, die 34 mensis Novembris a. X940 ubique terrarum habenda, pro praesentibus societatis humanae necessitatibus, Ncnixi pre/cSs, 37 OcU>bris 1940, ***A. A.*** XXXII. pp. 385-38^; Horaiba. die 24 mensis Novembris a. 1940, in Basilica Vaticana baWta, infra Missam coram populo supphcante pro praesentibus societatis humanae necessitatxbns celebratam ***A. A.*** S., XXXII, p. 53 «·; Allocutio die xa mensis Martii a. 1044 habita, coram christifidelibus ob aerumnas belli in Urbem profugis cvUnsqoe de populo, in foro Sancti Petri in Vaticano, «VrSa ***A. A.*** S.. XXXVI, p. 97 ss.: «Tu, che nelle braccia dclla Tua Saatissuna e dolciwsna Madre Maria e sotto La vigile cura dei Tuo castissimo Padre putatiw Gtnxppc. aneor tenero fandullo volesti esser profugo, concedi a cokro, che ccfi vagano randagi senxa tetto, quella Iminntabde cceJocmiti >1 vokre divino, cbe allora elevô e santified le sofferenze del Tuo esibo e dclla Tua famûglk», L c., p. too; Epistula ad Ethum P. D. Nlchaèiem S. R. E. Presb. Card, de Faulhaber, lit. S. .\nastaske, Archiepiscopum Monactcsra et Frùmgvtaem, ceterosque Excibo» PP. Germaniae Arthiepiieopo», Eptscvpo» kxyrjmque Ordinarios, ***Vixdum xcbù luuii, t*** Novembris 1945. A- A. S., XXXVII. p. 278 o: «Vestratibus igitur omnibus, atque i 1 neminatim. qui. a ! tniùa bene multa, e domesticis laribus extrusi InfeBdlcr ubiquaque aberrant, divinam Nostris precibus misericordiam Lmpkramus. Iam elapsis menvbtn nullam praeteriri voluimus opportunitatem, qua Nobis liceret restraen mirorumque sortem, ad victum praesertim quod attinet, pro viribus mitigare-, atque in praesens etiam hac una tenemur studiosa voluntate, ut paierai» nempe ŏptati ac rotis, quae causa vestra suscepimus, fcax exitus re»pendra t», /. ***c.,*** p. 383.

Ui Indictio universalis lubilari Anni Sancti 1350. faWara·» ¥fan«i 26 Mali X949. A. A. S., XXXXI. p. 360 [LE 2049)-

1,4 Katkouxkx czvraaLi Euica.sTii-SncimxQ; Cfr. Ptas (Adresboek ran kalboliek Nederland), 1932, p 763.

111 S. C. CoKstsToaisus. Litterae circulares ad Exrtbo» ac Resdwx Italue Ordinarios, ***Faceudcmi inUrfrdf,*** 24 ottobre 1931. d. .4. S., XXXXIV. p. 231 (LE 2240).

m, O«a dx Coorxaaadx saexanorat Ηηγκχο-Αμχχκλμα. Matnti anxo 194? fundata.

Antiquis Ordinibus et Clericis regularibus rccenlioribusque Congregationibus et Societatibus In hoc etiam apostolatus genere conspicuis, nuper est nddita. ab hac Apostolica Sede adprobata, u· Societas Christi pro emigrantibus in nrchidioecesf Gnesnensi iam anno mcmxxxii condita, spiritualem curam Polonorum longe α patria exstantium gestura.

Adiidaam Nostram in Orientales extorres filios sollicitudinem impendentes, inter cetero, vicariatum pntriarchnlem Maronitarum In dioecesim Cahlrensem .Maronitarum erexiinus pro fidelibus Maronitis, qui ex Libano in Aegyptum frequenter demigrant vel stabile in regione illa domicilium habent; '·· item exarchatum Ruthenorum In ditione Cnnndcnsl tripartito divisimus ac tres exarchatus. Centralem, Orientalem et Occidentalem constituimus; ▮ n Centrali deinceps territorii partem distrahentes, novum exarchatum pro fidelibus Ruthenis provinciae Saskatchwan Instituimus; novissime nutem ordinariatum pro fidelibus ritus Orientalis in Brasilia commorantibus ereximus. »'»

Collegium insuper Litunnum n S. Casimiro in Urbe instituendum curavimus ad excipiendos clericos ct ecclesiasticos viros ex illa regione profugientes. u·

lucundlsslmum tandem Nobis fuit Sanctum Franeiscum a Paula peculiarem Universitatum maritimae gentis curis praepositarum. navigationis Societatum navicuIariorumque omnium Italicae Ditionis caelestem apud Deum Patronum x'' constituere et Beatne Pranciscae Xa/veriae Cabrini Sanctorum honores decernere, >·· eamdemque omnium emigrantium caelestem npud Deum Patronam declarare.

690

Tam opportune ab hac Apostolica Sede suscepta et a Pastoribus inita consilia, alacriter cooperantibus sacerdotibus, religiosis sodalibus, christlfidelibus. —quorum nomina etsi ut plurimum In rerum gestarum historiis non referantur, sunt tamen scripta ln coelo »·'— digna prorsus videbantur quae hic commemorarentur et, licet breviter, proponerentur, ut clarius appareret communis et benefica ab Ecclesia Impensa opera erga emigrantes omneque genus exsules, religiosa, morali ac sociali adsistentia pro posse donatos.

Quod merito praedicandum erat nostra praesertim hac aetate cum Ecclesiae Matris provide coepta ab adversariis tam perperam oppugnantur et despecta negliguntur in Ipsa caritatis provincia, quam prima aperuit apertamque haud raro sola excolere certavit.

III

Plura, quae novissimis hisce temporibus Nobis saepe significata fuerunt, quaeque Insuper ex indicibus seu brevkiriis cotidie comperl licet, advenarum numerum in Europae, Americae et nuperrime Australiae regionibus ac ln Insulis Philippine succrescere testantur. Quod si multae consociationes nc nonnulla civilia Instituta, sive ex una natione sive ex omnibus coalescentia, advenas adiuvare certatlm contenderunt ac ln praesens contendunt, qua moralia qua materialia incommoda levando. Nos pro supremo ac universali apostolatus officio, quo fungimur, facere non possumus quin filios, in aerumnis ac exsilii calamitatibus constitutos, maxima dilectione prosequi pergamus omnlque virium contentione, materialibus quidem adlumentls quatenus fas est haud neglectis studeamus Illos spiritualis praecipue adsistentine ditare solacio

Feliciter Insuper accedit quod plures venerabiles Fratres Nostri Archlepiscopl et Episcopi, quos Inter nonnulli Purpurati Patres accendentur, bono animarum compulsi, per venerabilem Fratrem Nostrum Aden'datum Toannem S. R. E. Cardinalem Piazza, Episcopum Sabinensem et Mandelensem, Sacrae Congregationis ConsistoriaHs Secretarium, a Nobis expostulaverunt, ut nova ratio agendi ediceretur, quo aptius spiritualis alienigenarum cura in dioecesano moderamine ordinaretur.

691

Haec autem postulata cum sententia Nostra plane conveniunt: ardenter enim exoptabamus opportunam nancisci occasionem. qua Nobis tandem liceret unumquemlibet loci Ordinarium nptls Instruere normis, a legibus Codicis Iuris Canonici non discrepantibus, sed earumdem menti atque consuetudini apprime respondentibus, eique opportunas dare facultates,

"'S. C. Nfr&ortts RxuaosoauM Sodalium fraetostta, **Decretum Laudis, M Aprilis 1950.**

u' Constitutio Apostolica. ***hdtr prarxipuAi, 23*** **lunii 1946, /t.** ***A. S~*** **XXXIX, p. 84 n.**

"•CoMtitutfo Apostolica. ***Omnium ruiuiril rihu ckruiifiidium,*** 3 Martii !94?. *A. A. S.,* **XXXX, p. 287** m. **(LE 17'ri**

•"Constitutio Apostolica. ***Dt RuDunnrum,*** **19 Martii 1951,** ***A. A.*** **S., XXXXIII, P 544 «- ·**

'n L'OivrnUxr Eowuno. τ-j nuxrio 1952. °· 104-

IUS. C di **Smsjuni** it Studiorum **Uwivnuurr**ambus, **Dwretum,** ***Frliciltr paacii, 1*** **Mail 1948,** *A. A. S.,* **XXXX, p. 298 s [LE 1991 J.**

Litterae Apostolicae, ***Sanctorum paironaîus, 37*** **Martii 1943,** *A A.* **S, XXXV, p. 163 ».**

**Litterae Decretales.** ***Sftinîui Domini, 7*** **lulii 1946,** ***A. A.*** **S., XXXIX, p. 411.**

'·· Litterae Apo»loncar. SwpcrKxr ûm ***Adaic,*** **8 Septembris 1950,** ***A, A. S.,*** **XXXXIII, p. 455 «(LE 2x49].**

>·' Cfr. **Luc., X. 20**

ut alienigenis sive advents sive peregrinis spiritualem pomi praebere adsistentinm necessitatibus haud Imparem nec oinorem, **qua ceteri fideles in sua dioecesi perfruuntur.**

Praeterea animarum saluti et ecclesiasticae disciplinae incremento valde profuturum censulmus si historicum compectum breviter praeberemus cx rebus saltem maioris momenlj α Sancta Matre Catholica Ecclesia gestis ac ex normis, hncu3ue vigentibus, a sacculo undevicesimo ad finem vertente ad les usque nostros in emigrantium curam traditis; ac potissimum si in unum digestas ediceremus leges praesentibus heorum temporumque circumstantiis accommodatas, vetenbus normis ex parte abrogatis vel mutatis vel auctis, quibci satius providere intendimus emigrantium et advenarum manium spirituali curae, quam peculiariter S. Congregatkà Consistoriali. pro sua In fideles Latini ritus competentia, concreditum iugiter permanere volumus.

Ast primum lam supra protulimus, alterum vero Infra conficiemus./ (.

TITULUS ALTER

Normae pro spiritual: emigrantium cura οενοπμ

Caput I.—*De competentia S. Congregationis Consislorialii in emigrantes*

Recognoscentes, adprobantes et confirmantes quae Decessores Nostri f. r., et praecipue B. Pius X, statuerunt, simul tamen eadem nonnihil, prout necessitas urgere videtur, immutantes, has quae sequuntur leges in posteram servandas volumus et decernimus.

1.—§ 1. Sacrae Nostrae Consistoria!is Congregationis est eidemque exclusive competit quaerere et ea omah parare quae spirituali bono/ cedant emigrantium Latini ec ritus quocumque pergentium, collatis consiliis cum Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali vel cum Sacra Congregatione dc Propaganda Fide si agatur de adeundis territoriis quae sint isti vel illi Sacrae Congregationi sublecta.

§ 2. Sacrae item ConsistoriaHs Congretatlonis est eadem quaerere ct parare in favorem emigrantium Orientalium rituum, initis pariter consiliis cum Sacra Congrejutione pro Ecclesia Orientali, quotiescumque emigrantes unius vel alterius ritus Orientalis loca petant eidem Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali haud obnoxia nec praesto sit sacerdos proprii ritus.

2.—§ 1. Sacerdotibus Latini ritus, si quando emigrent, unice cavebit Sacra Congregatio ConsistoriaHs.

§ 2. Sacerdotes Latini ritus, Sacrae vero Congregationi pro Ecclesia Orientali aut Sacrae Congregationi de Propaganda Fide sublecti, migrari cupientes In territoria eisdem Sacris Congregationibus haud obnoxia, salvis quidem iuribus earundum Sacrarum Congregationum, stare quoque tenentur normis hanc in rem a Sacra Congreatione Consistoriali datis vel forte dandis.

5 3. Quibus nonnis sese accommodare tenentur sacerdotes rituum Orientalium, emigrantes in territoria Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali non sublecta, firmis legibus et Integro manente hire eiusdem Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali.

3.—5 1. l.® Unius Sacrae Congregationis Consistorhlis est sacerdotibus, qui ex Europa vel Mediterraneis oris ad exteras transmarinas regiones, per quodvis temporii spatium, sive breve sive longum sive indefinitum, aot in perpetuum, migrare desiderent, licentiam proficiscendi ibique manendi aut diutius commorandi concedere.

2.° Nuntii, Internuntii et Delegati Apostolici eandem licentiam concedere poterunt sacerdotibus illius nationis, apud quam legatione stabili funguntur, dummodo huiusmodi facultas eisdem attributa sit et reservata.

5 2. L® Quam licentiam obtinere debent sacerdotes, de quibus In § l n. 1.®, ut servatis ceteris de Iure servandis, alienae dioecesi in regionibus transmarinis incardinentur.

2.® Eadem licentia religiosi quoque indigent, nisi agatur de iis qui a Superioribus ad alias religionis suae domus mittantur; pariterque exclaustrati durante exebmstrationis tempore; necnon saecularizatl ab Episcopo benevolo, sive pure et simpliciter sive pro experimento, recepti./ P

§ 3. Haec autem licentia, firmis ceteris legibus in decreto *Magni semper negotii* l statutis, ne concedatur nisi cerio constet: l.®, de bono oratoris vitae testimonio; 2.·, de

1 **S. Q** Consistorialis, **Decretum de clericis in** certas quasdam **rrpxo draürriDtw,** ***Sfagni temper*** **jo Decembris** 1918, *A. A.* **S,** XI. **PP· 39-45 (LE i4oj.**

iusta ct rationabili migrandi causa; 3.°, de consensu tum Episcopi a *quo* discedit, aut Superioris si agatur dc religiosis, tum Episcopi *ad quem* accedit; 4.®, de habito Sacrae congregat Ionis Concilii induito si agatur de parochis, quoties absentia ultra duos menses protrahi debeat.

§ I. Sacerdotes sive sacculares sive religiosi qui, obtenta licentia migrandi In aliquam regionem transmarinam de una in alteram dicionem etiam eiusdem regionis demigrare desiderent, nova indigent licentia.

f 5. Sacerdotes qui, his legibus non servatis, temere arroganterque demigraverint, incident In poenas eodem decreto *Magni semper negotii* latas

4.—Una Sacra Congregatio ConsistoriaHs apostolicum indultum concedere valebit, ad normam canonis 216 § 4 C. l. C., ut paroeciae pro diversitate sermonis scu nationis ln commodum emigrantium constitui possint.

5.—j l. Sacrae pariter ConsistoriaHs Congregationis est:

1.· Adprobare, constlto prius de oratoris vita, moribus ac Idoneitate necnon de praestito ab Ordinario consensu, sacerdotes, sive sacculares sive regulares, qui incumbere cupiant In spiritualem curam emigrantium propriae nationis seu sermonis atque eorum qui iter maritimum arripiant aut In navibus quavis ratione versentur aut iisdem quoquo modo addicantur; illosquc per peculiare rescriptum Missionaries emigrantium vel Cappellanos navigantium nominare, destinare, transferre, eorum a munere renuntiationem acceptare et, si casus ferat, destituere;

2.· Eligere ac constituere, in qualibet natione, Moderatores seu Directores mlssionariorum emigrantium eiusdem nationis seu sermonis;

3.· Eligere ac constituere Moderatores seu Directores cappellanorum navigantium;

4.® Eos omnes moderari eisdemque invigilare, sive per locorum Ordi/narios, sive per Delegatum ad opera de emigratione, sive per alios viros ecclesiasticos huic muneri deputandos,

J 2. l.® Concessio rescripti, de quo in § l n. l.®, cum utroque Ordinario, *a quo* et *ad quem,* erit communicanda;

2.® Moderatores seu Directores designatos Sacra Congregatio ConsistoriaHs Episcopis nationis seu dicionis ad quam mittuntur cito significabit.

6.—j l. Nostra autem auctoritate adprobrantes peculiares coetus seu commissiones episcopales, pro spirituali emigrantium adsistentia pluribus in Europae et Americae dicionibus constitutos, Initumque hoc provide consilium et in aliis regionibus haberi cupientes, statuimus ut sacerdotes qui, a Praesulibus designati, in huiusmodi coetibus a secretis munere perfunguntur, nomine Directoris operum de emigratione pro sua quisque natione, a Sacra Consistoriali Congregatione augeri queant.

f 2. Ubi vero hulusmodi coetus nondum sint constituti, a Sacra Congregatione Consistoriali Director eligi poterit Inter dicionis presbyteros ab Episcopis praesentatos.

7.—J l. Quo vero opera pro emigrantibus navanda facilior evadat, praesentibus Litteris erigimus et instituimus apud praedictam Nostram Sacram Consistorialem Congregationem Summum Consilium de emigratione.

f 2. Hulusmodi Consilio praesidebit Adsessor ipsius S. Congregationis ct secretorius aderit Delegatus ad opera de emigratione.

f 3. In Idem Consilium adsciscl poterunt: l.® Sacerdotes illi qui, ln sua natione seu dicione vel munere funguntur lecretarii memoratae episcopalis commissionis pro spirituali advenarum adsistentia vel de Praesulum mandato in hulusmodi adsistentiam Incumbunt: 2.® Sacerdotes illi Romae degentes, sive saeculares sive regulares, qui rerum Istarum peritia animarumque studio praestere videantur.

8.—f l. Apud eandem Sacram Consistorialem Congregationem institutum volumus alterum coetum, seu Secretirbtum Generalem Intemationalem, ad moderandum Opus Apostolatus maris, cuius est potissimum sive spirituale sive morale commodum fovere maritimorum, eorum nempe qui gubernandi aut inserviendi gratia naves conscendant, vel portibus addicantur maritima itinera adparaturi.

j 2. Huius Secretariatus moderamen, uti praeses, geret Adsessor Sacrae ConsistoriaHs Congregationis, Delegatus vero ad opera de emigratione secretarii munere fungetur./ 696

§ 3. In Secretariatum autem cooptari poterunt: L· Viri illi ecclesiastici qui in unaquaque dicione seu natione Directores huiusmodi operi ab Episcopis praeficiuntur, 2.® Ceteri sacerdotes qui, de eodem opere prevehendo bene meriti, digno laudis testimonio sint cohonestandi.

Caput II.—*De Delegato ad opera de emigratione*

9.—Apud Sacram Consistorialem Congregationem instituimus Officium Delegati ad opera de emigratione.

10.—§ 1. Proprium Delegati est curare et fovere, iis omnibus auxiliis quae aptiora videantur, bonum, praesertim spirituale, fidelium emigrantium cuiusvis sermonis, stirpis, nationis, ac, servatis servandis, ritus; initis ad hoc, si casus ferat, rationibus sive cum Nostra Secretaria Status, sive cum civilibus magistratibus et institutionibus.

§ 2. Hunc In finem Delegatus, nomine et de mandato Sacrae Congregationis ConsistoriaHs opera et consilio favebit et adsistet omnibus consociationibus, institutionibus ct operibus catholicis, sive internationalibus sive nationallbus, necnon —salvo iure Ordinariorum— dioecesanis el paroccialibus, quae idem prosequi intendant.

11.—§ 1. Delegatus praeest missionariis emigrantium et cappellanls navigantium sive saecularibus sive regularibus eorumque Directoribus.

§ 2. Eosdem, de mandato Sacrae Congregationis Consistorialis, moderabitur, illis invigilabit ct de iisdem referre non omittet.

12.— Delegati erit, praeterea, quaerere et praesentare Sacrae Congregationi Consistoriali sacerdotes, qui sese dedere cupiant spirituali curae emigrantium vel emigratorum, necnon eorum, qui iter maritimum arripiant vel quavis de causa in navibus versentur aut iis addicantur.

13.—5 1. Sacerdotes, ad hoc munus adprobatos et per rescriptum Sacrae Congregationis ConsistoriaHs nominatos misslonarios emigrantium vel cappellanos navigantium, Delegatus ad missionem ve! ad navem mittet.

§ 2. Hos autem Delegatus auxilio, quo indicent, sive directe et immediate per semetlpsum, sive indirecte et Eer interpositos ecclesiasticos viros, potisslmumque per 'irectores, sedulo iuvabit.

14.—Delegatus certiores faciet Ordinarios locorum et Directores de emigrantibus mox adventuris.

15.—Delegatus provehere et moderari studebit ea omnia quae diei annuatim pro emigrantibus celebrandae incrementum conferre videantur./ 097

16.—In fine cuiuslibet anni, de statu materiali et spirituali missionum et de observantia ecclesiasticae disciplinae ex parte missionariorum emigrantium ct cappellanorum navigantium, Delegatus relationem conficiet ct Sacrae Congregationi Consistoriali exhibebit.

17.—§ 1. Abolemus igitur et supprimimus ac hisce Apostolicls Litteris abolitum ct suppressum declaramus Officium Praelati pro Italis emigrantibus3.

§ 2. Pariter a suo munere omnino cessasse declaramus Visitatores vel Delegatos cuiuslibet sermonis scu nationis, in bonum spirituale fidelium In Europae vel Americae regiones demigratorum vel profugorum, antea constitutos.

Caput III.—*De Directoribus, de missionariis emigrantium et de cappellanis navigantium*

18.—§ 1. Mlssionarli emigrantium et cappellani navigantium eorumque Directores suo munere funguntur sub moderamine Sacrae Congregationis ConsistoriaHs eiusque Delegati ad opera de emigratione.

§ 2. Munus misslonarii emigrantium et cappellani navigantium officiumque Directoris exeardinationem non parit nullamque dat exemptionem sive a proprio Ordinario aut Superiore regulari sive ab Ordinario loci in quo missionarium ct cappcllanum versari contingat.

19.—Directores mlssionariorum emigrantium et cappellanorum navigantium nullam iurisdictloncm sive territorialem sive personalem, vi muneris, exceptis tamen Ih quae infra recensentur, exercere valebunt.

20.—Ius ct officium Directoris est potissimum: 1.· Rationes inire cum Episcopis nationis seu dIdonh In qua missionaril stabiliter commorantur de Us omnibus, quae bo-

1L c. III, 16, *A. A.* XI. p. 43: **fSacerdotes qui. his legibus non servatis, arroganterque donigraverint, suspensi a divinis ipso facto maneant çuzüikciam sacris (quod Detis avertat) operari audeant, in irrigularitatexn arriar.t a quibus poenis absolvi non posrint nisi a Sacra hac Congregatione.**

' **S. G CawsisTOMijujs, Nocific&riooe ciroa U cotbturiooc di an Ftrbto per remurxtioD< iuhatu. Fntf· t· fixiu.** >3 Ott. 19ZΛ. *A A. S.* **XXL PP- 554-535 (LE .-96)**

num spirituale immigratorum suae nationis scu sermonis respiciunt. 2.® Missionaries aut cappellanos, salvo Ordinariorum iure, moderari.

21.—**i** 1. Debet igitur Director inquirere:

1.® Num missionarii aut cappcllani vitam ducant ad nonnam sacrorum canonum suisque officiis diligenter satisfaciant;

2.® Num Udem decreta α Sacra Congregatione Consisloriall et ob Ordinario loci lata rite exsequantur;/

698

3.® Num decor et nitor ecclesiarum vel cappcllaruin vel oratoriorum et sacrae supellectilis, maxime in custodia Sanctissimi Sacramenti et in Missae celebratione, accurate serventur;

4.® Num sacrae functiones secundum praescripta legum liturgicarum el decretorum Sacrae Rituum Congregationis celebrentur, bona ecclesiastica diligenter administrentur adnexaque Illis onera. In primis Missarum, rite impleantur, recte conscribantur ct asserventur libri paroeaales, de quibus sub n. 25 § 3 et n. 35 § 2.

§ 2. De lis omnibus ut certior reddatur. Director debet missiones aut naves frequenter visitare.

J 3. Pertinet ellam ad Directorem, statim ac resciverit aliquem misslonarium vel cappellanum graviter aegrotare, operam conferre ne spiritualibus ac materialibus auxiliis, honestoque funere si quis decesserit, careat; ct curare ne, eo aegrotante vel decedente, libri, documenta, sacra supellex aliaque ad missionem pertinentia depereant aut asportentur.,

22.—Director ob iustas causas α Sacra Congregatione Consistoriali adprobandas, universos missionarios aut cappellanos, sicubi liceat, convocare poterit, praesertim ut una simul exercitiis spiritualibus lidem vacare queant vel collationibus intéresse de aptioribus ministerii sui rationibus ineundis.

23.— Semel saltem in anno rationem missionariorum aut cappellanorum necnon status missionum Sacrae Congregationi Consistorial! Director fideliter reddat; exponatque non solum quae intra annum bene gesta sint» sed etiam quae mala obrepserint, quae remedia ad ea reparanda sint adhibita et quidquid agendum videatur ad incrementum missionum fovendum.

24.—Missionarii emigrantium in curam spiritualem fideUum sui sermonis seu nationis incumbunt sub iurisdictione Ordinarii loci iuxta normas quae infra in capite IV proponuntur.

25.—j 1. Proprium est cappellanorum navigantium, itinere maritimo perdurante, curam animarum gerere, excepta re matrimoniali, eorum, qui quavis de causa in navi versentur.

§ 2. Cappcllani, firmo praescripto can. 883 C. I. C.» peculiaribus normis ac facultatibus a Sacra Congregatione Consistorial! instruentur.

5 3. Conficere tenentur insuper libros baptizatorum, confirmatorum, et mortuorum, quorum exemplar, una cum relatione dc rebus gestis, in fine cuiuslibet maritimi Itineris suo Directori exhibebunt.

26.—Si in navi oratorium legitime exstet, cappcllani navigantium, congrua congruis referendo, rectoribus ecclesiarum aequlparantur.

27.—5 1. Cappellani possunt officia divina etiam solemnia in navis ora/ torio celebrare sartis tectisque legibus canonicis et liturgicis et cauto ut eadem horis navigantibus commodioribus absolvantur.

I 2. lidem: l.® Dies festos navigantibus denuntient; 2.® Catechetlcam Institutionem, praesertim adolescentibus ct Evangelil explanationem tradant.

28.—Cappcllani navigantium advigilent:

1.® Ut In oratorio divina officia ad sacrorum canonum praescripta ordinale celebrentur et sacerdotibus Missam celebrantibus, quovis amoto periculo effusionis sacrarum Speclerum e calice, alter sacerdos, si adsit, superpelliceo indutus adsistat;

2.· Ut sacrae suppellectills conservationi et eiusdem oratorii decori prosplciatur;

3.® Ne ouldplam fiat quod sanctitati loci ac reverentiae domui Dei tribuendae quoquo modo repugnet, neve oratorium aut altare aut sacra paramenta sectis acatholicis inserviant.

29.—l 1. Sine cappellani licentia, saltem praesumpta, nemini licet In oratorio navium Missam celebrare, sacramenta administrare, conciones habere aliasve functiones sacras peragere.

§ 2. Hacc vero licentia dari vel negari debet ad normam iuris communis.

30.—Ius erigendi el benedicendi oratorium In navlipec» tat ad Ordinarium loci cuius territorio adhaeret portni In quo navis habilualiter consistit.

31.—Missionarils ct cappellanis permittitur, de consensa Directoris, ct insuper Superioris sl agatur dc religiosis, per unum mensem intra annum a missione aut α navi abesse, dummodo emigrantium aut navigantium nectnitatibus sit provisum per sacerdotem Sacrae Congregationis Consistorialis idoneo rescripto instructum; idem permittitur Directoribus dc licentia Sacrae Congrégations Consistorialis, necnon de consensu Superioris si ngalurde religiosis, dummodo sui loco reponere valeant substitute ab eadem Sacra Congregatione adprobandum.

Caput IV.—*De cura animarum ab Ordinariis locorum pro alienigenas exercenda*

32.—Quod autem peculiariter spectat ad curam mimarum pro alienigenis quibuslibet, sive advenis sive peregrinis, ab Ordinariis locorum gerendam, quotiescumque, ob unam alteramve causam, minime expe/dire videbitur Tti ad Sacram Congregationem Consistorlalem recursui id obtinendum Indultum erectionis paroeciae pro diversitate sermonis seu nationis, statuimus ut In posterum loconin Ordinarii haec quae sequuntur praecepta servanda sedulo curent.

33. Quilibet loci Ordinarius spiritualem alienigenarum seu immigratorum curam committere enixe contendat m cerdolibus, sive saecularibus sive regularibus, eiusdem sermonis seu nationis, nempe mlssionarlis commigrantium, peculiari Sacrae Congregationis Consistorialis mandato, ut supra, praeditis.

34.—Quilibet pariter loci Ordinarius enitatur concedere iisdem mlssionarlis emigrantium potestatem exercendi curam animarum in fideles advenas seu peregrinos eiusdem sermonis seu nationis, audita Sacra Congregatione Consisloriali ceterisque servatis de iure servandis.

35.—§ 1. Mlssionarius emigrantium huiusmodi potestate praeditus, in gerenda cura animarum aequiparatGr parocho; ct ideo iisdem facultatibus in bonum animarum politur ac oneribus adstringilur, congrua tamen congruis referendo, quibus parochi fruuntur ac tenentur ad normam iuris communis.

§ 2. Idem proinde, prae ceteris, paroecioles habeat libros de quibus in can. 470 C. L C., quorum authenticum exemplar in fine cuiuslibet anni ad parochum Jod et id suum Directorem transmittet.

36.—§ 1. Huiusmodi paroeclalis potestas est personalis, in alienigenarum seu immigratorum personas dumtaxit exercenda.

§ 2. Eadem aequo iure cum potestate parochi lod est cumulata, etiamsi exerceatur In ecclesia seu cappella vd oratorio publico aut scmlpublico, mlssionario emigrantium concreditis.

37.—§ 1. Ad exercitium sacri ministerii unicuique mlssionario emigrantium aliqua ecclesia seu cappella vd oratorium publicum aut scmipublicum, quatenus fleri poterit, adsignetur.

} 2. Secus loci Ordinarius nonnas constituat quibus eidem misslonario emigrantium fas sit, libere et plene, suo muneri satisfacere in alia ecclesia, parocciall non excepta.

38.—Missionarii emigrantium, durante munere, plene subiacent Jurisdictioni Ordinarii loci, tum quoad exercitium sacri ministerii, tum quoad disciplinam, secluso quovis exemptionis privilegio.

39.—Unusquisque alienigena, sive advena sive peregrinus, plena potitur facultate adeundi, sacramentorum causa, matrimonio non excepto, misslonarium emigrantium sui sermonis aut parochum loci.

40.—Advenarum seu peregrinorum nomine, ad effectum de quo agi.tur, veniunt: Tit

1.® Omnes alienigenae —non exceptis iis qui ex edoniis migrarunt —per quodeumque temporis spatium, quavis de causa, studiorum quoque, in alieno territorio versantes;

2.® Eorum descendentes in primo gradu lineae recUe. etiamsi nallonalitatis iura acquisierint.

Caput V.—*De spirituali adsistentia ab Episcopis Italice praestanda emigrantibus*

41.—Quum haec Apostolica Sedes prae alüs maxime consueverit vigilare pro Italis, quorum frequentior quam

ceterorum migratio est ·, praesentibus Apostolicls Litteris confirmamus ct compertae Nobis Episcoporum Italorum navitati ex corde commendatas cupimus peculiares Illas normas quas Decessores Nostri ediderunt dc Italis ad externa peregre emigrantibus; haneque nacti occasionem, praefatos locorum Ordinarios vehementer hortamur ut rota Nostra adimplere satagant.

42.—Prae oculis habeant, tunquam canonem suscipiendi ac perficiendi laboris, verba illa quibus Beatus Pius X comitatus ct patronatus, sic commendabat: «... per Italiam comitatus, quos vocant, et patronatus, emigrantium causa, bene multi extltcrunt, aliaque id genus ab Episcopis, aliisque de Clero, atque ab Ipsis lalcls, viris egregie munificis, christlanaequc sapientiae perstudiosis, instituta» *

43.—Curent igitur Ordinarii ut, Ipsis auctoribus Ipsisoue rectoribus, cooperantibus autem sodalibus Actionis Catholicae, ccterorumque catholicorum coetuum pro religiosa, morali ct sociali artificibus et operariis aasistentli, comitatus de emigratione et subcomltatus instituantur, idque praesertim in dioecesibus unde frequentior habeatur emigrantium exodus.

44.—Pariter vigilent, qua decet alacritate, ut sic Instituta de emigratione consilia, demandata munera rite idlmpleant, quodque expetitur, animarum nempe salutem, consequi contendant.

45.—f 1. Ne omiserint Ordinarii locorum commendare parochis, ut has sui ministerii paries sueta diligentia obeuntes, praecavendos curent fideles contra spiritualia pericula quae usque a primo de domo, de familia, de patria discessu, instare solent./

i 2. Hunc in finem parochi congruentem catechetlcam institutionem fidelibus mox demigraturis sedulo tradant.

46.—Ordinarios pariter ne pigeat exhortari parochos, uti fideles suos demigratos pastorali sollicitudine prosequi usque pergant.

47.—Religiose serventur ea quae a Sacra Conslstoriali Congregatione praecipiuntur «Italiae Ordinarii praesertim opera parochorum sive patronatuum qui de emigrantibus curam habent, satagant ut peregrini seu emigrantes muniantur, antequam discedant, tessera ecclesiastica» ·.

41—Enitantur pro viribus, iisque adhibitis rationibus quae utiliores videantur, ut prospere feliciterque cedant turn dies pro Italis emigrantibus annuatim celebranda tum stipis collectio pro spirituali emigrantium adsistentia, Sacrae deinde Consistorial! Congregationi tradendae 7.

49.—**i** 1. Gratulantes Ordinariis illarum dioecesium extra Italiae fines, sive in Europa sive in regionibus transmarinis exstantium, qui nationalibus vel dioeccsanis operibus et consiliis vel comitatibus enituntur ut praesto sint adlumenla spiritualia et moralia universis alienigenis, quos etsi hospites ut sui gregis fideles amplexati sunt, ab iis expetimus, ut in paroeciis ubi cuncti vel plerique sint fideles qui ad Italam gentem pertineant, diem pro Italis emigrantibus luxta normas pro Italis Ordinariis n. 48 statutas, annuatim celebrant pecuniamque collecticiam ad Sacram Congregationem Consistorialem ad fovenda opera pro Italis demigrantibus remittendam curent ®.

i 2. Quod, congrua congruis referendo, pariter fieri Eterit pro emigrantibus aliarum nationum seu sermonum i ut uno eooemque tempore, nempe Dominica prima Adventus, dies pro emigrantibus in toto catholico Orbe celebrari queat.

50.—Velint tandem Italiae Ordinarii parochos opportune urgere ut unam Missam per annum ad mentem Summi Pontificis potius quam pro populo applicent; eosque exhortari ut assidue llbenterque hanc commutationem perimant in bonum Italorum emigrantium cessuram./

Caput VI.—*De Pontificio Collegio Sacerdotum pro Italis ad externa emigrantibus*

51.—Collegium Nostrum Sacerdotum pro Italis ad externa emigrantibus institutum * recognoscimus et confirmamus.

52.—§ 1. Idem Collegium permanere volumus —cauta tamen iurisdictione Cardinalis in Urbe Vicarii— sub dependentia Sacrae Congregationis Consistorialis.

§ 2. Sacrae ipsius Congregationis Consistorialis erit: ® Collegium moderari eique vigilare sive quoad observantiam disciplinae sive quoad rem familiarem et administratloncm bonorum temporalium: 2.® Eidem leges dare; 3.0 Rectorem ceterosque Officiales eligere.

53.—Quum peculiaris Collegii finis» praeparare scilicet iuniores Italos sacerdotes e clero saeculan ad Italos in peregrinas regiones migrantes honeste et religiose excolendos et Juvandosl0, undequaque cohaereat cum fine Piae Societatis Missionariorum a Sancto Carolo pro Italis emigratis, indulgcmus ut Rector ceterlque moderatores et magistri seligantur inter sacerdotes eiusdem Piae Societatis, cui proinde Collegium ipsum ad beneplacitum Nostrum libenter concredimus, firmis tamen quae sub numero praecedenti statuuntur.

54.—Praecipimus insuper ut In posterum nulli sacerdoti committatur spiritualis cura fidelium Italorum emigrantium quin per congruens temporis spatium in praefato Collegio apte sit institutus et animi mentisque virtutibus, doctrina, sermonum peritia, prospera valetudine aliisque dotibus tanto muneri par agnitus fuerit.

.55—Meminerint Episcopi, praesertim illarum dioecesium unde plurcs emigrantes discedunt, rem religioni valde profuturam Nobisque pergratam se facturos si iuvenes sacerdotes, virtute stuuioque animarum praestantes, qui sese totos operibus pro emigrantibus deaere cupiant, ad praefatum Collegium mittere non renuent.

56.—In ceteris, tandem, emigrationis extra Italiam locis seu natio/nibus, ubi conveniens forte desit emigrantibus catholicis illius nationis spiritualis adsistentia, utiliter procul dubio consulere valebunt Ordinarii si, pro peculiaribus locorum rerumque adiunctis, relatam pro Italis demigrantibus agendi rationem, diserte in Romanorum Pontificum actibus evulgatam Nobisque in praesens probatam, sollicite inibunt.

Haec» igitur, tota rei causa graviter considerata at< etiam Decessorum Nostrorum exemplis permoti, prae bita sententia venerabilis Fratris Nostri Adeodati Toannis S. R. E. Cardinalis Piazza, Episcopi Sabinensls et Mandelensis, Sacrae Congregationis Consistorialis a Secretis, statuimus et praescribimus, decernentes praesentes has Litteras et In eis contenta quaevis» etiam ex eo quod quilibet in praemissis ius vel intéressé habentes» vel habere praetendentes quomodolibet illis non consenserint, nec ad ea vocati sive auditi fuerint, aut ex quibusvis aliis causis, impugnari minime posse, sed easdem semper ac perpetuo firmas, validas ct efficaces exsistere ct fore» suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac iis ad quos spectat et pro tempore spectabit suffragari, et ab eis respective et inviolabiliter observari debere, ac irritum et inane si secus super his a quolibet, quavis auctoritate, scienter vel Ignoranter, contigerit attentari.

Non obstantibus, quatenus opus sit, per Romanos Pontifices Praedecessores Nostros editis Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicls, ut supra, ceterlsque etiam individua ac specialissima mentione et derogatione dignis» contrariis quibuslibet.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae constitutionis, ordinationis, abrogationis, mandati, innodationis, admonitionis, inhibitionis, praecepti, voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Sl quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphl, apud Romam, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, die fui ma mensis Augusti, in festo S. Petri Apostoli ad Vtncua. Pontificatus Nostri anno quartodecimo.—Pius Pr. XII.

4 R Prvs X, Motu proprio, De Italis ad externa emigrantibus, ***Iam pridrm,*** H Martii 1^x4, ***A. A. S.t*** M. pp. x73-176. * L. c. p. 174.

• S C CoMisrotuus. Communicatio, 26 Ianuarii 1923, ***A. A, S. XV,*** «.m-iij (LE 469]-

' S. C OwnsToxiAUS, Litterae circulares ad RAos Ordinarios Italiae, ôîçmtali emigrantium cura, ***6*** Decembris 1914» ***A. A. S-,*** VI, p. 699 $.

•S. C CosiirroMuus, Litterae ad Ribos Americae Ordinarios, 22 Feirws 19x5.

*3 Prvs X, Motu Proprio, Dc Iulis ad externa emigrantibus, ***Iam frim,*** 13 Mirtü X9T4, ***A. A.*** S., VI, p. x73 S. C, CoxsxsroniALxs, De Pon-

tifido Colkxio Sacerdotum pro IuIls ad externi crnl^riatûn». Notification ***Sacerde-tum Collegium,*** 26 Mxii 19IX, 3. ***A. S.,*** XIII, P- J09 < (LE riS).

>- S. G COXSISTOXIAUS, ***CcOegio dt Saœdcti fvr gh Rtgclamenio cmtrzlt,*** 14 Giugoo 19x4.

Adn. M. FABREGAS in PrM 41 (1952) 315-325. J FERRETTO in Apoll. 27 (1953) 363-375 et in ApotL 27 (1954) 3X3055. E A FJS in Tuxixt 16 (1956) 353-336; L. OOVERNATOR1 in ApoU. 2S (1953) 155474 Xav. OCHOA in CpR 32 (1G53) 5-7; 41 (1962) 345-353. 42 (1963) 63-115 J. I. TELLECHEA in REDC 9 (1953) 539-576

2305

1952 AUG 6.-SC CONCILII, RESPONSUM. PART.·

Capitularес, qui religionem in **sc.noLis** status docent, NON EXCUSANTUR A SERVITIO CHORALI

Romae, die 6 Augusti 1952.

Exrjfie *ac Rpffie Domine,* Ad litteras Tuas me referens diei 16 elapsi mensis Iulii, de Canonicis seu Beneficiariis in Scholis Status Religionem docentibus. Excellentiae Tuae Reverendissimae significo canone 421, § l, n. 1.·, Codicis iuris canonici a servitio choral! Capitularcs excusari qui Sacram Theologiam vel Ius Canonicum in Scholis Ecclesiae docent, non autem Capitulares qui Religionem In Scholis Status, cuiuscumque gradus, tradunt.

Interea quo par est obsequio me profiteor Excellentiae Tuae Reverendissimae uti fratrem—J. Card. Bruno, *Praefectus.*

*** Ordisano Carthaginem :n Hifiparùa. Pxot N 3443,Sl· Sal Terne 40 (N52) 742 Ada. REGATILLO ɳ. 204.**

2306

1952 SEP 13.-SC RELIGIOSORUM, ALLOC. PART.·

Criteria sequenda in accommodate renovanda vita ET disciplina institutorum perfectionis

Non è senza una emozione profonda che Vi rivolgo la paroln stamatllna. Vedo In Vol le centinaia di migliala di anime consecrate delle quali avete la responsabilité davanti u Dio e la Chleu. La Vostra presenza qui dimostra anche che Vol slete consapevoli dl questa vostra responsabilité, ma questa non deve escludere sentiment! di fiducia. Nelia amministrazione delle Vostre comunlth. sforzatevi di imitare, se possiamo esprimerci cosl, quelle qualité che vediamo nelia amministrazione dei mondo sotto la mano dl Dio: quelle qualita eloè di lungimiraiua, comprendone, bonté e pazienza. Se Vol lavorate con questo spirito, putete essere slcure che Dio lavorcrà per Vol e In VoL

Fra tutti i puntl che potrebbero forse InteressarVI, in una adunanza come questa, mi permette dl segnatorVi i seguenti. Inutile dire che non Intendo dare a questi puntl tutto lo svlluppo possibile. Tentcrô solamente dl presentarVI alcuni aspettl dei probleml. nfflnché Vol posslate avere da questa riunlone Idee più torghe, vaste e profonde.

I.—La revisione delle Costituzioni.

Nel li»22 dopo promulgato Il Codice di Diritto Canonico, la S. C. del Religiosi ordinô a tutti gli istituti religiosi, di inviare a Roma le loro Costiturioni per essere rivedute e, se necessario, anche corrette, alla luce del Sacri Canoni recentemente entrât! in vigore. Ma ttnche dopo questo revisione generale la S. C. non crede necessariamente che tutti i particolari dl dette Costltuzioni debbano rimanere per sempre invortotJ. Roma è sempre pronia a considerare l'opportunité di alcuni cambiamentl, purchè gli Istitutl intéressât! presentino delle ragioni sufficientemente valide per appoggiare dette modifiche. Ma Roma vuole che tale evoluzlone si faccia senza urti e senza turbare la pace delle anime. Vuole, In una parola. che sia una evoluzlone *olfale,* **ad imitazlone della evoluzlone ed aumento dell'essere umono. Perci6 la procedure ordinaria richiede che la domanda dl Introduire camblamenti venga presentata a nome dei capltolo generale, e che l cnmbiamenti voluti siano stall approval!. non solo dolia maggioranzji nssnluta. ma anche dalla quasi unanimité delle capitolnri. l seguenti puntl raeritiino di essere segnalatl.**

Consueladinarl.—I **consuetudinnri, detti anche 'direttori». non vengono npprovatl dalla S. C. dei Religiosi, se non In nn tenso pluttosto negativo. Vale n dire che la S. C. Il •ottopone a una revisione per asslcurarsl che non ci sia nulla di contrario alto teologia o al diritto canonico. Ma quando rilascia il suo** *nulla Mia,* **questo non equivale nd una npprovaxlone tecnicnmente delta; per questo l consuetudinari sono different! dalle Costltuzioni.**

Nonostante tutto quello che hanno di bello, di buono e di edifIcante, l consuetudinnri diventano talvolta oppressive, o almeno imbarazzantl, con l loro rcgolamcntl mlnuziosl su diversi puntl della vita ordinario. Questo è un fatto Incontrovertihile dell'esperienza; e dnto che. ncgli istituti religiosi si trovano superiori dl tutti l colori e di tutti i temperamenti, sappUmo che alcuni superiori sono cosl attaccati alla Jettera del consuetudinario, da dlmentlcare il fine che tail regolamcnti devono effettuare.

I superiori possono qulnd! legittlmnmentr far sapere alto S. C. del Religiosi l loro desiderata. Non dovrebboro nstcnersl da tali suggerimentl per paura di essere accusati di trndlmento dello spirits del Fondntnre. Il cnmbinmrnto. in ê estcMo. non è cresia; perô non dovrebbe venir proposto wlo perché dra con qualche capriccio o desiderio personale del superfer». Tutti i cnmbiamenti propostl alla S. C. debbono, corne generale, essere appoggiati dalla quasi unanimity del cnlUh genendo. Se nel periodo fra due cnpltoli, un cambhmeato i. ventnssc urgente, la S. C. potrebbe autorirznrlo, a condizfae» **perO cho lu cosa venisse sottoposta al giudlzio del prosflnr r>. pitolo generale.**

L'ahiio *religiosa.*—**La Santa Sede Inscia ai slngoll ishta», In plena liberta circa l dettngll del lore abito religioso. Laï f. mira prima dl tutto alia paco e tranquillité delle congrnpuiatf. La pace e la carith sono di magglor prcglo della mnditka rabito. L'unica questione che Horna propone ln tall cad I h seguente: «Slcte tutte d'accordo?» Le modifiche deddmb verranno approvntc, purchè siano anpoggiate dei capltoh p. nerale, e purchè la minoranza, se eshte, non sia indebklanzote strcpltosa nelia sun opposizione. In quesUultimo ea». h S. Sede consigliere di attendere pnzlentemcntc.**

Suavissimo Nos solacio afficimur —quod libet helc, etii breviter, declarare— cum pietatem cernimus erga Angustum altaris Sacramentum cotidie magis increbrescere κη modo in christifidelium animis, sed ad divini cultus etlun splendorem quod pertinet, qui cx publicis populorum manifestationibus saepenumero emicat. Quam ad rem haad parum procul dubio contulere sollicitae Summorum Pontificum curae, ac praesertim Beati Pii X, qui quidem, priscam Ecclesiae consuetudinem renovandam omnes adhortatus est, ut quam creberrime, immo cotidie si possent, ad Angelorum mensam accederent 17; ac parvulos quoqu» ad caeleste hoc pabulum invitans, sapienti consilii statuit praeceptum sacrae Confessionis sacraeque Communionis ad cos singulos universos spectare, mil iam ri rationis usum pervenissent u; quod etiam in luris canonici Codice sancitum est 1·. Hisce Summorum Pontifias curis christifideles ultro libenlcrque respondentes, ad sieram Synaxim frequentiores usque accessere. Atque «tinam haec caelestis Panis fames divinique Sanguinis sitis in omnibus cuiusvis aetatis hominibus in omnibusque civium ordinibus exardescant!

Animadvertendum tamen est ea quibus vivimus tempora eorumque peculiares condiciones multa in societatis usum in communisquc vitae actionem induxisse, ex quibus graves difficultates oriantur, quae possint homica l divinis participandis mysteriis abstrahere, $l EuchàrirtW ieiunil legi eo prorsus modo ab omnibus obtemperanden sit, quo ad praesens usque tempus obtemperandum erit.

Imprimisque patet omnibus clerum hodie ingravesceatibus/ Christianorum necessitatibus numero imparem esse. ' qui quidem festis praesertim diebus nimium saepe labores tolerare debet, cum serius Eucharisticum Sacrificium «

» *I* Ccr XI. 3j. · Çfr. L» c., XXII. to. · I Cor., XI. x». ' Matt il , XXVI, 38. • Cfr. *i* C«r. XI. 24-15. · Cfr. bymn. ***Lauda Ƽw*** (Mbnle Rom.). ' Cfr Bruin. XIV, ***Df*** Svw. ***Dioec.,*** L 6, c. 8, n. xo. · Cooc. Hipp , can. 28: Max-«, II!. ott. 'Cooc. Girth. HI. cap. ɣ. Mamii. III, 885. ''Cfr. S. Avarn,Frin'ri/w. cip.fr. Mιοχτ, ***PL.*** XXXIII, aoj. «» Cfr / Cor XI, ai sq. ⅋ S. Arcusr., I. c.u Cone. Tolet., VII, cap. x Max îj. X, jAHCik Bracar. III, ***can.*** ισ- Max ii, IX, 84t. ''Coae. MaUkoo. II, exx fr Must, IX. 952. ''Cone. Constant., srss. XIII: Makst. XXVII, 7Z7- ''S. Cor.xr. Concilii. Drcrrtum Sacra ***Tridenîina Svmdui,*** d. d. xieeis Drcrmbns, an. mcmv. S. ***Sedù,*** XXXVIII, 400 sq. '' S. Con<r. de Sacramentis. Dccrctuni ***Quam tingulan,*** d. d. vm neto Auditi, an. mcmx: .4rta ***Ap. SeJû,*** II, p. 577 »q. 1· C. I C , can. cfr. c-tn. 854. ! 5 '' Matt u.. XXVIII. ⅋

non ruro etiam bis vel ter celebrare debeat, cumque interdum officio quoque teneatur longinquum faciendi Iter, ut ucra ne desint haud parvis sui gregis partibus. Enervantes eiusmodi apostolici labores sacerdotum valetudinem procul dubio debilitant; idque eo vel magis quod non modo Missae litandae cum Evangelii explicatione, itemque sacris Confessionibus audiendis, catechesi impertiendae, ccterisque sui muneris partibus increscenti studio increscenlique opera vacare debent, sed iis etiam rationibus rebusque diligenter prospicere ac consulere, quas asperum illud certamen adversus Deum eiusque Ecclesiam postulat, tam late hodie, tam callide acriterque excitatum.

At mens anlmusquc noster ad eos notissimum advolat, qui procul a patria cuiusque sua, in longinquis operantes terris, huic Divini Magistri invitationi iussionique generosi responderunt: «Euntes ergo docete omnes gentes» ao; ad Evangelii praecones dicimus, qui, gravissimis etiam exantlatis laboribus atque itinerum difficultatibus omne genus superatis, eo omni nisu contendunt, ut Christianae religionis lumen omnibus pro facultate affulgeat, utque suos greges, saepenumero a catholica suscepta fide adhuc recentes, angelico illo enutriant cibo, qui virtutem alat pictatcmque refoveat.

Iisdem fere in rerum adiunctis ii quoque christifideles versantur, qui vel in non paucis regionibus a catholicis Missionalibus excultis, vel in aliis locis commorantes, cuin proprium apud se non habeant sacrorum administrum, alterius sacerdotis adventum in seras horas exspectare debent, ut Eucharisticum participare queant Sacrificium, seieque divino enutrire pabulo.

Ac praeterea, postquam machinae omne genus in usum inductae fuere, saepissime contingit ut opifices non pauci «1 officinis, vel vehicularibus maritimisque muneribus,
30 vel aliis/ publicae utilitatis officiis addicti, non modo per diem sed per noctem ellam alternis iteratisque laboris viribus occupentur, ita quidem ut debilitatae eorum vires eos interdum compellere possint ad aliquid nutrimenti accipiendum, atque adeo iidem impediantur quominus ad Eucharislicam mensam leiuni accedant.

Ad hanc eamdem mensam matres quoque familias sae penumero venire nequeunt, antequam domesticis curis prospexerint, quae multas saepe ab eis postulant laboris horas.

Parique modo evenit ut in puerorum puellarumque scholis ac litterarum ludis plurimi habeantur, qui divino illi Invitamento respondere cupiant: «Sinite parvulos venire ad me*11, cum fore omnino confidant ut ille, qui «pascitur inter Ulla»11 suum ipsorum animi candorem raorumoue integritatem contra iuvenilis aetatis Illecebras ac mundi insidias tutetur; verumtamen perdifficile interdum iisdem est, antequam ad scholam se conferant, sacras adire aedes ibique sese Angelico enutrire Pane, postea vero domum redire ut necessarium suscipiant nutrimentum.

Hoc praeterea animadvertendum est saepe hodie contingere ut frequentissimae populi multitudines ex alio ad ilium locum postmeridianis horis ea de causa transgrediantur, ut religiosas celebrationes, vel coetus de re sociali habendos participent; si igitur hisce etiam datis occasionibus liceat Eucharisticum peragere Mysterium, quod divinae gratiae vitalis fons est voluntatesque iubet ad virtutem adipiscendam exardescere, haud dubium est inde vim hauriri posse, qua omnes ad Christiane penitus sentiendum operandumque excitentur, et ad legitimis etiam obtemperandum legibus.

Peculiaribus hisce considerationibus haec adlcere opportunum videtur, quae ad omnes spectant; quamvis nempe nostris hisce temporibus ars medica ac disciplina illa, quae hygiene dicitur, tantos progressus fecerint, tantumque con-
-1 tulerint ad/mortuorum numerum in puerili praesertim aetate minuendum, nihilo secius praesentis vitae condiciones atque ea, quae ex immanibus huius saeculi bellis consecuta sunt incommoda, eiusmodi sunt, ut non parum corporum constitutionem valetudlnemque debilitaverint.

Hisce de causis, quo praesertim experrecta in Eucharistiam pietas facilius augeatur, e variis Nationibus Episcopi non nauci, officiosis datis litteris petiere, ut hacc Iclunii lex aliquantulum mitigaretur; atque iam hacc Apostolica Sedes peculiares hac in re facultates ac venias sacrorum administris ac christifidellbus benigne concessit. Ad quas concessiones quod attinet, memorare libet Decretum, quod *Pul Edilum* inscribitur, a S. Congregatione Concilii die vu mensis Decembris, anno mcmvi, pro infirmis datum ac Litteras die xxn mensis Mali [Martii], anno mcmxxxii, Lo-

•Xmc Xij. "Cin/ , Π, i6; ***XI, 2. « Aita*** S. ***Sftiù,*** XXXIX, p. 603 *q.

eorum Ordinariis a S. S. C. S. Officii pro sacerdotibus datas u.

Postremis hisce temporibus. Episcoporum hac de re petitiones crebriores impcnslorcsque fuere, atque ampliores pariter fuerunt facultates concessae, eae potissimum quae belli occasione dilargitae sunt. Id procul dubio luculenter indicat novas, graves, non intermissas ac satis generales exstare causas, quibus nimis difficile sit, multiplicibus in rerum adiunctis, cum sacerdotes Eucharisticum sacrificium celebrare, tum christifideles Angelico vesci Pane ieiunos.

Quamobrem, ut gravibus hisce incommodis ac difficultatibus occurramus, utque indultorum diversitas in actionum discrepantiam ne cedat, necessarium ducimus Eucharistici ieiunii disciplinam ita mitigando statuere, ut, quam largissime fieri potest, in peculiaribus etiam temporum locorum ac christifidelium condicionibus, eiusmodi legi omnes obtemperare facilius queant. Hacc Nos decernentes, fore confidimus ut haud parum conferre possimus 22
ad Eucharisticae pietatis incrementum, atque adeo aptius permovere atque excitare omnes ad Angelorum participandam Mensam, adaucta procul dubio Del gloria ac Mystici lesu Christi Corporis sanctimonia.

Haec igitur omnia, quae sequuntur, Apostolica auctoritate Nostra decernimus ac statuimus:

I.leunii eucharistici lex, a media nocte pro iis omnibus vigere pergit, qui in peculiaribus condicionibus non versentur, quas per Apostolicas has Litteras exposituri sumus. Principium tamen generale ct commune omnibus in posterum esto, sive sacerdotibus, sive christifidellbus: aquam videlicet naturalem Eucharisticum ieiunium non frangere.

II. Infirmi, etiamsi non decumbant, aliquid sumere possunt, de prudenti confessarii consilio, per modum potus, vel verae medicinae, exceptis alcoholicis. Eadem facultas sacerdotibus infirmis conceditur Missam celebraturis.

III. Sacerdotes, qui vel tardioribus horis, vel post gravem sacri ministerii laborem, vel post longum Iter celebraturi sunt, aliquid sumere possunt per modum potus, exclusis alcoholicis; a quo tamen se abstineant saltem per spatium unius horac, ante quam sacris operentur.

IV. Qui autem bis, vel ter Missam celebrent, ablutiones sumere possunt, quae tamen, in hoc casu, non vino, sed aqua tantum fieri debent.

V. Christifideles pariter, etiamsi non infirmi, qui ob grave incommodum —hoc est, ob debilitantem laborem, ob tardiores horas, quibus tantum ad Sacram Synaxlm accedere possint, vel ob longinquum Iter, quod suscipere debeant— ad Eucharisticum mensam omnino iciunl adire nequeant, dc prudenti confessarii consilio, hac perdurante necessitate, aliquid sumere possunt per modum potus, exclusis alcoholicis; a quo tamen se abstineant saltem per spatium unius horae, antequam Angelico enutriantur Pane.

VI.Si rerum adiuncta id necessario postulant, locorum/ 23
Ordinariis concedimus ut Missae celebrationem vespertinis, ut diximus, horis permittere queant. Ita tamen ut haec initium non habeat ante horam iv post meridiem, sive in festis de praecepto, quae aduhc vigent, sive in illis quae olim viguerunt, sive primis uniuscuiusque mensis feriis sextis, sive denique in illis sollemnibus, quae cum magno populi concursu celebrentur, atque etiam, praeter hos dies, semel in hebdomada, servato a sacerdote ieiunio trium horarum quoad cibum solidum et potus alcoholicos. unius autem horae quoad ceteros potus non alcoholicos. In his autem Missis christifideles ad Sacram Synaxlm accedere poterunt, hac eadem servata norma ad ieiunium Eucharisticum quod attinet, firmo praescripto can. 857.

Evangelii autem praeconibus. In territoriis Missionum, peculiarissimis perpensis condicionibus in quibus versantur, ob quas raro plerumque habentur sacerdotes, qui longinquas stationes invisere queant. Locorum Ordinarii clusmodi facultates concedere poterunt ceteris etiam hebdomadis diebus.

Locorum tamen Ordinarii diligenter curent, ut quaelibet vitetur interpretatio, quae concessas facultates amplificet, utque ab omni abusu et irreverentia hac In re caveatur; In hisce enim dilargiendis facultatibus, quas hominum, locorum temporumque condiciones hodie postulant. No* etiam atque etiam volumus Eucharistici Ieiunii momentum, vim atque efficacitatem confirmare ad eos quod attinet, qui Divinum Redemptorem sub Eucharisticis velli latentem accepturi sunt. Ac praeterea, quotiescumque corporis

■•S. S, Conrr. S. Officii Utter- locsrmu Ordinarib data* wper ‘‘‘•x-.» euchaxbtko ante Miuim: ***Acia Af. Sadt»,*** XV, p 151 [LE MJI

incommodum minuitur, animus debet pro facultate rem supplere, sive interna paenitentla, sive aliis modis, ex tradito Ecdesiae more; quae quidem cum ieiunium mitigat, alia opera adimplenda imperare solet. Qui igitur datis hac in re facultatibus perfrul queant, impensiores ad Caelum admoveant preces, quibus Deum adorent, eidem grates agant, ac praesertim admissa expient novaque impetrent superna auxilia. Cum omnes perspectum habeant oporteat
24 Eucharistiam/ «tamquam passionis suae memoriale perenne* w a lesu Christo institutam fuisse, ex animis sensus illos elidant Christianae humilitatis christianaeque pacnitentlae, quos Divini Redemptoris cruciatuum ac mortis meditatio exdtare debet. Itemque eidem Divino Redemptori, qui, perpetuo In altaribus se immolans, maximum renovat sui amoris documentum, adauctos offerant omnes suae erga proximos caritatis fructus. Hac profecto ratione conferent omnes ad illud Apostoli gentium cotidie magis explendum: «Unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus»s<.

Quaecumque autem hisce Litteris decreta continentur, ea omnia stabilia, rata ac valida esse volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus, peculiarissima etiam mentione dignis; atque abolitis ceteris omnibus privilegiis ac facultatibus, quomodocumque a Sancta Sede concessis, ut ubique omnes hanc disciplinam aeque riteque servent.

Quae quidem omnia, supra statuta, vim suam obtineant a promulgationis die per *Acta Apostolicae Sedis* factae.

Datum Romae, apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, die sexta mensis Ianuarii, in Epiphania Domini, Pontificatus Nostri anno quarto decimo.—Pius Pp. XII.

"S. Thom., *L VII. Otte.* de Festo Corporis Chnsti, lecL IV *Otere* Ovmm, Ranae, MDuex, vol XVII. ··/ Car.. X, 17.

Adn. M. CASTELLANO: 79ir.ME 78 I1953) 0954) 19-502. FIDEL DE PAMPLONA in REDC 9 11953) I33-33Ò. F HUERTH xa PrM 4 (1953) 50-86; E. J MORIARTY xn Jurist 14 0954) 1-31; P. PALAZZDIl in REDC 23 (1953) 81-102; A PEINADOR m CpR 32 (1953) *2AAL* REGATILLO n. 379. 330.

2331

1953 IAN 6.-SC S. OFF., INSTR. AAS 45 (1953) 47-51

Instructio de disciplina circa ieiunium eucharisticum SERVANDA

Constitutio Apostolica *Christus Dominus,* hoc ipso die a Summo Pontifice Pio XII, feliciter regnante, data [LE 2330], largitur quidem non paucas facultates ac dispensationes circa legis leiunii eucharistici observantiam, sed nonnas maxima ex parte quoad substantiam quoque confirmat Codicis luris Canonici (can. 808 et 858, § 1) impositas sacerdotibus et fidelibus, qui eidem legi obtemperare queant. Attamen hisce etiam extenditur favorabile ipsius Constitutionis primum praescriptum, cuius vi aqua *naturalis* (Id est sine ulla cuiuslibet elementi adiectione) non amplius frangit ieiunium eucharisticum (Const., η. I). Quod vero attinet ad ceteras concessiones, iis tantum uti possunt sacerdotes ct fideles, qui in peculiaribus versantur condicionibus, de quibus in Constitutione cautum est, vel Missas vespertinas celebrant aut in iisdem sacram communionem recipiunt ex licentia Ordinariorum, intra limites novarum facultatum, quae Iisdem tributae sunt.

Itaque, ut normae ad huiusmodi concessiones pertinentes ubique conformi rationc serventur atauc evitetur quaelibet interpretatio, quae concessius facultates amplificet, utque ab omni abusu hac de re caveatur, Suprema haec Sacra Congregatio Sancti Officii, iussu mandatuque Summi ipsius Pontificis, statuit quae sequuntur.

Quoad infirmos sive fideles sive sacerdotes (Const., η. II)

1. Fideles infirmi, etiamsi non decumbant, aliquid sumere possunt per modum potus, exceptis alcoholicis, si, suae infirmitatis causa, usque ad sacrae communionis receptionem ieiunium, absque gravi incommodo, nequeunt servare integrum; possunt etiam aliquid sumere ner modum medicinae, sive liquidum (exclusis alcoholicis), sive
48 solidum, dummodo. de vera medicina agatur, a medico praescripta vel uti tali vulgo recepta. Advertendum autem est, non posse tamquam medicina haberi quodlibet solidum pro nutrimento sumptum.

2.Condiciones, quibus quis dispensatione a lege leienii frui possit, nulla adiccta ante communionem temporii limitatione, prudenter a confessario perpendendae suat, neque quisquam sine eius consilio uti potest. Confessarii autem suum consilium dare poterit sive In foro interw sacramentall, sive in foro interno cxtra-sacramenUU, tlhn semel pro semper, perdurantibus eiusdem Infirmitatis condicionibus.

3. Sacerdotes infirmi, etiamsi non decumbant, dlspcesatione pariter uti possunt, sive sint Missam celebrated, sive sanctissimam Eucharistiam recepturi.

Quoad sacerdotes oui in peculiaribus adiunctis renanla (Const., nn. III et IV)

4.Sacerdotes non infirmi, qui *a)* vel *tardioribus teris* (i. c. post horam nonam), *b)* vel *post gravem sacri mittisterii laborem* (v. gr. lam a summo mane seu per longum tempus), c> vel *post longum iter* (i. e. saltem 2 km. cirdler pedibus percurrendum, vel proportionate longius pro varlii vehiculis adhibitis, difficultatis quoque itineris vel personae habita ratione), celebraturi sunt, aliquid sumere possunt per modum potus, exclusis alcoholicis.

5.Tres casus supra numerati tales sunt, ut omah comprehendant rerum adiuncta, in quibus legislator praefatam facultatem concedere intendit ideoque quaelibet vitetur interpretatio quae facultates concessas amplificet

6.Sacerdotes, qui in hisce adiunctis versantur aliquid sumere possunt per modum potus semel vel pluries, servato iciunio unius horae ante Missae celebrationem.

7.Praeterea omnes sacerdotes, qui bis vel ter sunt Missam celebraturi, possunt in prioribus Missis duas ablationes a rubricis Missalis praescriptas sumere, sed tantum adhibita aqua, quae quidem, iuxta novum principium, ieiunium non frangit.

Qui tamen die Nativitatis Domini vel in Commemoratione omnium fidelium defunctorum tres Missas sine intermissione celebrat, quod ad ablutiones attinet, rubrica observare tenetur.

8. Si vero sacerdos, qui bis vel ter Missam celebrare debet, per inadvertentlam vinum quoque in ablutione sumat, non vetatur quominus sacundam et tertiam Missam celebret. /

Quoad fideles qui in peculiaribus adiunctis versantur. (Const., η. V)

9.Fidelibus pariter, qui non Infirmitatis causa, sed·* *aliud grave incommodum* ieiunium eucharisticum servare nequeunt, aliouid sumere licet per modum potus, exceptis tamen alcoholicis ct servato Iciunio unius horae ante sacrae communionis receptionem.

10. Causae autem *granis incommodi* tres enumerantur, quas extendere non licet.

a) *Labor debilitans* ante sacram communionem susceptus. Hoc labore afficiuntur tum opifices, qui, officinisvd vehicularibus maritimisque muneribus vel aliis publicae utilitatis officiis addicti, diu noctuquc per vices occupantur, tum ilii, qui ex officio vel ex caritate noctem rigilen transigunt (v. gr. valetudinarii, custodes nocturni, ctek tum mulieres praegnantes et matrcsfamilias quae, antequam ecclesiam adire queant, in domesticis negotiis per longum tempus incumbere debent; etc.

b) *Hora tardior, qua sacra communio recipitur.* Sunt enim haud pauci fideles, qui tantummodo serioribus horis possunt apud sc sacerdotem habere, qui sacris operetur, sunt pueri complures, quibus nimis grave est, antequam ad scholam se conferant, ecclesiam adire, angelico pane vesci, postea vero domum reverti, ientaculi sumendi gratia; etc.

c) *Longum iter peragendum,* ut ad ecclesiam perveniatur. Longum autem hac super re habendum iter, ut supra explicatum est (n. 4), si saltem 2 km. circiter pedibus percurrendum, vel proportionate longius pro variis vehiculis adhibitis, difficultatis quoque itineris vel personae habita ratione.

11.Causae quidem gravis incommodi sunt prudenter a confessario pensitandae in foro interno sacrameptall vel non sacramentali; neque absque eiusdem consilio fideles non ieiuni sanctissimam Eucharistiam recipere possunt Confessarlus autem consilium elusmodi dare potest etiam *semel pro semper,* causa eadem gravis incommodi perforante.

Quoad Missas vespertinas (Const., η. VI)

Constitutionis vi *Ordinarii locorum* (cfr. can. 198) facultate fruuntur permittendi in proprio territorio Missae vespertinae celebrationem, si adiuncta id necessario exigunt, praescripto can. 821, § 1, non obstante, / Donum enim commune aliquando sacrorum mysteriorum celebrationem post meridiem expostulat: v. gr. pro quarundam industriarum opificibus, qui festis quoauc diebus laboribus succedunt in vices; pro illis operariorum classibus, qui matutinis festorum horis occupantur, ut muneribus portuum addicti; pro lis pariter, qui ex dissitis etiam regionibus maxima frequentia in unum locum conveniunt, ad quandam festivitatem religiosam vel socialem celebrandam, etc.

12.Tamen elusmodi Missae celebrari possunt non ante horam quartam post meridiem, ac tantummodo ln certis diebus *laxative* statutis, seu: *a)* festis de praecepto vigentibus, ad normam canonis 1247, § *1;b)* festis de praecepto suppressis, iuxta Indicem a S. Congregatione Concilii editum, die 28 Decembris 1919 (cfr. A. A. S., vol. XII [1920], pp. 42-43) [LE 227]; *c)* primis cuiusque mensis feriis sextis; *d)* ceteris sollemnibus, qui cum magno populi concursu celebrantur, *e)* die uno in hebdomada, praeter dies supra memoratos, si bonum peculiarum personarum classium id postulat.

13.Sacerdotes, qui pomeridianis horis Missam celebrant, itemque fideles qui in eadem sacram communionem recipiunt, possunt *inter refectionem,* permissam usque ad tres horas ante Missae vel communionis initium, sumere *congrua moderatione* alcoholicas quoque potiones inter mensam suetas (v. gr. vinum, ccrevisiam, etc.), exclusis quidem liquoribus. Quoad potus autem, quos sumere possunt ante vel post dictam refectionem, usque ad unam horam ante Missam vel communionem, excluditur *omne alcoholicorum genus.*

14.Sacerdotes, eodem die, nequeunt inane ct vespere Sacrum litare, nisi potestatem expressam bis terve Missam celebrandi habeant, ad nonnam can. 806.

Fideles pariter, eodem dic, nequeunt mane et vespere ad sacram Synaxim accedere, ad praescriptum can. 857.

15.Fideles, quamvis non sint de eorum numero, pro quibus Missa vespertina forte instituta sit, ad sacram Synaxim libere accedere possunt, *infra dictam Missam* vel *proxime ante et slalim post* (cfr. can. 846, § 1), servatis, quod attinet ad ieiunium eucharisticum, normis supra relatis.

16.In locis vero, ubi non *ius commune,* sed *ius mis-donum* riget, Ordinarii Missas vespertinas omnibus ln hebdomada diebus, iisdem condicionibus, permittere possunt. /
51

Monita ad normas exsequendas

17.Ordinarii sedulo invigilent, ut omnis abusus et irreverentia erga sanctissimum Sacramentum plane vitetur.

18.Pariter curent, ut nova disciplina a cunctis subditis uniformiter observetur, eosque doceant, omnes facultates et dispensationes, tum territoriales tum personales, hactenus a Sancta Sede concessas, abrogatas esse.

19.Constitutionis atque huius Instructionis interpretatio textui fideliter adhaereat, neque ullo modo facultates tam favorabiles amplificet. Quod ad consuetudines attinet, quibus a nova disciplina discrepare contingat, clausula illa abrocativa animadvertenda est: «contrariis ouibuslibet non obstantibus, peculiarissima etiam mentione dignis».

20.Ordinarii et sacerdotes, qui datis a Sancta Sede facultatibus perfrui debent, fideles studiose excitent, ut frequenter Missae Sacrificio adstare velint et pane eucharistico reficiantur opportunisque inceptis, praesertim sacra praedicatione, illud promoveant spirituale bonum, cuius adipiscendi gratia Summus Pontifex Plus XII Constitutionem edere voluit.

Summus Pontifex, hanc Instructionem approbans, statuit, ut Ipsa promulgetur per editionem in *Actis Apostollcae Sedit* una cum Constitutione Apostolica *Christus Dociimu.*

Ex Aedibus Sancti Officii, die vi mensis Ianuarii. anco MoccccLiii.—I. Card. Pizzardo, *a Secretis. A.* Ottaviani, *Adsessor.*

Ain. vid· in documento immediate anie posito: LE 2330.

2332

1953 IAN 8.-COM. COD. OR., RESP. AAS 45 (1953) 104-105

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

1—LITT. AP. MOTU PROPRIO DATAE «CREBRAE ALLATAE SUNT» (22 MENSE FEBR. AN. 1949), DE DISCIPLINA SACRAMENTI matrimonii: canonis **85** interpretatio authentica **CIRCA ASSISTENTIAM** sacerdotis **RITUS LATINI MATRIMONIO INTER CATHOLICUM ORIENTALEM ET ACATHOLICUM, ET SACERDOTIS ORIENTALIS MATRIMONIO INTER CATHOLICUM LATINUM ET ACATHOLICUM 2.—LITT. AP. MOTU PROPRIO DATAE «POSTQUAM APOSTOLICIS LITTERIS» (9 MENSIS FEBR. AN. 1952) [LEGE... : DATAE «SOLLICITUDINEM NOSTRAM» (6 MENSIS IAN., ANNO 1950], DE IUDICXIS: CANONIS 72 § 1 N. 6 INTERPRETATIO AUTHENTICA CIRCA CONSTITUTIONEM TRIBUNALIS APPELLATIONIS, ET CANONIS 151 § 1 INTERPRETATIO AUTHENTICA CIRCA EXERCITIUM POTESTATIS IUDICIALIS EXTRA PROPRIUM TERRIÍOIUUM**

I. Litterae Apostolicae Motu proprio datae iCrebrae allatae sunt· (XXII mense Februario, anno MDCCCCXXXXIXJ: De disciplina Sacramenti Matrimonii. Canonis 85 *interpretatio authentica*

D. I.—Utrum sacerdos, latlni ritus, legitime assistens nuptiis inter partem catholicam orientalis ritus et partem acalhollcam, sive baptizatam sive non baptizatam, servare debeat praescriptum canonis 1102 j 2 C. L C., an praescriptum can. 85 Litterarum Apostolicarum «Crebrae allatae sunt» [LE 2ü29|.

R. *Affirmative* ad primam partem; *negative* ad alteram.

D. IL—Utrum sacerdos, orientalis ritus, legitime assistens nuptiis inter partem catholicam latini ritus et partem acatholicam, sive baptizatam sive non baptizatam, servare debeat praescriptum canonis 1102 j 2 C. L C., an praescriptum canonis 85 Litterarum Apostolicarum «Crebrae allatae sunt».

R. *Negative* ad primam partem; *affirmative* ad alteram, *f*

II. *Litterae Apostolicae Motu proprio datae tPostquam Aposto!icis Litteris· (IX mense Februario, anno MCMLII)* [lege: *Sollicitudinem Nostram* C. 6 *mensis ion., anno* 1950]: *de iudiciis. Canonis* 72 | 1 n. 6 *interpretatio authentica*

D. I.—Utrum tribunal appellationis de quo In can. 72 § 1 n. 6 «a Patriarchis partium diversi ritus ln causa» designandum, constituendum sit a Patriarchis partium ln causa datis decretis pro singulis appellationis causis, an unico decreto pro omnibus.

R. *Negative* ad primam partem; *affirmative* ad alteram.

D. II.—An verba can. 72 J 1 n. 6 «a Patriarchis partium diversi ritus in causa» intelligenda sint de omnibus Patriarchis fidelium quorum Hierarchae, ad normam canonis 39 j 1, convenerunt de unico tribunali constituendo.

R. *Affirmative.*

Canonis 151 f 1 *Interpretatio authentica*

D. I.—An verba can. 151 § 1 «In quolibet suae eparchiae loco» ita intelligenda sint ut Episcopus possit, per se vel per alium, intra fines sui territorii, valide ct Hdte actum potestatis ludicialis ponere etiam in locis quae sunt exdusivae lurisdictionis alius ritus, dummodo adsit expressus consensus Hierarchae praedictorum locorum.

R. *Affirmative.*

D. II.—Utrum interpretatio data ln responsione ad I sit declarativa an extensiva.

R. *Negative* ad primam partem; *affirmative* ad secundam.

Datum Romae, die 8 m. Ianuarii a. 1953.—De speciali mandato Sanctissimi M. Card. Massimi, *Praeses.* A. Coassa, Basilian. Aleppen., *a Secretis*

Adn. Aam. HERMAN in ME 78 II953) 213-219; CL PUJOL ia REDC S (1953) 531-538; REOATEXO n. &55; P. TOCANEL tn ApcU. 26 (1953) 112-137.

2333

1953 IAN 24.-COETUS CARD., DECIS. AAS 45(1953) 765-767

Sententia definitiva a tribunal! patrum cardinalium **DATA IN CAUSA CIRCA ORDINEM MILITAREM HIEROSOLIMITANUM DE MALTA**

Tribunale Cardinalizio costituito con Ponti/icio Chirogra/o del 10 *dicembre* 1951

Nel nome del Signore

Regnando Sua Santità Pio Papa XII, nell'anno dedmoquarto del Suo Pontlflcato, Il giomo 24 gennaio 1953, GIl Eminentissimi Signori Cardinali *Eugenio Tisseront,* Vescovo Suburbicario di Ostia e dl Porto e S. Rufina. Decano de! Sacro Collecte, Présidente, *Clemente Micara,* Vescovo Suburbicario di Velletri, *Giuseppe Pizzardo,* Vescovo Suburbicario de Albano, *Benedetto Aloisi Masella.* Vescovo Suburbicario dl Palestrina, c *Nicola Canali,* Primo Diacono, Membri, riunlti nelia Sala ddle Congregazioni Plenarie del Palazzo Apostolico Vaticano, hanno pronunziato la seguente

Sentenza definitiva

nel gludizio disposto da Sua Santità con il Venerato Chirografo «Il Sovrano Militare Ordine Gerosolimitano di Malta» del 10 dicembre 1951.

Considerato lo stesso Venerato Chirografo, con il quale Il regnante Sommo Ponteflce, accoglicndo le ripetute istanze del Sovrano Militare Ordine Gerosolimitano di Malta, ha costituito il présenté Tribunale «per determinare la natura delle qualité dl Ordine sovrano e di Ordine religioso dd Sovrano Militare Ordine Gerosolimitano di Malta, a cui si rifcriscono i numeri 2 e 4 dei tltolo primo delle vigenti Costltuzioni del medesimo Ordine, l'ambito della rispetllvn competenza, e le relazioni reciproche e nei confront! della Santa Sede», e ha investido questo Tribunale «dei plù ampi poteri anche circa le forme del procedimento, salve le dovute garanzie per la legitima difesa delle parti»;

riconosduta la legitima costltuzionc in giudlzio dellOrdlne c, con ciô, riconosciuto superfluo, agli effetti del présenté giudizio, addentrarsi nell esame dei slngoll poteri dd Luogotenente interinale dellOrdine stesso; /

766 veduto e confcrmato il Decreto di questo Tribunale in data 29 Dlcembre 1952, con il quale sono state prese ln esame e resplnte, perché prive di qualsiasi fondamento, le eccezlonl pregiudizioli sollevate dall'Ordlne e dal suol Patroni;

considerati i documenti (prodolti in copia) e le deduzioni e i memoriali esiblti dal Patroni dell'Ordine, Awocati dd Sacro Concistoro Prof. Camillo Corsanego e Comm. Giovanni Battista Ferrata;

considerate le *Animadversiones* dei Promotorc di Giustizia, Sua Eccellenza Revtfia Monslgnore Alfredo Ottaviani, ora Cardinale di Santa Romana Chiesa;

considerate le *Annotazioni* dei Consulente Giuridico di questo Tribunale, Sua Eccellcnza Il Principe Don Carlo Paccli, Awocato dd Sacro Concistoro;

considerati i Documenti dei Sommi Pontcfid concernenti l'Ordine e il «Codice de Rohan»;

considerate le vigenti Costltuzioni del Sovrano Militare Ordine Gerosolimitano di Malta, conformate al *Codex Iuris Canonici;*

Gli Eminentissimi Padri hanno deliberato all'unanimitâ di rispondere come appresso ai quesitl posti dal Venerato Chirografo di Sua Santità:

1.· *Natura della qualita di Ordine sovrano det Militare Ordine Gerosolimitano di Malta* (art. 2.« del Titolo I delle Costltuzioni).

La qualité di Ordine sovrano, α cui sl riferisce l'articolo 2.° dd Tltolo I delle vigenti Costltuzioni dei medesimo Ordine, ripetutnmenle riconosduta dalla Santa Sede ed enunziata nd citato articolo, consiste nel godimento dl alcune prerogative Inercntl all'Ordine stesso come Soggetto di diritto Internazionale. Tall prerogative, chc sono proprie délia sovranità —a nonna dei principi dei diritto internazionale— e chc, dietro l'escmpio della Santa Sede, sono state riconosciuto anche da alcuni Stati, non costitulscono tuttavla ndl'Ordine quel complesso di poteri e prerogative, che é proprio degli Enti sovrani nel senso pleno ddla parola.

2.9 Natura della qualità di Ordine religioso dei medesimo Ordine (art. 4.® dei Titolo I delle Costltuzioni).

LOrdine Gerosolimitano di Malta, in quanto eonjpog) dei Cavalier! c dei Cappellani, di cui agli artlcoll 4a s dei Titolo I delle Coslltuziuni, è una Religione e pia pr» cisamcnLc un Ordino religioso, approvato dalla Santa *(Codex Iuris Canonici,* can. 487 e 488, ŋ. l.® e 2.·). Emo persegue, oltre la santlficazione dei suol membri, indi fini religiosi, caritativi e ossistcnziali (CostiluzlonL Tu tolo I, articolo 10). /

3.® *Ambito della rispettioa competenza delle qualità di Ordine sovrano e di Ordine religioso dei medesimo Ordire, relazioni reciproche e nei confronti della Santa Sede.*

Le due qualità di Ordine sovrano e dl Ordine religio», α cui sl rifcriscono le risposte al qucslti l.® e 2.· delli présente sentenzu, sono intlmomente conncsse tra dilore. La qualitA di Ordine sovrano della Istiluzlone é funn> nalc, ossia diretta ad assicurare il ragglungimento delfiii dcirOrdine stesso c il suo sviluppo nel mondo.

LOrdine Gerosolimitano dl Malta dipende dalb Saab Sede (Lettcrc Apostoliche *Inter Illustria* dei Sommo Pt». tefice BcncdcPo XIV, 12 Marzo 1753, «Codice de Rotaa», passim, e vigenti Costltuzioni, passim) e in partlcolare, como Ordine religioso, dalla Sacra Congregazlone dd Religiosi, a norma dei diritto canonico *(Codex Iuris Car& nici,* can. 7, 499, § I e 251) e delle vigenti Coilitükd dellOrdine medesimo (passim).

Gli insigniti di onorificenze dellOrdine e le sue Associazioni dipendono dall'Ordlne e, per esso, dalla SuU Sede, a tenore del cap. V del Titolo ill delle Costitozhd.

Le questioni relative alia qualità dl Ordine sovranoddh Istltuzione, e di cui al quesito 1.°. sono trattate dalla Segreteria di Stato di Sua Santità *(Codex Iuris Canuuci,* can. 263).

Le questioni miste sono risolte d'accordo dalla Sacn Congregazione dei Religiosi e dalla Segreteria dl Stato dj Sua Santità.

Non sono toccati i diritti acquisiti, le consuetudini d privilegi concessi o riconosciuti dai Sommi Pontefld ll l'Ordine, in quanto siano ancora in vigore a nonna dd diritto canonico *(Codex Iuris Canonici,* can. 4 e 5; cai 25-30; can. 63-79) e non in contrasto con le vigali Costltuzioni dellOrdine medesimo.

La présente sentenza è immediatamente csecutivx

Cosi deciso nelia Clttà del Vaticano, nelia Sala dell· Congregazioni Plenarie del Palazzo Apostolico Vaticane, il 2-i gennaio 1953.—Eugenio Card. Tisserant, Decano dei Sacro Collegio, *Présidente.* Clemente Card. Micam; Giuseppe Card. Pizzardo; Benedetto Card. Aloisi-Masella; Nicola Card. Canali. Giovanni Battista Scapinclli, *Scgretario.*

Ada. J. DAMEIA in ApoU. 26 (1953) 237-304; O. RUE la Cpî D (1954) 34-42.

2334

1953 IAN 28.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.·

De natura incommodi quod suadere potest **usui MITIGATIONIS IEIUN II EUCHARISTICI**

28 gcnnolo 1951

Eccclllenza Reeiha, **Il Canonico Pcnitenziere dl cotesta Baq·Uca Cattedralc, con Foglio In data 16 gcnnolo eorrenle, b chlesto una risposta ai seguenti qucslti:**

1) Un sacerdote di robusta costituzlone flues, che stare bcnlssimo a digiuno dalla mezzanotte fino a senza risentime alcun disagio, che non ha nJtra occupante fuori della cclebrazlone della S. Messa, si reca a piedi a aaa chiesa distante due chllometri. passcggiata cho giova alls s» salute, e dopo la celebraz.Jonc della Messa, se vuole, ha h possibility di prendere qualche cibo, ma puô anche fame a rocs·" è obbligato In coscienza a osservore Il digiuno. a nonna drl can. 808?

2) Un sacerdote sano e robusto, che puô store beclsstso a digiuno dalla mezzanotte a mezzogiorno, non ba nessoss occupazione di ministerio, vlene condotto in automobOe l celebrare in una ehiesta distante died chllometri, non alcun blsogno dl sostentamento fino a mezzogiorno: é obbhpto in coscienza a osservare la legge del digiuno. dalla rnensnottf fino oli'ora délia Messa, corne vuole il can. 808 C.LC?

In merito ml reco a premura di significare a Vostra E«e> lenza che l sacerdoti l quali, pur dovendo celebrare ad ora Unis o In luoglii distanti dalla loro dimora, hanno una costltuzbot fisica cosl robusta da non rlsentire grave fncomodo dsl jto·lungato digiuno, non possono awalenl delle concession! Gui dal Santo Padre nelia Costituzione Apostolica *Chrlsnu Diet·*nus, [LE 2330], perché l'obbllgo del digiuno eucaristico è sbb

mitigato soltanto per coloro, che non sono In grado di osservorlo integrnlmentc. Andi'e&si però possono prendere 1'acqua naturale, senza l'ngglunta «Il alcun elemento, perché su questo punto si è derogato nlla leggc dei dlgiuno eucaristlco.

Pertanto al due qucslti propostl del Canonico Penitenzlero dicoteita Basilica Cattedmlc questa Suprema S. Congr. rlspondc: *A/lirmative.* **Vostra Eccellenza terrà présente questa risposta. nel caso che Le venisscro fatti dei quesill analoghi.**

Colgo occasione per profcssarml con sensi dl distinto ossequio dclTEcceUenza Vostru Reviha devilio.—G. Card. Pizzardo, **Secr.**

• Ordteario favontteo. Prot. N. 404/6: PrM 44 (1955) 223-224. Adn. F. X. HUERTH In PrM 44 (1955) 200-226.

2335

1953 IAN 29.-SC RELIGIOSORUM, DECLARATIO. PART.·

Tabella summae pecuniarum ultra quam in contractibus **CIRCA BONA RELIGIOSA PERFICIENDIS, REQUIRITUR BENEPLACITUM APOSTOLICUM**

Ut decretum Consistoriale In usum deducatur, quod die 13 Iulii 1951 datum est et die 18 Septembris 1951 in commentario «Acta Apostolicae Sedis» promulgatum [LE 2226], superiore iussu haec declarantur:

1) Donec aliud statuatur, summae pecuniarum In seSlenti tabella indicatae habendae sunt, pro sua quaeque eglone, supremus terminus, ultra quem beneplacitum Apostolicum requiritur ad normam can. 534, 1, Codicis Iuris Canonici.

Aegyptus:	2.000	librarum aegyptiarum;
America septem-tr. et centralis:	5.000	doliariorum;
Anglia:	2.000	librarum sterling;
Argentina:	100.000	librarum (pesos) argent.;
Belgium:	150.000	francorum belglcorum;
Brasilia:	150.000	«cruzeiros»;
Canada:	5.000	doliariorum canadensium;
Columbia:	15.000	librarum (pesos) columb.;
Gallia:	2.000.000	francorum gallieorum;
Germania:	20.000	marcorum;
Helvetia:	20.000	francorum helveticorum;
	200.000	Cesetarum;
	20.000	Corenorum;
India:	25.000	rupiarum Indicarum;
Italia:	3.000.000	libellarum Italicarum;
Lusitania:	15.000	scutorum lusitanorum;
Philipplnae insulae:	15.000	dollariorum philipplnorum;
Turcla:	20.000	librarum turcicarum;
Uruguay:	15.000	librarum (pesos) urug.;
Venezuela:	15.000	«bolivares».

2) In Regionibus, quae in tabella non sunt nominatae, sumatur ut norma pretium Regionum proximarum, quae in similibus condicionibus versentur.

Romae, 29 Ianuarii 1953.—Valerius Card. Valeri *Praef.* Arcadius Larraona, *Secretorius.*

• Scpremis Moderatoribus Religionum, Prot. N. 2422/46: AOP €l (1953) 93.

2336

1953 FEB 2.-SC RITUUM, INDULT. AAS 45 (1953) 195

ROMANA

Indultum utendi lingua vernacula italica quoad interrogationes et responsiones in administrations baptismatis

Quamplurimi Sacrorum Italiae Antistites Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XII enixas preces detulerunt ut, ad intclligentiam ac pietatem populi fovendam, In Sacramenti Baptismatis tam parvulorum quam adultorum quaedam formulae vernacula lingua proferri valeant. His precibus Sacrorum Rituum Congregatio deferens, versionem in Italicam linguam interrogationum ac responsionum in admlnistratlone Baptismatis praeparare sategit, quam Eidem Sanctissimo Domino nostro pro opportuna approbatione reverenter subierit.

Referente vero infrascripto Sacrae Rituum Congregationls Cardinali Pro Praefecto in audientia diei 9 Maii anno 1952, Sanctitas Sua interrogationes et responsiones praefatas, proutl in inferiori prostant exemplari, probavit easque adhiberi posse induisit benigne; hac tamen conditione ut ln editionibus Ritualis Romani textus latinus cum versione italica ponatur. Servatis de cetero servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 2 Februarii 1953.—C. Card. Micara, Ep. Velitem., *Pro-Prae/.* A. Carinei, Archiep. Seleuc., *Serr.*

(1953) 195-193 Verrio Italica videri potest apud EL ó'I (1953) 143-152 A. BUGNINI In EL 67 (1953) 152-154 ot in ApoU. 26 (1953)110-11 f. S. MATTEI in ME 76 (1953) 210-211.

2337

1953 FEB 13.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.·

De interpretatione instructionis s. officii circa **NOVAM DISCIPLINAM DE IEIUNIO EUCHARISTICO**

Dal Palazzo del S. Offizio, 13 febbraio 1953.

EcctUcnza Reverendissima. **In riferimento alie domande fatte da Vostra Eccdlenza Reverendissima circa alcuni punti della nova disciplina dei digiuno eucaristlco, mi dô premura di comunicarLe quanto segue:**

1) il confessore, di cui nel nn. 2 e 11 delle istruzlonl. fsuô essere qualunque sacerdote che ha la facoltà di confessore l fedele chc a lui si rivolge, anche se questo fedele di fatto non si è confessato o non sl confessa da lui. Tuttavta Il confessore non pud dare il prescritto consiglio in Iscritto, o per telefono, o per mezzo dl tcrze persone;

2) Uescmplificazlone relativa al n. 10 a) non é restrittiva; la dispensa puô quindi estendersi anche ad altre donne oltre le gestanti e le madri di famiglia, che analogamente attendano faccende domestiche;

3) circa il n. 13. oltre al pasto principale, dl cul è parola e durante Il quale soltanto sono pennessi gli alcoolici, secando la necessity e con temperanza, sl possono prendere altri solid fino a tre ore dall'inlzio della S. Messa vespertina o dalla S Comunione.

Profitto deH'ocasione per professarml con sensi dl sincera e distinta stima delTEccellenza Vostra Revrfia denho.—G. Card. Pizzardo.

♦ Ordinario Tergestino, Prot. N. 404'46: Pal. Clero 32(1963)863. Adn. *ti* CASTELLANO in ME 79 (1954) 23-24; CpR 32 (1953) 326-329 n notis.

2338

1953 FEB 21.-PIÜS XII, LIT. AP. AAS 45 (1953) 225

Internuntiatura apostolica in syriaca republica **ERIGITUR**

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam.—Ubicumque gentium catholicum nomen excoli potest et confirmari, vel maxime Nostra interest fidei propagationi fldeliumquc spirituali bono satius prospicere ac consulere, aptisque publicas fovere necessitates inter Sanctam Sedem atque Civitatum Moderatores. Res itaque digna videtur propter quam Legationem constituamus In Syria, hac mente ut inibi mutua religiosae civilisque auctoritatis concordia et adlutrix opera felidter vigeant. Certa igitur scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, motu proprio, harum Litterarum vi, Inteniuntlaturam Apostolicam Syriaca In Republica erigimus, sede delecta Damascena in Urbe. Proptcrea eidem sic per Nos erectae Intemuntiaturne omnia et singula deferimus officia. privilegia atque indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt. Haec statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces lugfter exstare ac permanere, suosque plenos atque Integros effectus sortiri et obtinere; Ipsique Legationi constitutae nunc et ln posterum plenissime suffragari, sleque rite ludlcandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri sl quidquam, secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis Februarii, anno mdccct.liu, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi. Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis.—Gildo Brugnola, u Brerf·*bus Aposto!icis.*

2339

1953 MAR 12.-PIUS XII, LITTERAE APOST. PART.·

Approbatur nova ampliorque editio officii parvi II. M. VIRGINIS ad USUM, PRAESERTIM, SODALIUM LAICORUM INSTITUTORUM PERFECTIONIS

PIUS PP. XII

Diledae in Christo filiae, salutem et Apostollcam Benedidionem

Christifldelium erga Beatissimam Dei Genetricem Mariam impensa devotio, praelcr mulla alia pietatis exercitia, illud quoque a multis saeculis, recenset, quo eadem Deipara Virgo Parvo Mariai! Officio quod dicitur, peculiariter colitur. Qui sacer usus recentloribus temporibus etiam auctus est, cum in multis religiosis tam Fratrum laicorum quam Sororum Congregationibus cotidiana eiusdem Offldi recitatio ab ipsis earum Constitutionibus praescribatur, Id quod sane summa dignum est laude. Sic enim fit, ut animae Deo dicatae cotidie sibi imitandas proponant eiusdem Beatissimae Virginis praeclaras virtutes, ac praecipue summam eius puritatem et integerrimam virginitatem, ac pio hoc cotidiano obsequio Deiparae maternam curam et polenlissimam tutelam sibi efficacius concilient. Haec eadem Marlalis Officii recitatio easdem insuper cum liturgica Ecclesiae vita cumque sacerdotum horariis precibus arcte consociat.

Eiusdem autem huius sacrae Liturgiae studium, nostris diebus Sancti Spiritus afflatu mire auctum, In non paucis qui has Mariales preces cotidie persolvunt, etiam maius excitavit desiderium, ut cum Ecclesiae solemnitalibus et festis magis conlungcrentur quam Illius Officii Marlalis forma secum fert, quae inde a Decessoris Nostri S. Pii V temporibus in Breviario Romano exhibetur. Peculiari igitur animi Nostri gaudio cognovimus te sodalesque tuas piis motas volis ut, antiqua illa alque summa laude digna consuetudine recitandi Marlalis Offldi fideliter servata, simul diae quoque Ecdesiae liturglcae plenius partidoes fieri possitis, id sollerter curasse, ut paululum amplior eiusdem Marlalis Officii pararetur editio, quae ad anni liturgie! tempora el festa pressius esset accommodata.

Cum certa nobis sit spes fore, ut haec vestra erga saecularem Sodalitatum religiosarum traditionem sancta fidelitas vobis in dies maiorem piissimae Matris Dd favorem et gratiam conciliet et vester sacrae Liturgiae amor novos atque pretiosos vitae spiritualis fructus vobis comparet, *libenti animo permittimus, ut eadem nova Officii Parvi Mariatls editione in his precibus cotidie recitandis vos d aliae quoque, si quae voluerint, religiosae Sodalitates utamini.*

Paternae Nostrae benevolentiae pignus vobis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, dilecta filia, universisque vestrae Congregationis sodalibus perlibenter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, dic 12 mensis Martii, anno 1953, Pontificatus Nostri quinto dedmo.—Pius Pp. XII.

• **Moderatrici Soronsn Magistrarum S Crucis T. O. S. rrancisci de Mecxiager. CpR 33 (1954) 161-162. Ada. A. BUCNIN1 in EL 63 (1954) 171-179; A. *G.* in CpR 33 (1954) 162-164. H. SCHMIDT in PrM 43 (1954) 115-133.**

2340

1953 MAR 16.-SC S. OFF., DECR. AAS 45 (1953) 185

Proscriptio libri cui titulus: «les événements et la foi **1940-1952»**

Feria IV, die 'I lanuarii 1953

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis S. Officii Eihi ac Revild DD. Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum Inserendum mandarunt librum qui inscribitur:

Les tenements et la foi 1940-1952 (Jeunesse de l'Egllse), Editions du Seuil, Paris.

Et sabbato, loco feriae V, die 14 Martii 1953, Ssiîius D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XII, in audientia Erfio ac Reviho D. Cardinali Pro-Scerctario Sancti Officii concessa, relatam Sibi Eifiorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, cx Aedibus S. Officii, die 16 Martii 1953. M. Crovini, *Notarius.*

Adn. C. M. in ME 73 (1953; 411-415.

2341

1953 MAR 21.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.·

Dubium circa missam vespertinam feria y IN COENA DOMINI

Promulgata Apostolica Constitutione «Christus Dominai» die 6 lanuarii 1953 (LE 23301, qua in determinatis quibusdam adlunctis facultas singulis Ordinariis confertur permittendi, statutis diebus, horis vespertinis, sancti Missae sacrificii celebrationem, dubium exortum est: «an (lictis diebus comprehendi possit Feria V in Coena Domini».

Sacra porro Rituum Congregatio, re mature perpensa, nuditaque Speciali Commissione, respondendum crniult; *Dilata, el interim nihil innovetur.* **Quam responsionem Sanctissimus Dominus Noster Pius Ραρα XII approbare dignatui esL Contrariis non obstantibus quibu«cumque.**

Die 21 Martii 1953.—C. Card. Micaha. **S.** *B. C. Pnprar/.* **A. Cannei, Arvhiep. Seleuden., α** *Secretis.*

• **CpR 32 (1953) 163 Adn. M. CASTELLANO in ME 79 (1954) 34-W. P. PALAZZINI jn Apoli. 26 (1553) 81-102; EL 67 (1953) 147.**

1953 MAR 25.-PIUS XII, CONST. AP. AAS 45 (1953) 705-710

DE AFRICA ORIENTALI BRITANNICA

In KENTA, UGANDA, TANGANTCA REGIONIBUS CATHOLICORUM ORDO EPISCOPORUM CONSTITUITUR

PIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei-Ad perpetuam rei memoriam

Quemadmodum ad Nos, Dei numine et voluntate ad supremi Pontificatus fastigium elatos, redeunt omnium Christianarum nationum luctus ct dolores, cum In Ecclesiae sanctae navem illidunt procellarum impetus et maris commotio, ita ad Nos redeunt gaudia, cum fides catholica, quae est pupula oculorum Nostrorum, libero gressu, fines profert novisque filiis ditatur non secus ac primo vert solent arbores viridi fronde laetari. Quod felici nuntio evenire novimus In Africa Orientali Britannica, ubi, etsi non multa praeterlapsa sunt decennia ex quo Christiani nominis praecones eo pervenerunt et regionem errore involutam evangelica veritate conspargere coeperunt, tamen multa messis Ecclesiae parta est. Quae cum Ita sint, hoc praesertim persuasum habentes ibi catholicam fidem posse aptius foveri lati usque dilatari ubi ordo Episcoporum constituatur, de sententia venerabilis Fratris Davidis Mathew, Archiepiscopi titulo Apameni In Bithynia, alque in Africa Orientali et Occidentali Britannica Apostolici Delegati; de consilio venerabilium Fratrum No/strorum S. R. E. Cardlnalium Sacrae Congregationi Fidei Propagandae praepositorum; eorum consensum supplentes qui aliquid iuris hoc In negotio sese habere arbitrentur; rc denique in animo diu revoluta ac proinde certa scientia eorum quae sumus acturi, de suprema et apostolica potestate ea quae sequuntur statuimus.

Omnes Apostolicos Vicariatus, quos Africa Orientalis Britannica complectitur, ad dioecesium dignitatem evehimus; atque eandem regionem quae Kcnlae, Ugnndae, Tanganlcae oris efformutur, in quattuor ecclesiasticas Provincias dividimus. Quarum prima erit Provincia ecclesiastica Ugandac quae constabit territorio metroplitanae archidloecesls Rubagensis, ac dioecesibus Masakensi, Karapalensl, Toronensi, Guluensi et MbararensI e Vicariatu Apostolico orta qui de Ruwcnzori appellabatur. Altera ecclesiastica Provincia Keniae appellabitur atque territoriis quae sequuntur constituetur, metropolitana archldioecesi Nairobensl, e Vicariatu Apostolico Zanzibariensi orta, suffragancls dioecesibus Nyerensi et Kisumensl. Tertiam Provinciam, quae Tanganlcae orientalis nomen habebit, earum Ecclesiarum territoria constituent quibus sunt Indita nomina: Darcssalamensis, quae erit metropolitana archidioeccsis, Iringaensis, de Moshl, quae ad hoc temporie

aiugo Kllima-NJaro cognominabatur, Morogorensis, e VIcarblu Apostolico Bogamoyens! ortn, Dodomensls et Mbuluensis. Ultlmne denique Provinciae, quae est Tanganlcae occidentalis, metropolltana praeerit archldioccesls Taboremis, cui suffraganeae erunt dioeceses: Bukobaensls, Rutaboensls, orta e Vicariatu Apostolico dc Kagera Inferiore, de Mwanza, Maaswcnsls, Kigomcnsls, Karemensis ct Mbeyaensls.

Adn. C. M. in ME 79 (1954) 212-213.

2415

1954 IAN 26.-SC PROP. FIDE, RESPONSUM. PART.·

Solvitur dubium circa obligationem «missai: tro populo» **ET ELECTIONEM VICARII CAPITULKRIS IN LOCIS MISSIONUM, UBI S. HIERARCHIA RECENTER CONSTITUTA KST**

Romae, 26 lanuarii 19.M

Iteoerendissime Paler, Per epistolam diei 15 mensis ianuarii vertentis annis Paternitas Tua huic Sacro Dicastcrlo dubia, quae sequuntur, proposuit:

L Utrum Episcopi in locis Missionum, ubi recenter Sacra Hlerarchia constituta est, teneantur can. 339 circa Missas pro populo celebrandas, an can. 306 pro Vicariis ct Praefectis Apostolids.

2. Utrum Parochi in locis Missionum teneantur can. 466 circa Missas pro populo celebrandas.

3. Utrum in locis Missionum, ubi rrcenter Sacra Hierarchic constituta est, vigeat can. 309 circa regimen ecclesiae, sede vacante, an vigeant normae in Cap. VII-Pars. I -Lib. II «De sede vacante» (can. 42944) ita ut Consultores dioecesanl eligant Vicarium Capituiarem (can. 427

Omnibus mature perpensis, hoc idem Sacrum Dicasterium respondendum censuit:

Ad primum: Episcopi residcntiales in locis Missionum possunt Missas pro populo celebrare ad nonnam can. 306.

Ad secundum: Parochi in locis Missionum possunt Missas pro populo celebrare ut quasi-parochi.

Ad tertium: Dioeceses Missionum, canonice erectae, serie vacante ct impedita, reguntur eodem iure ac ceterae dioeceses.

Dum interim Deum adprecor ut Te Deus gratiis plurimis cumulet, summa cum observantia subsignor Paternitati Tuae Revrfiae addictissimus In Domino.—P. Card. Fumasont Biondi, *Praef.* Ph. Bernardini, *a Secret.*

• Pr^zuratori Generali Conjrr-jgriûnij Filionsa S, Gordii lerj Prot. N. 188,54: BiM 25 (1S61) 171. Adn. X. PAVENTI U ME 74 (1954) 166-201.

2516

1954 IAN 28.-SC S. OFFICII, MON. AAS 46 (1954) 64

Monitum circa opusculum cui titulus «secretum felicitatis»

In aliqaibus locis divulgatum est opusculum quoddam, cui titulus «Secretum felicitatis - *Quindecim orationes a bomina S. Birgillae in ecclesia S. Pauli, Romae, revelatae»,* Niceae ad Varum (et alibi), variis linguis editum.

Cum vero in eodem libello asseratur S. Birgiltae quasdam promissiones a Deo fuisse factas, de quarum origine supernatural! nullo modo constat, caveant Ordinarii locorum ne licentiam concedant edendi vel denuo imprimendi opuscula vel scripta quae praedictas promissiones continent.

Datum Romae, cx Aedibus S. Officii, die 28 Ianuarii 1954.—Marius Crovinl, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

2417

1954 IAN 30.-SC S. OFFICII, DECLARATIO. PART.·

Circa participationem catholicorum in consociatione <Y. M. C. A.» = YOUNG men's CHRISTIAN ASSOCIATION VULGO DICTAM

The Apostolic Delegation at London, England, carried on «me correspondence with the Holy See concerning the Y. M. C. A, in December, 1953, and January, 1954. The conclusion of the correspondence is the following reply of the Holy Office.

In this connection, this Supreme Sacred Congregation can only confirm the reply given the same representatives and officially communicated to His Excellency, Monsignor Gaw-Hna. that, namely, the well-known instruction of the Holy Office applies also to the aforementioned section of the

As a resuit. It Is useless for them to have further recourse to the Holy Office unless they change the name of their association, render It really Catholic, and, at the same time, dissociate themselves completely from the comparable international organization.

• Logito Pontificio in Magna Britannia iuxta sunuraiium EOUSCABEN V 620. Adn. BOUSCARDl V 618-620.

2518

1954 FEB 2.-SC STUDIORUM, DECR. AAS 46 (1954) 744

Facultas sacrae theologiae in archidioecesi sydneyensi PRO ALUMNIS AUSTRALÏAE, NOVAE ZELANDIAE CUNCTAEQUE OCEANIAE CANONICE ERIGITUR.

Sacra Congregatio Seminariis Studiorumque Universitatibus praeposita, instantissimis attentis litteris postulatoriis Eihi ac Heviïii D. Normannl Thomae S. R. E. Ordinalis Gilroy, Archicpiscopi Syndncycnsis, cum comparent in ArchiépiscopalI Sydneyensl Seminario plures theologici curriculi idoneos esse magistros qui doctrinam KleoUfci methodo tradant, allosque ex aliis quoque Dioeceslta acciri posse ad philosophico-theologicas disciplinas doaa. das peritissimos, sedulo perpensis statutis anno D. mcmui eidem Sacrae Congregationi prolatis, ad augendum Catfc. licae Ecclesiae decus anlinarumque salutem uberius movendam, Facultatem Sacrae Theologiae in Archlepiu^ pali Sydneyensl Seminario Maiore erigit erectamque dtclarat, in omnium ecclesiasticorum religiosorumque riorum commodum AustralIne, Novae Zclandlae unlvtm». que Oceanlae terrae, eidem Facultati potestate collaû acadcmicos sacrae Theologiae gradus alumnis onllrurih conferendi, ndeo ut post duos inde futuros annos probiti auditores qui academlca studia rite emensi sint Baccalnreatus gradu, post quattuor autem futuros annos Ucenliigradu decorari possint, ea tamen lege ut omnia adamuuia compleantur quae Apostolica Constitutione 'Deus scientiarum Dominus» (LE 1030] adnexisque «Ordinallonlbuu ILE 10331 praescribuntur, ceteris servatis de iure servuidls; cunctis et singulis ipsi Sydneyensl Sacrae Theologbe Facultati agnitis iuribus, honoribus atque privilegiis qusi ad huiusmodi Facultates de more pertinent

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Callisti, d. π Febnurii, in Festo Purificationis B. V. Mariae, a. D. mcxuv, eidem Virgini Deiparae sacro.—I. Card. Pizzardo, Ep. Albanen., *Praef.* C. Confalonieri, Archicp. NlcopobUn, *a Secretis.*

Adn. M REZI ia Apoil. 23 (1555) 63-70.

2419

1954 MAR 5.-C0M. INTERPRES, RESPONSUM. PART.·

Missae in nocte nativitatis domini celebrari possunt APERTIS IANUIS IN RELIGIOSIS PIISQUE DOMIBUS

Dubium—Status quaestionis: Volentes satisfacere etc. Attento vero responso S. C. S. Officii diei 26 Novembrii 1908 (A. A. S. 1909, pag. 146) prohibitio vigore manet, ne in religiosis seu piis domibus ad Missam vel Missas qui* Ibi celebrari possunt, admittantur extranei».

A ce sujet on a soumis à la Commission Pontificale pour l'interprétation du Code de Droit Canonique le doute suivant:

Si après la promulgation du Code de Droit Canonist, la déclaration du St. Office du 26 *novembre* 1908 *ad* Fa *reste toufours valable pour ce qui concerne l'usage de fa faculté autorisée par le canon* 821, *par.* 3; *et •qualemu affirmative», si cela implique Pexclusion des étrangers* i *l'assistance à la Messe de minuit à Noël.*

Resp.—L'Emlncntissimc Cardinal Massimo Massiml de s. m. jadis Président de la Commission Pontificale pour l'interprétation du Code de Droit Canonique en date du 5 mars 1954, Num. Prot. 1-54, a répondu:

On ne voit pas comment on peut soutenir aue dam la fonctions sacrées dont parle le canon prénommé on ne pourrait pas admettre les étrangers et encore plus qu'on ne démit pas tenir les portes ouvertes, puisque d'une telle défenrt H n'y a aucune trace dans le même canon, qui règle telle owHère.—M. Card. Massimi, *Président.*

*** Legato Ponti'icio in HcUatdi*. Prêt N 154: CpR 33 (1K4)S<*·— Adn. S. ALONSO in REDC 11 (1950) 657-660; E. BERGH in NrT B? (1555) 188-150; P. HUEING in PrM 44 (1555) 190-154; Xav OCHOA in CpB 33 (1954) 329-352; P. PALAZZINI m ΑροΠ. 28 (1955) 71-74.**

2420

1954 MAR 19.-SC CONS., FACULT. AAS 46 (1954) 415418

Normae et facultates pro sacerdotibus in spiritualem NAVIGANTIUM CURAM INCUMBENTIBUS, NEMPE PRO CAPPELLANIS NAVIGANTIUM ET CAPPELLANORUM DIRECTXRIBUS IUSSU SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PII DIVINA PROVIDENTIA PAPAE DUODECIMI EDITAE

1. Legitime assumpti In officium Cappellanl navigantium vel Directoris Cappellanorum Illi sacerdotes censentur, qui adamussim servatis normis, qnae in Constitutione

Apostolica *Exsul Familia* 1, Titulo altero, art. 5 nraescribuntur, peculiari obtento n Sacra Congregatione Cons Istortili Rescripto, adprobatl ct nominati sunt.

2. Delegatus ad opera de. emigratione qui Cappellanis navigantium sive saecularibus sive regularibus corumquc Directoribus praeest. cos omnes moderatur lllisquc Invl(jbt.Cappellanos vero ad navem mittit hosque, potissimum per Directorem, sedulo iuvat.

1 Sacerdotibus Cappellanis navigantium ct Directoribus Cappellanorum eorumdem sacrum esto religiose servare ea omnia, quae de Cappellanis navigantium eorumque Directoribus praecipiuntur In praedicta Constitutione Apoitollcâ *(l.* c., c. *III).*

4. Ut Sanctissima Eucharistia In navis oratorio legitime erecto *(ibidem, art.* 30) custodiri possit, necessarium dl indultum apostolicum u Sacra Congregatione Consistoriall obtinendum.

Huiusmodi autem recursus n Directore Cappellanorum navigantium Indendus est, addito de observantia legum llturgicanim testimonio Ordinarii loci, cui spectat erigere m d benedicere oratorium In navi. /

5. In sacris peragendis et In divino Olllclo recitando, Itinere maritimo perdurante. Sacerdotes in navi versantes uti possunt kalendario Ecclesiae universalis.

6. In Canone Missae, Itinere maritimo perdurante, exprimitur nomen Papae, reticita cuiuslibet Antistitis memoria.

7. De baptizatorum, confirmatorum et mortuorum (t e., ari. 25 J 3) libris custodiendis ct dc authentico eorundem exemplari ad Curiam transmittendo, S. C. ConsistorUlis statuit:

1.· ut authenticum exemplar librorum baptizatorum, confirmatorum ct mortuorum a Cappellanis navigantium conscriptorum, ad Curiam transmittatur dioecesis in qua Directoris officium est constitutum;

2.® ut unius Directoris sit huiusmodi exemplaria a se exarata ad Curiam transmittere;

3.· ut eiusdem Directoris sit de numero eorum, qui a Cappellanis navigantium confirmati sunt, vigore facultatis ue qua infra sub n. 8, 1.°, ct de ratione ab iisdem linquam ministris extraordinariis in munere perfungendo adhibita, quolibet anno, sub initio anni proxime insequentis, iid Sacram Congregationem Consistorialem ct ad Ordinariam memoratae dioecesis mittere relationem;

4.' ut adamusslm servatis hac de re sacrorum canonum normis, de actis in libris conscriptis quamprimum diam parochus domicilii eorum dc quibus In libris agitur a Directore certior fiat;

5.· ut Director Cappellanorum suo utatur sigillo, habealque tabularium seu archivum in quo memorati libri cmtodiantur una cum S. Congregationis Consistorialis et Episcoporum epistolis aliisque documentis, necessitatis vel utilitatis causa, servandis;

6.· ut unius Directoris sit litteras testimoniales, lis, quorum interest, dare.

II

8. Cappellanis navigantium eorumque Directoribus, quae Infra recensentur facultates seu privilegia, *durante manere* tribuuntur.

1.· Facultas administrandi, ad normam Decreti Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum *Spiritus Smell munera (A. A. S.* XXXVIII, p. 349 ss.) [LE 1881] aeramentum Confirmationis cuilibet christifidcli in navi venanti cx gravi morbo in mortis periculo constituto.

2.· Facultas administrandi sacramentum Confirmationis, Itinere maritimo perdurante, cuilibet puero vel adulto, praesertim primum in ipsa navi sacra Synaxl refecto; dummodo nullus adsit Episcopus communione audens cum Apostolica Sede, et praevideatur confir-
117 tnaadnm vel aetate / vel Inscitia sermonis vel loci adiunctis nonnisi magna cum difficultate In regione immlgrationts hoc Sacramentum recepturum, ccterisquc servatis de iure servandis ac potissimum, quod attinet ad ritum, Instructione pro simplici sacerdote sacramentum Confirmationis ex Sedis Apostolicae delegatione administrante in Appendi» Ritualis Romani inserta.

3.· Privilegium altaris portatilis dummodo Missa celebrari debeat in commodum fidelium in navi versantium, Iis cautis tamen sartisque quae hac dc re habentur in Constitutione Apostolica *Exsul Familia* et praesertim Titulo altero, art. 28.

4® Facultas celebrandi Sacrificium Missae in navibus, etsi oratorio legitime erecto careant, nocte Nativitatis Domini dummodo celebrationi Missae praemittantur sacrae supplicationes per spatium saltem dimidiae horae ct initium Missae ne fiat ante dimidiam horam post mediam noctem, remoto semper quocumque irreverentiae periculo aliisque servatis de Iure servandis.

5. Facultas celebrandi Missam In navibus, etsi oratorio legitime erecto careant, nocte quae intercedit Inter diem xxxi decembris et 1 insequentis Ianuarii, quolibet anno, cum facultate Missam Inchoandi Ipsa media nocte, dummodo sacrae supplicationes perdurent spatio circiter duarum horarum, in hoc comprehenso celebrationis Missae tempore, remoto semper quocumque irreverentiae periculo aliisque servatis de iure servandis.

6.° Privilegium celebrandi unam Missam feria V Maioris Hebdomadae.

7.® Facultas bis vel ter litandi diebus dominicis et festis de praecepto necnon feriatis In commodum christlfidellum in navi versantium quoties necessitas urgeat consulendi eorum bono spirituali per Missae celebrationem.

8.® Quoad celebrationem Missae horis vespertinis seu de sero standum est Decreto Sacrae Congregationis S. Officii diei xxxi mali a. 1953 *(A. A. S.,* XLV, p. 426) [LE 2351 J.

9.® Facultas absolvendi, itinere maritimo perdurante» poenitentes quoslibet a censura quam ad tramitem can. 2350 § 1 C. I. C. abortum procurantes incurrunt, servatis de Iure servandis.

10.® Facultas absolvendi, maritimo itinere perdurante, servatis de iure servandis necnon ceteris quae a Sacra Poenltentiaria huiusmodi in adiunctis imponi solent, et in casibus in quibus, iuxta normas in Codice Iuris Canonici can. 2314 i 2 statutas, Ordinarius ipse absolvere posset, quoslibet poenitentes, quavis ratione in navi versantes, a censuris ct poenis quibus detinentur ob apostasiam, haereslm vel schisma, exceptis / tamen haereticis 418
haereses inter fideles e proposito disseminantibus, tam nemine audiente vel advertente quam coram aliis externatas, eorumque obturationem, iuridice peractam, recipiendi.

11.® Facultas benedicendi sacerdotalia indumenta, mappas ct tobaleas seu linteamina altaris, corporalia, tabernacula seu vascula pro sacrosancta Eucharistia conservanda et cetera quae ad divinum cultum inserviunt.

12.® Facultas benedicendi, ritibus tamen ab Ecclesia praescriptis, cum omnibus indulgentiis a S. Sede concedi solitis, rosaria, cruces, parvas statuas ct numismata; adnectendi insuper coronis indulgentias a S. Birgitta et a Patribus Cruclgcris nuncupatas.

III

9. Licet maritimis per integrum anni tempus praecepto paschalis communionis satisfacere.

10. Christlfideles In navibus versantes, dummodo confessi ac sacra Synaxi refecti. Indulgentiam plenariam die n augusti, toties consequi valent quoties Oratorium In navi legitime extans, ubl sanctissima Eucharistia cx apostolico induito custoditur, pie visitaverint ibique sex *Pater, Are* et *Gloria* ad Sumini Pontificis mentem in unaquaque visitatione devote recitaverint.

11. Udem christifideles, ilsdeinquc condicionibus, Indulgentiam plenariam pro defunctis applicandam die 11 novembris, toties consequi valent quoties praedictum Oratorium pie visitaverint ibique sex *Pater,* Are et *Gloria* ad Sumini Pontificis mentem in unaquaque visitatione devote recitaverint.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die xix mensis Martii anno Mariali mq ml iv, in festo S. loseph Sponsi B. Mariae Virginis.—Fr. A. L Card. Piazza, Ep. Sabinen. et Mandelen., *a Secretis.* losephus Ferrctto, *Adsessor.*

Adn. L FERRETTO in ME 60 (1953) 203-335 at in ApoU. 38 (1955) 75-103.

1 *Atii AputL Sedn* a. 195α 649 [LE 3304].

1954 MAR 25.-PIÜS XII, ENCYCL. AAS 46 (1954) 161-191

LITTERAE ENCYCLICAL

Ad venerabiles fratres patriarchas, primates, archiepiscopos, episcopos aliosque locorum ordinarios, pacem et communionem cum apostolica sede habentes:

De sacra virginitate

PIUS PP. XII

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Sacra virginitas et perfecta illa castitas, quae divino est consecrata famulatui, in pretiosissimis procul dubio annumerantur thesauris, quos Ecclesiae Adctor ab se conditae societati quasi hereditate reliquit

Hoc profecto in causa fuit cur Sancti Patres asseverarent virginitatem perpetuam excelsum esse munus a Christiana religione invectum. Ac iure meritoque animadvertunt antiquitatis ethnicos Vestalibus hanc morum condicionem non nisi ad certum imperavisse tempus ›; et cum in Vetere Testamento virginitas servanda ac tuenda praecipiatur, id iuberi tantum ut praevium matrimonii postulatum *; ac praeterea —quod scribit Ambrosius *— «etiam
162 templo Hierosolymis fuisse legimus / virgines. Sed quid dicit Apostolus? «Haec autem omnia in figura contingebant illis4·, ut essent indicia futurorum».

Siquidem inde ab Apostolorum aetate haec virtus in Ecclesiae viridario viget ac florescit. Quod in *Apostolorum Adisl* scribitur quattuor Philippi diaconi filias fuisse virgines, id profecto potius quam juventutem, earum significat vitae statum. Ac non multum post temporis spatium Ignatius Antiochenus virgines salutando commemorat \ quae iam. una cum viduis Smyrnensis Christianorum communitatis haud mediocris pars erant. Secundo autem saeculo —ut S. Justinus testatur— «multi quidem ct multae, annos sexaginta et septuaginta nati, a pueris Christi disciplina imbuti, incorrupti perseverant 7». Pedetemptim. virorum mulierumque numerus, qui suam castitatem Deo devoverant, succrevit; parique modo eorum muneris, quo in Ecclesia fungebantur, momentum haud parum invaluit, ut fusius in Nostra Constitutione Apostolica *Sponsa Christi* exposuimus 4.

Ac praeterea Sancti Patres —ut Cyprianus, Athanasius, Ambrosius, loannes Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus aliique non pauci— de virginitate scribendo, cam summis extulerunt laudibus. Hacc autem Sanctorum Patrum doctrina, ab Ecclesiae Doctoribus et a Christianae asceseos Magistris decursu sacculorum aucta, multum profecto confert ad firmum in utriusque sexus Christianis vel excitandum, vel iam conceptum confirmandum propositum perfecta se Deo devovendi castitate atque in ca ad mortem usque perseverandi.

Maior est, quam ut dinumerari possit multitudo eorum qui, ab Ecclesiae initiis ad nostra usque tempora, suam castitatem Deo obtulerunt, alii quidem illibatam suam virginitatem conservando, alii vero, coniuge defuncto, perpetuam viduitatem eidem consecrando, alii denique, suorum peccatorum paenltentes, vitam omnino casiam
163 eligendo; omnes autem eodem concordi pro/posito praestantes, nempe in perpetuum a carnis delectationibus propter Deum abstinendi. Quod igitur Sancti Patres de virginitatis gloria ct merito praedicarunt, his omnibus invitatio, firmamentum ac robur sit, ut immobiliter in sacrificio oblato perseverent, neu quidquam vel minimum, super Dei altare positi holocausti partem tollant slbique vindicent.

Dum autem in hac perfecta castitate unum ex tribus votis innititur, quibus religiosus status constat, · atque eadem ab Ecclesiae latinae clericis in maioribus ordinibus constitutis requiritur10 ct ab Institutorum Saccularium sodalibus exigitur11, Ipsa nihilo secius etiam apud non paucos floret, qui ad lalcorum ordinem omnino pertinent; viri enim et mulieres habentur, qui in statu publico perfectionis non constituuntur, et tamen n matrimonio deIcctlonibusque camis ex proposito vel voto privato se omnino abstinent, ut liberius proximis inserviant el et facilius arctiusque cum Deo animum conlungant suum.

Ad hos singulos universos dilectissimos filios ac filia, qui corpus animumque suum quomodocumque Deo eoc^crarunt, Nos paternum convertimus animum, eosdemqw ut propositum sancte susceptum confirmare dillgentenjcefficere velint adhortamur quam maxime.

Cum autem nonnulli hodie habeantur, qui a recto Itinere hac in re declinantes matrimonium adeo extollant, ut Illud reapse virginitati praeponant, Ideoquc Deo dicatas castitatem et ecclesiasticum coelibatum detrectent, Noi doctrinam de excelso virginitatis munere in praesens potissimum declarare ac tueri apostolid officii conscientis postulat, ut veritatem catholicam adversus hos errores defendamus.

Imprimisque animadvertendum putamus id ex ipsius Divini Sponsi labiis Ecclesiam deprompsisse, quod de virginitatis doctrina praecipuum est. / !Ia

Cum enim discipulis gravissima viderentur matrimonii vincula et incommoda, quae eorum Magister loquendo fecerat manifesta, cumque eidem dixissent: «Si ita «t causa hominis cum uxore, non expedit nubere '*·, lesus Christus respondit non omnes capcrc verbum istud, sed quibus datum esset; quosdam enim naturae defectu, alios hominum violentia et pravitate a matrimonio impediri, alios vero sponte ac propria voluntate ab eo abstinet, idque «propter regnum caelorum»; atque hisce verbis concludit: «Qui potest capere, capiat»13.

Hac Igitur sententia divinus Magister, non de corporeis agit ad matrimonium ineundum impedimentis, sed de spirituali liberae voluntatis proposito se perpetuo a nuptiis et a corporis delectationibus abstinendi. Eos enim, qui iisdem sua sponte se fore renuntiaturos decrevere, cum eis comparando, qui vel natura, vel hominum vi ad eandem renuntiationem coguntur, nonne Divinus Redemptor illud nos docet, castitatem nempe, ut perfecta reapse sit, oportere perpetuam fore?

Huc accedit —quod Sancti Patres Ecclesiaeque Doctors praeclare docuere— virginitatem non esse Christianam virtutem, nisi eam «propter regnum caelorum»14 amplectamur, hoc est, nisi eiusmodi vitae institutum idcirco suscipiamus, quo facilius divinis rebus vacare possimus, quo tutius aeternam aliquando assequamur beatitatem, quo expeditius denique ceteros etiam ad caelorum regnum, sollerti data opera, conducere possimus.

Non ii igitur Christianorum christianarumve virginum honorem sibi vindicare queunt, qui vel ob nimium sui Ipsorum studium matrimonio abstineant, vel ca de causa ut ab eius oneribus refugiant, uti Augustinus admonet2i, vel etiam ut, phariseorum more, suorum corporum Integritatem superbe ostentent, quod quidem Gangrense iam Concilium improbat, ne virgo vel continens a matrimonio tamquam abominando / recedat et non propter ipsam ic virginitatis pulchritudinem et sanctitatem le.

Ac praeterea gentium Apostolus, caelesti instinctu afflatus, haec animadvertit: «Qui sine uxore est, sollicitus est quae Domini sunt, quomodo placeat Deo... Et mulier innupta et virgo cogitat quae Domini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu»17. Hoc igitur primarium propositum est, haec praecipua Christianae virginitatis ratio: ad divina nempe unice contendere ac mentem animumque convertere; Deo In omnibus placere velle; eum impense recogitare; cidemque corpus ac spiritum omnino consecrare.

Hoc modo lesu Christi sententiam et Apostoli gentium doctrinam Sancti Patres nullo non tempore interpretati sunt: etenim inde a prisca Ecclesiae aetate virgimtatcffl reputarunt corporis animique consecrationem Deo delatam. Itaque S. Cyprianus a virginibus requirit «ut quae κ Chnsto dicaverint, a carnali concupiscentia recedentis, tam came, quam mente se Deo voverint..., nec ornari iam aut placere cuiquam nisi Domino studeant»Is. Ulterius autem procedens Hipponensis Episcopus haec asseverat «Neque ct ipsa, quia virginitas est, sed quia Deo dicata est honoratur. ... Nec nos hoc in virginibus praedicamus quod virgines sunt, sed quod Deo dicatae pia continentia virgines» l'. Sacrae vero theologiae principes, S. Thomas Aquinas20 ac S. Bonaventura 21, Augustini auctoritate

1 Cfr. S. Ameim., *De tvginibni,* lib. I, c. 4, n. 15; *De virginitate,* c. 3, n i}; P. JL XVI. 193. ‘Cfr. Er. XXII, 16-xr, *Deui* XXII, 23-29, *F.ah.* XLII, 9. ’S. *De titgimbvt,* lib. I, c. 3. n. ir, *P. L.* XVI, 192. · *I* Cer. X. n ·*Ad.* XXI, 9. · Cfr. S. Ignat. Axnocn., *Ep. ad Smym.·,* c. ly, ed. Foock-Dkluwp, *Pairtz Apodolici,* voL I, p. 2S6. ’S. Ivsrw., *ApoL I pn chriii^* e. 1$; *P. G.* VI. 349. · Cfr. Const. AposL *Sponsa Chridi; A. A.S* XUII, J95T, n» J·» fLE 2x67]. ·*Οτ. C. I.* C, can 4S7. "Cfr. C /. C., cu. 1)2 I i ‘‘Cfr. CotnL AposL *Prwida Mater,* art III, i a; A. .4. S. XXXIX. 1947, p. 121 (LE 190S]. " Ματτπ. XΓX, ia »ZW.,XD| xx-12. M *Ibid.,* XIX, 12. ‘‘S. Augustin., *De sancta virginitate,* c. P. L II-II, q. X53, 4. j, ad 4. « S. Boxav., *De perfectione cntngdicA,* q. J.13

Innbd, virginitatem edocent virtutis firmitate non pollere, nisi a suscepto voto oriatur eam illibatam perpetuo servandi. Et sane Christi sententiam de perpetua abstinentia a matrimonio Ü maxime pcrfectlssbncquo ad effectum deducant, qui voto perpetuo cam servandi sc obligant; neque Iure asseverari potest eorum propositum, qui sibi quandam ab eo resiliendi aperiam viam reservare velint, melius esse atque perfectius. /

Quod quidem perfectae castitatis vinculum Sancti Patres habuerunt veluti quoddam spiritualis matrimonii genus, quo animus cum Christo conlungitur; ideoque eo ÜMiue nonnulli processere, ut datam fidem, si hac in re violaretur, cum adulterio compararent ··. Itaque S. Athanasius scribit Catholicam Ecclesiam solitam esse eas appellare sponsas Christi, quae virginitatis virtute polleant ». Et S. Ambrosius, presse dc sacra virgine scribendo, haec habet «Virgo est, quae Deo nubit» ,4. Immo, ut cx cuisdem Mediolanensis Doctoris scriptis patet 25, iam a quarto saeculo consecrationis virginum ritus, valde Illi similis erat, quo Ecclesia in matrimonii benedictione nostris hisce temporibus utitur *·.

Eadem de causa Sancti Patres virgines adhortantur ut suum ipsarum divinum Sponsum vehementius adament, quara eum diligerent, cum quo fuissent matrimonio coniuncUe; elusque voluntati nullo non tempore cogitando agendocue obtemperent17. Hacc siquidem iisdem Augustinus scribit: «Toto corde amate speciosum forma prae filiis hominum: vacat vobis, liberum est cor a conlugalibus vinculis.... Si ergo magnum amorem coniugibus deberetis, tum propter quem coniuges habere noluistis, quantum amore deoetis? Toto vobis figatur in corde qui pro vobis est fixus in cruce»23. Quod ceteroquin iis sensibus propositisque respondet, quae Ecclesia ipsa a virginibus eo die postulat, quo Deo rite consecrantur, eas invitans ut haec verba proferant: «Regnum mundi et omne ornamentum saeculi contempsi propter amorem Domini Nostri lesu Christi, quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi» °. Nihil aliud Igitur est, quod virginem suaviter compellit ad corpus animumque suum Divino Redemptori
157 omnino consecrandum, nisi ipsius amor, / quemadmodum S. Methodius, Olympi Episcopus, pulcherrima haec verba eam loquentem inducit: «Omnia ipse tu, Christe, mihi es. Tibi me servo castam el, splendentem tenens lampadem, tibi, Sponse, occurro30. Christi amor utique est, qui virgini suadet intra monasterii saepta confugiat, ibique perpetuo maneat, ad expeditius ac facilius caelestem Sponsum contemplandum et diligendum; ct qui eam impense excitat ad misericordiarum opera proximorum causa ad mortem asque viribus omnibus suscipienda.

Défis vero viris, «qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt»31. Apostolus loannes asseverat: «Hisequuntur Agnum quocumque ierit»33. Quod igitur iis omnibus adhortamentum S. Augustinus impertit, meditemur. «Sequimini Agnum, quia et Agni caro utique virgo... Merito eum sequimini virginitate cordis ct camis quocumque ierit. Quid est enim sequi nisi imitari? Quia Christus pro nobis passus est relinquens nobis exempum, ilcul ait Apostolus Petrus, «ut sequamur vestigia cius»»33. Siquidem hl omnes discipuli sponsacquc Christi virginitatis Institutum amplexi sunt, ut alt S. Bonaventura, •propter conformitatem ad Christum sponsum, ad quem virgines conformes facit»3*. Eorum enim incensae erga Christum caritati haud satis esse poterat animi vinculis una cum eo coniungi, sed nccesse omnino erat ut haec eadem caritas eius virtutum imitatione comprobaretur, preuliarique modo eius confonnltate vitae, quae omnis fuit in bonum, in salutemque humani generis acta. Sl sacerdotes, sl religiosi viri mulieresque, sl Ii denique omnes, qui quavis ratione divino se devoverunt famulatui, perfectam castitatem colunt, idcirco hoc profecto evenit, quod Divinus eorum Magister virgo fuit ad suae usque vitae obitum. Ita exclamat S. Fulgentius: «Hic est autem Unifenitus Dei Filius, unigenitus etiam Virginis filius, unus wnnium sacrarum virginum sponsus, sanctae virginitatis
1« fructus, / decus el munus, quem corporaliter sancta virginitas peperit, cui spiritualiter sancta virginitas nubit, a quo sancta virginitas fecundatur ut perseveret Intacta, a quo decoratur ut permaneat pulchra, a quo coronatur ut regnet perenniter gloriosa»34.

Heic autem opportunum ducimus, Venerabiles Fratres, enucleare magis ac declarare diligentius qua de causa Christi amor generosos commoveat animos ad matrimonio abstinendum; el quae arcana Intercedant vincula virginitatem inter et Christianae caritatis perfectionem. Iam ex ea, quam supra retulimus, lesu Christi sententia innuitur perfectam eiusmodi a matrimonio abstinentiam homines exonerare gravibus cius muneribus atque officiis. Divino autem afflante Spiritu gentium Apostolus liberationis huius causam hisce verbis proponit: «Volo autem vos sine sollicitudine esse... Qui autem cum uxore est, sollicitus est quae mundi sunt, quomodo placeat uxori, et divisus est»3i. Quam ad rem tamen animadvertendum est Apostolum non idcirco improbare viros quod de suis uxoribus solliciti sint, neque uxores reprehendere quod suis coniugibus placere enitantur; sed asseverare potius eorum animos divisos esse inter confugis amorem et Dei dilectionem, atque acribus distringi curis, quibus ob inltl connubii officia haud facile possint divinarum rerum meditationi vacare. Siquidem conlugii officium, quo tenentur, clare imperat: «Erunt duo in carne una·37. Namque coniuges, cum in tristibus, tum in laetis rerum adiunctis, mutuis vinculis colligantur33. Facile igitur intellegitur cur ii, qui se divino famulatui mancipare cupiant, virginalis vitae institutum veluti quandam liberationem amplectantur, hoc est ut plenius queant Deo servire et ad proximorum viribus omnibus conferre bonum. Quomodo enim poterat—ut exempla proponamus—mirabilis ille evangelicae veritatis praeco, S. Franciscus Xaverius, quomodo poterat misericors ille paler pauperum, S. Vincendus a Paulo, studlosissimusquc ille Juventutis educator, S. loannes / Bosco, ac indefensa illa «mater emi- 169
grantium», S. Francisco Xaveria Cabrinl, ingentia exantlare incommoda laboresque, si suae cuiusque subolis suique coniugis debuissent corporis animique necessitatibus consulere?

Aliud praeterea in causa est, cur ii omnes, qui se Deo proximorumque saluti omnino devovere percupiant, virginitatis institutum amplectantur. Rlud siquidem est, quod Sancti Patres asseverarunt, de utilitatibus edisserentes, quas ii assequi possunt, qui idcirco eiusmodi corporis delectationibus omnino abstinent, ut aptius spiritualis vitae elationibus delectentur. Procul dubio --quod ipsi quoque palam animadverterunt— huius generis voluptas, quae ex matrimonio legitime oritur, haud improbanda in se est; quin immo castum connubium peculiari sacramento nobilitatur ac consecratur. Verumlamcn est pari modo concedendum inferiores humanae naturae facultates, post miserum Adae casum, rectae rationi obsistere atque interdum etiam ad inhonesta facienda hominem compellere. Ut enim scribit Doctor Angelicus, usus matrimonii «retrahit animum nc totaliter feratur in Dei servitium»33.

Quam quidem spiritualem corporis anlmlquc libertatem ut sacrorum administri adipiscantur, utque lerrenis negotiis ne implicantur, Latina Ecclesia ab Iisdem postulat ut volentes libentesque perfectae castitatis obligationi pareant40. «Quodsi eiusmodi lex —ut a Decessore Nostro imm. mem. Pio XI assertum est— Orientalis Ecclesiae administros non omnino tenet, iisdem tamen etiam ecclesiasticus coelibatus honori ducitur, atque interdum —cum praesertim de summis agitur hicrarchiae gradibus— necessario requiritur atque praecipitur»41.

Considerandum praeterea est sacrorum administros, non idcirco solummodo quod apostolico munere funguntur, sed idcirco etiam quod altari inserviunt, matrimonio omnino abstinere. Etenim, si lam Veteris Testamenti sacerdotes, dum tcm/pli servitio fungebantur, ab usu matrimonii no
abstinebant, ne a Lege, sicut et ceteri homines, Immundi declararentur 4S, quanto magis opportunum est lesu Christi administros, qui cotidie Eucharisticum offerunt Sacrificium, perpetua castitate pollere? Ad perfectam hanc sacerdotum continentiam quod attinet, S. Petrus Damlani haec interrogando admonet: «Si igitur Redemptor Noster tantopere dilexit floridi pudoris integritatem, ut non modo de virgineo utero nasceretur, sed etiam a nutritio virgine tractaretur, et hoc, cum adhuc parvulus vagiret in cunis, a quibus nunc, obsecro, tractari vult corpus suum cum iam immensus regnat in caelis?»43

Hac de causa imprimis asseverandum est —quod lucu-

rX «. ‘‘Cfr. S. *Cm* , D» ***hafniu virginum,*** c- 2<x P. ***L.*** IV, 459. 11 Cfr. 1 Atiaxju^ ***Afiol. aJ Contlani.,*** 33; ***P. G.*** XXV, 640. 14 S. Ambros., ***De*** rzpmJw, Eb. 1, c. 8; n. 52; P. ***L.*** XVI, ***202.*** ·· Cfr. ***Ibid.,*** lib. **III**, cc. 1-3. n î-rc ***Pe intidulKmc virginis,*** c. X7, nn. 104*114; ***P. L.*** XVI, 219-224, jjyjjô. 14 ***Cfr. Sacrjmru/jrium Leonianum,*** XXX; ***P, L.*** LV, 129; ***Ponbhuie*** De benedictione et consecratione virginum. ’’Cfr. S. Cm, ***De hahia virguuan,*** 4 et 22; P. ***L.*** IV, 443-444 et 46s; S. Ambros., birvpuha, bb. I, c. 7, n. 37; ***P. L.*** XVI, 199. ·· S. Avgustim., ***De sancla tvgMaii,*** ce. 54-55; P. ***L.*** XL» 428. ’· ***Pontifical* Romanum:*** De benedic-' txxz et cûcsccnttone virginum. ··&. Methodius Olympi, Covwwhmh ***de-l «irpu,*** orat. XI, c. ***r, P. G.*** XVIII, 209. « ***Afxx.*** XIV, 4. ‘‘ ■/ *Prtr.* Π, ***sr,*** S Avgvstim., ***De tancia vtrginilalc,*** c. 27; P. L· XL» 411.I MS. ***Dc t*rfcciiÉAte cvangdica,*** q. 3, a. 3. MS. Fulgent., ***Episi.*** 3,1 c. 4, n. 6; P. L· LXV. 326. ’· / Cor. VII. 32-33. "Cm. II. w Cfr. N»rtw XIX, 5- "Cfr. ***I Cor.,*** VII. 39. "S. TiiOM., ΓA-. **IMI.** q iho. a. 4. 4,Cfr. ***C.*** Z. C., cin. 132, f 1. M Cfr Litt. Esc 4J nxiUcxi ***factigium, A. A. S,*** XXVIII, 1936, pp. 24-25 [LE 1303\ °Cfr Ln XV. 16-17; XXII, 4; ***I Sam.*** XXI. 5-7-. cfr. S. Siwe. Pazl, ***Ep ad P L*** LVI 553*559- MS. Pktrus Dam., ***De*** cecîiMw ***werdetum. c.*** 3. ***/* I.***

lenter Ecclesia docet— sanctam virginitatem excellentia sua matrimonio praestare. Id iam Divinus Redemptor utpote perfectioris vitae consilium discipulis suaserat41; ac Paulus Apostolus, postquam de patre, qui filiam suam matrimonio iungit, dixit: «Bene facit», hacc continuo adlcit: «Et qui non iungit, melius facit·44. Qui quidem Apostolus nuptias cum virginitate comparando sententiam suam non semel, at praesertim verbis hisce aperit: «Volo enim omnes vos esse sicut mcipsum... Dico autem non nuptis ct viduis: bonum est illis, si sic permaneant, sicut et ego»41. Sl igitur virginitas, ut scripsimus, matrimonio praestat, id potissimum procul dubio cx eo evenit, quod ad excellentiorem assequendum finem spectat4T; ac praeterea quod etiam efficacitate summa confert ad sese omnino divino servitio mancipandum; dum contra illius animus, qui conlugli vinculis negotiisque implicatur, plus mlnusve «divisus»41 est.

Quodsi fructuum copiam consideramus, qui cx ea oriun-
171 tur, / tum procul dubio eius excellentia maiore in luce ponitur: «siquidem ex fructu arbor agnoscitur»4›.

Cum ad Innumerabilem illam virginum apostolorumque phalangem mentem convertimus, qui a prima Ecclesiae aetate ad nostra usque tempora nuptiis abstinuere, ut facilius plenlusque In proximorum salutem amore Christi incumberent, atque ita miranda prorsus religionis caritatisque incepta provexere, tum facere non possumus quin summa suavissimaque afficiamur laetitia. Nam, etsi nolumus, ut aequum est, aliquid cx eorum meritis, ex eorumque apostolatus fructibus detrahere, qui In Actionis Catholicae agminibus militantes, eos ctiam salutari navitate sua attingere possunt, quos haud raro nequeunt sacerdotes et religiosi viri mulieresque; nihilominus postremis hisce maiore ex parte novimus eiusmodi caritatis opera procul dubio esse tribuenda. Hi enim hominum vitam, quavis aetate ct quavis rerum condicione, generoso animo comitantur ac regunt; et quotiescumque fatigati vel infirmi decidunt, sacrum eiusmodi munus aliis persequendum quasi hereditate committunt. Itaque haud raro fit ut, vixdum natus, Infans virginalibus excipiatur manibus, elque nihil desit, quod deinde Ipsa mater Impensiore amore impertire possit; item, grandiculus factus ac ratiocinationis compos, Illis educandus concreditur qui eius mentem Christianae doctrinae praeceptis instruant, eius animum opportunis disciplinis excolant, elusque ingenium et indolem recte conforment; si quis aegritudine laborat vel implicatur morbis, el praesto sunt qui. caritate Christi compulsi, eius valetudinem sollicitis curis consenlanelsque remediis confirmare enituntur; si parentibus orbatur, si rerum angustiis animique miseriis exagitatur, si in vincula coniectus est, non destituitur solaciis auxiliisque, sed sacrorum administri, religiosi viri, sacraeque virgines eum veluti aegrotans mystici lesu Christi corporis membrum miserabundi respicientes, haec Divini ipsius Redemptoris verba in memoriam revocabunt: «Esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et
172 collegistis me; nudus, et cooperuistis me; in/firmus, et visitastis me; in carcere eram, et venistis ad me... Arnen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis»M. Quid vero dilaudando dicamus de divini verbi praeconibus, qui longe a patria sua infidelium multitudines, gravissimos exantlando labores, ad Christianam fidem convertunt? quid de sacris Christi sponsis, quae eis adiutricem navant operam pretiosissimam? Eis universis haec verba, quae in Apostolica Adhortatione *Menti* No*itrae* scripsimus, libenter tribuenda repetimus: «...Coelibatus lege, potius quam paterni muneris officium omnino amittat Sacerdos, In immensum revera adauget, quandoquidem non terrenae huic ac caducae vitae subolem parit, sed caelesti perpetuoque mansurae»41.

Virginitas praeterea non ob externa solummodo incepta et opera, quibus ii facilius ac plenius sc devovere possunt, quicumque eam amplectuntur, fecunda est, sed ob perfectae etiam erga proximos caritatis formas, hoc est ob adhibitas eorum causa incensas supplicationes, et ob gravia Incommoda hac eadem de causa sponte libenterquc tolerata; quibus quidem Del famuli ac lesu Christi sponsae —Ii praesertim atque illae, qui Intra coenobii saepta aetatem traducunt— totam suam consecrarunt vitam.

Ac denique ipsa Christo consecrata virginitas talem per se testatur fidem ad caelorum regnum quod attinet, talem praebet erga Divinum Redemptorem amorem, ut haud mirum sil eam uberes edere sanctitatis fructus. Virgines siquidem iique omnes, qui apostolatu! se dedunt, perfectucaue se devovent castitati, excelsa suae vitae sanctimosA Ecclesiam decorant paene Innumeri. Virginitas eoimefamodi spiritualem vim In animos inserit, quae ad martyrium etiam, si opus sit, compellere queat; Idque luculealljsime historia docet, quae tot virginum agmina omnian admirationi proponit, ab Agnetc Romana ad Martin Gorcttl.

Nec sine causa virginitas virtus angelica dicitur, φχΛ quidem S. Cvprianus virginibus scribens Iure meritoça asseve/rat: «Quod futuri sumus, Iam vos esse coexista. 1* Vos resurrectionis gloriam in Isto saeculo Iam tcnelii, saeculum sine saeculi contagione transitis. Cum catta* perseveratis ct virgines, Angelis Del estis aequales*« Animo purissimae vitae sitienti ac desiderio flagranti av sequendi regni caelorum, virginitas praebetur «sicut prttiosa margarita», propter quam aliquis «vendidit onah quae habuit ct emit cam»*·. H vero, qui matrimorio iuncti sunt ac vel insl, qui In vitiorum caeno pervolutantur, cum virgines suspiciunt, candidae carum puritatis splendorem. haud raro admirantur, seseque permoveri sentinet ad aliquid assequendum quod sensuum delectationes ex· superet. Quod Aquinas asseverat, haec scribens: «virglniUti... attribuitur excellentissima pulchritudo»*l, Id promi dubio in causa est cur virgines suo exemplo omnes allidant Ac praeterea hi omnes viri ac mulieres, per suam perfectam castitatem, nonne patefaciunt quam maxime, boc animi Imperium in corporis motus esse divini auxilii effectum atque validae virtutis signum?

Hoc autem peculiari modo considerare placet, quod suavissimus est virginitatis fructus: sacras nempe virgines manifestam ac quasi ante oculos ponere perfectam ipsius Ecclesiae matris virginitatem, suaeque ipsarum cum Christo arctissimae conlunctionis sanctitudinem. Quibus verbi? Pontifex utitur sacrandarum virginum ritus peragens ac Deum suppliciter adprecans, ea sapientissime hac praesertim de causa scripta fuere: «ut exsisterent sublimior» animae, quae in viri ac mulieris copula fastidirent connubium, concupiscerent sacramentum, nec Imitarentur quod nuptiis agitur, sed diligerent quod nuptiis praenotatur»".

Quod virgines imagines viventes sunt perfectae Illius integritatis, qua Ecclesia cum Divino suo Sponso conlnngitur, id procul dubio summae iisdem gloriae vertitur; quod vero eaedem mirabile signum praebent florentis sanctitatis spiritualisque 11/lius fecunditatis, qua societas W praestat a lesu Christo condita, id profecto huic eidem societati gaudium affert tam vehemens, quam quod maxime. Hac de re optime Cyprianus scribit: «Flos est ille ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiae spiritualis, laeta indoles, laudis et honoris opus Integror, atque incorruptum, Del Imago respondens ad sanctimoniam Domini, illustrior portio gregis Christi. Gaudet per illas atque in illis largiter floret Ecclesiae matris gloriosa fecunditas: quantoque plus copiosa virginitas numero suo addit, tanto plus gaudium matris augescit»

II

Hacc doctrina, qua statuitur virginitatem et coelibatum omnino excellere ac matrimonio praestare, iam a Divino Redemptore et a gentium Apostolo, ut diximus, patefacta fuit; itemque In sacrosancta Tridentina synodo57 sollemniter fuit ut divinae fidei dogma definita, et a Sanctis Patribus concordi semper sententia declarata. Praeterea ut Decessores Nostri, ita Nosmet ipsi, quotiescumque occasio data est, eam etiam atque etiam explanavimus ac valde commendavimus. Verumtamen, cum recens non defuerint qui hanc eandem doctrinam a maioribus Ecclesiae traditam impugnarent non sine gravi christifidelium periculo ar detrimento. Nos pro officii Nostri conscientia opportunum duximus rem Iterum per Encycllcas has Litteras resumen*. ct eiusmodi errores, qui saepenumero sub fucata veri specie proponuntur, detegere ac reprobare.

Imprimlsquc a communi probatorum hominum sensu, quem quidem Ecclesia semper in honore habuit, II procul dubio aberrant, qui naturalem sexus Instinctum considerant quasi potiorem maioremque humanae compagis propensionem ct exinde concludunt hominem non pos»c per totius vitae cursum huiusmodi appetitum coercere sine gravi periculo eius corporis vi/talia pollsslmumqne nervos perturbandi, ideoque humanae personae aequilibritati detrimentum inferendi.

Ut autem S. Thomas Iure meritoque animadvertit, quae

CXLV. 3I4- ‘‘Cfr. Matt·. XIX, xoxi. ‘‘f Car, VII, 58. ··/H/., VII, *cfr.* 1 et »4. ‘’Clr. S. Two*.. Tλ., 1I-Iî, q tj*. i*. 3-4.
••Cfr. / Car.. VI!, jj. ·· Ματτη XII. 33. ·· Matt ii. XXV, 35.36, 40 »'.!/(> XLII, 1950, p 663 (LE MSI]. ‘‘ SlCyt·., *Dc* ***habitu virginum,*** t*; ***P. L*** IV, 463; cfr. S. Aμβ805., ***Dc wginibut,*** lib. I, c. 8, n. 53; P. ***L*** XVI, s*». Matt ii. **XIII**, 46. M S. Thom., Summa TΛ.» II-II, q. 15*, x «. ‘‘ F»· ***hfuulc*** /uimanum; D< benedictione et consecratione virpnosx. WS. Cirt. ***Dc haiilu nrginum,*** 3; ***p. L.*** IV, 44J. >»Sesa. XXIV. can. 10.

oostro in animo altius Insidet propensio, reapse ad sul ipsius conservationem spectat, inclinatio vero, quae c sexus facultatibus oritur, secundum obtinet locum. Ac praeterea ad humanae rationis impulsum ac regimen pertinet, quae singulare est naturae nostrae privilegium, intimos nulus generis moderari stimulos ataue instinctus, eosdemque recto dominio suo efficere nobiliores. ‘‘

Utique, proh dolor, post primum Adae peccatum, perturbatae corporis facultates cupidinesque non solum in «nsus, sed in animos ctiam dominari contendunt, tenebras offundendo mentibus ac debilitando voluntates. At lesu Christi gratia Idcirco nobis per sacramenta potissimum impertitur, ut spiritu viventes corpus in servitutem rtdiwmus. w Castitatis virtus non a nobis postulat ut roocuplscenliac stimulum ne sentiamus, sed ut rectae potius subidamus rationi et legi gratiae ad id pro viribus contendendo, quod in humana christianaque vita nobilius est.

Ad hoc autem animi imperium in corporis sensus perfecte acquirendum, non satis est ab actibus solummodo, qui directe castitati sint contrarii, sese abstinere, sed omnino nccesse est libenter gencroseque ca omnia deserere, quae huius virtutis actibus plus minusve remote adversentur: tunc enim animus In corpore plene regnat et spiritualem suam vitam pace ac libertate exercere potest. Quis igitur, inter cos qui catholicae religionis principiis innituntur, non videat perfectam castitatem virginitatemque, nedum naturali virorum ac mulierum incremento naturalique progressioni officiat, id augere ac nobilitare quam maxime?

Recentius autem eorum sententiam maerenti animo reprobavimus, qui eo usque procedunt ut coniugium asso-
lé verent unum/ esse, quod naturale personae humanae inovmentum debitamque perfectionem tueri possit. M Nonnulli enim affirmant alvinam gratiam, a matrimonii sacramento *ex opere operato* impertitam, ita coniugii usum sanctum reddere, ut instrumentum evadat ad singulos animos cum Deo coniungendos efficacius quam virginitas ipsa, quandoquidem matrimonium Christianum, non autem virginitas, sacramentum est. Quam quidem doctrinam utpote falsam ac detrimentosam denuntiamus. Utique enim hoc sacramentum divinam sponsis impertit gratiam ad coniugalcm officium sancte obeundum; utiaue mutui amoris nexus confirmat, quibus Iidem una invicem continentur, verumtamen non ad id institutum est ut coniugii usum veluti instrumentum reddat per se magis aptum ad sponsorum animos caritatis vinculo cum Deo ipso coniungendos·1. Nonne potius Apostolus Paulus coniugibus ius agnoscit a matrimonii usu se abstinendi ad tempus, ut vacent orationi ·’, idcirco quia eiusmodi abstinentia liberiorem reddit animum, qui velit caelestibus rebus Deique supplicationibus se dedere?

Denique asseverari non potest —ut quidam faciunt— •mntuum adiutorium» quod sponsi in Christianis nuptiis quaerunt, opem esse perfectiorem quam *solitudinem,* ut aiunt, *cordis* virginum ct coclibum, ad propriam sanctitatem assequendam. Nam, quamquam 11 omnes, qui perfectae castitatis institutum amplexi sunt, humano huiusmodi amore se abdicaverunt, nihilo secius hac de causa affirmari non potest eos ob hanc eandem privationem ream reddidisse humanam personam quasi imminutam ac despoliatam. Ii enim a caelestium ipso munerum Datorc spirituale aliquid accipiunt, quod quidem illud in immensum exsuperat «mutuum adjutorium·, a coniugibus sibi invicem impertitum. Cum siquidem ei omnino sc devoveant, qui suum principium est, quique divinam cum
II7 Ipsis participat vi/tam, semet ipsos non minuunt, sed quam maxime adaugent. Quisnam enim verius potest, quam virgines, mirabilem illam Pauli Apostoli sententiam sibi tribuere: «Vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus»? M

Hac de causa Ecclesia sapientissime ducit sacerdotum coelibatum tuendum esse; novit enim illum esse ac fore spiritualium gratiarum fontem, quibus iidem arctius usque cum Deo conjungantur.

Opportunum praeterea putamus breviter heie aliquid dc eorum errore attingere, qui quidem ut iuvenes a sacris Scoinariis. puellas vero a religiosis Institutis avertant, eorum mentibus inculcare enitantur Ecclesiam hodie illorum auxilio illorumque Christianae virtutis professione magis indigere, qui matrimonio coniuncti communem cum ce-

MCir.S. Tmok, Summa ***Th.,*** MI, q. 94, a. 3. ·· Cfr. ***Gs!*** V, 33; ***I Cor.*** IX, X7 *'C4r. Aliocatio ad Moderjtncei supremas Ordinum et Institutorum B*&μ κ π β, ‹L 15 «pterr.bris 1933; A. .4. S. XLIV, 195*. P- ^24. elfr. D-crrt-sn S. Officii, ***Dt maînmonti finibus,*** d. 1 aprilis 1944; i ‹ S. XXXVI, 1944. P- 103 (LE 1793]· °Cfr. ***I Cor.*** VII, 3. ‘‘Cfr. C *I. C,* c*a. ÎOIJ J i. II, 20. ‘‘S. Awaitos., D/ ***rirguntaU,*** c. 5.

teris in sacculo vitam traducant, quam sacerdotum sacrarumque virginum, qui ob nuncupatum castitatis votum quasi ab humana societate abstrahantur. Quod quidem commentum. Venerabiles Fratres, falsum omnino esse ac perniciosissimum nemo est qui non videat.

Equidem mens Nobis haud est infitiari catholicos coniuges, ob eorum Christianae vitae exempla, in quibusvis locis commorentur ct in quibusvis versentur rerum adiunclis, uberes posse eorum virtutis testimonio salutaresque edere fructus. Verumtamen qui hac de causa suadet magis optandum esse in matrimonio vivere, quam se Deo omnino consecrare, is rectum rerum ordinem procul dubio invertit ac miscet. Vehementer utique cupimus, Venerabiles Fratres. ut qui iam confecerint nuptias, vel in matrimonium ire exoptent, opportune edoceantur sc gravi teneri officio non modo quam habeant aut habituri sint subolem recte diligentcrque educandi, sed etiam suae fidei testimonio virtutisque exemplo ceteros pro facultate luvandl. Attamen Sui adulescentes ab ingrediendo Seminario vel a Religiosis •rdinlbus ac Sodalitatibus a sacrisque nuncupandis votis avertere contendant, iisdem suadendo se / posse, sl matri- 173
monio conlungantur, utpote patres matresve familias, Christianae suae vitae professione omnibus aperta ac publica, maius assequi spirituale bonum, eos quidem omnes, ut officii Nostri conscientia postulat, facere non possumus quin omnino reprobemus. Aptius profecto recûusque ii egerint, si innumeros eos, qui in coniugio vivunt, quam studiosissime possint, adhortentur ad apostolatus opera in laicorum ordine adiutrice navitate sua provehenda, quam si eos iuvenes, hodie non multos, proh dolor, qui se divino famulatui dedere cupiant, a virginitate abstrahere contenderint. Quam ad rem opportune scribit Ambrosius: •Semper spectavit ad gratiam sacerdotum iacere semina integritatis, et virginitatis studia provocare» ·*.

La morale médicale ne vit pas dans les choses, mais dans les hommes, dans les personnes, chez les médecin*· dans leur jugement, leur personnalité, leur conception el leur réalisation des valeurs. lai morale médicale chez le médecin, ce sont les questions de conscience personnelles: «Qu'impose celte norme d'action? Quelle est sa justification?» (c'est-à-dire quelle finalité poursuit-elle el se fixe-t-

•... Le oéderin justifiait ses décisions par l'intérêt de la science, celu & pibttt et celui du bien commun. L'intérêt de la science, Π en a déjà ft? rxsüca. Qamt A celui du patient, le médecin n'a pas plus de droit i qœ le patient ne lui en concède. Le patient, de son côté, l'indivii hu etee, n'a droit de disposer de son existence, de l'intégrité do KO crpxsmc, da organes partKuhers ct de leur capacité de foncüoxmeqae dua b mesure où le bien dc tout l'orcanisiue l'exige.

Coi dense h clef de h réponse A la question qui vous a occupés: le méde- G3 prcî-fl ippùqacr un remède dangereux, entreprendre des interventions prèaliœit ou certainement mortelles, uniquement parce que le patient e m! *vi* y consent? De même À U question en soi compréhensible pour >sèdecin tnvuilant juste derrière le front ou à l'hôpital militaire: peut-il, ci c m de souffrances Insupportables ou incurables ct de blessures horribles, sdxustrer, à b demande expresse du malade, des injections qui équivarxt I cœ euthanasie?

Par reject A l'intérêt de la communauté, l'autorité publique n'a en gé- •-énl «ara droit A disposer de l'existence et dc l'intégrité des organes de <a njrts uuxxentv —La question des peines corporelles et de la peine à zzrt. Noos ce l'examinons pas ici, puisque Noos parlons du médecin, ara da bxzrerj—. Comme l'Etat ne détient pas ce droit direct de dispoêta, d ne prit donc pas le communiquer au médecin pour quelque motfoibct que ce soit La communauté politique n'est pas un être physique rase J'oqpnhme corporel, nuis un tout que ne possède qu'une unité é» Lsxr.é et d'action; l'homme n'exlste pas pour l'Etat, mais l'EUt pour "ioexae. Qatod il s'agit d'êtres sans raison, plantes ou animaux, l'homme •U lire de disposer dc leur existence et de leur vie (ce qui ne supprime fctigiîico qu'il a, devant Dieu ct sa propre dignité, d'éviter les bmbfefc et les crajüté* sans motifs), mais non de celle d'autre» hommes ou > frfwriissév

Lenêdeoa de geerre tue de b une orientation sûre qui, sans lui enlever a repreuhlté de sa décision, e»t susceptible de le garder des erreurs 4» jsfunçtt, en hn foundi-ant une norme objective claire. *(Altoc.* a«r *XVI' CcmfrH Inlet dc mMctint militaitt ~ fritcorn c Radw-* •««fri, wL XV, pag. 420-4:1).

elle?) «Quelle valeur exprime-t-elle en elle-même, dans ses relations personnelles, dans sa structure sociale?» Autrement dit: «De quoi s'agit-ïl?»; «Pourquoi? Dans quel but? Qu'est-ce que cela vaut?» Des hommes moraux ne peuvent être superficiels, ct s'ils le sont. Us ne peuvent pas le rester.

3— *Im momie médicale doit être enracinée dans le transcendant*

Ce qui, en dernière Instance, est établi par un homme, un homme peut, en dernière instance, le supprimer et donc (si c'est nécessaire ou si cela lui plaît) il peut s'en dégager. Cela contredit la constance de la nature humaine, la constance de sa destination et de sa finalité, cela contredit aussi le caractère absolu et imprescriptible de ses exigences essentielles. Celles-ci en effet ne disent pas: «Si, comme médecin, tu veux bien juger et bien agir, fais ainsi!» Mais elles se manifestent, au plus profond de la conscience personnelle, sous une toute autre forme: «Tu dois bien agir, quoi qu'il en coûte! Donc tu dois agir ainsi et pas autrement». Ce caractère absolu des exigences morales se maintient, que l'homme leur prête l'oreille ou non. Le devoir moral ne dépend pas du plaisir de l'homme! l'action morale seule
597 est son affaire, te phénomène,. que l'on constate en tous temps, du caractère absolu de l'ordre moral oblige à reconnaître que la morale médicale possède, en dernière analyse, un fondement et une règle transcendants. Dans Notre allocution au Congrès de médecine militaire, Nous avons développé ces considérations et parlé du contrôle de la morale médicale.9

Ajoutons un mot sur le droit médical, dont Nous avons jadis traité plus en détail.

La vie des hommes en communauté exige des normes déterminées et fermement délimitées, mais pas plus nombreuses que ne le demande le bien commun. Les normes morales par contre s'étendent beaucoup plus loin, sont beaucoup plus nombreuses et, sous maints aspects, moins nettement délimitées, a fin de permettre l'adaptation nécessaire aux exigences justifiées des cas particuliers. Le médecin pénètre profondément dans la vie de l'individu et de la communauté en vertu de la profession qu'il exerce. Il a besoin dans la société d'un appui juridique large; et aussi d'une sécurité particulière pour sa personne et son action médicale. D'autre part, la société veut una garantie de la capacité et de la compétence de ceux qui se présentent el agissent comme médecins. Tout ceci démontre la nécessité d'un droit médical, national ct autant que possible international. Non au sens d'un règlement détaillé fixé par des lois; au contraire, que l'Etat abandonne autant que possible l'élaboration de ce règlement aux chambres des médecins (nationales et internationales), en leur atribuant les pouvoirs et sanctions nécessaires. Qu'il se réserve la haute surveillance, les dernières sanctions, l'intégration de l'ordre et des chambres des médecins dans l'ensemble de la vie nationale.

Le droit médical dans son contenu doit exprimer la monde médicale, en ceci du moins qu'il ne contienne rien d'opposé à la morale: qu'il en arrive à proposer tout ce qu'il devrait pour satisfaire aux exigences de l'éthique naturelle, c'est, d'après l'expérience faite jusqu'à présent, un souhait
598 dont la realisation est encore bien éloignée./

En résumé: la morale médicale est, en son dernier fondement, basée sur l'être, sur la raison et sur Dieu: le doit médical dépend en outre des hommes.

n?
S

Nous avons relevé trois points dans le programme abondant de votre Congrès et Nous avons dit un mot de la guerre et de la paix, de l'expérimentation sur l'homme, des efforts pour constituer une morale médicale mondiale et un droit médical mondial.

Nous voulions ainsi stimuler ct orienter votre jugement personnel et contribuer, pour Notre part, aux progrès fructueux et à l'approfondissement dc votre travail.

• Le contrôle dernier et le plus élevé, c'est le Créateur lui-même Dieu. Nota ne ferions pu Justice aux principes fondamentaux de votre programme et aux coméqwaïc» qui en découlent, si Nous voulions les caractériser yrilrmmt coenme des exigences de l'humanité, comme des buts humanitaires. Ils le »ont au*si; mais ils sont essentiellement plus encore. La dernière source, d'oû découlent leur force et leur dixmté, c'est le Créateur d* la nature humaine. S'il s'agissait de principes élaborés par la seule volonté de Tbamme, alors leur obligation n'aurait pas plus dc force que les hommes; tis pourraient s'appliquer aujourd'hui, et être dépassés demain; un pays pourrait les accepter, un autre les refuser. Il en va tout autrement, d Γιατenté du Créateur intervient Et les principes de base de la morale médicale sont parti* de la loi divine. Voilà le motif qui autorise le médecin à metre une confiance Inconditionnée dans ces fondements de la morale œédkilc *tlbid ·Diucm t XaJiomrriJfV,* vol XV, pag. 427-433).

2453

1954 OCT 7.-PIUS XD, ENCYCL. AAS 47 (1955) M4

Epistula encycltca ad venerariles fratres ac w **LECTOS FILIOS ARCIIIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIO5QÜE LOCORUM ORDINARIOS CETERUMQUE CLERUM AC POFCLCM SINARUM, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SLDF** madentes:

Paterna impertiuntur hortamenta, praesertim circi *of.* **ficia catholicorum erga Patriam et circa periculor aautonomiac» Ecclesiae Sinarum, in praesentibus renixo angustiis.**

PIUS PP. XII

Venerabiles Frairts ac dilecti /ilii
Salutem et Apostolicam Benedictionem

Ad Sinarum gentem. Nobis sane carissimam, acpecolbri modo ad vos, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, qui catholicam religionem profitemini, Apostolicam Epistolam «Ca*pimus imprimis·*J fere tribus abhinc annis idcirco mhlmus» ut non modo vobis significaremus vestros Nos par Ucipare angores, sed ut etiam vos paterno adhortaremor animo ad omnia Christianae religionis officia strenua illa fidelitate obeunda, quae interdum heroum fortitudinem postulat; atque in praesens, supplices Nostras ana era vestris precibus ad Deum Omnipotentem ac misericordiarum Patrem iterum admovemus, ut «juemadmo/dnm port s tempestates ac procellas iterum sol affulget. Ita Ecclesue vestrae post tot rerum angustias, perturbationes, dolor», pax, tranquillitas, libertas tandem aliquando»1 illactsal

Postremis autem hisce annis Catholicae Ecclesiae condiciones apud vos neutiquam in melius fuere mutatae; quin Immo insimulationes et calumniae increbruere la Apostolicam hanc Sedem illatae, in eosque qui erga eas retinent fidelitatem suam; Apostolicus Nuntius, qui Xostram apud vos gerebat personam depulsus est; auclaequs insidiae eo contenderunt ut ii, qui veritate minus instructi essent, deciperentur.

Attamen —quod iam vobis scribebamus— «id genus insidiis, etsi callidis, etsi obtectis, etsi veritatis specie fucatis, firmam opponitis voluntatem vestram»3. Novimus quidem haec verba Nostra ad vos pervenire non potuisse; atque adeo eadem per has litteras libenter vobis iteramus; ac novimus etiam, summo cum animi solacio, hoc in proposito vestro vos stabiles permansisse, ac nullis umquam fuisse nisibus ab unitate Ecclesiae sevocatos; qua quidem de causa etiam atque etiam vobis gratulamur vobisque debitam tribuimus laudem,

Verumtatem, ut solliciti esse debemus de aeterna uniuscuiusque salute, haud possumus animi Nostri aegritudinem anxitudinemque dissimulare, cum noscamus inter vos, etsi fides catholica communiter firmo retineatur animo, non defuisse nihilominus qui vel bona fide ducti, vel timore victi, vel novis fallacibusque doctrinis capti, recens etiam insidiosis detrimentosisque principiis adhaeserunt, quae ab adversariis provehuntur cuiusvis religionis, ab eiusque imprimis, quae a lesu Christo divinitus tradita fuiL

Quamobrem officii Nostri conscientia postulat, ut v m iterum per Encyclicam hanc Epistulam alloquamur, fore confisi ut eadem in notitiam vestram pervenire queat; iisque omnibus, qui sibi constantes fortiter in veritate in virtuteque perseverant, / solacio sit atque hortamento; ceterii vero lucem ac paterna monita Nostra afferat.

Ac principio, quandoquidem in praesens quoque, ut iam antiquitus eveniebat, 11 qui Christianos insectantur, cos fallaciter coarguunt, quasi patriam non adament suam, neque probi sint cives, heic Iterum asseverare cupimusl —quod ccteroquin omnes, quotquot recto iudicio ducuntur, non agnoscere non possunt— Sinarum nempe catholicos nulli prorsus cedere in nobilissima patria sua incenso more impensaque fidelitate prosequenda. Quae quidem Sinenslum gens —ea repetere libet, quae in memorata Epistula Apostolica dilaudando scripsimus— «inde a remotissimis temporibus et rebus gestis, et litterarum monumentis, et humanae culturae fulgore inter ceteros Asiae populos enituit, quaeque, cum Evangelli lumen, saeculi sapientiam in immensum exsuperans, ipsi illuxit, maiora inde hausit animi ornamenta, Christianas nempe virtutes, quae civiles perficiunt atque confirmant» 5

Ac praeterea hoc quoque laudi vestrae tribuendum putamus, vos nempe In cotidiano diutumoque rerum discri-

1 **.4. .4. S. XXXXIV. p. 153 «1 ' ZHfcsw, p. 157. · *Ib&m,* p. x$3- 'Cfr. *Ibidem,* p. 155. ' *rbtdnti,* p. 153.**

mine, in quo versamini, recta prorsus Incedere via, cum poblicis magistratibus vestris, ut Christianos addecet, in rebus quae ad illos pertineant, diligenter obsequamini, et cum patria caritate permoti, omnibus civium officiis sedulo obtemperare curetis. At illud etiam noscere summo Nobis solacio est, vos videlicet, occasione data, aperte asseveravisse atque adhuc asseverare nullo modo vobis licere a catholicae religionis praeceptis discedere, nulloque modo vi» posse Creatori ac Redemptori vestro fidem negare, ab coque deficere, cuius causa cuiusque amore non pauci ex vobis cruciatus quoque el carceres tolerarunt.

Ut iam. datis litteris vobis scripsimus, Apostolica haec Sedes, hac praesertim recenliore aetate, summa sollicitudîne cu ravit ut quam plurimi et sacerdotes et Episcopi, e nobili gente vestra orti, rite instruerentur ac formarentur. Itaque proximus Decessor Noster fel. rec. Pius XI primos Episcopos sex, vestro ex populo delectos, in Petriana Basilicae maiestate Ipsemet consecravit; ac Nosmet ipsi, cum nihil antiquius habeamus, quam ut Ecclesiae vestra incrementa cotidie magis constabiliantur fiantque nulora In dies, libentissime Ecclesiasticam Hierarchiam in Sinis rite constituimus; ct civem vestrum, primum in historiae annalibus, Romanae purpurae dignitate decoravimus e.

Atque utinam quam primum dies elucescat —hac de causa incensissima vota supplicesque preces ad Deum fundimus— quo die apud vos quoque sacrorum Antistites ac sacerdotes omnes, qui e gente sint vestra ac necessitatibus sint pares, catholicam Ecclesiam queant in immensis regionibus Istis regere ac moderari, atque adeo iam necesse non sit ut Missionales, cx aliis Nationibus orti, in vestro apostolatus campo adiutricem vobis operam navenL Attamen veritas ipsa Nostrique officii conscientia a Nobis postulant ut haec vobis omnibusque diligenter animadvertenda proponamus: primum, hos Evangelii praecones, qui, dilecta patria cuiusque sua derelicta, suis laboribus apud vos suisque sudoribus dominicum excolunt agrum, non terrenis rationibus moveri, sed nihil aliud quaerere, nihil magis optare, quam ut populum vestrum Christianae doctrinae lumine collustrent, Christianis moribus informent, supemaque caritate adiuvent; ac praeterea eo etiam die, quo adauctus tandem apud vos indigenarum clerus wcia exterorum Mlssionalium opera non indigeat, non «regiminis autonomia», ut aiunt, in Natione vestra, sicut in ceteris. Catholicam regi posse Ecclesiam. Etenim tunc diam, ut probe nostis, prorsus necesse erit ut Christianorum communitas apud vos quoque, si societatem n Redemptore nostro divinitus conditam participare velit, Summo Pontifici, lesu Christi in terris Vicario, omnino
1 su blecta sit, cum eodemque arctissime coniungatur, ad religiosam fidem ct ad mores quod attinet. Quibus quidem verbis—ut dignum notatu est— universam vitam operamque Ecclesiae amplectimur: atque adeo etiam constitutionem eius, eius regimen eiusque disciplinam; quae omnia a lesu Christi voluntate, Ecclesiae conditoris, procul dubio pendent Qua profecto divina voluntate christifideles in duos ordines distribuuntur, clericorum laicorumque; eademque voluntate duplex constituitur sacra potestas ordinis nempe et iurisdictionls. Ac praeterea —quod divinitus pariter statutum est— ad potestatem ordinis, qua Ecclesiastica Hlerarchia cx Episcopis constat, presbyteris et administris, acceditur per acceptum sacri ordinis sacramentum; iurisdictionls autem potestas, quae Supremo Pontifici iure ipso divino directe confertur, Episcopis ex eodem provenit iure, at nonnisi per Petri Successorem, cui quidem non tantum christifideles, sed Episcopi etiam ôjws et oboedientiae obsequio et unitatis vinculo conitinter sublci et adhaerere tenentur.

Ac denique divina item voluntate vetitum est ne populus, vel civilis potestas in Ecclesiasticae Hierarchiae iura «nstitutlonemque Invadant7.

Haec praeterea animadvertant omnes oportet, quod reteroquin, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, vobis perspectum omnino est, Nos vehementer optare quam primum Geri posse ut Catholicae Sinensium Ecclesiae necessitatibus pares esse queant opes, quas ipsi Sinarum christifidelei suppeditaverint; attamen, ut optime nostis, quae apud reteras Nationes hac de causa corrogantur stipes, e Christiana illa caritate oriuntur, qua ii omnes qui lesu Christi sunt sacro cruore redempti, ct invicem fraterno foedere coniungantur oportet, ct divino compellantur amore ad Redemptoris nostri Regnum usquequaque pro viribus propagandam. Id Igitur non politicis rationibus, vel utcumque profaris causis inservit, sed eo tantum contendit, ut praecep-
it tam caritatis, quod lesus Christus nobis omnibus impentilt, et quo eius discipuli reapse dignoscuntur, ad effectum utiliter deducatur. Id volentes libentesque Christiani nullo non tempore fecerunt, ut iam gentium Apostolus de christifideiibus Macedoniae et Achaiae testatur, qui quidem sponte largitiones suas ad «pauperes sanctorum, qui sunt in lerusalem»® mittebant; ad idemque agendum suos in Christo filios, qui Corinthi vel in Galatia commorabantur. Apostolus adhortabatur 10.

Ac denique nonnulli habentur apud vos, qui non modo, ut diximus, in regimine ct in re oeconomica nulli prorsus sublectam esse volunt Ecclesiam vestram, sed etiam in Christiana Impertienda doctrina ct in sacris habendis contionibus quandam «autonomiam», ut aiunt, eidem vindicare contendunt.

Minime quidem infitiamur contionandi docendique rationem aliam alibi esse debere, atque adeo ad peculiarem Sinarum populi naturam, indolem tradltosque antiquitus mores, quotiescumque fieri potest, conformandam esse; quin immo si ita debito modo agatur, uberiores profecto fructus apud vos edi possunt. Attamen —quod vel tantum cogitare perabsurdum omnino est— Evangelium, divinitus a lesu Christo traditum, quonam iure possunt homines, alio in aliis Nationibus modo, pro arbitrio suo interpretari?

Sacrorum Antistitibus, qui Apostolorum successores sunt, itemque sacerdotibus, qui iisdem adiutricem pro suo cuiusque officio navant operam, munus demandatum est Evangelium illud annuntiandi ac docendi, quod Christus ipse eiusque Apostoli annuntiavere ac docuere primi, et quod haec Apostolica Sedes omnesque Episcopi, eidem adhaerentes, per sacculorum decursum illibatum inviolatumque servarunt ac tradiderunt. Sacri igitur Pastores huius Evangelii non Inventores auctoresve sunt, sed solummodo custodes ex auctoritate, ac praecones di/vinitus 11
constituti. Quamobrem Nosmet ipsi et Episcopi una Nobiscum hanc lesu Christi sententiam iterare possumus ac debemus: «Mea doctrina non est mea sed eius, qui misit me» n. Atque omnibus cuiusvis temporis sacrorum Antistitibus hoc Apostoli Pauli hortamentum tribui potest: «0 Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis scientiae»ls; itemque haec eiusdem Apostoli sententia: «Bonum depositum custodi per Spiritum Sanctum, qui habitat in nobis» ls. Non igitur doctrinae ex humana mente haustae magistri sumus, sed eam pro officii conscienda amplecti ac persequi debemus, quam ipse Christus Dominus docuit et Apostolis suis eorumque successoribus docendam sollemni mandato commisit14.

Quamobrem qui veracis Ecclesiae Christi sunt Episcopi vel sacerdotes, illud etiam atoue etiam animadvertere ac meditari debent, quod Apostolus Paulus de sua Evangelii praedicatione asseverabat: «Notum... vobis facio, fratres, Evangelium, quod evangelizatum est a me, quia non est secundum hominem: neque enim ego ab homine accep. illud, neque didici, sed per revelationem lesu Christi»15,

Atque etiam, cum certissimum Nobis sit hanc doctrinam, quam. Sancti Spiritus ope innixi, tueri Integram debemus, divinitus fuisse traditam, haec Apostoli gentium iteramus verba: «Sed licet nos, aut angelus de caelo evangelizet vobis praeterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit»ie.

Facile Igitur cemltis, Venerabiles Fratres ac dilecti filia neminem posse catholico censeri ac gloriari nomine, qui alia aliter profiteatur vel doceat atque ea, quae hucusque presse scribendo proposuimus, ut qui perniciosis illis principiis adhae/serunt, quae «tribus autonomiis» informantur, vel 12
aliis eiusdem generis.

Ii, qui eiusmodi rem provehunt, summa quidem versutia ac calliditate eo contendunt ut, qui simplici vel pavido sunt animo, decipiantur, vel e recto abstrahantur itinere; quam ad rem fallaciter asseverant eos solummodo suam reapse amare patriam, qui Ecclesiae, quam ipsi mente effingunt, adhaereant, «autonomiis» nempe hisce fruenti. At revera, ut ad surnmam deveniamus, eo denique pro viribus spectant ut Ecclesia «nationalls», ut aiunt, apud vos constituatur; quae quidem Ecclesia, si fleret, iam catholica non esset, cum universitatem, seu «catholicitatem» illam negaret, qua fit ut vera societas, a lesu Christi condita, supra omnes Nationes sit, easque singulas universas amplectatur^

Placet heic ea vobis iterare verba, quae, hac eadem de causa, in memorata Epistula Apostolica vobis scripsimus: Catholica Ecclesia «non unum populum, non unam gentem ad se advocat, sed omnes cuiusvis generis, cuiusvis

•Cfr, /Wzx, n. 155. ’Cfr. Cone. Trid.. S«s. XXIII, *De Ordine,* can. VaL, best. IV; C. L C., can. xoS-ioq.

•Cfr. lOAJfX. XIII, 35. ·*Rom.* XV. îS. "Cfr. *I O* XVI, T-I. « Ioaxn. VII. i6. «*I Txm* VI. x». » *II Tv·* 1. 14. »· Cfr. SUtwl XXVIII. X9-2O. I, ii-u. "Gal I. 8.

stirpis homines superna illa Christi caritate diligit, qua singuli universi fraterna invicem necessitudine inter se conjungantur oportet.

Quamobrem nemo asseverare potest eam peculiari imperio ac dominatui servire; parique modo fas non est ab ea petere, ut diffracta unitate, qua Divinus ipse cius Conditor eam insignitam voluit, ac dlsiiinctls in unaquaque Natione constitutis Ecclesiis, eaedem ab Apostolica hac Sede, ubi Petrus lesu Christi Vicarius in Successoribus suis ad saeculorum usque obitum vivit, misere abstrahantur. Quilibet Christianorum coctus Id fecerit, veluti palmes a sua vite abscissus arescet,17 neque salutares poterit edere fructus·ll.

Hos igitur christifldeles, de quibus supra conquerendo scripsimus, etiam atque etiam «in visceribus Christi»l·
13 adhorta/mur. ut in salutis viam se quam primum resipiscendo recipianL Reminiscantur iidem, si necessarium est, id quod est Caesaris, dare Caesari, potiore quoque ratione oportere, quae Dei sunt, Deo tribuere M; cum vero homines ea praecipiant, quae divina voluntati contraria sint, tum neccsse omnino esse hanc Petri Apostolorumque sententiam ad rem deducere: «Oboedire oportet Deo magis quam hominibus» n. Ac reminiscantur itidem duobus dominis servire impossibile esse, si Udem res praecipiant sibi invicem adversantes;n atque interdum etiam impossibile esse lesu Christo itemque hominibus placere 21. Quodsi aliquando evenit ut, qui vult se Divino Redemptori fidelem usque ad mortem permanere, oporteat cum gravem quoque iacturam facere, id toleret aequo fortique animo.

Iis vero, qui, etsi asperas ferendo angustias, fidelitate erga Deum, erga Catholicam Ecclesiam enituerunt, quIove idcirco «digni habiti sunt pro nomine lesu contumeliam pati»14, iterum atque Iterum gratulamur, eosdemque paterno adhortamur animo ut rectum, quo inierunt, iter, fortes Intrepidique pergant, lesu Christi sententiam prae mentis oculis habentes: «... Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius timete cum, qui potest ct animam et corpus perdere In gehennam... Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt Nolite ergo timere... Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor ct ego eum coram Patre meo qui In caelis est: qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui in caelis est»

Haud leve sane certamen vobis est, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, divina lege Impositum. Sed Christus Domi-
14 nus qui/ beatos dixit cos qui persecutionem patiuntur propter lustitlam, eosdem gaudere et exsultare lussit, quoniam merces eorum copiosa erit in caelo21. Ipse vobis quoque potentisslmo auxilio suo benignus e coelo aderit, ut bonum certamen certetis et fidem servetis n; itemque Sraesentisslma vobis omnibus tutela aderit Deipara Virgo laria, Mater omnium amantissima. Ipsa, Sinarum Regina, peculiari modo Marial! hoc Anno vos tueatur et adiuvet, ut in proposito vestro constanti animo perseveretis; adsint e Caelo Sancti Martyres Sinarum, qui ob veracem terrenae patriae amorem ac potissimum ob fidelitatem erga Divinum Redemptorem eiusque Ecclesiam, mortem serena fronte oppetiere.

Interea autem caelestium gratiarum auspex et conciliatrix esto Apostolica Benedictio, quam peculiarissimae benevolentiae Nostrae testem, tum vobis. Venerabiles Fratres ac dilecti filii, tum carissimae Slnensium genti universae peramanter In Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die VII mensis Octobris, in festo Sacratissimi Rosarii Beatae Mariae Virginis, an. mdccccliv, Pontificatus Nostri sexto decimo.—PIUS PP. XIL

IrCfr. lount. XV, 6, 11 **J. *A.S.*** XXXXIV, p. 135. ·· ***Philip.*** I, 8. ·· Cb· Lue. XX. 25. ***Aci.*** V, 29. « Cfr. Μλττη. VI, 24. ” Cfr. Got I, xo. ° ***Act.*** V, 4X. M Mattu.X, 2*. 30-33?· Cfr. Ματπι. V, io-u. ” Cfr. ***II Tim.*** 4. 7.

Adn. J. MASSON m NrT 87 (19S5) 303-306.

UM

1954 OCT Il.-PIUS XII, ENCYCL. AAS 46 (1954) 625-640

LITTERAE ENCYCLICAE

Ad venerabiles fratres patriarchas, archiepiscopos. EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES:

Dc regali Beatae Mariae Virginis dignitate eiusque festo Instituendo.

PIUS PP. XII

Venerabiles Fratres Salutem et Apostollcam Henedidionn

Ad Caeli Reginam, Inde n primis Catholicae Ecdwlie sacculis, supplices preces ac laudis plctatlsque cantos Christianus populus adhibuit, sive cum laetitiae suavltilibus afficeretur, sive praesertim cum In gravibus pcrldjtaretur rerum angustiis; ac numquam spes decidit in divini Regis lesu Christi Matre reposita, numquam fida Illa elanguit, qua docemur Deiparam Virginem Mariam Ia universo terrarum orbe materno animo regnare, quemadmodum regalis gloriae corona In caelesti redimitur beatitate.

Nos autem post calamitates immanes, qune ob oculm etiam Nostros, florentes urbes, oppida, pagos Innumeris obruerunt ruinis, cum dolentes videamus tot Unlaquanimorum mala turbida quadam eluvione formidoLv exundare, cumque cernamus interdum labare iustillaa, atque passim corruptelarum triumphare Illecebras, In bx minaci ac trepido rerum dlscri/minc. summa aegritudlae angimur, atque adeo fidentes ad Mariam Reginam Nostram confugimus, non modo Nostros pietatis scnsm eidem patefacientes, sed eorum etiam omnium, qui Christiano gloriantur nomine.

Meminisse autem placet nc iuvat, Nosmet Ipsos, calrodis Novembribus Anni Sacri mdcccc1, coram ingenti multitudine cum Patrum Cardinalium, tum sacrorum Antistitum, sacerdotum et christifidelium, qui undioue gentian advenerant, dogma decrevisse Assumptionis Beatissimae Mariae Virginis in Caelum, l ubi animo corporeque praesens, inter Angelorum Sanctorumque Caelitum choros regnat una cum Unigena Filio suo. Ac praeterea, cum saeculum expleretur ex quo imm. mem. Decessor Nos!» Pius IX summam Dei Genetricem sanxit ac definivit line ulla originalis peccati labe fuisse conceptam, Mariaient, qui volvitur. Annum indiximus;l ac nunc magno cum paterni animi Nostri solacio cernimus, non modo hac in alnu Urbe —praesertim vero in Liberiana Basilica, ubi multitudines Innumerae suam fidem suamque erga caelestem Matrem incensissimam caritatem significanter testantur-sed in omnibus etiam terrarum orbis partibus, pietatem in Deiparam Virginem etiam atque etiam revirescere, praecipuaque Mariae templa frequcntisslma excepisse atque adhuc excipere peregrinantium christifidelium agmiu supplicantium.

Omnesque norunt Nos, quotiescumque opportunitas data est. cum nempe Nostros in Christo filios coram admissos allocuti sumus, vel cum, radiophonicae artis ope, ad longinquos etiam populos verba fecimus, eos omnes, quos potuimus, adhortatos esse ad benignissimam ac p> tentissimam Matrem nostram impensa ac tenera —ut filios addecet— caritate adamandam. Quam ad rem peculiari modo in memoriam revocare libet radiophonicum nuntium, quem ad Lusitanorum populum transmisimus, cum prodigialis Mariae Virginis imago, quae Fatimae/colitur, aureo C diademate redimita fuit,3 et quem Nosmet ipsi «Regalltatis» Mariae nuntium vocavimus. 4

lamvero, ut multiplicibus hisce erga magnam Dei Matrem pietatis Nostrae significationibus, quas christiania populus tam studiose prosecutus est, quasi cumulum offeramus, Itemque ut Marialem Annum, qui iam ad exitum vergit, feliciter utlliterque concludamus, utque Instantibus petitionibus, quae hac de causa undique gentium ad Nos pervenerunt, libenter concedamus, festum liturgicum beatae Mariae Virginis Reginae instituere decrevimus.

Qua de re non novam veritatem credendam Christiano populo proponere volumus, cum reapse titulus atque argumenta, quibus regalis Mariae dignitas innititur, iam sint quovis tempore luculenter expressa, iamque In Ecclesiae documentis habeantur antiquitus tradita, et in sacrae Hturgiae libris.

Quae quidem placet per Encyclicas has Litteras recolere, ut caelestis Matris nostrae renovemus laudes, utque studiosiorem erga eam pietatem, non sine spirituali emolumento, in omnium animis refoveamus.

I

Christianorum populus, cum, elapsis etiam temporibus non sine ratione crederet illam, de qua Filius Althsimi

l Cfr. Constitutio Apostolica ***Munifieenliniitttu Deui: A.*** A. S. XXXXII. 1950, ***p. 753*** *1- [LE

•Cfr. Utt. Eoe. ***Fulsem*** conjax- ***A. A. S,*** XXXXV. 1933. p. 577 »l (LE 2370I. 'Cfr. ***A.*** .4. S. XXXVIII. X946. p. 264 4Cfr. I/Oc^ ***vatore Rvman,*** d. x9 Mail, a. 1946. · Luc. I, 32. · Ioi. IX, 6. ***'Apx*** XEX, 16. ‘Cfr. Luc. I, 32, 33. - Lee. I, 43.

natus est, qui «regnabit In domo lacob In aeternum»,* «Princeps pacis»,4 «Rex regum et Dominus dominantium», 7 prae aliis omnibus, a Deo creatis, singularia accepisse gratiae privilegia, cumque consideraret arctam necessitudinem Intéressé inter matrem ct prolem, regiam excellentiam Del Genetrici super omnia facile agnovit.

Quamobrem mirum non est iarn antiquos Ecclesiae
23 scripto;*rcs, verbis Innixos S. Gabrielis Archangel!, qui Mariae Filium praedixit regnaturum esse In aeternum, · verbisque Elisabeth, qune eam reverenter salutando celebravit «Matrem Domini mei»·, Marium appellasse «Matrem Regis», «Matrem Domini», haud obscure significantes cam ex Regia Filii sui dignitate praecipuam quondam habuisse celsitudinem atque praestantiam.

Itaque S. Ephracm, poëtlco fervens afflatu, sic eam loquenlcm Inducit: «Caelum sustineat me suis amplexibus, quia prae Illo honorata sum. Etenim caelum non fuit tibi mater, sed illud effecisti thronum tuum. Quam honorabilior el venerabilior Mater Regis throno cius».10 Et alibi sic eam adprecatun «... puella Augusta el hera, Regina, Domina sub alis tuis protege, custodi me ut ne contra me Satan exultet, qui perniciem creat, neque adversus me scelestus Inimicus extollatur». 11

A S. Gregorio Narianzcno Maria appellatur. «Mater Regis totius universi», «Mater Virgo, [quae] lotius mundi peperit Regem».13 Prudentius vero asseverat inirari genetricem «se Deum genuisse hominem, Regem quoque summum». 11

Regia autem haec Beatae Virginis Mariae dignitas clare aperteque ab iis significatur ct asseritur, qui eam «Dominam», «Dominatricem», «Reginam» appellant.

Iam in quadam homilia, Orlgenl attributa, Maria ab Elisabeth non solum vocatur «Mater Domini mei», sed diam «Tu Domina mea».14

Quod item ex hoc S. Hieronymi loco eruitur, cum ipse Inter varias Mariae nominis interpretationes hanc postremam afferat sententiam: «Sciendum quod Maria, sermone
C9 syro Domina/nuncupatur».15 Id pariter certiore modo, post ipsum, S. Chrysologus hisce verbis enuntiat: «Maria hebraeo sermone, latine Domina nuncupatur: vocat ergo Angelus Dominam, ut Dominatoris Genetricem trepidatio deserat servitutis, quam nasci et vocari Dominam ipsa sui germinis fecit ct impetravit auctoritas».14

Praeterea Eplphanius, Episcopus Constantlnopolitanus, Summo Pontifici Hormisdae scribens, supplicandum esse dicit, ut Ecclesiae unitas servetur «gratia sanctae et unius essentiae Trinitatis ct intercessionibus Dominae nostrae Sanctae et gloriosae Virginis et Dei Genetricis Mariae».17

Quidam vero eiusdem aetatis auctor Beatam Virginem, sedentem ad dexteram Del, ut pro nobis deprecetur, sollemniter hisce verbis salutat: «mortalium Dominam, sanctissimam Deiparam».18

Reginae autem dignitatem pluries Mariae Virgini attribuit S. Andreas Cretensis; haec enim, exempli gratia, scribit: «Matrem suam semper Virginem, e cuius utero, ipse Deus exsistens, humanam induit formam, hodierna dic ceu Reginam humani generis, a terrenis sedibus transfert». 19 El alio loco: «Regina totius humani generis, nuncupationem cum usu sinceram retinens, quae, uno excepto Deo, rebus omnibus excelsior».20

Itemque S. Germanus humilem Virginem hisce verbis alloquitur. «Sede, Domina, decet enim, Regina cum sis el prae omnibus regibus gloriosa, sublimi loco sedere»; 31 eamque vocat: «terrigenarum omnium Dominam». 33

A Sancio autem loanne Damasceno nuncupatur: «Regina,/hera, Domina», 35 atque etiam: «omnis creaturae Domina»;31 et ab antiquo quodam Ecclesiae Occidentalis wiplore vocatur, «felix Regina», «iuxta Genitum Regem Regina perennis», cuius «caput niveum ornatur diademate fulvo». »

Ac denique S. Ildefonsus Toletanus omnes fere honoris titulos hac salutatione complectitur. «0 Domina mea, dominatrix mea; dominans mini, Mater Domini mei... Domina inter ancillas, Regina Inter sorores».24

Ex his aliisque paene Innumeris testimoniis, antiquitus traditis, Ecclesiae theologi eiusmodi doctrinam haurientes, Beatissimam Virginem appellarunt rerum omnium creatarum Reginam, mundi Reginam, universorumque Dominam.

Summi autem Ecclesiae Pastores officii sui esse duxerunt Christiani populi pietatem erga caelestem Matrem ac Reginam suis laudibus hortationibusque probare ac provehere. Itaque, ut rccentiorum Pontificum documenta silentio praetereamus, haec in memoriam revocare iuvat: septimo nempe Iam saeculo Decessorem Nostrum S. Martinum I Mariam appellavisse «Dominam nostram gloriosam, semper Virginem»;27 S. Agathonem vero in epistula synodal!, ad Patres Concilii Occumenicl sexti missa, eam dixisse «Dominam nostram, vere et proprie Dei Genetricem»; 2A ac saeculo octavo Gregorium II, in epistula ad S. Germanum Patriarcham data, et in septimo Concilio Occumenico, Patribus omnibus conclamantibus lecta. Deiparam vocasse: «omnium Dominam ac veram Dei matrem», itemque «omnium Christianorum Dominam».29

Haec praeterea memorare libet: cum Decessor Noster imm. rec. Xystus IV favorabili animo doctrinam illam attigit dc im/maculato Beatae Virginis conceptu, Apostolicas Litteras «Cum praeexcelsa»30 ab hisce verbis exorsum esse, quibus Maria «Regina» nuncupatur, «quae pervigil ad Regem, quem genuit, intercedit». Quod pari modo Benedictus XIV asseveravit in Apostolicis suis Litteris «Gloriosae Dominae» in quibus Maria «Regina caeli et terrae* vocatur, eique Supremum Regem quodammodo suum tradidisse asseritur imperium.31

Quapropter S. Attonsus De Ligorio omnia superiorum saeculorum testimonia amplexus, haec piissime scribit: «Quoniam Maria Virgo ad tam excelsam dignitatem evecta fuit, ut regum Regis Mater esset, idcirco Iure meritoque Ecclesia eam Reginae titulo decoravit».32

II

Sacra vero liturgia, quae doctrinae a maioribus traditae et a Christiano populo creditae est veluti fidele speculum, per omnis aetatis decursum, sive in Oriente, sive In Occidente, caelestis Reginae laudes cecinit perenniterque canit.

Insonant quidem cx Oriente fervidae voces: «0 Del Genetrix, hodie in caelum translata es Cherubim curribus, Tibique Seraphim ministrant, atque caelestis militiae agmida coram Te procumbunt».33

Atque etiam: «0 iuste, beatissime (loseph), cum ex regali progenie ortus sis, ex omnibus delectus es sponsus Reginae purae, quae lesum Regem ineffabiliter pariet». Itemque: 34 «Hymnum fundam Matri Reginae, ad quam cum gaudio celebraturus accedam, ut cius mirabilia laetus canam... O Domina, lingua nostra te digne laudare nequit; quia Tu, quae Christum Regem genuisti, supra Seraphim exaltata es... Salve, o Regina mundi, salve o Maria, omnium nostrum Domina».3*/

In «Missali» autem Aethiopico legimus: «0 Maria, centrum totius mundi,... Tu maior es quam Cherubim multis oculis praediti, et Seraphim sex alis ornati. ... Caelum et terra omnino plena est sanctitatis gloriae tuae».34

Concinit autem Ecclesia latina vetustam illam nc dulcissimam precationem, quae «Salve Regina» nuncupatur, el iucundas antiphonas «Ave, Regina coelorum», «Regina coeli laetare», et eas pariter, quae In Beatae Mariae Virginis festis recitari solent: «Astitit Regina a dextris luis in vestitu deaurato, circumdata varietate»;*7 «Teque Reginam celebrat potentem terra polusque»:33 «Hodie Maria Virgo caelos ascendit: gaudete quia cum Christo regnat in aeternum». 39

'•S. £fb*azh, ***Hymni de B. Maria,*** ed. Th. J. Lamy, t- II, Mcchliniae, ***iWt*** hymn. XIX, p. 624.

" Iden, ***Oratio ad Simam Dei Matrem; Optra omnia,*** Ed. Assemini, t III Uraece), Romae. 1747, pa$. 546.

WS. Gwxnrvs Xaz., ***Poemata dogmatica,*** XVIII, v. 58: ***P. G.*** XXXVII, 4*5- uPnCDirrrcs, ***Dillcckaeum,*** XXVII; ***P. L.*** LX, 102 A.

"M m S. ***Lucam, hom. VU;*** ed. Rauer, Origines* Werke, T. IX, M* (ex catena Macarii Chrysoccphali). Cfr. ***P. G.*** XIII, 1902 D.

115. Hxxio»yml*5, ***Liber dc nominibus kebraeis: P. L.*** XXIII, 836.

"S. Pmcs Ckiwhogus, Sermo 142, ***De Annuntiatione B. M. V^ P. L*** UI, 579 C; cfr. etiam 58a B; 584 A: «Regina totius exstitit castitatis».

" fciite ***Epiphanis Ep. Consiontinj P. L.*** LXIII, 498 D. ·· ***Encomium*** « Ikmdioem ***Suiae Dnfurae*** (inter opera S. Modesti): ***P. G.*** LXXXVI, jyZ B. *»S. Akdbeas Cjlttxxsii, ***Homilia II*** «n ***Dormitionem Stmac Douane: P. G.*** XCVII, 1079 B. ·· Id., ***Homilia III in Dormitionem*** Snitf ***Deiparae: P. G.*** XCVJI, 1099 A. u S. GXRMAXVS, ***In Praesentationem Smat Deipara/,*** 1: ***P. G.*** XCVIII, 303 A. 11 Id., ***In Praesentationem Ssmae Dnpsrat,*** П: ***P, G.*** XCVIII, 3x5 C. M S. Ioanmxs Damascxxus, ***Homilia I*** m ***D^mticncm B. M. V^ P. G.*** XCVI, 7x9 A. *· Id., ***De fide orViadota,*** I, IV', C. 14: ***P. G.*** XLIV, XXJ5 B. '· ***De laadi&xa Mariae*** (inter opera V·· nanti! Fortunati): ***P. L.*** LXXXVJII, 282 B et 283 A. 11 Itoooxste Toletanus, ***Do virginitate perpetua B. M.*** Г.* ***P, L.*** XCVI, 58 AD. ,rS» MaktIXVS J. ***EpiU.*** XIV: ***P.*** L. LXXXVII, 199-200 A. "S. Aclatho: ***P. L.*** LXXXV1I. Σ22X A. ,,Hari»ouin. .4da Ccwnlicrem, IV, 134; 33S: ***P. L.*** LXXXIX, 508 B. *»Xy$tv* IV, Bulla Cwr ***practaiclsa,*** d d. :8 Fcbr. a. X476. 11 Bexedictvs XIV, Bulla ***GJoriouae Dominât^*** d. d 27 Sept. a. 1748. \S. Alfonso, ***Le t&rie di Maria,*** p. I. 1. | x. M Ex Uua> Ria Annenorum: in festo Assumptionis, hymnus ad MattatlMm. M Ex ***Mende»*** (byzantino); Dominica post Natikm, ia Canoce. ad Matctinisn. " Officium hnnxii AzXTk 3T0ζ (in ritu byxactinoï. ·· Wtwolr ***Arthopicum,*** .Anaphora Dominae nostrae Marur. Matris Dei. -' ***Brrv. Ecm.*** Venknlm sexti Respond ·· Festum .Assumptionis; hymnus Laudum. '· Ibidem, ad

Quibus quidem praeter alia addendae sunt Litaniae Lauretanae, quae populo Christiano Mariam Reginam Identidem invocandam cotidie suadent. Atque etiam Mariae imperium, quod caelum terramque complectitur, iam a multis elapsis saeculis Christiani meditari solent, quintum memoria recolentes gloriosum mysterium Marialis Rosarii, quod potest caelestis Reginae mystica appellari corona.

Ars denique, quae Christianis principiis innititur, eorumque permovetur afflatu, utpote quae ingenuam sponteque editam christiflddium pietatem fideliter interpretetur, inde ab Epheslno Concilio, ut Reginam ct Imperatricem Mariam effingit, regio in solio sedentem, regalibus ornatam insignibus, diademate redimitam, atque Angelorum Sanctorumque Caelitum circumfusam cohorte, quippe quae non modo in naturae res ac vires dominetur, sed in pravos quoque Satanae Impulsus. Iconographia, ad regiam etiam Beatae Virginis Mariae dignitatem quod attinet, operibus, summo pulcherrimoque artificio factis, quovis tempore
633 ditata est; atque eo usque processit ut divinum Re/dcmptorem nostrum, fulgenti corona Matrem suam redimientem, coloribus redderet.

Eiusmodi populari pietati obsecundantes, Romani Pontifices saepenumero Deiparae Virginis imagines, publica iam veneratione insignes, vel propriis ipsi manibus, vel per sacros ab se delegatos Antistites, diademate decorarunt.

III

Ut iam supra attigimus, Venerabiles Fratres, cum ex documentis antiquitus a maioribus traditis, tum ex sacra Liturgia, praecipuum, quo regalis Mariae dignitas innititur, principium procul dubio est divina eius matemitas. Quandoquidem enim in Sacris Litteris de Filio, quem Virgo concipiet, haec sententia legitur «Filius Altlssimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris cius et regnabit In domo lacob In aeternum et regni cius non erit finis», M ac praeterea Maria «Mater Domini»,41 nuncupatur, Inde facile eruitur ipsam quoque esse Reginam, quippe quae Filium genuerit, qui eodem momento quo conceptus est» propter hypostaticam humanae naturae cum Verbo unionem, Rex, etiam ut homo, erat ct rerum omnium Dominus. Itaque iure meritoque S. Ioannes Damascenus haec scribere potuit: «Vere omnis creatu-
rae Domina facta est cum Creatoris Mater exstitit»;43 parique modo affirmari potest primum, qui regium Mariae munus caelesti ore nuntiavit, ipsum fuisse Gabrielcm Archangelum.

Attamen Beatissima \'irgo Maria non tantum ob divinam suam maternltatem Regina est dicenda, sed etiam quia ex Dei voluntate in aeternae salutis nostrae opere eximias habuit partes. «Quid possit iucundius nobis suaviusque ad cogitandum accidere —ut Decessor Noster fel. rec. Pius XI scribebat— quam Christum nobis iure
634 non tantum nativo, sed etiam acqui/sito, scilicet Redemptionis imperare? Servatori enim nostro quanti steterimus obliviosi utlnam homines recolant omnes: "non corruptibilibus auro vel argento redempti estis,... sed pretioso sanguine quasi Agni immaculati Christi et incontaminati".43 lam nostri non sumus, cum Christus "pretio magno" 41 nos emerit».44

lamvero in hoc perficiendo redemptionis opere Beatissima Virgo Maria profecto fuit cum Christo intime consociata; mento igitur in Sacra Liturgia canitur: «Stabat Sancta Maria Caeli Regina et mundi Domina iuxta crucem Domini Nostri lesu Christi dolorosa».44 Quapropter, ut iam media aetate piissimus S. Ansclmi discipulus scribebat, «sicut ... Deus sua potentia parando cuncta, pater est et Dominus omnium, ita Beata Maria suis meritis cuncta reparando, Mater est et Domina rerum; Deus enim est Dominus omnium, singula in sua natura propria iussionc constituendo, et Maria est Domina rerum, singula congenitae dignitati per illam, quam meruit gratiam, restituendo». 47 Etenim, «sicut Christus, eo quod nos redemit, «pedali titulo Dominus est ac Rex noster. Ita et Beata Virgo, propter singularem modum, quo ad nostram redemptionem concurrit, et substantiam suam ministrando, tl illum pro nobis voluntarie offerendo, nostramque salutem singulariter desiderando, petendo, procurando». 43

Quibus ex rationibus huiusmodi argumentum eruitur, si Maria, in spirituali procuranda salute, cum lesu Christo, ipsius salutis principio, ex Del placito sociata fuit, et qup dem simili quodam modo, quo Ilcva fuit cum Adam, mortis principio, consociata, ita ut asseverari possit noitrer salutis opus, secundum quandam «recapitulationem»0 peractum fuisse, In qua genus /humanum, sicut pervirp- £
nem morti adstrictum fuit, ita per virginem salvatur; si praeterea asseverari Itidem potest hanc gloriosisiimam Dominam ideo fuisse Christi matrem delectam «ut redimendi generis humanis consors efficeretur»,40 et fi reaps* •ipsa fuit quae vel propriae vei hereditariae labis expen, arctissime semper cum Filio suo coniuncta, eundem la Golgotha. una cum maternorum lurium matcmlque amom sui holocausto, nova veluti Hevn, pro omnibus Adae flllb, miserando eius lapsu foedatis, aeterno Patri obtulit»;ll Inde procul dubio concludere licet, quemadmodum Christus, novus Adam, non tantum quia Del Filius est, Rex dici debet, sed etiam quia Redemptor est noster, ita quodam analogiae modo. Beatissimam Virginem esse Reglnan non tantummodo quia mater Dei est, verum etiam quod nova veluti Heva cum novo Adam consociata fait,

lamvero plena, propria et absoluta significatione, umu lesus Christus, Deus et homo. Rex est; attamen Maria quoque, quamvis temperato modo ct analogiae ratione, utpote Christi Del mater, socia In divini Redemptoris opera, et ia eius cum hostibus pugna in eiusque super omnes adcpU victoria, regalem participat dignitatem. Ex hac enimonn Christo Rege coniunctione splendorem cclsitudinanque attingit, qua creatarum rerum omnium excellentiam exsuperat; ex hac cum Christo coniunctione regalis facultas oritur. qua ipsa potest Divini Redemptoris Regni dispensare thesauros; cx hac denique cum Christo coniunctione materni cius patrocinii apud Filium et Patrem elicitur exhausta numquam efficacia.

Nullum igitur dubium est Mariam Sanctissimam dignitate sua super omnes res creatas excellere itemque super omnes post Filium suum obtinere primatum. «Tn denique —ita S. Sophronius— omnem creaturam longe transgressa es... quid sublimius esse queat hoc gaudio, o Virgo Mater? Seu quid excellen/tius esse possit hac gratia, quam tu sola iX divinitus sortita es?». 43 Cui praeconio hanc laudem S. Germanus adiunglt: «Superat creata omnia tuus honor et dignitas; prae angelis maior excellentia tua».43 Ac S. loanne Damascenus eo usque procedit, ut in hanc exeat sententiam: «Infinitum Dei servorum ac Matris discrimen est».44

Ad hunc excellentissimum intellegendum dignitatis gradum. quem Deiparens super creata omnia adepta est, considerare luvat Sanciam Dei Genetricem iam in primo temporis momento, quo concepta fuit, tali gratiarum abnodantia repletam fuisse, ut Sanctorum omnium gratiam superaret Quapropter —ut Decessor Noster fel. ree. Pius IX in Litteris Apostolicis scripsit— ineffabilis Deus «Illam longe ante omnes angelicos spiritus cunctosque Sanctos, caelestium omnium charismatum copia de thesauro divinitatis deprompta Ita mirifice cumulavit, ut Ipsa ab omni prorsus peccati labe semper libera, ac tota pulchra et perfecta, eam innocentiae et sanctitatis plenitudinem prae se ferret, qua maior sub Deo nullatenus intelligitur et quam praeter Deum nemo assequi cogitando potest». u

Praeterea Beata Virgo non solummodo supremum, post Christum, excellentiae ac perfectionis gradum obtinuit, verum etiam aliquam illius efficacitatis participationem, qua cius Filius ac Redemptor noster In mentes el in voluntates hominum regnare iure meritoque dicitur. Si culm verbum per Humanitatem asumptam miracula patrat el gratiam infundit, si Sacramentis, si Sanctis suis tamquam instrumentis utitur ad animorum salutem, cur Matris suae Sanctissimae munere et opere non utatur ad Redemptionis fructus nobis impertiendos? «Maternum sane —ita idem Decessor Noster imm. mem. Pius IX— in nos ! gerens ani- 6
mum nostraeque salutis negotia tractans, de universo humano genere est sollicita, caeli terraeque Regina a Domino constituta, ac super omnes Angelorum choros Sanctorumque Caelitum ordines exaltata, adstans a dexteris unigeniti Filii sui Domini Nostri lesu Christi, maternis suis precibus validissime impetrat» et quod quaerit invenit» ac frustrari non potest».44 Quam ad rem alius Decessor Noster fel. rec. Leo XIII edixit Beatissimae Virgini Mariae in gratiarum largitione concessam esse «paene Immensam» po-

sect. II (ed. Vivés, XIX, 337). ·· S. Irkxazvs» *Adv. kser.,* V, 19, κ P. L VII, 1:75 B- ·· Prcs XI, Epist. *Auspicatus profecto:* ***A. A. S.*** XXV, 1933. p. 80. " Pius XII, Utt. Enc. ***Mystici Corporis:*** ***A. A. S.*** XXXV, ifcj p. 247 [LE 17591. " S. SopUROKlUS, ***In Annuniiatwnem BtaLu Menu Virginis:*** ***P. G.*** LXXXVU, 3338 I>. 3242 A. MS- Gexmavcs, *11* IH ***Dormitionem Beatae Manae Virginis:*** ***P. G.*** XCVIII, 354 B. MS- Ica5- XVS ***Hom. I*** m ***Dormitionem Beatae Mariae Virginii' P.*** G XCVI, 715 A. " Pius IX, Bulla ***Ineffabilis Deus:*** ***Arto Pii IX,*** I. p. 59L '' Ibid., p. 6i3.

trelaleni;47 ac S. Pius X adiungit Mariam hoc munus obire «veluti materno iure». M

Glocientur itaque omnes christifideles se Deiparae Virginis imperio sublet, quae ct regali gaudet potestate et materno flagrat amore.

In his tamen allisvc quaestionibus ad Beatam Virginem spectantibus, curent theologi ac divini verbi praecones ut quasdam e recto itinere aberrationes devitent, nc in duplicis generis errores inducantur; caveant nempe et sententias fundamento carentes ac veritatem quadam verborum superlatione excedentes; ct nimiam mentis angustiam In singulari Illa, omnino excelsa, Immo fere divina Deiparae dignitate consideranda, quam quidem Doctor Angelicus eidem agnoscendam esse docet «ex bono infinito quid est Deus».4·

Oteroquln hoc etiam in Christianae doctrinae capite, sicut in ollis, «proxima ct universalis veritatis norma» vivum Ecclesiae Magisterium omnibus prostat, quod Christus constituit «ad ea quoque illustranda et enucleanda quae In fidei deposito nonnisi obscure ac veluti implicite
US continentur».*4/

IV

E Christianae igitur vetustatis monumentis, e liturgicis precibus, ex indito Christiano populo religionis sensu, cx operibus arte confectis, undique collegimus voces quae asserunt Deiparam Virginem regali dignitate praestare; rationes etiam quas S. Theologia ex divinae fidei thesauro deducendo astruit eandem veritatem prorsus confirmare irguimus. Tot ex allatis testimoniis quasi latissime resonans concentus efficitur qui extollit regii honoris praecelsum fastigium Dei hominumque Matris, cui cuncta creata subsunt, quae est «exaltata super choros angelorum ad caelestia regna».<l

Cum vero, maturo ponderatoque consilio, persuasum Nobis habeamus magna oritura esse Ecclesiae emolumenta, si quasi in suo candelabro rutilantior lucerna posita, illa solide probata veritas manifestior omnibus refulgeat, Apostolica Nostra Potestate decernimus et instituimus festum Mariae Reginae, quod toto terrarum orbe quotannis die XXXI mensis Mail est celebrandum. Itemque id iubemus ut eodem die humani generis consecratio Immaculato Cordi Beatae Virginis Mariae iteretur. In hoc enim magna spes nititur, fore ut felix oriatur aevum, religionis triumpho et Christiana pace serenum.

Quapropter videant omnes ut, ad solium miserationis et gratiae Reginae et Matris nostrae petituri opem In adversis rebus, lucem in tenebris, solacium in moerore ac fletu, accedant maiore quam antea nunc fiducia freti; et quod praecipuum est, contendant ut ex peccati sendtute sese eripiant, atque tantae Matris regali sceptro, fraganti filiorum immixtum pietati, indeclinabile exhibeant obsequium. Populorum multitudine eius frequententur templa, celebrentur festa; prccatorla eius corona omnium in manibus versetur; atque in sacris aedibus, in domibus, in valetudinariis, in vinculis publicis, ad eius concinendas laudes vel
C9 paucorum christlfidelium coetus, vel conferta / agmina consociet. Summo in honore sit Mariae nomen, quod nectare dulcius et gemma quavis pretiosius est; ne quispiam In ipsum, tanta maiestate decorum et materna gratia venerabile, exsecranda verba coniciat, quod quidem foedi animi Indicium est; nove aliquid debita reverentia carens proferre audeat.

Caelestis Reginae nostraeque Matris amantissimae excelsas virtutes contendant omnes, pro sua cuiusque condicione, suos in animos suosque In mores vigili actuosoque studio referre. Inde enim consequetur ut qui Christiano nomine censentur, tantam colentes imitantesque Reginam K Parentem, tandem haud fallacis nominis fratres se sentiant, ac pertaesi Invidias et nimium habendi cupiditates, socialem amorem provehant, tenuium iura vereantur, parem diligant. Neve Igitur quisquam se putet Mariae filium, facile In eius praesentissimam tutelam accipiendum, nisi ad eius exemplar lustum, mitem et castum se praestiterit et verae notae fraternitatis studium non laedendo ct nocendo, immo juvando et solando, contulerit.

Soni in nonnullis orbis terrarum regionibus qui ob chri« stianum nomen per iniuriam vexantur atque divinis huaanlsque libertatis iuribus destituuntur; quae ad arcenda nuh nihil adhuc valent iustissimae expostulationes atque iteratae querelae. Ad insontes afflictosque filios convertat misericordes oculos suos, quorum lumen tempestates nimbosque serenando depellit, potens rerum aevorumque Domina, quae novit virginei pondere pedis pacare proterva; atque illis haud sero concedat ut libertate tandem debita fruentes, publica religionis officia obire queant; atque dum Evangelii causae inserviunt, concordi opera et egregiis virtutibus, quae inter dura in exemplum fulgent, terrestrium quoque civitatum robori et incrementis prosint.

Opinamur etiam id, quod per Encyclicas has Litteras Instituimus festum, quo luculentius omnes agnoscant ac studiosius venerentur Deiparae clemens matemumque imperium, multum ad Id conferre posse ut gentium pax, quam res anxietatis plenae cotidie fere conturbant, servetur, solidetur, perennet. Nonne ea arcus est ad Deum positus in nubibus, paciferi foe/deris signum?®3 «Vide arcum, et be- 610
nedlc cum qui fecit illum, valde speciosus est In splendore suo: gyravit caelum in circuitu gloriae suae, manus Excelsi aperuerunt illum». ®3 Quisquis igitur est qui caelestium hominumque Dominam colit, —nemo autem se solutum arbitretur ab hoc impendendo grati amantisque animi tributo— praesentissimam invocet Reginam, sequestram pacis; In honore habeat, ac tueatur pacem, quae minime est impunita nequitia, minime Infrenata libertas, sed sub divinae voluntatis nutu et imperio bene ordinata concordia; ad quam tegendam et augendam materna Mariae Virginis hortamina ct lussa impellunt.

Plurimum cum optemus, ut Regina Materque Christiani populi haec vota nostra suscipiat ct sua hilaret pace concussas odiis terras, et nobis omnibus lesum post hoc exsilium ostendat, qui erit pax et gaudium nostrum perpetuam; vobis, Venerabiles Fratres, et gregibus vestris, omnipotentis Dei auxilii auspicem, nostraeque caritatis testem apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, in Festo Matemitatis Beatae Mariae Virginis, die xi mensis Octobris anno MDCCccLiv, Pontificatus Nostri sexto decimo.—PIUS PP. XII

·* Cfr. Gr*. IX, ij. ·› ***Exii.*** XLIII, xa-xj.

•»11« XIII, LilL Enc. ***AJiulricem populi: A.*** .4. S. XXVIII, x Sç S-j Sç ô ' ? Jja. ·· Piri X, UtL Eae. ***Ad lion illum: A. A. S.*** XXXVI, 1903-1904' ? 455 '*S. Thûmva, ***TkeoL,*** 1, q. 35, a. 6, ad 4. ·· PiVl XII' Lit E*:. r.-nenr ***A. A. S.*** XL1I, 1950, p. 560 [LE 3147]. n Ex ***Bra. Rcu*** Fe»Unn Ai-j-umptionis Beatae Mariae Virginis.

2455

1954 OCT 16.-SECR. STATUS, RESCR. AAS 46 (1954) 614-615

Rescriptum pontificium de causis nullitatis matrimonii, **QUAE A TRIBUNALIBUS ECCLESLKSTICIS REGIONALIBUS ITALIAE IN PRIMO GRADU TRACTATAE FUERUNT AC DE INSTITUTIONE TRIBUNALIS APPELLATIONIS TN V1CARIATU URBIS.**

Per Apostolicas Litteras *Qua cura,* dic 8 mensis Decembris anno 1938 Motu proprio datas *(A.* A. S., vol. XXX, 1938, p. 410 ss.) [LE 14571, Pius XI fel. rec. rite diiudicandis causis matrimonialibus, quae ad Ecclesiae forum In Italia exclusive spectant, pastorali pro sua sollicitudine prospiciens, Tribunalia regionalia in unaquaque Regione Conciliari seu Ecclesiastica constitui iussit.

Quibus quidem Apostolicis Litteris, etsi eaedem causae in gradu appellationis memoratis Tribunalibus —ordine ibidem statuto— tractandae assignabantur, facultas tamen directe provocandi ad Sacram Romanam Rotam ex praescripto can. 1599, § 1, I.° Codicis iuris canonici dempta non est.

Rccentissimls vero annis hae causae, a Tribunalibus regionalibus in prima instantia cognitae, tanta frequentia deferri consueverunt Tribunali Apostolico Sacrae Romanae Rotae, ut hoc suo muneri explendo, quemadmodum oportet, difficulter par sit.

Res, ut de ea provide consuleretur, Augusto Pontifici f»er Sacrae Romanae Rotae Decanum tempore dato slgnificata est.

Itaque Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XII· votis eiusdem Decani concedens. In Audientia die 16 mensis Octobris anno 195-1 Infra scripto Prosccrctario Status concessa, decernere dignatus est:

a) Ut suspendatur *ad tempus* canon 1599, § 1, 1.· Codicis iuris canonici pro causis nullitatis matrimonii, quae a Tribunalibus Ecclesiasticis regionalibus Italiae in primo gradu iudicatae fuerunt.

Quapropter causae nullitatis matrimonii In prima instantia tractatae apud Tribunalia regionalia Italiae, in gradu appellationis deferendae/sunt, non ad Sacrum Romanam G!
Rotam, sed tantum ad Tribunal designatum In Apostolicis Litteris *Qua cura,* I.

Pro tertia Instantia servetur canon. 1599, § 1, 2.°.

b) Ut In Vicariatu Urbis constituatur, a Tribunali primae Instantiae distinctum. Tribunal appellationis, ad quod In secundo gradu semper deferendae sunt tum causae, quae In prima instantia dhudicatae fuerunt apud Tribunal primae Instantiae Vicariatus Urbis, tum causae Neapolitanae et Calaritanae delatae in gradu appellationis ad Vicariatum Urbis vi Apostolicarum Litterarum *Qua cura,* II.

Pro indicandis iisdem causis in tertia ct ulteriore instantia senetur canon 1599, § 1,2.°.

Officialis, indices, promoter Iustitiae, et defensor vinculi Tribunalis appellationis In Vicariatu Urbis ab Ipso Summo Pontifice, proponente Emo Cardinali Urbis vicario, nominabuntur.

Hacc autem decreta, quae a memorato die vim suam exserunt, Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XII Dccano S. R. Rotae mandatum dedit communicandi cum Tribunalibus de quibus agitur.

E Secretaria Status Sanctitatis Suae, die 16 mensis Octobris anno 1954.—I. B. Movπvι, *Prosecrctarius Status pro Ordinariis Ecclesiae Negotiis.*

• Axia. P. CIPROTTI in ApoU. 27 (1654) 321-322; D. STAFFA in ME 60 (1955) 3Ô-41

2456

1954 OCT 29.-SC RITUUM, INDULTUM. PART.·

DIOECESIUM HISPANIAE

Facultas datur mutandi nonnulla verba in peroratione **«ET FAMULOS...» PRO DIOECESIBUS HISPANIAE.**

Excrtnis ac Revihus Dominus Hildebrandus Antonlutti. Apostolicus in Hispania Nuntius, nomine Archiepiscoporum et Episcoporum dioecesium Hispaniae a Sanctitate Sua humiliter postulavit ut In Oratione «Et famulos...·, in omnibus Missis recitanda, verba «...et gentes paganorum ct haereticorum dexterae tuae potentia conterantur» substitui possint sequenti invocatione ex Litaniis Sanctorum desumpta, nempe: *ct omnes errantes ad unitatem Ecclesiae revocare et infideles universos ad Evangelii lumen perducere digneris·.

Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XII specialiter tributis, attentis expositis, benigne annuit pro gratia juxta preces. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Romae, die 29 **Octobris 1954.—CalcUnus Card.** Cicognani, **S. C. A.** *Praef.* **A. Carinci, Archiep. Seleuclcn,** *S. R. C. a secretis.*

• O. MARTINEZ DE ANTORâNA. **Lae procax litùxgieo del Concordia, Madrid 1&55. p. 57 n. 7. Ada. vide sub dio ô hâ. 1654:** LE 2440. **Ipecin Hispania AporoLcus Nuaaux, relatas S. C. Rituum commumcasa** cum **Ordinarii» Roscxiprum. sequences litteras misit cuculares** in quibus **determinatur**

Nova formula perorationis «et famulos...» pro dioecesibus **HISPANIAE».**

Madrid, 24 de noviembre de 195L

Excelenlisimo Sefton **Me complazco, como contlnuacidn de la carta circular num. 1.087, de 30 de Julio pasado, relativa a la Colecta** *Et famulos,* **remitirle la adjunta copia del rescripto de la Sagrada Congregaciôn de Ritos, la cual. a pcticiôn de varios obispos espaûoles, concede que, en dicha oradôn. las palabras** *»..xl gentes paganorum cl haereticorum dexterae tuae potentia conterantur»,* **se puedan sustitulr pon** *»..xt omnes errantes ad unHalem Ecclesiae revocare ct infideles universos ad Evangelii lumen perducere... digneris». Por* **tanto, el texto integro de la Colecta queda rcductado en la siguiente forma:**

Et famulos tuos Papam nostrum N.. Antistitem nostrum N., Ducem nostrum N.. cum populo sibi commisso el exercitu suo ab omni adversitate custodi: pacem el salutem nostris concede temporibus: ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam: omnes errantes ad unitatem Ecclesiae reoccare ct Infideles universos ad Evangelii lumen perducere: ct frudus terrae dare el conservare digneris.

Aprovccho esta ocasiôn para rciterarme de V. Exc. Revrîia ntento seguro scrvldur.—Hildcbrnndo ANTONivπ, *Nando Apostôlico* **[Dusttaciôn del Clero 48 (1955) 6).**

2457

1954 OCT .. -PIUS XII, EPISTULA. PART.·

De principiis et normis servandis in renovanda **MUSICS. SACRA**

Unserem gellebten Sohn, Theodor Knrdlnal Innitzer, Eribbchof von Wlenl Mit Wvhlwollen haben Wlr. geliebler Sohn. von der Fcicr des 2. Intemationnlcn Kongrewa fa kalholischc Kirchcnmuslk crfahrcn, der vom 4. bit 10. Oktsic In Wlen stattfinden wird.

Dic Mannigfaltlgkclt des durgebotenen Programma du **vlelcn Problcmen acr Kirchenmusik gerceht** zu **werden** «χHζ **fachkundigc Professorat und Konfcrenzleltcr; festlich** gesti.. **Icte liturgische Feiern und kûnstlerische Darbletungen, den Gang der Arbciten unterbnucn, ali das tind Gegemtii·., die von sich nus dic hohe Bcdcutung des Kongreue» hem»· stellen.**

Aber ùber nile VoUkommcnbcit der Ausseren Gertilu-j hinaus 1st es der belebende Gcist, der den Erfolg des Kongrtun bestimmen wird und fruchtbnre Ergebnisse erhofien HmL

Die Lage der kntholischen Kirchcnmuslk fünfzia Jabrectch dem Motu proprio des hclligcn Pnpstes PIUS X.—der Koapra sclbst triigt den Titcl «Dic knthollschc Kirchcnmuilk nachda Motu Proprio PIUS X. Im Aufbruch clncr neuen Zeli»— à» Lage zu umreissen, heisst auf der einen Seite die Treuexada wesentllchen kirchcnmusikalischen Grundsiltzcn heramildki. die zu allen Zelten Gdltigkcit behnltcn, auf der andern 5*l» aber Jener Entwicklung Rechnung tragen, die Jedem Oneramus Innewohnt, durch die er sein elgcnes Lcben erhAlt, **µ dessen Fdhigkcitcn zu crhOhcn sucht.**

Es gilt daher dio Forderung: kelne Anderung der Gnnd**satze, die, well wescntllch. für dic Dauer Geltung** habes, **sondem deren Fortentwicklung In den Erschclnungtforma. in treuer Anwendung eben jener bekannten Grundsâlze srf die heutigen Umstftnde und Bedûrfnisse.** Dies dari abe **gewlss kelne Missachtung fcstlicher odor kdnstlerischer** Wertt **der Vergangenhcit bedeuten; es soli auf kirchenmtikaliidzQ Gebiet nur heissen, die SchOpfungen der** Vcrgangenheit writer**zuentwickeln im Einklang mit Ziel und Zweck der** Mtufa **Sacra selber.**

Wenn sich daher von sclbst gezlemcnde Ehrfurcbl w dn ûberkommenen kirchlichen Musik cmpflehlt, so **dûrfen dod die Gotteshâuser ihre Pforten auch dem Neuen ôlfoen, du der Spur des goldenen Zeltalters der kirchlichen Kurul fotesd, von echt katholischcm Geist bescelt und von begnaddn Kùnstlem gestaltet ist, wenn zwar in der Ausdrudufwa heutiger Mitte) und neuzeitlicher Tcchnik.**

Das Zfcl wird in der Übcrcinstimmung von Altem nl Neuem liegen, so dass eincr Musik die Wege geebnet werfc die Gott dem Herrn wohlgcfdlll und es dem Gldubigen enad**glicht,** seine **Gebete auf Ihren Flùgcln beschwingter** zum Troa **des Allerhôchstcn cmporzusendcn.**

Auf dass der Kongrcss seinen Zweck erfQlle, erteilen Wir **Ihnen. geliebter Sohn, und allen, die zum guten** Erfolg tkr **Arbeiten mitwirken, wie sâmtlichen an der Tagung Tdlnebmenden in vâterlichem Wohlwollen den Apostolischcn** Seges».· **Pius Pp. XII**

• Ordinario VxcdobcEenai: EL 69 (1955) 274-275.

2458

1954 NOV 2.-PIÜS XII, ALLOC. AAS 46 (1954) 666-6Π

Allocutio · Emis PP. DD. Cardinalibus **aîque** *Exatà PP. DD. Sacrorum Antistitibus gui pridie proclamdisr.i interfuerunt nooi liturgici Festi Deiparae* **Mariae** *caeli terraque Reginae, ab ipso Summo Pontifice in Basilica Vaticars peractae:*

De **MUNERIBUS SACERDOTII ET REGIMINIS QUAE EX DIVLKt INSTITUTIONE EPISCOPIS COMPETUNT**

•Magnificate Dominum mecum; et extollamus notnrn eius simul»1, quia novo ex superno munere Nostra cum implentur vota, feliciter evenit cruod perquam grato vestnx Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, hodie fnilmar conspectu et amplissimum vestrum coram contuemur consessum. Ratio ipsa novi liturgici festi Deiparae Mime caeli terraeque Reginae, quod nuper sollemniter ediximus pias has Nostras adauget laetitias, propterea quod summopere decet filios promovere gaudia, cum ipsi materoma videant adauctum honorem.

Quodsi Beatissima Virgo Maria omnium est Regüpraecipuo sane nomine et arctiore ratione vobis ct consiliis inceptisque vestris praeest, quia singulari augusloçK laudis titulo Apostolorum Regina vocari consuevit. Ipsi enim, cum sit mater pulchrae dilectionis et timoris et agnitionis ct sanctae spei, 3 quid vehementius exopUt, quid potius contendit, quam ut verax veri Dei cultus allins usque in animos radices agat, ardentior usque flammescat caritas, castus Del timor consilia regat, spes immortalina promissorum compos terrestre maestum soletur exsilium? Hacc vero omnia opera et industria, qua Vos in apostolb cum/munus incumbitis, parantur hominibus, ut sobrie, k" iuste, pie occasuram agentes vitam, sine occasu in caria

• Habita die 2 Noveabns meads a. 1954.

•Pi. 33. 4. | Cfr. ***Eccl.*** 24. 24.

(ellcltatem consequantur. Sub ductu igitur ct auspicio Mariae semper Virginis Matris Domlnaeque nostrae nunc vobis de nonnullis rebus instituimus loqui, quae quidem haud defutura fiducia arbitramur vobis ct labori, sollertiae pleno, quo agrum Del exercetis, utilia fore.

Exeunte mense Malo huius annl ad Sacrorum Antistites, qui frequentes undique terrarum Romam venerant, reverentiae, pietatis, obsequii studia prolaturi Pio X Pontifici Maximo, cui Sanctorum Caelitum tunc a Nobis decreti sunt honores, orationem habuimus de magisterio, quod ex divina institutione et praerogativa ad Apostolorum successores sub auctoritate Romani Pontificis pertinet. 3 Nunc quasi inchoatum persequentibus sermonem, opportunitate data, de duobus ceteris muneribus, quae, primo arcte coniuncla, vos spectant vcslrasque poscunt cogitationes deuras, dc sacerdotio scilicet et de regimine, placet Nobis facere verba.

Mentem et animum iterum convertamus ad Sanctum Pium X, Summum Pontificem.

Exclus vitae descriptione novimus, quid ei fuerit altare d Eucharisticum sacrificium, et quidem a die, quo summo Deo sacerdotii obtulit primitias, cum sacerdos novensilis commoto animo ad gradus altaris primum dixit «Introibo id altare Dei·, per totam eius vitam sacerdotalen; cum parochus fuit, cum factus est in Sacro Seminario moderator pietatis· cum consecratus fuit Episcopus, cum Patriarcha d Cardinalis nominatus, cum denique electus fuit Summus Pontifex. Ipsi altare et Eucharisticum sacrificium fuerunt caput ac velutl centrum eius pietatis, refugium ct robur animi in laboribus et angustiis, fuerunt fons lucis, fortitudinis, assidui studii gloriam Dei et animorum salutem comparandi. Hic Pontifex, uti fuit ct est exemplar Magistri, sic fuit et est exemplar *Sacerdotis.*

Sacerdotis munus proprium ct praecipuum semper fuit et est «sacrificare», ita ut, ubi nulla sit proprie vereque dicenda potestas sacrificandi, nec inveniatur proprie vereque appellandum sacerdotium.

Hoc idem plane pcrfectcquc cadit in sacerdotem Novae Legis. Cuius praecipua potestas ct muneris functio est offerre unicum et celsissimum sacrificium Sumini et Aeterni Sacerdotis Christi Domini, quod nempe divinus Redemptor cruento modo in cruce obtulit et incruento in Novisiima Cena anticipavit, continenter iterari voluit, mandans Apostolis suis / «Hoc facite in meam commemorationem»4. Apostolos ergo, non omnes fideles, ipse Christus fecit et constituit sacerdotes, elsque dedit sacrificandi potestatem. De hoc excelso Novi Testamenti sacrificandi munere et actione docuit Concilium Tridentinum: «In divino hoc sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur et incruente immolatur, qui In ara crucis semel sc ipsum cruente obtulit... Una enim cademque est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui se ipsum tone in cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa» 6. Itaque sacerdos celebrans, personam Christi gerens, sacrificat, isque solus; non populus, non clerici, nc sacerdotes quidem, ple religioseque qui sacris operanti inserviunt; quamvis hi omnes in sacrificio activas quasdam partes habere possint et habeant. «Quod tamen christifideles Eucharistiicum participant Sacrificium, non idcirco —ita in Noitris de sacra Liturgia Litteris Encyclicis, quae *Mediator Dei* Inscribuntur, monuimus · — sacerdotali etiam potestate fruuntur».

Quae hisce diximus, pernota quidem vobis. Venerabiles Fratres, esse scimus; nihilominus ea Nobis memoranda esse censulmus, cum quasi fundamentum et ratio sint eorum quae statim dicturi sumus. Non eniin desunt, qui veram quandam sacrificandi potestatem in sacrificio Missae omnibus pie adstantibus, etiam lalcis, vindicare non desistant. Contra hos veritatem ab errore, qualibet ambiguitate amota, secernamus oportet. Iam ante septem annos eisdem Encyclicis Litteris eorum reprobavimus errorem, qui declarare non dubitaverunt Christi mandatum «Hoc facite in meam commemorationem», «ad cunctam directo pertinere christifidelium Ecclesiam; atque exinde, deinceps tantum, hierarchicum consecutum esse sacerdotium. Quapropter populum autumant vera perfrui sacerdotali potestate, sacerdotem autem solummodo agere ex delegato a communitate munere. Quam ob rem Euduristicam Sacrificium veri nominis «concelebrationem» existimant, ac reputant expedire potius, ut sacerdotes una cum populo adstantes «concelebrent», quam ut prlvallm Sacrificium offerant absente populo». Eadem data occasione etiam in memoriam revocavimus, qua ratione sacerdos celebrans dici quiret «populi vices agere»; propterea scilicet, «quia personam gerit Domini Nostri Iesu Christi, quatenus membrorum omnium Caput est, pro ilsdemquc semet ipsum offert; idcoque (sacerdotem) ad altare accedere ut ministrum Christi, Christo inferiorem, superiorem autem populo. Populum contra, quippe qui nulla ratione divini Redemptoris personam / sustineat neque conciliator sit Inter se ipsum et Deum, nullo modo iure sacerdotali frui posse»7.

In hac re consideranda non agitur tantum de *fructu,* qui ex Eucharistici sacrificii celebratione vel auditione hauritur, metiendo, —sane fieri potest, ut truis maiorem fructum capiat ex Missa pie religioseque audita quam ex Missa leviter et negicflcntcr celebrata—, sed de statuenda *natura actus,* qui est in Missae auditione et celebratione, unde alii fructus sacrificii profluunt; fructus scilicet —ne de cultu divino adorationis et gratiarum actionis loquamur— placationis et impetrationis pro illis, pro quibus sacrificium offertur, etsi ipsi sacrificio non adsint; item fructus «pro fidelium vivorum peccatis, poenis, satisfactionibus, sed et pro defunctis in Christo, nondum ad plenum purgatis»8. Re ita perspecta, assertio quae his nostris temporibus non solum a laicis, sed interdum et a quibusdam theologis et sacerdotibus fit ab iisque spargitur, tamquam opinionis error relci debet, scilicet idem esse unius Missae celebrationem, cui centum sacerdotes religioso cum obsequio adstent, atque centum Missas a centum sacerdotibus celebratas. Non ita profecto. Quoad sacrificii Eucharistici oblationem tot sunt actiones Christi Summi Sacerdotis, quot sunt sacerdotes celebrantes, minime vero quot sunt sacerdotes Missam episcopi aut sacri presbyteri celebrantis pie audientes; hi enim, cum sacro intersunt, nequaquam Christi sacrificantis personam sustinent et agunt, sed comparandi sunt christifldclibus laicis qui sacrificio adsunt.

Ceteroquin negari vel In dubium vocari non debet fideles quoddam habere «sacerdotium», neque hoc parvi aestimare vel deprimere licet. Princeps enim Apostolorum in prima sua Epistola, alloquens fideles, his utitur verbis: «Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis»; · et paulo ante ibidem asserit ad fideles pertinere «sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptablles Deo per lesum Christum»10. At quaecumque est huius honorifici tituli et rei vera plcnaque significatio, firmiter tenendum est, commune hoc omnium christifidelium, altum utique ct arcanum, «sacerdotium» non gradu tantum, sed etiam essentia differre a sacerdotio proprie vereque dicto, quod positum est in potestate peri>etrandi, cum persona Summi Sacerdotis Christi geratur, psius Christi sacrificium.

Gaudenti animo animadvertimus multis in dioecesibus exorta esse / propria Liturgiae Instituta, constitutas esse 570 sodalitates llturgicas, nominatos moderatores rei liturgicae provehendae, habitos conventus liturgicos dloecesanos et ex pluribus simul dioecesibus, habitos vel praeparatum iri Conventus ex omnibus nationibus. Perlibenter audivimus hic atque illic etiam ipsos Episcopos huiusmodi Conventibus interfuisse vel praesedisse. Hi coctus interdum propriam sequuntur rcgulam, ita scilicet, ut unus tantum sacrum peragat, alii vero (sive omnes sive plurimi) huic uni sacro intersint in eoque sacram synaxlm e manu celebrantis sumant. Quod si hoc ex iuxla" ct rationabili causa fiat, neque Episcopus ad fidelium admirationem λ-itandam aliud statuerit, obnitendum non est, dummodo huic modo agendi ne subsit error iam supra a Nobis memoratus. Quod dcln ad res in Congressionibus illis pertractatas attinet, disceptatum est dc propositis ad historiam, doctrinam vel actionem vitae pertinentibus; illatae sunt conclusiones atque vota concepta, quae ampliori huiusmodi progressioni necessaria vel convenientia visa sunt, legitimae tamen auctoritatis ecclesiasticae iudicio subicienda. Haec vero ad sacram excolendam Liturgiam impulsio non constitit intra Conventuum celebrationes; sed simul exercitatio ct usus continenter increscebant et augebantur, ita ut fideles maiore usque frequentia el numero ad activam coniunctionem et communionem cum sacerdote, qui sacris operatur, compellantur.

At, Venerabiles Fratres, quantumcumque favetis —et quidem iusto iure— usui atque profectui sacrae Liturgiae. ne siveritis huius disciplinae studiosos in vestris dioecesibus ductui et vigilantiae vestrae sese subtrahere, et proprio iudicio sacram Liturgiam temperare et immutare, contra Ecclesiae normas dilucidis verbis statutas: «Unius Apostolicae Sedis est tum sacram ordinare liturgiam. tum

'*CtAtis 1954, n.* 8, p. 313-317 [LE 1431]. ' Lvc. 22,19. · Sessio XXII,αp. j DxsxixcKa. n. 9»o. ⁴ ***Ada Ap. Sdis,*** vol. 39, 1947, pog. 553 [LE 1963). ***Ap. Sdu,*** tu<7. pa<· 5§3 et 3§4 [Lh t^11· • Coae. Trid. Sess. XXII, capi 2. DKXxrsant, a. 94α · ***I P&.*** *, 9. «» ***L c.***

liturgicos approbare libros» n, et praesertim quoad sacrum peragendum: «Reprobata quavis contraria consuetudine, sacerdos celebrans accurate ac devote servet rubricas suorum ritualium librorum, caveatque ne alias caeremonias aut preces proprio arbitrio adiungat» A Neque vosmet ipsi huiusmodi inceptis et magis audacibus quam prudentibus Impulsibus vestram concesseritis approbationem vel facultatem.

•Forma facti gregis» (τύτοι γν/ίμεvν, τοὺ ποι μνίου)l': haec Beati Petri verba praecipue ad Episcopum spectant, utpote qui *Pastoris* munus habeat et gerat. Peculiaris et
Ô71 propria nola Pontificatus Pii X revera est ratio mosque •Pastoris». Brevi, postquam is ad apostolicl muneris fastigium ascendit, omnibus innotuit ad Apostolorum Principis cathedram evectum esse sacerdotem, qui in animorum curatione adoleverat, qui ab initio sacerdotii sui fuerat et esse persiterat animorum pastor, usque dum universo gregi Christi pascendo fuit praepositus. Immutabilis norma, quam in agendo habuit, summa vitae, quam sibi constituit, fuit «salus animorum». Sl cupivit «omnia instaurare in Christo», hoc ipsum propter salutem animorum voluit; huic fini et muneri quodammodo cetera omnia sua subiecit. Ipse In medio grege suo fuit bonus pastor, de eius necessitatibus sollicitus, de periculis ei imminentibus anxius; totus In eo, ut gregem Christi in via Christi duceret ct dirigeret.

At Nobis, dum ad vos, Venerabiles Fratres, gregum vestrorum pastores, nunc verba facimus, in animo non est hic eximiam Sancti Pontificis atque Pastoris imaginem ct speciem perfectam iterum depingere; memorare potius volumus —quemadmodum iam egimus ad Episcoporum magisterium el sacerdotium quod attinet— nonnulla, quae singulariter hisce nostris temporibus sacri pastoris exigunt nutum, vocem, operam.

El primo sane nunc animadvertuntur habitus mentis ct propensiones, quae *potestatem Episcoporum* —(Romano Pontifice haud excepto)—, prout ipsi pastores sunt gregis sibi concrediti, cohibere ct circumscribere praesumunt. Eorum auctoritatem, curam et vigilantiam intra certos fines coarclanl, qui spectant res stricte religiosas, veritates fidei nuntiandas, pietatis exercitationes moderandas, Ecclesiae sacramenta administranda et liturgicorum munerum functiones peragendas. Arcere autem volunt Ecclesiam ab omnibus inceptis et negotiis, quae veram, ut agitur, vitam, «la realtà della vita», quemadmodum ipsi aiunt, attingunt, cum haec posita sint extra eorum facultatem. Breviter, hic cogitandi habitus in publicis sermonibus nonnullorum laicorum catholicorum, etiam qui celso munere funguntur, interdum significatur, cum dicunt: «Episcopos et sacerdotes, libenter videmus, audimus, adimus in Templis, in lurisdiclionibus eorum; at in foris et in publicis sedibus, in quibus res huius vitae et terrae aguntur ct decernuntur, eos videre et eorum vocem audire nolumus. Inibi enim nos laici, —nequaquam autem clerici, cuiusvis dignitatis et gradus—, sumus legitimi iudices».

Contra ergo huiusmodi errores aperte firmiterque tenendum est: Ecclesiae potestas nequaquam «rerum stricte religiosarum», uli loqui solent, finibus continentur, sed tota Se legis naturalis materia, institutio, interpretatio, alio, quatenus moralis earum ratio attenditur, in citis sunt potestate. Observatio enim legis naturae ex Dei
672 ordinatione / spectat ad viam, qua homo ad finem suum supra naturam tendere debet. Iam vero Ecclesia est hac in via, ad finem quod attinet supra naturam, hominum dux et custos. Hunc modum agendi iam Apostoli, et postea, inde a primis temporibus, Ecclesia semper tenuit et etiam hodie tenet, et quidem non instar ducis et consiliarii privati, sed ex mandato et auctoritate Domini. Quare, cum agitur de praescriptis et sententiis, quas legitimi Pastores (scilicet Romanus Pontifex pro universa Ecclesia, Episcopi vero pro fidelibus suis curis commissis) in rebus legis naturae edunt, fideles non debent provocare ad effatum, (quod In sententiis privatorum adhiberi solet): «tantum valet auctoritas, quantum valent rationes». Hinc, etsi cui argumentis allatis ordinatio quaedam Ecclesiae non evinci videtur, tamen, permanet obbligatio oboedientiae. Haec fuit mens, haec sunt verba Sancti Pii X in cius Epistola Encyclica *Singulari quadan* dlcl 24 Septembris 1912 u: «Quidquid homo Christianus agat, etiam in ordine rerum terrenarum, non ei licere bona negllgcre quae sunt supra naturam, Immo oportere, ad summum bonum tamquam ad ultimum finem, ex Christianae sapientiae praescriptis, omnia dirigat: omnes autem actiones eius, quatenus bonae aut malae sunt in genere morum, id est cum lure naturali et divino congruunt aut discrepant, iudiclo et lurisdlctioni

53. ‘‘Cun. IJ57. uC*a., S18. u / *Prtr.* 5. 3. ·· *Acia Ap. SrJtt,* vol. 4,

Ecclesiae subesse». Et statim communem hanc rrgahn in materia socialem transfert: «Causam socialem contra versiasque ei causae sublectas..... non mere occoooicae esse naturae, propterenque elusmodi, quae compod. posthabita Ecclesia auctoritate, possint» quum contn verissimum sit eam (quaestionem socialem) moralem h primis ct religiosam esse, ob eamque rem ex lege mera potissimum et religionis Iudiclo dirimendam» M.

Et In rc sociali non una tantum, sed plures etiam e gravissimae sunt quaestiones, sive mere sociales, sive » ciales-politicae, quae ordinem ethicum, conscientias, uhtem animorum spectant, ideoque minime dlcl potiad versari extra auctoritatem curamque Ecclesiae. Qain hamo, etiam extra ordinem socialem occurrunt quaestloco, non stricte «religiosae», de rebus politicis sive ad slngchi sive ad omnes nationes pertinentibus, quae ordinem ethicum attingunt, conscientias gravant, adeptionem finii ultimi haud levi periculo exponcre possunt el ptruep» exponunt. Ita quaestio de fine ac terminis potestatij cmlis; de rationibus inter singulos homines et societatem; de «Statibus totalitarIs», quos vocant, cx quovis prindph ortis ct deductis; dc «totali laicisatione Status», uti dicite·, et vitae publicae; de plane efficienda / scholae «ialdsatioDe», de natura ethica belli» de legitimo vel non legitimo belb, quale nostris temporibus geritur, ct de viri religiosae conscientiae in co adiutrici opera permittenda vel denegante; dc vinculis et rationibus ethicis, quibus Nationes mota reguntur ct tenentur.

Veritati rerum, quin etiam ipsi rectae rationi contradicit qui asserit haec, quae memoravimus, aliaque permuta eiusdem generis esse extra ordinem ethicum, Mrçç?. esse, vel saltem esse posse extra potestatem Auctoritatis a Deo statutae, ut provideat iusto ordini, ut ducat et dirigat conscientias et actiones hominum recta via ad eoraa finem ultimum; non sane «in abscondito» solum, intra j»·rietes Templi et sacrarii, sed etiam, et multo magis, palix nuntians «super tecta» (ut verbis Domini utamur[1]), in ipsa acie, in media pugna saeviente inter veritatem d errorem, inter virtutem et vitium, inter «mundum» et regnum Del, Inter principem huius mundi et mundi Salvatorem Christum.

Restat ut pauca quaedam addamus de *disciplina «· clesiastica.* Sciant oportet clerici et laici idoneam el legtimam esse Ecclesiam, et idoneos ct legitimos esse pro fidelibus quemque sibi commissis intra communes luris fines Ordinarios locorum ad disciplinam ecclesiasticam stabiliendam et urgendam, idest ad statuendum externum agendi et sese gerendi modum in iis quae externum ordino spectant, neque vero sive ex natura rei sive cx institutione immediate divina originem habent ct constituta sunt Fas non est clericis aut laicis huic disciplinae se subdocere, sed omnibus curae esse debet, ut disciplina ecclesiastici sincere servata Pastoris actio fiat facilior atque efficarior. coniunctlo inter gregem et pastorem firmetur. In codes grege sit pacificum consortium atque concors opera, alta alteri sit exemplo et adiutorio.

At, quae modo locuti sumus de Episcoporum iure, otpote pastorum ovium gregis sibi cuique commissi, in omnibus, quae tum ad religionem tum ad leges morum ct ad ecclesiasticam disciplinam pertinent, subsunt cuidam censurae, quae saepe latenter ct surde obmurmurat, nec debitum sibi firmum animorum assensum obtinent, idcirco etiam quod discriminis plenam perturbationem addumt alii hodierni temporis elatiores spiritus, quorum ludkii hic plus iliic minus patefiunt. Conscienda adeptae nuteris personarum aetatis, quae magis in dies asseritur, efficit, ut nescimus quo aestu animi magis magisque agitentur ct effervescant. Haud pauci huius aetatis, sive viri rive mulieres. Ecclesiae ductum ct vigilantiam indignam putant gerendi se more, qui adultam addecet aetatem; noo solummodo id dictitant, sed etiam penitus in sensu habent Nolunt enim instar impuberum «sub tutoribus el actoribus» esse n; volunt existimari ct tractari ut adulti, qui sui iuris sint ct ipsi sibi statuant qui faciendum quito omittendum quibuslibet in adiunctis rerum. Proponat Ecclesia —Ita illi loqui non dubitant— doctrinae suae doimata, promulget leges, quae actioni nostrae praedat Verumtamcm, cum haec ad singulorum vitam referente adhibendaque sunt, tunc illa abstineat neque ullo modoie Immisceat; sinat suo quemque fidelem iudiclo et conscientia se gerere. Idque asseverant eo magis ita fieri oportere, quod Ecclesiam eiusque administros plerumque latet certus definitusque status rerum, latent scilicet summatia sumpta rerum adiuncta. sive quae intima hominis sive quot extrinseca spectant, in quibus singuli positi sunt el ia

x9z3.ro· 658. *c.,* pag· 658-659. ll Cfr-Mλτπζ. 10,37. »'6*1 χ,χ.

quibus consilium capere siblque prospicere debent. Praeterea nolunt hi omnes in supremo et intimo consilio voluntatis suae ullum Inter se ac Deum habere interpositum interpretem vel intercessorem cuiuscumque dignitatis et nominis sit. De hisce reprehensione dignis opinationibus abhinc duos annos in Allocutionibus, diebus 23 mensis Martii et 18 mensis Aprilis anno 1952 habitis, verba fedmus et eorum argumenta examinavimus ie. De pondere ct momento quod adeptae «maiori aetati personali» tribuitur, recte asseritur, lustum ct aequum esse adultos non debere regi sicut pueros. Apostolus de sc ipso dicit: «Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quando autem factus sum vir, evacuavi quae erant parvuli»l·. Non est vera educandi ars, qune aliam sequatur rationem ct viam, neque est verus pastor animorum, qui alio intendat quam ut fideles sibi creditos provehat «In virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi» Sed aliud omnino est adultum esse ct evacuasse quae sunt parvuli; ct aliud, esse adultum et Ideo nom obnoxium legitimae auctoritatis ductui et gubernationi. Gubernatio enim non est quasi quaedam tutela infantium, sed ductus efficax adultorum in finem civitatis.

At quoniam ad vos, Venerabiles Fratres, non ad fideles loquimur, cum in vestro grege huiusmodi germina ct indicia apparere et crescere incipiunt, fideles admonete: 1) Deum constituisse in Ecclesia pastores animorum non ut onus imponant gregi, sed ut gregem promoveant et tueantur; 2) ductu et vigilantia pastorum in tuto poni fidelium veram libertatem; eos prohiberi a servitute errorum et vitiorum, firmari contra incitamenta ex pravis exemplis
Γ5 el ex consuetudine malorum hominum/ orientia, inter quos esse et vivere cogantur; 3) Ideo eos agere contra prudentiam et caritatem sibi ipsis debitam, si hanc Dei quasi protensam manum et certissimum delatum auxilium recusent, inter clericos autem et sacerdotes si quos inveneritis hoc falso studio ac mere imbutos, opponite eis gravissima monita Decessoris Nostri Benedicti XV in hanc sententiam locuti: «Unum tamen est, quod praeteriri silentio non debet: quotquot enim sunt sacerdotes, omnes, uti filios Nob's penitus dilectos, volumus admonitos, quam plane opus sit, cum ad propriam ipsorum salutem, tum ad sacri ministerii fructum, eos quidem suo quemque Episcopo coniunctissimos esse, atque obsequentlssimos. Profecto ab illa elatione animi et contumacia, quae horum est temporum, non omnes, ut supra deploravimus, vacant administri sacrorum; neque enim raro contingit Pastoribus Ecdesiae, ut dolorem et impugnationem inde inveniant, unde solatium et adiumentum iure exspectarint *l.

Hactenus quaedam diximus de materia curae pastoralis; quaedam de personis in quorum emolumentum cura pastoris destinatur; non aequum est sermoni Nostro finem tacere, non conversis aliquantulum cogitationibus Nostris id ipsos Pastores. Ad Nos et ad vos Pastores illa Aeterni Pastoris referenda sunt sanctissima dicta; «Ego sum pastor bonus. Ego veni, ut vitam habeant, et abundantius habeant» M. Ad Petrum autem Dominus dixit: «Si diligis me, pasce agnos meos, pasce oves meas» 23. His pastoribus bonis opponit mercenarium, qui se suaque quaerit nec paratus est vitam dare pro grege;l4 opponit Scribas ct Phariuros, qui regnandi et dominandi cupidi, propriam gloriam quaerentes, cathedram Moysi occupabant, alligabantque onera gravia et importabilia, et imponebant in humeros hominum u. De iugo autem suo Dominus dixit: «Tollite iugum meum super vos! lugum enim meum suave est, et onus meum leve» M.

Ad officium pastorale fructuosum et efficax gerendum multum confert frequens ac mutua inter Episcopos communicatio. Ita in assequenda experientia inque usu rerum alius alium perficit; redditur maior reginimis similitudo, vitatur christifldelium admiratio, qui saepe non Intellegunt cur in alia dioecesi res hoc modo se habeant, lu alia autem, quae fortasse proxima ei adiacet, dissimili
Γi nodo, quin etiam interdum prorsus / contrario. Ad haec autem consequenda plurimum possunt communes Coetus, qui fere ubique iam in usu sunt, et augustiore celebranda ritu Concilia provincialia et plenaria, quae in Codice iuris canonici constituta certisque legibus circumscripta sunt.

Ad hanc autem Inter Fratres in Episcopatu coniunctiocem et communicationem accedat oportet coniunctlo et communicatio viva et frequens cum hac Apostolica Sede. Ex antiquissimis Christianitatis temporibus hic viget

"DiKsm t RiJuvnaiagfi, voL 14, 1953, ρα<· ’9 ^1* P*<· ^9 et seq. *ItlCar* zj, xi. ·· *Eph.* 4, Z3. »› Uti. Encycl *Ad IkaJiuimi Apcxkforum Pnvtpti,* dxe z Novembris 19x4; *Acia Ap. Sedis,* vol 6, 19x4. 579. ■Cfr.Io. zo, zx-io. ‘‘Cfr. Io ai, 15-17. l4 Cfr. Io. *10,12-13.* uCfr. Mattu. 14. ‘‘Cfr. Mattii, xx, 39-30-

adeundi Sanctam Sedem usus, non tantum in rebus doctrinae fidei, sed etiam regiminis el disciplinae. Argumenta cl exempla haud pauca exhibent antiqui historiae fontes. Romani autem Pontifices, sententiam rogati, non responderunt tamquam theologi privati, sed vi auctoritatis suae sibi conscii potestatis, quam acceperunt a Christo Domino, regendi totum gregem et quamlibet cius partem. Idem eruitur ex factis et casibus, in quibus Romani Pontifices, non Interrogati, controversias exortas diremerunt aut «dubia» ad suum iudicium advocaverunt. Haec ergo coniunctlo et congruens rei communicatio cum Sancta Sede non oritur quodam studio omnia in unum cogendi ct conformandi, sed ex iure divino ct ex proprio ipsius constitutionis Ecclesiae Christi elemento. Neque ccdlt hoc in detrimentum, sed In emolumentum Episcoporum, quibus greges peculiares regendi concrediti sunt. Ex communicatione enim cum Sede Apostolica assequentur in «dubiis» lumen et securitatem, in difficultatibus subeundis adiumentum, In angustiis ferendis levamen ct solacium. Contra ex Episcoporum ad Apostolicam Sedem «relationibus» haec ampliorem asscquetur de statu universi gregis notitiam, melius citiusque cognoscet auac pericula immineant, quae remedia ad mala sananda adhiberi possint.

Venerabiles Fratres, Christus, pridie quam pateretur, pro Apostolis oravit Patrem, simulque pro omnibus in munere eorum apostolico successoribus: «Pater sancte, serva eos In nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut et nos. Sicut Tu me misisti in mundum, ct ego misi eos in mundum... dilectio, qua dllexisti me, in Ipsis sit, et ego in ipsis» 27.

Sic ergo Nos, consenior, Aeterni Pastoris in terris Vicarius, ad vos Fratres nostros, seniores et gregum vestrorum pastores, locuti sumus iuxta sepulcra Apostolorum Principis et Sancti Pontificis Pii X, et in extremo sermone Nostro memoris animi cogitationes iterum convertimus ad Missam «Si diligis», a qua sermo initium habuit, in cuius «praefatione» precamur, «ut gregem tuum. Pastor aeterne, non deseras, sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias. Ut/ iisdem rectoribus gubernetur, quos 677
operis tui vicarios eidem contulisti praeesse pastores»; et in altera oratione post communionem addimus: «Multiplica, quaesumus. Domine, in Ecclesia tua spiritum gratiae, quem dedisti, ut beati Pii Summi Pontificis deprecatione, nec pastori oboedientia gregis nec gregi desit cura pastoris!».

Quod faxit vobis omnibus Deus secundum divinae largitatis mensuram!

‘‘ Io. *17,* xi 18.26. ‘‘Z *Pdr.* 5, x.

Adn. F. HÜRTH in PrM 43 (1954) 231-2S1; CpR 34 (1355) 4-δ.

2459

1954 DEC 5.-PIUS XII, ALLOC. AAS 47 (1955) 60-71

Summus Ponti/ex, iis qui interfuerunt VI Conrentui nationali Sodalium Consociationis ex iuris peritis catholicis Italiae, haec edidit rerba: 4

De via quae ducit hominem ad reatum culpae et PAENAE DEQUE IPSO STATU CULPAE ET PAENAE

Accoglicte, illustri Signorî, il Nostro saluto di benvenuto. Lo rivolgiamo alia vostra degna Assembles con gli stessi sensi di giola e di fiducia, coi quali vi ricevcmmo lo seorso anno.

La questione, che oggi prendiamo In esame. Cl è stata segnalata da uno dei vostri, Pinsigne Professor Camelutti. È ia funzione della pena, il «redimere ii colpevole mediante ia penitenza»; questione che Noi ameremmo di fonnulare cost: ia coipa c la pena nella loro vicendevole connessione. Vorremmo, cioè, indicare a larghl trattl il cammino dell'uomo dallo stato dl non colpevolezza, attraverso ll fatto della coipa, a quello di coipa e dl pena *(reatus culpae ct poenae);* e viccversa, il ritomo da questo stato, attraverso ll pentimento e ia esptazîone, a quello di liberazione dalla coipa e dalla pena. Noi potremo aliora vedere più chlanimente quale è In origine della pena, quale ne è la essenza. 3ualc la funzione, quale forma essa deve prendere per con urre ii colpevole alia sua liberazione.

I—LA VIA VERSO LA COLPA E LA PENA

Occorre qui premettere due avvertenze.

Innanzi tutto ii problema della coipa c della pena è un problema di persona, e ciô in un dupliee asjxlto. lai via

• Datus dif 5 Decembris measi* fc. 1954.

verso h colpa prende le mosse dalla persona del soggetto attivo, dal suo «lo». Nella somma degli alti, che da essa
Al provengono come da centro dl azlone, sono qui da / considerare soltanto quelli die sl basano su di una cosclente e voluta detcrmlnazlone; atti doè che Γ lo poteva compierc o non complere, chc compic perché egli stesso vi si è liberamente risolto. Questa funzlone centrale dell'Io verso sè stesso —anche se operante sotto influssi di diversa natura— è un elemento necessario, se si vuol pariare di vera colpa e di vera pena.

I fatto colpevole è perô sempre anche una posizionc di persona contre persona, tanto se l'oggelto immediato della colpa à una cosa, come nel furto, quanto se è una persona, come nelFomlddfo: inoltrc Flo della persona, che si rende colpevole, si dirige contre l'Autorità superiore, quindl in conclusione sempre contre l'autorità dl Dio. Nel che Noi, che abbiamo di mira ll genuino problema della colpa c della pena proprlamentc dette, presclndlamo dalla colpa meramente giuridica e dalla sua conseguentc penalità.

È pol da osservare che Ia persona e la funzione personale dei colpevole formano una stretta unltà, che alia sua volta f>resenta differenti aspelti. Essa riguarda al tempo stesso l campo psicologico, giuridico, etlco c religioso. Questi aspetti sl possono bensl considerare anche separatamente; ma nelle vere colpa c pena sono fra di loro cosl connessi, che soltando nel loro complesso è possibile di formarsi un giusto concetto circa il colpevole e la questione dclla colpa e della pena. Non sl puô dunque nemmeno trattarc questo problema unllateralmente, soltanto sotto l'aspetto giuridico.

La via verso la colpa è quindi questa: lo spirito dell'uomo si trovn nella seguente posizionc: dlnanzi ad un fare o ad un omettere, che a lui si présenta corne scmplicemente obbllgante, corne un assoluto «tu devi», una incondizionala esigenza da attuarsi con detcrmlnazlone personale. A questa eslgnnza l'uomo rifluta dl obbedire: resplnge il benc, adotta il male. Alla interna risoluzione, quando essa non si esauriscr in sè stessa, segue l'azione esterna. In tal gulsa Fatto colpevole è compiuto nel suo elemento sia intemo che estemo.

Natura e vari aspetti dell'atto colpevole

In ciô che riguarda il lato soggettlvo della colpa. per un retto giudlzio occorre tener conto non solo del fatto esteriore, ma anche degl'lnflussl provenienti dalFintemo e dall'csterno, che hanno cooperato nella risoluzione del colpevolc, come disposizioni innate o acquisite, impulsi o impedimenti, impronte della cducazlonc, irradiazioni delle persone c delle cose In mezzo a cul vive, fattori delle cir-
62 costanze. e in particular/ modo 1'abituale ed attuale intensi Là del volere, la coslddetta «energia criminale», che ha contribuito al compimento dei fatto colpevole.

Considerato nel suo termine, il fatto colpevole è un arrogante disprezzo dell'Autorità, che comanua di mantenere l'ordine del glusto e dei buono, e che è la fonte, la custode, la tutrice e la vindice dclFordlne stesso. E poichè ogni umana Autorità non puô finalmente derivare che da Dio, ognl fatto colpevole è una opposizione contro Dio stesso, ll suo supremo diritto c la sua somma maestà. Questo aspetto religioso è immanente ed essenzialmente congiunto coi fatto colpevole.

Termine dl questo fatto è anche la comunità dl diritto pubblico, se ed In quanto esso mette in pericolo c viola l'ordine stabilito dalle leggi. Tuttavla non ogni vero atto colpevole, come è stato sopra descritto, ha il carattere di colpa di diritto pubblico. ll potere pubblico deve occuparsi soltando di quelle azioni colpevoli, che offendono Ia regulare convlvcnza nell'ordine fissato dalle leggi. Da qui Ia regola circa la colpa giuridica: Nu/iα *culpa sine lege.* Ma una tale vlolazionc, se è d'allronde in se stessa un vero alto colpevole, è sempre onche una violazione della norma etica e religiosa. Da ciô consegue che quelle leggi umane, le quali sl trovino In contraddizionc con le leggi divine, non possono formare la buse per un vero fatto colpevole di diritto pubblico.

Col concetto del fatto colpevole è congiunto quello che il suo nutorc diviene meritevole di pena *(realus poenae).* Il problema della pena ha dunque principio, nel singolo caso, al momento in cul l'uomo diviene colpevole. La pena è la reazlone, richiesta dal diritto e dalla giustizia, alla colpa: sono come coipo e contruccolpo. L'ordine violato con l'atto colpevole eslge relntegrazlone e ristabillmento del turbato equiiibrlo. È ufficio proprio del diritto e della giustizia dl custodire e preservare la concordanza ira ii dovere, da una parte, c il diritto, doli'altra, e di rlstabllrla, se fosse lésa. La pena non tocca per sè il fatto convole, ma l'autore dl esso, la sua persona, il suo lo, cbt con cosclente detcrminazionc ha compiuto l'azione rel^. vole. Parimentl la punlzione non vlene quasi da on istratto ordimimento giuridico, ma dalla persona concreti investita della legittima Autorità. Corne l'azione colpevd?. cosl anche la punlzione mette di fronte persona a penoai

Senso r scopo della pena

La pena proprlamentc detta non puô dunque avere altro senso c scopo che quello testé cnunciato, dl ricondam nuovamentc ncll'ordlnc del dovere il violatore del diritto. che ne era uscito. Questo ordine del dovere /èneceuirii* U mente una espressione dell'ordine dcU'esserc, ddl'ortint del vero e del buono, chc solo ha diritto di esistenu. ia opposizione ail'errore cd al male, chc rappresentano di che deve non essere. La pena compte il suo uffldo a su? modo, in quanto costringe il colpevole, a causa dell'atto compiuto, ad una sofferenza, cioè alla privazione di m bene c alla imposizione di un mole. /Kffinchè perô qa«u sofferenza sia una pena, è cssenziale la causale connesûœe con la colpa.

II—LO STATO DI COLPA E DI PENA

Aggiungiamo che il colpevole ha creato col suo atto w stato, che per sè non cessa col cessare del fatto stessc. Egli rimane colui che ha cosclentemente e volutamectr violato una norma obbligatoria *(realus culpae)* e con cü è incorso nella pena *(realus poenae).* Questo stato personale perdura, anche nella sua posizlone dl fronte all'Autorità da cul egli dipende, ossla all'Autorità umana dldiritto pubblico, in quanto questa ha parte nel corrispondenle processo penale, ed inoltre, c sempre, di fronte alia suprema Autorità divina. Si forma cosl un durevole stato dl colpa e di pena, che indica una particolare condizione dd colpevole dinanzi all'Autorità oifesa e di questa venoQ colpevole. l

Valeat, praeterea, Revrfius Pater Delegatus commisso sibi potestatem alteri moderate subdelegarc, sive ad actum sive etiam habltuallter, ad normam Con. 199, j 1 Moneat vero semper Excliws locorum Ordinarios, rum res quomodollbet Interest, dc accepto mandato, d omni ope adnitatur ut cuncta prudenter et ordinate procedant, eo consilio ut bonum Monasteriorum revera promoveatur.

In omnibus difficultatibus, quae in munere obemjda extiterint, Revrilus Pater Delegatus ad Sanctam Sedm recurrat» ad Quam dc omnibus quae, sive a seipso sive i sui subdelegato, acta erunt, relationem transmittet. Eiusdem vero Apostolicae Sedis erit, quatenus opertat. Foederationis erectionem decernere eiusdemque Statuu approbare. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae.....

♦ CpR 33 (1954) 25-25. Adn. O. RUIZ In CpR 33 (1954) 28-27

2466

1954 ---- -SANCTA SEDES, FACULTATES. PART.·

Privilegia, indulgentiae et favores spirituales CONCESSI ANNIS SANCTIS SEU IUDILARIBUS S. IACOBI DE COMPOSTELLA IN HISPANIA.

A) *Indulgencia plentslma,* **aplicnblc a Jos difuntos, ane κ puede ganar en cualquler dia dei Arto Santo, cumplleodo bs slguientes condiciones:**

1) Confesidn hecha dentro dei arto y con Intendôn de por el Jubileo. pudiendo procéder o seguir a la visita o verifiane durante ella. 2) Visita a la Basilica de Santiago con algmu oraciôn mientras se realiza. La oraciôn puede ser cualqukn de las aprobadas por la Iglesla. pero sc recondenda el *rtio de* la estaciôn a Jesus Sacramentado con un Padrcnuestro por in intenclones del Romano Pontifice, un Credo al Santo Apdttal y una salve a la Virgen Santlsima.

Aunque en rigor no se requiere para ganar el Jubileo roepostelano, es muy conveniente que, bien en la Basilica o es otrn iglesia o lugar, antes o después de la visita o durante il mlsma. se reciba la Sagrada Comunlôn, como ha sldo siempre costumbre laudabilisima y fructuosa dc los peregrinos y d por la Iglesia exlgida gcncralmente en los demds JubileoL

Tamblén se recomlenda que se ofrezca alguna penltcncü. mortificaclôn o limosna, bien sea en favor del culto o en tereficio de los pobres. para mds asegurar la impetraeiôn de bi gracias y favores dci clclo.

B) *Absoluciôn de reservados.* **Cualqulcr confewr que leap corrlentes sus Licencias ministeriales puede absolvet, en *cosfesiôn jubilor,* al penltente (que no se hiiya bcnefictado de esU gracia dentro dei arto) de todos los casos reservados al Onbnario o a la Sede Apostôlica. excepto dc los *•spccialüsürs modo»* reservados al Romano Pontifice.**

C) *Conmutaciàn. de ootos.* **Cualquler penltente que se «Japonga a ganar cl Jubileo. puede elegir, ya en esta dudadoca cualquler pueblo de In Diôcesis, un confesor con Licencias corricntes para que te *conmute dispensando* toda close de rota privados, aunque fuesen emitidos con juramento o tenga o ractcr de penales preservatives, con toi de que la comnutacks sreserve igualmente dc la recaidn en el pccado. Se exceptüas os reservados al Romano Pontifice y los que se hlcieten ta favor de terccro y hayan sido por este accptndos.**

• Ordinario Compostollano Iluatraciôn dei Clero 47 (1954) 55 ®t M Vido Rescriptum diei 24 F^br. 1944: LE 1791.

2467

1954.. ..-SC CONSISTORIALIS, FACULTATES. PART/

Formula facultatum quas s. c. consistorialis nuntiis, INTERNUNTIIS ALIISQUE LEGATIS APOSTOLICIS IN DITIONI SUA PROCURAT

Caput I. Facultates generales

1. Facultas visitandi sive per sc sive per ecctesiastfcua virum probitate, prudentia ac doctrina praestantem per

sonas, loca ct res, dc quibus In can. 344, 512, 1382 *Codicis L C.* In casibus tamen particularibus et non per modum generalis visitationis; dummodo visitatio Ipsa necessaria ct urgens videatur, Ordinarius impeditus sit vel negligens, et tempus non suppetat recurrendi ad S. Sedem.

1 Conferendi, per sc vel per Ordinarios locorum, personis idoneis en beneficia, dc quibus in can. 1435, § 1, nn. 3 et 4 C. *I. C.;* servatis regulis Datarinc Apostolicae; scilicet: *a)* ut collatio nc fiat nisi quando urgeat vera necessitas et tempus non suppetat recurrendi ad S. Sedem; *bj* ut Legatus Pontificius qui beneficium contulit, aut Ordinarii qui, facultate Ipsis subdclcgata, beneficium contulerunt, intra tres menses a canonica possessione ad Datariam Apostolicam recurrant pro expeditione Bullae Apostolicae, qua provisio canonica confirmetur.

Animadvertendum autem est beneficia, quae per huiusmodi collationes, n Legatis Pontificiis aut ab Ordinariis factas, vacantia resultaverint, Apostollcae Sedi item reservata esse per appositionem manuum Delegati Romani Pontificis, iuxta memoratum can. 1435, § 1, n. 4; quapropter conferri debere directe a Dataria Apostolica, aut a Legatis Pontificiis vel ab Ordinariis eodem, quo supra, modo.

1 .Absolvendi, Iniunctis dc iure Iniungcndis, tum in foro conscientiae, tum etiam In foro externo, pro casuum diversitate, ab omnibus censuris a iure sive simpliciter sive speciali modo Romano Pontifici reservatis, aut Ordinario a iure pariter reservatis.

4. Dispensandi pro iam ordinatis ad effectum tam Missam celebrandi, quam consequendi et retinendi beneficia ecclesiastica, super quibuscumque irregularitatibus tura ex delicto tum ex defectu provenientibus, dummodo exinde scandalum non oriatur, nec divinis pariatur impedimentum, praevia abiuratlone In manibus absolventis quando agitur de crimine haeresis vel schismatis; iis semper exceptis de quibus in can. 985, n. 4 *C. I. C.,* necnon excepta Irregularitate eorum qui, ordine sacro ligati, matrimonium attentare aut civilem tantum actum ponere ausi sunt (cfr. eundem can. 985, n. 3), super qua Irregularitate dispensare Supremae S. Congregationi S. Officii directe et exclusive reservatur.

5. Indulgcndi ex causa paupertatis iis, qui Missarum sive manualium sive fundatarum applicationem omiserint, ut quoad praeteritum tempus obligationem suam paulatim adimplere valeant, ita nempe, ut facient quantum possunt pro integra satisfactione oneris Missarum quo gravantur, celebrando vel per se vel per alium singulis mensibus aliquem Missarum numerum, iuxta eorum vires, de bono ct aequo a concedente et, in casibus occultis, a confessario determinandum.

Moneantur autem praedictarum omissionum rei, si forte iidem ante completam huiusmodi satisfactionem obierint, nec habeant quod pro eodem oncre sive in toto sive in parte adimplendo relinquant, Missas, quae post eorum obitura celebrandae supersint, ipsis, dum pie in Christo decedunt, condonatas fore censeri, defectum qucmcumque tnne supplente Sancta Sede de thesauro Ecclesiae.

Itera concedendi, si in aliquo casu ob peculiaria omnino rerum adiuncta expedire in Domino videatur, ut ad certum numerum Iuxta vires petentis, Missae, quoad praeteritum pariter tempus, reducantur, dummodo ne agatur de recidivis, supplente pariter Sanctitate Sua reliquarum Missarum defectum dc Ecclesiae thesauro.

6. Admittendi in foro interno eos, qui, beneficia ecclesiastica etiam cum cura animarum habentes, recitationem horarum canonicarum omiserint, ad discretam compositionem, eaque mediante fructus male perceptos condonandi, pecuniis exinde redactis in pia opera arbitrio Sedis Apostolicae erogatis.

Pauperibus autem, quorum inopia compositionem non admittit, praedictos fructus condonandi, iniuncta pro eorum viribus eleemosynar pro suo vel confessarii prudenti iudicio determinanda. Et haec quidem, sine praeiudicio illorum, quibus distributiones accrescere vel non decrescere debent, sint et censeantur ordinata.

7. Condonandi in foro Interno fructus ex beneficio ob simoniam realem invalide obtento indebite perceptos, iniuncta congrua poenitentia salutari, cum aliqua eleemosyna iuxta vires poenitentis taxanda, et imposita eiusdem beneficii dimissione. Quatenus vero ob iustas ct rationabiles causas beneficium demitti non expediat, praesertim vero si idem parochiale sit, et non adsint qui Khlis praefici possint, titulum ipsius beneficii converti.

8. Absolvendi vel per sc vel per alias idoneas ecclesiasticas personas a se deputandas eos omnes, qui fandos olim ecclesiasticos et a plurimis annis Ecclesiae per civiles leges ablatos nunc possident, vel titulo haereditatls a suis maioribus accepto, vel titulo emptionis seu similis contractus cum tertiis possessoribus initi, eosque singulos habites reddendi ad praedictos fundos tamquam proprios licite habendos, de lisquc tam inter vivos, quam mortis causa libere disponendi, imposita pro una vice tantum congrua eleemosyna iuxta prudens absolventis iudicium, favore Ecclesiae vel piae causae ad quam fundi dc iure pertinebant, si fieri possit eroganda.

9. Dispensandi, quando ita in Domino expedire videbitur, super lege abstinentiae, diebus praescriptis, etiam tempore quadragesimae, in casibus particularibus.

10. Permittendi clericis et religiosis, uti singulis, ut rationabili de causa, quocumque anni tempore, privata matutini cum laudibus recitatio anticipari possit statim post meridiem.

11. Commutandi, ob visus debilitatem vel ob aliam iustam causam, eaque durante, obligationem recitandi horas canonicas in quotidianam recitationem integri rosarii B. M. V. vel aliarum piarum precum quae congruae sint, citra exemptionem a choro, quatenus is qui commutationem obtinuit ad Illum accedere teneatur.

12. Dispensandi, in casibus urgentibus, a gradibus ncademlcis ad assequendas praebendas canonlcalcs, quae ex lege fundationis ipsos gradus requirant, dummodo nullum praeiudicium aliorum iuribus inferatur.

13. Concedendi, non ultra triennium, licentiam tegendi ac retinendi, sub custodia tamen ne ad aliorum manus perveniant, libros prohibitos et ephemerides, exceptis operibus haeresim vel schisma ex professo propugnantibus, vel etiam ipsa religionis fundamenta evertere nitentibus nec non operibus de obscoenis ex professo tractantibus, singulis Christifidelibus sibi subditis, nonnisi tamen cum delectu et iusta ac rationabili causa (cfr can. 1402, § 2, C. *I. C.),* lis scilicet tantum, qui corumdem librorum et ephemeridum tectione, sive ad ea impugnanda sive ad proprium legitimum munus exercendum, vel iustum studiorum curriculum peragendum, vere indigeant.

14. Commutandi aut dispensandi, consideratis causis» omnia vota privatim emissa, etiam Apostolicae Sedi reservata, exceptis votis in quibus agitur de tertii praeiudicio,

15. Dispensandi cx iusta causa a quovis iuramento. dummodo tertii praeiudicium non adsit.

16. Remittendi seu condonandi, *pro foro conscientiae tantitm,* delinquentibus pauperibus partem aliquam mate ablatorum, aut retentorum, quando domini incerti sunt et casus occulti; ita tamen ut residuum, si quod adsit, vel aliqua alia summa vel pars pro viribus taxanda pauperibus loci vel in pia opera eiusdem loci, si fieri possit, distribuatur.

17. Recipiendi, aut delegandi in singulis casibus alium idoneum ecclesiasticum virum, ut recipiat dcnunciationes de crimine sollicitationis» servatis in omnibus forma ct tenore instructionis, quae a S. Officio danda erit.

18. Prorogandi ad breve aliquod tempus facultates, indulgentias et indulta a S. Sede concessa, quae expilaverint, quin tempestive postulatio pro eorum prorogatione ad S. Sedem missa fuerit, facta tamen obligatione statim recurrendi ad eamdem S. Sedem pro gratia aut (si petitio iam facta fuerit) pro responsione obtinenda.

19. Vacante aliqua dioecesi, fas sit Nuntio, Internuntio vel Delegato Apostolico, rogante Vicario Capitulari vel Administratore Apostolico dioecesis, eadem omnia concedere quae sunt in potestate ordinaria Episcopi.

20. Quoties urgeat necessitas, evidens sit utilitas, et periculum sit In mora facultas conceditur permittendi singulis quorum interest ad normam canonum 534, f l ct 1532, § 1, n.®2 *C. I. C.* alienationes bonorum ecclesiasticorum vel piarum causarum, quorum pretium non excedat in duplum auctam summam a S. Congregatione Conslstoriali variis in nationibus statutam per *Nolificatione* diei 18 octobris 1952 (LE 2311]. Dc peracta alienatione intra annum S. Congregatio competens edoceatur.

21. Permittendi ingressum In Seminarium illegitimis, dummodo non agatur de adulterinis aut sacrilegis, si de cetero conditiones ad ingressum in pium locum necessariae habeantur, et firma obligatione recurrendi ad S. Sedem pro eorum sacra ordinatione: de qua obligatione explicite monendi sunt tum Ordinarii, tum parentes illegitimorum.

22. Concedendi sacerdotibus, sive saecularibus, sive religiosis, nationis apud quam Nuntius, Internuntius vel Delegatus Apostollcus legatione statuta fungitur, licentiam

emigrandi ad exteras transmarinas regiones iuxta normas de quibus In Constitutione Apostolica «Exsul Familia» titulo allero, capite 1,3 (LE2304], cum onere tamen remittendi in fine cuiuslibet anni ad Sacram Congregationem Consistorialem relationem de numero ct qualitate gratiarum quae fuerunt concessae.

22 bis. Approbandi, Iuxta normas Constitutionis Apostolicae «Exsul Familia» titulo altero, c. 1, n. 5, § 1, 1.·, [LE 2304] constituto prius de oratoris vita, moribus et idoneitate necnon de praestito ab Ordinario consensu, sacerdotes, sive sacculares sive regulares, qui incumbere cupiant in spiritualem curam eorum qui iter maritimum arripiant aut in navibus quavis ratione versentur aut iisdem quoquo modo addicantur, iilosque per peculiare rescriptum vel stabiliter, vel ad tempus, vel uno tantum maritimo itinere *Cappellanos navigantium* cum statutis facultatibus, singulis ctiam vicibus concedendis a munere renuntiationem acceptandi ct, sl casus ferat, destituendi, facultatibus, singulis ctiam vicibus concedendis /AAS, XXXXVI, p. 415-418) (LE 2420] nominandi, destinandi, transferendi, eorum a munere renuntiationem acceptandi et, si casus ferat, destituendi; facto tamen onere Nuntio, Internuntio, vel Delegato Apostolico transmittendi in fine cuiuslibet anni ad Sacram Congregationem Conslstorialem relationem de numero rescriptorum quae fuerunt concessa et de muneris adimpletione atque observantia ecclesiasticae disciplinae ex parte Cappcllanorum navigantium.

22 ter. Adprobandi sacerdotes a proprio Ordinario praesentatos ad officium Cappellani operis *Apostolatus Maris* Iilosque per peculiare rescriptum *Cappellanos Operis Apostolatus Marts* nominandi ita ut, iuxta normas iussu Summi Pontificis Pii PP. XII dic 2 Aprilis MCMLIV editas *(A A* S. XXXXVI, p. 248-252) [LE 2425], licite et valide officium suum exercere valeant; facto pariter onere eidem Pontificio Administro transmittendi, in fine cuiuslibet anni, relationem de numero rescriptorum quae fuerunt concessa et de muneris adimpletione ex parte Cappcllanorum.

Catvt II. Facultates circa indulgentias

23.Concedendi sexies in anno, occurrente aliqua solennitatc, olenariam indulgentiam omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui vere pocnitentes et confessi ac sacra Communione refecti ecclesiam vel publicum oratorium visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis aliquo temporis spatio oraverint.

Fidelibus vero, qui in loco habitent ubi impossibile vel difficile admodum sit confessariorum copiam habere, concedendi, ut praedictas indulgentias lucrari valeant, dummodo actuali Sacramentorum susceptioni pium aliquod opus substituant, ac corde saltem contriti firmiter proponant admissa confiteri quam primum poterunt.

24. Impertiendi ter in anno et non in eodem loco, diebus a se eligendis, Benedictionem papaiem iuxta formulam typis Impressam atque insertam, cum indulgentia plenaria ab Iis lucranda, qui vere poenltentes, confessi et Sacra Communione refecti eidem Benedictioni interfuerint. Deumque pro S. Fidei propagatione et S. R. Ecclesiae exaltatione oraverint.

C»

25. Item concedendi, suetis conditionibus, plenariam indulgentiam primo conversis ab haeresi et ad sinum Catholicae Ecclesiae redeuntibus.

26. Concedendi, in casibus particularibus vel ad tempus, indulgentiam plenariam occasione SS. Missionum, servatis consuetis regulis.

27. Declarandi prlvilegiatum quotidianum perpetuum, in qualibet ecclesia sui territorii, unum altare ad tramitem can. 916 C. /. C.

28. Concedendi ducentorum dierum indulgentiam omnibus praesentibus in sacris functionibus a sc peractis, durante munere.

29. Erigendi pia sodalitia Rosarii, B. M. V. de Monte Carmelo et Septem Dolorum; cum potestate communicandi hulusmodi facultatem cum ecclesiasticis v»ris pro suo prudenti arbitrio; sub lege tamen et conditione ut haec facultas non exerceatur ubi coenobia adsint religiosorum. qui ex apostolica concessione eiusmodi privilegiis gaudent.

Item ecclesiasticis viris concedendi facultatem, sub eadem lege et conditione, benedicendi et Imponendi scapularia praedictarum sodalitatum, necnon erigendi Sacras Stationes *Viae Crucis* cum adnexis Indulgentiis.

30. Declarandi Indulgentias, dc quibus In praecedectlbus articulis, appllcabiles etiam esse per modum suffruj anlmabus in Purgatorio degentibus.

Caput III. Facultates circa matrimonium

31. Dispensandi ab impedimentis impedientibus & quibus In cap. Ill, tit. VII, lib. Ill *C. J. C.* servatis M unguem regulis ibidem positis, praesertim quoad dispesutiones ob mixtam religionem; quo in casu, si ex iilidu unione lam nata sit proles, partes moneantur de gnri obligatione iuris divini curandi, pro posse, clus atholkiz educationem, et (sl casus ferat) conversionem, baptismos; a parte autem catholica exquiratur huius obligalivcb implendae explicita promissio.

32.Dispensandi ex gravi causa, ab omnibus impedimentis dirimentibus matrimonium, luris tamen ecciesûstlcl, sive publicis sive occultis, sive minoris sive malwis gradus, iis tamen exceptis quae cx affinitate In linea redi consummato matrimonio, cx ordine sacro ct solemn! prv fessione religiosa proveniunt.

33. Sanandi in radice matrimonia nulla ob aliquodn impedimentis dirimentibus, dc quibus In numero prandenti, cum facultate prolem exinde susceptam legitimaa decernendi et declarandi, excepta tamen sacrilega et adulterina. ad effectus tantum canonicos, dummodo exiadt nullum iuri tertii legitime quaesito pracludlclum Inferate et nullum scandalum proveniat, quando morallter Impossibilis est renovatio consensus modo ordinario, dumrcoto tamen prior maritalis consensus in unoquoque casu ρσ· severet et absit periculum divortii, monita parte impedimenti conscia de sanationis effectu ct debita facta adnotatione in libro baptizatorum et matrimoniorum. Rescriptum vero hulusmodi sanationis in Curia Episcopali diligenter custodiatur, quo omni tempore et eventu ae matrimonii validitate ct de prolis legitimatione constare possit.

Sed si matrimonium nullum ob defectum formae, dandi non erit sanatio nisi in casu quo altera pars renuat renovare consensum iuxta formam, aut, si Id ab ea exigatur, grave immineat alteri parti malum vel periculum: coostito tamen semper de perseverantia prioris maritalis consensus et dummodo absit periculum divortii.

Quod si matrimonium fuerit nullum ob non servaUn formam in casu mixtae religionis aut disparitatis cultas, et pars acatholica induci non possit ad renovandum consensum iuxta leges Ecclesiae, dari poterit sanatio in radice, dummodo: 1.® moraliter certum sit partem acatholicam non esse impedituram baptismum ct catholicas educationem universae prolis nasciturae, 2.® pars catholica explicite promittat sc, pro posse, curaturam esse baptismum et catholicam educationem universae prolis forte nasciturae, ct (si casus ferat) ctiam conversionem, baptismum, catholicam educationem prolis Iam natae, 3.» partes ante attentatum matrimonium sive privatio sive per publicum actum, se non obstrinxerint ad educationem acatholicam prolis, 4.° neutra pars sit actu demens, 5.® pars saltem catholica sit sanationis conscia camque petat; 6.® nullum aliud obstet canonicum impediment dirimens super quo Ipse Ordinarius dispensandi aut samedi facultate non polleat.

Pars autem catholica moneatur de gravissimo patrato scelere: salutares el paenitcntlae imponantur; si casus ferat. absolvatur ab excommunicatione de qua in can. 2319 C. /. C.; cique in mentem revocetur obligatio, qua tenetur, prudenter curandi conversionem conlugis ad fidem catholicam.

N. B. *Facultates de quibus in n.* 32 *ct* 33 *conceduntur ai quinquennium i. e. usque ad integrum annum, quo dt ion est exhibenda relatio ab Ordinariis dioecesium in* çua *Excrhi Nuntii, Internuntii et Delegati Apostolici hirudil·tionem exercent.*

Iidem vero supra dictis facultatibus utantur caute et urgente necessitate, *sinentes potius eorumdem usum Ordinariis locorum.*

Caput IV. Facultate» circa cetera Sacramenta et Sacro» Rirsi

34. Concedendi, *quoties necessitas urgeat et non suppetit tempus recurrendi ad S. Sedem: a)* facultatem, singulis ricibus, vel ad tempus, feria V in Coena Domini unicas missam lectam in oratoriis publicis celebrandi; *b)* indultum sacerdotibus infirmis, aut aetate devexis, oratorii privati, in quo Missam celebrent, servatis canonicis regulis *c)* usum sacerdotibus comae adscitltiae tempore celebra-

tlonis Missae; *d)* indultum, in casibus particularibus, ce* kbrandi extra ecclesiam et oratorium ct erigendi altare sub dio; *t)* facultatem sacerdotibus navigantibus, sive in auri sive fluminibus, Missam in navi celebrandi super altare portatill, dummodo locus in quo Missa celebratur nihil indecens aut indecorum praeseferat et periculum absit calicis effusionis; *f}* facultatem presbyteris, cx utroqueclero, vislvac potentiae debilitate laborantibus, vel alia infirmitate detentis, celebrandi diebus festis ct duplicibus Missam votivam Deiparae Virginis, aut aliam Missam votivam a S. Sede adprobatam; diebus vero ferlalibus Missam defunctorum, adhibita, quoties ea indigeant, alterius sacerdotis assistentia, ct firmo permanente onere, si sint parochi, explicandi Evangelium diebus praescriptis; *g)* eamdem facultatem, de qua sub littera /)r sacerdotibus omnino caecis, praescripta semper assistentia alterius sacerdotis, aut diaconi, el dummodo, facto experimento, comperiantur In nullo defecisse,

35. Consecrandi, sive per sc sive per simplices presbyteros a se deputandos, altaria tum fixa tum portatilia, quae ex aliquo defectu pristinam consecrationem amiserunt. servatis tamen omnibus in Instructione S. Rituum Congregationis ad rem in *Ritu et formula breoiori* praescriptis.

36. Indukendi, ex rationabili causa, in casibus particularibus, vel ad tempus, ut sacrosanctum Missae sacrificium peragi possit a tertia hora post mediam noctem.

37. Indulgendl ad tempus ut in aliqua ecclesia bis vel ler in hebdomada, de consensu Ordinarii, Missa *de Reçût* celebrari possit etiam diebus ritus duplicis, exceptis umen festis duplicibus I et II classis, dominicis aliisque festis de praecepto servandis, nec non feriis, vigiliis, oclavisque privilegiatis.

33. Indulgendl per modum actus, ut in ecclesiis, in miibus festum alicuius Sancti in *Marhjrologio Romano* descripti vel alias ab Apostolica Sede eiusdem concessum wlemniter celebretur, quod cum officio illius diei minime congruat, dici possint tum Missa solemnis cum cantu, Ium etiam Missae lectae de eodem festo, dummodo non occurrat duplex vel Dominica primae classis, Vigilia Nativitatis D. N. I. C., Vigilia Pentecostes, dies octava Nativitatis D. N. I. C. (Circumcisio Dni), dies octava Epiphaniae, vel Ssmi Corporis Christi, feria IV Cinerum, vel integra Maior Hebdomada.

39. Deputandi in casibus particularibus vel ad tempus, aliquem sacerdotem cum facultate consecrandi, iuxta formam in *Ponti/icali Romano* praescriptam, calices, patenas el altarium lapides, adhibitis sacris oleis ab Episcopo catholico benedictis.

40. Benedicendi campanas ct consecrandi ecclesias, monito tamen loci Ordinario eoque non renuente.

Caput V. Facultates circa religiosos

41. Cognoscendi, In casibus extraordinariis et urgente necessitate, super statu alicuius domus Religionis cuiuslibet, conferendo cum Superioribus consilium et operam ut opportuna abusibus remedia adhibeantur, et Religiosi ad wi status perfectionem reducantur, certiore tamen facta quam primum Apostollca Sede, si quid novi in utilitatem clanslrallum communitatum decernendum esse videatur.

42. Dispensandi, Iusta de causa postulante Communitate, super defectu dotis In Religione pro sororibus aut monialibus requisitae.

43. Concedendi, in casibus particularibus vel ad tempus, Ordinariis dloeccsanls facultatem praeficiendi paroedis Religiosos in defectu sacerdotum saccularium, de consensu tamen suorum Superiorum, et cum clausula ut saltem duo alii religiosi cum parocho cohabitent, servatlsque in reliquis sacrorum canonum dispositionibus.

4L Indulgendl monialibus, in casu infirmitatis, aliisque iustls gravlbusque de causis, ut *extra claustra* per tempus prudenti arbitrio praefiniendum manere possmt, ita tamen ut cum adsociatione et adsistentla suorum consanguineorum vel affinium aut alicuius honestae mulieris semper Incedant, domi ct alibi vitam religiosam ducant a virorum frequentia semotam, prout Deo sacratas virgines decet, firmo praescripto can. 639 C. *1. C.*

15. Dispensandi religiosos utriusque sexus, *pro /oro conscientiae tantum,* a regressu In religionem et permittendi ut in saeculo remaneant, quoties hi invalide obtinuerint declarationem nullitatls votorum, dummodo tamen haec invalidités occulta sit, firmo semper manente voto castitatis perpetuae, servatisque aliorum votorum substantialibus, usquedum peculiarem dispensationem a S. Sede hac de re assequantur, et, si sint sacerdotes, facta lege ut habitum sacerdotis saecularis induant.

Caput VI. Facultates pro ipso. Internuntio, vel Delegato Apostolico

46. Recitandi divinum officium el Missam celebrandi iuxta Kalendarium Romanum pro clero Urbis; idque concedendi sacerdotibus secum commorantibus sibique sublectis.

47. Asservandi in sacello domus stabilis suae reslden-tlae Ssriium Eucharistiae Sacramentum, ea lege ut lampas indesinenter ante tabernaculum lucescat, clavis diligenter custodiatur, aliaque iuxta liturgicas leges plene serventur. Sacellum autem ipsum ex Summi Pontificis venia qua publicum erit.

48. Administrandi sacramentum Confirmationis in territorio universo sibi assignato, nec non durante maritimo itinere tam in accessu quam in recessu a loco missionis suae.

49. Excipiendi sacramentales confessiones fidelium utriusque sexus in locis, uti supra.

ANIMADVERSIONES

I. Facultates, quae in hoc Indice continentur, Pontificio Administro tributae censentur «personaliter» et •durante munere». Ideoque negotiorum gestor, vacante Nuntiatura vel Internuntiatura, vel Delegatione Apostollca, nova indiget peculiari carumdem Facultatum concessione.

II. Facultatibus, quae recensentur capite l sub numeris 1, 2. 3, 4, 17, integris capitibus II et III, capite IV sub numero 35, capite V sub numero 41, capite VI sub numeris 48 et 49, uti poterunt ii tantum, qui caractère episcopali sunt insigniti, nisi expresse secus dicatur.

III. Pontificius Administer facultates, quae In hoc Indice continentur, per seipsum personaliter exerceat, scilicet nemini subdeleget, nisi subdelegandi facultas, suis jocis. Ipsi concedatur.

IV. Indulta, quae Pontificius Administer ad tempus largiri potest, ultra «quinquennium» ne concedat.

V. Pontificius Administer facultatibus miae In hoc Indice continentur nonnisi a receptis Apostolicis Litteris in forma Brevis uti valeat.

♦ **A. VERMEEHSCH-L CREUSEN. Epitome ioris canonici torn I od. 8 Mechliniae. Romae 1G03. p. 701-706. Praeter baa ccnunures facultates nonnulli Legat: sive ratione pereona· live raticne tenitexu. aliis gaudent specialibus facultatibus.**

1955 IAN 1.-PIÜS XII, CONST. AP. AAS 47 (1955) 263-266

DE BIRMAN LA

In unione foederali birmana ecclesiarum atque EPISCOPORUM ORDO CONSTITUITUR, QUAE EST EPISCOPALIS HIERARCH IA

PIUS EPISCOPUS

Servus servorum Del-Ad perpetuam rei memoriam

Dum alterna vicissitudine vertuntur omnia, sancta Christi Ecclesia sua pace ac veritate e mediis perturbationibus altius eminet una, quae rerum temperat asperitates omnesque homines materno cingens amplexu, eos ad supernae vitae immortalis erigit spem. Quod cum latissime per terrarum orbem laeto successu fiat, in Foederali etiam Unione Birmana prospere hisce evenit temporibus, sive ob catholicae rei prosperitatem sive ob Evangelii praeconum sollertiam sive praesertim ob indigenae cleri numerum atque virtutem. Quam ob rem Nos, qui Del voluntate universam gubernamus Ecclesiam, id prorsus esse tempus censemus ut in hac regione dioecesium atque Episcoporum ordinatio, seu ecclcskistlca Hlerarchia, constituatur, quo fructuosius inibi Christiana res in dies administretur ac propagetur. Postquam Igitur sententiam audivimus venerabilis Fratris Lucas, Archiepiscopi titulo Adulitani atque in India Apostolic! Internuntii, consiliumque pariter exquislvimus venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Fidei Propagandae praepositorum; consensu praeterea suppleto eorum, qui in hoc negotio aliquid iuris habeant aut sese habere putent; re attentissime considerata ac certa scientia eorum quae acturi sumus, de suprema Nostra potestate sequentia decernimus. In Foederali Unione Birmana episcopalem Hierarchiam, quae dicitur, constituimus, atque
ln ea regione duas condimus ecclesiasticas Provincias,
264 *Birmaniae* nempe / *meridionalis* atque *Birmaniae septemtrionolis,* quarum statum hoc qui sequitur modo disponendum esse lubemue. Ecclesiastica Provincia Birmaniae meridionalis cx archldioccesi Rangunensi constabit, quae fuit adhuc Apostolicus Vicariatus de Rangoon, hisce Nostris Litteris ad metropolitanam evectus dignitatem: cx suffraganea Ecclesia Tungunensi, quae fuit ad hunc diem Apostolicus Vicariatus de Toungoo; itemque e dioecesi Basseinensl, civiles districtus complectente vulgo Bassein, Henzada et Myaungmya, e Rangunensi archidioecesl separatos, quam per alias sub plumbo Litteras hoc ipso ereximus die. Cui Provinciae Praefectura Apostolica dc Akyab aggregabitur. Ecclesiasticam vero Provinciam *Birmaniae septemlrlonalls* constituent archiepiscopalis Mandalaiensls Ecclesia, quae adhuc fuit Apostolicus Vicariatus de Mandalay, ad mctropolitanum decus hisce Litteris hodie perductus, atque suffraganea dioecesis Kengtungensis. quae ad hodiernum diem fuit Vicariatus Apostolicus, cui nomen de Kcngtung. Eidem insuper Provinciae Apostolica aRgregabltar Praefectura de Bhamo. Quarum fines Provinciarum finibus aequabuntur omnium simul archldioeceslum ac dioecesium, quae ambas constituunt. Earum praeterea Ordinarii sedem ac domicilium habebunt in urbibus, e quibus singulae Ecclesiae nomen capiunt; cathedralem vero in suo quisque templo collocabit, quod in singulis hisce urbibus princeps iure meritoque hactenus habitum est. Volumus praeterea ut omnes modo conditae Sedes S. Congregationi Fidei Propagandae subdi pergant, earumque Ordinarii, qui adhuc titulares Episcopi fuere, ad suas nunc conditas cathédrales Sedes transferantur, ut venerabilis scilicet Frater Victor Leo Bacln ab Ecclesia titulo AchyruCnsi ad Metropolim Rangunzcnscm; ut venerabilis Frater Albertus Petrus Falière ab Ecclesia tilsh Clysmatcna ad Mandalaiensem archidiocccsim; ut vaerabilis Frater Alfredus Lanfranconi ab Ecclesia litch Zertensl ad cathedralcm Tungunensem Sedem; ut denlç» venerabilis Frater Fcrdinandus Guercilcna ab Ecclesia titulo Hadrianiensi ad Kengtungensem dloecesim. Quibai Ecclesiis, a Nobis hodie erectis, ea privilegia et honom, ut maxime convenit, concedimus, quae sunt omnium lire archidioccesium sive dioecesium propria; itemque eann Praesules iis omnibus condecoramus iuribus atque astringimus officiis, quae ceterarum Praesulum amplissimsz sive metropolitanam sive episcopalem dignitatem consequuntur. Quod nominatlm ad Praesules Rangunensea et Mandalaiensem spectat, decernimus ut, sicut omnes per orbem Metropolitae Archiepiscopi. Cru/cem ante sefenat X in suae cuiusque Ecclesiasticae Provinciae territorio, atque pallium, iuxta liturgicas leges, induant, postquia tamen hoc in publico Consistorio expostulaverint atqs> obtinuerint. Quod autem ad Canonicorum Collegia attinet. volumus ut Ordinarii in suo quisque metropolitan aut cathedrali templo quam primum eadem condant; quoadusque vero hoc fieri nequeat, concedimus ut eonra loco dioecesani Consullores Instituantur. Omnibus praeterea in hisce nunc conditis Ecclesiis, mensae archiépiscopales vel episcopales constituentur sive bonis, quae adha usque Apostolicis Vicariatlbus fuerunt, sive pecunia ultro a fidelibus data aut a S. Congregatione Fidei Propagandae comparata. Cum vero unaquaeque Ecclesiarum elementarium tantum habeat seminarium, volumus ut quam primum seminarium maius erigatur, excipiendis educandiv que totius Birmaniae adulescentibus, qui inibi philosophi» ac theologiae studia exerceant. Decernimus denique ut la novis hisce Ecclesiis religiose serventur normae, quas Codex iuris Canonici de Vicarii Capitularis, sede vacante, electione, de cleri populique iuribus oneribusque, deqie regimine et administratione Ecclesiarum praescribit. Qo h hisce Litteris decrevimus efficienda curabit venerabilis, quem supra diximus, Frater Martinus Lucas, vel ille, qui eo tempore quo haec iussa ad rem adducentur, Apostolicae in India Internuntiaturae praeerit; cui vero obtigerit exsequendum negotium, illi omnes potestates ad id necessarias facimus, quae etiam subdclegari, si opus fuerit, cuilibet poterunt viro, in ecclesiastica dignitate constituto. Qui vero rem egerit, confectum negotium in tabulas referet eiusque fide dignum exemplum ad S. Consilium Fidei Propagandae quam primum mittet.

§§

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ib lis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim sua obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, coieris generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter ii quis, quavis praeditus, auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus initum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis el rodi sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum riri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti slmulqw ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem oonlno habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum sl quis vel spreverit vel quo/quo modo detrectaverit, sciat se poena > esse subiturum lis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die primo mensis bnuarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri sexto decimo.—(iun Card. Costantini, S. *R. E. Cancellarius.* Petrus Ciri Fumasoni Biondi, *Sacrae Congr. de Propaganda Fié Praelectus.* Hamletus Tondini. *Apostolicam Cancellaricn Regens.* Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.SÜ*vius Sericano, *Proton. Apost.*

2'.G9

1955 IAN l.-PIUS XII, CONST. AP. AAS 47 (1955) 369-372

DE RHODESIA MERIDIONALI

h REQIONK RHODESIAE MERIDIONALIS ORDO DIOECESIUM FT EPISCOPORUM INSTITUITUR, QUAE EST EPISCOPALIS IIIERARCIIIA

PIUS EPISCOPUS

Serras *servorum Dei -Ad perpetuam rei memoriam*

Quod Christus pronuntiavit, fore videlicet ut caelorum regnum, quod est Ecclesia, fines suos Ita proferret ut omnes populos Christiana veritate Imbutos suo amplexu exciperet ac materno amore foveret, quem ad modum fere ubique gentium, Ita felici successu apud populos Rhodesiae Meridionalis late evenisse comperimus; adeo ut, eorundem populorum necessitatibus providendi gratia, deceat ibidem novam rerum religiosarum facere ordinationem.

Qua de re, cum venerabilis Frater Caelcstinus losephus Damiano, Archiepiscopus titulo Nicopolitanus In Epiro, et In Africa Meridionali Apostolicus Delegatus, poposcerit ut ordo Ecclesiarum el Episcoporum, Id est sacra Hlerarchia, In regione Rhodesiae Meridionalis constitueretur: magnam enim spem esse ibidem terrarum Christianam fidem valde augeri posse; cumque id consilii et sententiae venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales S. Congregationi Fidei Propagandae praepositi probaverint; Nos quod iidem decrevere confirmantes, post auditos quorum hoc negotium
J79 Intersit, remque magna consideratione ln animo / revolutam; eorum denique consensum supplentes qui in hoc aliquid iuris sese habere arbitrentur, vel habeant; de aportollca Nostra potestate ea quae sequuntur statuimus ct decernimus. Quae regio Rhodesia Meridionalis cognominatur, in ea Ecclesiasticam Provinciam condimus *Rhodesiae Meridionalis* appellandae. Quae his quae sequuntur territoriis constabit: Ecclesia Salisburiensi, quam per has Litteras ex gradu Vicariatus Apostolici, qui de Salisbury vocabatur, ad metropolitanae Sedis dignitatem evehimus; dioecesibus Bulauaiensi ct Guelensi, quae ad hodiernum diem Vicariatus Apostolici fuere, quorum primae appellatio Inerat Vicariatus Apostolicus de Bulawayo, alterae vero Vicariatus Apostolicus Arcis Victoriae. Harum autem Ecclesiarum Episcopi In iis urbibus domicilium habebunt a quibus Ipsae nomen capiunt; cathedram vero in eo templo collocabunt quod princeps hucusque in unoquoque vicariatu Apostolico est habitum. Censemus insuper ut Apostolicae Praefecturae quorum sunt nomina populari lingua Umtali et Wankie, quamvis nondum evectae ad padum dioecesium, sed solummodo novae Sedi metropolitanae Salisburiensi aggregatae, quod ad conventus episcopales attinet, hanc Sedem adeant. Est Nobis praeterea voluntas ut omnes quas memoravimus Ecclesiae S. Congregationi Fidei Propagandae iurisdictioni obnoxiae esse pergant, sicut adhuc fuerunt; eorumque Ordinarii a sua cuiusque titulari Sede ad cathédrales Ecclesias transferantur, nunc constitutas, videlicet: ut venerabilis Frater Aston Chichester, S. L, ab Ecclesia titulo Ubazensl ad Sedem archiepiscopalem Sallsburicnsem; ut venerabilis Frater Adolfus Gregorius Schmitt, C. M. M., ab Ecclesia titulo Nasaitensl ad episcopalem Sedem Bulaualenscm; ut denique venerabilis Frater Alolsius Hacne, S. M. B., a sua Sede titulo Neptensi ad episcopalem Ecclesiam Guelensem transferatur. Ut par est, sive metropolitanae archidloectsl Salisburiensi, ad tantam dignitatem et honorem evectae, sive Sedibus Balauaiensi ct Guelensi, quas per has Litteras dioecesium honore condecoravimus, omnia lura et privilegia tribuimus quae sunt uniuscuiusque propria ex Iuris Canonici praescriptis. Earum vero Praemies iis omnibus fruenlur iuribus et privilegiis, iisque obligationibus tenebuntur, quae ceteris sacrorum Antiitltibus tum Metropolitis tum Episcopis concedi et imponi solent. Ad Archlepiscopum autem Sallsburicnsem quod attinet, facultatem facimus, sicut et ceteris eiusdem dignitatis Praesulibus, in suae dicionis finibus sive Crucem ante se ferendi dum sacri ritus peraguntur, sive pallio uti In caeremoniis celebrandis, postquam tamen illud in pu-
fi Nico Consistorio postulaverit et obtinuerit. /

Cerabunt venerabiles Fratres, cui Ecclesiae contigerunt gubernandae, quas modo condidimus, ut unaquaeque earam ad normas Iuris luxtaque latas a S. Congregatione Fidei Propagandae leges, seminarium saltem elementarium habeat, quo bonae spei pueri ad sacerdotii munus benigne a Deo vocati, recte educentur. Unde, cum in Bulauaiensi dioecesi nullum exstet, volumus ut quam primum ibidem condatur; quod in Guelensi Iam est, reficiatur idemque, si opus fuerit, augeatur; quod vero archidioccesls Salisburiensis habet, eo utantur Episcopi totius Provinciae Rhodesiae Meridionalis suarum dioecesium pueris natu maioribus excipiendis, iisque philosophia atque theologia sane imbuendis. Mensas episcopales ea bona constituent, quae iisdem Vicariatibus Apostolicls erant, ex quibus novae Sedes originem ducunt; sive pecunia quam S. Congregatio de Propaganda Fide mittere solet; sive stipes oblata a fidelibus Christianis sive Curiarum emolumenta. Tum in archidioecesi Salisburiensi, cum in duobus noris dioecesibus, promovendo Dei cultui itemque iuvando Praesuli ln suis maioribus negotiis obeundis, Canonicorum Collegium condatur: quod si fieri statim nequeat, concedimus ut eorum loco Consultores dioecesani, qui dicuntur, eligantur, qui statim a suo munere cessabunt ac Canonid creati fuerint. Quas normas vel iussa Codex luris Canonici habet de Vicarii Capitularis electione. Sede vacante, vel dc cleri ct populi iuribus et obligationibus, vel denique de regimine ct administratione cuiuscumquc Ecclesiae per orbem eadem volumus omnino servari etiam ad novas Ecclesias quod attinet.

Harum vero Litterarum praescripta et decreta exse-Sucnda curabit venerabilis Frater Caelestinus losephus ▸ amiano, quem memoravimus, vel ille qui eo tempore quo res ad effectum deducenda erit, eidem Delegationi in Africa Meridionali praeerit. Cui vero contigerit negotium perficiendum, ei omnes potestates facimus quae sint ad idem persolvendum necessariae, quas poterit etiam subdelegare cuilibet viro dummodo in ecclesiastica dignitate conAituto. Idem venerabilis Frater documenta exaranda curabit, caque sinceris exemplis ad S. Congregationem Fidei Propagandae quam primum mittenda.

Has vero Litteras nunc et ln posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque Igitur vim suam obtincant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria, praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac/ Nos ediximus, id prorsus 372
irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin Immo harum Litterarum exemplis ct locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti slrnulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die primo mensis lanuarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto. Pontificatus Nostri sexto decimo.—Cel sus Card. Costantini, S. *R. E. Cancellarius.* Petrus Card. Fumasont Biondi, *Sacrae Congr. Propaganda Fide Praelectus.* Hamlclus Tondini, *Apostolicam Concellariam Regens.* Bernardus de Felicis, *Proton. Apost.* Albertus Scrafini, *Proton. Apost.*

2470

1955 IAN 3.-SC S. OFFICII, DECR. AAS 47 (1955) 46

Proscriptio libri a marc oraison conscripti

Feria IV. die 18 *Martii* 1953

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis S. Officii, Emi ac Revnii DD. Cardinales rebus fidei el morum tutandis praepositi, prachabito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui Inscribitur

Marc Oraison. Docteur en Théologie, Docteur en Medicine, *Vie chrétienne et problèmes de la sexualité,* P. Lcthicllcux, Paris, 1952.

Et feria IV. die 3 Aprilis 1953, Ssihus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XII, in audientia Ertio ac Revrfio D. Cardinali Pro-Secretario Sancti Officii concessa, relatam Sibi Eihorum Patrum resolutionem adprobavit ct confirmavit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 3 ianua ril 1955.—Marius Crovlni, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

Adn. R CARPENTIER in NrT 87 (1955) 197-lW.

2471

1955 IAN 3.-SC STUDIORUM, DECRETUM. PART.*

Facultas theologica o. f. m. conv. in urbe in posterum APPELLANDA EST: «PONTIFICIA FACULTAS THEOLOGICA SANCTI BONAVENTURAE

Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, attenta instantissima postulatione Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, Magni Cancellarii, cum plane noverit eiusdem Ordinis Theologicum Collegium a Sisto V Pont. Max. an. D. MDLXXXVII conditum α Sancto Bonaventura Ecclesiae Doctore nuncupatum esse, hodieque Theologicam Facultatem Inde ortam Seruphicum Doctorem sibi coelestem Patronum Protectoremque vindicare sigilloque suo profiteri, quo intimius in dies huius sancti Theologi doctrina colatur atque provehatur. In Dei gloriam Catholicaeque Ecclesiae decus pro munere declarat atque statuit Facultatem Theologicam Fratrum Minorum Conventualium in Urbe. Pontificiam Facultatem Theologicam «Sancti Bonaventurae* In posterum appellandam esse, ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae ex aedibus S. Callisti, d. III m. ianuarii a. D. MCMLV.—J. Card. Pizzardo, *Praef.* **C. Confalonieri,** *a Secretis.*

• Prot. N. 54.55: COFMCcav 53 (1958) 112-113.

2172

1955 IAN 15.-SC RITUUM, DECR. AAS 47 (1955) 48

DE INSTAURATAE VIGILIAE PASCHALIS FACULTATIVA CELEBRATIONE ULTERIUS PROROGANDA

Instauratae Vigiliae Paschalis celebratio, de locorum Ordinariorum îudIdo facultative exsequenda, iam per decretum diei 12 [11| Ianuarii anni 1952 [LE 2260] per triennium concessa, attentis peculiaribus rerum adiunctls, de mandato Sanctissimi D. N. Pii Papae XII ulterius ad alium annum prorogatur. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Die 15 Ianuarii 1955.—C. Card. Cicognani, *Praef.* A. Carinci, Archiep. Seleucien., *Secr.*

Adn. EL 39 0955) 53.

2473

1955 IAN 23.-SC CONS., DECR. AAS 47 (1955) 461

Decretum de conventu episcoporum seu «conference CATHOLIQUE CANADIENNE», CUIUS STATUTA AD NUTUM S. SEDIS ADPROBANTUR

Qua benevolentia Canadensem Ditionem Apostolica Sedes usque prosequi consuevit, quaque sollecitudine spiritualia Christi fidelium emolumenta promovere, libenti equidem animo Normas ad Episcoporum Conventum seu «Conférence Catholique Canadienne» recte moderandum ab universae Ditionis Sacrorum Antistitibus statutas, die 4 Iulii 1948 recognoscere et «ad quinquennium» adprobare decrevit

Quo elapso temporis spatio, Eihi ac Revrhi PP. DD. Iacobus Carolus S. R. E. Cardinalis McGuigan, Archiepiscopus Toronlinus, et Paulus Aemilius S. R. E. Cardinalis Léger, Archiepiscopus Marianopolitanus, cctcrique Exmi Ditionis Canadensis Archiepiscopi et Episcopi humiliter expostulaverunt ut Nonnas de praefati Conventus regimine, prout infra edicuntur, Apostolica Sedes iterum adprobare dignaretur.

Omissis

Porro Ssiijus Dominus Noster Plus, Divina Providentia PP. XII, ratus ex unitis Pastoribus viribus uberiores pietatis ac religionis fructus in animarum commodum iugiter posse colligi, porrectis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter Idem Ssihus Dominus Noster, praehabito favorabili voto Excihi P. D. loannls Panico, Archiepiscopi titularis lustinlanensis et in Ditione Canadensi Delegati Apostollci, de consilio infrascripli Cardinalis Sacrae Congregationis Conslstorialis Secretarii, Normas de Conventus Episcoporum In Ditione Canadensi regimine, quae supra referuntur, ad nutum Sanctae Sedis adprobare dignatus est.

Datum Romae, ex .Aedibus S. C. Conslstorialis, die 23 Ianuarii 1955.—Fr. A. I. Card. Piazza, Ep. Sabinen, tt Mandelen., *a Secretis,* losephus Ferretto, *Adsessor,*

2474

1955 FEB l.-PIUS XII, CHIROGR. AAS 47 (1955) 5943

Ch IROGRAPHUS DE ORDINE SUPREMO MILITARI HIEROSOLYMITANO MELITENSI

PIUS PP. XII

Nclla sua non dl rado gloriosa storia il Sovrano MiliUre Online Gcrosolimitano dl Malta si è trovato, come è proprio dl tutte le Istituzioni uinane, in gravi difflcoltà estera* ed interne. I Nostri Prodecessori sono ripetute volte latervenutl per sostenere con patema mano la Istltmloae, affinchè potesse spedltamente superare I puntl più ispn dei suo cammlno.

Nol stessi, a rlchiesta dcll Ordine, col Nostro Chlrograto del 10 dicembre 1951 costltuimmo un Tribunale Cardinalizio incaricalo di determinare la natura della qualité di Ordine sovrano e dl Ordine religioso e dl risolvere le ‹ree-stloni connesse e, dopo chc il medcslmo Tribunale ebbt Çronunziato le sue sentenze, era comune speranza cbe b stituzionc potesse sollecitamente entrare in una noon fase di fiorente sviluppo.

Se non chc i pass! pur Intrapresi dal! Ordine perusdre dal présenté stato di cosc hanno incontrato difflcolü, per cui essi non hanno ancora potuto produire gli effettl désiderail. Anche la revisione delle Costituzioni, che l'Ordine considera come una importante premessa dl noon vita, ed alla cui preparazione attende da tempo, è ancora nella fase di studio.

Alio scopo dl dare valido impulso ai generosi inlendimenti di quanti sono solleciti dell'awenire dellOrdise stesso, siamo venuti nella risoluzione di affidare ad ou apposita Commissione, che sarà formata daçll stessi Signori Cardinali che già composera il Tribunale su menzionato, nonchè dal Signor Cardinale Valerio Valeri come Prefetto della Sacra Congregazione dei Religiosi, l'esame delle proposte per la revisione delle Costituzioni e lo studio, la determinazione c l'applicazione dei prowedimenti e dei mezzi atti a favorire ll ritomo dcllOrdine alla normalité ed a promuovere in esso una nuova fioriture di vita spirituale. Tale Commissione sarà pertanto costlluila dai Signori Cardinali Eugenio Tisserant, Clemente Mirera. Giuseppe Pizzardo, Benedetto Aloisi / Masella, Valerio H Valeri e Nicola Canali. Segretario ne sarà Monsignor Giovanni Battista Scapinclli dl Léguigno.

Tutto ciô abbiamo stabilito e stabillamo, nonosUnte qualsiasi cosa in contrario, anche se degna dl speciale menzione.

Dato dal Nostra Palazzo .Apostolico Vaticano, Il I.Mebraio 1955.—Pius Pp. XII.

2475

1955 FEB 2.-SC S. OFFICII, DECR. AAS 47 (1955) 83

Proscriptio libri a josef thomé conscripti

Ferla IV, die 26 *Januarii* 1955

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationi* S. Officii Eihi ac Revmi DD. Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem' librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur.

Josef Thomé, *Der Mündige Christ,* Kathoüsche Klrtbc auf dem Wege der Reifung, Frankfurt am Main, VerUz Josef Knecht, 1949.

Et sabbato, dic 29 Januarii 1955, Ssrhus D. N. Pius Divina Providentia Pp. XII, relatam Sibi Elborum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 2 Februarii 1955.—Marius Crovini, *Supr. S, Congr. S, S. Offidi Notarius.*

Ccm porro huiusmodi experimentum optimum universe hboerit successum, prout Ordinarii quamplurcs Sanctae Sedi retulerunt, cumque iidem Ordinarii petitiones Iterare *am* omiserint, poscentes, ut sicut pro vigilia paschali, ita etiam pro aliis sanctae hebdomadae diebus similis fieret liturgica instauratio, sacris functionibus ad horas vespertisaa restitutis, attento denique quod Missae vespertinae,
14 Constitutionem / apostolicam «Christus Dominus» dici 6 hnaaril anni 1953 [LE 2330] praevisae, freq-ucntlorc sdrtante populo ubicumque celebrantur; his omnibus praeoculis habitis, Ssmus D. N. Pius Papa XII mandavit ut Commissio instaurandae liturgiae, ab eodem Ssiho Domino ttottltuta, quaestionem hanc de Ordine hebdomadae sanctae instaurando examinaret ct conclusionem proponeret. Qua obtenta, eadem Sanctitas Sua decrevit ut, pro rei çravitate, tota quaestio peculiari examini subiccrctur Emittntissimorum Patrum Sacrae Rituum Congregationis.

Eminentissiml autem Patres, in Congregatione cxlraor-«tnarb diei 19 iulii currentis anni, ad aedes Vaticanas coadunati, re mature perpensa, unanimi suffragio Ordinem hebdomadae sanctae instauratum approbandum et praescribendum censucrunt, sl Ssmo Domino placuerit.

Quibus omnibus Ssiîio Domino Nostro ab infrascripto Cardinali Praefecto per singula relatis, Sanctitas Sua ea, quae iidem Eminentissiml Cardinales deliberaverant, approbare dignata est.

Quapropter, de speciali mandato eiusdem Ssmi D. N. Pii divina Providentia Papae XII, Sacra Rituum Congregatio ea (piae sequuntur statuit:

I—Instauratus Ordo hebdomadae sanctae praescribitur

1. Qui ritum romanum sequuntur, in posterum servare tenentur Ordinem hebdomadae sanctae instauratum, in editione typica Vaticana descriptum. Qui alios ritus latinos sequuntur, tenentur tantummodo servare tempus celebrationum liturgicarum in novo Ordine statutum.

2. Novus hic Ordo servari debet a die 25 Martii, dominica II Passionis seu in palmis, anni 1956.

3. Per totam hebdomadam sanctam nulla admittitur commemoratio, ct in Missa prohibentur quoque collectae, quolibet titule imperatae.

II—Dc hora competenti qua sacra Liturgia hebdomadae sanctae celebranda est

De officio divino

4. Dominica II Passionis seu in palmis, feria II, III et IV hebdomadae sanctae, officium divinum horis consuetis persolvitur.

5. In triduo sacro, Id est: feria V in Cena Domini» feria VI in Passione et Morte Domini, et sabbato sancto, si officium peragatur *in choro,* vel *in conununi,* haec serventur:

Matutinum et Laudes non anticipantur de sero, sed dicuntur mane, hora competenti. In ecclesiis tamen, ubi feria V in Cena Domini Missa / chrismatis mane celebretur, 841
Matutinum et Laudes eiusdem feriae V anticipari possunt de sero.

Horae minores dicuntur hora competenti.

Vesperae feria V et VI omittuntur, cum earum locum teneant functiones liturgicac principales horum dierum. Sabbato sancto vero dicuntur post meridiem, hora consueta.

Completorium feria V et VI dicitur post functiones liturgicas vespertinas; sabbato sancto omittitur.

In privata recitatione, his tribus diebus, omnes horae canonicae dici debent, iuxta rubricas.

De Missa vel actione liturgica principali

6. Dominica II Passionis solemnis benedictio et processio ramorum fiunt mane, hora consueta; In choro autem post Tertiam.

7. Feria V In Cena Domini, Missa chrismatis celebratur post Tertiam. Missa autem in Cena Domini celebranda est vespere, hora magis opportuna, non autem ante horam quintam post meridiem, nec post horam octavam.

8. Feria VI in Passione ct Morte Domini solemnis actio liturgica celebratur horis postmeridianis, et quidem circa horam tertiam; si vero ratio pastoralis id suadeat, licet tardiorem seligere horam, non autem ultra horam sextam.

9. Solemnis paschalis vigilia celebranda est hora competenti, ea scilicet, quae permittat Missam solemnem eiusdem vigiliae incipere circa mediam noctem inter sabbatum sanctum ct dominicam Resurrectionis.

Ubi tamen, ponderatis fidelium et locorum condicionibus. de iudicio Ordinarii loci, horam celebrandae vigiliae anticipari conveniat, haec non inchoetur ante dici crepusculum, aut certe non ante solis occasum.

ΓΠ—Dc abstinenda et ieiunio quadragesimal! ad mediam noctem sabbati sancd protrahendis

10. Abstinentia et ieiunium tempore quadragesimae praescriptum, quod hucusque, iuxta can. 1252 f 4. sabbato sancto cessabat post meridiem, in posterum cessabit media nocte eiusdem sabbati sancti.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Die 16 Novembris anni 1955.—C. Card. Cicognani, *Praef.* A. Carinci, Archiep. Selcuc,, *a Secretis.*

Adn. F. ANTONELLI in EL 70 (1956) 15-19; C. BRAGA in ME 81 (1956) 383-409; A BUGNÎN1 - C. BRAGA m EL 70 (1556) 81-228; A. BUGNINI in EL 70 (1956) 414-429; A. M FRANQUESA in REDC 1 11956) 105-131: L. RENWART in NrT 88 (1956) 303-310; P. TOCANEL (a ApoU. 23 (1955) 253-257.

2527

1955 NOV 16.-SC RITUUM, INSTR. AAS 47 (1955) 842-847

Instructio de ordine hebdomadae sanctae instaurato **RITE PERAGENDO**

Cum propositum instaurati Ordinis hebdomadae sanctae eo spectet, ut veneranda llturgia horum dierum, horis propriis slmulque opportunis restituta, a fidelibus facilius, devotius ac fructuosius frequentari possit, permagni interest, ut idem salutare propositum ad optatum exitum deducatur.

Propterea Sacrae huic Rituum Congregationi opnortunum visum est, generali decreto de instaurato Ordine hebdomadae sanctae *Instructionem* addere, qua et transitus ad novum ordinem facilior reddatur, et fideles ad uberiores fructus ex viva participatione sacrarum caerimoniarum percipiendos securius ducantur.

Omnibus itaque quorum Interest huius *Instructionis* cognitio et observantia Iniungltur.

I—Dc praeparatione pastorali ct rituali

1. Locorum Ordinarii sedulo provideant, ut sacerdotes, praesertim qui curam animarum gerunt, bene sint edocti, non solum de rituali celebratione Instaurati Ordinis hebdomadae sanctae, verum etiam de cius liturgico sensu ac pastorali proposito.

Curent praeterea ut etiam fideles, sacro quadragesimali tempore, aptius instruantur ad instauratum hebdomadae sanctae Ordinem rite intelligcndum, ita ut eiusdem celebrationis mente ct animo participes fiant.

2. Praecipua autem capita instructionis populo Christiano tradendae hacc sunt:

a) *Pro dominica II Passionis, guae dn palmis* oocalur*

Invitentur fideles ut frequentlores ad sokmnem processionem palmarum conveniant, Christo Regi publicum testimonium amoris et gratitudlnls reddituri.

Moneantur porro fideles ut tempestive, currente sancta hebdomada, ad sacramentum paenitentiae accedant; quae quidem monitio illis praesertim urgenda est, ubi consuetudo Invaluit ut fideles vespere sabbati sancti ct mane dominicae Resurrectionis quasi catervatim ad sacrum tribunal conveniant. Studeant igitur animarum curatores ut per totam / sanctam hebdomadam, praesertim vero sacro triduo, fidelibus facilis occasio praebeatur ad sacramentum paenitentiae occedendi.

b) *Pro feria* V *in Cena Domini*

Erudiantur fideles de amore quo Christus Dominus, «pridie quam pateretur», sacrosanctam Instituit Eucharistiam, sacrificium ct sacramentum, Passionis suae memoriale perpetuum, sacerdotum ministerio perenniter celebrandum.

Invitentur quoque fideles, ut post Missam in Cena Domini, debitam augustissimo Sacramento adorationem reddant.

Ubl demum pedum lotio, ad mandatum Domini de amore fraterno demostrandum, secundum Ordinis instaurati rubricas in ecclesia peragitur, edoceantur fideles dc profunda huius sacri ritus significatione, ac dc opportunitate ut Ipsi hoc die Christianae caritatis operibus abundent.

c) Pro *pria VI in Passione el Morte Damini*

Disponantur fideles ad rectam intciligcntkim singularis •icUonit liturgieae huius did. In qua. post Lectiones sacras et preces. Passio Domini nostri solemniter decantatur, finitiones pro totius Ecclesiae et Reneris humani necessitatibus offeruntur, deinde u familia Christiana, clero ct populo, ranci a Crux, nostrae redemptionis trophneum, dcvotisUme adoratur; postremo, Iuxta instaurati Ordinis rubrieas et sicut mos fuit per multa saecula, omnes oui M cupiunt et rite parati sunt, ad sacram quoque communionem accedere possunt, ca potissimum mente, ut conwj Domini, pro omnibus hoc die traditum, devote sumtnla uberiores redemptionis fructus percipiant.

Instent porro sacerdotes ut fideles hoc sacratissimo die piam servent mentis recollectionem, nec legem obliviscantur abstinentiae et ieiunii.

d) *Pro sabbato sancto et vigilia paschali*

Oportet in primis, ul fideles de peculiari natura liter· gica sabbati sancti diligenter edoceantur. Est autem dies summi luctus, quo Ecclesia ad sepulcrum Domini Immoratur, passionem eius et mortem meditando; a wcrilldo Missae, sacra mensa denudata, abstinendo; usque dum. post solcmnem vigiliam seu nocturnam Resurrectionis exspectationem, locus detur gaudiis paschalibus, quorum abundantia in sequentes dies exundat.

Huius vero vigiliae propositum et finis in eo est, ut Uturgica actione demonstretur el recolatur, quomodo ex morte Domini nostra promanave/rit vita, et gratia, llaque Ut sub cerei paschali signo ipse Dominus «lux mundi»l proponitur, qui peccatorum nostrorum tenebras, gratia stut lucis, profligavit; paschale praeconium profertur, quo splendor sanctae noctis ResurrectIonis decantatur, memorantur Del magnalia in antiquo foedere peracta, mirabilium Novi Testamenti pallentes imagines; aqua baptismatis benedicitur, in qua, «consepulti cum Christo» in mortem peccati, cum eodem Christo resurgimus, nt «ia novitate vitae ambulemus» *; hanc denique gratiam, quam Christus nobis promeruit et in baptismate contulit, renovatis eiusdem baptismatis promissionibus, vita moribusque coram omnibus testificari pollicemur; postremo, implorato triumphantis Ecclesiae Interventu, sacra vigilia solemnl Resurrectionis Missa terminatur.

3. Ncc minus necessaria est praeparatio ritualis sacrarum caerimoniarum hebdomadae sanctae.

Quapropter ea omnia, quae ad piam ac decoram celebrationem lilurgicam huius sanctissimae hebdomadae occurrunt, sollicite paranda et ordinanda sunt; sacri oraeterca ministri ceterique ministrantes, sive clerici sive laid, potissimum sl pueri sint, lis quae ab ipsis peragenda erunt, sedulo instituantur.

II—Adnorationes ad quasdam rubricas Ordinis hebdomadae sanctae

a) *Pro universa hebdomada sancta*

4. Ubl copia habeatur sacrorum ministrorum, sacrae functiones hcDdomadae sanctae cum omni splendore sacrorum rituum peragantur. Ubi vero sacri ministri desint, adhibeatur ritus simplex, servatis rubricis peculiaribus, ut suis locis notatur.

5. In Ordine hebdomadae sanctae instaurato, quotiescumque dicitur, «ut in Breviario romano», omnia desumenda sunt ex praedicto libro liturgico, servatis autem nonnis, per decretum generale S. Rituum Congregationis •Dc rubricis ad simpliciorem formam redigendis», diei 23 Martii anni 1955 [LE 2492], statutis.

6. Per totam hebdomadam sanctam, id est a dominica II Passionis seu in palmis usque ad Missam vigiliae paschalis inclusive, in Missa (et icria VI in solemnl actione llturglca), si solemniter celebratur, scilicet cum ministris sacris, ca omnia, quae diaconus vel subdlaconus aut lector, vl proprii officii cantant vel legunt, a celebrante omittuntur. /

b) *Pro dominica II Passionis seu in palmis*

7. In benedictione et processione adhibeantur rami palmarum scu olivarum, vel aliarum arborum. Hi rami, secundum locorum varios usus, vel ab ipsis fidelibus parantur et in ecclesiam afferuntur; vel, benedictione peracta. fidelibus distribuuntur.

c) *Pro feria V in Cena Domini*

8. Pro solemn! Sacramenti repositione paretur locus aptus in aliquo sacello vel altari ecclesiae, sicut in Missall romano praescribitur, ct decenter quoad fieri potest» ornetur velis ct luminaribus.

0. Servatis Sacrae Rituum Congregationis deovllc d* vttandi* vel tollendis abusibus in hoc loco parando plane commendatur severitas quae Uturglae horum dicram con-

N VIIIL·

• Io*m. S, 13. · 6, 4.

10.Parochi vel ecclesiarum rectores tempestive inornat fideles de publica adoratione sanctissimae Eucharislhe.lnde ab expicta Missa In Cena Domini Instituenda, d protrahenda saltem usque ad mediam noctem, quando sdliat llturgicae recordationi institutionis sanctissimae Escharisliae succedit memoria passionis ct mortis Do-

d| Pro *vigilia paschali*

11.Nihil impedit quominus signa, In cereo paschali i celebrante stilo Incidenda, coloribus vel alio modo antea praeparentur.

II Convenit, ut candelae, quas clerus et populus gelUni, accensae maneant, dum praeconium paschale canitir.ddum renovatio promissionum baptismatis peragitur·

13. Vas aquae benedicendae convenienter ornari decet·

U. Sl aderunt baptizandi, praesertim sl plures sint, pnaitlilur caerimonias Ritualis romani, quae ipsam baptisai collationem praecedunt, Id est, in baptismate intalioni usque ad verba «Credis in Deum»', et in baptisante adultorum usque ad verba «Quis vocaris?»4, eodem nise, tempore opportuno, praemittere.

15. Si contingat in hac solemn! vigilia sacras quoque Ordinationes conferri. Pontifex ultimam admonitionem trem impositione sic dicti «pensi»), quae iuxta Pontificale u ronuaum post benedictionem pontifi/calem ct ante ulti-' Him Evangelium locum habet, hac nocte eidem benedictioni pontificali praemittat.

VI In vigilia Pentecostes, omissis Lectionibus seu Prophetiis, et aquae baptismatis benedictione ac litaniis, Missa, etiam conventualis, vel solemnis aut cantata, indpilur more solito, facta ad gradus altaris confessione, ab introitu «Cum sanctificâtus fuero» ut in Missall ronino ibidem pro Missis privatis ponitur.

HI-De Missa, sacra communione er ieiunio eucharistico in triduo sacro

17.Feria V in Cena Domini, antiquissima romanae Eedestae servanda est traditio, qua, privatarum Missarum celebratione interdicta, omnes sacerdotes oinnesque clerici, «eris in Cena Domini intersint, quos expedit ad sacram censam accedere *.

Ubl vero ratio pastoralis id postulet, loci Ordinarius mm alteramve Missam lectam in singulis ecclesiis vel oratoriis publicis permittere poterit; in oratoriis autem rapobllcls unam tantum Missam lectam; ea quidem de ossa, ut omnes fideles hoc sacro die Missae sacrificio hterase et corpus Christi sumere possint. Hae autem Missae Inter easdem diei horas permittuntur, quae pro Missa solemnl in Cena Domini assignatae sunt e.

18.Eadem ferla V in Cena Domini, sacra communio 6Idibus distribui potest tantummodo inter Missas vepertinas, vel continuo ac statim ab iis expletis; item sabkito sancto dari potest tantummodo inter Missarum sojanii, vel continuo ac statim ab iis expictis; exceptis pfinnls in periculo mortis constitutis.

19.Feria VI In Passione et Morte Domini, sacra comM21O distribui potest unice Inter solemnem actionem 11terpeam postmeridianam, exceptis item infirmis in periculo mortis constitutis.

3). Sacerdotes, qui Missam solemnem vigiliae paschalis hora propria celebrant. Id est post mediam noctem ç ih Intercedit inter sabbatum et dominicam, possunt ipso dominico dic Resurrectionis Missam festivam ccletare, atque etiam, si indultum habeatur, bis aut ter.

21. Locorum Ordinarii, oui feria V In Cena Domini, MJisam chrismatis mane celebraverint, possunt vespere M.ium quoque solemnem in Cena Domini litare; verum k? ubtnto sancto, sl vigiliam solemnem paschalem ce/lebrare Ktotrfnt, possunt, sed non tenentur, Missam solemnem ipw die dominicae Resurrectionis litare.

22. Quoad leiunlum eucharisticum serventur normae is CottJtitutione apostolica «Christus Dominus» et in adnexa «Instructione» Supremae S. Congregationis S. Officii, <fid« Ianuarii anni 1953 [LE 2330 et 2331), traditae.

IV-De quibusdam difficultatibus componendis

23. Cum pro diversitate locorum ct gentium plures inserentur populares consuetudines, hebdomadae san-

■JNMrwMw, tiC.II, cjp. II. n. 17. · ***RUvaU Romanam,*** tit II, IV, a. · Cfr. Cin. 862. · ***Decretam,*** 11, 7.

ctac celebrationi connexae, studeant locorum Ordinarii et sacerdotes curam animarum gerentes, ut consuetudines huiusmodi, quae solidam pietatem fovere videantur, cum instaurato Ordine hebdomadae sanctae prudenter componantur. Edoceantur porro fideles de summo valore sacrae Uturglae, quae semper, ct his praesertim diebus, ceteras devotionis species et consuetudines, quamvis optimas, natura sua longe praecellit.

24.Ubi mos hucusque viguit domos benedicendi ipso sabbati sancti die, locorum Ordinarii congruas edant dispositiones, ut haec benedictio opportuniore tempore» ante vel post Paschatis festum, a parochis, vel ab aliis sacerdotibus animarum curam gerentibus ab ipsis delegatis, peragatur, qui, hanc nacti occasionem, fideles sibi commissos paterne invisent, ac de eorum statu spirituali certiores se reddant 7.

25.Campanarum pulsatio, in Missa vigiliae paschalis, ad initium hymni Gloria in excélsis praescripta, hoc modo flat:

a) In locis, in quibus una tantum habetur ecclesia, campanae pulsentur hora, qua dicti hymni incipit cantus.

b) In locis autem, ubi plures ecclesiae exstant, sive in omnibus eodem tempore sacrae caerimoniae peragantur, sive tempore diverso, campanae omnium ecclesiarum eiusdem loci pulsentur una cum campanis ecclesiae cathedralis, vel matricis aut principalis. In dubio quaenam ecclesia in loco sit matrix aut principalis, adeatur Ordinarius loci.

Die 16 Novembris anni 1955.—C. Card. Cicognani, *Prae].* A. Carinci, Archiep. Seleuc., *a Secr.*

1 Can-162, n. 6.

Adn. vide supra sub die 16 Nov. 1S55. LE positas.

2528

1955 NOV 19.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.·

Responsa ad proposita dubia circa interpretationem **DECRETI D. 23 MARTII 1955 «DE RUBRICIS AD SIMPLICIOREM FORMAM REDIGENDIS»** (LE 2492]

1—De commemorationibus faciendis in festis secundae classis.
2—De sensu verborum •praeler et post commemorationes sub n. 2 recensitas» Decreti Generalis

1.Utrum in festis II classis praeter commemorationem Dominicae occurrentis fieri debeat et commemoratio dc festo ritus duplicis item occurrentis? — R. *Negative.*

2.Cum Inter auctores redacloresquc Kalcndariorum multum disceptetur de interpretatione verborum «praeter et post commemorationes sub n. 2 recensitas», sub initio totius n. 4, tit. III *Decreti Generalis Rubricarum simpli/icandarum* diei 23 mnrtii 1955 [LE 2492) positorum, ct praesertim de eorum vi seu influxu in paragraphum *b),* quaeritur: Utrum in festis II classis et In Dominicis quae non sunt I Classis una tantum admittatur commemoratio *'praeter* et post commemorationes sub n. 2 recensitas», si forte occurrant vel concurrant? z\.n potius in dictis festis ct Dominicis una tantum admittatur commemoratio *absolute,* id est nulla alia, si inm facienda sit una cx illis quae sub n. 2 recensentur?

R. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

• Ordinario Ruthononsi: EL 70 (1S56) 412 in nota 3.

2529

1955 NOV 23.-SC CONCILII, INDULTUM. PART.·

Facultas datur dispensandi a lege abstinentiae **FERIIS SEXTIS ET IN PERVIGILIIS NAVIGANTES KT MARITIMOS, ITINERE PER MARE PERDURANTE, IN NAVIBUS ITALICIS**

Sacra Congregatio Concilii, per Rescriptum diei 23 novembris 1955 <n. 10022 D) ad triennium valiturum, navigantes ct maritimos in navibus ditionis Italicae versantes, a lege abstinentiae feriis sextis el in pervigiliis, itinere maritimo perdurante, dispensavit.

• Ordinarii· locorum. Prot. N. 1X22 D tuxU summAriumtradixm a ME 93 (1953) 436 in noU 23. Ada. I. FERRETTO ia ME S3 (1M6) 435-437.

2530

1955 NOV 25.-SC RELIGIOSORUM, INDÜLT. PART.·

Facultas datur adscribendi tertio ordini franci-
SCANO SODALES AD ALIOS TERTIOS ORDINES PERTINENTES

Preces—*Beatissimo Padre,* Il Ministro Generale del-1'Ordine dei Frati Minori, prostrato al bacio del S. Picde, implora umilmente la facollà di permettere alie persone appartenenti già ad altri Terzi Ordini, di ascrivcrsi anche ai TerzOrdine Francescano per soddisfarc al desiderio di coloro che lo chiedono, nonostante il disposto dei Canone 705 dei C. J. C. Chc dclla grazia ecc...

Rescr.—Vigore facultatum a Ssmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis a Revmo Oratore, Eidem benigne facultatem tribuit iuxta preces, ad triennium, servatis ceteris servandis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 25 Novembris 1955.—J. B. Scapinelli, *Subsecrt.* H. Agostini, *Ad. a Studiis.*

• **Miriiîro Gccorali O. F. U, Fret. N. 7431/55; AOFM 74 0555) 291.**

2531

1955 NOV 25.-SC STUD., DECR. AAS 48 (1956) 637-638

Erigitur et iure gradus academicos conferendi
AUGETUR INSTITUTUM SOCIALIUS! SCIENTIARUM IN PHILOSOPHICA FACULTATE PONT. ATHENAEI ANGELICI IN URBE

Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, perpensis supplicibus litteris Magistri Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum, Magni Cancellarii, cum
63$ compererit Institutum Socialium / Scientiarum, quod a. D. MCMLi in Philosophica Facultate Pontificii in Urbe Athenaei quod «Angelicum» nuncupatur conditum est, socialibus doctrinis ad Catholicae Ecclesiae Magisterii montem provehendis non parum contulisse, laudatum Institutum Socialium Scientiarum *in perpetuum erigit eredumque declarat,* ipsique ius tribuit in posterum academicos Socialium Scientiarum gradus conferendi iis alumnis qui trienne studiorum curriculum rite compleverint, dummodo antea philosophico-theologica studia perfecerint quae can. C. I. C. 1365 praescribuntur, vel per unum saltem annum ln Philosophica Facultate eas disciplinas didicerint atque superatis examinibus absolverint quae tum socialium doctrinarum natura tum peculiaribus Statutis exiguntur, ceteris servatis quae et Apostolica Constitutione «Deus scientiarum Dominus» (LE 1030] adnexisque «Ordinationibus» JLE 1033] ct eiusdem Instituti approbatis Statutis praescribuntur; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, ex Aedibus Sancti Callisti, d. xxv m. Novembris, in Festo S. Catharinae Vlrg. et Mart., a. D. mcmlv. —I. Card. Pizzardo, Ep. Albanen., *Praef.* C. Confalonlcri, Archiep. Nlcopolilan., α *Secr.*

2532

1955 NOV 26.-SC RITUUM, DECRETUM. PART.·

AdPRODANTUR ALIQUAE MUTATIONES AD SIMPL1FICIUS REDIGENDAS RUBRICAS M1SSALIS AC BREVIARII RITUS AMBROSIAN1

Publici luris facto dic 23 martii huius anni Decreto Generali «De Rubricis ad simpliciorem formam redigendis» (LE 2192], Excthus ac Revihus D. loannes Baptista Mon-Unl. Archiep. Mediolanensis, sacerdotibus ritus ambrosiani curis pastoralibus multipliciter Intentis, cx animo consulere cupiens, nonnullas mutationes aliquarum Rubricarum tum Mhsalis cum potissimum Breviarii curavit, quas Sacrorum Rituum Congregationis iudicio reverenter sublcclt pro opportuna approbatione. Et Sacra eadem Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XII tributis, exhibitas mutationes Rubricarum Missalls ac Breviarii umbrosiani ritus. proutl in adlecto prostant exemplari, diligenti studio revisas el emendatas, probavit, et ab omnibus anibrositto ritu utentibus, adhibendas benigne concessit. Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Die 26 novembris 1955.—C. Card. Cicognani, *Praefutus.* A. Carinci, .Archiep. Seleucien., *a Secr.*

*** Ordinario Lfediolanensi, Prot. N. M. 11^955:** *EL* **70 (16ST S2-2S1 Adn. P. EORELLA in EL 70 (1658) 253.**

2533

1955 NOV 30.-SC RITUUM, DECRETUM. PART.·

Editio ordinis heddomad.ie sanctae instaurati approbatur et typica declaratur

Decreto generali S. Rituum Congrcgtlonis «Maxima rrdenptionis nostrae mysteria», diei 16 novembris anni 1955 [LE 2526), in locum Ordinis hebdomadae maioris, hucusque in Missoli H in Breviario romnno inserti. Ordo hebdomadae sanctae instauratus substituitur.

Hanc itaque Vaticanam editionem Ordinis hebdomadae sanctae instaurati, typicam esse declaramus, ab omnibus quibus spectat. In posterum unice adhibendam et ab editoribus, qui privilegium habent, accurate exscribendam.

Die 30 novembris anni 1955.—C. Card. Cicognani, **S. R. C** *Praei.* **A. Carinci, Archiep. Sclcuc., S. R. C.** *asecreili.*

♦ **EL 70 (1958) 81-82. Ada. A. BUGNINI - C.** BRAGa **in EL *0(1355)81**

2534

1955 DEC 6.-SC CONCILII, INDULTUM. PART.·

Facultas datur dispensandi a lege abstinentiae
VIATORES ET ITINERANTES, ET A LEGE ABSTINENTIAE ET IEUN11 IN DIEBUS A FIDELIBUS UTI FESTIS CELEBRATIS, IN NAVIBUS GERMANIAE

Pariter eadem Sacra Concilii Congregatio In commodam navigantium et maritimorum, versantium in navibus e portibus Germaniae proficiscentibus, adstante cappellano natione Germano, statuit valere, itinere maritimo perdurante, indultum ad triennium die 6 decembris 1955 (n. 10241) prorogatum (cfr. litteras eiusdem Sacrae Congregationis die 9 februarii 1957. n. 21145-D, datas) quo Ordinarii Germanici facultate pollent:

I) dispensandi a lege abstinentiae, excepta feria sexta Maioris Hcbdodae, viatores et itinérantes;

II) dispensandi super legem abstinentiae aut snper legem abstinentiae et leiunii illis diebus qui. quamvis non sint festi de praecepto, tamen a fidelibus pro foro uti festi celebrantur.

• Ordinalas OorrnanUe. Prot. N. 10244 iuxta summarium dirrz s ME 83 (1958) 438 ta nota 23.

2535

1955 DEC 7.-SC S. OFFICII, LITT. CIRC. PART.·

Suadentur ordinarii ne acceptent processus dissolutionis MATRIMONII CONTRACTI CUSI DISPENSATIONE AB IMPEDIMENTO DISPARITAT1S CULTUS UT PARS CATHOLICA NOVAS INEAT NUPTIAS CUM PARTE NON CATHOLICE BAPTIZATA

7 decembris 1955.

Haud raro antcactis temporibus variis cx regionibus huic Supremae Sacrae Congregationi missi sunt processus 3uibus dissolutio implorabatur matrimonii contracti cum Ispcnsatione ab impedimento «disparitatls cultus», sive ad novum matrimonium contrahendum, sive ad convalidandam unionem iam ln actu, cum parte item non baptizata aut acathollca baptizata, praevia nova dispensatione ab Impedimento «disparitatls cultus» vel «mixtae religionis»

Haec igitur Suprema Sacra Congregatio, ad sanctitatem ct indlssolubilitatcm matrimonii tuendam, atque ad normam canonum 1060, 1064 et 1071 Codicis Iuris Canonici, humaniter petit ut Excellentia Tua moneat Excellentissimos Ordinarios ab ista Delegatione Apostolica dependentes, qui caveant ne in futurum tales processus acceptent.

Etenim in casu gratia concederetur omnino extraordinaria pro qua Potestas Vicaria Summi Pontificis requiritur. idque aditum aperiret novis matrimoniis mixtis, quod Ecclesia severissime prohibet.

APc«tcbcU, Pict. N. 542,SS: A. AEATE. ta
Il Rûma 1985, P. 67-88. Ada.

253«

1955 DEC 8.-SC STUD., DECR. AAS 48 (1956) 638-640

h FtRPETVUM ERIGITUR ET IURE GRADUS ACADEMICOS CVSTEXENDI AUGETUR THEOLOGICA FACULTAS SUB TITULO «MARIANUM» IN URBE

Caelesti honorandae Reginae, Del hominumque Matri, Orto Servorum Beatae Mariae Virginis lotum se devotum wtoiU indeque a primordiis theologica studia cum aliis Meodtantium Ordinibus impensissime fovit, id praescrlin cupiens ut Christo Domino hominum mentes voluntUsque adducerentur per Mariam, Sapientiae Sedem AlELsque Redemptionis Sociam.

Quamobrem Romani Pontifices, saeculo xiv iabente, Orcini Senorum Mariae, cuius sacrarum disciplinarum ab exordiis sedulo impensum studium laudare ac augere nunçum destiterunt, facultatem academicos gradus propriis $*hlibos conferendi tribuerunt, quam, vertentibus saccu-
O lis, confirmatam amplificatamque voluerunt. Privilegium «in a Boni talio IX, a. D. mcccxcvih Priori Generali bstoti Ordinis impertitum, Innocentius Villa. D. mcdlravn, Clemens VIII n. D. mdciv, Paulus V a. D. mdcvt, Vibaoos VIII a. D. mdcxxxiii ac mdcxxxix, Alexander ixza VII a. D. mdclviii, non modo ratum habuerunt $td etiam ampliori iure auctum promulgaverunt. Anno Uadem mdclxvi, die xxvi mensis Februarii, Sacra Conceptio Episconorum ct Regularium negotiis praeposita Collegium ab Henrico Gandavensi nuncupatum apud Conventum Sancti Marcelli in Urbe et in perpetuum erexit et facultate cumulavit Sacrae Theologiae academecw gradus Collegii alumnis conferendi; culus Collegii «Statuta» Clemens IX, die xxi m. Aprilis a. D. mdclxix, p?r Bullam «Militantis Ecclesiae» apostolica auctoritate ssniviL

Romanum Collegium «Henrici Gandavensis», postquam dû) saecula floruit, anno mdcccIxx luctuose eversum est. Mjx tamen, anno D. mdcccxcv, restitutum est, titulo assumpto «Sancti Alexii Falconerii», atque a D. mcmxxvui innovas aptiores aedes translatum, ad amoenum declivem erilem laniculensem a fundamentis excitatas. Quae nova H&i crescentis in dies industrii studii, quo sacrae disclexcoluntur ad perennis Veritatis incrementum, perspicua haud intcriecta mora testimonia dedit: ampla aim Bibliotheca theologicorum operum aucta est, praesertim ad Mariologiam spectantium, cui immo Augustus Pontifex Pius XII fel. regn. ditissimam «Marialem librora Collectionem» quae per quinquaginta circiter annos b aedibus Sancti Apollinaris asservabatur addere dignatis esb ab anno autem mcmxxxix Ephemerides quibus titulas «Marianum» a Magistris laudati Collegii edi coeptae sint, magna eruditione de Deiparae privilegiis in primis disserentes.

Cum interea theologicae scholae Collegii «S. Alexii Falceeenl» ad normas Constitutionis •*Deus scientiarum Donimw»* [LE 1030] aptatae integre sint, perspecta indefessa open ab universo Patrum Servorum Mariae Ordine et figaanter a memorato Collegio mariologicts provehendis studiis egregie collata, idem Summus Pontifex Pius Div. Prov. Papa XII, per litteras Sacrae huius Congrega-Iknls, die xxx m. Novembris anni S. lubilaei datas, scholis Collegii «Sancti Alexii Falconerii» ad Facultatis Theok<Icae dignitatem pro alumnis totius Ordinis Fratrum Sevorum Mariae, benigne evehere dignatus est.

Postquam autem praescriptum quinque annorum experimentum feliciter cessit, eadem Sacra Congregatio de Sc-Efcarils ct studiorum Universitatibus, auctoritate a Ssmo D. N. Pio Div. Prov. I*p. XII sibi concredita, in Dei
IO gferbm animarumque salutem, ad mariologica studia/ cberins impellenda, ad normam can. 1376 C. I. C. *in perpetuum erigit Facultatem Theologicam in Vrbe sub tîîsJa 'Marianum·,* ipsique lus tribuit decernendi acadeE3CW gradus baccalaureatus, licentiae, laureaeque doctoralh sodalibus Ordinis Fratrum Servorum B. M. V. qui ia ipsa studia perfecerint ad Apostolicae Constitutionis ccrmam; cuius insuper Statuta, ad eandem Constitutionem Apostolicam «Deus scientiarum Dominus» (LE 1030] eidfcquc adnexas «Ordinationes» (LE 1033) fideliter ac«mmodata, *rata habet* atque *approbat,* omnibusque ad çj^s pertinet ut ad actum plene traducantur praecipit ac labet, reteris servatis de iure servandis.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Calllsti, d. vni mends Ikcembris in festo Immaculatae Conceptionis B. M. V. L D *mcmlv.*--l. Card. Pizzabdo, Ep. Albanen., *Prae-/tehu.* C. Confalonlcri, Archiep. Nicopolitan., *a Secretis.*

Mo. L M. HES77TI in CpR 37 (1&5S) 210213.

2537

1955 DEC 10.-SC SACRAMENTORUM, INSTR. PART.·

De modo redigendi publicationes matrimoniales in **ITALIA, ET DE NECESSITATE INQUIRENDI MELIUS ANTE MATRIMONIUM CIRCA IMPEDIMENTA CONSANGUINITATIS ET AFFINITATIS**

Agli Eccellentissimi Ordinari d'Italia e per essi ai Parroci circa le pubblicazloni ecclesiastiche di matrimonio e la richiesta di pubblicazioni di matrimonio

Roma, 10 dicembre 1955.

Eccellcnza Keuerendissima, Con Γἡιζio del nuovo anno andranno in vigore le norme della legge della Rcpubblica Italiana 31 ottobre 1955, n. 106 , conlenente disposizioni relative aile gcneralità in cstratti, atti e documenti.

L'articolo 1.° di detta legge dispone: «L'indicazione della paternité c della matemilà sarà omessa: 1) negli cstratti per riassunto e nei certificati relativi agli atti di nascita. di matrimonio, di cittadinanza, negli atti attestant! lo stato di famiglia e nelle pubblicazioni di matrimonio espostc al pubblico; 2) in tutti i documenti di riconosclmento».

Questo Sacro Dicastero, di concerto con la Sacra Congregazione del Concilio, ritiene opportuno, in base alia citata leggc, disporre quanto appresso, a parziale modifica dell'articolo 8 del capo II.° dell'lstruzlone dl questa Sacra Congregazione del 1.° luglio 1929 *(A. A. S.* vol. XXI, pp. 351 ss.) [LE 914], restando immutate tutte le procedenti norme, in ispecie quelle relative alia redazione degli atti ecclesiastici di matrimonio nonchè di battesimo.

Il parroco al quale spetta la celebrazione del matrimonio giusta le norme della predetta Istruzlone, nella redazione delle pubblicazioni di matrimonio, sia da farsi a viva voce, sia da affiggersi all'ingresso dclla chiesa parrocchiale, come pure nella redazione della domanda ai pubblicazioni da farsi nella casa comunale, indichcrà: 1. Il nome, il cognome, la professione, il luogo e la data di nascita, il domicilio degli sposi; 2. Se sono maggiori o minori di età. 11 parroco medesimo non indichcrà più il nome, il cognome, la professione e il domicilio dei genitori degli sposi.

Questa Sacra Congregazione profitta della présente occasione per raccomandarc nuovamcnte con vivo impegno aile Curie diocesane ed ai parroci di usare ancor maggiore diligenza clic in passato ncU'cseguire l'indagine prescritta dal can. 1020 del Codice e dal n. 5 della Nostra Istruzlone •*Sacrosanctum·* del 29 giugno 1941 *(A. A. S.* vol. XXXIII, pp. 297 ss.) [LE 1626), circa I'esistenza tra i nubendi di impedimenti di consanguincità o di affinità.

Infatti, in delta Istruzione si invitano I parroci a considerare I cognomi del contraenti e quell! del loro genitori, «unde saepe consanguinitas colligitur»: ora I cognomi dei genitori, pur non potendo nè dovendo essere ignorati dai parroci, non figureranno più nelle pubblicazioni e auindi possono essere più frequenti le occasioni di equivoci e di sbagli, specie per quanto riguarda il tcrzo grado collaterale di consanguincità ed il 2.° grado di affinità. Di qui la necessità chc i parroci costruiscano più accuratamente che sia possibile gli alberi gcnealogici dei due sposi ln base ai certificati di battesimo cd inoltre «partibus recolant consanguinitatis et affinitatis gradus iure canonico matrimonio obstantes, et si earum (partium nubentium) reticentiam suspicentur, ad tramitem can. 1031, § 1. testes fide dignos ct iuratos adhibeant pro huiusmodi accuratiore exploratione».

Non è raro infatti, a quanto Tespcricnza insegna a questo Sacro Dicastcro, chc si cclehrino matrimonii nulli perché il parroco, e talvolta le stesse parti, fgnorano l'csistenza tra loro di vincolo di parentela, specie nei gradi più remoti.

Notino infinc i Rev.di Parroci chc nulla è mutato circa i) modo di compilare l'atto di battesimo nel registro narrocchialc. Esso dovrà essere redatto a norma dei can. /77, cd anche quando si traita di figli illegittimi, dovrà c<mtcncrc soltanto quanto corrisponde al vero, nè mai po tranno venirvi inscriti dati o notizic contrastant! con la verità. In caso di dubbio, si chiedano istruzioni, nel singuli casi, aiia Sacra Congregazione dei Concilio.

Nella redazione Invece degli cstratti per riassunto degli atti di battesimo, come pure in qudli di matrimonio, si indichi soltanto il cognome e nome dei battczxato con Ia data del battesimo c, se conoseiutl, dclla data c dc! luogo di nascita.

3422

Mentre raccomando alio zelo delFEcccllenza Vostra Rcviha di portare sollecitamente a conoscenza dei Revml Parroci mianto precede, curandone ia esatta osservanza, profitto delFoccasione per rafferinarmi con i sensi del più distinto ossequio dclTEccellenza Vostra Revma Devnio servo.—B. Card. Aloisi Masella, Vescovo di Palestrina, *Pre/ello.* F. Bracci, *Segretario.*

• Ordinariis locorum Italiae, Prot. N. 1735.55 vg.: e foliis oiusdem S. C. de Sacramentis.

2538

1955 DEC 14.-SC SACR., DECR. AAS 48 (1956) 59-60

Decretum erectionis tribunalis provincialis circumscriptionum **ECCLESIASTICARUM PROVINCIAE EDMONTONENSIS PRO TRACTATIONE CAUSARUM NULLITATIS MATRIMONII**

Per Decretum dici 28 lanuarii 1946 (in «Acta *Apostolicae Sedis** vol. XXXVIII, pp. 281 ss. relatum) [LE 1850) Sacra Congregatio de Sacramentis, iussu Ssml D. N. Pii Divina Providentia Papac XII, in Canadensi Ditione, pro tractatione causarum nullitatis matrimonii, septem Tribunalia Provincialia primae instantiae et quatuor secundae instantiae instituit.

Nuper autem universi Exemi Ordinarii Provinciae Ecclesiasticae Edmontonensis, nempe Excmus Archiepiscopus Edmontonensis, Episcopus Galgariensis, Episcopus S. Pauli ln Alberta, Vicarius Apostolicus de Grouard et Vicarius Apostolicus de Mackenzie, enixe postulaverunt ut causae nullitatis matrimonii suorum subditorum, quae hucusque, tenore n. 7 capitis I laudati Decreti, a Tribu-
60 naU Provinciali Van'cuvericnse pertractabantur, eo quod dictum Tribunal Vancuveriense binis provinciis ecclesiasticis Vancuveriensl et Edmontonensi inserviebat, pertractandae itemque in prima instantia decidendae deferri possent ad Tribunal Edmontoncnse ad huius finem erigendum.

Rationes potissimae pro hac erectione allatae ab Excihis Ordinariis sunt 1) nimia distantia Tribunalis Vancuveriensis, 2) difficultas idem Tribunal adeundi, 3) nimia mora pro hisce causis instruendis et decidendis, passim inevitabilis, cum gravi fidelium incommodo.

Quas preces, cum S. haec Congregatio de Disciplina Sacramentorum in Congressu dici 16 Novembris c. a. rite perpendisset, attento etiam volo Excihi Delegati Apostolic! Ditionis Canadensis, easdem per infrascriptum Cardinalem Praefectum retulit Sstho D. N. Pio divina Providentia Papae XII in Audientia diei 10 Decembris 1955 Substituto Secretariae Status benigne concessa.

Sanctitas vero Sua haec omnia quae sequuntur statuere dignatus est, decernens eadem exsecutioni mandanda, contrariis quibuslibet, licet speciali m.mtlone dignis, minime obstantibus:

1) In urbe Ednvmtonensi, dic 1* lanuarii a. 1956 erigitur Tribunal Provinciale pro omnibus causis nullitatis matrimonii in prima instantia pertractandis el decidendis dlctae ecclesiasticae Provinciae, nempe archldloecesis Edmontonensis, dioecesis Calgarlensis, dioecesis S. Pauli in Alberta, Vicariatuum Apostollcorum de Grouard et Mackenzie.

2) Ab eodem dle Tribunal Provinciale Vancuveriense competens remanebit pro causis nullitatis matrimonii suae tantum Provinciae ecclesiasticae pertractandis ct in prima lastantia decidendis.

3) Causae eaedem a Tribunali Provinciali sic erecto Edmontonensi ln prima instantia definitae, pro tractatione in gradu appellationis, deferentur ad Tribunal Provinciale Torontlnum, Incolumi semper lure directe appellandi ad S. R. Rotam. Iuxta can. 1559 $ 1 Co licis I. C.

4) In reliquis plene serventur omnia quae statuta sunt in praelaudato Decreto anni 1916 (LE 1859|. necnon in eius Normis exsecutivis diei 13 Mail 1916 (A. A. S. XXXV ÎH pp. 283 ss.) [LE 1861).

Datum Romae, cx Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis, die 14 Decembris o. 1955.—B. Card. Aloisi Masilia, Ep. Praenestinus, *Praef.* F. Bracci, Secr.

Adn V. HARTOCCETTl in Apoll. 23 (1755) 50 00

2539

1955 DEC 15.-SC SACRAMENT., INDULTUM. PART·

Facultas datur celebrandi missam absque inserviente, **MARITIMO ITINERE PERDURANTE**

Director cappellanorum navigantium ditionis Italicae vigore facultatum a Sacra Congregatione de disciplina Sacramenlorun· per Rescriptum diei la decembris 1955 (n. 6227-55) ad titanium valiturum, sibi concessarum, permittere potest suis tappellanis ut. urgente necessitate. Missam absque inscnrtate, maritimo itinere perdurante, celebrent, dummodo alimrii fidelis sacro adsistat.

• Ordinariis locorum Iuliae, Prot. N. 6227/55 iuxta «enuiu ME 33 (1958) 437 in nota 30. Adn. L FERRETTO in ME 63 (1358) 435438

2540

1955 DEC 15.-COM. BIBL., INSTR. AAS 48 (1956) 61-64

Instructio ad excellentissimos locorum ordinarios **DE CONSOCIATIONIBUS BIBLICIS ET DE CONVENTIBUS AC COETIBUS EIUSDEM GENERIS**

Sanctissimus Dominus Noster Pius Pp. XII Cei. reg. ln Litteris Encvclicis *Divino afflante Spiritu* d. d. 30 Septembris 1943* (LE 1774), inter complura alia quae ad stadia biblica rite promovenda conferunt, id quoque paterne hortatus est, ut sacri Antistites Scripturae Sacrae venerationem ln christifidelibus sibi commissis satius in dies augere et perficere studeant eiusque cognitionem et amorem efficaciter fovere et excitare nitantur. Pias igitur illas consociationes, quae ad Sacrorum Librorum exemplaria diffundenda conditae sunt, Intente adiuvent, Sacrae Scripturae, Evangellorum potissimum, cotidianam lectionem et meditationem alloquio et usu commendent, publicas dc rebus biblicis dissertationes seu acroases aut ipsi habeant aut ab aliis apprime peritis sacris oratoribus habendas curent, denique commentarios ad quaestiones biblicas cx scientiae ratione tractandas et exponendas editos pro viribus sustentent et inter varios gregis sui coetus d ordines apposite divulgent L

Magno cum gaudio hacc Pontificia de Rc Biblica Commissio, cui munus studia biblica dirigendi ct fovendi peculiari modo concreditum est, variis e nuntiis et fontibus cognitum habet, quanta cum alacritate Excellentissimi Praesules his Summi Pontificis hortationibus obtemperaverint quantumque fructum fidelis populus in haud paucis regionibus cx hoc Sacrorum Librorum renovato studio perceperit. Multis in locis Ordinarii in hac sua rei biblicae cura sollerter iuvantur Consociationibus Illis Biblicis quae, ultimis temporibus ortae, tam editis in publicum libris et commentationibus quam publicis conventibus ct acroasibus Sacrorum Librorum cognitionem ct amorem promovere nituntur. Magno etiam cum fructu «dies biblicb, potissimum pro christifidelibus omnibus, celebrantur vel conventus per complures dies protracti («hebdomades bi- / £ blicae») instituuntur, in quibus argumenta ad Sacram Scripturam spectantia amplius et profundius in determinatorum coetuum utilitatem pertractantur.

Nullum est dubium quin his rebus omnibus, dummodo rite peragantur, Sacrae Scripturae cognitio et amor efficaciter promoveatur ct In dies uberius crescat. Attamen, ut hic Finis rite obtineatur, omnia magna cum cara et prudentia paranda et dirigenda sunt. Ac primum quidem argumenta in conventibus tractanda apte eligantur oportet, idque maxime ex lis quae ad doctrinam theologicam Sacrorum Librorum profundius cognoscendam et ad cultum ac venerationem Sacrarum Litterarum inter christlfidelcs magis magisque fovendam apte valeant, lis tamen non omissis quaestionibus historicis, criticis, litterariis, quae in singulis regionibus maioris momenti sunt aut acrius disputantur. Dcin oratores qui in huiusmodi conventibus verba faciunt, rerum dc quibus agunt, omni cx parte periti sint oportet, normis a Sancta Sede datis sincere oboedientes, in rebus proponendis prudentes et sobru, condicionis tam scicntificac quam spiritualis audientium omnino conscii. Quantus fructus ex his conventibus hauriatur, si hacc omnia diligenter observata fuerint, ex multis relationibus quae ad hanc Pontificiam Commissionem pervenerunt, luculenter apparet.

n m D tarnin rei nondum in omnibus regionibus norms m>i» expetis plane satisfieri atque interdum

fr'rstt periculum, nc conventus illi n Consociationibus Blbikis vel ab aliis instituti, non omnibus qui intervenerint, utis proficiant, immo quibusdam magis in «dcstructiorca.ffuam io «aedificationem» cedant (cfr. 2 Cor., 10, 8). Oratores enim, dicunt, non semper cos esse qui rerum de çzibus agunt, omnino periti sint; quosdam nimis facile wqji auctores minus commendatos vel inconsiderate ac (emero admittere ct divulgare opiniones dubias aut falsas; commendaro libros vel periodica dubii valoris aut ab auctwilate ecclesiastica non approbata vel etiam reprobata: ethice omnia interdum coram auditoribus qui ad similes quaestiones examinandas ct iudicandas nullatenus parati d instructi sint. Accidisse ellam ferunt, ut qui loqueretur, turum attenderit ad normas Illas quas Summus Pontifex Id. rog. in Litteris Encyclicis *Humani generis* [LE 2147] fano graviter inculcavit, atque audacter proposuerit wrxtcntUs a Magisterio Ecclesiae reprobatas, vel etiam sensui litterali, vigilante Ecclesia probe elaborato, novum queadam sensum substituerit quem sumbolicum ct spiriliulem appellant et quo difficultates sensui litterali inC hérentes evanescere temere dictl/tnnt *. Quae omnia, si coram auditoribus proponantur rei biblicae non omnino peritis» summopere periculosa esse, nemo est quin videat.

Hisce robus omnibus perpensis, hacc Pontificia Commisjiode Re Biblica, pro munere ipsi commisso, opportunum censuit in memoriam revocare has Consociationes Biblicas cranesque de re biblica coetus atque conventus, sicut etiam libros et articulos in commentariis et in diariis de eadem re biblica edendos, utpote res religiosas et ad religiosam christifidelium institutionem spectantes, Ordinariorum auctoritati ct lurisdictioni subesse. Quod ut in posterum düadus servari possit, haec statuere et praescribere phenit:

1. Omnes Consociationes Biblicae earumque opera ct incepta auctoritati et iurisdictioni competentis Ordinarii subsunt. Competens autem Ordinarius, si agitur de Consociationibus vel conventibus quibuslibet dioecesanis, est Ordinarius loci; si agitur de interdioeccsanis, ille est Ordicanus In cuius dioecesi Moderator Consociationis sedem habuerit vel conventus aut coetus habendus erit.

2.Novae Consociationes Biblicae vel quicumque eiusnodi coetus institui nequeunt sine approbatione competentis Ordinarii, cuius etiam est carum Statuta examinare el approbare.

3. Moderator Consociationis vel Praeses cuiuslibet coetus singulis annis de cius statu, membris, actis ad competentem Ordinarium referat.

I. Conventus omnes qui pro auditoribus studia Sacrac Scripturae non cx professo colentibus ad argumenta scrip" turistica tractanda instituuntur, sive «hebdomadae biblirae» sive «dies blblici» qui dicuntur, sine consensu et approbatione competentis Ordinarii haberi nequeunt. Eidem Ordinario tempestive referendum est quae argumenta tractanda videantur et qui oratores ea sint tractaturi. Conventu autem habito is qui ei praefuit, ad eundem Ordinarium breviter referat de rebus tractatis, de disputationibus habitis, de conclusionibus collectis. Eandem relationem mittat etiam ad Revriium Secretarium Pontificiae Commissionis de Rc biblica, addito programmate conventas el elencho oratorum.

5. Nonnis sub n. 4 praescriptis non comprehenduntur illi congressus el conventus qui pro professoribus Sacrae Scripturae aliisque rei biblicae specialiter peritis ad quaccrtiones scientifice examinandos ct disputandas instituuntur. Sed etiam in his conventibus cura habeatur, ut omnia secundum sana ct probata principia doctrinae catholicae et nonnas a Sancta Sede datas peragantur. ExtraU neis autem qui de coctu professorum / aut specialiter peritorum non sint, aditus ad huiusmodi congressus ne pateat.

6. Quibus munus est conventus, dc quibus sub n. 4, praeparandi vel dirigendi, sedulo curent, ut res tractentur quae non adeo curiositati vel rcrum novarum studio «liifadant, sed ad solidam auditorum institutionem in frie el in vita morali ct ascctica promovendam et ad Sacrorum Librorum amorem sincerum excitandum et augendum vere conferre posse videantur. Eos autem Oratores eligant qui ad hos fines obtinendos magis apti et condicionis sdcntiflcac ct spiritualis eorum quibus sermones destinantur, periti et conscii sint. Curent etiam, nt In rebus ipsis tractandis non adeo difficultates ct res dubiae proferantur, sed methodo positiva illa exponantur quae clara et explorata sunt. Quodsi coram quibusdam coetibus auditorum etiam difficultates ct obiecliones tractindac videantur, quaestione aeque ct honeste proposita, solida tradatur responsio, rationibus scientificis rite suffulta.

Excellentissimi Ordinarii, pro suo in gregem Christi amore, huic gravi negotio diligenter operam impendant, et sl ipsi per se id agere non potuerint, ex propriae dioeccseos sacerdotibus aliquem cx officio constituant, qui rei biblicae probe peritus, solida doctrina theologica ornatus, debita prudentia instructus harum Consociationum ct coetuum curam suscipiat ac determinatis temporibus, prout idem Ordinarius statuerit, ad ipsum referat. Idem etiam ea quae de rc biblica in libris vel commentationibus sive editis sive edendis tractantur, diligenter examinet, ct si quid notandum ccnsuerit, ad eundem Ordinarium referat.

Quae omnia si sedulo ct accurate fient, sperare licet fore ut hac utilissimae Consociationes Biblicae et coelus atque conventus uberem fructum ferant ad Verbi Dei, cognitionem et amorem in dies magis fovendum, ad studia biblica efficacius promovenda, ad animarum salutem fecundius curandam.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Pp. XII hanc Instructionem benigne approbare dignatus est eamque publici iuris fieri mandavit.

Romae, dic 15 Decembris a. 1955.—Athanasius Miller, O. S. B., *Consultor ab Actis.*

Adn. F. SPADAFOPA in ME 61 (1956) 244-246; C. VONA in Apoll. *2d* (1956) 87-S0.

2541

1955 DEC 25.-PIUS XII, ENCYCL. AAS 48 (1956) 5-25

LITTERAE ENCYCLICAE

Ad venerabiles fratres patriarchas, primates, archiepiscopos, episcopos aliosque locorum ordinarios pacem et communionem cum apostolica sede habentes:

PIUS PP. XII

Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem

Musicae sacrac disciplina semper Nobis summopere cord fuit; quare opportunum Nobis vnsum est eiusmodl causam per Encycllcas has Litteras cx ordine resumere unaque cum ca complures quaestiones postremis hisce decenniis inductas ac disputatas paulo amplius declarare, ut haec nobilissima atque ingenua ars in dies magis conferat ad cultum divinum splendidius celebrandum et ad spirituaθ lem christifidelium vitam efficacius fovendam. Simul et lam votis illis respondere optavimus quae non pauci ex Vobis, Venerabiles Fratres, pro sua quisque prudentia proposuerunt, quaeque etiam liberalis huius disciplinae eximii artifices et praeclari musicae sacrae cultores in id genus Congressibus habitis conceperunt, et quae denique vel pastoralis vitae experientia vel progredientia huius artis l ac doctrinae studia opportune suaserunt. Sic speramus fore, ut quae S. Pius X In suo chirographo quem iure meritoque «iuridicum musicae sacrac codicem» appellavit sapienter sanxit, denuo confirmentur ct inculcentur, nova luce illustrentur, novisque commendentur rationibus; ita quidem ut hodiernis condicionibus aptata et aliquo modo locupletata praeclara musicae sacrae urs excelso muneri suo magis magisque respondeat.

In tot tantisque naturac donis, quibus Deus, in quo perfectissimae concordiae summaeque cohaerentiae est concentus, homines ad suam «imaginem ct similitudinem» creatos 1 exornavit, musica profecto est, utpote quae simul cum ceteris liberalibus artibus ad spiritualia pertineat gaudia et ad animi oblectationem. De ca iure meritoque Augustinus hacc habet: «Musica, id est scientia sensusvc bene modulandi, ad admonitionem magnae rvl, etiam mortalibus rationales habentibus animas Dei largitate concessa est·3.

Nemo igitur mirabitur sacrum cantum ct musicae artem, ut ex multis documentis tam antiquis quam rvccntforibus constat, ad caerimonias quoque religiosas exornandas el decorandas semper et ubique, etiam apud

* Motu Proprio Fm *U* J.u hi V. nrf
I. P· *7I-* ²Cfr. Gr». 1, 36. · i6i, *L>t* 1.

•*C!?.A4iApe*!.Sztit,* *42* (1950) 5*9 *- (LE Jr471·

ethnicas nationes, adhibita esse; et cultum potissimum veri et summi D?i, inde a p-heis aetatibus, hisce artibus usum esse. Populus Del c Miri rubro divinae potentiae miraculo incolumis servatus, victoriae carmen cecinit Domino: ct Maria. Moysis ducis soror prophetico donata afflatu, una cum cantante populo tympano concinuit4. Postea, cum arca Dei e domo Ebededom in urbem David deduceretur, rex ipse «et omnis Israel ludebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis et citharis et lyris
7 ct tympanis et/sistris ct cymbalis·*. Musicae autem in cultu sacro exercendae ct cantus rex ipse David statuit ordinem·; qui ordo post reditum populi ex exsilio restitutus et usque ad Divini Redemptoris adventum fideliter servatus est. In Ecclesia vero a divino Servatore condita cantum sacrum inde a primordiis in usu ct honore fuisse, haud obscure S. Paulus Apostolus significat, cum ad Ephesios haec scribit: «Implemini Spiritu Sancto loquentes vobismetipsis in psalmis ct hymnis ct canticis spiritualibus»7; atque hunc psallendi morem ctiam in Christianorum conventibus viguisse Indicat hisce verbis: «Cum convenitis, unusquisque vestrum psalmum habet...· 8. Idem evenisse post aetatem apostollcam testatur Plinius, qui ros qui fidem abnegaverant, affirmasse scribit, «hanc fuisse summam vel culpae vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem convenire carmenque Christo quasi deo dicere»·. Quae romani in Bithynia proconsulis verba praeclare ostendunt ne persecutionum quidem tempore vocem cantantis Ecclesiae plane siluisse; quod quidem etiam Tertullianus confirmat cum refert in Christianorum conventibus «Scripturas legi, psalmos cani, locutiones proferri» 10.

Libertate el pace Ecclesiae restituta, plurima habentur Patrum ct Scriptorum Ecclesiae testimonia, quae psalmos ct hymnos liturgie! cultus in usu fere cotidiano fuisse confirmant. Immo paulalim etiam novae cantus sacri formae creatae sunt, nova canticorum genera Inventa, quae a Cantorum Scholis, praesertim in Urbe Roma, magis in dies exculta sunt. Decessor autem Noster fel. rec. S. Gregorius Magnus, ut memoriae proditur, ea omnia quae a maioribus tradita erant, studiose collegit el sapienter digessit, atque opportunis legibus et normis sacri cantus puritatem ct integritatem tutatus est. Ex alma Urbe mos
S cantandi romanuspedetemptim In alias quoque occi.dentis solis parles invectus est, et non solum is novis formis et modis auctus, sed novum etiam cantus sacri genus, carmen nempe religiosum, interdum Lingua vulgari modulatum. in usum inductum est. Ipse autem cantus choralis qui a Sancto Gregorio, eius Instauratore, «Gregorianus» appellari coeptus est, Inde a sacculo vm vel ix in omnibus fere Europae Christianae regionibus solus non fuit ad cultus splendorem conferendum, cum in sacris aedibus instrumentum. quod «organum» dicitur, adbibitum esset.

Ad hunc cantum choralcm, inde a saeculo ix, paulatlm. ctiam cantus polyphonicus accessit, culus doctrina et usus insequentibus saeculis magis magisque exculta sunt, et qui praesertim saeculo xv et sacculo xvi, summarum artificum ductu, ad mirabilem quandam perfectionem evectus est. Hunc quoque canium polyphonlcum Ecclesia semper in summa honore habuit et ad sacros ritus magnificentius decorandos etiam in ipsas Basilicas Romanas et in cacrimjnias pontificales libenter admisit. Eius vis et splendor Idcirco etiam aucta sunt, quod cantantium vocibus, praeter organum, aliorum quoque instrumentorum musicorum sonus adiunctus est.

Itaque, Ecclesia fautrice ct auspice, musicae sacrae disciplina per saeculorum decursum est longum emensa iter, quo, etsi interdum lente et laboriose, paulalim tamm ad perfectiora ascendit: a simplicibus nempe atque ingenuis, sed in suo genere perfectissimis, Gregorianis modulationibus ad grandia usque ac magnifica artis opera, quae non modo humanae voces, sed organa quoque atque cetera musica Instrumenta decorant, exornant atque in immensum tere amplificant. Eiusmodi artis musicae progressus ut minifeste ostendit quantopere Ecclesiae cordi fuerit cultum divinum In dies spendldlorem ac populo christiano lucundlortm efflem» Ita ctiam patefacit, cur eadem Ecclesia Identidem impedire debuerit quominus recti fines excederentur ct, una cura veri nominis profectu, ctiam profanum aliquid et a sacro cultu alienum in sacram
9 musicam irreperet earaque depravaret. /

Huic vjllkltae vigilantiae muneri Summi Pontifices nullo non tempore diligenter satisfecerunt; atque ctiam Tridentln « Synodus sapienter proscripsit «musicas eas. ubi sive organo sive cantu lascivum aut impurum aliquid ml-

P. L.XXXÎH.T15. ‘Ctr E« XV. t ». · i Sou VI, g. «Cfr. I Parai- XXHI. t XXV. i-M- * M. V. |8 u; d. CW. 111. 14 . · x Cor. XIV. Λ X. *Y». 7-* ‘‘Ct». rtarvtu, Pr *c. ᴛ P* L. II. jox»

scetur» . Ut alios non paucos Summos Pontifices pra* termittamus, Decessor Noster fol. mem. Benedictos XIV per Encycllcas Litteras, quas die xix mensis Februarii anno mdccxxxxix, iubiiaeo maximo appetente, dediL quaeque diserta eruditione argumentorumque excellent copia, Episcopos peculiari modo adhortatus est, ut illicitae immodicaeque rationes in sacram musicam insolenter inductae omni ope prohiberentur l*. Per eandem viam Decessores Nostri ingressi sunt Leo XII, Pius VIII» Gregorius XVI, Pius IX, Leo XIII ». Verumtamen iure m?ri toque asseverari potest Decessorem Nostrum imnt m?m. S. Pium X instaurationis ac reformationis sacrae musicae veluti summam confecisse, principiis ac nonnis a miioribus traditis denuo inculcatis apteque, prout recentioris aetatis condiciones postulabant, opportune ia unum redactis 1S. Denique ut proximus Decessor Noster fel. rcc. Pius XI. per Constitutionem Apostollcam *Diouü cultiis sanctitatem* die xx Decembris, anno mdcccxxix, datam x·, ita Nosmet ipsi per Encyclicas Litteras quae a verbis *Mediator Dei* incipiunt, die xx mensis Novembris, anno mdccccxxxxvii, superiorum Pontificum praescripta locupletavimus et confirmavimus 17.

II

Nemo sane mirabitur quod Ecclesia tam vigilanter de musica sacra sollicita sit. Non enim de legibus agitur aestheticis / vel technicis, ad nobilem hanc musicae disci- |$ plinam quod attinet, ferendis; sed illud Ecclesiae propositum est, ut hanc contra omnia tutetur quibus eadem minus digna reddi possit, quippe quae in re tanti momenti, quanti est cultus divinus, In ministerium arcessatur.

Musica sacra hac in re non aliis legibus et normis ob' temperat, nisi iis quae omni arti religiosae, immo arti in universum praescribuntur. Iamvero non ignoramus quosdam artis cultores postremis hisce annis, magna cum Christianae pietatis offensione, in aedes sacras ausos esse opera inducere ab ipsis confecta, quae omni religionis afflatu careant, et quae etiam rectis artis rationibus prorsus repugnent. Quem deplorandum agendi modum speciosis probare conantur argumentis quae ex propria artis natura ct indole fluere asseverant. Instinctum enim Illum, quo artificis mens tangatur, liberum esse dictitant neque fas esse eidem imponere leges ct normas ab ipsa arte alienas, sive religiosas sive morales, cum iis et artis dignitas graviter laedatur et artificis actioni sacro afflatu impulsae quasi vincula et compedes inlciantur.

Hulusmodi autem argumentis quaestio movetur sane ardua et gravis quae ad omnem artem omnemque artificem spectat, neque rationibus artis ct acstheticae disciplinae persolvitur, sed e suprema finis ultimi principio decernenda est quo omnis homo oiunisque humana actio inviolate sancteque regitur. Hominis enim ad finem suum ultimum —qui Deus est— ordinatio ac directio lege absoluta et necessaria, In Dei ipsius natura et infinita perfectione fundata, ita firmatur, ut ne Deus quidem quemquam ab ea possit eximere. Qua lege aeterna et immutabili praecipitur, ut et homo ipse ct omnes eius actiones Dei infinitam perfectionem, in Creatoris Inudem et gloriam, manifestent et pro viribus imitentur. Homo igitur, cum ad hunc supremum finem consequendum natus sit, ad divinum archetypum so conform ire om aesque facultates suas cum corporis tum animi, recte inter se ordinatas ct fini obtinendo debite sublectas, agendo dirigere debet. II E sua igitur cum ultimo fine hominis consensione et concordia ellam ars clusque opera indicanda sunt; quae ars certe Inter nobilissimas humani ingenii exercitationes numeranda est, quippe quae ad infinitam pulchritudinem divinam spectet humanis operibus exprimendam eiusque quasi imago repercussa sit. Quapropter tritum Illud effatum «ars propler urtem», quo artem, fine illo omni creaturae penitus inhaerente neglecto, a quibusvis legibus quae non ex ipsa sola emanent, omnino eximi perperam asseverant, aut omni vi caret aut ipsi Deo, Creatori et ultimo fini, gravem contumeliam infert. Libertas autem artificis —quae non est caecus ad agendum Impetus proprio arbrilrio vel quodam novitatis studio ductus—, eo quod divinae legi sublecta est, minime coarctatur vel tollitur, sed potius nobilitatur atque perficitur.

rt .4M. n- P· u. x. 5(0. U Cone. TrûL. S«k XXII: ofor- .aniu d *tvilanHj cc^raîtont* Jfuw. « Cfr. Bl n id x c x i XIV Utt. F.nc. Î»*· Oρ-ri omnia (ed. Praii. VoL X7. x, p. x6). ‘‘Cfr- UtL Aport. «’»“-* «t *Domino,* tL d. x Aug. 1828. Cfr. BsCanwm R2-

·» Ct^ ‹ jrVr’ Ctr· 5 •?X›l XXVII (18^4). p 41-49 587 ‘‘Cfr* 4 V S S· XXXVI 3-9 3ΓK 4 i S vo| XXXIv Λ?? XXL ,9I°· p M *1’ (LE ^1 · 11 Cir· A. 4 S. vol. XXXIX. W, p S «^

fbv ut de omnibus cuiusvis artis operibus dici debent, IU dUm ad artem religiosam el sacram pertinere in «rtoesL Immo ars religiosa Deo eiusque laudi ac gloriae mrdwodae etiam magis addicitur, cum nihil aliud ei wwwitum sit nisi ut operibus suis, sive oculis sive auritas obistis, od christifidelium mentes pie ad Deum cMTtrteadas plurimum conferat. Artifex igitur qui fidei reriutes non profiteatur vel animo cl vivendi ralionc wul a Deo versetur, ad artem religiosam manus nequakra admoveat: caret enim illo quasi interiore oculo quo vJfJt quid postulet Dei maicslas Deique cultus, neque orire potest fore, ut opera sua religionis expertia, etsi Lde hominem artis peritum et dexteritate quadam exteriore praeditum ostendant, revera illam pietatem et fidem spirent quae templum Dei eiusque sanctitatem décriât atque adeo digna sint quae ab Ecclesia, vitae rdgiciae custode cl arbitra, in aedes sacras admittantur.

Hic autem artifex qui fidem firmiter tenet vitamque christhno homine dignam agit, Del amore Impulsus ac nribus a Creatore sibi concessis religiose usus, omni ope U «ckndet, ut / veritates quas tenet ct pietatem quam colit, " Uascite, tam venuste atque iucunde coloribus vel lineis wl sonis atque concentibus exprimat et proponat, ut sacra artis exercitatio et ipsi sit quasi cultus ac r.'IikW et populum ad fidem profitendam ac pietatem coI h:inn magnopere excitet et inflammet. Huiusmodi autem irtifires Ecclesia semper in honore habuit atque habebit ipsiape templorum ianuas late aperit et pandit, cum grat22i d obveniat non parvum adiumentum quod iidem irte sua et industria afferunt ad ipsius ministerium apogdicum efficacius exsequendum.

His quidem artis religiosae normis ac legibus musica sxn elhm arctiore ct sanctiore devincitur vinculo, quia propriis qoam pleraeque aliae artes liberales, ut architectJ tura, disciplina pingendi et fingendi, ad ipsum cultum diriMm accedit: illae enim ritibus divinis dignam sedem pirare student, hacc vero in ipsis caerimoniis sacris et nlibus exsequendis praecipuum quendam obtinet locum. Quare Ecclesia summa cum cura cavere debet, ut ab eadem, quippe quae sit sacrae liturgiae quasi administra, dJigenter arceatur quidquid cultum sacrum minus deceat rd fidelibus adstantibus in mentibus ad Deum extollendis impedimento esse possit.

Haec enim est sacrae musicae dignitas, hoc sublime eius rropositum, ut voces sive sacerdotis offerentis sive populi Christiani Summum Deum laudantis pulcherrimis suis mofchtionibus suisque fulgoribus decoret et exornet, aditantitim fidelium mentes vi quadam ct virtute sibi innata ri Deum rapiat, liturgicas Christianae communitatis pre- res vividiores ferventioresque reddat, quo validius, impens:as. efficacius omnes Deum Unum et Trinum laudare eque supplicare possint. Augetur igitur sacrae musicae ope hcoor ab Ecclesia cum Christo Capite coniuncta Deo tribulus; augetur ctiam fructus, quem fideles, sacris concentibus moti, cx sacra Liturgia colligunt, et vita ac moribus Christiano homine dignis manifestant, ut ct ipsa cotidiana D experientia docet et multa monumenta / litterarum antiqua rtrecentiora confirmant. Haec S. Augustinus de cantibus «liquida voce et convenientissima modulatione» prolatis i^as fatetur: «Ipsis sanctis dictis religiosius ct ardentius sentio moveri animos nostros in flammam pietatis, cum iü cantantur, quam si non ita cantarentur, et omnes affari» spiritus nostri pro sui diversitate habere proprios odos In voce atque cantu, quorum nescio qua occulta tailhrilate excitentur»ie.

Hinc facile concluditur musicae sacrae dignitatem et vim eo maiorem esse quo propius ad summum illud chrixliinl cultus opus, Eucharisticum nempe altaris sacrificium, «cediL Nihil Igitur altius, nihil sublimius agere potest çum ut sacerdotis divina victima litantis vocem dulci comitetur sono, eiusque appellationibus cum populo adJtaate laete respondeat ac totam sacram actionem nobili r u arte collustret. Ad hoc excelsum ministerium illud prope accedit quod eadem sacra musica efficit, cura alias liturgicas caerimonias, imprimis Divini Officii in choro recitationem, comitatur et exornat. Huic igitur musicae Morgicae» summus honor summaque laus tribuenda sunt.

Nihilominusilia quoque musica magni habenda est quae, eUi sacrae Liturgiae non praecipue inservit, argumento lamm et fine religionem valde iuvat, ideoque iure mento nasica «religiosa» nuncupatur. Verum illud quoque muvue sacrae genus, quod «populare» appellatur et ab Erelesia ortum habuit eaque auspice felicia cepit mcrcS experientia teste magnam salutarcmque exercere potest in christifidelium animos vim el virtutem, sive CM», Eb. x, c- 3J. p- L· XXXU 7991 1 " Acta ™ X' L C' P' 7*.

intra templa in actionibus et caerimoniis non liturgicis usurpatur, sive extra sacrarum aedium saepta ad varia sollemnia ct celebrationes adhibetur. Horum enim cantuum, qui plerumque vulgari sermone concepti sunt, modulationes nullo paene nisu ac labore memoriae imprimuntur, atque simul cum modulationibus verba quoque et sententiae menti / inhaerent, saepe repetuntur, penitius 14
intelleguntur. Quo fit, ut etiam pueri et puellae, tenera aetate eiusmodi sacros cantus ediscentes, iis ipsis egregie iuventur, ut fidei nostrae veritates cognoscant, gustent, memoria teneant, atque ita catechescos ministerium non parum profic»at. Adulescentioribus autem et adultis carmina illa religiosa, dum ludicris animum recreant, puram et castam praebent delectationem, sollemnioribus conventibus et coetibus magnificentiam quandam religiosam tribuunt, immo ipsis familiis Christianis pium gaudium, dulcem consolationem spiritualemque afferunt profectum. Quare hi quoque religiosi concentus populares apostolatu! catholico validum praebent adiumenlum omnique cum cura colendi atque promovendi sunL

Cum igitur musicae sacrae multiplicem virtutem et efficacitatem apostollcam extollimus, rem significamus quae omnibus qui eiusdem cultui et exercitationi quocumque modo esse dediderunt, summo gaudio et solacio esse potest. Omnes enim qui sive musicos modos ea qua pollent arte componunt, sive qui cos moderantur, sive denique qui vel vocibus vel musicis instrumentis eosdem in concentus traducunt, hi omnes procul dubio, etsi variis diversisque rationibus, verum atque germanum exercent apostolatum et apostolorum praemia et honores, pro suo quisque munere fideliter expleto, a Christo Domino copiose percipient. Magni igitur hoc suum munus aestiment, quo quidem non solum artifices sunt ct artis magistri, sed etiam Christi Domini ministri et in apostolatu adiutores, atque hanc sui muneris dignitatem moribus etiam ct vita profiteantur.

III

Cum tanta sit, ut modo exposuimus, musicae sacrae et cantus religiosi dignitas et efficacitas, summopere necessarium est, ut in omnibus suis partibus diligenti studio et cura ita conformetur, ut salutares suos fructus feliciter edere possit./

Ac primum quidem cantus ille et musica sacra quae cum liturgico Ecclesiae cultu proxime coniunguntur, ad excelsum sibi propositum finem conducant oportet. Haec igitur musica —-quod iam sapienter monuit Decessor Noster S. Pius X—, «proprias liturgiae qualitates possideat necesse est, in primisque sanctitatem ac bonitatem formae; unde alia nota suapte exoritur, universitas»1·.

Sancta sit; quidquid profanum sapit, neque in se recipiat neque in eos modos, quibus proponitur, irrepere sinat. Hac sanctitate praeclare praestat cantus ille Gregorianus qui per tot saeculorum decursam in Ecclesiae usu est, eiusque quasi patrimonium vocari potest. Hic enim cantus, ob intimam modulationum convenientiam cum sacro verborum textu, non solum iisdem arctissime accommodatur, sed eorundem etiam vim atque efficacitatem quasi interpretatur, ac suavitatem audientium mentibus instillat; idque efficit musicis modis simplicibus quidem ct planis, sed arte tam sublimi tam sancta afflatis, ut ct omnibus sinceram moveant admirationem, et Ipsis musicae sacrae peritis eiusque artificibus quasi fons inexhaustus evaserint, ex quo novos hauserint concentus. Hunc sacri cantus Gregorian! pretiosum thesaurum diligenter conservare ct populo Christiano copiose impertire omnium eorum est, quibus Christus Dominus divitias Ecclesiae suae custodiendas et dispensandas concredidit. Quare, quod Decessores Nostri S. Pius X, qui iure cantus Gregorian! instaurator vocatur 20, ct Pius XI11 sapienter ordinaverunt ct Inculcaverunt, idem Nos quoque, praedans illis perspectis notis, quibus nativus pollet Gregorianus cantus, efficiendum optamus et praescribimus; ut nempe in sacris peragendis liturgicis ritibus idem sacer cantus latissime usurpetur, atque omni cum cura prospiclatur, ut recte, digne picque exsecutioni mandetur. Quodsi, propter dies / 16
festos recens in usum inductos, novae componendae erunt modulationes, Id a migistris huius artis vere peritis co modo fiat, ut propriis genuini cantus Gregorian! legibus fideliter obtemperetur, et novae modorum compositiones cum vetustioribus virtute et puritate digne concertent.

Haec si reapse omni cx parte servata fuerint, alteri quoque musicae sacrae proprietati debito modo satisfac-

'· Lettera al Cani. Rctpjjfhl, ***AiU*** Ai X. L c. 6S-7<; v. p. yy ı .I,Λβ S. ***SiAtf, vol.*** XXXVI (1933-04). PP PJW v. « Aν· Const, Apost., ***Dirigi*** ***«. A. S,*** voL XXI (19*9), p {LT.)

tum erit, ut ca nempe *verae artis specimen* praebeat; et si in totius terrarum orbis catholicis templis Gregorianus cantus incorrupte ct integre resonuerit, ipse quoque, sicut sacra Romana Liturgia, *universitatis* prae se feret notam. Ita ut christifideles, ubicumque terrarum versantur, familiares sibi ac quasi domesticos percipiant concentus, atque adeo miram Ecclesiae unitatem vero cum animi solacio experiantur. Hacc quidem una est ex praecipuis rationibus, cur Ecclesia tantopere exoptet ut cum latinis sacrae Liturgiae verbis eorundem verborum cantus Gregorianus arcte conectatur.

Haud ignoramus sane ab hac ipsa Apostolica Sede ob graves causas quasdam sed omnino definitas exceptiones hac in re concessas esse, quas tamen nequaquam latius proferri vel propagari, nec sine debita eiusdem Sanctae Sedis venia, ad alias regiones transferri volumus. Quin immo ibi etiam, ubi eiusmodi concessionibus frui licet, locorum Ordinarii ceterique sacri pastores sedulo curent, ut christifideles inde a pueris saltem faciliores et magis usitatas modulationes Gregorianas addiscant, eisque etiam in sacris ritibus liturglcis uti sciant, ita ut hac quoque re Ecclesiae unitas et universitas in dies magis effulgeat.

Verum tamen, ubi saecularis vel immemorabilis consuetudo fert ut In sollemni Sacrificio Eucharistico, post sacra verba liturgica latine cantata, nonnulla popularia vulgaris sermonis cantica inserantur, locorum Ordinarii id fieri sinere poterunt, «si pro locorum ac personarum adlunctls existiment eam (consuetudinem) prudenter submoveri non
17 posse»21, firma tamen / lege qua statutum est ne ipsa verba liturgica vulgari lingua canantur, quemadmodum supra cautum est.

Ut autem cantores populusque Christianus recte intellegant quae liturgica verba modulationibus musicis illigata significent, placet Nobis hortationem usurpare a Patribus Concilii Tridentlni adhibitam praesertim «pastoribus ct singulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter Missarum celebrationem vel per se vel per alios cx iis quae In Missa leguntur, aliquid exponant, atque Inter cetera sanctissimi huius sacrificii mysterium aliquod declarent, diebus potissimum dominicis ct festis» 2J; idque praesertim eo tempore agant, cum nempe catechesis plebi Christianae traditur. Id hac nostra aetate facilius ct expeditius, quam anteactis sacculis, fieri poterit, propterea quod verba Liturgiae in vulgarem sermonem conversa eorumque explanationes in manualibus libris et libellis prostant, qui in omnibus fere nationibus a peritis scriptoribus confecti, christifideles efficaciter luvare et illuminare possunt, ut ipsi quoque ea intellegant ct quasi participent quae a sacrorum administris lingua latina proferuntur.

Facile patet quae hic breviter de cantu Gregoriano exposuimus, ad latinum potissimum Ecclesiae Ritum romanuru pertinere; sed pro rata parte ad cantus quoque liturgicos aliorum Rituum accommodari posse, sive occidentalium populorum, ut Ambrosian!, Gallicani, Mozarabici, sive variorum Rituum Orientalium. Hi enim omnes, sicut miram Ecclesiae in actionibus liturgicis ct in precum formulis demonstrant ubertatem, ita etiam in suo quisque cantu titurglco pretiosos conservant thesauros, quos non solum ab omni interitu oportet custodire et vindicare, sed etiam ab omni diminutionc et depravatione. Inter musicae sacrae monumenta antiquissima et praestantissl-mn, praecipuum quendam procul dubio obtinent locum cantus liturgicl variorum Rituum Orientalium, quorum modulationes plurimum valuerunt ad modos musicos ip-
18 slus *f* Occidentalis Ecclesiae efformandos, temperamentis habitis pro indole l.atinae liturgiae propria. Nostris in optatis est, ut sacrorum Rituum Orientalium concentuum delectus —cui quidem absolvendo sedulo adlaborat Pontificium institutum Orientalium Studiorum, sociam ferente operam Pontificio Instituto Musicae Sacrae— lactis proficiat incrementis, ad doctrinam et ad usum quod attinet; Ita nuidem ut sacrorum alumni ex Orientalibus Ecclesiae Ritibus cantu quoque sacro optime instituti, cum sacerdotale munus adepti fuerint, nae quoque ratione ad decorem domus Del augendum valde conferre possint.

Mens Nobis non est hisce sententiis, quas in cantus Gregorian} laudem et commendationem modo exposuimus, polyphonium sacram a ritibus Ecclesiae arcere, utpote qua*, sl debitis exornetur proprietatibus, ad divini cultus magnificentiam et ad animos christlfidellum piis affectibus commovendos insigniter luvare possit. Neminem sane fugit multos concentus polvphonlcos» qui potissimum saccu-lo xvi compositi sunt, Uul artis puritate talique modorum amplitudine refulgere, ut omni ex parte digni habendi sint quisacros Ecclesiae ritus comitcnturct quasi illustrent Quodsi germana ars polyphonica saeculorum decursu paulatlm decidit nec raro profani in cam irrepserunt modi, proximis hisce decenniis indefesso peritorum magistrorum studio felicem nacta est quasi instaurationem, cum et veterum artificum opera sedulo investigentur ct hodiernorum modulatorum imitationi ct aemulationi proponantur. *Sic factum est, ut in Basilicis et cathedralibus aedibus et in familiarum religiosarum templis tam magnifica db veterum magistrorum opera quam recentlorum' auctorum polyphonicae compositiones summo cum sacri ritus decore proferri possint; quin etiam in minoribus aedibus sacris simpliciores, sed sincera arte digne confectos concentus polyphonlcos novimus non raro proponi. Ecclesia autem omnes hos conatus favore suo prosequitur; ipsa enim, ut ait Decessor Noster imm. rcc. S. Pius X, «artium progressum Indesinenter coluit, eique favit, ad religio/nis usum omnia admittens quae hominis mens bona pulcraque per saeculorum cursum invenit, salvis tamen liturgiae legibus» 5I. Hae autem leges monent, ut in hoc gravi negotio omnis prudentia ct cura adhibeatur, ne tales concentus polyphonic! in templa inducantur qui ob tumidum quoddam et inflatum modulationis genus vel sacra Liturgiae verba nimietate quadam obscurent vel divini ritus actionem intercipiant vel denique cantorum peritiam et facultatem, cum sacri cultus dedecore, omnino deprimanL

Hne quidem normae transferendae sunt etiam ad usum organi cctcrorumque musicorum instrumentorum. Inter haec autem, quibus ad templa patet aditus, Iure merito potiorem locum obtinet organum, quippe quod egregie accommodetur sacris canticis sacrisque ritibus, et Ecclesiae caerimoniis mirum addat splendorem et peculiarem magnificentiam, fidelium autem animos sonorum granditate et dulcedine permoveat, mentes laetitia quasi caelesti perfundat, et ad Deum ac superna vehementer extollat.

Praeter organum autem alia quoque sunt instrumenta quae efficaciter ad excelsum finem assequendum musicae sacrae in auxilium vocari possunt, dummodo nihil profanum, nihil clamosum et strepens redoleant, quod sacrae actioni ct loci gravitati neutiquam conveniat. Praecellunt autem hac in re musica illa instrumenta, quorum chordae parvo, ut dicitur, arcu fricata sonant, quia, tum sola, tum cum aliis instrumentis vel organo sociata, seu maestos, seu laetos animi sensus ineffabili vi quadam exprimunt. Ceteroquin dc musicae modis qui a religionis catholicae cultu vix removendi sunt, iam Nosmct Ipsi in Litteris Encyclicis quae a verbis *Mediator Dei* incipiunt diserte clareque constituimus. «Quin immo, si nihil iidem habeant, quod profanum sapiat vel loci ac liturglcac actionis sanctitatem dedeceat neque cx inani quodam miri atque in-
soliti studio / oriantur, tum profecto cis templa nostra 20
pateant, cum ad sacrorum rituum splendorem mentesque ad altiora elevandas simulquc ad veram animi refovendam pietatem haud parum conferre queant» Vix tamen opus est monere, ut, ubi vires atque peritia tantis operibus impares sint, ab huiusmodi conatibus potius abstineatur quam ut opus cultu divino ct sacris conventibus minus dignum proponatur.

Ad hacc quae arctius cum sacra Ecclesiae Liturgia coniunguntur, accedunt, ut supra monuimus, cantus religiosi populares, plerumque lingua vulgari concepti, qui ex ipso cantu Hturgico originem ducunt, sed cum magis sint ad singulorum populorum mentem et affectum accommodati, secundum variarum gentium ct regionum indolem non parum inter sc differunt. Ut eiusmodi cantica religiosa christiano populo spiritualem fructum et utilitatem afferant, ad catholicae fidei doctrinam plene conformentur oportet, eam recte proponant ct explicent, lingua utantur plana et modulatione simplici, a tumida et inani verborum profluentia Immunia sint, ac denique, etsi brevia sunt et facilia, quandam prae se ferant religiosam dignitatem et gravitatem. Hac ratione confecta hacc sacra cantica, quasi ex intimis popularis animi penetralibus nata, sensus et animos vehementer commovent piosque excitant affectus; et cum In religiosis ritibus a multitudine congregata una quasi voce proferuntur, magna quadam vi fidelium mentes erigunt ad excelsa. Quapropter, etsi, ut supra scripsimus, in Eucharisticis Sacrificiis sollemniter cantatis sine peculiari Sanctae Sedis venia haberi non debent, tamen in sacris non sollemniter celebratis mirum in modum luvare possunt, ut christifideles Sancto Sacrificio non tantum ut muti et quasi inertes spectatores assistant, sed sacram actionem mente ct voce comitantes suam pietatem cum
bus conlunl?ilnt, dummodo cantus illi sln-
SîîbAïufÎ!?? P^P115 rcctc aP^cntur, ut in multis orbis catholici regionibus lam fieri magno cum gaudio novimus. 21

/«n» Ceemict. ‹λπ. f. ‘‘Gmc TtkL. XXII, Dr tarrifirw Miiw.c Vni. ‘‘ Pm X.I.e.p fc».

11.4. J.S., rot XXXIX Ü947), p. 1963'.

h ritibus autem non plene liturglcis eiusmodi cantica rthdosL dummodo debitis dotibus, ut supra diximus, '•jeJUa sint, egregie conferre possunt ad populum chn-Jtiinum salutariter alliciendum, erudiendum, sincera pie-Ule imbuendum, ac sancta denique laetitia implendum;

Um intra sacras aedes, quam extra eas, praesertim »a wii ducendis pompis ct in peregrinationibus ad sacras aidnes. parique modo in religiosis sive unius, sive omina nationum celebrandis Congressibus. Ea autem potissimum utilia esse poterunt cum de pueris ct puellis idtor ad veritatem catholicam informandis, itemque de livtfltulis consociationibus et dc piarum sodalitatum conventibus, ut non semel experientia manifeste ostendit.

Quare facere non possumus quin Vos, Venerabiles Fratm, enixe hortemur ut hulusmodi popularem ad religions pertinentem cantum in dioecesibus Vobis concreditis esaicuraet industria foveatis ct promoveatis. Non deerat Vobis viri huius rei periti, qui hulusmodi cantica, cbi id nondum factum est, opportune colligant et in unum capus redigant, quo facilius ab omnibus fidelibus edisci, expedite cantari, firmiter memoria teneri queant. Qui rcliposae puerorum et puellarum institutioni praesunt, his rfficadbus adiumentis debito modo uti nc omittant, et iarentutls catholicae moderatores eadem prudenter in mustre gravissimo ipsis concredito usurpent. Sic spes est lore ut illud quoque feliciter obtineatur, quod omnium m votis est, ut nempe profanae illuc cantiones quae sive cb modulationum mollitiem sive ob verba saepe voluptaria et lasciva quae eas comitantur, Christianis, iunioribus craacrtim, periculo esse solent, e medio tollantur cisque ixun cedant, quibus casta ct pura comparetur delectatio d simul fides ac pietas nutriantur et augeantur; atque ili fiât ut plebs Christiana iam hic in terris illud laudis aulicum canere incipiat, quod in/aeternum cantabit in csdo: «Sedenti in throno et Agno benedictio ct honor et g'oriâ et potestas in saecula sacculorum» ».

Quae hucusque scribendo exposuimus, ad illos potissinmm Ecclesiae populos pertinent, in quibus religio catholici lam (irmiter stabilita est. In sacrarum autem Missiocan regionibus fieri non poterit, ut haec singula omnino akcutlonl mandentur, priusquam Christianorum numerus satis creverit, aedes sacrae ampliores exstructae fuerat, scholae ab Ecclesia institutae a Christianorum filiis rite frequententur, ac denique administrorum sacrorum par necessitatibus adsit numerus. Attamen operarios apojtollcos in amplissimis illis vineae Domini partibus sedulo Uberantes enixe hortamur, ut inter gravissimas muneris nl curas huic quoque negotio animum diligenter advertat. Multi ex populis Missionalium ministerio concreditis airam quantum delectantur musicis modulationibus ct caerimonias Idolorum cultui dedicatas cantu sacro exorant. Prudentiae igitur non est hoc apostolatus subsidium rfficax a Christi veri Dei praeconibus parvipendi vel omfitoo neglegi. Quare Evangelii in ethnicorum regionibus nuntii hunc religiosi cantus amorem, quem homines ipsorum curis commissi fovent, in muncrc suo apostolico explendo libenter promoveant, ita quidem ut hae gentes «is religiosis canticis, quae non raro etiam excultis natbnibus admirationem movent, similia opponant carmina aera Christiana, quibus veritates fidei, vita Christi Domini, K B. Mariae V. et Sanctorum laudes lingua et modulatiombtts iisdem gentibus familiaribus, celebrantur.

fidem autem Missionales memores pariter sint Ecclesiam Catholicam, inde ab antiquis temporibus, cum in regiones fidei lumine nondum collustratas Evangelii praccog« mitteret, una cum sacris ritibus liturgicos quoque cmtus, inter quos Gregorianus modos, inferre contendisse, Idque eo consilio ductam,/ut populi, ad fidem adducendi, Bodohlionum suavitate capti facilius ad Christianae reliveritates amplectendas permoverentur.

IV

Ut ea quae, Encydicis hisce Litteris Decessorum Nottronim vestigiis insistentes, commendavimus vel pracccpinas ad optatum effectum perducantur, vos, Venerabiles Fratres, omnibus illis adiumentis sollerter utimini, quae fittlsum munus Vobis a Christo Domino concreditum ct *ib Ecclesia* commissum offert, quaeque, uti experiundo constat, In multis Christiani orbis templis magno cum fractu adhibentur.

Ac primum quidem curate, ut in ipso cathedra!i templo ft, quantum pro rerum condicione licebit, in alus quoque dicionis vestrae sacris aedibus maioribus, selecta habeatnr Schola Cantorum quae aliis exemplo sit et incitamento ad cantum sacrum studiose excolendum et perficiendum. Ubi autem Scholae Cantorum haberi non possunt. Vel congruus non invenitur numerus *Puerorum Cantorumf* conceditur ut «coctus tum virorum ac mulierum seu puellarum, in loco eius soli usui destinato extra cancellos positus, textus liturgicos in Missa sollemni cantare possit, dummodo viri a mulieribus et puellis omnino sint separati, vitato quolibet inconvenienti et onerata super his Ordinariorum conscientia» 37.

Magna autem cura providendum est, ut qui in vestris Seminariis et in Missionum vel Religiosorum Institutis ad sacros assequendos Ordines contendunt, musicae sacrae et cantus Gregorian! doctrina et usu ad Ecclesiae mentem rcctc instituantur a magistris harum artium peritis, qui quidem mores et instituta maiorum magni aestiment et Sanctae Sedis praeceptis ac normis omnino obsequantur.

Quodsi inter Seminarii vel Collegii religiosi alumnos aliquis habeatur, qui peculiari huius artis facilitate et amore praeditus/sit. Seminarii vel Collegii moderatores vos 24
hac de re monere ne omittant, ut eidem occasionem praebere possitis has suas facultates altius excolendi, cumque vel in Pontificium huius Urbis Institutum Musicae Sacrae vel in aliquod eiusdem disciplinae Athenaeum mittatis, dummodo iis moribus ac virtutibus polleat, quibus optimum se fore sacerdotem spem faciat.

Huic rei ideo quoque prospiciendum est, ut Locorum Ordinarii ct Religionum Moderatores aliquem habeant, cuius auxilio in re tanti momenti utantur, cui ipsi per se, tot tantisque aliis onerati muneribus, pro necessitate vacare haud facile potcrunt. Optimum sane factu est, si in dioecesano Artis Christianae Consilio aliquis habeatur qui musicae sacrae et cantus apprime peritus iis quae in dioecesi fiant, sollerter invigilare possit, et qui de rebus actis et agendis Ordinarium certiorem faciat, eiusdemque iussa et mandata excipiat ct exsecutioni mandet. Quodsi in dioecesi aliqua cx illis Sodalitatibus habeatur, quae ad musicam sacram excolendam sapienter institutae et a Summis Pontificibus valde laudatae ct commendatae sint, Ordinarius illa quoque, pro sua prudentia, uti poterit in suo explendo munere.

Eiusmodi autem pias Sodalitates, quae ad populum sacra musica instituendum vel ad eandem disciplinam altius excolendam conditae, verbis et exemplo ad profectum cantus sacri multum conferre possunt, vestro favore, Venerabiles Fratres, adiuvate et promovete, ita quidem ut actuosa vita polleant, ut optimis idoneisque magistris utantur, utque in tota dioecesi musicae sacrae et religiosorum concentuum cognitionem, amorem usumque, debita cum legibus Ecclesiae obtemperatione ct plena erga Nosmet ipsos oboedientia, sedulo provehant.

Hacc omnia cum paulo fusius paterna sollicitudine permoti pertractaverimus, fore omnino confidimus, ut vos, Venerabiles Fratres, huic sacro negotio, quod ad cultum divinum dignius / et magnificentius celebrandum tantopere 25
confert, omnem vestram curam pastoralem sedulo adhibeatis. Quotquot autem in Ecclesia, ductu vestro, musicas res moderantur ac dirigunt cos speramus iorc ut Nostris hisce Encyclicis Litteris incitentur ad praeclarum huius generis apostolatum novo quodam ardore novoque studio generose, naviter operoseque promovendum. Hinc aspicato eveniet, ut nobilissima haec ars, quae omnibus Ecclesiae temporibus tanti aestimata est, etiam hodie ad genuinos sanctitatis ct venustatis splendores adducta excolatur et in dies perficiatur; atque adeo pro sua parte feliciter efficiat ut Ecclesiae filii firmiore fide, spe vigenliore, fhignintiorc caritate Deo Uni et Trino in sacris aedibus debitas tribuant laudes, dignis modis suavibusque concentibus expressas, immo ut etiam extra sacri templi saepta in familiis chrlstianis ct In Christianorum coetibus illud ad effectum deducat, quod iam S. Cyprianus praeclare monet Donatum: «Sonet psalmos convivium sobrium: ct ut tibi tenax memoria est, vox canora, adgredere hoc munus cx more: magis carissimos pascis, si sit nobis spiritualis auditio, prolectet aures religiosa mulcedo» ».

Interea vero uberiorum laetiorumque fructuum spe freti, quos ex hortationibus hisce Nostris oriluros esse confidimus, gratae voluntatis Nostrae testem et caelestium donorum auspicem, vobis. Venerabiles Fratres, singulis universis, itemque gregi unicuique vestrum concredito, lis nominatim qui votis Nostris obsequentes musicae sacrae promovendae dant operam, Apostolicam Benedictionem effusa caritate impertimus.

*. S. ***Efut***

D?h4/m*w (EpùL i. n. xvi)

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, dic xxv mensis Decembris, in festo Nativitatis Domini Nostri lesu Christi, anno mdcccclv, Pontificatus Nostri septimo decimo.—Pius Pp. XII.

Adn. C. DUMONT in NrT 88 0956) 187-191; F. LODOS in Sal Terne 45 (1957) 882-687; F. ROMITA in ME 81 (1958) 203-222; 82 0957) 123-145, 504-515: L TASSIIn ApoU. 29 (1958) 19-25.

2542

1955 DEC 27.-SC SACRAMENT., LITT. CIRC. PART?

Circulares litterae ad excmos locorum ordinarios **QUIBUS URGETUR SCRUTINIUM ALUMNORUM PERAGENDUM PRIUSQUAM AD ORDINES PROMOVEANTUR**

Romae, die 27 m. Decembris 1955.

Excellentissime ac Reverendissime Domine, Magna equidem cum Ecclesiae oblectatione nostris hisce temporibus conferta conspicitur cohors candidatorum ad Ordines utriusque clericalis militiae, qui in Seminariis et religiosis Institutis sollertium Moderatorum ductu ac Episcoporum sedula vigilantia ecclesiasticae institutioni serio incumbunt; animum ad pietatem in Deum Informare, congruentem disciplinam ediscere, sacras scientias comparare generose satagunt. Et ita divinis charismatibus adiuli, mentis ct cordis virtutes, naturalc ingenium excolere student ut tandem naturae ct gratiae donis, quae opus sunt, exornati digni Dei administri sacri ministerii nobilibus muniis rite obeundis pares aliquando inveniantur.

Quo vero ista prospera rerum conditio aptius perseveret magisque provehatur in posterum et incommoda, sl quae exsurgant, arceantur, opportunum duxit haec S. Congregatio hanc ad Excihos locorum Ordinarios mittere epistulam, quae In expediendo negotio deligendi et religiose instituendi candidatos ad Ordines cis non parvo adiumento foret.

Favens vero perhibetur occasio: quintus enim supra vicesimum hodie reapse completur annus, quo ab hac eadem Sacra Congregatione ad Revmos locorum Ordinarios missa fuit Instructio, quae inscribitur, «de *scrutinio alumnorum peragendo antequam ad ordines nromoveanturt,* die 27 mensis decembris 1930, n. 2319-29 (A. A. S., vol. XXIII, p. 120 ss.) (LE 1001] ».

Experientia teste ab eodem hoc S. Dicasterio isto temporis Intervallo comparata, constat salutares effectus, ad quos gignendos Instructio erat ordinata, Deo opitulante, abunde suppetiisse in locis ubi ipsius praescripta diligenter exsecutioni mandata fuerunt, prout postulabat canonica disciplina maximi momenti cuius tutelae per illam consulebatur.

Ita provide cautum fuit ut saepe a presbyteratu recipiendo arcerentur candidati, qui divinae vocationis expertes inventi sunt: quia aut Ipsi marte proprio, difficili huiusmodi negotio coram Deo mature perpenso inspecta doctrina recollecta a praefata Instructione, compercrunt se non fuisse divinitus vocatos; aut quia Ordinariorum ope per Inquisitiones sedulo peractus ad normam praescriptionum eiusdem apostolici documenti, iidem positivis argumentis de canonica Idoneitate ad ordines (can. 973 § 3) destituti reperti sunt.

Nec minus saepe Idcirco accidit ut u clericali militia prohiberentur Institutorum alumni, qui a parentibus vel consanguineis, ct quandoque etiam ab eorundem Moderatoribus, ad eandem capessendam cogebantur ex gravi metu ab exlrinseco Incusso (can. 211), ob rationes sane quam longe aberrantes plerumque α germanis divinae vocationis elementis. Quod quidem expresse assequi intendebat Instructio ad canonicas causas de nuilitatc onerum S. Ordinationis exinde postea oriturns praecavendas.

Hinc factum est ul clerici in sacris iam constituti citra presbyteratum aut sponte Beatissimo Patri supplicaverint ut dispensatione ob oneribus omnibus suscepti ordinis Impetrata, sibi liceret ad saccularia vota remeare; aut, tamquam sacerdotio Indigni, licet inviti, *ex oRiclo* ad statum iaicalem redacti fuerint ab hac S. Congregatione per supplices preces ab Ordinariis sibi porrectas.

Ideoque gravissimum datum fuit avertere periculum ut ad 3. Presbyteratus ordinem promoverentur subdlaconl ct diaconi immerentes lam ad postremum limen usque pro-

l G«rUmo i ImtmxU-xvm pihlici htn· £rdt S. C. <le Rr.U<V>at pro i Xlt-njt M. A. S. vol XXIV p. 74 (L£

gressi, studiorum curriculo prope emenso, recipiendi sacram Ordinationem.

Quot acribus angoribus et acerbis cruciatibus dlveutoi sese ostendant iniseri sacerdotes, qui sine quodam divino afflatu, inconsiderate praesumpserint sacro prcsbvterato insigniri tractu temporis ab inito sacro ministerio fert est impossibile dictu. Id luculenter conicitur ex precibus heic receptis ad Implorandam declarationem nullitatis S. Ordinationis vel obligationum eidem inhaerentium Quae vero non impetrata, aut ob carcntiam canonici nuilitalis capitis aut non Juridice evictum eiusdem capllh interventum in casu, per integram vitam in suo infclid statu, pro dolor, permanere coguntur, ut plurimam simplici reductione ad statum lajcalem contenti, Incolumi nempe manente obligatione servandi sacrum caelibatum, quin tamen sc abstineant a propemodum infinitis querelis interponendis ut et ab hoc onere Uberentur.

Conatus ab istis presbyteris pertentati ad hanc contra ius infringendam legem, quae a veneranda ct perantiqua traditione ad nostra usque tempora pervenit illaesa et in Codice I. C. est recepta, miseratione postposita in Irritum cadant necesse est, ut ista disciplina integra intaminataque in suo roborc permaneat.

Commune enim bonum, cuius praesidio lex ista eil constituta, praevalere debet privato quorundam commodo: secus tentamina exantlata, ad eam etiam dumtaxat extenuandam, disciplinam hanc pessum darent el consectaria inducerent, temporis decursu, tantae amplitudinis, quae nemo forsan nunc valet dimetiri.

E relationibus quae huc pervenerunt non semel eruitur quibusdam in locis ct per quaedam temporis abnormia adiuncta (puta: tempore postremi belli) monita et praecepta memoratae Instructionis vel penitus oblitterata vel non satis servata fuisse ab omnibus ad quos pertinet, cum exitialibus effectibus, quae hinc copiose processerunt.

L Quo Ordinariorum vigilantia in posterum penitius ct efficacius exerceatur in exploranda alumnorum divina vocatione et idoneitate candidatorum ad Ordines, Sacra hacc Congregatio, collatls consiliis cum S. Congregatione de Seminariis et studiorum Universitatibus, sub iliorum oculis proponere satagit praecipuos questus, quos passim recolunt sacerdotes causas agitantes de nullitate S. Ordinationis aut adnexorum onerum penes SS. Dicastena Apostolica.

a) Ignorantiam non semel ostentant memoratae Instructionis «de scrutinio» proindeque asserunt se ad SS. Ordines accessisse quin rite perspecta haberent illins praescripta suaeque vocationis negotium satis perpensum.

b) Nonnulli contendunt se, e paupere familia ortos, in Seminarium aut Collegium religiosum a parentibus vel parochis missos iunlori aetate cum nimis incerta notitu ecclesiasticae vocationis, processisse usque ad Maiores Ordines ut sese torpide accommodarent ad statum in quo reperiebantur. Evenit ideo ut. congruenti ad rem institutione utili tempore non comparata, in actu S. Ordinationis haud sufficienti pollerent conscientia officiorum, quae sacerdotalis conditio secumfert, ct periculorum exercitium sacri ministerii attinentium.

e) Alii affirmant se non fuisse proclives ad statum clericalem amplectendum ct caruisse peculiari pietate In Deum atque studio in sacras res, attamen incitatos fuisse ad recipiendos SS. Ordines a Moderatoribus, autumantibus divinum auxilium ad sacerdotalia munia rite exercenda in posterum sibi non defuturum.

d) Non desunt qui recolant parentum vel propinquorum influxura indebitum, importunas crebrasaue preces, hortamenta ct quandoque eLiam graves minos ut clericalem militiam capesserent intuitu bonorum temporalium, quae sibi suisque obventura forent, utque assequerentur elatiorem stalum pracclarumque nomen in civili consortio; et idcirco fuisse confractam suam rcluclantiam in suscipiendo statu, cui maxime adversabantur.

e) Alii profitentur se animo pusillo praeditos, anxios» dubios, scrupulis exagitatos, incapaces prorsus ad quamlibet alicuius momenti resolutionem capiendam, unice fuisse compulsos ad SS. Ordines diuturnis consiliis et suasionibus suorum Moderatorum, qui veriti non sunt significari in mundum reversos ab omnibus relictum iri absque honestae sustentationis mediis, quippe qui arte quacumque aut professione destituti essent post sat longum studiorum tirocinium in Institutis peractum

Adsunt etiam qui declarent se ad Ordines fuisse adductos periculo amittendi salutem aeternam et incurrendi inferni pacnas per Moderatores sibi nriticiioM i i* pietas ii clerici» ,talul 7aleaixi«cnt

/| Asl longe uberiorem querimoniarum fontem perhlbent prvsbvtcri, qui contendunt se psychicis in re sexuali livrasse· morbis, quos psycastheniam, neuroshn aut psy-0x1*1 nuncupant. Hi se pingunt invincibiliter et quasi ccrporis constitutione pronos ad libidinem, quos, aiunt, aestu reapse vexavit, ct impares reddidit castitati scr- quam violasse autumant interdum usque ad testas S. Ordinationi recipiendae proximum; dictitant sixtre cuidldeque vesanam hanc ad illecebras proclivi-Uka mlserosquc lapsus se fassos esse spiritus Moderatorifa, quin idcirco aversi fuissent a SS. Ordinibus suscipleodis. Recursus, uti asserunt, ad ordinaria et quandoque dhm extraordinaria spiritualia remedia (uti: confessiones frequentes et Communiones, poenitentias et abstinentias lefijlis protractas, et vel quandoque ipsa cilicia adhibita wqwisque macerationes) non valuerunt turpis passionis stiaulos vehementes coôrcere.

litorum nonnulli affirmant sc animi anxietatibus preside vocationis problemate, praesertim ob intimas cnuncaUs difficultates in genere morum et nonnumquam ob privum *vitii solitarii habitum* inde a puerilia contractum oc tempore studiorum emendatum atque cum fere coikiinls prolapsibus conlunctum, recepisse nihilominus ©rasilium ulterius progrediendi, aliquando adiectis etiam mportunis precibus ct adhortationibus a Moderatoribus, nhill sponsoribus inanibus effectis de felici exitu ordinatoris eorundem.

Sacerdotes isti hisce similibusque freti rationibus, culpa suae Ordinationis in Institutorum Moderatores refzædere nituntur, quasi se requisitis conditionibus carentes ri sacerdotium admiserint vel compulerint. Audacter polode flagitant ut, errori suorum Ministrorum medendo ecclesiastica Auctoritas, se ab oneribus omnibus S. Ordicribnh liberos ad saeculum dimittat.

Ceterum non est diffitendum saepe has presbyterorum b processibus factas allegationes fucatam dumtaxat perbiere veritatis speciem; constat enim plerumque eas esse propositas a solis oratoribus, quorum maxime intersunt, «c per testes aut documenta in iudicio evictas.

Exinde tamen non sequitur (quod est honeste animadvertendum), semper adlectos fuisse in clericalem militiam alssaos vera vocatione munitos atque plena libertate fruentes aut pathologicis psychicis defectibus immunes rd constat ab actis processuum.

Ad igitur praecavendam, quatenus fieri queat, etiam çnracumquc querelae speciem, per has litteras Excmos licorum Ordinarios admonitos vult hoc S. Dicasterium ct intimius ct accuratius inquirant super canonica idoneitite, vel minus, candidatorum ad Ordines.

II. Quo aptius in hoc moderando negotio, periculis consito, procedere valeant, sequentia prae oculis iidem focorum Ordinarii rogantur ut habeant.

1.Memoratam Instructionem adamussim diligenterque «terrent per Seminariorum administros sub ipsorum prudenti moderamine.

2.Eadem Instructio *quotannis,* uti in ipsa praecipitur wi/inem, Seminariorum alumnis perlegatur in parte dispositiva, quae eosdem respicit, ut de illius ignorantia liat inexcusabiles el impertitas normas rite addiscant.

Tuttavia l'applicazione delle menzionate doti d'animo é wggetta all'inffusso del volere, della sensibilité e del carattere, al cui riguardo altre importanti esigenze s'impongono nel cri-tico. Per impedire che il volere e la sensibilité agiscano nega-tivamente sul giudizio critico, è necessario chc egli, anzitutto, »l proponga la massima obiettivité. e quindi, che npra l'nnlmo al senso di benevolenza e di fiducia verso l'autore, fino n qoando ragioni positive, ccrte e gravi, non suggeriscano una diversa condotta. Un critico nbltualmcnte soggeto alla pas-*uone* non dovrebbe neppur prendere In mano la penna. Nobll-U del carattere c bonta di cuore sono sempre la mlgbore armatura In ogni specie dl lotta, quindi anch® nobik dnve st trovnno In contrasto Idee ed opinioni; P***|.11* '^nuità ti e la bonta non debbono essere e b crédulité del fanciullo, cul mancano la wcunJe"eiperienza dclla vltn. Delle acccnnnte doti e dlspo-

sizionl Il critico puô piü o meno abbondare; ma in nessun modo c in nessun caso devono dlfettare la probité, la incorruttibl-ll té, la fermezza del carattere. Non per far placere all'autore, né al pubblico —spesso succubo di estrose simpatie ed anti-patic—, c ncanche per secondare la propria inclinazione, il critico puô fare, contro la propria scienza e coscienza, contro la verita obiettiva, una falsa critica; falsa, sia a causa di una invertita inlerpretazlone dclla erroneltà e del pericolo che rap-presenta lo scritto, sia con la deliberata omissione di rflievi, chc lealmcnte non sl possono occultare. Ad ogni critico lette-rario dovrebbe potersi applicare la testimonianza, che i ncmici giurati del Redentorc, ipocritamente ma / pur secondo verità, gli diedero, allorchè vollero coglicrlo in parola con la domanda: «È leclto pagarc il tributo a Cesare, o no?». «Maestro, essi dis-sero, noi sappiamo che tu sei sincero, e Insegni la via di Dio secondo verità, senza badare a chicchesia, perché non guardi in faccia n nessuno» ».

La fermezza di carattere di un critico va dimostrata spe-cialmente nel pubblicare serenamente e senza paura Il proprio giudizio. e poi nel difenderlo, ove fosse oppugnato, restando tuttavia sempre sullo stretto campo della giustizia. Come un giudice, che non avesse il coraggio di sostencre la legge, do-vrebbe dimettersl dal suo ufficio, cosl il critico, chc amasse il quieto vivere più della verità. Ma la fermezza deve sempre evitare i modi propri dell'arroganza, quasi che già a priori stessc una presunzione di diritto per la verità in favore del critico e contro l'autore. Ambedue sottostanno alla stessa legge del servizio alla verità, a cui sono legati; ma il critico si assume inoltre espressamente l'impegno di servirla con la mas-sima fedcltà. In ogni modo, sia Pautore che il critico dovreb-bero sapere che, al di sopra di loro, è sempre la verità. —Un'in-giusta critica, come indica il nome stesso, non è solo un errore deirintelletto, ma costituiscc altresl un reale torto contro Pau-tore, chc potrebbe rimaneme danneggiato nella fama e non di rado anche nei suoi giusti interessi; in tal caso resta al critico un prcciso obbligo di ritrattazione. D'altra parte, perô, una giusta e giustificala critica non dovrebbe essor pavidamente ritirata dal rcccnsorc» qualunoue sia la violenza degli awer-sari; clô signi ficherebbe una aeplorevole mancanza di carat-tere e di coraggio, e minerebbe la tanto necessaria fiducia nel pubblico, il quale esige a buon diritto che il critico rimanga fermo nella sua parola, ove sia stata data secondo verità.

II

Questi dovrebbero essere per il critico e la critica, da qual-siasi parte provengano. i principi fondamental! piü comuni da considerare e rispettare. Per niutare a ricordarli, valgono alcunc brevi regole usuali, diversamente formulate, ma so-stanzialmente concordi, per alcune delle quali Ci sombra utile di spendere qualche parola, giacchè sono non di rado citate a prova e a giustificazione di un determinato pensiero od azione.

a) Iλι prima è la stupenda massima, da Cornelio Tacito posta al principio dei suoi celebri *Libri ab excessu Dial Augusti,* e che fu poi/ largamente usata: *sine ira et studio,* ossia. senza j passione né parzialità .· Rettamente intesa, questa massima non esprime solo Il criterio di condotta del giudice, ma in ge-nerale deve essor rispettnta in tutti i rapport! tra gli uomini. Come monito essa é rivolta particolarmente alio storico; tut-tavia la comune saggezza la trova opportuna anche per il critico, chc perciô deve giudicare e serivere «sine *ira et studio**, senza prevenzioni. Ma appunto perciô non puô essere suo ob-bligo Tinibirsi dl manifestare i propri retti sentiment!, c tanto meno il rinunziarc a sostenere, purchè vero. Il suo mondo idcologico. A un sereno e moderato critico è anche lecito, per csempio, di esprimere con fermezza e vivacité la sua indi-gnazione contro una letteratura pornografica, che corrompe la gioventü e non lascia indenni gli adulti. Né si puô tacciare di parzialità Il critico letterario, come pure ogni semplicc cri-stlano, che assume corne criterio di giudizio la verità cristiana, la sua integrity e purezza. Del resto, lo stesso Tacito, pur nella norma impostas! al principio, descrive talvolta con tragiche tinte il despotismo di alcuni Imperatori c deplora Iα corru-zlone dilagata fin nei piü alti cet!; consegna aile sue pagine la propria ansia per la libertà perduta, ed il rimpLinto per la tremontata grandezza dell'antico Sonato e per I tempi felici dcH'austera Roma del Padri.

b) Un'altra massima. che, malgrado l'apparenza. è *1-quanto difficile a Intendcrsl c a praticarsi. é questa: *verbum oris est verbum mentis,* vale a dire, l'uomo dice (o scrive) ciô chc pensa. Il significato più owio é Il seguente: la parola este-riore rlceve il suo senso c il suo contenuto dnl pensiero Interno. Pertnnto, chi vuole conoscere la mente deU'autore. ascoltl le sue parole, e, ove non vi siano ragioni positive di dubitarnr. si nttenga a quelle, come a testimoni naturali dcll'intimo ani-mo. In questo aspetto In persona delPautore. la «un vitn e le sue tendenze non debbono essere Il nunto di partenza drll'in-dagine critica; bensl l'openi e quanto in esn viene esnreMo. Ma la citata massima awerte anche l'autore che egli sarà giudlcato In base allé sue parole. lc quali pertnnto debbono riflettere fedelmente le sue idee e I suoi «en!imenti. Se questi sono retti, egli farà di tutto per esprimere tale retta menta-li là, tenendo d'altronde présenté che non é sempre cosa facile pensare in un modo e scrivere In un altro: chc. cioè, é molto difficile occultare l'intlmo pensiero, senza che In un modo o in un altro vengn svclato <ln questa o quella «fumatura. La πιω· «ima è dunque per lo scrittorr un monito alia sincérité. Al critico, invece, pone i limiti d'indaginc e di giudizio. Egli deve/ 133 restare al chiaro significato oggettivo dello scritto» poJrhé il

* NUt TH. *32. i*6

suo stretto uffido è di giudlcare l'opera, e non !'au tore. Quindi dô che puô essere Intcso In senso retto, cgH lo interpreti in tnl modo. È questa una norma generale, necessaria per Ia pacifica convivenza e per i reciproci rapport! fra gli uomini. Lasciando da parte i casi dubbi sui senso oggettivo di uno scritto, nd quali converrà inclinare verso una intrepretazlone favorcvole alla rettitudinc dell'autore, il critico deve partire dalla prcsunzione che le parole dette o scritte hanno un senso in sè stesse e chc, primlcramente, esse sono presentate al pubblico soltanto in detto senso oggettivo. Ora appunto questo il critico ha per uffido da giudicare. Se è retto, egH lo chiamerà taie, anche se d'allronde (e forse anche dall'opera stessa) risoitasse che le idee personali dell'niitore non sono ad esso conformi. Se invece il senso obiettivo delle parole contiene un errore o falsltà, è uffido dei critico di farlo notare, anche se si abbia motlvo di credere che il modo di pensare soggettivo dell'autore sia diverso e corretto. Una giusta e benevola critica potrà suggerire in tali casi questa relativa correzione delle parole in considcrazione delln persona deU'autore; ma l'erroneo senso oggettivo non resta con ciô annullato.

c) Una terza massima vorremmo altresl menzionare: *Super omnia autem caritas:* soprattutto perô la carità. Si è voluto attribuirla a S. Agostino; sembra tuttavia più probabile, a torto. In ogni modo la cosa chc si vuol designarc è in essa esattamente espressa, e intende di risolvere sui terreno pratico quel dubbio, che non di rado tormenta il critico onesto, se cioè dore la precedenza alla «veritas» o alla «caritas». Teoricamente è chiaro che non puô darsi nessun obbiettlvo contrasta fra la «serifar» e la «carl/os», sc con questa parola s'intende il procurare il vero bene del prossimo e l'evitare di offendcrlo ingiustamente. Ma la questione ritorna sui terreno pratico in singoli cash Si supponga che il critico letterario si trovi dinanzi alla scella: o dire la intlera verità, come sarebbe necessario, ma che procura aU'aiitore offesa od anche danno, *a* scapito, sembrerebbe, della carità; oppure obbedire a quel chc pare dovere di carità, tacendo la verità, che non dovrebbe occultarsi e ignorando un serio errore. Il critico si domanda allora a quale delle due deve darc la preferenza. La sua ansia cresce, se Interroga I divini precettl, ove il rispetto della verità e della carità è sommamente ed egualmente raccomandato.

Il Signore infattl ha detto: *Veritas liberabit* roi ;· l'Apostolato delle/ Genll insegna: *Plenitudo legis est dilectio;** e In un
134 ultro passo, secondo il testo grcco: ἀλτ,θεύοντε δέ ἐν ἀνάττη αὐξήσωμεν εἰ αὐτδν τά πχντχ:» cioè: Aderendo alla verità cresciamo nella carità in lui in tutto. Il discepolo prediletto Giovanni, che appena riusciva a sodisfare sè stesso nell'affermazlonc dclla carità, proclamava: *Deus caritas est,* Dlo è carità·; e ancora: *In hoc cognovimus caritatem Del, quoniam ille animam suam pro nobis posuit; et nos debemus pro fratribus animas ponere·.l* anche nol dobbiamo porre la vita per i frutelli; ma io stesso S. Giovanni csprime, riguardo ad un uomo che offende la verità e la integrità della dottrina, la forte inÎiunzione: nec *Ave* el *dixeritis,* dunque nemmeno un breve, uggevole saluto .·

Quale norma di condotta dovrà dunque seguirc il critico letterario in base a questi precettl della S. Scrittura? Come riuscirà a conciliamc nel suo pensiero e nella sua cosclenza l'apparente contraste dl precedenza? 11 «fondamento» di tutto è la «veritas»; il «termine» e 11 «coronamento» di tutto è la •caritas». 11 fondamento deve rimancrc intuito, altrimcnti tutto crolla. anche il «coronamento» c II «compimcnlo». Ma il fondamento della verità non basta, corne il fondamento della fede senza la carith, di cul nella lettcra al Corintl sl dice: *Maior autem horum est carllas* ,· nel quale testo, e quindi con anaiogo senso, si rlspccchin la massima citnta *super omnia autem caritas.* In non pochi casi, del rcsto. non sarà difficile di tro- ▾ are la rettu via, se il critico rimarrù consapevolc che il precetto della carità l'obbllga non solo riguurdo all'autore, ma nnehe rispetto al lettore. Egli potra sempre valeral di qualchc favorevole occasione per prevenire pcricolosi malintesi nel lettore, pur usando delicutezza dl forma verso l'autore.

Abbiamo stimatn utile dl menzionare alcune di queste masslme secondaire, perché Ci sembra che csprimano, in forma più concreta chc I generali principi fondamental!, ciô che si richlede nel critico letterario. Questi debbono costantemente presiederc alla delicata sua opera, troppo soggetta a svlste, Intempcranze e debotezze: sono H fondamento per meritare ed accrescere la fiducia che il pubblico ripone nella critica, c segnano 11 limite tra il giusto c l'ingiusto ncH'adempimento
135 del suo impor/tante uffido.

Rlservando, come abbiamo già annunzinto in principio, ad un ultra incontro, se sarà possibile, la trattazionc dclla secunda parte *(UoggelloJ* della Nostra esposlzione, invochiamo intanto su dl vol e sulla vostra opera l'abbondanza dei lumi c dcgli aiuti divini. In pegno dei quali v'impurtiamo di cuorc la Nnstra paterna Apostolica Benedlzlone.

•Ioa.9,ia. · Rom. 13,10. BEfàcr. 4.15. · x lo. 4, 16. ' x To. 3, 16. • 3 lo. xo. · x *Cor.* 13, x y

1956 FEB 22.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.·

Solvuntur varia duoia circa interpretationem •NOVI ORDINIS HEBDOMADAE SANCTAE»

D« niK—Ertiu» nc Revthus Ordinarius Turraconcn., in Hispania, Sacrne Rituum Congregationi dubia quae sequuntur pro opportun* solutione «ubleclt, nempe:

1.· I trurn illuminatio et adorntio Monumenti, auod rfia. tur durante Feria VI in Pn,,l0ne et Morte KalWA possit, quum In Instructione S. Rituum CongregatlonH d. ΘΓ‹l ne Hebdomadae Snnctac instaurato rite peragendo (n. l0i publica adoratio Ss. Eucharistiae protrahenda dicatur saitra usque nd mediam noctem Feriae V in Cena Domint r 2'\ vl fPslus Dcc''tl Generalis quo Hcbdornador Sanctae OMo instauratur, supprimi possint ministri In Functionibus Tridui Sacri absque apostolico induito In ecdeitii non paroecialibus.

3.· Num Oratio ·*EI famulos tuos.,.*· possit debeatque dici Feria V in Cena Domini et Feria VI in Passione et Morte Domini.

•1.· An sacerdotes, qui Missae Intersint Feria V in Ceu Domini possint inde nb inchoata Missa stolam deferre.

5.· Ad efformandum Ingressum instar processionis Feria V in Cena Domini possuntne sacerdotes ct ministri vestes induere in altari ad ecclesiae ingressum sito?

6.· Utrum possit indiscriminntim adhiberi pro Monumento urna specialis vel quodvis tabernaculum.

7.· Si plures pyxides fuerint consecratae pro Feria VI in Passione et Morte Domini, debentne In Monumento asservari!

8.· Sacerdos Corpus Domini sumpturus In solemn! actione liturgica Feria VI In Passione et Morte Domini debetne pectus percutere ter sacram particulam eadem manu dextra tenens, prout praescribitur In Rubrica n. 29?

Resp.—Et Sacra eadem Rituum Congregatio, audita Spe» cialis Commissionis sententia reque sedulo perpensa, respondendum censuit:

Ad I et II: *Affirmative.* Ad III: Dicenda tantum Feria V in Cena Domini. Ad IV, V et VI: *Affirmative.* Ad VII: *Negative.* Ad VIII: Accepta sacra particula manu dextra, eam manui sinistrae tradit et postea ter percutit pectus manu dextra.

Atque Ita rescripsit, declaravit et servari mandavit, die 22 Februarii 1956.—C. Card. Cicognant, S. R. C. *Praef.*

♦ Ordinario Tarraconensi in Hisconia: Sal Terrae 44((1K6) 557-5€è

2565

1956 FEB 25.-SC RITUUM, INDULTUM. PART.·

Facultas datur dioecesibus s. f. a. s. transferendi SOLLEMNITATEM EXTERNAM S. IOSEPH OPIFICIS AD FERUM II MENSIS SEPTEMBRIS, QUA FESTUM CIVILE OPERARIORUM IN ILLA REGIONE RECOLITUR

Erili ac Revriii Domini Cardinales et Exemi ac Revmi Domini Archiepiscopi et Episcopi Dioecesium Statuum Foederatorum Americae Septemtrionalis, in annuo Coetu coadunati, Sanctitati Suae humiles preces admoverunt, ut in dictis dioecesibus et in territoriis iisdem Statibus Foederatis subditis. Festum Sancti *loseph. Conf., Sponsi B. M.* V., *Opificis,* transferri possit de die 1 Mail in Feriam, quae in mense Septembri, occurrit secunda, eo quod iam per multos annos festum civile operariorum (vulgo «Labor Day») eadem Feria II mensis Septembris recolitur.

Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XII tributarum, attentis expositis peculiaribus adlunctis, ita precibus annuit pro gratia, ut, retentis Officio et Missa propriis et approbatis dc Sancto loseph, ConL, Sponso B. M. V., Opifice, die 1 Mali, solemnitas externa eiusdem festi institui valeat in praefatis dioecesibus prima Feria II mensis Septembris, cum altera Missa cantata et altera lecta, dummodo non occurrat festum duplex primae classis; sl vero occurrerit festum duplex secundae classis, permittitur unica tantum Missa in cantu: servatis de cetero Rubricis. Praesentibus ad proximum decennium valituris. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Die 25 Februarii 1956. —G. Card. Cicognani.

• Ordinxrua locorum S F AS.. Prot. N. D. 10,958: o foliis eiusdoa S. C. Rituum.

566

1956 MAR 5.-SC RITUUM, DECRETUM. PART.·

Mittuntur editoribus pontificiis «additiones et VARIATIONES· IUXTA ORDINEM HEBDOMADAE SANCTAE INSTAURATUM ET DECRETUM GENERALE «DE RUBRICIS AD SIMPLICIOREM FORMAM REDIGENDIS·, IN RUBRICAS BREVIARII ROMANI INDUCENDAE

Iniinurair'''«jn Promulgationis Ordinis hebdomadae sanctae instaurati, dici 10 novembris anni 1955 [LE 2526). statuat

■l textus ibidem Inscripti, in posterum In Mlssalc et in Brevurittm romanum Inducantur loco ordinis in his libris inserti, W3 baro Rituum Congregatio opportunum duxit variables in editionem typicam Breviarii romanl inducendas Editoribus Pontificiis accurate significare. Item opportunum dull, pro universa hebdomada sancta ct octava Paschae, etian variationes, per decretum generale de rubricis ad sim-B^dorem formam redigendis [LE 2492) praevisas. In textum Breviarii inserere.

Curent itaque Editores, qui privilegium habent libros 11-torricos imprimendi, ut In novis Breviarii romani editionibus, urat et In excerptis eiusdem Breviarii, quae pro officiis hebdcuudae sanctae et octavae Paschae fieri solent, hae additions el variationes accurate inscribantur, cauto tamen nc, m ceteris Breviarii partibus. Iuxta decretum *Cum hac nostra trtde,* diei 23 martii anni 1955 (LE 2492], aliquid innovetur.

Ad uniformitatem vero In omnibus obtinendam. Editorum curae commendatur ut, in textibus exscribendis, littera «j» deleatur et per litteram «I» sufficiatur, uti lam In Ordine hebdoaidae sanctae factum est. Item in verbis, uti sunt v. gr. anliphona. psalmi, psalterium, lectio, hymnus, versus etc., litteramaiuscuia deleatur, in his tantum retenta: Horae, Matu-Uaum, Laudes, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperae, Compklorium.

• Ediicribus PonliHdis S. C. Rituum: EL 70 (1956) 414. Adn. A. RUGSXlin EL T0 (1956) 414-429.

567

1956 MAR 7.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.·

De U3Ü GRAMMOPHONH. SCRINII radiophonici altorum-QVE INSTRUMENTORUM PHONOGRAPHICORUM, ET DE CHORIS WIXTIS IN ECCLESIIS INTRA LITURGICAS FUNCTIONES ADMITTENDIS

Exabusae Rcvmus Ordinarius Imolen. n Sacra lUtium Congregatione reverenter petiit solutionem sequentium dubiorum, nimirum:

I. *a)* An in functionibus liturgicls liceat uti grammophofLo vel scrinio radiophonie© ad transmittendas homlllas, sacros sermones, catechcsim aliaque id genus, quoties parochus prae aetate, infirma valetudine aliave causa haud sit idoneus aerae concioni habendae neque adsit copia sacerdotis eundem substituendi;

b) an liceat intra easdem liturgicns functiones transEutti, iisdem machinis ut rupra. cantus vel modulationes religiosae, graves quidem serieque et affabre compositae, ad edocendos christifldeles cantus religiosos, quos dein ipsi soli b ecclesia decantare possint;

e) an liceat uti grammophonlo ad cantus liturgicos partiam, quae dicuntur, mobilium ct immobilium Missae solemnis exsequendos, Idque propter carcntinm ex toto vel fere ex toto tantorum vel magistri organi, sicquc fideles imperiti ducantur ia arte canendi;

rf) an liceat adhibere orbes nhonographicos, vulgo «dischi grammofonicl». intra sacras aedes paulo ante initium liturpcarum functionum (v. g. ante initium Missae, Vesperarum, etc), od christifldeles congregandos In ecclesia, vel continuo sc statim ab lis expletis, exeuntibus de ecclesia fidelibus.

II. Dato quod chorus viris et feminis constans numquam ia presbyterio vel ad altare retro ponendus est, quaeritur:

a) utrum talis chorus, cantorum scilicet virorum ac feminarum, poni possit In loco qui vulgo «cantoria» audit, quoties haec collocatur longissime nb altari, ad Ingressum fere ectieibe, aiiove loco in ecclesiae alis; *b)* utrum idem cantorum coetus possit collocari in navi transversa iuxta presbyterium; *c)* utrum In Missa cantata, ad offertorium, cani valeant cantus religiosi lingua vulgari concepti, quos Italice dicunt nnottetti»; iidemque ante Missae cantatae initium vel continuo et statim ab en expleta.

III. Quaeritur demum, num in paroeciis, praesertim idoneis ailis carentibus, collocari possit in ecclesia machina prolectlo-Rtnn. quam dicunt, qun imagines Indolis omnino catechistlcae ▾ enabtli luce exprimantur, eo quidem fine ut institutio reliriou fidelium facilior efficaclorque reddatur.

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, audito Commissionis bturgicae suffragio, reque sedulo perpensa, respondendum censuil*

Ad I: *Negative;* posse tamen tolerari usum grammophonll et jcrinil radiophonici ad edocendum populum extra functiones liturgicns. Ad II: Pro *a)* ct *b)* servetur Decretum S. R. C. n. 1231. Ad II: *e) Negative* ad primam portem, *affirmative* *4 secundam. Ad III: *Negative.*

Atque ita rescripsit et servari mandavit, die 7 martii 1956.-C. Card. Gicognani, *Prael.* A. Carinci, Archiep. Scleucien.. α *Secretis.*

• Ordfasrio Imolonsl. Prot. N. I 3'956 EL>71 (1957) lUiflEL 71 (1957) 198-198; F. LODOSin Sal Torree 45 (1957) 68--6S7

2568

1956 MAR 15.-SC RITÜUM, DECL. AAS 48 (1956) 153-154

Declaratio circa functiones «tridui sacri» secundum ORDINEM HEBDOMADAE SANCTAE INSTAURATUM

In Ordine hebdomadae sanctae instaurato, praeter rubricas dc sacrorum rituum celebratione solemni, Id est *cum* ministris sacris, rubricae adduntur pro eorundem rituum celebratione simplici, id est *sine* ministris sacris, eo sane proposito ut eorundem rituum celebratio facilior reddatur in omnibus ecclesiis vel oratoriis publicis et semipublicis.

Cum vero circa hanc rem dubia quaedam orta sint, S. Rituum Congregatio sequentia declaravit ac statuit:

1. In omnibus ecclesiis ct oratoriis publicis ct semipublicis, ubi copia habeatur sacrorum ministrorum, sacri ritus dominicae II Passionis scu in Palmis, feria V in Cena Domini, feriae VI in Passione et Morte Domini et Vigiliae paschalis, in forma solemni celebrari possunt *(Instructio,* η. I) [LE 2527).

2. In ecclesiis autem et in oratoriis publicis et semipublicis, ubi sacri ministri desunt, ritus simplex adhiberi potest. Ad praefatum autem ritum simplicem peragendum, requiritur numerus sufficiens «ministrantium», sive clericorum, sive saltem puerorum, et quidem trium ad minus pro dominica II Passionis seu in Palmis et pro Missa in Cena Domini; et quatuor saltem in celebratione Actionis liturgicae feria VI in Passione et Morte Domini et Vigiliae paschalis. Hi autem «ministrantes» sedulo instructi esse debent de iis quae ab ipsis agenda sunt *(Instructio,* n. 3). Duplex haec conditio, scilicet de sufficienti numero «ministrantium» et de eorundem congrua praeparatione, prorsus requiritur ad ritum simplicem peragendum. Ordinarii loci invigilent ut haec duplex conditio, pro eodem ritu simplici statuta, adamussim observetur.

3. Ubi feria V hebdomadae sanctae, post Missam in Cena Domini, etiam in forma simplici celebratam, translatio et repositio habeatur Ssmi Sacramenti, stricte requiritur ut in eadem ecclesia vel oratorio, Actio quoque liturgies postmeridiana feria VI in Passione et Morte Domini locum habeat.

4. Si quacumque de causa Missa in Cena Domini etiam ritu simplici celebrari non possit, Ordinarius loci, ratione pastorali, binas Missas lectas permittere poterit in ecclesiis vel oratoriis publicis litandas, unam / vero tantum Missam 154
lectam in oratoriis semlpublicis *(Instructio,* n. 17); servato *Decreto,* n. 7, quoad tempus celebrationis earundem Missarum.

5. Vigilia paschalis celebrari potest etiam in ecclesiis vel oratoriis ubi functiones feriae V et VI locum non habuerint, vel omitti in ecclesiis vel oratoriis in quibus praefatae functiones celebratae sunt.

6. Sacerdotibus qui curam duarum vel plurium habeant paroeciarum, Ordinarius loci permittere potest binationem Missae In Cena Domini, repetitionem Actionis liturgicae feriae VI in Passione ct Morte Domini, ct binatlonem Missae Vigiliae paschalis; non tamen in eadem paroecia; ct servatis semper iis quae statuta sunt quoad tempus celebrationis *(Decretum,* n. 7) [LE 2526).

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Pp. XII ab infrascripto Cardinali, S. Rituum Congregationis Praefecto, per singula relatis, Sanctitas Sua hanc eandem declarationem et resolutiones approbare dignata est. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Dic 15 Martii anni 1956.—C. Card. Cicognani. *Praefectus.* A. Carinci, Archiep. Scleuc., *a Secr.*

Adn. P. TOCANEL in Apoll. 29 (1956> 61-84: NrT S3 (1956) 538-537

2569

1956 MAR 25.-SC RELIG., INSTR. AAS 48 (1956) 512-526

Instructio circa monialium clausuram

1. Inter cetera quae Plum PP. XII Dominum Nostrum ad Constitutionem Apostollcam *Sponsa Christi»* (LE 2167l promulgandam Induxerunt, non leves Ipse recensuit difficultates quibus in praesentiarum arctiores papalis clausurae leges facilem ansam praeberent *(A. A. S.* vol. XXXXIH, (1951), pag. 11). Nec mirum, cum In loto Monhilium Instituto clausura potissimum temporum

rerumque varietates ac mutationes persenserit *(A,* A. S. 1. c., p. 9). Cum vero renovationis ac adaptationis rationem adumbraret, hoc Apostolica Constitutio sapienter statuit: «Firmis prorsus omnibus nativis ac potissimis venerandi Monialium Instituti elementis, quoad elementa alia, quae externa et adventitia censentur, illas caute prudenterque ad hodierna adiuncta accommodationes inducere, quae Instituto eidem non modo maiorem decorem, sed pleniorem etiam efficacitatem tribuere poterunt» *(A. A. S.* 1. c., p. 10). Sanctitas Sua, Ideo, clausuram papalem Monialium dum in Statutis Generalibus (art. IV) aetatis nostrae conditionibus paterne aptavit, eamdem ceterum ubique confirmandam vel restituendam esse constituit.

Vitae canonicae contemplativae, enimvero, unum ex clementis propriis et potissimis stricta illa clausura est, quae, antiqua traditione innixa dccursuque saeculorum ordinata atque defensa, cum praesidium est professionis solemnis castitatis tum ratio aptissima disponendi animam ad maiorem cum Deo unionem. Quo autem vehementius hisce diebus hominum mentes ad exteriora trahuntor, eo fortius clausurae institutum, quo Moniales plenius Del adhaerere valent, servandum est.

2. Sacra Congregatio de Religiosis, pro munere sibi a Summo Pontifice commisso, quod est, «per Instructiones, declarationes, responsa aliaque id genus documenta, illa omnia peragere... quae ad Constitutionem diligenter atque efficaciter inducendam atque ad Generalia Statuta fideliter prompteque servanda spectant» *(A. A.* S., 1. c., p. 15), iam die 23 Novembris 1950 Instructionem *tinter praeclara·*
513 (LE 2168] vulgavit,/cuius prima pars circa Monialium clausuram maiorem et minorem tota versatur *(A. A. S.,* 1. c., p. 37).

3. Nunc vero aliquot fecundae experientiae elapsis annis, semel iterumque attentis ac serio ponderatis cunctis quae Sanctae Sedi hac dc re delata fuerunt, cumque ob Introductam clausuram papalem minorem per Constitutionem Apostolicam «Sponsa Chrisff», diei 21 Novembris anni 1950, Instructio Sacrae Congregationis de Religiosis •*Super edito·* diei 6 Februarii 1921 *(A,* A. S. XVI [1924], p. 96, 192) (LE 5671 vigenti disciplinae lam non respondeat, eadem Sacra Congregatio ulteriora definire et materiam ex integro ordinare (can. 22) lam possibile atque opportunum existimavit, quod hac Instructione peragere Intendit.

I—Dc clausura papal! generarim

4. Omnium Monasteriorum Moniales, quamvis actu ex temporaria exceptione adhuc vota tantum simplicia profiteantur (Const. *Sponsa Christi,* art. Ill, § 2), si velint Monialium nomen ct conditionem iuridicam retinere, clausuram pontificiam scu papalem saltem minorem necessario accipere et retincrc debent (Art. IV, § 5, n. 2).

5. Sive agitur dc novi Monasterii fundatione in quo primo clausura instauretur, sive dc Monasterio iam condito ln quo clausura restauranda sit, ad pontificiam seu papalem clausuram de facto observandam Moniales stricte tenebuntur, quae ad omnium ingressum et egressum quod attinet ab illo signate momento urgenda erit, quod ab Auctoritate Ecclesiastica competenti, id est ab Ordinario loci diligenter, scripto, figi ac definiri debet.

6. Lex clausurae, sive maioris, sive minoris, afficit omne Monasterium alterutri clausurae sublectum, quidquid est dc numero etiam imminuto vel parvo ibi degentium Monialium (can. 597, | 2).

II-De clausura papal! maiore

De *ratione clausurae papalis maioris*

7. Clausura pontificia scu papalis maior ilia est quae in Codice (can. 597, 600-602) prostat, quaeque Constitutione /Apostolica *tSponsa Christi·* plane ac solemniter confirmata et expolita, in Instructione vero *«Inter praeclara·*
514 (Vl-X) pressius definita est. /

8. *a)* Clausura pontificia scu papalis maior in omnibus Monasteriis ex regula viget ac tenet in quibus actu vota solemnla emittuntur quaeque vitam unice contemplativam profitentur (Const. *Sponsa Christi,* art. IV, § 2, 2.·),

b/ In Monasteriis vero in quibus, etsi vitae unice contemplativae dedita sunt, ex induito per exceptionem vola adhuc tantum simplicia nuncupantur (Const. *Sponsa Chriitf,* art. Ill, 5 2), quamvis clausura, si fleri poterit, maior esse debeat (art. IV. | 2, 2), tamen minor, praecipue ad sanctionem α Sancta Sede quod attinet, concedi potest

Chq✕,P'??enrtvr,iinXi›a crasus' aPPllcalur (Consi. Sponw *Christi,* art. IX, § 0, 3 - Instr. *Inter praeclara,* V).

9. Monasteria in quibus ex Regula ct Constitutionibus nonnisi vita canonice contemplativa ducenda est, clausuram maiorem retinere poterunt etsi a Sede Apostolica ob graves causas et quousque hae perdurant, quaedam opera apostolatus cis imponantur vel concedantur, dummodo aliquae tantum Moniales ct solum Monasterii pan, ab illa accurate distincta ac separata ln qua communit» commoratur vitamque excreet communem, lis operibus destinentur.

10. Clausurae praescriptis tenentur Moniales omnes (can. 601), Novitiae ac Postulantes (can. 540, § 3). Professae autem votorum temporariorum, expletis his votis, Novitiae ac Postulantes semper, clausuram egredi tunc tantum possunt cum definitive Monasterium relinquere intendunt.

11. *a)* Clausura necessario complectitur non modo aedificium Monasterii eiusque adnexa in quibus Moniales degunt, verum etiam hortos, viridaria et quaecumque loca ipsae frequentant.

b) Extra clausuram habentur locutoria quoad partem extraneis destinatam; ecclesia ct oratorium *extra* c/»· *rum Monialibus reservatum,* sacristia cum locisadiacentibus, clero et ministrantibus aperta, locus in quo sacerdos confessiones Monialium audit, aedes in quibus Sorores externae commorantur, ct illae partes quae cappellanls et hospitibus destinantur.

12. *a)* Licet ecclesia, sacristia eiusque adnexa cultui destinata, clausura non contineantur, tamen sl vere necessarium sit Moniales ipsas ibi aliquando operam praestare, Ordinarii locorum ex sese permittere poterunt ut, durantibus huiusmodi necessitate et opera, ad praedicta loca clausura de facto extendatur, dummodo circa eadem loca illa omnia tunc serventur quae ad tutandam clausuram infra praescribuntur.

b) In iisdem adiunctls et sub Iisdem conditionibus, Ordinarii conce/dcre valent ut clausura ad actum item ex- 515
tendatur etiam ad locutoria aliaque loca Monasterio adnexa. quando, si desint Sorores externae, vel alia de causa, Moniales ibi quoque aliquod opus peragere vere necessarium censeatur.

13. *a)* Partes Monasterii clausurae obnoxiae, ut supra, ita defendi seu muniri debent ut non solum Ingressus in eas omnino impediatur sed etiam prospectui introrsum ab extraneis et pariter extrorsum a Monialibus prospectui pro viribus efficaciter officiatur.

b) Hinc etiam horti et viridaria circumdari debent sive alto muro, sive alio efficaci modo, puta tabulis ligneis, ferreo reti, densa firmaque saepe, iudicio Ordinarii et Superioris regularis, ratione habita praesertim situs, frequentiae saccularium, etc.

14. *a)* Fenestrae versus plateas et domos vicinas, vel qualicumque communicationi cum extraneis occasionem praebentes, vitris non translucidis, valvulis aut transennis fixis donentur, ita ut hinc inde prospectus impediatur.

b) Sl supra tectum Monasterii solaria exstant seu deambulatoria, ut ad ca Monialibus accessus pateat, cratibus vel alio efficaci modo circumsaepta sint oportet.

15. Nisi rigidiore iure particulari aliter cautum sil. Moniales clausurae lege impediri non debent quominus» genuini spiritus liturgjci fovendi causa, altare videre valeant, lia tamen ut Ipsae Moniales a fidelibus conspici nequeant.

16. Locutori! pars Monialibus reservata ab alia extraneis destinata duplicibus cratibus aliquo intervallo secure fixis, vel alio modo vere efficaci, iudicio Ordinarii ct Superioris regularis, atque ipsorum onerata conscientia, separari debet, ne personae utrimque attingi queant.

17. Prope Monasterii ianuam, in locutoriis, in sacristia et ubicumque opus est, habeantur muro insertae rotae, quae vocantur, aut capsae binariae, Iuxta usum receptum, ad res necessarias transmittendas. Non prohibentur parva foramina quibus videri possit quid rotae immittatur.

De egressu .Monialium

n.t\m C1!,usu,;ac maioris Moniales adstrinoit ad per-
?b << S •• e«iL"ir,,,Mon?rtcrii sacPu
l› ei, mint™ tcclesiasUca clausura circumscripta sunt et
ad bw^teXu^xii?'; PTlcxtu reçcdentU, ellam
concessas licentias, ' 1S iurc Pracvi5os aut legitime 516

19. Non licet extra clausuram egredi occasione vestitioois, professionis, communionis, vel alia simili causa.

20. Moniales nequeunt nb uno ad aliud Monasterium tnnsire etiam eiusdem Ordinis, nec ad breve quidem tempus, absque licentia apostolica, salvo iure particulari pro Foederationibus Monasteriorum Monialium legitime approbato.

21. *a)* Llctt extra clausuram egredi casu imminentis periculi mortis vel alius gravissimi damni (can. 601, § D. riles casus sunt: incendium, inundatio, terraemotus, labefictio aedificii seu muri minaces, incursiones aereae, irruptio militum, Monasterii urgens requisitio ex parte auctoritatis militaris vel civilis.

b) Insuper, urgens operatio chirurgica vel alia urpnscura medica foris requirenda ad salvandam sanitatem, norbus alicuius toti communitati vere periculosus.

c) Hem, si gravis et urgens huiusmodi necessitas exsurgit apud Sororem externam vel personam eius munere fungentem, quae secus debitis careret auxiliis. Antistita perse ipsa vel per nllam Monialeni, etiam cum socia, eam adire poterit.

d) Haec pericula *(a),* urgentesque graves necessitates *(b), (c)t* scripto recognoscenda sunt ab Ordinario bci, si tempus suppetat (can. 601, § 2); secus, post factum, certior idem Ordinarius fiat.

22. Egressus legitimus censetur cum, praemissa declaratione Ordinarii loci, urget obligatio iura vel officia civilia exercendi.

23. Moniales quae facultatem e clausura egrediendi obtinuerunt tenentur recto tramite ad locum pro quo facultas data est sese conferre, nec, hac occasione, ad alia loca divertere valent.

Cum vero Moniales extra Monasterium versari contigerint, stricte servare tenentur normas et cautelas quae in Codice (can. 607), sive a S. Sede, sive ab Ordinariis religiosis mulieribus imponuntur (can. 607).

24. *a)* Gravia adiuncta scu absolutae et morales neces* sitates atque magni momenti utilitates iustas ct canonica5 causas constituere possunt proportionatas dispensatione5 rl etiam aliquas moderatas et accurate definitas habituales facultates a S. Sede expostulandi.

Talia adiuncta sunt: 1) sanitas extra Monasterium curanda; 2) visitatio instituenda apud medicum, praesertim in re peritum, v. g. pro oculis, pro dentibus, ad applicatio-
jI7 rem radiorum, pro observatione medicali;/ 3) comitari vel visitare Monialem foris aegrotantem; 4) supplere sorores externas vel similes personas in casu deficientes; 5) vigilantiam exercere circa agros, fundos, aedificia, vel aedes quas Sorores externae inhabitant; 6) actus administrationis vel gestionis oeconomicae magni momenti qui aliter non aut vix recte vel male fieri possent; 7) labor monasticus lam apostolicus quam etiam manualis; 8) susceptio officii In alio Monasterio, hisce similia.

b) In harum dispensationum et facultatum usu adamussim servari debent et limites impositi et cautelae praescriptae.

25. Facultates habituales, sive ad definitum tempus, sive ad signatum casuum numerum, Ordinariis locorum vtl Regularibus vel Adsistentibus religiosis pro brevibus egressibus e clausura in necessitatibus frequentius occurrentibus, concedi prudenter possunt. Ipsae Sanctae Sedis nomine exercendae semper sunt, nec ullo modo extendi valent sed intra proprios limites continendae erunt.

I *De ingressu extraneorum*

26. *a)* Ordinarius loci aut Superior regularis, si Monasterium ipsi subiectum sit, Delegatus ab alterutro vel j S. Sede potest clausuram ingredi occasione visitationis canonicae, ad aedes dumtaxat inspectandas ad normam iuris (can. 512 et 600), cauto ut unus saltem clericus vel religiosus, etiam conversus, maturae aetatis Visitatorem continuo comitetur ab ingressu usque ad egressum, atque nunslo non protrahatur ultra tempus inspectione requisitum, nec simul alia negotia tractentur vel alii perficiantur actus qui dictam inspectionem non respicient.

b) Visitatio vero personarum In comuni locutorio flat, visitatore extra clausuram manente, nisi agatur de audienda Moniall infirma quae ad locutorium sese conferre nequeat.

r/ Ad alia officia exercenda, videlicet ad explorationem voluntatis candidatarum, ad praesldcntlam electionum. ad visitationem vel professionem ct similia. Praelatus vel Delegatus clausuram ingredi non potest, sed haec omnia forinsecus peragere debet.

27. *a)* Confessarius communitatis, vel servatis servandis, quilibet alius Sacerdos potest, cum debitis cautelis, ingredi clausuram: ad ministranda Infirmis Sacramenta Poenitentiae, Ss. Eucharistiae et Extremae Unctionis; etiam ad assistendum morientibus, imo ubi mos est et tunc una/cum ministris iuxta rubricas, ad defunctas tu- 518
mulandas. Non admittitur ingressus sacerdotum ad alia ministeria persolvenda.

b) Cautelae autem Iuxta casus fideliter observandae sequentes erunt:

Pro ministranda S. Comunione, Sacerdotem comitentur ab ingressu ad egressum saltem duae Moniales. Nihil tamen prohibet quominus tota Communitas, iuxta consuetudines, processionallter Sanctissimum comitetur.

Pro recipiendis confessionibus: Sacerdotem comitentur duae Moniales usque ad cellam infirmae, quem expleta confessione, statim ad exitum reducant. Item quoad Extremam Unctionem vel asslstentiam morientibus.

28. Verbi Dei praedicatio fieri debet ad crates chori vel locutori i; si hoc commode fleri nequeat, adeatur Sancta Sedes ad obtinendam facultatem conciones habendi in ipso choro vel in aula capitulari vel, annuente Ordinario loci, in ecclesia ad quam in casu extenditur clausura, ianuis ecclesiae tunc clausis.

29. Ingredi possunt clausuram Monialium:

a) qui supremum actu tenent in aliquo Statu etiam Foederato principatum, quocumque nomine vocentur (C. I. C., 26 Martii 1952, *A.* A. S. XLIV [1952], p. 496) (LE 2273], eorumque uxores cum comitatu.

b) S. R. E. Cardinales, qui unum alterumve comitem clericum vel ex familia cardinalitia laicum sibi assumere possunt.

c) Medici, chirurgi aut aliae personae in curandis infirmis versatae, architecti, opifices, operarii et aliae huiusmodi personae quarum opera, iudicio Antistitae, est Monasterio necessaria, impetrata prius habituali saltem approbatione ab Ordinario loci. Talem approbationem Antistita sibi procurare potest initio cuiusque anni, elenchum personarum Ordinario exhibendo. Si vero necessitas urgeat nec tempus suppetat approbationem petendi, haec iure praesumitur.

30. Personae quae frequenter in clausuram admitti debent sint optimae famae ac moribus praestantes.

31. Salvis Constitutionibus et Statutis quae rigidiores normas praescribunt, personae quae legitime clausuram ingrediuntur sive in accessu sive in regressu, cum per ipsas Communitatis aedes transeunt, ducantur a duabus Monialibus.

32. *a)* Quavis de causa ingressus permittatur, ingredientes nequeunt in monasterio versari ultra tempus vere necessarium ad finem pro quo licentia data fuit. / 519

b) Praeter illas quae ratione officii id facere debent, nulla cx Monialibus cum personis Monasterio extraneis intra ipsum versantibus colloquatur.

33. *a)* Educationis accipiendae, propriae vocationis per breve tempus experiendae causa vel alia pietatis scu apostolatus ratione, puellas scu mulieres, salvis praescriptis Const. *Sponsa Christi,* absque speciali S. Sedis licentia, intra clausuram admittere non licet. (Consi. *Sponsa Christi,* art. IX, § 2, nn. 1 et 2).

b) Item ad S. Sedem recurrendum est ad obtinendas licentias speciales in favorem Sororum externarum quae ln Statutis approbatis non continentur.

34. Postulantes (can. 540) sola licentia Ordinarii loci clausuram ingredi possunt.

De custodia clausurae

35. Ius ct officium est Ordinarii loci invigilare custodiae clausurae omnium Monasteriorum sui territorii, etiam Superiori regulari sublectorum, quamvis huic quoque hoc lus ct officium in sublectis sibi Monasteriis (can. 603, 1 ct 2) demandetur.

36. In Monasterio autem custodia clausurae immediate pertinet ad Antistitam. Ipsa claves omnium clausurae portarum apud se diu noctuque retinere debet, eas solummodo tradens Monialibus quae variis officiis incumbunt quando illis indigent; salvo iurc particulari alia insuper praescribente.

37. In lis quae respiciunt Monialium accessum ad locutorium (tempus ct frequentiam, qualitatem personarum

admittendarum, etc.) et modum ibi sese gerendi (velum, nuscultalricem, etc.) serventur propriae Constitutiones. Si hae tamen quadam accommodatione indigere videantur, recursus ad S. Sedem faciendus est.

38. Moniales (cfr. *Sponsa Christi,* Statuta Generalia, art. I, 5 1) (non Novitiae et Postulantes) e clausura maiore Illegitime exeuntes, contra praescriptum can. 601, plectuntur ipso facto excommunicatione Sedi Apostolicae simpliciter reservata (can. 2042, 3.°).

39. Eadem poena plectitur quaelibet persona, cuiuscumque generis, connitionis vel sexus est, clausuram majorem violans, sive eam illegitime ingrediendo, sive in ipsam alios illegitime introducendo vel admittendo (can. 520 2342, 1.·)./

II-De clausura papali minore

De ratione clausurae papalis minoris

40.Clausura pontificia seu papalis minor his continetur finibus:

1) qua vere pontificia non secus ac clausura maior, observantiam et custodiam publicae solemnis castitatis atque vitam contemplativam Monasterii protegit atque fovet;

2) qua vero minor, etsi vere ac longe severior clausura Congregationum (can. 604), imo clausura Ordinum virorum (can. 598-599) sit, tamen facultatem praebet ac convenientem facilitatem ad apta quaedam et selecta ministeria Monialibus legitime concredita rite et fructuose exercenda (Instr. *Inter praeclara,* XI).

41.*a)* Clausura minor non quaecumque ministeria» sed ea tantum admittit seu patitur quae cum vita contemplativa, sive totius Communitatis, sive singularum Monialium amice coniunguntur (Const. *Sponsa Christi,* A. A. S., 1. c., p. 11).

b) Haec ministeria sive ex Instituto, sive cx legitima concessione, sive etiam ex praescriptis Ecclesiae ob crescentes semper Eiusdem et animarum necessitates ita ordinate ac moderate, servata indole et spiritu singuli Ordinis, suscipiantur ut vitam authentice contemplativam nedum turbent aut afficiant, alere potius et roborare debeant (Const. *Sponsa Christi,* 1. c. et art. IX).

c) Talla sunt: doctrinae Christianae traditio, instructio religiosa, educatio puellarum ct puerorum, recessus et exercitia mulierum, praeparatio ad primam Communionem. opera caritatis in levamen aegrotorum, pauperum, etcetera.

42.*a)* Clausura minor necessario adhibenda est ubi pleraeque sive plures Moniales et notabilis pars Monasterii habltualiter operibus apostolatus destinantur *(Statuta Generalia,* art. IV. § 3, 2).

b) E contra, sl paucae tantum Moniales addicuntur operibus et arctis limitibus Monasterii ipsa contineantur seu contineri practice et prudenter valeant, tunc servari poterit, de iudicio S. Sedis, clausura maior cum debitis facultatibus seu dispensationibus, iuxta superlus dicta 521 (n. 9). /

Divisio Monasterii

43. Imprimis, aedes Monasteriorum quae, propter ministeria exercenda, clausurae minori subiecta sunt, in duas partes divisae sint oportet, quarum prior Monialibus ipsis reservetur, altera vero operibus apostolatus addicatur (Instr. *Inter praeclara,* XI, 5).

44.*a)* In parte Monialibus reservata ad modum clausurae maioris, contineri debent: cellae, chorus, aula capitularis vel alia hulusmodi, refectorium, culina, loca recreationis seu deambulationis et laboris ipsius Communitatis, locutoria a latere quo ad ea accedere possunt omnes Moniales.

b) In hac parte aedium contineri nequeunt: loca quae inhabitant Sorores externae, habitationes ct loca hospitibus destinata; ecclesia cum sacristia et locis adnexis, salvo n. 12.

45. *a)* Altera pars Monasterii reservata est operibus seu ministeriis apostolatus. ab ipso Monasterio exercitis. Inde haec aedium pars, pari ratione patet tum Religiosis quae legitime operibus ac ministeriis inserviunt tum aliis a quibus apostolatus dirigitur.

b) Ecclesia et oratorium publicum, locave eisdem adnexa et alia de quibus in art. 12 *b),* non intra sed. cx rraula. extra hnne alteram Monasterii partem exstare debent.

Excipi possunt tam In Ecclesia quam in eidem adnexij locis, aulae seu cubicula quae operibus apostolatus legitime reserventur. Imo, etiam tota Ecclesia quae habitua* Uter fidelibus omnibus pateat, urgente necessitate poterit de consensu Ordinarii loci aedibus ministeriis destinatis illo tempore durante accenseri quo in ipsa Moniales propria ministeria exercere cogantur, dummodo fila observentur fideliter quae infra praescribuntur, prudentibus cautelis adhibitis.

46.*a)* Non admittuntur loca quae modo Communitati, modo operibus apostolatus altematim reserventur.

b) Attamen Ordinarius loci rationabili de causa permittere poterit ut sive ad actum sive ctiam ad quoddam definitum tempus, aliqua loca habltualiter operibus destinata, Communitati addicantur, extensis tunc ad haec loca omnibus regulis ac praescriptis quae pro parte Monasterii habltualiter Communitati reservata supra recensentur.

47. Etiam circa partem Monasterii operibus reservatam impediri debet hinc inde prospectus. Si forte non eodem rigore quo pro parte Monasterii Monialibus reservata prospectus omnino vitari possunt. Ordinarius prudenter atque accurate provideat. / 53

48.*a)* Presse divisio utriusque partis Monasterii defi· nienda est atque patenter indicanda ut clare omnibus in' notescat.

b) lanuis quae Monasterii partem Monialibus reservatam claudunt (n. 49, *a)* illa omnia applicantur praescripta quae pro clausurae maioris portis constituta sunt.

c) Si totius Monasterii una sit tantum in via publica porta quae extraneis aditum praebet, alia necessario interna insuper porta rite custodita haberi debet qua personae admittendae, ad operum aedes ducantur.

49.Transitus Monialium a parte Communitatis ad partem operum:

a) Per ianuam specialem semper directe fiat;

b) Legitime designatis temporibus illisque solis Monialibus licet quae ab Antistita sive ad actum sive habltualitcr, iuxta Constitutiones seu Statuta, operibus addicantur. Inter has etiam ipsa /Nntlstita vel Monialls ab ea designata, etiam solius debitae vigilantiae exercendae causa, recenseri debent.

c) Monialibus in aedibus operum legitime exstantibus pateant ibi specialia locutoria, non necessario cratibus munita, aptis tamen cautelis praedita, in quibus Ipsae, intuitu operum tantum, colloqui cum extraneis poterunt.

De egressu Monialium

50.*a)* Clausura minor gravem prohibitionem secumfert, pro omnibus ac singulis eidem subiectis, egrediendi extra saepta Monasterii eadem ratione ac clausura maior pro Monialibus aliisque Ipsa ligatis (Instr. *Inter praeclara,* XII, 2).

b) Dispensationes ab hoc gravi praescripto *a)* ratione apostolatus concedi possunt, si vere necessarium sit, illis tantum Monialibus et Sodalibus quae legitime, Iuxta superius dicta (n. 49), ministeriis addictae sint.

c) Egrediendi licentia pro casibus hic (n. 51) vel in propriis Constitutionibus recognitis, quamdiu certo exsistant, onerata Ipsius conscientia, ab Antistita concedi possunt. In aliis casibus, qui Iure expressi non sint, etsi non obscure ob rationis paritatem recognitis aequlparari possunt, ad Ordinarium loci recurrendum erit ut Ipse, re in Domino ponderata, licentiam concedat et, sl censuerit, rem in posterum Antistitae remittat.

d) Tam Ordinarius loci quam Superior regularis quibus clausurae / tutela commissa est (can. 603), stricte one- 523 rata conscientia, harum normarum observantiam vigilare diligenter tenentur.

51. Capita cx quibus generatim praescripta ministeriorum necessitas aestimari potest, ut iusta egrediendi dispensunlio concedi valeat (n. 50, *e),* hacc tria recensentur.

a) *Ratione ipsius ministerii* quod de facto ut efficaciter exerceri possit egressum exigat ut e. g., si puellae comitandae necessario extra clausuram sunt ratione studii, sanitatis, recreationis nec praesto adsint magistrae, oblatae, vel aliae personae quae huic officio satisfacere valeant.

b) Ratione praeparationis ad ministeria, scilicet: ad scientiam, culturam, titulos, hnbilitatlones comparanda, iiulcquc ad scholas, lycaca, universitates, collationes, conuressus quae necessario videantur frequentanda. Si ex his nonnulla Instituta adeo sint laicalia et profana ut pericu-

lom virtutibus religiosis immineat vel scandalum cx freqoeoUtlone oriri possit, semper prius Ordinarius loci conandus est. Quovis in casu Instructiones a S. Scde latae, servandae sunt.

c) Ratione negotiorum, causarum guaestionunwe quae id ministeria spectant nec tuto vel convenienter apud auctoritates ecclesiasticas vel civiles aut apud officia publica seu privata per alias personas tractari ct expediri possint.

De ingressu extraneorum

51 Leges circa ingressum in clausuram maiorem neque applicantur Monasteriis clausurae minoris quod attinet ad partem Monialibus reservatam (Instr. *Inter praeclara,* XII rt supra n. 26 et seq.).

53.*a)* Portem Monasterii operibus addictam, mulieres seu puellae vel pueri quibus eadem opera destinantur, Ingredi possunt, ibique, ctiam diu noctuque, iuxta naturam operum commorari.

b) Idem valet pro mulieribus quae operibus necessariae sunt, ut magistrae, nosocomac, ancillae, operariae.

54.*a)* Ad actum seu transeunter admitti possunt iliae personae peculiari vinculo cum iis devinctae ad quas opera diriguntur, v. g. parentes seu coniunctl aut benefactores puellas seu pueros comitantes vel visitare cupientes: eosdem vel etiam alios quos oportet aut decet, iuxta naturam operis et usus locorum, invitare licebit, ad quasdam festivitates seu demonstrationes, quae dicuntur, religiosas vel scholasticas.

b} Haec omnia in Statutis vel Ordinationibus legi-
Σ4 time approbatis opportune definienda sunt. /

55.Admitti autem debent omnes quibus iurc ecclesiastico vel ordinatione civili legitime munus inspectionis cuiusvis generis demandatum est.

56.Non minus, uti par est, quam in partem Monialibus reservatam (can. 600, 4.«), in partem operibus destinatam admitti possunt, ob necessitatem, medicus, operarii d alii huiusmodi viri, ex licentia etiam habituali Ordinarii loci (n. 29, *c).*

57.Ordinarii loci licentia requiritur et sufficit pro ceteris casibus necessitatis vel verae utilitatis qui supra (nn. 54-56, *a)* vel in propriis Operum Statutis non praevidentur.

58. Firmis pro parte Monialibus reservata omnibus circa clausuram maiorem praescriptis, etiam circa mitiorem clausuram quae partem operibus destinatam afficit, ius est et officium Ordinarii loci et, si casus ferat, Superioris regularis, necnon, servatis servandis, Auctoritatis Foederationum, stricte invigilare atque, si id requiratur, opportunas, praeter illas quae iam propriis Statutis ordinentur, cautelas ad custodiendam ct tutandam clausuram praescribere.

De custodia clausurae

59.*a)* Immediata huiusmodi clausurae custodia Antistitae committitur.

bl Claves transitus ab una ad alteram partem Monisterii teneat ipsa, vel Monialibus prudenter tradat quae operibus addictae sint.

c) Claves aliarum portarum in aedibus operum ne concredat nisi personis omnino tutis.

60.Moniales illegitime c saeptis Monasterii exeuntes excommunicatione Sedi Apostolicae simpliciter reservata ad normam can. 2342, 3.®, vel, ex expressa S. Sedi concessione, Ordinario loci reservata, ipso facto plectuntur l Instr. *Inter praeclara,* XV, 1).

61.*a)* «Moniales illegitime egredlentes e partibus Monasterii Communitati reservatis ad alia loca intra saepta Monasterii posita, a Superiorissa vel ab Ordinario loci pro gravitate culpae puniendae sunt» (Ib., 2).

b) Transitus autem est illegitimus quoties fit absque licentia saltem habituali vel rationabiliter praesumenda Antistitae.

62. «Illegitime ingredlentes et eos introducentes vel admittentes in partes Monasterii Communitati reservatas, excommunicationem S. Sedi simpliciter reservatam Incur-
ia rant· (Ib. 3). /

63.«Dlegitime ingredientes ct eos introducentes vel admittentes ad loca Monasterii extra partes Communitati destinatas, ah Ordinario loci ubi Monasterium adest, severe pro gravitate culpae puniantur» (Ib. 4).

IV—Clausura papalis ct Foederationes

64.Statuta Foederationum illa decernere possunt circa clausuram, sive maiorem, sive minorem, Monasteriorum Foederatorum quae ad fines Foederationis obtinendos necessaria aestimantur.

65.Ad regimen quod attinet, facultas decerni potest egrediendi proprium Monasterium et ingrediendi aliud: ad coadunandum Capitulum, Consilium vel aliud huiusmodi conventum; ad instituendas ab Auctoritate Foederationis eiusve delegatis opportunas Visitationes; ad arcessendam, vel, servatis servandis, transferendam Superiorissam vel aliam Monialem.

66.Ad fratemam Monasteriorum collaborationem fovendam, eadem facultas decemi potest: ad suscipiendum in alio Monasterio officium electione vel nominatione collatum; ad cuiusvis generis auxilium alii Monasterio praestandum vel ipsius necessitates sublevandas: Imo, ad bonum privatum alicuius Monialis intra limites tamen in Statutis praefinitos.

67.Ad Monialium meliorem formationem, conditis ad hoc aedibus communibus, facultas agnosci potest clare in Statutis definienda, eas adeundi, in cis permanendi et ab eis redeundi, pro iis Monialibus quarum cx legitima destinatione seu revocatione interest.

68.*a)* Ad clausurae uniformem observantiam in Monasteriis Foederationis, nonnulla valent Statuta decernere.

b) Eodem fine *a),* salvisque semper iuribus Ordinariorum locorum et Superiorum regularium, etiam speciales interventus Assistentium religiosorum vel Superiorissarum Foederationis statui possunt quod attinet ad petitiones S. Sedi circa clausuram forte porrigendas, ex. gr. dc itineribus extraordinariis suscipiendis, dc commoratione extra Monasterium protracta deque aliis huiusmodi rebus.

69.Ad Monasteria Foederationis quod attinet, quae operibus apostolatus incumbunt ct communi clausurae minori subiciuntur. Statuta decernere valent: quaenam opera suscipi possint, quasnam personas in aedes operum admittere liceat, sive habltualiter sive transeunter, quanam ratione et quibusnam conditionibus seu cautelis. / 526

V—Instauratio clausurae papalis

70. *a)* Omnia Monasteria Monialium clausuram pontificiam seu papalem observent oportet, sive maiorem, sive minorem iuxta criteria supra exposita.

b) Pro Monasteriis Monialium quae quamvis vitam contemplativam unice profiteantur, operibus tamen apostolatus legitime incumbunt, eo modo quem supra descripsimus (n. 41, *a),* nisi iam provisum fuerit ab ipsa S. Se<le post editam Constitutionem Apostolicam <*Sponsa Christi* (A.* A. S., XXXXIII, p. 5 ss.), Ordinarii loci erit, una cum Superiore regulari, si Monasterium ei subest, clausuram papalem minorem inducerc.

c) In casibus dubiis res S. Sedi deferenda erit.

d) In futuro semper S. Sedes adeunda erit pro transitu a clausura papali maiore ad clausuram papalem minorem, propter rationes supra expositas (n. 41).

71. Loci Ordinarii est cum clausura papalis minor inducitur, fines clausurae praescribere (can. 597, § 3) et destinationem locorum Monasterii Communitati vel operibus atque necessariam separationem Inter ipsa recognoscere et approbare.

72. Si peculiares difficultates, sive temporariae, sive habituales, clausurae pontificiae seu papalis instaurationi obstent, res ad S. Sedem deferenda est, adiunctis fideliter expositis.

73. *a)* Statuta, Indulta, Privilegia, Dispensationes quorum vi quaedam Monasteria, retenta tamen conditione iuridica Monialium, eximebantur clausura pontificia seu papali, revocantur *(A.* A. S., L c., p. 12: Responsum C. I. C., 1 Martii 1921, A. A. S.. vol. XIII. p. 178) |LE339|, Idcirco, clausura quae «episcopiis» dicitur, pro Monialibus In posterum iam agnosci non poterit.

b) Salva vero manent Statuta peculiaria quibus clausura papalis minor pro Monialium Ordinibus, ex Instituto, operibus apostolatus deditis, pressius ordinatur et aptatur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Datum Romae, die 25 Martii 1956.—Valerias Card. Valexi. Prae/. P. Arc. I.arraona, *Secr.*

Adn. S ALONSO in REDC U (1956) 829556. A*1 QAMBARI in ME 82 (1957) 398-409 «t in Apoli. 30 (1957) 33-41; E 9EROH m NrT 99 (1957) 188192. A. GUTIÉRREZ la CpR 35 (1956) «2-275.

2570

1956 MAR 26.-SC RELIG., DECR. AAS 48 (1956) 295-296

Normae dantur quoad conventus qui accommodatam STATUUM PERFECTIONIS RENOVATIONEM RESPICIUNT

Salutaris atque foecundus Ille renovationis accommodatae Statuum perfectionis motus, qui a maximo Congressu romano, Anno sancto 1950 iam in finem vertente, Paterno ac Illustri ductu SS. Domini Nostri Pii Pp. XII celebrato, feliciter sumpsit initium, per totum hoc quinquennium (1950-1956), uberes fructus ubique tulit, tum ad religiosam perfectionem ac formationem quod spectat, tum ad ministerium apostolicum ac Institutorum inter se coordinationem.

Ut autem haec benefica renovatio et accommodatio consulte ac ordinate procedat, in dies progrediatur, intensior flat tutiusque diffundatur, S. Congregatio negotiis religiosorum Sodalium praeposita, obtenta venia et approbatione SS. Domini Nostri in audientia Eminentissimo Cardinali Praefecto huius S. Congregationis, die 3 Novembris 1955 concessa, sequentes normas statuere decrevit, tum maxime valituras quum renovatio disciplinae ac vitae internae Statuum perfectionis in quaestionem venerit, salvo quidem iure Ordinariorum prout sacris Canonibus sancitur.

1. Conventus scu Congressus tam dioccesanos quam regionales vel nationales, sicut etiam lectionum cursus atque scholas peculiares pro Sodalibus viris vel feminis Statuum perfectionis, in quibus eorum vita interna, condicio iuridica, vel educatio atque formatio in illis tradenda tractantur, inconsulta S. Congregatione de Religiosis agere vel instituere non licet. Ius enim ac ipsa natura rei postulat ut Sancta Sedes, cui publici perfectionis status moderatio suprema et efficax reservatur, secura reddatur tam de doctrina quam de opportunitate programmatum pariterque dc competentia ct experientia Illorum qui in
290 coetibus Istis praeesse vel docere habebunt. /

2. Curent igitur conventuum cursuumque huius generis promotores vel praesides tempestive huic S. Congregationi argumentorum et oratorum elenchum exhibere; conventu autem habito, is qui el praefuit, ad eamdem S. Congregationem referat dc rebus tractatis, de disputationibus habitis, de conclusionibus collectis, et generatim de omnibus quae accommodatam perfectionis Statuum renovationem tangunt.

3. Ubi vero lam exsistunt foederationes seu consilia Superiorum Malorum cum statutis propriis ac commissionibus peculiaribus adnexis, a S. Sede approbatis, opportune eorum opera eligi poterunt, atque Sacrae Congregationi proponi, viri probati qui in conventibus curslbusve supradlctls verba facere valebunt.

4. Laudabiliter ab Excinls Locorum Ordinariis convocantur Statuum perfectionis Sodales, qui in dioecesi domum habent ministeriumque exercent, ad illa cum eis examinanda, communicanda vel paterne discutienda, quae ministeria ab ipsis exercita, quatenus legitime dioeceses Intersunt, pertinent. Tales enim conventus valde commendantur utpole qui ad unitatem cum Patre et Pastore gregis attestandam ac fovendam, atque ad apostolatus munera promovenda eltlcienterque dirigenda prorsus apti videantur.

Quae omnia, sl sedulo et accurate fient, nedum coetus atque conventus ct incepta quaeque ad renovationem accommodatam Statuum perfectionis ordinata impediant vel cohibeant, verum etiam ad uberiores fructus in dies afferendos ea iuvabunt quam maxime.

Contrariis quibuslibet non obstantibus. Datum Romae, die 26 Martii A. D. 1956.—Valerius Card. Valeri. Prae/. Arcadius Lamona, C. M. F., *Secretorius.*

Adn. 5. CANALSfa ME 61 (19S6) ¥»6-377 etir. ApoU. 29 (.OSA) 65-73

2571

1956 APR 13.-SC S. OFFICII, INDULTUM. PART.·

Facultas datvh celebrandi missam postmeridianas! IN PORTIBUS ANGLIAE ET VALLIAE IN COMMODUM MARITIMORUM

Supremi» S. Officii Congregatio lamnridcm. scilicet dle 13 nprilK 1956. n. 40-1146-114. Episcopo Cliftonensl rogante atque Sarra ConsiMoriali Congregatione probante. Indulserat ut cappellani Apostolatus Maris in portibus Angllae et Valitae hm, SaCrUm ?°.Cerenl «> Praesertim conira in navibus vulgo «cisterna» venaat« nwrttimum iter Missae sacrificio ndsistcre et Eucharistico Cibo refici tandem cupiebant.

*** O.dinsrio CTiftoncnsj Prot.N. 404'46-114: iuxta aunxMifeai™. noin <1958) 443 ‘n no,s 33 Adn· 1 FEi-»ETTO in mi ıˈO-ıτI.**

2572

1956 APR 19.-SC CONS., DECR. AAS 48 (1956) 628

DICIONIS CANADENSIS

Decretum de vicariatu castrensi in dicione CANADENSI

Quum Exc. P. D. Mauritius Roy, Archleplscopum Quebeccnsis et Vicarius Castrensis Dicionis Canadensis, ab Apostolica Sede enixe postulaverit ut familiae militum qui stipendia in Exercitu Canadcnsl merentur, ob peculiaria in quibus versantur adiuncta, eiusdem Vicariatus Castrensis iurisdlctloni subderentur, pariterque ut ad animarum salutem satius procurandam, militum cappellani canadenses confessiones quorumlibet ad se in Iodi militibus reservatis accedentium audire possent, Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XII, de consilio Infra scripti Cardinalis S. Congregationis Consislorialis Secretarii, porrectis precibus benigne annuere dignatus est.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum intéressé habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto, perinde valituro ac sl Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent, decernit ut inter subditos, iam in Decreto diei 17 Februarii 1951 «De *Vicariatus Castrensis in Dicione Canadensb*]LE 2192] assignatos, posthac adlegantur etiam familiae militum canadensium, id est uxores, liberi, propinqui ct necessarii ac famuli, qui cum illis cohabitant sive in Dicione Canadensi, in copiarum tamen stationibus, sive extra praedictam Dicionem quolibet locorum eos comitentur.

Concedit Insuper Sanctitas Sua ut militum cappellani canadenses confessiones quorumlibet ad se in locis nulitibus reservatis accedentium valide et licite audire possint.

Contrariis quibusvis minime obstantibus. Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 19 Aprilis 1956,—Fr. A. I. Card. Piazza, Ep. Sabinen. et Mandelen., *a Secretis.* losephus Ferretto, *Adsessor.*

2573

1956 APR 24.-SC RITUUM, DECR. AAS 48 (1956) 237

Officium, Missa et elogium pro Martyrolooio Romano IN SOLEMNITATE S. IOSEPH OPIFICIS, SPONSI D. M. V. APPROBATUR, ET VARIATIONES ALIQUAE IN CALENDARIO LITURGICO INTRODUCUNTUR

Instituto a Sanctissimo Domino Nostro Pio Pp. XII, die primo Muli unni millesimi nongentesimi quinquagesimi quinti, festo sancti loseph Opificis, opificum Patroni, reliquum erat liturgicos parare textus in Missale et Breviarium Romanum Inducendos. Hos itaque textus, a speciali Commissione diligenter compositos et approbationi Summi Pontificis sublectos, prout hic publici fiunt iuris, hacc Sacra Rituum Congregatio in posterum ab omnibus qui ritui Romano adstricti sunt, die primo Mail, In festo S. loseph Opificis, sub ritu duplicis primae classis recolendo, adhibendos esse praecipit; translato In perpetuum festo Ss. Apostolorum Philippi et lacobl In diem undecimum mensis Mali, tamquam in sedem propriam. In lectione autem quarta eiusdem festi omittantur verba: «Kalendis Mali»; lemma Martyrologii Romani quo de Ss. Apostolis Philippo ct lucobo agitur, ponatur primo loco eodem dle undecimo Mali. Solcmnitas vero S. loseph, quae hucusque celebratur feria IV post Dominicam II post Pascha, abolita habeatur; et titulus «Ecclesiae universalis Patroni», qui dictae Solemnltati ndiungebntur, festo principali S. loseph diei 19 Martii in posterum udnectatur.

r^?»Ui.bUQ on?n?bu2 Sanctissimo Domino Nostro Pio Pp. XII ? il(L ShQnUmsSua benigne Officium et Missam in honorem dignato eu' Pηıï 9Ï nAecn»?‹n suPradlctas approbare

MÜn. i ?a 883 v;d·

2574

1956 APR 27.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.·

Solvitur dubium circa obligationem sacerdotis celebrantis **MISSAM CONVENTUALEM RECITANDI PRIVATIM HORAM PARVAM OFFICII DIVINI SI E CHORO DISCEDAT AD INDUENDA SACRA PARAMENTA**

Dubium—Procurator Generalis Congregationis Presbyterorum a Sssino Sacramento humiliter exposuit Sacrae Rituum Congregationi diffusam esse variis in ephemeridibus opinionem iuxta quam Sacerdos Missam Convcntualem celebrans non teneatur ad privatim supplendam reclhtionem parvae Horae *(Tertiae, Sextae* vel *Nonae)* in choro recitatae dum ipse in Sacrario sacra Induit paramenta, non aliter ac Episcopus, iuxta Responsum S. Congregationis Concilii *'Lincien·,* diei 9 lulii 1921 [LE 370).

Hinc quaeritur 1.· Utrum haec opinio legitime sustineri possit; ct 2.· quatenus negative, utrum, post Decretum de Rubricis ad simpliciorem formam redigendis [LE 2492], Celebrans elusque ministri a praedicta recitatione dispensari possint, si e choro discedant solum post *<Deus in odiutorium meum intende·* et recitationem Hymni.

Resp.—Et Sacra eadem Rituum Congregatio, re sedulo perpensa, respondendum censuit: Ad I. *Negative.* Ad II. *Neçdire.*

Atque ita rescripsit, declaravit ct servari mandavit, die 27 Aprilis 1956.—A. Carlnci, Arch. Seleuc., S. *R. C.a Sta.* Hernicus Dante, *Subst.*

• Piooar&oriGoaerali Conqr. Presbyterorum a Ssmo. Sacramento· Pre!. N. 6o;5S6: PrM 48 U85I) 370.

2575

1956 MAI 15.-PIUS XII, ENCYCL. AAS 48 (1956) 309-353

LITTERAE ENCYCLICAE

Ad venerabiles fratres patriarchas, **PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINAIUOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE** habentes:

De cultu Sacratissimi Cordis Iesu

PIUS PP. XII

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem

<Haurietls aquas in gaudio de fontibus Salvatoris»». Haec verba, quibus Isaias propheta significantibus imaginibus usus multiplicia illa atque uberrima Dei munera vaticinabatur, quae erat Christiana aetas allatura, haec verba, dicimus, sponte menti succurrunt Nostrae, dum centesimum exeuntem annum recolimus, ex quo Decessor Noster imm. rec. Pius IX, votis libenter concedens, e catholico terrarum orbe delatis, Festum Sacratissimi Cordis lesu in universa Ecclesia celebrari mandavit.

Nullo siquidem modo caelestia illa munera enumerari queunt, quae cultus, Sanctissimo Cordi lesu tributus, in christifldelium animos perfundit, eos purificans, superno recreans solacio, ad omnesque adipiscendas excitans virili tutes. Quam/obrcm sapientissimae lacobi Apostoli sententiae memores: «Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum» *, Nos iure meritoque hoc in eodem cultu, qui incensior usque ubique terrarum viget, inaestimabile cernimus donum, quod Incarnatum Verbum Divinusque Servator noster, utpote unus inter Caelestem Patrem humanumque genus gratiae veritatisque Mediator, Ecclesiae Impertiit, mysticae Sponsae suae, postremo horum saeculorum cursu, quo tantos eadem exantlare labores difficultatcsquc eluctari debuit. Quo quidem inaestimabili dono Ecclesia fruens incensiorem potest erga Divinum Conditorem suum patefacere caritatem, atque ampliore quodam modo hortationem illam ad effectum deducere, quam Evangelista loannes ab ipso lesu Christo prolatam refert: «In novissimo autem die magno festivitatis stabat lesus, et clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me et bibat qui credit in me. Sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae vivae. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum·'. Iis profecto qui lesum loquentem audiebant, haud difficile erat hacc verba, quibus ipse «aquae vivae» fontem pollicebatur e suo sinu oriturum, ad sacrorum effata vatum referre Isaiae, Ezechielis et Zachariae Regnum Messianlcum vaticinantium Itemque ad typicam illam petram, ex qua, a Moyse percussa, aqua mirandum in modum prosilivit4.

Divina caritas primum ducit ortum ex Spiritu Sancto, qui Amor est personalis tam Patris quam Filii in augustae Trinitatis sinu. Meritissimo igitur gentium Apostolus, quasi lesu Christi verbis resonans, caritatis effusionem In credentium animos huic Amoris Spiritui attribuit: «Caritas Del diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis»5./ 311

Arctissimus hic nexus, quem Sacra Eloquia inter divinam caritatem, quae in Christianorum animis exardescat oportet, ac Spiritum Sanctum intercedere asseverant —qui quidem per se Amor est— luculenter nobis omnibus demonstrat, Venerabiles Fratres, intiman naturam ipsam cultus, qui Sacratissimo lesu Christi Cordi adhibendus est. Etenim, ut prorsus constat hunc cultum, si peculiarem eius naturam consideremus, excellentissimum esse religionis actum, quatenus plenam ct absolutissimam se devovendi et consecrandi voluntatem a nobis postulet Divini Redemptoris amori, cuius vulneratum Cor vivax est index et signum; ita constat pariter, quin immo altlore quodam modo, hunc eundem cultum id potissimum prae se ferre, ut Divinum Amorem amore nostro redamemus. Siquidem tantummodo ex caritatis vi id consequitur ut hominum animi Superni Numinis dominio plene perfecteque obtemperent, cum nempe amoris nostri affectus divinae voluntati ita haereat, ut veluti aliquid unum fiat, secundum illud: «Qui adhaeret Domino, unus spiritus est»·.

I

Verumtamcn, quamquam Ecclesia Sacratissimi Cordis lesu cultum tanta semper in aestimatione habuit et habet, ut cum ubique gentium vigere et in populos Christianos quovis modo propagari curet, itemque adversus *Naturalismi* et *Sentimentalismi,* ut aiunt, commenta omni ope eum tutari enitatur, nihilo secius valde dolendum est, praeteritis temporibus ac nostra quoque aetate, nobilissimum hunc cultum non in eodem honoris aestimationisque loco esse apud Christianos nonnullos, atque interdum apud eos etiam, qui se catholicae religionis adipiscendacque sanctitatis studio animatos esse profiteantur.

«Si scires donum Dei»7. Hisce verbis, Venerabiles Fratres, / Nos, qui arcano Dei consilio sacri illius fidei pietatisque thesauri, quem Divinus Redemptor Ecclesiae suae concredidit, custodes ct dispensatores electi sumus, eos universos pro officii Nostri conscientia admonemus; qui quidem filii Nostri, quamvis Sacratissimi Cordis lesu cultus, quasi de erroribus hominumque neglegentia triumphantis, Mysticum suum Corpus pervaserit, attamen praeiudicatis adhuc opinionibus açuntur, atrçue eo usque interdum procedunt, ut eum spiritualibus Ecclesiae humanique generis necessitatibus, nostra hac aetate instantioribus, minus aptum, ne dicamus detrimentosum, existiment. Haud desunt enim erui, cum primariam ipsam huius cultus naturam peculiaribus variisque pietatis formis implicent atque exaequent, quas Ecclesia probat ac fovet, sed non iubet, eum putent quasi aliquid additicium, quod singuli, pro suis cuiusque libitis, adhibere possint; ac sunt etiam qui autument hunc eundem cultum onerosum esse atque iis praesertim nullius vel modicae utilitatis, qui in Del Regno militent praecipuo eo consilio ducti, ut suis viribus, opibus suique temporis usura ad catholicam veritatem tuendam, tradendam propagandamque, ad Christianam de re sociali doctrinam inculcandam, ad eosque religionis actus eaque opera provehenda allaborent, quae multo magis hodie necessaria ducant; ac denique non desunt qui tantum abest ut hunc cultum validum adiumentum Judicent ad Christianos mores, cum in privata uniuscuiusque vita, tum in domestico convictu, recte conformandos renovandosque, ut eum potius cernant quasi quondam pietatem sensibus non mente anlmoque alitam, atque odeo potius mulieribus dignam, cum in eo aliquid videant excultis hominibus non satis consentaneum. 312

Sunt etiam praeterea qui, cum considerent eiusmodi cultum pacnitcntium. expiationem cetcrasque virtutes potissimum postulare, quas «passivas» vocant, utpote quae externos non edant fructus, eum aptum non aestiment ad spiritualem nostrorum temporum pietatem refovendam, quae ad apertam Impensam;que actionem potius contendat nccesse sit, ad catholicae fidei triumphum et 313

»!t XII, 3- 'Uc. I, 17- 'Ioax. VII, 37-39- 'Cfr. Is. XIf. 3; Ex. XLVII. i-rr. Zach XIII, f; Ex. XVII. ***i-T,*** Xwm ***XX,*** **NtIO** X. <; ***Apec.*** VII, ***ir,*** XXII, 1. ·Λσ-»- V. s. -/ Cer. VI, ty. 4 I<UW. IV. bo.

ad strenuam tuitionem Christianorum morum; qui quidem mores hodie, ut omnes norunt, fallacibus corum commentis facile inficiuntur, qui ,ad quamlibet religionis formam sc aeque habent, sublato in cogitando agendoque veri falsique discrimine, atque etiam *materialismi* athei ct /dictant, ut aiunt, principiis misere inquinantur.

Quis non videat, Venerabiles Fratres, opinationes eiusmodi a sententiis omnino discrepare, quas Decessores Nostri, Sacratissimi Cordis lesu cultum comprobantes, ex hac veritatis cathedra publice ediderunt? Quisnam audeat inutilem esse minusve aptam aetati huic nostrae edicere pietatem illam quam Decessor Noster imm. mem. Leo XIII esse asseveravit «probatissimam religionis formam»; et in oua validum habendum esse non dubitavit remedium iisdem ipsis medendis malis, quae hodie quoque, ac procul dubio ampliore quodam acrioreque modo, singulos homines ac societatem universam excruciant atque sollicitant? «Haec, aiebat, quam cunctis suademus, cunctis est profutura devotio». Atque haec monita hortamentaque adicicbat, quae ad Sacratissimi etiam Cordis lesu cultum spectant: «Hinc vis Illa malorum quae iamdiu insident, quaeque vehementer postulant, ut unius auxilium exquiratur, culus virtute depellantur. Quisnam autem ille sit, praeter lesum Christum Unigenitum Dei! «Neque enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, ln ouo oporteat nos salvos fieri»8. Ad illum ergo confugiendum, qui est via, veritas et vita» ·.

Neque minus probandum minusve aptum profitebatur esse hunc cultum Christianae pietati fovendae proximus Decessor Noster fel. rec. Pius XI, qui in Encyclicis datis Litteris scribebat: «In ea... pietatis forma nonne totius religionis summa atque adeo perfectioris vitae norma continetur, quippe quae et ad Christum Dominum penitus
314 cognoscendum mentes condu/cat expeditius et ad eundem vehementius diligendum pressiusque imitandum animos inflectat efficacius?»18. Nobis autem, haud minus quum Decessoribus Nostris, hoc veritatis caput perspectum probatumque est; et cum Summum Pontificatum suscepimus, ac Sacratissimi Cordis lesu cultum apud Christianos populos auspicato auctum esse et quasi triumphantem ii beatissimo animo vidimus, innumeros ex eodem in universam Ecclesiam permanare fructus salutares gavisi sumus; idoue placuit iam in primis Encyclicis Litteris significare n. Qui quidem fructus per Nostri Pontificatus annos —non modo aerumnis rerumque angustiis, sed ineffabilibus etiam solaciis plenos— neque numero neque vi pulchritudineque deminuti sunt, sed potius adaucti; varia siquidem Incepta feliciter orta sunt ad eundem cultum refovendum conducibilia, et ad nostrorum temporum necessitates quam maxime apta: consociationes dicimus mentis culturae, religioni ac beneficlentiae provehendis; scripta typis edita, quae doctrinam de rc historica, vel ascetlca, vel mystica ad hanc causam pertinentem Illustrarent; pia expiationis opera; atque Illas nominatim incensissimae pietatis testificationes, quas «Sodalitas ab Apostolatu orationis» edidit, qua praesertim auspice ac fautrice factum est ut domestici convictus, collegia, instituta atque interdum Nationes etiam Sacratissimo Cordi lesu consecrarentur, quibus quidem haud raro, datis hac de causa litteris, vel orationibus coram habitis, ac vel etiam nuntiis per radiophonicas undas transmissis, paterno animo gratulati sumus u.

Quamobrem, dum cernimus tam uberem salutarium aquarum copiam, hoc est caelestium superni amoris munerum, ex sacro Redemptoris nostri Corde exortam, innumeros Catholicae Ecclesiae filios. Divino afflante operantcque Spiritu, pervadere, facere non possumus quin,
315 Venerabiles Fratres, paterno vos/ animo adhortemur, ut una Noblscum summas tribuatis laudes gratesque agatis maximas bonorum omnium largitori Deo, haec Apostoli gentium geminantes verba: «Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelll-glmus, secundum virtutem quae operatur ln nobis, ipsi gloria In Ecclesia, et in Christo lesu, in omnes generationes saeculi saeculorum. Arnen» u. Sed postquam debitas aeterno Numini persolvimus grates, cupimus vos ac dilectissimos omnes Ecclesiae filios per Encycllcas has Litteras commonere, ut principia illa, quae ex' Bibilis ac SS. Patrum et theologorum doctrina oriuntur, Intentiore animo consideretis, quibus, quasi solidis fundamentis, Sacratissimi Coniis lesu cultus Innititur. Nobis enim persuasissimum est tum solummodo, cum veritatis divinitus revelatae lurnine collustrati primariam altioremquc huius cultus naturam penitus inspexerimus, tum solummodo, nicimus, incomparabilem nos posse eius excellentiam eiusque exhaustam numquam caelestium munerum copiam recte plencque existimare, atque adeo innumera ex eo parta beneficia pie méditantes contemplantesque, itidem posse primum exactum saeculum digne commemorare, ex quo Sacratissimum Cordis lesu festum in universa Ecclesia celebrandum est.

Eo igitur consilio ducti, ut christifiddium mentibus ulutaria praebeamus pascua, quibus enutriti facilius queant veram huius cultus naturam penitius intellegere eiusque uberes percipere fructus, eas Nos Veteris Novique Testamenti paginas explanaturi sumus, quibus reveletur ac proponatur infinita Dei caritas erga hominum genus, quaA quidem satis numquam introspicere poterimus; deinde vero earum commentationum, quas Ecclesiae Patres Doctortsque tradiderunt, praecipua lineamenta opportune attingemus; ac postremo Nobis curae erit arctissimum illum nexum ln sua luce ponere, qui inter pietatis formam, Divini Redemptoris Cordi tribuendam, et cultum in/terccdit, qui 314
cius amori ipsiusque Augustae Trinitatis amori debetnr erga homines universos. Putamus enim, sl modo nobllial·mae huius pietatis formae praecipua, quibus eadem nititur, elementa luce illa collustrentur, quae ex Sacris Litteris tt ex doctrina a maioribus tradita oritur, fadlius Christianos posse haurire «aquas in gaudio de fontibus Salvatoris»11; hoc est peculiare gravitatis momentum satius existimare, quo cultus Sacratissimi Cordis lesu pollet In Ecclesiae II·turgia et ln interna extemaque vita actioneque eius; atque adeo posse quoque spirituales cos colligere fructus, quibus singuli queant suos salutariter renovare mores, ut Christiani gregis Pastoribus in votis est.

Quo autem rectius omnes possint eam sententiae vim intellegere, qua Veteris Novique Testamenti proponendi eclogarii praestant ad hunc cultum quod attinet, oportet omnino perspectam habeant causam illam, qua Ecclesia cultum latriae tribuit Divini Redemptoris Cordi, lamvero vobis profecto exploratum est. Venerabiles Fratres, eiusmodi causam duplicem esse. Altera nempe, quae ad cetera quoque pertinet sacrosancta lesu Christi corporis membra, eo principio innititur, quo novimus eius Cor, utpote nobilissimam humanae naturae partem, Divini Verbi Personae hvpostatlce coniungi; ideoque ei tribuendum esse eundem adorationis cultum, quo Ecclesia Personam Ipsius bilii Del Incarnati honorat. De veritate agitur catholica fide retinenda, cum iam in Oecumcnicis Conciliis Ephesino et Constantinopolitano II 15 sollemniter sancita fuerit. Altera vero quae peculiari modo ad Divini Redemptoris Cor pertinet, ac peculiari itidem ratione postulat latriae cultum eidem tribuendum, ex eo oritur quod Cor eius, magis quam cetera omnia eius corporis membra, immensae eius caritatis erga hominum genus naturalis index seu symbolus est. «Inest/in Sacro Corde, ut Decessor Noster imm. 317
mem. Leo XIII animadvertebat, symbolum atque expressa imago infinitae lesu Christi caritatis, quae movet ipsa nos ad amandum mutuo» 15.

Haud dubium profecto est Sacros Libros numquam certam mentionem facere de peculiari venerationis amorisque cultu, physico Incarnati Verbi Cordi habito utpote symbolo incensissimae eius caritatis. Quod profecto si aperte agnoscendum est, non tamen admirationem nobis inlcere, neque ullo modo nos ad dubitandum adducere potest divinam erga nos caritatem, quae huius cultus est ratio princeps, cum in Vetere, tum in Novo Testamento talibus Imaginibus praedicari atque inculcari, quae animos vehementer commoveant. Quae quidem imagines, quandoquidem in Sacris Litteris iam proponebantur, quae adventum Filii Del, hominis facti, praenuntiabant, idcirco possunt nobilissimi illius divini amoris signi et indicis auspicium considerari, hoc est sacratissimi adorandique Cordis Divini Redemptoris.

Ad rem nostram quod attinet, haud necessarium esse putamus multa ex Veteris Testamenti libris proferre, qui veritates divinitus antiquitusque patefactas continent; sed esse satis ducimus in memoriam Foedus illud revocare inter Deum populumque initum pacificisque victimis sacratum u* * Prlrn|arh|ni legem duabus tabulis Incisam Movses edidit ac Prophetae interpretati sunt— pactum fuisse non modo supremi Dei dominii debitaeque hominum oboeflnnat™· sed altioribus etiam amoris rationibus solidatum ct alitum. Etenim populo etiam Israël suprema causa obtemperandi Deo non timor divina-

• ***Ait.*** IV, tj · gnc. 15 Mail 1899: .<cti Lemi». vol. XIX· two. pp. 71,*77'7^* ie Eae. /UZnwptjr, S Mail iq :S: ***A. A.S*** XX. 192$. p. 1*7 n Cfr. Enc. Smww ***Pnii/taUitt,*** joOctob., 1959 ***A. A. S.*** XXXI. toy), r 41$. ‘’Cfr. ***A. A. S.*** XXXII. 1940. p. »7*; XXXV, 1943, p Ip* XXXVII, 174$. PP »*5-1*4; XL «94*. P- Soi; XLI, 1949, P· JJi ‘·£ρ4. III. »011.

ni"i ztwipcu* Coua/w IP r A
* Cfr. Enc. /4nnuw« r- n Crf5C?r C?*** H' CA“· V' Sfr —— tX
Ex. XXXIV, a7-j8 Xu*n<w' *Lcûhu,* vol. XIX, 1w> p i

rum ultionum erat, quem tonitrua cl fulgura e Sinai montis vertice coruscantia ac prodeuntia iniciebat animis, sed potius debita erga Deum caritas: «Audi, Israel: Dominus Deus noster, Dominus unus est. Diliges Dominum Deum
311 tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota/ fortitudine tua. Eruntque verba haec, quae ego praecipio tibi hodie, in corde tuo» ie.

Haud miramur igitur si Moyses et Prophetae, quos iure merito Angelicus Doctor Electi Populi «maiores» 19 nominal cum perspectum haberent totius Legis fundamentum «w In hoc amoris praecepto positum, rationes ac necessitudines omnes, quae inter Deum et Nationem suam intercederent, similitudinibus descripserint ex mutuo patris, nilorum, vel coniugum umore haustis, potius quam severis imaginibus cx supremo Dei dominio, vel ex debita omnium nostrum pavidaque servitute ductis. Itaque, ut exempla afferamus, Moyses ipse, cum celeberrimum suum carmen cinerei ob populum ab Aegypti servitute in libertatem vindicatum, cumque significare vellet id ex Dei virtute evenisse, has sententias similitudinesque edidit, quae animum valde commovent: «Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, et super eos volitans, expandit [Deus] ihs suas, et assumpsit eum, atque portavit in umeris suis·14. Al fortasse nullus alius ex sacris vatibus magis quimOseas tam aperte, tam vehementer exprimit ac pandit amorem, quo Deus nullo non tempore populum suum prosequitur. In huius nempe Prophetae scriptis, qui inter ceteros minores Prophetas pressae orationis granditate excellit, talem erga Populum Electum Deus profitetur amorem, lustuiu nempe sancteque sollicitum, qualis est amor patris misericordis et amantis, vel sponsi, cuius honor offenditur. De caritate agitur, quae tantum abest ut imminuatur vel deficiat ob proditorum perfidiam atque immania scelera, ut potius eadem pro merito quidem puniat, sedilia tantum de causa ut abalienatam infidamque sponsam atque ingratos filios —nedum repudiet ac dimittat— expiet, purificet, ac renovatis confirmatisque amoris nexibus secum iterum coniungat: «Quia puer Israel, et dilexi
m eam; et ex Aegypto vocavi filium meum.../ Et ego quasi Mtritius Ephraim; portabam eos in brachiis meis, et nescierunt quod curarem eos. In funiculis Adam traham eos, in vinculis caritaHs... Sanabo contritiones corum, diligam eos spontanee, quia aversus est furor meus ab eis. Ero q uasi ros; Israel germinabit sicut lilium, et erumpet radix e'us ut Libani»,I.

Haud dissimiles sententias effert Isaias Propheta, cum Deum ipsum ac Populum Electum quasi inter se hisce contrariis verbis colloqucntes inducit: «Et dixit Sion: Dereliquit me Dominus, et Dominus oblitus est mei. Numquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui» Neque minus animos commovent verba, quibus Cantici Canticorum auctor, coniugalis amoris imarinihus usus, mutuae caritatis vincula significanter describit, quibus Deus et ab eo dilecta Natio invicem coniunzuntnr. «Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filiis... Ego dilecto meo, et dilectus meus mihi, qui pascitor inter lilia... Pone me ut signaculum super cor tuum, at signaculum super brachium tuum, quia fortis est ut mon dilectio, dura sicut infernus aemulatio: lampades eius pmpades ignis atque flammarum» 33.

Verumtamcn tenerrimus hic, indulgens et patiens amor Dei qui quamvis populum Israel sceleribus scelera adicientem dedignetur, eum nihilo secius omnino numquam repudiat, vehemens utique elatusque videtur, sed praenuntians tantummodo auspicium fuit Incensissimae illius caritatis, eoam promissus hominibus Redemptor ex amantissimo Corde suo ad omnes pansurus erat, et quae dilectionis nostrae exemplar ac Novi Foederis fundamentum futura erat. Verum enim vero is tantum, qui Unigena Patris et Verbum caro factum «plenum gratiae et veritatis»14 est,
-I- ram ad homines venisset peccatis innumeris / miseriisque oppressos, ex humana natura sua hypostatice cum Divina Persona coniuncta, humano generi potuit «fontem aquae vivae» aperire, quae aridam irrigaret terram uberrime, eamque florens fructuosumque viridarium efficeret. Quam quidem rem prorsus mirandam ob miscricordissimum aetemumque Dei amorem eventuram esse iam hisce verbis quodammodo praenuntiare videtur Icremias Propheta: «In caritate perpetua dilexi te; ideo attraxi te, miserans... Ecce dies venient, dicit Dominus, et feriam Domui Israel et Domui luda foedus novum... Hoc erit pactum, quod feriam cum Domo Israel post dies illos, dicit Dominus: Dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam, et ero eis in Deum, ct ipsi erunt mihi in populum...; quia propitiabor iniquitati corum, ct peccati eorum non memorabor amplius» 25.

"ZW VI, 4-6. 7W. ILII, q. *2.* a. *T*HΛ Uon.. tom. VHI. îM-P M- XXXII. x i. 11 Os. XI. i, 3*45 XK' S·*· UXLIX, 14-13. ‘‘CX II, *t*, VI, r, VIII, 6. ·· Ioan. I, 14-

II

Attamen ex Evangeliis solummodo certum exploratumque habemus Novum Foedus inter Deum hominesque Initum— cuius quidem pactum illud, quod Moyses inter populum Israel Deumque pepigerat, nihil aliud erat nisi symbolus et index, quem leremias praenuntiaverat Propheta— Novum Foedus dicimus id ipsum reapse esse, quod Incarnati Verbi opera, divinae gratiae conciliatrice, statutum cffectumque est. Hoc Foedus incomparabili modo nobilius ac firmius idcirco habendum est, quod non, ut prius, hircorum et vitulorum sanguine, sed sacrosancto illius cruore sancitum est, quem eadem pacifica animalia rationis expertia iam praenuntiaverant: «Agnum Dei, qui tollit peccatum mundi» ae. Etenim Christianum Foedus, multo magis quam antiquum, pactum se aperte demonstrat non servitute, non timore innixum, sed amicitia illa sancitum, quae/ inter patrem ct filios intercedat oportet, ac 321
munificentiore divinae gratiae veritatisque effusione alitum ac roboratum, secundum illud loannis Evangelistae effatum: «Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, et gratiam pro gratia. Quia lex per Moysen data est, gratia et veritas per lesum Christum facta est» 27.

Qua quidem illius discipuli sententia, «quem diligebat lesus, qui et recubuit in cena super pectus eius»5S, cum in ipsum mysterium infinitae Incarnati Verbi caritatis inducti simus, dignum, iustum, aequum et salutare esse videtur, Venerabiles Fratres, in suavissima eiusdem mysterii contemplatione aliquantisper immorari, ut luce illa collustrati, quae ex Evangelio repercussa idem mysterium illuminat, nos quoque possimus id assequi et efficere votum, de quo gentium Apostolus ad Ephesios scribens loquitur: «Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in caritate radicati et fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus Sanctis quae sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, ct profundum; scire etiam supereminentem scientiae caritatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei»

Divinae Redemptionis Mysterium primaria ac naturalj ratione mysterium amoris est: hoc est iusti amoris Christ» erga caelestem Patrem, cui sacrificium Crucis, amanti oboedientique animo oblatum, uberrimam infinitamque satisfactionem defert ob culpas humani generis debitam: «Christus, ex caritate et oboedientia patiendo, maius aliquid Deo exhibuit quam exigeret recompensatio totius offensae humani generis»so. Est praeterea mysterium misericordis amoris Augustae Trinitatis Divinique Redemptoris erga homines universos, qui quidem cum ad sua expianda scelera satis nullo modo valerent31, Christus / per haud investigabiles meritorum divitias, quas, pretiosissimo suo effuso sanguine, nobis acqulsivit, illud amicitiae pactum inter Deum hominesque redintegrare ac perficere potuit, quod primum in terrestri Paradiso ob miserandum Adae casum, deinde vero ob innumera Populi Electi peccata violatum fuerat. Itaque Divinus Redemptor —utpote legitimus perfectusque Mediator noster— cum, pro incensissima sua erga nos caritate, humani generis officia ac debita omnino divinis conciliaret iuribus, auctor profecto fuit ut miranda illa inter divinam iustitlam dlvinumque misericordiam conciliatio haberetur, quae salutis nostrae mysterium omnia prorsus transcendens constituit, de quo sapienter hisce verbis loquitur Angelicus Doctor: «Dicendum quod hominem liberari per passionem Christi, conveniens fuit et misericordiae et iustitiae cius. Iustitiae quidem, quia per passionem suam Christus satisfecit pro peccato humani generis: et ita homo per iustitlam Christi liberatus est. Misericordiae vero, quia, cum homo per se satisfacere non posset pro peccato totius humanae naturae, Deus ei satisfactorem dedit Filium suum. Et hoc fuit abundnntioris misericordiae, quam sl peccata absque satisfactione dimisisset. Unde dicitur: «Deus, qui dives est in misericordia, propter nimiam caritatem suam, qua (illexit nos, cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo»31.

Ut tamen reapse possimus, quatenus mortalibus licet, «comprehendere cum omnibus sanctis quae sit latitudo, ct longitudo, el sublimitas, et profundum·33 arcanae caritatis Incarnati Verbi erga caelestem Putrem hominesque pre-

,, ’· 11«. XXXI, 3; 31. 33-34 HCtr- lOAX. 1, *9. H/ir. IX, χ ri·. ,, Ioan. I, 16-X7. "Ioax. XXI, w. MEpL Hl.irrç. **A»w *Tλ«··i*. I!I. η. 48. *- x cd. Lroa , tora. XI, 5903, p. 414. *» Ctr. Eae ***t*** ***Redrntf-tor; A.*** .4. S. XX. 19^3, p.

catorum labe intectos, animadvertere oportet eius amorem non tantummodo spiritualem fuisse, ut Deum addecet, quatenus «Spiritus est Deus»34. Utique huius naturae fuit amor, quo Deus progenitores nostros Hebraeorumque po-
323 pulum dilexlt; atque adeo humani,/familiaris patemique amoris dictiones, quae in Psalmis, in Prophetarum scriptis, et in Cantico Canticorum leguntur, indices sunt significa-tlonesquc verissimae sed spiritualis prorsus caritatis, qua Deus hominum genus prosequebatur; cum contra qui spirat ex Evangelio, ex Apostolorum litteris et ex Apocalypsis paginis amor, quae quidem Cordis lesu Christi amorem describunt, non divinam solummodo caritatem, sed humanos etiam dilectionis sensus significat; quod profecto iis omnibus, qui catholico censentur nomine, certissimum est. Etenim Dei Verbum non ficticium inaneque corpus assumpsit, ut iam primo Christiani nominis sacculo non-nulli haeretici asseverarunt, gravissimis hisce verbis a loanne Apostolo improbati: «Quoniam mulli seductores exierunt in mundum, qui non confitentur lesum Christum venisse in carnem: hic est seductor ct antlchristus»3I; sed reapse humanam naturam, individuam, integram et perfectam, ouae in purissimo Mariae Virginis sinu ex Spiritus Sancti virtute concepta est3e, divinae Personae suae coniunxlt. Nihil Igitur ei defuit humanae naturae, quam sibi Dei Verbum copulavit; eam ipse profecto assumpsit nullo modo imminutam, nullo modo immutatam ad spiritualia et ad corporea quod attinet: hoc est intellegentia ac voluntate ditatam cetcrisque internis extemisque cognoscendi facultatibus, itemque sensuum appetitu omnibusque naturalibus impulsionibus. Haec omnia Catholica docet Ecclesia utpote a Romanis Pontificibus ct ab Oecumenicis Conciliis sollemniter sancita confirmataque: «Totus in suis, totus in nostris·37; «perfectus in deitate et idem perfectus in humanitate·3*; «totus Deus homo, et totus homo Deus»3·.

Quapropter cum nullo modo dubitari possit lesum Chri-
324 tum verum adeptum esse corpus, omnibus, qui eidem proprii sunt, affectibus pollens, in quibus cruidem ceteris omnibus amor praestat, nullum pari modo dubium esse potest eum physico nostroque simili corde praeditum fuisse, cum sine excellentissimo hoc corporis membro, hominum vita, ad affectus etiam quod attinet, haberi non possit. Quamobrem lesu Christi Cor, Divinae Verbi Personae hypostatice unitum, ob amorem etiam et ob ceteras affectuum impulsiones procul dubio palpitavit, quae tamen et cum humana voluntate, divinae caritatis plena, et cum ipso infinito amore, quem Filius cum Patre ct cum Spiritu Sancio communicat, Ita congruebant omnino et consonabant, ut numquam hos inter tres amores aliquid esse contrarium vel dissonans4e.

Vcrumtamcn Dei Verbum veram pcrfectamquc naturam humanam assumpsisse sibi, ct carneum sibi effinxisse confornuvlsseque cor, quod, haud minus nuam nostrum, posset perpeti ac transfigi, id, dicimus, nisi in ea luce ponatur et consideretur, quae non modo ex unione hypostatica et substantiali elicitur, sed in ea etiam luce, quae cx humana Redemptione quasi eius complemento oritur, scandalo profecto ac stultitiae aliquibus esse potest, ut Christus cruci fixus reapse fuit ludacorum et ethnicorum genti 4l. Legitima catholicae fidei documenta, cum Sacris Litteris omnino consonantia, nobis asseverant Unigenam Dei Filium humanam naturam patibilem ac mortalem assumpsisse ea potissimum de causa, quod cruentum sacrificium e cruce pendens offerre cuperet, ut humanae salutis operam consummaret. Quod cetcroquin gentium Apostolus hisce conceptis verbis edocet: «Qui enim sanctificat, et qui sanctificantur, ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Nuntiabo nomen tuum fratribus meis... Et iterum: Ecce ego et pueri mei,
325 quod «dedit mihi Deus. Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, ct ipse similiter participavit eisdem... Vnde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret, et fidelis pontifex od Deum, ut repropitiaret delicta populi. In eo In quo passus est ipse et tentatus, potens est et cis qui tentantur auxiliari·4l.

Ac Sancti Patres, doctrinae divinitus patefactae veridici testes, illud optime animadverterunt, quod iam Paulus Apostolus clare satis asseruerat, divini nempe amoris mysterium cum Incarnationis, tum Redemptionis veluti principium esse ac verticem. Etenim saepe luculenterque in eorum scriptis legitur lesum Christum idcirco perfectam humanam naturam el caducum (ragileque cornus nmin. assumpsisse, ut sempiternae *consuleret* wlutiCit^a bisque infinitum amorem suum, sensibilem el amawrthX me manifestaret ac panderet.

. vn?S' qua|s' AP°|st0,i «entium voci resonam, ha., scnbit: «Natum enim ex ingenito ct ineffabili Deo, Ve ‘‘a adoramus ct amamus; quandoquidem propter nos factus est, ut passionum nostrarum particeps factus medicinani illis faceret»43. Ac S. Basillus, in tribus Cappadoche Patribus primus, veros simulque sanctos fuisse asseyent sensuum affectus in Christo: «Liquet Dominum natural* quidem affectus suscepisse ad confirmationem verat ner phantasticae incarnationis; vitiosos vero affectus, çn nostrae vitae puritatem coinquinans, ut incontaminata divinitate indignos reiecisse»44. Parique modo Antiochee* Ecclesiae lumen, S. Joannes Chrysostomus fatetur semna motus, quibus Divinus Redemptor obnoxius erat, dart patefecisse omnino Integram eum humanam assumpto naturam: «Si enim nostrae non fuisset naturae, non a ludo semel el iterum correptus fuisset»44. In Latinis autem Patribus eos libet memorare, quos hodie Ecclesia utpote maximos Doctores veneratur. Itaque S. Ambrosius sensi-
biles / commotiones et affectus, quorum Incarnatum Dei 13
Verbum expers non fuit, ex hypostatica unione, quasi tx naturali principio oriri testatur: «Et ideo quia susctpd animam, suscepit et animae passiones; non enim Deci, eo quod Deus erat, aut turbari, aut mori potuisset»44. Quibus quidem cx affectionibus S. Hieronymus praecipuum argumentum eruit Christum reapse humanam assumpto naturam: Dominus noster, ut veritatem assumpti probaret hominis, vere quidem contristatus est47. Sanctus autem Augustinus peculiari modo rationes illas animadvertit, qw inter Incarnati Verbi affectiones intercedunt humanaeque Redemptionis finem: «Hos autem humanae infirmitatis affectus, sicut ipsam carnem infirmitatis humanae, ac mortem camis humanae Dominus lesus, non conditionis necessitate. sed miserationis voluntate suscepit, ut transflprard in se corpus suum, quod est Ecclesia, cui caput esse dignatus est, hoc est, membra sua in sanctis et fidelibus suis; ut sl cui eorum inter humanas tentationes contristari et delere contingeret, non ideo se ab eius gratia putaret alienum; et non esse ista peccata, sed humanae InfirmiUui indicia, tamquam voci praemissae concinens chores, 1U cornus eius ex ipso suo capite addisceret» . Pressius, sed haud minus efficaciter hi, qui sequuntur, S. loannis Damasceni loci Ecclesiae doctrinam manifestam praetait: •Totum quippe me totus assumpsit, ac totus toti unitu est, ut toti salutem afferret. Nam alioquin non potuit sanari, quod assumptum non fuit» . «Omnia igitur assumpsit, ut omnia sanctificaret»so·

Animadvertendum tamen est hos Sacrarum Litterarum Patrumque eclogarios, hisque similes non paucos quos non rettulimus, quamvis luculenter testentur lesum Christum sensuum commotionibus affectibusque fuisse praeditum, atque Idcirco humanam assumpsisse naturam ut sempiternae nostrae consuleret saluti, nihilo secius numquam h<s eosdem affectus ad physicum cor eius ita referre, ut illua Infiniti amoris cius symbolum aperte indicent. Atsi Evangelistac ceterique sacri scriptores Redemptoris nostri cor, vivax ac sentiendi facultate haud minus quam nostrum praeditum, et ob varios animi motus et affectus duplidsque voluntatis eius caritatem flagrantissimam, palpitans et micans manifesto non describunt, nihilominus divinum eius amorem ac sensuum commotiones, quae cumeo coniunguntur, saepe in sua luce ponunt: hoc est desiderium, laetitiam, aegritudinem, timorem et Iram, prouti ex eius ore, verbis, gestu manifestantur. Adorandi Servatoris nostri vultus praesertim Index ac veluti speculum fidelissimum profecto fuit eorum affectuum, qui cum animum vario modo commoverent, quasi reciprocantes undae sanctissimum Cor eius attingebant ac pulsando excitabant. Etenim hanc etiam ad rem id valet, quod de humana psychologh et de iis quae Inde consequuntur, Angelicus Doctor, communi experientia edoctus, animadvertit: «Perturbatio irae usque ad exteriora membra perducitur; et maxime ad illa membra in quibus expressius relucet vestigium cordis, sicut in oculis et in facie et in lingua· 51.

Quamobrcm iure meritoque Incarnati Verbi Cor praecipuus considcrntur index et symbolus triplicis Illius inoris.

‘‘ to».'·. IV, 34 ·· // Zoom 7. **Cfr. Lee. I, 35. ·»§. Lko Magmvi, *Eptii* X·π« •Lcchf luar» 4J ***Flat-ianvm Conii, Pair,*** !j lun. a. cfr ***P L.*** LtV. 7^3. ‘‘Cone. Qukr*1, a. 451; cfr. Maxu, ***Op.cit.*** Vît, ifjB. ·· 4 Γ,«Lamio· Pwa, Tract. 111: '.Vrirîianwrn» ***Jt na-*** /ari» 1« cfr A iHixt, *Efriti* Rem. ***Poni*** 4 S. ***HCarw*** tit/ur aJ ***PtlAftnm n,*** p A)3. ••cer. S. Tmom, Sum. ***Thtvl***. III. q XS, ». 4. q. iS, J 6 Looo . lue*. XI. X70J. p 1% rt 237. ·’Cfr. / Car. I. »3. ·· ***Htbr.***

r t- XXVI. tu¨4 XXVI. r
D« *tu, 0,11,* L xxxvn. nu
>osi ·· s«m. rui, ili. q ■^I'· , T*·*!11..»® P- c. Xdv.

illius amoris, quem cum Patre ct Spiritu Sancto communicat, sed qui tamen in ipso tantum, utpote in Verbo, quod caro factum ess, per caducum ct fragile humanum corpus nobis manifestatur, quandoquidem «in ipso inhabits omnis plenitudo divinitatis corporaliter» **. Symbolus praeterea est incensissimae illius caritatis, quae, cius in
J3 animam infusa, humanam ditat Christi / voluntatem, et colus actus duplici scientia perfectissima collustratur et dirigitur, hoc est beata et indita vel infusa M. Ac denique —Idque modo magis naturali ac directo— sensibilis quoque affectus symbolus est, cura lesu Christi corpus, in sinu Virginis Mariae Spiritus Sancti opera fonnatuin, sentiendi pcrcipicndiquc vi polleat perfectissima, magis utique quam cetera omnia hominum corpora M.

Cum nos Igitur Sacra Eloquia ct legitima catholicae fidei documenta edoceant In sanctissimo lesu Christi animo summam omnium vigere convenientiam et concordiam, eumque ad Redemptionis nostrae finem assequendum triplicem amorem suum manifesto direxisse, idcirco patet meritissimo nos posse Divini Redemptoris Cor utpote significantem caritatis eius imaginem, Redemptionisque nostrae testem contemplari ac venerari, itemque mysticam veluti scalam, qua ad amplexum ascendamus «Salvatoris nostri Dei»5*. Quamobrem eius verba, actus, praecepta, rerum miracula, peculiarique modo opera illa, quae luculentius caritatem eius erga nos testantur—ut divinam institutam Eucharistiam, ut acerrimos eius cruciatus eiusque mortem, ut nobis benigne concessam Sanctissimam cius Matrem, ut Ecclesiam pro nobis conditam, ac denique Spiritum Sanctum in Apostolos et In nos missum— haec, dicimus, omnia admiremur oportet veluti triplicis eius amoris documenta; itemque oportet eius Sacratissimi Cordis pulsus amantissimo meditemur animo, quibus terrenae peregrinationis tempus ipse quasi metiri visus est, usque ad supremum momentum illud, quo, ut Evangelistac testantur, «clamans voce magna dixit: Consummatum est. Et inclinato capite, tradidit spiritum· 5e. Tum eius Cordis palpitatio constitit ac desiit, eiusque sensibilis amor intermissus est usque dum ipse, triumphata morte, e se-
29 polcro resurrexit. / Postquam autem eius corpus, sempiternae gloriae statum adeptum, Divini Redemptoris animo, mortis victoris, iterum coniunctum est. Cor cius Sacratissimum imperturbabili ac placido pulsu moveri numquam destitit nec desistet, eiusque triplicem amorem significare numquam pariter desinet, quo Dei Filius cum suo caelesti Patre devincitur et cum hominum communitate universa, cuius ipse pleno iure mysticum est caput.

III

Nunc vero, Venerabiles Fratres, ut ex piis hisce conslderationinus uberes possimus salutaresque colligere fructus aliquantisper meditari ac contemplari libet multiplices Servatoris nostri lesu Christi humanos divinosque affectus, quos quidem eius Cor per mortalis vitae cursum participando rettulit, ac nunc refert, aeternumque per aevum referet Ex Evangelii praesertim paginis lux nobis affulget, qua collustrati ac roborati divini huius Cordis sacrarium ingredi possumus, unaque cum Apostolo gentium admirari abundantes divitias gratiae [Dei] in bonitate super nos Christo lesu» *7.

Una cum humano ac divino pulsatur amore adorandum lesu Christi Cor, postquam Maria Virgo magnanimum illud verbum «Fiat· pronuntiavit, ac Dei Verbum, ut animadvertit Apostolus: «ingrediens mundum dicit: Hostiam et oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi; holocautomata pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio; In capite libri scriptum est de me ut faciam, Deus, voluntatem suam... In qua voluntate sanctificat! sumus per oblationem corporis Christi semel» 4e. Amore Itidem commovebatur, humanae suae voluntatis affectibus dlvinooue amori concordissimo, cum in Nazarethana domo
Λ caelestia conserebat colloquia cum dulcissima/ Matre sua, et cum losepho putativo patre, cui oboediens laboriosam praestabat operam in tignariorum fabrorum arte. Ac triplici illo, de quo diximus, amore exercebatur in diuturnis suis apostolicis peregrinationibus habendis; in innumeris patrandis miraculis, quibus vel mortuos ab Inferis evocabat, vel omne genus aegrotis sanitatem impertiebat; in exantlandis laboribus; in sudore, fame, siti toleranda; in aoettrrnis vigiliis, quibus caelestem Patrem amantissime precabatur; In orationibus denique habendis ct in parabolts proponendis expllcandisque; Illis nominatim, quae de mi-

scrlcordia agunt, ut de drachmatc deperdito, de amissa ove, et de prodigo filio; quibus quidem in rebus et verbis, ut Gregorius Magnus animadvertit, Ipsum Dei Cor manifestatur: «Disce Cor Dei in verbis Dei, ut ardentius ad aeterna suspires» 4e.

Impensiore autem caritate lesu Christi Cor permovebatur, cum ex ore eius verba eliciebantur incensissimum amorem spirantia. Ita, ut exempla proponamus, cum turbas defatigatas fameque affectas cerneret, exclamabat: •Misereor super turbam» <0; et cum lerusalem dilectissimam urbem suam peccatis obcaecatam prospiceret, Ideoque extremae destinatam ruinae, hoc effatum edebat· «lerusalem, lerusalem, quae occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti!» ei. Ob amorem autem erga Patrem suum, ct ob sanctam indignationem palpitavit Cor eius, cum vidit sacrilegum commercium in Templo fleri, cuius violatores hisce verbis increpavit: «Scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur; vos autem fecistis Illam speluncam latronum» ®2.

At peculiari amore pavoreque commotum est Cor eius cum acerrimorum cruciatuum horam iam imminere prospexit, ac naturali motu ingruentibus doloribus ac morti repugnans, ex/clamavit: «Pater ml, si possibile est, transeat 331
a me calix iste» <3; invicto autem amore summaque aegritudine, cum a proditore osculo exceptus, hisce verbis eum allocutus est, quae extremum videntur misericordissimi Cordis eius invitamentum amico datum, qui impio, foedifrago obstinatissimoque animo eum carnificibus traditurus erat: «Amice, ad quid venisti? Osculo Filium hominis tradis?» e8; miseratione vero amoreque impensissimo, cum piis mulieribus sibi illacrimantibus, immeritum crucis supplicium subisuro, dixit: «Filiae lerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, et super filios vestros...; quia si in viridi ligno haec faciunt, in arido quid fiet?» °'

Ac tandem Divinus Redemptor, ex cruce pendenti Cor suum sensit variis vehementibusque aestuare affectibus, hoc est amoris flagrantissimi, consternationis, misericordiae, incensissimi desiderii, serenaeque requietis; quos quidem affectus haec effata significanter indicant: «Pater, dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt» ··; «Deus meus, ut quid dereliquisti me?» «Amen dico tibi, hodie mccum eris in Paradiso» ··; «Sitio» n; «Pater, in manus tuas commendo spiritum meum»70.

Quisnam vero queat illos Divini Cordis pulsus, inflnlt eius amoris Indices, digne describere, quos iis temporis momentis edidit, cum maxima dona hominibus impertiit: hoc est semet ipsum in Eucharistiae Sacramento, Sanctissimam Matrem suam, ac sacerdotale nobiscum communicatum munus?

Etiam antequam Ultimam Cenam cum discipulis suis manducaret, Christus Dominus, cum nosceret se instituturum esse/ Sacramentum Corporis ct Sanguinis sui, cuius 33 2
effusione Novum Foedus consecrandum erat. Cor suum senserat vehementibus excitari motibus, quos Apostolis hisce verbis significavit: «Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar» n; qui quidem motus vehementiores etiam procul dubio fuere, cum «accepto pane, gratias egit, et fregit, et dedit eis dicens: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite In meam commemorationem. Similiter et calicem, postquam cenavit, dicens: Hic est calix novum testamentum in Sanguine meo, qui pro vobis fundetur»71.

Merito igitur asseverari potest divinam Eucharistiam utpote Sacramentum et Sacrificium, quorum alterum hominibus impertit, alterum vero ipsemet perpetuo immolat «ab ortu solis usque ad occasum» 7', itemque sacerdotium dona profecto esse Sacritisslmi Cordis lesu.

Cuius quidem Sacratissimi Cordis pretiosissimum quoque donum est, ut diximus, Maria Dei Mater alma, nostrumque omnium amantissima Mater. Quae enim Redemptoris nostri Genetrix fuit secundum carnem, eiusque socia in Hevae filiis revocandis ad divinae gratiae vitam, ea merito fuit totius humani generis spiritualis salutata Mater. Quam ad rem S. Augustinus de ea scribit: «Plane mater membrorum Salvatoris, quod nos sumus quia cooperata est caritate, ut fideles in Ecclesia nascerentur qui illius capitis membra sunt» 74.

Atque incruento sui Ipsius dono, sub specie panis ct

"Crf Π. 9 ‘‘Cfr. Sum. Tksol, III, q. 9, **· x-j: ed . «>»· Xl rçaj. P M3. ‘‘Cfr. Itnd- III q. 33. a. 2, od 3m. q. 4*. >· 6: ed- Leoo., m» XI, 190J. pp. 343, 433. ‘‘ Tii. m. 4. M Mattw. XXVII, 5© Iojm. XIX, ja II. 7. X. 3-7- xo. ⁻ Rtc&r. Π.

ep. 31 -U P. L· LXXVII, 70Λ ·· Mac VIII, t n Mattii. XXIII, 37· '· Μλττμ XXI. 13. ‘‘ Matth XXVI, 37. XXVI. 5* Lvc. XXII, 48. ’’ Lvc XXIII. ,5 p «L«. XXΠI 3. ’’Mattii. XXVII, 46. ·· Lee- XXIII, 43. ·· Ioajt XIX »«15? XXIII. 46. "Lvc. XXII. 13- * Lvc XXΠ. 17-20 '· Mal I 11 '· £>‹ MMd» tvpRUuXr. VI: F. L. XL, J77.

vini, Senator noster lesus Christus adiungere voluit, tamquam praecipuus documentum Intimae infinitacque caritatis suae, cruentum Crucis Sacrificium. Qua quidem agendi ratione exemplum praebuit excelsae illius caritatis, quam quasi summam amoris metam discipulis suis proposuerat hisce verbis: «Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut
333 animam suam ponat quis pro amicis/ suis»7f. Quamobrem lesu Christi Filii Dei amor, per Golgothae Sacrificium ipsius amorem luculenter significanterque patefacit: «In hoc cognoscimus caritatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit; et nos debemus pro fratribus animam ponere·7·. Ac reapse Divinus Redemptor noster amore magis quam vi carnificum Cruci affixus est; elusque voluntarium holocaustum supremum donum est, quod singulis hominibus impertiit secundum pressam illam Apostoli sententiam: «Dilexit me, et tradidit semetipsum pro me»77.

Nullum igitur dubium esse potest sacratissimum Cor lesu, cum sit, intima prorsus ratione, Incarnati Verbi vitae particeps, atque adeo velutl Divinitatis instrumentum assumptum fuerit, haud minus quam cetera humanae naturae membra, in divinae gratiae divinaeque omnipotentiae operibus exsequendis78, legitimum etiam immensae illius caritatis symbolum esse, qua permotus Senator noster per suum profusum Sanguinem mysticum cum Ecclesia Inivit matrimonium: «Per caritatem pro Ecclesia sibi in sponsam coniungenda passus est» '9. Ex vulnerato igitur Redemptoris Corde Ecclesia, utpote Redemptionis Sanguinis administra, nata est, ex eodemque Sacramentorum gratia, ex qua Ecclesiae filii supernam vitam hauriunt, uberrime profluxit, ut in sacra Liturgia legimus; «Ex Corde scisso Ecclesia Christo iugata nascitur... Qui Corde fundis gratiam»Sô. De cuius symboli ratione, quae ne antiquis quidem Patribus scriptoribusque ecclesiasticis ignota erat, Doctor Communis, quasi eorundem vocibus resonans, haec scribit: «Ex latere Christi fluxit aoua ad abluendum, sanguis autem ad redimendum. Et ideo sanguis competit sacramento Eucharistiae, aqua autem sacramento Baptismi;
33-1 qui tamen habet vim/ ablutivam ex virtute sanguinis Christi» ·*. Quod heic de latere Christi scribitur, a milite vulnerato ct aperto, idem de Corde eius dicendum est quod profecto lancea suo ictu attigit, quandoquidem miles ca de causa eam vibraverat, ut de lesu Christi cruci fixi morte certo modo constaret. Quamobrem Sacratissimi Cordis lesu vulnus, lara mortali hac vita functi, per saeculorum decursum vivida Imago est illius caritatis sponte editae, qua Deus Unigenam suum hominibus redimendis dedit, et qua Christus nos omnes tam vehementer adamavit ut semet ipsum pro nobis in Calvariae loco cruentam hostiam immolaret: «Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis» **.

Postquam Servator noster ad caelum ascendit una cum corpore aeternae gloriae splendoribus ornato, seditque ad dexteram Patris, flagrantissimo amore, quo etiam Cor eius palpitat. Ecclesiam suam sponsam prosequi non deslit. In manibus siquidem, In pedibus et in latere fulgentia vulnerum signa praefert, quae triplicem ab se adeptam victoriam repraesentans, hoc est de daemone, de peccato, de morte; atque habet Itidem In Corde suo, quasi in scrinio pretiosissimo repositos, immensos illos meritorum thesauros, triplicis eiusdem triumphi fructus, quos redempto humano generi largiter impertit. Haec est veritas consolationis plena, ouam Apostolus gentium hisce verbis asseverat: «Ascendens In altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus... Qui descendit, ipse est ct qui ascendit super omnes caelos, ut Impleret omnia»

Spiritus Sancti donum, ad discipulos missi, primum est signum perspicuum munificae caritatis eius post triumphalem ascensum ad dexteram Patris. Siquidem post dies decem, Spiritus Paraclltus a caelesti Patre datus super cos descendit, In Cenaculo congregatos, secundum illud, quod In Ultima Cena promiserat: «Ego rogabo Patrem, et alium
335 Paraclitum dabit/ vobis, ut maneat voblscum in aeternum» M. Qui ouidem Spiritus Paraclitus, cum sit mutuus Amor personalis, hoc est Patris erga Filium et Filii erga Patrem, ab utroque mittitur, ac species indutus quasi linguarum ignis in eorum animos Infundit divinae caritatis copiam ccterorumquc caelestium charismatum. Huius divinae caritatis Infusio ab eo etiam Corde Servatoris nostri orta est. «In quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi» ·». Est enim haec caritas lesu Cordis eiusque Spiritus donum; qui quidem est Spiritus Patris ct Filii ex quo et Ecclesiae ortus et cius mirabilis propagatio panditur ad universas ethnicorum gentes, quas idolorum cultus, fraternum odium, morum corruptio ac violentia foedaverant. Haec divina caritas est Cordis Christi eiusque Spiritus pretiosissimum donum; quae Apostolis et Martyribus fortitudinem illam impertiit, qua roborati ad mortem usque, heroum more obi tam, certaverunt, ut Evangdii veritatem praedicarent effusoque sanguine testarentur, quae Ecclesiae Doctoribus studium incensissimum Indidit catholicae fidei illustrandae tutandacquc; quae Confessorum virtutes aluit, cosque ad utilissima mlrandaque excitavit opera suae cctcrorumque saluti aeternae ac temporariae profutura; quae denique Virginibus suasit ut sponte iucundeque sensuum voluptatibus abstinerent, seseque omnino caelestis Sponsi amori consecrarent. Divinae huic caritati celebrandae, quae cx Incarnati Verbi Corde exundans, in omnium credentium animos Sancti Spiritus ope infunditur, gentium Apostolus illum victoriae hymnum edidit, qui lesu Christi Capitis eiusque mystici corporis membrorum triumphum de iis omnibus praedicaret, quae instaurandum inter homines Divinum amoris Regnum Suovis modo praepedirent: «Quis... nos separabit a caritate hristi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? au gladius?... Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus/ 3M sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei, quae est in Christo lesu Domino nostro» ae.

Nihil igitur vetat quominus sacratissimum lesu Christi Cor adoremus, utpote particeps atque naturale ac signiHcantissimum symbolum inexhaustae illius caritatis, qua Divinus Redemptor noster adhuc flagrat erga hominum genus. Illud siquidem, etsi mortalis huius vitae perturbationibus iam onnoxium non est, vivit tamen ae palpitat, atque indissolubili modo cum Divini Verbi Persona, et in ipsa et per ipsam cum divina voluntate eius coniungitur. Quamobrem, cum Cor Christi redundet divino humanoque amore, et cum omnium gratiarum thesaurorum praedives sit, quos Redemptor noster sua vita, suis cruciatibus suaque morte acquisivit, fons est profecto perennis illius caritatis, quam ipsius Spiritus effundit in omnia mystici sui corporis membra.

Cor igitur Servatoris nostri imaginem quodammodo refert divinae personae Verbi, itemque duplicis naturae, humanae nempe divinaeque; atque in eo considerare possumus non modo symbolum sed etiam velutl summam totius mysterii nostrae Redemptionis. Cum sacratissimum lesu Christi Cor adoramus, in ipso et per Ipsum tum increatum Divini Verbi amorem, tum humanum pariter eius amorem cetcrosque affectus atque virtutes adoramus quandoquidem uterque amor Redemptorem nostrum permovit ad sese pro nobis universaque Ecclesia Sponsa sua immolandum, secundum Apostoli sententiam: «Christus dilexit Ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ca, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquae In verbo vitae, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata»l7./

Ut Christus dilexit Ecclesiam, ita triplici eo amore, de quo diximus, eam adhuc impensissime adamat, qui quidem eum quasi advocatum 89 nostrum permovet, ut gratiam nobis et misericordiam conciliet a Patre, «semper vivens ad Interpellandum pro nobis» .*·. Preces, quae ex inexhausto eius amore eliciuntur et admoventur ad Patrem intermittuntur numquam. Ut «in diebus camis suae»'·, ita nunc in Caelis trimphans. Caelestem Patrem haud minore efficacitate adprecatur; elque, qui «sic dilexit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret; ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam»·1, Cor suum ostendit vivum, et quasi sauciatum impensioreque aestuans amore, quam cum exanimum Romani militis lancea vulneratum est: «Proptcrea vulneratum est (Cor tuum), ut per vulnus visibile vulnus amoris invisibile videamus» ··.

Haud dubium igitur est caelestem Patrem, «qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum·'3, a tanto Advocato tam vehementi amore rogatum, per cum nullo non tempore uberem demissurum esse in homines universos divinarum gratiarum copiam.

"lox*. XV, «j. ·· ***I Ioan.*** HI. t6. ”***Gal*** 11. ao. ” Cfr. S Γπομ., Sw·» III, q. t<). *· î M. Leon-, tem XI. 1903. P- 3*9- "Sum. . q. 41. >. i ad cd- Leon . XII» P 8x. ••HtTzn. *-3 Ve*p. Fenti Suhi Cordi» lenu. ·· Sum. ***Huol.,*** III, q. 66, a % *1 1® M Lenn, Um. XII. *v ʔ6,* p. 6$. ·· ***EfA,*** V. 1. ·· ***Epk.*** IV, ·. ta ·· loAM. XIV, 16. ·· ***Coi.*** П3.

vi?*?.' « P* V· ’5-37. ·· Cfr. ***I loan.*** П, X. ·· H* nL mvtfw» '7*« III· X6' ” Opusc. X: vĭtπ n q °.?*™ Ad Claras Aquas (Qaaracrhl) 1898, tom. VIII, p. 164; cfr. S, Thom., Sum. ***Tkjol*** III q «. a ·· M tote. XI. X903. p. 513. »» ΠΠ ,^λ

IV

Voluimus, Venerabiles Fratres, per summa lineamenta vobis christianoque populo proponere Intimam Sacratissimi Cortis lesu cultus naturam nerennesque divitias quae ex co oriuntur, prouti ex doctrina divinitus patefacta, quasi ex primario fonte panduntur. Putamus autem animadver-
35« dones has Nostras, quae/ Evangelii luce collustrantur, in comperto posuisse hunc cultum nihil aliud, ad summam quod pertinet, esse nisi Incarnati Verbi divini humanique amoris cultum, atque etiam nisi illius amoris cultum, quo caelestis quoque Pater ct Spiritus Sanctus peccatores homines prosequuntur, nam, ut Angelicus docet, Augustae Trinitatis caritas humanae Redemptionis principium est, quatenus In humanam lesu Christi voluntatem, et in adorandum Cor cius uberrime exundans, cum eadem caritate permotum induxit ad suum sanguinem profundendum, ut nos a peccati captivitate redimeret 04: «Baptismo habeo baptizari, et quomodo coarctor usquedum perficiatur» °5.

Persuasum igitur habemus cultum, quo amorem Dei et lesu Christi erga hominum genus prosequimur per augurium signum transverberati Cordis Redemptoris cruci affixi, numquam fuisse a fidelium pietate plane alienum, quamvis clara luce innotuerit ac miro quodam modo In Ecclesia quoquoversus sit propagatus temporibus a nostris non ita remotis, maxime postquam divinum hoc arcanum Dominus Ipse quibusdam filiis suis, supernorum munerum copia donatis, privatlm patefecerat, quos etiam nuntios ac praecones eiusdem sibi elegerat.

Re enim vera nullo non tempore fuerunt homines Deo praecipue devoti, qui, Almae Deiparae, Apostolorum, insignium Ecclesiae Patrum exempla secuti, adversus sanctissimam Christi naturam humanam, et praesertim erga vulnera, quibus eius corpus in salutari cruciatuum perpessione fuit dilaceratum, cultum adorationis, gratiarum actionis et amoris adhibuerunt.

Praeterea, nonne verbis ipsis: «Dominus meus, et Deus meus»·*, quae Thomas Apostolus effatus est, quaeque ex incredulo in fidei sectatorem eum mutatum esse significavere, haud dubia continetur professio fidei, adorationis et
39 amoris, e/vulnerata Domini humana natura ad maiestatem divinae Personae emergens?

Quodsi transfixo Servatoris Corde homines semper vehementius sunt adacti ad excolendum infinitum eius amorem, quo mortalium genus complectitur, quondoquidem cuiusvis aetatis christlfidelibus verba Zachariae prophetae, a loanne Evangelista ad lesum cruci affixum translata, dicta sunt: «Videbunt in quem transfixerunt»»7, est tamen fatendum non nisi paulatim ac progressione quadam Idem Cor peculiaris cultus obsequiis esse ornatum, quasi Imaginem amoris humani et divini in Verbo Incarnato insidentis.

Perstringere autem volentibus hulusce cultus insignes quasi gradus per temporum, si pietatem spectes, ordines, statim nomina occurrunt quorundam, qui, hac In re praecipuam famam adepti, tamquam antesignani habendi sunt religionis formae, quae privatlm atque pedetemptim in religiosis sodalitatibus magis magisque invalescebat. Ut exempla afferamus, de hoc Sacratissimi Cordis lesu cultu firmando magisque In dies provehendo bene meruerunt S. Bonaventura, S. Albertus Magnus, S. Gertrudis, S. Catharina Senensis, B. Henricus Suso, S. Petrus Canisius, S. Franciscus Salesius. S. loannes Eudes auctor fuit primi officii Iiturgici, honori Sacratissimi Cordis lesu celebrandi, cuius quidem sollemne festum, multis Episcopis Galliae probantibus, die xx mensis Octobris anno mdclxxti primum peractum est. At potissimum profecto locum In iis, qui nobilissimum hoc religionis genus promoverunt, obtinet S. Margarita Maria Alacoque, quae, B. Claudio de la Colombière, pietatis magistro ipsius, adiutriccm praebente operam, id, praeclaro studio incensa, est assecuta, ut huiusmodi cultus ratio tot aucta incrementis, non sine magna christifidelium admiratione, constitueretur, atque, amoris et satisfactionis proprietatibus insignis, a ceteris
3» distingueretur pietatis Christianae formis »».

Satis est hanc memoriam illius aetatis, qua hic Sacratissimi Cordis lesu cultus augescebat, repetere, ut plane intellegamus mirabilem eius progressionem esse ex eo profectam quod cum natura Christianae religionis omnino congrueret, quippe quae esset religio amoris. Cultum ergo huiusmodi non inde exordium sumpsisse dicendum est, quod a Deo sit privatlm patefactus, neque repente in Ecdesla exstitisse; sed e fide vivida fervidaque sponte efflоruisse pietate, qua homines, supernis cumulati muneribus, in adorandum Redemptorem et gloriosa eius vulnera erant affecti, immensi amoris eiusdem quasi testimonia perfringentia animos quam maxime. Proinde, ut patet, ea, quae S. Margaritae Mariae revelata sunt, nihil novi doctrinae catholicae attulerunt. Earum autem momentum in eo est, 3uod Christus Dominus—Sacratissimum Cor suum oslcnens— modo extraordinario et singulari mentes hominum ad mysterium amoris misericordissimi Dei erga genus humanum contemplandum colendumque advocare voluit. Hac siquidem peculiari manifestatione Christus Cor suum expressis ac repetitis verbis indicavit tamquam symbolum, quo homines ad cognitionem et agnitionem amoris sui allicerentur; simulque tamquam signum et pignus constituit misericordiae et gratiae pro Ecclesiae necessitatibus nostrorum temporum.

Praeterea hunc cultum ex ipsis Christianae doctrinae dimanare principiis, eo aperte demonstratur, quod Sedes Apostolica prius approbavit hoc sollemne liturgicum quam scripta S. Margaritae Mariae; nam, non proprie rationem habens privatae cuiusvis patefactionis divinitus patratae, sed fidelium votis benigne obsecundans, Sacrum Consilium religionis ritibus praepositum, decreto die xxv mensis lanuarii anno mdcclxv lato, et a Decessore Nostro Clemente XIII die vi mensis Februarii eiusdem anni approbato, Episcopis Polonis et Romanae Archiconfratemitati a Sacratissimo Corde lesu, quae vocatur, festum liturgicum concessit celebrandum; quod quidem Apostolica Sedse eo consilio fecit ut hoc modo ampliaretur cultus iam / existens 341
ac vigens, cuius esset «symbolice renovare memoriam illius divini amoris» 09, quo Servator noster impulsus est ut victimam se praeberet hominum crimina expiantem.

Primam vero hanc approbationem, privilegii nomine factam certisque arctatam finibus, altera post unum fere saeculum est subsecuta, longe maioris momenti ac sollemnioribus concepta verbis. Decretum dicimus, ut supra memoravimus, a Sacro Consilio religionis ritibus tuendis die xxiii mensis Augusti anno mdccclvt editum, quo Decessor Noster imm. mem. Pius IX, preces Episcoporum Galliae et universi fere nominis Catholici admittens, festum Sacratissimi Cordis lesu ad totam pertinere iussit Ecclesiam, ab eaque rite celebrari mandavit100. Quod factum non immerito sempiternae est christlfidelium memoriae commendandum, nam, quemadmodum In liturgia eiusdem sollemnis scriptum videmus: «Exinde cultus Sacratissimi Cordis quasi flumen exundans, prolutis impedimentis omnibus, per totum se orbem effudit».

Ex iis, quae hactenus, Venerabiles Fratres, exposuimus perspicue patet e divinis litteris, ex doctrina a maioribus tradita, e sacra liturgia, quasi e liquido altoque fonte, fidelibus repetendum esse cultum Sacratissimi Cordis lesu, si in intimam cius naturam cupiant penetrare, eamque ple méditantes, pabulum accipere ad alendum augendumoue religionis ardorem. Quodsi cultus hic assidue, mente Illuminata altiusque perspiciente exerceatur, fieri non potest quin animus fidelis ad suavem illam cognitionem caritatis Christi perveniat, quae summam efficit vitae christinnc, ut Apostolus, de se ipso expertus, docet: «Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri lesu Christi... ut det vobis secundum divitias gloriae suae virtute corroborari per Spiritum eius in interiorem hominem; Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in caritate,' radicati 342
et fundati; ut possitis... scire etiam supereminentem scientiae caritatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei» 101. Cuius omnia complectentis plenitudinis Del clarissima imago est ipsum Cor Christi lesu: plenitudinem dicimus misericordiae, quae propria est Novi Testamenti, in quo «benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei» 105, nam: «Non misit Deus Filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum» 10'.

Ecclesiae igitur, hominum magistrae, semper fuit persuasum, ex quo priora de cultu Sacratissimi Cordis lesu legitima edidit documenta, primarias huius rationes, hoc est actus amoris et satisfactionis, quibus infinitus amor Dei erga mortalium genus colatur, minime esse *materialisait,* qui dicitur, ct superstitionis veneno infectas, sed eundem cultum esse formam pietatis, quo plane perficiatur religio ad animum attinens et vera omnino, quam ipse Servator, mulierem Samaritanam allocutus, praenuntiavit.* «Venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate. Nam ct Pater tales quaerit, qui adorent cum. Spiritus est Deus; et cos, qui adorant eum, In spiritu ct veritate oportet adorare» 1<M.

Nefas igitur est asserere contemplationem physici Cordis

L 5 rd. Don., tom. XI. 1903. P 467. ·· Lvc. XII.
»· Iolχ. XIX. 3Γ. Cfr. Zach. XII, io- ••Cfr Litt- Enc. *MurnnhnimfU*

RrJrmpior: A. A. S. XX. pp. >67-168. ·· Cfr. A. Gamdiluxi. ZU-rhi *auihj^lüa,* >857. n. 4579. torn. III, p. 174. »»· Cfr Λσ. 5 C. *Ru* , «pwd N Njllxa, Z>/ *fctlw* Kx-raJuji-n Gwin Zrt« *ft* famini *Manat,* 5.· ed-. Inn<bruek. 1W5, tom I ··· F^b. IU u. ··· *TU.* III, 4. — 10ΛM IU. r7. ••iluoifwnv. χ£

I»su impedire quominus ad intimum Dei amorem perveniatur, ct animum in via, qua ad summas proficiat virtutes, remorari. Quam falsam mysticam doctrinam Ecclesia omnino reiclt, quemadmodum, per Decessorem Nostrum fel. rec. Innocentium XI locuta, commenta respuit eorum, qui ista effutiebant: «Nec debent (animae huius viae internae) elicere actus amoris erga beatam Virginem, Sanctos aut humanitatem Christi: quia, cum ista oblecta sensibilia
343 sint, talis est amor erga illa. Nulla crea/tura, nec beata Virgo nec Sancti sedere debent in nostro corde: quia solus Deus vult Illud occupare ct possidere»1M. Qui ita sentiunt, eos liquet opinari imaginem Cordis Christi nihil altius significare quam cius sensibilem amorem, atque adeo non esse huiusmodi ut in ea, quasi in novo fundamento, innitatur cultus latriae, qui solum ad id pertinet, quod suapte natura est divinum. At hanc sacras Imagines interpretandi rationem omnino falsam esse non est quin videat, cum latius patens earundem significatio nimis arctis finibus circumscribatur. Contra atque hi, sentiunt docentque theologi catholici, e quibus S. Thomas haec scribit: «imaginibus non exhibetur religionis cultus, secundum quod in scipsls considerantur, quasi res quaedam: sed secundum quod sunt imagines ducentes in Deum incarnatum. Motus autem qui est in imaginem, prout est imago, non sistit in ipsa, sed tendit in id cuius est Imago. Et ideo ex hoc quod Imaginibus Christi exhibetur religionis cultus, non dlvcrsificàtur ratio latriae, nec virtus religionis»1M. Ad ipsam igitur Verbi Incarnati Personam, ut ad finem, dirigitur cultus qui, comparate sane aestimandus, imaginibus adhibetur, sive reliquiae sunt ad acerba, quae Servator nostra causa pertulit, tormenta pertinentes, sive simulacrum ipsum, vi atque significatione cetera superans omnia, scilicet transverberatum Cor Christi in crucem acti.

Itaque a rc corporali, quae est Cor Christi lesu, eiusque naturali significatione nobis licet addecetque nos, Christiana fide suffultos, ascendere non solum ad contemplandum cius amorem, qui sensibus percipiatur, sed altius etiam ad considerandum et adorandum celsissimum amorem Infusum; ac denique, suavi pariter et sublimi quodam animi cursu, ad meditandum et adorandum Amorem divinum Verbi Incarnati; quandoquidem e fide, qua credimus
344 utramque naturam, huma nam ac divinam, in Persona Christi esse unitam, mente concipere possumus necessitudines filas arctissimas quae inter sensibilem amorem physici Cordis lesu intercedunt et duplicem amorem, spiritualem quidem, humanum scilicet ac divinum. Hi enim amorrs non tantum una simul exsistentes dicendi sunt in adorabili Persona Divini Redemptoris, sed etiam Inter se naturali nexu coniunctl, quatenus divino humanus senslbfilsque sublcluntur, atque filius analogicam similitudinem referunt. Non autem contendimus Cor lesu ita esse Intellegendum ut In eo habeatur et adoretur imago formalis, qua dicitur, seu signum perfectum ct absolutum eius amoris divini, cum intima huius essentia nullo modo adaequari possit quavis creata imagine; sed christifldelis. Cor lesu excolens, una cum Ecclesia signum adorat et quasi vestigium Caritatis divinae, quae eo progressa est ut etiam Corde Verbi Incarnati hominum genus adamaret tot flagltils contaminatum.

Neccsse est ergo ut in hoc doctrinae capite tanti momenti tantaeque prudentiae unusouisque animo semper teneat veritatem naturalis symboli, quo physicum Cor lesu ad Personam Verbi refertur, totam niti in veritate primaria hypostaticae unionis; sl auis autem verum esse hoc negaverit, falsas opiniones, ab Ecclesia non semel relectas. Instauret, utpote quae uni Personae in Christo, ulraque tamen natura distincta manente et Integra, adversentur.

Qua praecipua veritate constituta, mente percipimus Cor lesu esse cor personae divinae, hoc est Verbi Incarnati, atque adeo eo repraesentari et quasi sub oculos subici totum amorem, quo nosmet est complexus et ctiamnum complectitur. Quam ipsam ob causam tantum est cultui Sacratissimi Cordis tribuendum ut existimetur absolutissima, sl usum et exercitationem spectet, professio Christianae religionis. Haec enim est religio lesu, quae tota posita est In Mediatore homine ac Deo: Ita ut ad Cor Del perveniri nequeat nisi per Cor Christi, quemadmodum Ipse ait: «Ego sum vin, et veritas, et vita. Nemo venit ad
315 Pa trem, nisi per me«Quae cum ita sint, facile colligimus cultum Sacratissimi Cordis lesu, ad Ipsam rei naturam ouod attinet, esw cultum amoris, quo Deus per Icsum nos dficxlt, ae simul nostri exercitationem amoris, quo in Deum et In ceteros ferimur homines; vel, ut aliis utamur verbis, huiusmodi cultus in amorem Dei erga nos Intenditur, in eum nempe qui adorctur, cui gratiae agantur cuius ad imitationem vivatur: coque spectat, tamquaia ad finem assequendum, ut amorem, quo Deo ceterisqu? devincimur hominibus, ad perfectionem absolulionemqu* perducamus, alacrius in dies exsequendo mandatum num, quod Divinus Magister Apostolis quasi sacram hereditatem dedit, cum diceret: «Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dllexi vos... Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos»1*. Quoi mandatum reapse *novum* est et Christi *proprium,* nam, ut ait Aquinas: «Brevis differentia Novi et Veteris Testamenti; ut enim dicit leremias: «Feriam domui Israel foedus novum»Quod autem mandatum istud in Veteri Testamento ex timore ct amore sancto erat, pertinebat ad Xovum Testamentum: unde hoc mandatum cral in veteri lege, non tamquam proprium eius, sed ut praeparatlvum novae legis»»10.

Antequam scribendi finem faciamus de germana huiusmodi cultus ratione eiusque Christiana praestantia, quas hactenus vobis considerandas proposuimus —pulcherrimas sane ac solacii plenas— Nos, Apostolicl muneris conscientia ducti, quod quidem primum Beato Petro concreditum est post triplicem in Christum Dominum amoris professionem peractam, opportu num ducimus vos iterum. Venerabiles Fratres, ac per vos universos quotquot in Christo habemus dilectissimos filios adhortari, ut contentiore usque studio suavissimam hanc religionis formam promovere studeatis; hinc enim nostris etiam temporibus utilitates plurimas orituras esse confidimus.

Re quidem vera, sl allata argumenta, quibus transfixi Cordis lesu cultus innititur, rite perpenduntur, omnibus profecto perspicuum est, heic non de communi pietatis forma agi, quam cuilibet ad arbitrium liceat ceteris posthabere aut parvipendere, sed de religionis obsequio, quod ad Christianam adipiscendam perfectionem quam maxime conducat. Nam si «devotio —secundum ipsam theologicam eamque communem notionem, quam Doctor Angelicus tradit— nihil aliud esse videtur quam voluntas quaedam prompte tradendi se ad ea quae pertinent ad Dei famulatum» III› num Dei famulatus magis debitus ac necessarius esse potes!, itemque nobilior ac suavior, quam qui amori valeat inservire? Quid vero Deo gratius acccptiusque famulatu illo, qui divinae caritati obsequatur, quique amoris causa ipsi praestetur, quandoquidem quodlibet servitium ultro exhibitum quodammodo donum est, atque amor •habet rationem primi doni, per quod omnia dona gratuita donantur»? 112. Summo igitur in honore habenda est ea religionis forma, cuius ope homo magis Deum coiit ac diligit, seseque facilius atque expeditius divinae devovet caritati; et quam ipse Redemptor noster proponere christianoque populo commendare dignatus est, itemque Summi Pontifices memorandis editis documentis tutati sunt magnlsque laudibus exornarunt. Quamobrem temerariam ac detrimentosam rem egerit Deumque ipsum offenderit quisquis insigne hoc a lesu Christo Ecclesiae datum beneficium parvi existimaverit.

Quae cum ita sint, haud dubium est quin christifidelcs, sacratissimo Redemptoris Cordi obsequium tribuentes, officio/ obtemperent sane gravissimo, quo Deo servire tenentur. ac simul Creatori Redemptorique se suaque omnia addicant, sive quae intime sentiunt, sive quae In vitae actione operantur, pareantque hoc modo divino illi mandato: «Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, el ex tota anima tua. et ex tota mente tua, et ex tota virtute tua» UJ. Iisdem praeterea firma certitudo est, se ad Deum colendum non ob privatum commodum praecipue permoveri, quod corpus vel animum, praesentem vel aeternam vitam rcspiclat, sed ob ipsius Dei bonitatem, cui obsequium praestare contendunt, tum redamando, adorando, eidemque debitas persolvendo grates. Nisi ita sit, cultus Sacratissimi Cordis lesu germanae Christianae religionis indoli minime congruat, cum homo huiusmodi obsequio non divinum amorem praesertim colat; atque adeo haud Immerito uti aliquando fieri solet, de nimio sui ipsius nmorc ac sollicitudine arguuntur, qui nobilissimum hoc pietatis genus perperam intellegunt aut minus recte in usum deducunt. Quamobrem firmiter omnes persuasum habeant. In cultu augustissimo Cordi lesu exhibendo, non externa ^pietatis opera primas potioresque habere partes,

MT

7

A*

A

C/xvtrt Sr *PAtirr,* IQ X«nrrirbrh *it&T. Bulianum*
I7J4. t»'m VIÎ1. p. 441 II·!!. q. 81 a. t 4«i jm:
M |z-»« . t-ttj IX, ι·-υ, p *»» Ioaw XIV 6. ··· lOAjr. XIII. 54:

Vîî JI· iti *Evang.* S. *Jaann* e XIП
x | IV. , .M, p. torn. IX. ... >Ux? n. 1R7 m L ΦΛ n ... Λ t M

oec causam potissimum ex beneficiis esse petendam, quae Christus Dominus idcirco privatis pollicitationibus spopondit, ut homines praecipua catholicae religionis officia, amoris nempe atque expiationis, ferventiore studio persolverent, atque ita suo etiam ipsorum spirituali emolumento quam maxime consulerent.

Itaque, ad istiusmodi devotionis formam alacriter amplectendam, universos Nostros compellimus in Christo filios, sive qui defluentes ex Redemptoris Corde salutares aquas haurire iam assuescunt, sive praesertim qui spectatorum more curioso dubitantique animo eminus adspiciunt. Sedulo lidem considerent dc cuitu agi, ut iam diximus, qui in Ecclesia iam diu invaluit, ipsisoue Evangeiicis Litteris solide innititur, cui doctrina/ a maioribus tradita sacraque Liturgis aperte favent, ct quem Romani ipsi Pontifices innumeris amplisslmisquc laudibus extulerunt; qui quidem non satis habuerunt festum In honorem augustissimi Redemptoris Cordis instituere el ad universam Ecclesiam pertinere, verum etiam auctores fuerunt qui eidem Sacratissimo Cordi universum humanum genus solemn! ritu dicarent ac devoverent IU. Accedunt denique uberes laetissimique fructus exinde in Ecclesiam derivati, hoc est innnmeri ad Christianam religionem reditus, multorum fides vividius excitata, arctior christifidelium cum amantissimo Redemptore nostro coniunctio: quae omnia hisce potissimum novissimis decenniis crebrioribus luculentioribusque significationibus ante oculos prodiere.

Dum mirandum huiusmodi circumspicimus spectaculum, pietatem scilicet erga Sacratissimum Cor lesu tam late apud omnes christifidelium ordines propagatam atque incensam, grato sane iucundoque perfundimur consolationis sensu; ac postquam debitas persolvimus Redemptori nostro grates, qui bonitatis infinitus est thesaurus, facere non possumus quin lis omnibus paterno animo gratulemur qui sive c clero, sive ex laicorum ordine in hunc promovendum cultum actuosam suam contulerunt operam.

Quamquam vero, Venerabiles Fratres, pietas in Sanctissimum Cor lesu salutares ubique peperit Christianae vitae fructus, neminem tamen fugit, militantem In terris Ecclesiam, ac praesertim civilem hominum consortionem, nondum plenam illam attigisse absolutamque perfectionis formam, quae lesu Christi, Mystici Ecclesiae Sponsi humanique generis Redemptoris, volis optatisque respondeat. Haud pauci enim Ecclesiae filii huius matris vultum, quem iu se ipsi referunt, nimiis maculis, nimiis rugis deturpant; M non omnes christifideles ea morum/ sanctitudine nitent, ad quam divinitus vocantur; peccatores in male relictam Patris domum non omnes sunt reversi, ut inibi denuo *sidam primam* 115 induant atque anulum, fidei erga animi sui sponsum Insigne, digito recipiant; non omnes ethnici homines inter membra Mystici Corporis Christi adhuc sunt cooptati. Nec satis. Nam si acerbo Nos afficit dolore lanescens bonorum fides, quorum in animis, fallaci terrestrium rerum cupiditate deceptis, divinae caritatis ardor defervet, ac pedetemplim restinguitur, multo vehementius excruciant impiorum hominum molimina, qui, voluti ab Inferno hoste excitati, nunc cum maxime, implacabili apertoque odio flagrant in Deum, in Ecclesiam, ac praesertim Ia Eum qui in terris Divini Redemptoris personam gerit, eiusque erga homines caritatem repraesentat, secundum vulgatissimam illam Mediolanensis Doctoris sententiam ds enim Interrogatur de quo dubitatur, sed Dominus non dubitat qui (Petruml interrogat, non ut disceret, sed ut doceret quem elevandus in caelum, *amoris sui nobis vicarium relinquebat* ı1β.*

Re quidem vera odium in Deum in eosque qui Dei vice legitime funguntor, eiusmodi delictum est, quo maius numquam patrare possit homo, ad Dei Imaginem et similitudinem creatus, necnon ad eius perimendam amicitiam perfectam perpetuoque in caelo mansuram destinatus; siquidem odio In Deum quam maxime a Summo Bono homo dhiungitur, eodemque impellitur ad respuendum a seipso a luisque proximis quidquid a Deo proficiscitur, quidquid cum Deo coniungit, quidquid ad Deum perfruendum perducit, hoc est veritatem, virtutem, pacem, iustitiam 11?.

Cum igitur, pro dolor, cernere sit, eorum numerum, qui aeterni Numinis hostes sc lactant, alicubi crebrescere, itemque commenticia *materialismi* placita re ct opinione propagari, effrenamque cupiditatum licentiam passim extolli, quid mirum si multorum in animis deferveat caritas, quae Christianae religionis suprema lex est, quae verae perfectaeque iustitiae fundamentum exstat firmissimum *et* quae pacis castarumque deliciarum fons est praecipuus? Etenim, ut Servator noster admonuit: «Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet caritas multorum·1,e.

Tot malorum oblato conspectu, quae, si alias umquam, hodie potissimum singulos homines, domesticos convictus, nationes, universumque terrarum orbem tam acriter perturbant, undenam est. Venerabiles Fratres, medicina quaerenda? Num pietatis forma inveniri potest, quae augustissimo Cordis /esu cultu praestantior sit, quae congruentius respondeat propriae catholicae fidei indoli, quae aptius hodiernis Ecclesiae atque humani generis necessitatibus succurrat? Quodnam religionis obsequium hoc nobilius, suavius, salubrius, quandoquidem cultus, de quo agitur, totus In ipsam Dei caritatem 119 dirigitur? Denique quid efficacius caritate Christi —quam pietas erga Sacratissimum Cor lesu cotidie magis auget et fovet— christifideles permovere potest ad evangelicam legem in vitae actionem reapse deducendam, qua quidem posthabita, ut praeclare monent Spiritus Sancti verba: «Opus iustitiae pax» 12°. haudquaquam veri nominis pacem inter homines haberi licet?

Quapropter, proximi Decessoris Nostri exemplum secuti, universis Nostris in Christo filiis perplacet iterum illa monitoria adhibere verba, quibus Leo XIII, imm. mem., ad exitum vergente superiore saeculo, christifideles omnes allocutus est, itemque quotquot de sua ipsorum deque civilis societatis salute sincero animo sunt solliciti: «En alterum hodie oblatum oculis auspicatissimum divinîssîmumque signum: videlicet Cor lesu sacratissimum... splendidissimo candore inter flammas elucens./ In eo omnes collo- 351
candae spes: ex eo hominum petenda atque exspectanda salus» 121.

Flagrantissimis quoque Nostris in optatis est, ut devotionis obsequium erga Cor lesu tamquam unitatis, salutis, pacis vexillum sibi habeant et fontem omnes qui Christiano gloriantur nomine, quique ad Regnum Christi in orbe stabiliendum operose decertant. Attamen ne quis putet, huiusmodi obsequio aliquid ex ceteris detrahi religionis formis, quibus populus Christianus, Ecclesia duce, divinum prosequitur Redemptorem. Sed contra incensa erga Cor lesu pietas cultum praesertim sacratissimae Crucis, necnon amorem erga augustissimum altaris Sacramentum procul dubio fovebit et provehet. Enimvcro asserere possumus —quod quidem ea, quae S. Gertrudi ac S. Margaritae Mariae a lesu Christo revelata sunt, mirabili modo illustrant— neminem umquam de lesu Christo cruci affixo apta prorsus ratione sentire, nisi cui mystica ipsius Coniis penetralia patuerint. Nec facile percipere erit vim amoris, quo Christus compulsus nobis se ipse exhibuit spirituale alimentum, nisi peculiari modo Eucharistici Coniis lesu cultum fovendo, cuius est recolere, ut verbis utamur Decessoris Nostri fel. rec. Leonis XIII, «supremae dilectionis actum quo Redemptor Noster omnes Cordis sui divitias effundens, ut nobiscum ad exitum usque sacculorum moram ageret, adorabile instituit Eucharistiae Sacramentum» 12!. Etenim «non minima eius Cordis particula est Eucharistia, quam nobis ex tanta Cordis sui dedit caritate» 125.

Denique, desiderio vehementer permoli firma opponendi repagula impiis osorum Dei et Ecclesiae machinationibus, itemque domesticam et civilem societatem ad Del proximorumque amo/rem Iterum adducendi, asseverare non du- 352
bitamus, cultum Sacratissimi Coniis lesu efficacissimam divinae caritatis disciplinam esse; divinam caritatem dicimus, qua nitatur oportet Regnum Dei in singulorum animis, in domestico convictu, In nationibus stabiliendum, quemadmodum idem Decessor Noster piae mem. sapientissime monet: «lesu Christi regnum a divina raritate vim et formam sumit: diligere sancte atque online, eius est fundamentum et summa. Ex quo illa necessario fluunt, officia inviolate servare: nihil alteri dc iure detrahere: humana caelestibus Inferiora ducere: amorem Dei rebus omnibus anteponere» Iu.

Quo vero ex cultu erga augustissimum Cor lesu in Christianam familiam, imo ct in omne genus hominum copiosiora emolumenta fluant, curent christifldeles. ut eidem cultus etiam erga Immaculatum Del Genetricis Cor arcte copuletur. Cum enim ex Dei voluntate in humanae

TVxJ. IMI, q. 34. a. j: «1 Leon., tam. VIII p. "'Hιπμ XXIV, 12. I»»Ctr. Eoe ATis/rm/uHm*! .4 .4 5, χχ, p. j66. >»· Is. XXXII. ïy. 01 Enc. Jw·· $«τμκ ***Acte bwu,*** vol XIX 1Q00. P. 7X Eτκ-. MùrrcnHtrimtf AWcm^wr .4. Λ. XX. i·q jJl. p «·» ***Lut Apoef.*** pnAwt j Gxnir Ewtam/io» ***îciu aJ S*** Z.u. ***Jr Urb* em&iur,*** 17 Frbc. tqot ‹îÀi ***Lfomt,*** voL XXU, toot p «.* ui cfr Enc. Mime ***canari,, 12*** Mau xçor 4rte VI. tr , . ‹U2,. £ wi XXlLi<xn ? rifC Borgnet. voL XXXV lîî, Pansus p. 35S »>«Enc Fj-rttv λΰι

m EΰΛηζ. ut. Lu:am, 1. X, η. i75- ".L.AV, ***a.***

Redemptionis peragendo opere Beatissima Virgo Maria cum Christo fuerit indivulse coniuncta, adeo ut ex lesu Christi caritate eiusque cruciatibus cum amore doloribusque ipsius Matris intime consociatis sit nostra salus profecta, congruit omnino ut a Christiano populo, quippe qui a Christo per Mariam divinam vitam sit adeptus, post debita erga Sacratissimum Cor lesu exhibita obsequia, etiam Cordi amantlssimo caelestis Matris adiuncta pietatis, amoris, grati explantisque animi studio praestentur. Cui quidem sapientissime suavissimoque Del Providentis consilio omnino concinit memorandus ille consecrationis ritus, quo Ipsimct Ecclesiam sanctam Itemque universum terrarum orbem Intaminato Cordi Beatae .Mariae Virginis sollemniter dicavimus ac devovimus 1W.

atque ipsum Tridcntinum Concilium Ecclesiasticos Moderatores saepissime adhortans, *tillud primum eos admonendos censet, ut se pastores, non percussores esse meminerint, atque ita praeesse sibi subditis ut non eis dominentur; sed illos tamquam* Filios et Fratres *natu minores diligant: elaborentque ut, hortando et monendo, ab illicitis deterreant, ne ubi deliquerint, debitis eos poenis coercere cogantur— Quos tamen si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli est ab iis servanda praeceptio, ut illos arguant, obsecrent, incrcpent, in omni bonitate et patientia: cum plus erga corrigendos agat benevolentia quam austeritas, plus exhortatio quam comminatio, plus caritas quam potestas. Sin autem ob delicti gravitatem, virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate severitas adhibenda est: ut sine asperitate disciplina populis salutaris ac necessaria conservetur, et qui correcti fuerint emendentur, aut, si resipiscere noluerint, caeteri, salubri in eos animadversionis exemplo, a vitiis deterreantur* 19.*

Meminerint insuper omnes, quotquot sodalibus instituendis quavis ratione praesunt, huiusmodi educationem et formationem organica progressione et omnibus pro opportunitate aptis opibus ct rationibus adhibitis impertiendam esse, totumque hominem sub omnibus suae vocationis aspectibus amplecti debere, ut reapse eum omni ex parte effingat *'hominem perfectum in Christo lesu** 10. Ad opes autem rationesque institutionis quod attinet, manifestum est ea quae ab ipsa natura et humana huius quoque temporis inquisitione suppeditantur, si bona sint, minime spernenda esse, immo magni facienda et sapienter admittenda; nullus tamen error eo peior est, quo quis in tam lectis alumnis conformandis, rationibus huiusmodi naturalibus solum vel nimis innixus, supernaturalis ordinis instrumenta opesque postponit aut quacumque ratione neglegit, quandoquidem ad religiosam et clericalem perfectionem apostolicls cumulatam fructibus assequendam, supernaturales opes, ut sacramenta, oratio, mortificatio, allaque id genus, non necessaria solummodo, sed primaria ct essentialia omnino sunt.

Quo tamen rationum atque operum ordine servato, nihil prorsus neglegatur, quod ad corpus animumque perficiendum, ad omnes naturales virtutes excolendas, ct ad integram humanitatem viriliter conformandam quolibet modo conferat, ita ut supernaturalis deinde sive religiosa/sive 340
sacerdotalis institutio huic solidissimo inhaereat naturalis honestatis cxcuitaeque humanitatis fundamento w, siquidem hominibus eo facilior securiorquc ad Christum via patet, quo in sacerdotis persona evidentior Ipsis appareat *•benignitas et humanitas Salvatoris nostri Dei**

Verum, quamquam magni ab omnibus facienda est religiosi cleri humana naturalisquc institutio, primum tamen procul dubio locum in toto formationis curriculo obtinet supernaturalis animae sanctificatio. Nam si de omni Christiano monitum Apostoli valet testantls: *•Haec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra**1J, quanto magis ad id tenetur, qui, non modo sacerdotio est auctus, sed ipsam Î>erfectioneni evangelicam sibi acquirendam publice pro- essus est, immo suo ipsius inunerc adeo ceterorum sanctificationis instrumentum constituitur, ut ab eius sanctitate ipsa animarum salus ct regni Dei incrementum non parum pendeat?

Meminerint igitur omnes statuum perfectionis evangelicac acquirendae sodales, atque frequenter coram Deo recogitent, sibi non sufficere ad officium suae professionis implendum peccata sive gravia, sive etiam. Deo auxiliante. venialia vitare, neque materialiter solummodo exsequi Moderatorum praecepta, aut etiarn vota seu vincula quibus conscientia adstringatur, vel proprias quoque constitutiones, secundum quas, ipsa Ecclesia In sacrh canonibus praecipiente, «txnnra *et singuli religiosi. Superiores aeque ac subditi, debent... vitam componere atque ita ad perfectio nem sui status contendere** »*. Hacc enim omnia pleno uni

C. /. c. c*n. ***97*·*** ‘‘Cfr. ***C. t. C. 4.30. 01.1*** ali ,44 i ocri ’. rj. Murur. ***P. L*** r8j. B. ***·*Oτ. C. t C. can. 2214*** f i." Coae. TrxJ . Xltl, Xr ***frf.,*** cap l i, 48 ·· Ctr ***Phil.*** 4. 8. ***M TU 3.4*** °* 4. > ·· Or. ***C. t.*** C. caa ***393.***

UtL cire ***QuanJw* conférai,*** io »«?· »944
(LE ,79*1- "Cfr. Uc.
Pü V fditm, pars. II. cap. 7. Cfr. C. ***I. C.*** can. 9/

mo flugrantlque amore agant oportet, non tantum cx necessitate, *sed etiam propter conscientiam* quandoquidem, ut in sanctimoniae culmina ascendere, utque vivos Christianae caritatis fontes sese omnibus praebere valeant. Incensissima erga Deum et proximos caritate flagrare atque omni virtute ornati esse debent.

IV

Ubi autem huic animae sanctificationi provisum sit, accuratissima quoque religiosi cleri sive intellectualis sive
341 pastoralis institutio cu/randa erit, de qua pro rei momento et supremi Nostri officii conscientia paulo fusiora principia proponere et commendare volumus.

Quanta enim sit Istis religiosis sodalibus necessitas solidae eiusdemque numeris omnibus absolutae institutionis et formationis intellectualis, ex triplici praesertim qua in Dei Ecclesia dignitate praefulgent, scilicet religiosa, sacerdotali et apostolica, aperte colligitur.

Religiosi enim viri, quibus hoc praecipuum officium In' cumbit, ut nempe Deum unice requirentes eique adhaerentes divina contemplentur, aliisque tradant, meminerint se nullatenus hoc sanctissimo munere rite ac fructuose fungi posse et ad sublimem cum Christo coniunctionem efferri, si copiosa illa destituantur, quae e sacris doctrinis hauritur, Dei eiusque mysteriorum profunda et indesinenter perficienda cognitione *·.

Sacerdotalis vero dignitas, qua qui fulget Domini scientiarum 17 legatus constituitur atque *sal terrae* ct *lux mundi* peculiari ratione appellatur,s, plenissimam ac solidam exigit in ecclesiasticis praesertim disciplinis institutionem, eiusdem scilicet quae ipsius sacerdotis spiritualem vitam nutrire atque fulcire valeat eumque a quovis errore aberrantique novitate immunem servare; quae insuper eum reddat fidelem *mysteriorum Dei* dispensatorem et perfectum hominem Dei *ad omne opus bonum instructum*™.

Apostollcum denique munus, quod pro sua quisque vocatione, statuum perfectionis sodales In Ecclesia exercent, sive sacris ad populum contionibus, sive puerorum et iuvenum Christiana institutione, sive sacramentorum praesertim paenitentiae admlnistratlone, sive sacris ad infideles expeditionibus, sive animarum in vita spirituali moderatione. sive tandem in ipsa cum populo cotidianae vitae consuetudine, uberiores eosque perpetuo mansuros fructus producere minime poterit nisi ipsi sacram doctrinam plane cognitam et studio numquam intermittendo penitus perspectam habeant.

Ad quam solidam ct absolutissimam intellectus institutionem et formationem, pro naturali iuvenum progressione studiorumque distributione, assequendam, curent imprimis religionum Moderatores omni adhibita industria ut
312 litterarum doclrinarumque cognitione religiosi alum/ni «fis *nihil sallem cedant qui e laicis iupenlbus pari sint disciplinae audilorts. Hoc namque si cautum /uerit, ct ut discipulorum mentes severius expoliantur, et ut /acilius eorum habeatur suo cuiusque tempore dilectus»91,* et etiam ut iidem alumni ad ecclesiasticas disciplinas altius addiscendas praeparentur aptlsquc instruantur subsidiis cautum sane erit

In disciplinis autem sive philosophicis sive theologicis per Idoneos solummodo accurateque selectos magistros tradendis sanctissime ea omnia serventur quae a sacris canonibus et a Nostris Decessoribus aeque ac a Nobis Ipsis praescripta sunt, de debita praesertim Magisterio Ecclesiastico reverentia atque omnimoda fidelitate semper et ubique profitenda et discipulorum mentibus animisque instillanda, de prudentia ct cautela quae semper socianda est cum dlllgenlissima eaque maxlmopcrc commendanda pervestigatione novarum, quae nrogrecUente aetate exsurgunt, quaestionum, deque Angelici Doctoris ratione, doctrina rt principiis sancte tenendis atque in philosophica et theologica alumnorum institutione omnino sequendis31.

Aquinate autem duce et magistro, theologia methodo positiva simul et scholastica, quae dicitur, tradatur, ita nemCl ut. praelucente authentico Magisterio, Divinae Rcvctlonis fontes accuratissime congruisque subsidiis adhibitis perscrutentur indeque hausti ventatis thesauri clare exponantur et efficaciter vindicentur. Cum enim Revelationis depositum soli Ecclesiae Magisterio authentice interpretandum commissum sit, non ratione mere humana et privato iudicio, sed Iuxta sensum et ad mentem ipsius

·· K'OJ, tj. $ ·· Cfr Plot XI. Ep. xp. Unicsmba ***Dti Füiui.*** 19 exact. IQ14. ***A A S*** 16 n. 34S. p. 405-404). ILE Ctr. f K«< 1. j. ‘‘Ctr.Mt S.xj-14 ·· Cfr. t Cor. 4, i-a. ·· Cfr. 1 <»···. j. >7· Pxvs XIt. Wntf» «Mtra/, »3 «pt 1930, ***A. A S.*** 41 (1950), 6®7 (LE ¡*''.'· Xtl, Litt toc. *Hw m* ***itiurxi,*** ix J114 t'jso. ·<· ·< S. 41

Ecclesiae fidelissime explicandum est. Sciant Igitur Christianae philosophiae et theologiae magistri se non proprio iure ac nomino, sed nonnisi supremi Magisterii nomine et auctoritate ac proinde sub eius vigilantia et moderatior a quo canonicum veluti munus acceperunt, suo ministerio fungi; quapropter, salva quidem de lis quae disputationi adhuc subsunt iusta opinandi libertate, *'probe meminisse debent non idcirco sibi laciam esse potestatem docendi, ut sua opinionum placita cum alumnis disciplinae suae communicent, sed ut iis doctrinas Ecclesiae probatissimas impertiant» 33.*

Omnes praeterea, tum magistri tum discipuli, prae oculis semper/ habeant studia ecclesiastica non ad intellects· u, lem solummodo institutionem, sed ad integram ct solidam sive religiosam, sive sacerdotalem et apostollcam formationem spectare; ideoque non ad scholarum tantummodo periculum superandum dirigenda esse, sed ad quamdam quasi formam alumnorum animis imprimendam, quae numquam elabatur, et ex qua, cum usus postulabit, lumen atque robur pro suis afiorumque necessitatibus semper hauriant 34.

Ad quod assequendum, sit Imprimis intellectualis Instructio arcte cum precationis studio divinarumque rerum contemplatione coniuncta; sit deinde plena, nulla ex praescriptis disciplinis parte praetermissa, cohaerens insuper sil omnlquc ex parte ita composita et integra, ut disciplinae omnes in unum dumtaxat systema idque solidum et apte temperatum conspirent; sit quoque nostrorum temporum erroribus refellendis ac necessitatibus iuvandis sapientissime aptata; itemque sit recenter inventis instructa ac simul venerandae traditioni apprime consonans; sit deni-3ue ad pastoralia cuiusvis generis munera fructuose obeun- a efficaciter ordinata, ita quidem ut qui futuri sunt sacerdotes, ea instructi, expedite et accurate valeant sanam doctrinam cum rudibus tum doctis In concionibus et catechesibus proponere ac tueri, rite sacramenta administrare, animarum bonum actuose promovere omnibusque verbo et opere prodesse.

Quamvis autem ea omnia quae de spirituali et intellectuali alumnorum institutione hucusque diximus ad viros vere apostolicos effingendos maxlmopere conferant et plane requirantur, ita ut si debita sanctitas et scientia sacerdoti desint, omnia el deesse compertum sil; gravissimo tamen officio Nostro ut obsequamur, addere hic debemus, praeter sanctitatem et scientiam congruentem, ad apostollcum ministerium rite implendum omnino postulari in sacerdote accuratissimam ct omni ex parte perfectam pastoralem praeparationem, eam scilicet, qua vera peritia et dexteritas in multiplicibus Christiani apostohtus muneribus rite obeundis gignatur et efformetur.

Si enim suae cuique arti exercendae diligens praehaberi solet sive theoretlca, quae dicitur, sive technico, sive practlca eaque diuturno tirocinio firmata praeparatio, parem immo multo accurationem et altiorem formationem quis praehabendam esse neget illi, quae non Immerito an artium appellatur?/

Haec vero pastoralis alumnorum conformatio, ab ineunto studiorum curriculo inchoanda, progrediente vero aetate gradatim perficienda, absoluto tandem theologico curriculo per peculiare tirocinium consummanda, pro suo cuiusque religiosi instituti finem, ad hoc imprimis contendere debet, ut ii qui Christi futuri sint ministri et apostoli, ad ipsius Christi formam spiritu et virtutibus apostolids solide ct penitus Imbuantur ct exerceantur, ardenti scilicet et purissimo provehendae Dei gloriae studio, actuosa cl flagranti in Ecclesiam eiusque iura tuenda et doctrinam retinendam provehendamque caritate, incensissimo animarum salutis procurandae zelo, supematurali in loquendo et operando prudentia cum evangelica simplicitate coniuncta, humili sui abnegatione et obsequcntlssima Moderatoribus sublectione, firmissima Dei fiducia et acuta sul officii conscientia, virili In negotiis suscipiendis sollertia atque in coeptis prosequendis constantia, sedula in officiis obeundis fidelitate, atque magno ad fortissima quaeque patienda et faciendo animo, Christiana denique, quae omnes alliciat, amabilitate atque humanitate.

Ad aliud praeterea In pastorali Institutione tradenda contendendum est, ut scilicet, pro studiorum gradu atque progressione, lis omnibus disciplinis alumni instituantur, quae ad *»bonum militem Christi lesu»*™ omni ex parte efformandum aptlsque apostollcis armis locupletandum omni ope conferre possint. Praeter igitur philosophica et

<R'cdJ7S— *3,47 ·: A* 9 ΓΛα· ^66. M s. Pros X. Mota pr. p. MM. ‘‘Cfr. 1Λ*» 6 h9ub l a.

iheolodca studia ad pastoralem quoque actionem opportune ut diximus, ordinanda, nccesse omnino est ut futuris'dominici gregis pastoribus per peritos magistros ct *1 huius Apostolicae Sedis normas tradatur ea de rebus Mvchologids et paedagoglcis, didactlcls ct catechcticis, iocialibus ct pastoralibus aliisque id genus eruditio, quae hirum disciplinarum hodierno progressui respondeat, quaque Illos multiplicibus nostrorum temporum apostolatus Mcessitatlbus idoneos paratosque efficiat.

Quam doctrinalem de re apostollca institutionem et forsationem, ut usu et experientia firmetur, practica quo'que, quae dicitur, per gradus sapienter progrediens prudenlerquc moderanda exercitatio comitetur oportet, quam peculiari deinde post adeptum sacerdotium tirocinio perltlsslmis viris sive doctrina sive consilio ct exemplo moderantibus, exercendam ct perficiendam esse volumus, ct studiis sacris numquam intermissis, continuo solidandam.

Postquam haec praemisimus summa principia, quibus
jd sive Lnstitutlo/nis opus, sive educatores et educandi informari regique debent, Iam generales normas circa singula gravissimi negotii capita, omnibus mature perpensis, certa sdentia ac de Apostolicae potestatis plenitudine decernimus atque statuimus ab omnibus, ad quos pertinent, serviri. Sacrae Congregationi de Religiosis potestatem insuper facimus Nostra Auctoritate per ordinationes, instructiones, declarationes, Interpretationes aliaque id genus documenta, Statuta Generalia, iam a Nobis probata, id effectum adducere omniaque illa peragere, quae ad Constitutionem atque Statuta Ordinationesque fideliter observanda spectant.

Contrariis quibuslibet non obstantibus, peculiari etiam mentione dignis.

Datam Romae, apud Sanctum Petrum, die trigesimo primo mensis Mali anno Domini millesimo nongentesimo cuinquagesimo sexto, B. V. Mariae mundi Reginae sacro, Pontificatus Nostri decimo octavo.—Pius Pp. XII.

Ada. BASILIO DE RUB in REDC 12 <1957) 645-632; E. BERGH in NrT 59 (1957) 941-956; CH. CONNORS in Jurist 19 (1959) 399-412; B. FRBONIn CpR 39 Î1G60) 289-347; A. GUTIÊRRhZ in CpR 36 (1957) HM4I, 227-234. 316-327; 37 (1958) 37-45; A PUGLIESE in ME 81 OKS) 563-623 at in Apoll. 29 (1956) 304-382; 30 (1957) 437-443.

2580

1956 IUN l.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.·

SOLVUNTUR **DUBIA CIRCA USUM LINGUAE VERNACULAE IN MISSIS CANTATIS**

Dvbia—**Emus ac Revihus Dominus Mauritius Cardinalis FeJtln, Archieplscopus Parisien., vota depromens Magistrorum qui Instituto Gregoriano, Instituto Catholico Parisiens! adneio, cantum moderantur, sequentia dubia circa interpretationem quorumdam locorum Litterarum Encvciicarum «Mulleae sacrae disciplina» (LE 25-11] Rituum Congregationi humiliter sublecit, nempe:**

1.—An verba circa prohibitionem linguae vulgaris adhibita Iu dictis Litteris Encyclicls intelligcnda sint de Missa solemn! late dicta, id est de omnibus generibus Missarum quae a Celebrante, cum vel sine sacris Ministris, cantantur?

2—An verba circa permissionem linguae vulgaris adhibita in iisdem Litteris Encyclicls de quadam alia Missa intelligcnda sint, quam de illa sola quae a Celebrante sine cantu legitur?

Rts?.—Et Sacra eadem Rituum Congregatio, audito Specillis Commissionis suffragio, respondendum ccnsuit: Ad I. *Allimalloe.* **Ad II.** *XegalToe.*

Atque ita rescripsit et declaravit die I Iunii 1956.—C. Card. Qcocnaxi, **S. R. C.** *Praef.*

• Ordinario Pariaicnai. Prot N. P. 35/956: L'ami du clergé 66 (1958) <57-458 Adn. F. ROMITA in ME 81 (1956) 629-632.

2581

1956 IUN 5.-PIUS XII, NORMAE. AAS 48 (1956) 493-496

Nova statuta dantur pontificiae aoademiae
THEOLOGICAE ROMANAE

PIUS PP. XII

.4<f *perpetuam rei memoriam.*—Magistra veritatis Ecdeli» theologicam disciplinam, quippe quae In Deo rebasque sacris, nullo non tempore impenso coluit studio.

cstque annisa ut clerici, in sortem Domini vocati, ea penitus erudirentur. Eos enim, qui caeleste quoddam munus in terra obeunt, quorumque est populos nutrire Christianae doctrinae pabulo ct hanc adversus falsarum opinionum commenta defendere Theologiam decet callere omnino. Ex huiusmodi consilio, ineunte saeculo xvin, auspice Clemente PP. XI, Decessore Nostro rec. mem., condita est in Urbe Academia Theologica, scilicet divinarum disciplinarum sedes et nobilium ingeniorum altrix, unde, quasi e capite, utilitates maximae In rem Catholicam manarent. Hoc Igitur studiorum domicilium Summus Pontifex, quem diximus, datis Apostolicis sub anulo Piscatoris Litteris dic xxin mensis Aprilis anno mdccxviii, legibus rite constituit et privilegiis locupletavit^ Benedictus autem PP. XIII, item Decessor Noster, qui, cum Purpurati Patris frucretur honore, «summa cum animi.. Jucunditate» (cf. Litt. Apost. d. vi m. Mail, a. mdccxxvi) eiusdem Academiae coetibus ct exercitationibus interfuerat, considerans, «quantum splendoris, atque ornamenti Almae Urbi praefatae, nec non utilitatis universae Reipubllcae Christianae accederet, si eadem Academia novis, validioribusque praesidiis constabiliretur, quorum ope firmius subsisteret, maloresque in dies progressus faceret» (cf. Ibid.) ea, auae Clemens PP. XI providenti animo salubrique consilio instituerat, non solum rala habuit sed etiam benevolentiae suae muneribus luculentis cumulavit. Sua/vis- 494
simos deinde et uberrimos fructus, qui ex hac Theologica Academia sunt profecti, agnoscens. Clemens PP. XIV non dispari munificentia et benignitate cam est prosecutus. Haec igitur insignis famaque nobilis doctrinae quasi officina «habuit inde ab origine breves quasdam Leges» —ut supra diximus— «quibus tamquam principiis positis ampliores deinde, prout res postularet, conderentur» Icfr. Constit. a Gregorio PP. XVI, approb.). Quod opus iregorius PP. XVI, Decessor Noster fel. rec., perfecit, statuta sapientiae plena die xxvi mensis Octobris anno mdcccxxxvui Apostolica auctoritate approbando. Nunc autem expedire visum est propter mutatas temporum ac rerum condiciones eas leges in novam redigi formam, quo magis ad ea, quae nostra postulet, aetas, sint accommodatae. Precibus igitur ad Nos admotis ut novas eiusmodi leges probaremus, benigne obsecundantes volentesque, ut egregia hacc studiorum sedes amplioribus augescat incrementis, Nos, omnibus attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum *Statuta Pontificiae Academiae Theologiae Romanae,* rite concinnata et recognita, approbamus et confirmamus iisque Apostolicae sanctionis robur adicimus, dummodo conveniant cum germano exemplo primigenio, cuius prima verba sunt «Theologica Romana Academia», extrema autem «opportune emendata et confirmata sit», nempe sint tenoris qui sequitur:

Art. I. Theologica Romana Academia, Apostolicis Litteris Clementis Pp. XI sub forma Brevi datis d. xxm m. Aprilis a. D. mdccxviii constituta, a Romanis Pontificibus Benedicto XIII (Litt. *In excelsae* d. vi m. Mali a. D. mdcclxxvi). Clementis XIV (Litt. *Ex commisso,* d. xxvii m. Aprilis a. D. mdcclxx) rite probata multisque privilegiis aucta, proprias habuit leges a Gregorio XVI d. xxvi m. Octobris a. D. mdcccxxxvui sapienter statutas, quae, nostrae aetatis conditionibus aptatae, praesentibus Constitutionibus confirmantur.

Art. II. Finis laudatae Academiae est fovere utque provehere theologica studia adeo ut velut «Centrum» quoddam sit uberioris institutionis et utilium hac In re novitatum cognitionis lis qui sacras disciplinas colunt.

Art. III. Academia semper sub tutela est S. R. E. Cardinalis Praefecti pro tempore Sacrae Congregationis de Seminariis ct Studiorum Universitatibus. Cardinalis hic Protector Praelatum a secretis nominat.

Art. IV. Academia a S. Congregatione de Seminariis atque Studiorum Universitatibus dependet.

Art. V. Academia constat Sacerdotibus qui ob praeclara merita in sacris disciplinis excolendis *a* Cardinali Protectore socii nominantur, proponente Praelato a se- 493
cretis, qui prae'vium sodalium Consilii assensum exquislverlt.

Art. VI. Praelatus u secretis nominatur prout in articulo III cautum est. Insius est. adluvante sex sociorum Consilio, Academiam sollicite moderari, tum ad rectum quod spectat rerum cursum, tum ad Statutorum fidelem observantiam.

Art. VII. Consilium Academiae «cx constat sodalibus qui, n sociis ordinariis electi. Cardinali* Protectoris, audito Praelato a secretis, confirmatione indigent. Iidem trim-

nium in munere manent, quo elapso iterum Herumque eligi possunt.

Art VIII. Consilio, cui praesidet Praelatus a secretis, deliberandum est de omnibus gravioribus Academiae negotiis. Quamobrem semel saltem in anno a Praelato a secretis convocabitur, atque insuper cum id Cardinali Protectori expedire visum fuerit, vel id tres Consilii sodales postulaverint.

Art IX. In Academia officia exstant Archivistae-Bibiiothecarii et Camerarii seu pecuniariae rei Administratoris. Uterque Officialis, a Consilio designatus, a Cardinali Protectore nominatur.

Art. X. Socii Ordinarii Academiae sunt numero quadraginta, quorum viginti saltem Romae vel in Latio sedem habeant. Qui vero extra Latium sedem habent, vitae Academiae quae doctrinae indagationem spectat intéresse tenentur, itemque coetibus saltem praecipuis eiusdem Academiae.

ArL XI. Praeter ordinarios socios, nominari possunt a Cardinali Protectore, proponente Consilio, etiam socii qui vulgo «corrispondentl» appellantur, quorum numerus clausus non est.

ArL XII. Praelatus a secretis coctus sociorum indicere debet, postquam cuiusvis coetus agenda dicendaque (seu quod quidem «ordo diei» vulgo appellatur) Consilii sodalibus Cardlnallquc Protectori probanda subiecerit. Exemplar programmatis cuiusvis coctus omnibus sociis mittendum curabit, addita invitatione, ut statis dic ct hora adsint.

Art. XIII. Academia, ad finem suum adsequendum, conventum theologicis studiis promovendis saltem singulis annis instituet, ephemerides theologicis novis documentis librisque illustrandis edendas curabit, Bibliothecam cuius libri sociis commodentur constituet.

Art. XIV. Praelatus a secretis, annuente Consilic» Cardinali Protectori adprobanda sublcict alia incepta, singula aut plura, semel tantum aut periodice peragenda, ut Academiae finis pleniorem effectum assequantur.

Art. XV, Camerarius seu pecuniariae rei Administrator quotannis oeconomicam Academiae relationem Cardinali Protectori probandam subiciet, postquam huiusmodi relatio a Consilii sodalibus opportune emendata et confirmata sit.

Hisce simul Litteris et auctoritate Nostra abrogamus et abrogata esse declaramus ea omnia, quae hisce Statutis, per Nos approbatis, non continentur. Constituimus praelerea, ut Purpuratus Pater, qui pro tempore Sacrum Consilium Seminariis studiorumque Universitatibus praepositum moderetur, eiusdem Pontificiae Academiae Theologicae Romanae, quemadmodum in ipsis legibus per Nos probatis scriptum est, Patronus seu Protector sit. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere: iliisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicquc rite ludicandum esse ac definiendum; irrltumque ex nunc et inane fieri, sl quidquam secus, super his, a quovis, auloritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis Iunii, anno mdcccclvi, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

De speciali mandato Sanctissimi. Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis.—Gildo Bbugnola, *a Brevibus Apostolicis.*

2582

1956 IUN 8.-PIUS XII, LITT. AP. AAS 49 (1957) 199-200

Sanctus dominicus savio. conf., caelestis puerorum CANTORUM PATRONUS ELIGITUR

PIUS PP. XII

Ad *perpetuam rei memoriam.*—Carmina sacra argutis modulantes vocibus, pueri efficiunt ut, dum Christiana Templa festivis eorum resonant cantibus, audientium animi flectantur et ud incorporalia erigantur, ad caelestia. Quam ob rem Apostolica haec Sedes huiusmodi choris nullo tempore magnopere favit, ac Nosmet Ipsi praecipuo amore complexi sumus «Pueros Cantores», cum, paucos ante annos In Pelriana Basilica Nos circumfluentes, gratissimos tollerent sonos in tholum Bonarrotlanum. Ouorum Praesides, nd xxvi perlinentes Nationes, non ita pridem conventum agentes, expolivere, ut Sanctum Dominicum Savio, qui, Divo foanne Bosco magistro uwi divinas laudes, religionis diligens, canebat, caelestem apud Deum Patronum iisdem conslituere/mus. Quibus precibus v Dilecti Filii Nostri Mauricii Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Feltin, Archiepiscopi Pariskmh, commendatione suffultis. Nos, qui puerum Illum, suavissimum atque candidi lilii fragrantem odore, ad Beatorum Sanctorumque provehendo honores, universae iuvenloti proposuimus ad imitandum, libenti animo statuimus obsecundare. Quae cum ita sint. Nos ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Dominicum Savio, Confessorem, caelestem apud Deum *Patronum* «Puerorum Cantorum» eligimus et constituimus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturglcis, quae coetuum seu ordinum Patronis rite competunt. Contrariii quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, staluimm, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sleque rite ludicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, sl quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vin mensis Iunii, anno mdcccclvi, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

Dc speciali mandato Sanctissimi. Pro Domino Cardinali'a publicis Ecclesiae negotiis.—Gildo Brugnola, *a Brevibus Apostolicis,*

Adn. F. ROMITA in ME 85 (I960) 193-219.

2583

1956 IUN 16.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.·

Solvuntur dubia circa interpretationem decreti DIEI 23 MARTII 1955 «DE RUBRICIS AD SIMPLICIOREM FORMAM REDIGENDIS·:

1—De praecedentia Dominicae Septuagesimae, Sexagesimae et Quinquagesimae. 2—De ritu Dominicarum Adventus, Quadragesimae, Passionis et in Albis. 3—Dc Missis votivis solemnibus infra Octavas Paschatis et Pentecostes. 4—De Praefatione Quadragesimae in Missa Dedicationis Ecclesiae. 5—DePraefatione Missae votivae de Ss. Nomine lesu et de S. Familia. 6—De Collecta Imperata pn re gravi si ternarius orationum numerus iam attingitur. 7—De modo incipiendi Officia votiva defunctorum

Calendarhta Congregationis Anglicae Ordinis s. Benedicti quaedam proposuit dubia circa interpretationem Decreti «De rubricis ad simpliciorem formam redigendis», dici 23 martii 1955 [LE 24921.

Et S. C. Rituum, audita sententia specialis Commissionis instaurandae liturgiae reque mature perpensa, die 16 Iunii 1956 (O. 69,956) respondendum censuit, ut sequitur:

1. Utrum *Dominicae Septuagesimae, Sexagesimae* **et** *Quinquagesimae* **praecedentiam habeant in concurrentia cum festo duplici H classis quod non sit Domini; et in concurrentia cum festo Purificationis B. M. V. quid dicendum?**

R. a) *Affirmative;* **b) praeferatur nobilius, idest Dominica.**

2. Quoad *Dominicas Adventus* **ct** *Quadragesimae* **et** *Passionis* **et in** *Albis* **nunc ad ritum duplicem 1 classis evectas, quaeritur: suntne considerandae ut duplicia I classis Domini primaria universalis Ecclesiae, ita ut prohibeatur commemoratio Missae votivae solemnis et aliarum Missarum iuxta Rubricas Missalls** *(Addit, et Variai.,* **tit. V, n. 3).**

R. *Affirmative.*

3. Utrum *Missa votiva solemnis pro re gravi* **et publica simul causa ab Ordinario permissa vel praescripta, prohibeatur infra Octavas Paschatis ct Pentecostes. F.t. quatenus affirmative, utrum prohibeatur Missa votiva in Oratione XL Horarum Infra easdem Octavas.**

R. *AfÊÊ^malive* **ad utrumque.**

4. Iuxta Rubricas Missalls, *Addit. et Variat,* **tit. VIII, 2,** *praefatio Quadragesimae* **non adhibetur in Missa Dedicationis ecclesiae. Quaeritur, utrum, attento praescripto DGRS, til. V. n. 8. praefata rubrica vim suam adhuc habeaL.**

R. *Negative.*

.?· ‹il· trym λv,’’α DO‹ipa de *Ss' Nomine lesu et de Sancta homilia lesu, Mariae, loseph,* **habeat praefationes sibi pro-**

priu, ut iam in Mluali osslgnntiu, an In posterum dici debent DraeUlk) communis vel dc tempore.

H. .Vitfuiit* ad primam partem, *affirmative* ad secundam pArttm.

6 Attento responso S. R. C. per Rescriptum dici 3 nov. 1965 (Prit?Num. R. 65-955) ad JSx dato [LE 2524 J. circa «rattatm pro re *gravi ab Ordinario* imperatam quando terar.us orationum numerus lam attingatur, nempe quod illo b casu loco tertiae orationis dicenda est oratio imperata, cientur.

4/ si lam adsit una commemoratio et tertia oratio a Rubric!i praescripta, puta oratio de SS. Sacramento, aut pro Pipi vel Episcopo in suo anniversario, ct insuper occurrat Mitw pro re gravi ab Ordinario Imperata, quaenam oratio tsittilur?

b) In casu supra relato *(a),* sl commemoratio fuerit una & numquam omittendis (DGRS, *lit.* Ill, 2), quid faciendum?

R. a) Ultima Iuxta Rubricas legenda; *b)* Ultima iuxta Rubricas legenda post aliam numquam omittendam.

7. Io DGRS, *Ht.* IV, 2, dicitur In *officio defunctorum* omnes buras locipi sine *Paler, Ave,* ct *Credo.* Ium quaeritur.

t) utrum hoc praescriptum applicandum sit ad officium naodeum dici 2 novembris tantum, an ad officia votiva, uti ot officium In die depositionis ct aliis diebus pro temporis opportunitate et locorum consuetudine;

bJ utrum officium votivum defunctorum ordinandum sltrodem modo ac officium canonicum, incipiendo a Matutino, postea dicendo Vesperas hora competenti.

R. Ad omnia: *Affirmative.*

• Redactor! calendarif liturgief Conor. Anglieo O. S. 9., Prot. N 0.&.95& EL Sd (1656) 410-412. Adn. EL 56 (1956) 410-412.

258·'.

1956 IÜN 18.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.·

SOLRTUR DUBIUM CIRCA OBLIGATIONEM SACERDOTIS IN ECCLESIA ALIENI RITUS CELEBRANTIS, SEQUENDI KALENDARIUM ILLIUS ECCLESIAE, PROPRIO RETENTO RITU

Romae die 18 Iunii 1956

Ercni/ ac *Rruifte Domine,* Epistolis diei Februarii proxime elapsi quaedam dubia proposuisti relate ad sacerdotes in Ecclesiis Ordinis Fratrum Praedicatorum Sacrum litantes.

Omnibus attente perpensis. Sacra Rituum Congregatio respondit· Kalendaria omnin pro ritu romano confecta observare tenentur novum Decretum «De Rubricis ad simpliciorem formam redigendis» diei 23 Martii anni 1955 [LE 24921. Omnes insuper sacerdotes in Ecclesiis alieni ritus celebrantes, sequi tenentur Kalendarium ipsius Ecclesiae, proprio tamen retento ritu.

Quae omnia dum pro meo munere tibi communico, grati mimi mei sensus libenter exprimo, ac sacrum anulum ea qua pr est reverentia deosculor, dum lactor me profiteri Dominationis tuae Revihae addmum uti fratrem.—A. Ca iu n c i, *Secr.*

• Ordinario Saliiburionsi. Prot. N. 64/656: e foliis eiusdem S. C.

2585

1956 IUN 21.-SC STUDIORUM, DECR. AAS 48 (1956) 846

Universitas studiorum niagarensis canonice erigitur **ET EIUSDEM STATUTA APPROBANTUR**

Salutaria sapientiae germina adolescentium mentibus Inserenda assidueque augenda atque ad plenitudinem prodocenda Catholica Ecclesia, volventibus saeculis, Studiorum Universitatibus concredi voluit, ut homines Veritate quae ad Viam Vitamque ducit informentur finemque imun assequantur aeternum, cum «immortalitas in cognitione sapientiae» (Snp. 8, 17) tandem habeatur. Libenter igitur religiosos viros Congregat Ionis Missionis, Divi Vincenti! a Paulo filios, Sacra Congregatio de Seminariis ct studiorum Universitatibus nuper laudabat, qui apud civitatem quae vulgo Niagara Falls vocatur, post conditum Seminarium a «Domina Nostra Angelorum» nuncupatum, icholas iuvenlbus probe religione bonisque artibus instituendis aperuerunt, quae in amplam studiorum Universitatem succreverunt hodie sex Facultates complectentem, claris magistris diligentibusque alumnis florentes. Quibus perpensis, postulatis Moderatorum tum Vincentianae SodallUth tum Niagarensis /Xthenacl, sollemnibus saecularibus a prima Seminarii scholarum constitutione labentlbus, perlibenter obsecundans, ad gloriam Dei O. M. anlmarumque salutem, Sacra Congregatio de Seminariis ct studiorum Universitatibus, ad normam can. 13/b L. 1. c.» pro monere *erigit atque in perpetuum erectam deelarat*smsferazn *Universitatem Xiagarensem,* cum artium litterarum Facultatibus ipsi inclusis, cidemque iura agnoscit honores privilegia quae ad huiusmodi Instituta de more in universa Ecclesia pertinent. Eadem Sacra Congregatio *Statuta* studiorum Universitatis Niagarensis approbat quae anno Domini 1954 digesta tum coctus ad regimen administrationemque definiunt tum personarum officia edicunt; ceteris servatis de iure servandis.

Romae, ex Aedibus Sancti Callisti, d. xxi m. Iunii, in festo Sancti Aloisii studentium adolescentium Patroni, a. D. mcmlvt.—I. Card. Pizzardo, Ep. Albanen., *Praefectus.* C. Confalioneri, Archiep. Nicopolitan., *a Secretis.*

2586

1956 IUN 22.-SC RITUUM, INDULTUM. PART.·

Facultas datur adhibendi thurificationem in missis **CANTATIS SINE MINISTRIS**

Instante Revmo Procuratore Generali Ordinis Fratrum Minorum Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XII tributis, benigne induisit, ut in Ecclesiis Ordinis Fratrum Minorum pro Missis vivorum cantatis sine sacris ministris, thurificatio adhiberi valeat in festis duplicibus I et II classis, nec non in dominicis aliisque festis de praecepto. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Dic 22 Iunii 1956.—A. Carinci, Archiep. Seleuclen., S. R. *C. a secretis.* Henricus Dante, *Subst.*

♦ Ordini Fratrum Minorum, Prot. N. O. 66.656: AOFM 75 (1656) 188.

2587

1956 IUL 2.-SC PROP. FIDE, RESPONSUM. PART.·

Requiritur beneplacitum apostolicum solum pro **PRIMA DOMO RELIGIOSA INSTITUTORUM IURIS DIOECESANI ERIGENDA IN NOVIS CIRCUMSCRIPTIONIBUS S. CONGREGATIONI DE PROP. FIDE SUBLECTIS**

Ex Civitate Vaticana, 2 iulii 1956

Excellentissime ac Reverendissime Domine, Circa dubium ab Excellentia Tua Reverendissima propositum per epistulam diei 14 mensis iunii, vertentis anni, quae sequuntur respondenda censeo.

Secundum normas, typis impressas, pro erigenda domo religiosa in quadam missione requiritur semper consensus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide. Quod praescriptum plene concordat cum can. 497. Sed haec Sacra Congregatio abhinc paucos annos praescriptum generale aliquantulum immutavit ut solum pro prima domo erigenda in nova circumscriptione ecclesiastica requiretur beneplacitum apostolicum, cum agatur de religione Juris dioecesani.

Interim, haec Tibi renuntians, summa cum observantia subsignor Eccllentlae Tuae Reverendissimae addictissimus in Domino.—P. Card. Fumasoni Biondi, *Prael.*

* Ordinario Ranchienai in India, Prot. N. 2851/86: The Clergy Monthly 20 (1956) 422.

2588

1956 IUL 2.-SC STUDIORUM, DECR. AAS 49 (1957) 95-96

Altius de scientiis paedagogicis institutum penes **PHILOSOPHICAM PONTIFICII SALESIANI ATHENAEI FACULTATEM CANONICE ERIGITUR EIDEMQUB POTESTAS TRIBUITUR ACADEMICOS ORADUS CONFERENDI**

Quo tutius ultimum finem aetemamque salutem homines assequantur, moderandis animis moribusque fingendis tum puerorum cum adolescentium, sollertes suas industrias praecipuasque curas, per longum sacculorum decursum, admovit Ecclesia, cuius delecti administri impensi ac superimpensi sunt in Juvenibus de sacris deque humanioribus disciplinis probe instituendis virtutibusque informandis. Ad id praecia rissimum explendum munus, M «ars artium» iure meritoque appellatum, maxime quidem contulerunt divi Franriscus Saleslus atque nostris ferme temporibus loannes Bosco, qui veteribus praeceptis exemplisque noviter datis educandi rationem, uberrimis comprobatam effectibus, sapienti sane tradiderunt consilio.

Presbyterorum enim Societas, quam ipse divus loannes Bosco peculiari mentis acie condidit, illud iam dudum totis viribus prosecuta est, ut iuvenum animos religione bonisque artibus penitius excoleret, in Ecclesiae decus ct incrementum. Quod ut attingeret, in sua Philosophica Pontificii Salesiani Athenaei Facultate laudata Societas aptas selectasque promovit disciplinas, ad sanam de Instituenda inventa doctrinam fovendam, ut alumnis tum principia tum rationis educandi regulas, magisterio ct experimento, rite traderet Huius igitur de educationis disciplinis Instituti finibus et incrementis perspectis, ob probatam docentium scientiam, discipulorum numerum auctum, eruditos libros editos ephemeridesque sociato labore prolatas —quae a doctis sane viris clara in dies aestimatione cumulantur—, Sacra haec Congregatio de Seminariis studiorumque Universitatibus, supplicibus Genaralis eiusdem Societatis Rectoris litteris benigne annuens, auctoritate a Ssmo Domino nostro Div. Prov. Papa XII sibi tributa, *institutum superius Paedagogicum* in memorata Philosophica Pontificii Salesiani Athenaei Facultate, praesentibus litteris *erigit erectumque declarat* ipsique concedit potestatem académicos licentiae atque doctoratus Philosophiae-Paedagogiae conferendi gradus iis alumnis qui studiorum cursus rite sint emensi, ad normam peculiarium approbatorum Statutorum, ceteris servatis, quae tum Apostolica Constitutione *'Deus scientiarum Dominus** ILE 1030] adnexisque *«Ordinationibus** [LE 1033] tum Jure Canonico praecipiuntur.

Datum Romae, ex aedibus S. Callisti, d. n m. lulii, in festo Visitationis B. M. V., an. D. mcmlvl — I. Card. Pizzardo, Ep. Albanen., *Praef.* C. Confalonieri, Archlep. Nicopolitan., *a Secretis.*

2589

1958 IUL 2.-SC STUDIORUM, DECR. AAS 49 (1957) 97

INSTITUTUM PHILOSOPHICUM IN THEOLOGICA FACULTATE UNIVERSITATIS CATHOLICAE ANDECAVENSIS ERIGITUR IUREQUE INSTRUITUR GRADUM ACADEMICUM BACCALAUREATUS PHILOSOPHIAE CONFERENDI

De sana provehenda doctrina summopere sollicita. Sacra Congregatio de Seminariis ct studiorum Universitatibus, attentis postulatoriis litteris Episcoporum Protectorum, compertum habens profundiorem Philosophiae «perennis» quae dicitur scientiam apprime profuturam esse et sacrae Inventae et presbyteris Dioeccseos Galliae occldentalls-septentrionalis, cum experimentum noverit feliciter inchoatum scholarum theologicarum philosophicarumque doctrinarum tum ad catholicos iuvenes rcllgiososquc viros tum ad alios saccularium Institutorum sodales rite Veritate imbuendos, inceptis favens propositisque obsecundans, in Dei gloriam animarumque salutem. *Institutum Philosophicum* in Theologica Facultate Catholici Athenaei Andegavensis *erigit erectumque declarat,* duobus annis constans lustarum praelectionum ad normam peculiarium Statutorum, quo biennio rite emenso academicus gradus Baccalaureatus iis alumnis tribui poterit qui praescripta examina bene superaverint, servatis ceteris dc iure servandis, praesertim Apostolicae Constitutionis *«Deus scientiarum»* [LE 1030] adnexarumque ·*Ordinationum*· [LE 1033] edictis normis.

Datum Romae, cx Aedibus Sancti Callisti, d. n m. lulii, in Festo Visitationis B. M. V., a. D. mcmlvi.—I. Card. Pizzardo, Ep. Albanen., *Praej.* C. Confalonieri, Archiep. Nicopolitan., *a Secretis.*

2590

1958 IUL 7.-SC CONSIST., RESPONSUM. PART.·

Responsa ad proposita dubia: 1—De lege ieiunii et **ABSTINENTIAE** in **ITINERE NAVIS A PORTU GERMANICO INITO. 2—Dr. POTESTATE CAPPELLANI NAVIS DISPENSANDI NAVIGANTES, ITINERE MARITIMO PERDURANTE. 3—Ds ORDINARIO COMPETENTI AD PERMITTENDAS MISSAS POSTMERIDIANAS IN NAVIBUS**

Dubia —l. Utrum, durante itinere maritimo a portu germanlco cum capptllano eiusdem nationis Inito, in navi vigeant leges lelunll et abstinentiae temperatae dle 28, lan. 1949 (A. A. S. 41-1949-32-33) [LE 2023J, an indulta respectlva pro Germania concessa.

IL Utrum cappellani navigantium, Itinere maritimo perdurante, Iusta de causa singulos navigantes vel ex ansa peculiari omnes navigantes sibi concreditos in navi a Idanio ct ab abstinentia dispensare queant vi muneri» (cL Const. Ap. *Exsul Familia,* P. alt. art. § 1) (LE 2304], an indigeant ad hoc speciali facultate.

III. Utrum Ordinarius competens ad facultatem Missam horis vespertinis ccicbranniin navibus quae appellano national! germanlco augentur, pro dicione Germanize sit Episcopus Osnabrugensis qui Associationi St. Raphadii praesidet ct ad cuius dioecesim portus Brema ct Hambargum pertinent, an Ordinarius Illius portus patrii, ubi rcspcctlva navis civiliter registre» navium inscripta est (v. gr. in Panama, etc.); nunc enim temporis servilium resnectivum pro Germania suppeditatur a navibus quae ad lineas non gcrmanicas pertinent, licet maritimi praesertim sint nationis germanicae.

Resp.—In proposito ho il placere di significarle chc la predetta S. C. del Concilio, su richiesta dl questa Segreteria, ha risposto che i passeggeri e l'cqulpaggio delle nari che salpano dal porti della Germania con a bordoilappellano dl nazionalità tedesca, possono godere, durante Il viaggio dolio induito concesso agli Ordinari della Germania in materia di digiuno c aslinenza.

Ad secundum: Affirmative quotiescumque agitur de navigantium capellanis qui ad normam art. 5, par. 1, Aposlolicae Constitutionis *Exsul Familia* valido Rescripto potiuntur. Requiritur vero peculiare Indultum si agitur de generali dispensatione habitualiter concedenda.

Ad tertium: Vi Decreti S. Of. «de Missa vespertina in mari» die 31 maii 1953 editi *(A. A. S.,* XXXXV, p.426) (LE 2351] Ordinarius legitimus vel «competens» est Ille cuius territorio adhaeret portus in quo navis habitualiter consistit.

Hac ratione Episcopus Osnabrugensis, in cuius territorio extant portus Bremae ct Hamburgi, facultatem Missae vespertinae celebrandae in omnibus navibus quae habitualiter consistunt in illo vel in isto portu, licet civililerin regesto navium germanicarum non sint inscriptae, potest concedere.

♦ Prot. N. 34352: AQQR 123 (1957-58) 133-134. Hae dubiis die 27 iuaii 1956 propceitis a Secretario aasocisticoii S. ?ophaA'H. etis diituictis diebus, idest 7 iulii 1956 et 16 febr. 19o» ixtî·? eodem iimul die. scilicet 19 martii 1957. notiOcatxe sux.1 a Viario Gcr.c-r&li Os&abrugensi. Vido AKKR 1Z6 (1957-58) 133.

2591

1956 IUL 7.-SC RELIGIOSORUM, NORMAE. PART.·

Statuta generalia de institutione alumnorum statuum **PERFECTIONIS, A CONST. AP. «SEDES SAPIENTIAE» PROBATA ET PROMULGATA**

I. Decretum ad Const. Ap. «Sedes Sapientiae» et «Statuta Generalia» ab ipsa promulgata exsecutioni mandanda

Sacra Congregatio de Religiosis, ut sibi a Ssmo Domino Nostro Pio PP. XII commisso muneri exsecutioni mandandi Apostolicam Constitutionem *Sedes Sapientiae* atque Statuta *Generalia* ab ipsa probata et promulgata, tempestive et ordinate provideat (Const. Apost. *Sedes Sapientiae,* diei 31 mali 1956, A. A. S., 48 [1956] p. 354-365 [LE25791; *Statuta Generalia,* art. 18 § 1) (LE 2d91J, quae sequuntur declarat atque statuit.

I.—Constitutio Apostolica *Sedes Sapientiae* ct Statuta *Generalia* ipsi adnexa, ad normam can. 9 C. *I. C.* tribus expictis mensibus a dic 31 maii 1956 qui *Adorum Apostolicae Sedis* numero in quo continetur Constitutio appositus est, scilicet die 31 augusti 1956 vim suam exserunt.

II.—*Statuta Generalia* Statuum perfectionis clericalium sodalibus nd quos spectant, quatenus regulas normasque continent ipsos respicientes, statim ac urgeant (I) applicanda sunt.

IIL—Quatenus vero *Statuta Generalia* Collegia seu institutionis. domus sub diversis udspcctibus institutionis cursum huiusque diversa curricula scu gradus respiciunt, illis in locis ubi annus scholasticus seu institutionis tribus ultimis anni solaris mensibus incipere solet, iam ab hoc anno scholastico 1956-1957 introducenda erunt.

Si qua tamen in *Statutis Generalibus* inveniantur quae non statim ab initio anni scholaris ad praxim deduci posse prudenter Moderatorum Generalium iudicio videan.

tar, hl normas tradent ut quantocius plena tain gravis κ providae legislationis exsecutio obtineatur. Si Φ›0‹1 dubFum remanserit vel iusta inveniatur brevis dilationis causa, ad Sacram Congregationem recurrendum est. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, cx Aedibus S. C. dc Religiosis die 7 mensis lulii A. D. 1956,—Valerius Card. Valeri, *Praefcta.* P. Arcadius Larraona, C. M. F., *Secr.*

II. Statuta Generalia

Pars I

DE INSTITUTIONIS RATIONE, CURSU, LEGIBUS

Tit. I—De institutionis ratione

Art. 1—*Generalis institutionis ratio.* Institutio, sodalibus Statuum clericalium perfectionis summo studio impertienda. ita *integra* esse debet, ut totum hominem cum naturali tum supernatural! ratione complectatur 1 ct quidem sub triplici respectu vocationis *religiosae, clericalis damstolicae.* Pro singulorum autem perfectionis Statuum ct Institutorum gradu et indole, ad illam excellentiam eadem est adducenda quam peculiaris Statuum dignitas (cc. 487, 107, 108, 124), eorumque in mystico Christi Corpore munera exigunt *.

Art. 2—*Institutionis partes.* In hulusmodi Institutione (ait 1) tria assidue concurrant oportet: *instructio,* quae intellectum in omnibus solide erudiat; *educatio,* quae omnia necessaria et opportuna praebeat ad voluntatem ordinandam ac roborandam, ad characterem fingendum et «poliendum, ad vitam agendique rationem recte conducendam; *formatio,* quae communia unicuique prudenter applicet et inculcet, eaque iuxta cuiuslibet naturae et gratiae dona atque peculiaria personarum adiuncta, diversimode compleat.

Art. 3—*Institutionis ordo.* § 1 - Institutionis opus sic praefinitum, ut naturae et gratiae legibus fideliter pareatl, ordinatim procedere debet.

f 2 - Ex sapienti Ecclesiae disciplina et ex diu probato Statuum perfectionis usu, omnis institutionis cursus sub respectu tam religioso quam clericali et apostolico, pro naturali adulescentium progressione, in diversos gradus dispertitur.

ArL 4—*Integritas totius institutionis cursus.* Praescriptus institutionis religiosae, sacerdotalis et apostolicae cursus in singulis suis temporibus ct gradibus integre et rigorose ab omnibus alumnis perficiendus est, neque ullis instantibus maioris ct urgentis necessitatis vel speciosae utilitatis rationibus, Superiores nec ab eo dispensare nec ad cum coartare praesumant.

TiL II—De institutionis cursu

Art. 5—*Institutionis religiosae cursus.* § 1 - Institutio religiosa ea intelligitur qua alumni Statuum perfectionis instruuntur, educantur, formantur, ct exercentur seu probantur, ad Christianam perfectionem, praeterquam per communia praecepta, per Consilia quoque Evangelica, tria generalia praesertim, adipiscendam, iuxta indolem Instituti in quo talem perfectionem, sive strictius (c. 487 sq.) sive saltem quoad substantiam (cc. 673 § 1, 679) profitentur4.

J 2 - Religiosae institutionis cursus, ex iure communi Codicis pro Religionibus (cc. 542-571, 588 § 1), ex iurisprudentla vero ac legibus particularibus pro aliis perfectionis Statibus (c. 677)k, tres fundamentales gradus complectitur, nempe: *novitiatum* ipsive acquiparatnm primam formalem probationem; *primam professionem,* seu incorporationem temporariam; *professionem* seu incorporationem *perpetuam* aut definitivam, usque ad finem studiorum.

} 3 - His tribus necessariis gradibus, alii quoque legitimo iure particulari accedere possunt, sive ante novitiatum sive post professionem perpetuam aut definitivam incorporatIonem. Item, tempora, intra quae communes gradus (j 2) ex generali regula concluduntur, legitimo iure particulari prorogari possunt, prout adiuncta Institutorum in diversis Statuum perfectionis classibus expostulaverint, ulvis tamen limitibus a iure sancitis (cc. 571 § 2, 574 § 2).

Γν· i"·. A· ’c~

M&r, :'iebr. 1947, ***A. A. S.*** 39 "Iï Ronue. 1949. n- 387. P 576-586) [LE 1908 J. art.

Art. 6—*Novitiatus.* § 1 - Ex communi iure vel iurisprudentia, *novitialus* pro Religionibus (cc. 542-571) et *prima formalis probatio* pro Societatjbus vitae communis (c. 677) et Institutis saccularibus· novitiatui aequiparata, totius institutionis religiosae necessarium fundamentum constituit.

§ 2 - Legitimo iure particulari, candidati ad novitiatum primamve acquiparatam probationem duplici, eaque diversa, ratione praeparari possunt, scilicet:

1.® *Proxime,* brevi plerumque tempore quod illis praecipue assignatur qui religiose et ascetice nondum ad novitiatum inveniuntur parati. Quae quidem praeparatio, postulatui similis iure communi religionibus a votis perpetuis pro mulieribus et pro conversis unice praescripto (c. 539), non immerito per analogiam *clericalis postulatus* nuncupari potest et iure particulari etiam *adspirantalus* appellatur. Hic, nisi praedicto iure particulari iam ordinatus sit, Superiorum iudicio manet ordinandus, sive in ipsa novitiatus domo (c. 540 § 1), sive in peculiaribus domibus scu collegiis, sive tandem in specialibus sectionibus Scholarum Apostolicarum.

2.° *Remote,* longiore ac pleniore modo in *Scholis Apostolicis* quae ad religiosam institutionem a primis solidis fundamentis vitae moralis, Christianae et asceticae adolescentibus tradendam destinantur, et simul pro ipsis Seminariorum minorum clericalium munere funguntur. In his Apostolicis Scholis elementarius seu praeparatorius cursus, prout casus ferat, percurri vel compleri valet necnon totum curriculum medium-classicum publice institui et valide perfici potest.

Art. 7—*Prima professio vel aequiparata incorporatio.* § 1-1.° Novitiatum vel aequiparatam probationem sequitur prima temporaria professio in Religionibus (cc. 572 § 2, 574 § 1), prima temporaria aequiparata incorporatio in Societatibus sine votis (cc. 677, 642) ct in Institutis saecularibus in quibus vota perpetua emittuntur vel vincula pariter perpetua contrahuntur 7.

® Haec votorum vinculorumve temporariorum periodus ad solidandam ct evolvendam, sub respectu religioso, totam novitiatus institutionem et ad mutuum tam Instituti quam alumnorum experimentum complendum, ordinatur.

§ 2 - In Institutis in quibus non nuncupantur vota formaliter perpetua (c. 488, 1.°) nec sodales astringuntur vinculis item formaliter perpetuis, vota vel vincula temporaria talia non sunt nisi ad probationem mutuumque experimentum quod attinet, quoad alios vero quosdam effectus, sunt definitiva, iuxta art. 8 § 1, 2.®).

Art. 8—*Professio perpetua vel aequiparata incorporatio definitiva.* § 1-1.® Absoluto tempore professionis seu incorporationis temporariae ipsiusque legitimae ad normam Codicis (c. 574 § 1 et 2) et probati iuris particularis renovationis (cfr. c. 677), perpetua professio in Religionibus et perpetua incorporatio in Societatibus atque Institutis votorum vel vinculorum perpetuorum necessario emittenda vel perficienda est, nisi ulterior prorogatio expresse a S. Sede concessa fuerit.

2.® In Institutis trium Statuum perfectionis (arL 5 § 1), in quibus vota seu vincula sunt temporaria (art. 7 § 2), elapso tamen tempore renovanda (c. 488, 1.·), post aliquam votorum scu vinculorum et utraque parte pariter temporariorum periodum, quae iuris criterio et iurisprudentia sex annos complectitur (cc. 574, 642 f 2), vota seu vincula contrahuntur quae, etsi temporaria, *definitiva* audiunt et cx parte Instituti, ratione conditionis professi atque aliorum professionis seu incorporationis effectum (art. 39, c. 642 § 2, cfr. c. 647), vere perpetuis aequiparantur ·.

3.° In Institutis saecularibus, in illis praesertim quae vitam communem non habent, periodus formationis, postquam vota seu vincula definitiva evaserint, constitutionibus determinanda relinquitur.

§ 2’- Institutio tamen religiosa, etiam post emissa vota scu contracta vincula perpetua vel definitiva ($ 1), accurate usque ad receptum sacerdotium et terminum curriculi theologici prosequenda est, salvo art. 9.

Art. 9—*Institutionis religiosae confirmatio et complementum.* § 1 - Etsi recepto sacerdotio et absoluto curriculo theologico institutio religiosa substantialiter completa censenda sit, nihilominus ipsa, sive in curriculo pastorali sive per totum primum sacerdotii quinquennium, sub prudenti ct vigilanti Superiorum cura, confirmanda, perpolienda ct ad praxim deducenda est (art. 48-53).

§ 2 - Praeter ea quae supra memoravimus (art. 4-8)

p. X3O-X3X (p. 581-583). · art. II j j. p. 12« (p. çjj). ’/Xirw, arL III J 3. r.· p. xu (p. 584). · Cfr. ce. 64a *j j.* 647. 6?8. Rwl Crcsn.

quae ordinariam et omnibus Statibus perfectionis communem Institutionem religiosam respiciunt, in pluribus perfectionis Statibus, Iure particulari introductum laudabiliter est, et convenienter ab aliis introducetur, breve sed intensum curriculum diversis nominibus nuncupatum (tertia probatio, annus perfectionis, novitiatus apostolicus, schola affectus, cfr. art. 51), quo veluti totius receptae simul institutionis complementum et confirmatio atque authentica obsignatio censeri potest9.

Art. 10—*Institutio clericalis.* § 1 - Institutio clericalis est elementum essentiale eruditionis sodalium qui ad Altoris servitium contendunt eaque rationc sacerdotali vocationi religiosae quam maxime respondere debet (cc. 488, 4Q, 673 § 2) *·.

i 2. Haec clericalis institutio, ex intrinseca catholici sacerdotii unitate, non alia est, ad finem et obiectum quod attinet, quam institutio cleri saecularis, atque in hoc tendit tota ut religiosa professio cum sacerdotali dignitate intime ac perpetuo cohaereat, et dum sacerdotium religiosam professionem elevat ac ditat, haec illud alat ac roboret.

§ 3-Clericalis institutio a Scholis Apostolicis Incipere debet, quae, pro Statibus perfectionis. Seminariorum clericalium minorum vice funguntur; eaque evolvenda et perficienda est per integrum cursum pari gressu cum institutione religiosa (art. 5-8) et apostolica (arL 14), utramque pervadens atque informans.

Art. 11 — *Ordinariae institutionis clericalis gradus.* I 1 - Gradus ac tempora ordinariae (cfr. art. 46) institutionis clericalis, seu *curricula,* ordinanda sunt intuitu non solum studiorum et Instructionis, verum etiam practicae alumnorum educationis Intimaeque formationis moral's, spiritualis, ecclesiasticae, secundum eorundem animi maturitatem atque in studiis progressionem.

§ 2 - Huiusmodi curricula sunL* 1.® Curriculum *medium daslcum* quod, si opus fuerit elementari curriculo completo congruenter praeparetur (art. 43). 2.® Curriculum *philosophicum* (art. 41). 3.® Curriculum *theologicum* (art. 45), quo durante. Tonsura et Ordines minores et maiores seu Sacri (cc. 919» 950), servatis servandis praesertim circa canonicam aetatem et studia, conferri possunt (cc.975, 976). L® Curriculum *pastorale* (art. 18 s.) quo omnes immediate ad communia sacerdotii ministeria praeparantur.

Art. 12—*Institutionis clericalis intensio et ampliatio.* Ad ordinaria curricula Iure communi praescripta (art. II j 1 et 2), postquam rite absoluta fuerint, ex horum Generalium Statutorum commendationibus, correlati cursus, curricula atque studia specialia Iure particulari legitime, pro singulorum Institutorum indole, triplici ratione addi possunt:

® Cursus seu curricula, iuxta casus, *studiorum specialium* (art. 46) ad communis culturae confirmationem, complementum et ampliationem.

2.® Cursus seu curricula indolis *technicae* scu *paedagogtcae* quae, pro eorum amplitudine, vel simul cum curriculo pastorali vel separatim trudenda sunt.

3.® Annus *tertiae probationis* seu *perfectionis* in quo vocationis adspectus sacerdotalis una cum religioso et apostoHco theoretlce ct practice excolitur.

Art. *13—Clericalium studiorum interruptio.* § 1. Ordinariorum clericalium studiorum (art. 11 § 2) interruptio, ad practicum vocationis tum communis tum specificae experimentum atque ad necessaria studia profana complenda titulosvc consequendos aliave Id genus, sicubl viget, servari valet atque alibi etiam laudabiliter Introduci, dummodo sequentes cautelae adhibeantur.

1.® Interruptio non ad immediatum sodalitatum in ministeriis profectum ordinanda est, cum nonnisi instrumentum ac subsidium institutionis alumnorum sit sub multiplici respectu, probationis scilicet vocationis, educationis et formationis, ad Ipsorum bonum directe dispositum n.

2.® Salvis rasibus vere gravibus, Interruptio fleri non debet ante curriculum philosophicum rite expletum neque post Inceptum quadriennium theologicum.

3.® Sine gravi ratione, ultra triennium Interruptio nc protrahatur.

I.® In collegiis seu domibus rite instructis, alumni collocentur, ln quibus perfecta observantia et vita communis vigeat (cc. | 2. 554) 3, 588 (3) el sub speciali cura sint immediati Superioris ac Praefecti scu Magistri spiritus (art. 28; c. 588), qui dc ipsorum disciplina et dc severa spiritualis educationis continuatione respondeant

® In quodam ex ordinariis collegiis vel In alia apta ct instructa domo vacationum tempore, quantum fieri potest, hi alumni separarim ab aliis colligantur ad sin» tum physicas tum morales rcllgiosasve renovandas, ad exercitia spiritualia ipsis aptata peragenda, ad studia denique, praecipue ecclesiastica, repetenda ct complenda.

§ 2 - Statim ac spiritualis alumnorum educatio detrimentum ex interruptione capere comprobetur, vel locorum el temporum pericula ultra vires ipsis minari merito conjiciatur, Superiores, onerata conscientia, diligenter, iuxta casus, provideant, vel pericula removendo vel alumnos alio transferendo vel ad tempus interruptionem suspendendo.

§ 3 - Qui studia interrumpere coguntur eo quod ad servitium militare aliudve simile a saecularibus potestatibus adigantur, vel infirmitate aliave qualibet etsi legitima causa a studiis prosequendis arceantur, cum interruptum studiorum cursum quantocius instaurare tum omnia ac singula ipsius curriculi, ad normam iuris communis ct particularis, fideliter complere tenentur11.

Art. 14—*Apostolicae institutionis cursus,* j 1 - Apostolica institutio, generali quadam ratione iam in ipsis *bcholis* quae merito *Apostolicae* dicuntur, peropportune praeparari ct quodammodo inchoari potest.

§ 2 - 1.® In novitlatu, qui iam *specialem* vocationem supponit, institutio apostolica, (ini atque spiritui Instituti plene respondens, necessario excolitur. Ipsa partem atque essentialem respectum colendae vocationis constituit, Magistro semper prae oculis habendum, qui numquam ab aliis, religioso scilicet ac clericali, separandus est sed amico atque intrinseco foedere cum ipsis perpetuo coordinandus.

® SI in Instituto, post annum canonicum, alterum novitiatus seu primae probationis tempus legitime rigeat (c. 555 § 2), institutio apostolica per moderatum ministeriorum Instituti exercitium compleri potest.

§ 3 - Per totum studiorum tempus institutio apostolica, qua educatio et practica formatio, sine intermissione est prosequenda, ut in dies una cum religiosa et clericali ipsa progrediatur, confirmetur ac plenior effecta secure, faciliter, et vcluti naturali rationc ad ministeria ultro manuducat. Quod tamen sine praeiudicio seriae et adaequatae scicntificae alumnorum Institutionis ct exercitationis fieri debet.

§ 4 - In curriculis *pastorali* (art. 11 § 2, 4.®) et *technico* (art. 12, 2.®) ct In *ultima probatione* (art. 12, 3.®) ubi vigeat, apostolica institutio complenda et perficienda esL

Tit. III—De institutionis legibus

Art. 15—*Novae legislationis ad ius vigens comparatio.* § 1 - Statuta Generalia ceteraque iis adnexa legislatio institutionem Clericorum In Statibus perfectionis respiciens, vigentem hucusque disciplinam plerumque retinent atque confirmant, licet, sive ad eam fidelius apllcandam sive ad ipsam accommodandam atque complendam, prout adiuncta huius aetatis exigere videntur, opportunas eidem immutationes afferant (c. 6 prine.).

§ 2 - Relatio Statutorum Generalium et alius legislationis ipsis adnexae ad ius praecedens, regitur nonnis Codicis iuris canonici (cc. 6, 2.® et 6.®, 22, 489), congrua congruis referendo.

§ 3-1.® Si In disciplina Statutorum aut in legislatione generali vel particulari eis adnexa scu in ipsis fundata circa institutionem religiosam, clericalem atque apostolicam in Statibus perfectionis, certa de re desit expressum praescriptum, norma sumenda est, nisi agatur de poenis applicandis, ex fontibus in can. 20 recensitis.

2.® *Leges in similibus latae* quibus, primo loco, ad normam can. 20, lacunae, quae iuridice tales sint, per analogiam legalem supplendae sunt, in hac re intelligI debent: praescripta Codicis iuris canonici atque aliarum S. Sedis legum ac normarum vigentium, quae institutionem clericalem respiciunt 13.

Art. 1G—*Novae legislationis extensio.* § 1 - Integra ordinatio institutionis quae in his Statutis et in iis adnexa generali legislatione continetur vel In posterum contine·

InurpteL. u vu! î«M7 (in .‹ S. eun pubHcata), c. JS» {LE XQV1 ' Piva XtJ, Mkv-it. Adn, 15 nort. 1956, *A.* .4. S. 46 (19-56), ·· Ht ♦.XII, Gxnt. *p. *PmnJa* Sfefor, art. I. p. tio (o 583I (LF. 190M). ‘‘S.Càr R*UC3uu«, Utetr *Pl*rn rtUa*i, y turt* a. IU, .4. 4. S. (I9J1), 546 a. p. 3S3) {LE 576]. « S. C. de ReEriosir >> ornmi», 1

bitor, omnes Status perfectionis clericales, scilicet: Rclirionesicc. 4S7, 488, L·), Societates vitae communis (c.6/3) et Instituta saecularia 14 Iuxta ipsorum tenorem, absque exceptione, ubique tenet ac comprehendit (cc. 251 § 1, 678) ».

f 2–Quae in legislatione generali (§ I) clericalem ct apostolicam institutionem sodalium clericorum in Statibas clericalibus perfectionis respiciunt, etiam ad Clericos Religionum, Societatum, Institutorumque lalcalium, congrua congruis referendo, applicanda sunt.

J 3-1.· Statuta Generalia et legislatio iis adnexa (§ 1) Institutionem Clericorum in Statibus perfectionis proprie respiciens, Instituta laicalia aut sodales laicos Statuum clericalium per sc non comprehendunt.

1» Normae vero quae ad institutionem religiosam et iposlollcam, generaliore rationc, spectant, congrua congruis referendo, Institutis lalcalibus ct sodalibus laids Institutorum applicandae sunt.

Art. 17—.Vorae *legislationis interpretatio.* § 1. - Sacrae Congregationi de Religiosis committimus ut Nostrum Nomine et Vice illa omnia una perficiat quae ad Interpretationem Statutorum aliarumquc normarum circa institutionem in Statibus perfectionis spectant (cc. 17 § 1, 251 § 1).

f 2 - Pro illis vero quae vel graviora sunt vel speciales praescierunt difficultates praevia, eaque expressa, pontificia venia obtineri debet (c. 244 § 1).

Art IS — Xomc *legislationis exsecutio.* § 1 - Sacra Congregatio de Religiosis, collatls ubi occurrerit cum aliis Sacris Dicasteriis, quorum intéresse diversa ratione poterit, consiliis, omni ope, canonicis etiam, si res postulaverit, mediis adhibitis, exeeutionem Statutorum Generalium ceteraeque legislationis institutionem respicientis, ex officio urgere debebit, ita fidelem omnium observantiam vigilanti cura atque indefesse promovendo, ut quos inde sperare licet, copiosi fructus percipiantur.

§ 2 - Ad Statutorum aliusque legislationis etiam particularis a S. Sede approbatae, exsecutionem invigilandam et urgendam, praeter alia quae in posterum definiri poterunt, haec fideliter adhibenda sunt:

1.· *Relationes periodicae* circa triplicem institutionis idspectum, iuxta elenchum a Sacra Congregatione praeparatum faciendae ie.

2.· *Inspectiones,* prout necessariae seu opportunae videantur, sive ad comprobandam sive ad complendam informationem seu relationem illam specialem quae gravioribus approbationibus ac concessionibus praemittendi mediata auctoritate Moderatoris Supremi vel Abbatis Superioris seu Praesidis Congregationis canonicalis et monasticae, curam gerat eorum omnium quae ad alumnorum institutionem spectant.

2. Etiam in Provinciis et maioribus saltem studiorum domiciliis, condi possunt respondentia Officia provincialia vel localia, recte sub propriis semper Superioribus disposita.

§ 3 - Curent Superiores ut praecipua saltem huius legislationis, pro opportunitate variarum institutionis sedium. publice quotannis praelegantur.

Pars II

DE ILLIS QUAE INSTITUTIONIS OPERAE ET CURSUI COMMUNLA SUNT

Til. IV—De varus institutionis sedibus

Art. 21—*institutionis sedes.* $ 1 - Integrae institutionis, tam religiosae quam clericalis et apostollcae, sedes *ordinariae* ad quattuor revocantur gradus. Sunt nempe: 1.® *Scholae Apostolicae seu Seminaria minora religiosa* (quatenus et quousque necessaria retineantur); u 2.® *Domus novitiatus* hisque aequiparatae; 3.® *Domus vel Collegia seu Seminaria maiora religiosa* generali studiorum clericalium cursui perficiendo destinata; 4.® *Domus vel Collegia formationi pastorali* vel *ministeriali* parata (art. 48).

§ 2 - Capitula vel Superiores, Iuxta Constitutiones (can. 587 § 1 et 3), praeter aedes ordinarias ad normam luris instructas (c. 554 § 1 et 2), *speciales* etiam, pro opportunitate, instituant, omnibus conditionibus iuris ac praesertim sequentium articulorum adimpletis, sive ad superiora studia peragenda, sive ad gradus academicos vel specialia diplomata consequenda, sive ad peculiarem formationem professionalem adipiscendam (art. 46), sive ad ultimam camque altiorem institutionem et probationem exercendam (art. 51).

} 3 - Huiusmodi sedes, cum ordinariae tum speciales, ad normam et quoad effectus iuris communis et particularis, possunt esse *generales* (quae quandoque *internationales* dicuntur), *interprooinciales, provinciales* seu his aequiparatae, et etiam plerumque, non autem unice, in Religionibus canonica!Ibus et monasticis, *locales.*

§ 4 - In eodem Instituto, praesertim regiminis centralis, absque vera causa sedes multiulicari non debent, ne vires opesque nimis dispersae et debiliores fiant et fini adipiscendo impares reddantur.

Art. 22—*Institutionis sedium erectio, immutatio, translatio, suppressio.* § 1 - In sedibus erigendis, immutandis, transferendis vel supprimendis ad amussim observentur lus sive commune sive particulare et peculiares S. Sedis normae.

§ 2 - In hisce singulis negotiis perficiendis (} 1), etiam In Congregationibus canonicalibus aut monasticis Interveniat necesse est suprema Instituti auctoritas ad nonnam iuris particularis. Suprema vero auctoritas consensum dare nequit nisi prius sibi constet conditiones, tam a iure communi quam particulari requisitas, fideliter adimpletas esse; perpendat Insuper num per sedes aliqua ratione communes solidae institutioni alumnorum, quae hae In re suprema lex est habenda, efficacius consuli possit (c. 587 J 3; art. 21).

§ 3. Decrcti erectionis, immutationis, translationis, suppressionis sedium authenticum exemplar ad Sacram Congregationem de Religiosis cx officio transmittendum est, atque, si casus ferat. Visitatoribus exhibendum.

Art. 23—*Requisita ad sedes institutionis.* § I - Sedes Institutionis neque erigatur neque servetur nisi suppetant aedes in loco quantum fieri potest satis salubri el amplo sitae, a commixtione mundana prudenter segregatae ct ad religiose vivendum vere aptae.

$ 2-1.® Antequam erigi ct aperiri reapse possint institutionis sedes quaelibet, imprimis Moderatores ct Magistri, non solum designati sed actu exstent necessariis dotibus et peritia ornati ad propria munera obeunda; nec desit congruens alumnorum numerus, ab iis solis rlgorose dilucandus quorum est con«cnsuni darr ad erectionem corn plendam.

3. 5*3. p 400-4!3) FLE 5B2). 11 **Pies XП, Coast. ap. ProvU· *Malrr.* I C.p. IX» (p s‘1) 3-E 1908]. “ *IbUe**. art. IV § 1. p.** im **(p. 5^4): Pivs** XП. Mota pr. ***Pnmo fchcitfr, 13 tnart.* 194S. η. V, *A. A. S.* 40 (>94$); 8*5*. *(Mi-Jit*,* n. *Y)t,* S97S) (LE 1985]. US. C. <fe Sem. et Stud. Univ., beer ζ>*> wienerr, febr. 19x4. *A, A. S.* 17 (»925). 547-531 /*£***<??* *Clirxwi,* Reçue. 1934. «-· P- 63r<) (LE A C,**

.Vohmt ***S/miwiu rtpOfeRbus InitUutif id*** **wu-**

***(SyOo'.,* Rjcue.**

rrftM. n p. 5ôi-s<4l (I.E 170V »T p»· * XI. Ep «p fv-Fi/tM», «v nurt. 1944, ·<· *A* **5 16 IJJ-14S** *(E*.* **u. p. 40ó» 'LE** 584 **h Commino CirtaulilM** <Dri **ncv. t93*·** V<»m **«Sfûür.m:·, u qaiadft Ad Rc'.'xxwcrirn <<hoUilii x«tn niAXvo W minorr» >Ihib*4!ur, sernprr «chrctuv 4liquo quAMicAtr*™ rnmitan qtr» perfecte « Sembvtrib dhtitu'Mtur.** ·· \ >·<-.. t. ·. **pe»-..**

2,® Sedes omnibus instrui debent necessariis et opportunis ad proprium finem plene assequendum.

3.® Sedes, eae praesertim quae ad studia peragenda destinantur, praeditae sint oportet bibliothecis cetcrisque omnibus subsidiis et instrumentis, quibus, pro natura et gradu studiorum, opus est ad doctrinas pervestigandas ct artes debite colendas, iuxta legitimas aetatis nostrae rationes et exigentias,

§ 3 - Si haec omnia haberi nequeunt in Monasterio sui iuris vel in aliquo Instituto seu Provincia, mittantur alumni ad sedem alius Monasterii seu Provinciae, vel ad sedem interprovlncialem seu generalem, imo ad scholas alius Instituti, vel etiam ad scholas Seminarii episcopalis vel ad publicum catholicum Athenaeum (c. 587 § 5).

Tit V—De institutionis moderatoribus, praefectis, MAGISTRIS, COOPERATORIBUS

Art 24—*Moderatorum uterorumque dotes.* § 1 - Omnes oui munus gerunt in opere Institutionis, iis perfectionis ct religiosae observantiae solidis virtutibus, diuturno exercitio comprobatis, eo spiritu sacerdotali et apostolico, iis dotibus eaque habilitate exculta ct exercitata, ea doctrina eximlaquc cultura praediti esse debent, quae ad instituendos alumnos atque ad sedes moderandas, iuxta propriae Religionis vel Instituti indolem, pro muneris momento ct gravitate necnon pro Collegiorum gradu ct ratione, necessaria sunt (cc. 554 § 3, 587 § 2).

f 2 - Summa cum cura a Superioribus Maioribus seligantur non solum Magistri novitlorum. Praefecti seu Magistri spiritus, et Professores (art. 30) sed etiam Confessarii et Moderatores spirituales, quorum partes in alumnorum institutione plurimi sunt faciendae. Sint igitur viri spiritu religioso, sacerdotali, apostolico, ceteris In exemplum; theologia praesertim morali, spirituali, pastorali rite instructi; experientia ministerii animarum; magna prudentia atque perspicacitate luvenilium animorum praediti.

Art. 25—*Moderatorum, Praelectorum, Magistrorum designatio.* § 1 - Moderatores, Praefecti atque Magistri omnes ad Institutionis sedes regendas et ad dirigendum in iis institutionis opus, numquam a Capitulis vel Superioribus, ad quos perlinet, eligendi vel nominandi sunt, nisi antea documenta, tituli, diplomata diligenter collecta et accurate perpensa fuerint, cx quibus Ipsorum aptltudo et congruens praeparatio certo comprobari possint.

§ 2 - Salvis iuris communis praescriptis, iuri particulari definiendum relinquitur, quae munera huiusmodi Capitulis, quae Moderatori Supremo, quae immediatis Superioribus Maioribus tribuenda sint, et quod Capitulorum vel Consiliorum votum, deliberativum an consultivum, in assignandis singulis muneribus expostulandum sit.

J 3-1.® Si ad unitatem securitatemque institutionis adque viros ad eam maxime idoneos undique comparandos Supremo Moderatori ac Regimini generali designatio reservetur, nihilominus immediatis Superioribus Maioribus corumque Consiliis congrua agnoscatur facultas vel candidatos proponendi vel saltem necessarias de iis notitias ex officio procurandi,

2.® Si contra, Superiorum Maiorum immediatorum eorumque Consiliorum est personas ad munera designare, pro gravioribus saltem muneribus conferendis, prudens et opportuna quidem interventio Moderatoris Regiminisque supremi requiratur omnino, ita ut personae, iam legitime delectae, nequeant renuntiari antequam altior auctoritas earum designationem approbaverit seu confirmaverit vel eisdem nlhii obstare declaraverit.

J 4 - In committendis muneribus institutionis, a qua maxime pendent totius familiae vita et Incrementum, hacc primaria firmaque esto norma, ut nempe optimi quique ex Monasterio, Provincia, Instituto sodales adsclscantur w.

Art. 26—*Temporarium munerum spatium.* § 1 - Ad tempus quod attinet quo Moderatores, Praefecti, Magistri aliique Officiales ad institutionis opus adluncti, ln suo munere versabuntur, fideliter serventur nonnae luris communis (cc. 505, 560) et peculiarium Constitutionum ac Statutorum.

I 2 - Salva f 1, qui recte cl fructuose muneribus sibi commissis funguntur, non leviter Inde devocentur ud olla ministeria suscipienda, cum magno saepe detrimento institutionis alumnorum, Supremi Moderatoris eiusque Consilii onerata conscientia.

J 3-1.· In iisdem amovendis, mutandis, suspendendis, in primis mens intendatur oportet in maius alumnorum bonum, cui cetera omnia sunt postponenda.

2.° Il vero quorum causa doctrina vel morum integritas vel religiosa disciplina periclltetur, qualibet personarum ratione postposita, absque mora revocentur, ad mala vero, si quae obvenerint, radicitus extirpanda et pericula longe pellenda, debita afferantur remedia.

3.° Idem servandum erit si quis ob infirmitatem vel provectiorem aetatem non iam satis habeat virium ad officium complendum; de quibus periculis vel dcfcctlbai Superiores, etiam locales, Superiores Maiores competentes tempestive monere debent.

Art. 27 — *Institutionis gubernatio,* f 1 - 1.· Efficax ordinatio ct gubernatio integri operis institutionis alumnorum pertinet, observato lure generali et particulari, ad Moderatorem Supremum in universo Instituto, (c. 502), ad alios Superiores Maiores, sub Moderatore Supremo, ln propriis domibus sui luris vel Provinciis seu aequlparatis partibus Instituti (c. 488, 6.® et 8.®), ad Superiorem locale m in unoquoque Collegio, salvo art. 28 § 1.

® Horum omnium est, non solum ea quae sunt proprii muneris accurate pcriicere, sed etiam dc eisdem iuxta praescriptas normas rationem reddere cui reddenda est.

§ 2. - Nunquam desint Consilia ad normam iuris particularis ordinata ad promovendam religiosam, intellectualem, apostolicam institutionem alumnorum. In regiminis tamen et institutionis conventibus seu collationibus, stricte abstineatur ab illis omnibus quae directe singulorum forum internum afficere possunt.

Art. 28—*Magister nouitiorum ct Praelectus seu Magister spiritus.* § 1 - 1.® «Uni Magistro ius est et officium consulendi novitlorum institutioni, ad ipsumque unum novitiatus regimen spectat, ita ut nemini liceat hisce se, quovis colore, immiscere, exceptis Superioribus, quibus id a Constitutionibus permittitur, ac Visitatoribus; ad disciplinam vero universae domus quod attinet, Magister, perinde ac novitii. Superiori est obnoxius» (c. 561 J 1). Ut omnia recte iugiter procedant, utiliter hoc lus commune pressius in concreto determinabitur iure particulari, pariter sancte servando.

® Eiusdem speciei normae, sive generales sive particulares, inspecta etiam Sacrae Congregationis lurisprudentia atque congrua congruis referendo, Societatibus vitae communis et Institutis saecularibus applicandae sunt (art. 16 J 1 et 2).

} 2-1.' In sedibus studiorum clericalium (art 21 § 1, 3.® et 4.®) munus Praefecti seu Magistri spiritus tam necessarium et praecipuum habendum est ut numquam deesse possit (c. 558 § 1 et 2).

2.® Praefecti scu Magistri spiritus officium est opportunis monitis, instructionibus atque exhortationibus, ad normam Codicis iuris canonici (c. 588 § 1) alumnorum animos ad vitam religiosam informare, necnon secundum proprias Constitutiones et Statuta, operi institutionis moralis, religiosae, clericalis, apostolicae sub Superioribus suis, immediate praeesse.

3.® Salvis nn. 1 et 2, Praefecti spiritus munus iure particulari ita ad instar muneris novitlorum Magistri constitui et ordinari potest, atque generatim expedit, ut intra certos prudenter circumscriptos fines, salvis semper communi disciplina domus (c. 561 § 1) atque studiorum ordine, etiam alumnorum immediatum regimen complectatur, cum potestate ad hoc necessaria, sub Superioribus quidem, ad quos pertinet, etiam localibus, exercenda M.

4.® Ad munus Praefecti seu Magistri spiritus is adsrisccndus est, qui dotibus ac qualitatibus ln Magistro novltiorum ad normam iuris (cc. 588 § 2, 559 § 1) requisitis ita ornatus sit, ut, virtute doctrina, experientia, studio salutis alienae et agendi dexteritate, opus institutionis probationisque, pro alumnorum aetate, maturitate, gradu eeterisque adiunctis, divina adiutus gratia persequi et perficere valeat.

5.® Praefectus seu Magister spiritus designandus est ad normam art. 25 § 3, 1.® et 2.®.

6.® Si in domo studiorum diversae constituantur sectiones alumnorum, ob numerum eorum vel ob alias iustas causas, singulae opportune proprium habeant Praefectum seu Magistrum spiritus.

7.® Praefectus seu Magister spiritus ab omnibus officiis oncribusque vacare debet, quae alumnorum curam (n. 2) «lorc4n e nx(n· 3) lmPedire aut turbare possint (cc. 559 5 0, anJ § 2).

· Pit»· XI. Ep ap 5.C. de »4 (1$P). 7

IM Filivi, t. c., p, :43s (p. 409) [LE ***Quant**** x df* 1931, n. xt, ***A. A. S.*** n. 05. p. 47M (LE 1064 J. Utt. exic. ***A4 caiho-***

p. SOSI [LL 13031. »·α®β» vu, Const, âp. C-m χi rrjuürm,

8* Cum munus Superioris domus de iure differat a BSEcre Praefecti seu Magistri spiritus studentium, utrumra In eadem persona coniungl non debet, nisi iure particshri secus caveatur, salvis semper n. 7 et 9.

9.» Opus institutionis Praefecto seu Magistro spiritus commissum, quatenus ex iure particulari, praeter monita, intractiones, atque exhortationes (c. 588 § 1; n. 2), compkdatur etiam, simul cum spirituali singulorum educatioce, formatione atque directione, externum immediatum Schohstlcatus regimen (n. 3), quoad forum mere intercam, tam sacramcntale quam intimae conscientiae, adiunri el compleri oportebit non solum idoneis accurate sdcctls confessoriis sed, ct, recto Superiorum iudicio, alio restrictiori sensu directore spirituali (cfr. cc. 1358, 1350 11,1361 j 1-3).

Id· Salvo quoad Magistrum novitlorum c. 891, Praefectus seu Magister spiritus, cum ipse necessario partem habeat in scrutinio ante susceptionem Ordinum peragendo, nequit confessarius ordinarius subditorum designari, nec eorum confessiones audire, nisi ad normam can. 518 f 2 «.

11.· Quod ad disciplinam et regimen externum attinet, prout ad Praefectum seu Magistrum spiritus spectant, ipse ab uno vel pluribus sociis adiuvatur, sibi in iis immediite sublectis, quibus, congrua congruis referendo, applicare expedit cc. 559 } 2 et 3, 560.

j 3-1.· Quo novitii et clerici studentes facilius ac securius arduam perfectionis viam, quam ratione sui status implectuntur (cc. 487, 488, 1.°) et iugiter prosequi debent (ce. 593, 12), ab expertis suis Moderatoribus et Magistris seu Praefectis addiscere valeant, Ecclesia cupientissimo nimo desiderat ut ipsi, praeterquam Superioribus proprie dictis ad normam iuris (c. 530 § 1) et Constitutionum, propriis speciatim Magistris et Praefectis spiritus animum Odeoter aperiant; idque non solum communis institutionis religiosae, clericalis et apostolicae sibi comparandae et applicandae causa in colloquiis, si quae sint, ad hunc finem periodice ordinatis, sed etiam ad personalem directionem religiosam (cc. 565 § 1, 588 § 1) et spiritualem recifendam. Expedit insuper, ut ad mentem iuris (c. 530 2), filiali cum fiducia ipsos adeant dubia quoque et anxietates suae conscientiae libere ac ultro eisdem exponentes »

2. Firmo praescripto § 2, 9.°, si quis alumnus specialem confessorium vel moderatorem spiritualem postulet ipsoque egere videatur, eum facile Superiores concedant icfr. c. 520).

Art. 29—*Studiorum Praefectus.* § 1 - In singulis studiorum sedibus, adesse semper oportet munus *studiorum Prcffecti.*

J 2 - Studiorum Praefectus immediatum studiorum recr.en, sub Superiorum ad normam iuris particularis, moderatione, tenet eorumque ordini et disciplinae praeest, atque Magistrorum, ct alumnorum, quoad ipsa studia, scholas, exercitationes ceteraque, ad normam Statutorum, directionem curat.

i 3 - Vir esse debet solida doctrina ct ampla eruditione praeditus; in rebus ad Collegia et studia praecipue spectantibus apprime versatus; zelo, diligentia, bono ct aequo iudicio commendatus.

f 4 - Munus non incommode componitur cum officio professoris Collegii. Seiungendum tamen est ab officio Praefecti seu Magistri spiritus ct etiam Superioris, nisi hic otrumque munus convenienter exercere v'aleat, ut si agaterde domibus parvis aut unice vel fere studiis destinatis.

f 5 - Quoad studiorum Praefecti designationem, normae datae pro Praefecti spiritus designatione accurate urvandae sunt (art. 28 § 2, 5.°).

Art. 30—*Professores seu Magistri.* § 1 - Professores wu Magistri, Internis Religionis, Societatis, Instituti Collegiis destinati, optimi seligantur, cum institutionis exitus êb Ipsis magnopere pendeat (art. 25 § 4).

f 2-1.· Professores seu Magistri amantes dignoscantur vocationis suae religiosae, sacerdotalis, apostolicae in eaque firmi; virtutum ac disciplinae studio omnium exemplo sint, semper et ubique doctrinam quam profitentur vitae ratione illustrantes et commendantes (cc. 55*1 § 3, 587 f 1, 1360 J 1).

2. Disciplinam, quam tradere debent, penitus cognisxt 1603, n. zo ***(EncktrU^n,*** m 132, p. 104). " S. C. de ReliffiosH, !n«t. ***Mqiaa, l. c.. n.*** 14. p 79 (P· 477) fLE X064 ·: Pont. Coam, htsznrt., 27 wpt. I$x8 ***(Erxkindion,*** n. 325, p. 37o) :LE 124.· yC. rt R*.. Decr 17 1690. mtrod. et il J

7, % D Leo XIII, Ep. ap. ***'Ititan baia^laUw,*** *22* Un. xw Pπ.·i XI. D«r. botocr. h». >9'3 de S. I: ^f.4» S. *Bnudiai.* e. IV. jo-ji. VII. «. XLV1.

tam habeant et calleant, eiusque investigandae methodis plane sint instructi, diplomatibus praeterea academicis congruentibus sint ornati aut saltem titulis internis recognitis aliisve studiis vel cursibus specialibus competentes, qui pro re nata gradus academicos substituant vel compleant (art. 46 § 4 ct 5, c. 1366 § 1 et 3).

3. Soli Moderatori Supremo reservatur concessio facultatis docendi ei qui, etsi titulo careat, vere et certe idoneus est, salvo art. 46 § 5.

1.° Paedagogicis atque dldacticis etiam dotibus poliantur, et antequam nominentur artem docendi didicerint et quodammodo sub peritis Magistris exercuerint oportet.

§ 3-1.° Professoribus seu Magistris, studiorum praecipue tempore, officia vel onera ne imponantur quae eos a studio avocare vel a scholis impedire quoquo modo possint (c. 589 § 2).

2.° Professores seu Magistri, non solum ad normam iuris necessarii habeantur (c. 1366 § 3), sed etiam in omnibus disciplinis numero sufficientes sint singuli, neque scholarum numero onerentur, neque disciplinas diversas, praecipue principales vel maxime inter se dispares, tradere cogantur 23.

§ 4-1.0 Professores seu Magistri propriae disciplinae fontes, subsidia, methodos, auctores praecipuos plane noscant neque aptam finitimarum disciplinarum scientiam neglegant. Congrua autem eis suppeditentur per annum otia, ut propriam eruditionem perficere queant atque ex ea utilia prodere scripta.

2.° Recentiores 14 non minus quam veteres adhuc vigentes errores diversarumque opinionum fluctus perspectos habeant oportet **, ita ut discipulorum plenam sibi fiduciam concilient eosque apte ac simul profunde instituant.

3.° Oblata occasione fndigitare non omittant quam utiles sint disciplinae quae traduntur tum ad vitam Christianam et religiosam in propria cuiusque anima enutriendam, tum ad ipsa sacra ministeria exercenda. Enucleent quoque hominum nostrae aetatis et illarum praecipue regionum in quibus apostolatus praevidetur obeundus, mentes, propensiones, necessitates, atque ostendant quomodo hisce salubriter occurratur per veritatem sollerter et accommodate expositam.

4.° Professores seu Magistri alumnorum perfectam instructionem totis viribus curent et persequantur, non solum omnium globatim et indiscriminatim, sed etiam singulorum distincte. Insuper, tam in scholis quam in exercitationibus, cunctorum omnimodae formationi prosint eorumque cordi habeant profectum.

§ 5-1.° Studiorum Rationes seu Statuta particularia (art. 19) ea omnia ordinare ac praefinire debent quae ad Professorum et Magistrorum delectum ct formationem pertinent, atque ad eorundem munus accurate circumscribendum sanctequc tutandum, ad docendi methodum iis sequendam, ad subsidia necessaria seu opportuna ipsis largienda.

2.® Superiores Maiores ea omnia sollicite et large provideant, salvis semper vitae religiosae institutis, quae ad solidam doctrinam et ampliorem eruditionem Professorum seu Magistrorum et ad auctoritatem corum sustinendam conferant.

3.° Sapienter distributis anni scholastici partibus, Magistris ansa praebeatur adstandi cursibus peculiaribus aut lectionibus peritlorum, exercitationibus, explorationibus, congressibus scientificis vel technicis. Foveantur quoque conventus Professorum seu Magistrorum proprii Instituti vel etiam aliorum, ut collatis experimentis et pervestigationum fructibus, sibi mutuo sint adlumento. Etiam probatur temporaria permutatio, inter varias Instituti sedes, docentium eiusdem disciplinae, ad sanam excitandam aemulationem inter Collegia, praeceptores et alumnos, atque ad studiorum ardorem refovendum.

4.° Cuiuscumque studiorum sedis bibliotheca copia librorum et commentariorum periodicorum instructa sit, atque in dies ae continuo locupletetur 2*.

Tit. VI—De alumnis deque ipsorum selectione et INCORPORATIONE

Art. 31—*Requisitiae vocationis ratio.* Candi Lati ad Status perfectionis ne festinanter neve Im adsciscantur sed, post accuratum examen et diligentes infor-

5-6. M Conm. Pbnt. dc Re Bibi. Instr. xj mail .4.4 S. 42 (X9S<>). 497 [LE ***21***27)· ** Xii. Adbort. ep. A/na/v ij sept TQJO, .4. .4. 5. 42 (X43*>). 6SS 'LE 2x51)· " P1O· XII. Lilt. ***roe. fentru.*** *X2* *u«. 1950. ***A.*** .4. 5. 42 Ü93O). 363 (LE 2t<7]. ·· Pxv» XII. Adbort. ap. ***Matii*** AVtfw. L p. *(*14* [LE xxjx l. ·· S. X. Ep.

mationes (cc. 544, 545), II denique soli qui nullo legitimo detenti sint impedimento, rectaque moveantur intentione et ad Instituti onera ferenda sint idonei (c. 538) ,9.

f 2-1.® Ut in novitiatum, vel aequiparatam probationem, admittantur, requiritur ut iam signa prodant verae religiosae, sacerdotalis, apostolicae vocationis et quidem *specificae,* scilicet pro determinato Instituto.

2.® Ut vero In Scholas Apostolicas vel similia Collegia seu Seminaria religiosa n admittantur candidati, sufficit nt saltem prima germina significent illius vocationis et quidem necessario *genericae* tantum30.

Art. 32—*Vocationum promotio.* } 1 - Ut opus «fovendi, tuendi, luvandique ad perfectionis Christianae Status vocationes»11, uberes afferat fructus, Instrumenta imprimis supematuralla adhibeantur, velutl fervida oratio ad Dominum messis ut mittat operarios in messem suam 31, sanctitatis religiosae fulgens exemplum, zeli apostolici ardens perpetuaque exercitatio33.

J 2 - Ceterum ad omnia media recurratur a «Pontificio Opere primario religiosarum vocationum»34 edicta atque per eiusdem «Statuta» et «Nonnas ad Statuta exsequenda»34 pressius determinata; non exclusis iis mediis peculiaribus quae prudenti sanctaque experientia in singulis Institutis comprobata sunt, v. g. officium nominatlm demandatum alicui Sacerdoti, spiritu religioso ac sacerdotali vere animato, vocationes discrete conquirendi.

I 3 - Semper tamen et ubique abstinendum est a tali industria quae Statum perfectionis dedeceat30 aut candidatorum libertatem minuere vel afficere videatur (cc. 542, ⅟‰ 572 § 1, 4.®, 2352).

J 4 - Contra, nemini licet ab ingressu in religionem canonice indoneos avertere, cum status religiosus universis fidelibus per se pateat et ab omnibus in honore habendus sit (cc. 487, 542, 2.·). «Nemo sane invitus ad huiusmodi devovendi se studium propellatur; sed si is velit, nemo sit, qui eum dehortetur, nedum detineat»37. Insuper quae decernuntur circa fovendas vocationes ad statum clericalem in genere (cc. 971, 1353), ea ex natura rei applicentur oportet statui clericali In Statibus perfectionis.

Art. 33—*Candidatorum ad novitiatum admissio.* Peculiaria genuinae vocationis signa et motiva in admittendis ad novitiatum attente, pro eorum aetate et conditione, ponderentur (art. 31); candidatorum dotes accurate omnlque ex parte examinentur, sive morales sive Intellectuales; physica Insuper et psychica eorum aptltudo exquiratur, adhibito quoque probati medici *anamnestico atque diagnostico* diligenti iunlcio, etiam quoad tabes forte hereditarias, praesertim mentales; medici iudiclum in singulorum scheda adnotetur.

Art. 34—*Alumnorum ad subséquentes incorporationis gradus et Ordines provectio.* § 1 - Debitae probationes et perscrutationes diligenter Iterandae sunt, et scheda medicalis conficienda et complenda, per totum tirocinii seu institutionis tempus, praesertim ante varias professiones aut aequiparatas Incorporationes, praecipue definitivam, maxime vero ante sacras Ordinationes, cautionibus fideliter servatis a iure statutis (c. 973)3g.

I 2-1.® Quoties de candidati alicuius idoneitate prudens supersit dubium, nefas est eum ad vinculum contrahendum (c. 571 § 2), praesertim definitivum (cc. 575 § 1, 637) admittere.

2.® Id vero multo gravius cavendum erit sl agatur de sacris Ordinibus (c. 973 § 3)".

3.® Ad dubium prudens de idoneitate tollendum probatio proroganda est ad normam iuris et illa omnia peragenda sunt quae ad moralem certitudinem attingendam conferre possunt (cc. 571 § 2, 574 § 2, 973 § 3).

4.· Sl deest idoneitas ad classem superiorem et praesertim ad SS. Ordines; vel sl deest certitudo circa casti-

Cum ftiR*"!, 4 ai*. ť9Xť.α.I, ***A. A. S.*** 5 (I9<3>· 3« ***(EnrUrUhn,*** o. 379.

« PiV5 XII, Mot-1 pr. C« u febr. 1955. ***A. A. S.*** 47 (1955). 266 (LE J4S2J. " Mt. M*· " Fnt XII» Adhoet. «p. ***Mc-ji*** .Vorfrsz, L p. 683 [LE 3151 L 14 Pκη XII, Motu pr. Cum tutrema/, ***t. c.*** [LE 2481]. »» S. C. de Rchçloâ?, 11 felr 1x55. Λ. ***A. S.*** 43 (1955). >98-301 (LE liBjl. 44 S. C. de Reh- ... ***ad*** w*wum ***Dtcrrti*** «Cwn fewuacftf' 9 iuL >947. ***A. A. S*** 40 (194S). 378-381; 9 det 1948; P· I4M ***(E*<kvUicn,*** n. 394. p. 6tl) ILE wtp'. ·* Pxvs XII, AUoc. dmiux ***tactr,*** III, ***l.*** c., p. 31 [LE 3173 '· XI. Litt enc. ***AJ oaXAAiri uctrdohi,*** UI, L P. 40 (p. 5x0) 'LE ipj . Pro» XII. Adhort «p. Mrtfi Mw, ***l c,,*** p. 684 'LE 3151!. ·* S. C. «fe ib-lupoita. Imtr. Quauôm RHiCK*ei, n. 1430,***l. c.,*** p. 795 (p. 477s) (LE 1064]. '· PtV5 XI, Litt enc. ***Ad caUtoltct w/fJciu, t. c.t*** p. 41 (p. 51 x-

tatcm 40, provideri debet vel dimissione, servatis de lore servandis, vel transitu nd inferiorem classem, iuxta castu.

§ 3 - Nonnisi in singulis casibus, ob causas, proportione servata, vere graves, Superiores dispensationes petere audeant: 1.® quoad tempus novitlatus, etiam secundi anni, vel ei respondentis probationis, et professionis seu incorporationis temporariae; 2.° quoad aetatem et alia quae ad Ordines, praecipue Sacros, requiruntur; 3.· quoad stadiorum omnium, sive in disciplinis singulis tradendis, sive in scholarum frequentia, sive in periculis sustinendis, publicam rationem.

Pars III

DE INSTITUTIONE RELIGIOSA CLERICALI APOSTOLICA SINGILLATIM

Tit. VIL—De institutione religiosa

Art. 35—*Scholae Apostolicae seu Seminaria religiosa minora,* § 1 · Cum in Scholis Apostolicls, sive pro solo proprio Instituto, sive pro Institutis perfectionis In genere, etsi alumni iam imbuendi sint aestimatione ct spiritu vitae altiorls, sacerdotalis et apostolicae, Imprimis tamen vita funditus morali, sociali, Christiana solide instituantur, pro eorum aetate ct capacitate.

5 2- Non quasi novitii habendi vel tractandi sunt, adhibitis disciplina et exercitiis novitlatui propriis, in quorum usu, si praemature assuescant, minorem exinde effectum sperare valebunt.

§ 3-1.® Alumni igitur ne omnino a saeculo segregentur neve prohibeantur a feriis partim saltem apud familiam transigendis, nisi speciali adiuncta locorum et personarum id iudiclo Superiorum dissuadeant.

2.® Haud secus quam ceteris adulescentibus, detur eis facultas exercendi corporis atque hygienlca praecepto, verae christlanaequc urbanitatis leges et In conversando comitas inculcentur. Nihil cedant, ad congruum humanitatis cultum quod attinet, ils qui Statui perfectionis non destinentur 41.

Art. 36—*Nooitiatus religiosus aut prima formalis probatio.* § 1-1.® Novitlatus canonicus In Religionibus, ut valeat, peragi debet: *a}* post completum decimum quintum saltem aetatis annum; *b)* per annum integrum et continuum; *c)* In domo novitlatus (cc. 555 5 1, 556).

2. Ipse religiosae institutioni totus inservire debet, ita ut nullo modo liceat novitlos ministeriis aut exterioribus Religionis munils, vel, dedita opera, studiis vacare (c. 565 § 3); non tamen Inde prohibentur repetitiones seu nracllcae exercitationes, breves, etiam quotidianae, scholae domesticae, quae tamen computandae non sunt In annum scholarem, iuxta Sacrae Congregationis normas 41.

§ 2-1.® Post annum canonicum, qui primus necessario est, salvo apostolico induito 43 (quod nonnisi gravibus de causis est postulandum et serio ponderatis concedendum), longius novitlatus tempus iure particulari, impetrata S. Sedis approbatione, laudabiliter induci potest, hac tamen lege ut, semel inductum, ad nonnam iuris intclllgatur (c. 555 5 2) et sancte fidei iterque servetur neque a Superioribus, salvo legitimo privilegio, coarctari possIL

2.® Longiore hoc novitlatus tempore, exacto nempe anno canonico, disciplina, sapienter a Superioribus constituta. novitii, dum formationem spiritualem nequaquam relaxant, quin etiam eam perficiunt, studiis moderate vacare possunt et in ministeriis Instituti, iuxta Sacrae Congregationis normas, exerceri 41.

3.® Magistro, etiam hoc tempore, novitii plane sunt obnoxii. Dum in domo novitlatus degunt, sed extra eius septa, Magister, iuxta Superioris, ad quem pertinet, normas, curet ut iis debite Invigiletur. Si extra domum novltiatus mittuntur, is qui Magistri vices gerit, ad hunc crebro de singulis referat. Novitii vero liberum cum Magistro commercium epistolare habeant.

§ 3-1.® Hae normae, etsi in Societatibus vitae communis et in Institutis saecularibus stricto iure non vigent, tamen pro omnibus dlrectivae generatlm habendae sunt (c. 677)4·.

513) [LE 3301]. ·· Pira XI. Utt. enc. ***Ad aüWici*** ***L*** c,· Jhr» XH. AÜoc. SAfewiit emeatus 14 ian. 1939. ***A.*** A. S. 33 (1939), 249 (£·- tu 573. p. 533). ‹» pn?< xnt Adhort. ap. ***Sfmti*** AWw» L r, P 685s LE xxjx]. 41 8. C. de Relsdosis» Derr. ***Ad*** 17 iq :o. A. ***A. S.*** 5 (1910). 73<m ***(Encnindien,*** n. 167, p. 1835). ·· Pc q l Cc c s. Intrrprrt., xi kor 1915. lit, ad 1, A. A. S. »7 (1935), 925 fEiuHniv*. n. 366. p. 4B0M LE 116x1. ""S. C. de ReUxioiU, In*u. Pium ***atei, L r*** , P- 53* Φ. 38*1) [LE 376 J. " Pius XII, Const, ap. ***Pmit***

1· Sacra Congregatio ipsns, prout casus ferat, singulis Societatibus et Institutis applicare easque urgere potest.

Art. *3'I—Institutio religiosa et clericalis in novitiatu.* j i - In novitlatu vel aequiparata probatione, necnon per totum subsequens institutionis tempus, alumni spiritu religioso penitus confirmentur, orationi et meditationi assuescant ut familiaritatem cum Deo consequantur, sacram Litnrglam addiscant eaque sese nutriant, amorem ac fidelitatem erga Ecclesiam elusque Caput roborent, desiderium reparationis et animarum salutis colant ac foveant, virtutes strenue exerceant, humilitatem praesertim aliasque evangdicae perfectionis proprias; divinae vocationis excellentiam perscrutare ac magni faccre satagant; proprii Instituti menti, fini et legibus assidue studeant, atque eisdem rite et sapienter imbuantur (c. 565 § 1).

} 2 - Sedulo adlaborandum est ut singuli propriam indolem recte componant; religiosam disciplinam ex intima persuasione et interna caritate amplectantur; ad sinceritatem erudiantur, abhorrentes a fallacia et cuiusvis speciei simulatione, ad fortitudinem et virile robur formentur, ut slbimetipsls moderari valeant; tota institutio intimum animum pervadat atque in eo profundas agat radices.

J 3 - Tum a nimio rigore qui vires frangit vel extenuat, tum a nimia benignitate quae naturae indulget et animum debilitat, caveant Superiores et novitlorum Magistri; delectus attente corrigant et bonas inclinationes ne deprimant, quin e contra perficiant ac firment; sodales denique flnpnt qui homines Dei sint et nostrae aetatis apostoli vigiles ac generosi.

Art. 38—*Prima professio seu incorporatio.* **§ 1-1.°** In Religionibus votorum perpetuorum prima professio novitiatum subsequi debet (cc. 571 § 2, 574 § 1), a qua nova Incipit periodus institutionis spiritualis, progredientis quidem et sodalibus Iam votis ligatis accommodatae, simulque mutuae probationis (art. 7 § 1, 2.°).

2.' Hoc temporis spatium, ex Codicis praescripto ad valorem professionis perpetuae requisitum (cc. 572 § 2, 574 J 1), *triennium* est; prorogandum vero, si aetas ad perpetuae professionis validitatem requisita (c. 574 § 1) longius distet

3.° Triennium professionis temporariae integrum esse debet et continuum accipi solet, sed ex Constitutionibus allove legitimo iure particulari, generatim vel in singulis casibus, potest, prout magis expediat, in annos dividi (cc, 574 § 1, 577 § 1).

4.· Ipsum quoque, salvo n. 2, potest ab homine aut a iure particulari prorogari. Prorogatio ab homine, ad normam Codicis (c. 574 § 2), a legitimo Superiore Maiore in singulis casibus, nd tempus continuum vel intermissum usque ad aliud triennium fieri potest. Prorogatio a iure vi Constitutionum aliorumve legitimorum statutorum et particularium concessionum, omnibus religiosis aut certo eorundem ordini seu classi imponi valet.

5.· Prorogatio, sive ab homine sive a iure fiat, tcmporisspatlum longius vel brevius complecti potest, numquam tamen ita ut vota temporaria sexennium iure statutum (c. 574 J 1 et 2) excedant, salvo privilegio aut Apostolica dispensatione.

j 2 - Etiam In Religionibus, Societatibus vitae commu· niset Institutis saecularibus votorum seu vinculorum semper temporariorum (art. 7 § 2), ante incorporationem definitivam Imponendum est tempus experimenti, iure particulari constituendum, sed servata norma art. 8 § 2, et quidem eadem ratione atque in Religionibus votorum perpetuorum, ut ad vitam perfectionis amplior institutio atque probatio flat.

Art. 39—*Perpetua professio nel incorporatio.* § 1 - 1. Professione perpetua probatio vocationis censetur ex utraque parte absoluta (art. 38 § 1, 1.°) et definitive terminata. Quare ad hanc perpetuam professionem nemo admitti potest qui non demonstretur certe vocatus, solide pleneque instructus, atque undequaque probatus.

Hoc argumenti genus, gravissimum sane, quod non semel iam Decessores Nostri pertractarunt, ac Nosmet ipsi, ut probe nostis, impensissima data opera attigimus 3, catholicos omnes apostolico studio excitet, prout acceptae fidei conscientia imperat; qui quidem id ipsum ad Europae regiones convertant, quae Christianam exuerint religionem, vel ad immensas Americae Australis plagas, quas utrasque probe novimus magnis premi difficultatibus; iidem auxiliatricem praestent operam catholicis Oceaniae et Asiae Missionibus, quae quidem opera magni momenti
227 est in iis praesertim terris, in quibus tam acri, ter proelium Domini sustinetur; item fraternae caritatis officia exhibeant Innumeris christifidclibus, Nobis sane carissimis, qui Ecclesiae decori et ornamento sunt, cum Evangclicam beatltudinem demeruerint, eorum propriam «qui persecutionem patiuntur propter iustltiam1; doleant denique lugendam innumerabilium animorum sortem, ob nostrae aetatis atheorum conatus, eorum praesertim iuvenum, qui In divinarum rerum ignoratione constituti, atque etiam odio in Deum interdum affecti, misere adolescunt. Fatemur quidem tot munera atque incepta necessario et quam celerrime absolvenda esse, eademque exquirere novum in Ecclesia apostolicarum virium incrementum, quo prosiliant in apertum Dominicum campum «innumerae apostolicorum virorum phalanges, illis haud dissimiles, quae in primaeva Ecclesiae aetate exstiterunt» *. At, quamquam haec omnia sollicitudine precibusque Nostris prosequi numquam cessamus, quin etiam sollertiae vestrae enixe commendamus, in praesens tamen opportunum omnino ducimus ad Africam terram diligentiam vestram revocare; Africam dicimns, quae ad cultiorem nostrae aetatis humanitatem clvilemque maturitatem iam emergit, auacque in talis gravitatis versatur rerum adlunctls, qualis fortasse numquam in antiquissimae eius historiae annalibus recensetur.

I

Ex salutiferis progressibus, quos postremis hisce decenniis Ecclesia in Africa feliciter fecit, christifideles habent profecto, cur laetentur ac merito glorientur iure. Ad Petri Cathedram vix evecti, asseveravimus: «... nulli parcemus labori, ut... Crux, in qua est salus ct vita, el longinquas mundi plagas inumbret» ·; quamobrem omnibus viribus Evangelii causam in continenti etiam terra illa provehen-
228 dam curavimus. Hoc testan/tur diciones ecclesiasticae illic valde numero adauctae; latissimum catholicorum hominum incrementum, quorum frequentia magis magisque in dies increbescit; al praesertim Ecclesiastica Hierarchia, quam maximo cum animi solacio non paucis in locis rite constituimus, itemque plurcs iam Africae sacerdotes ad Episcopalem dignitatem evecti, secundum illam «extremam veluti metam» mlssionalis laboris, quae plane requirit ut «Ecclesia apud alios populos flnniter constabiliatur, iisdemque propria, ex indigenis delecta, tribuatur Hierarchia» 7. Itaque in amplissima catholicorum familia novellae Africanae Ecclesiae hodie legitimas suas suscipiunt partes, dum ceterae, quae in fide praecesserunt, fraterna caritate conlunctae, easdem ovantes consalutant.

η

Hanc autem salutarium fructuum ubertatem Evangelii praeconum agmina —sacerdotes scilicet, religiosi religiosaeque sodales, catechlstae, adlutorcs e lalcorum ordine— non sine Infinitis exanclatis laboribus toleratisque aerumnis comparare valuerunt, quorum vim profecto, hominibus ignotam, unus Deus exploratam habet. Hisce singulis universis libenter gratulamur, gratumque hoc loco animum patefacimus Nostrum, cum Ecclesia abunde habeat cur de misslonalibus suis sanctissime glorietur, qui vel In Africa, vel ubicumque possunt, suum ipsorum expleant munus. Amplissimi tamen, quos hic attigimus, mlssionalium laborum successus neminem in oblivionem inducant id «quod adhuc hac in causa faciendum superest, ingentem prorsus exposcere operam Innumerosque opifices» '. Quamvis enim forsitan aliquis perperam aestimet, missionalem actionem, Hierarchia feliciter constituta, mox haberi posse plenam atque fere omnibus numeris absolutam, Nosmet Ipsos tamen sollicitudo omnium ecclesiarum illius continentis terrae quam maxime tenet atque angit. Nonne summa cum animi aegritudine ex hac Apostolicae Se-
229 dis celsitudine ante / mentis oculos habetur, sive grave momentum earum quaestionum quae illic de Christianae vitae ratione propaganda ac penitius excolenda agitantur, sive

■HtMi *ïvηA (A. J.* 5., XI, 1919, p 440 *1 (LE 321b I*u XI HoniiJia ***Acti·*** *pùtu* nrTwi.m *(A. A. S.,* XIV, 1911, p. μι <q.); PU XI Eoe. Lilt, ***ftcrum*** ***EuU»*t** *(A.* Λ. XV11I, 1946, p. 65 Pü XII Eae. Lilt. ***Etan^HÜ*** ***fwuvt*** *(A. A* S.. XLUI, 1951. p. 497 (LE ‘ Merrit., V, io •***A. A.*** S,XUV, IMI, p. 770. · Alkxubo t Maii 19IT. M<fU4S aeSanhU Pw.V//, I,p. 57 · Knc. Lalt. £«N{d«· ***pnwncs: A. .4.*** S., XU11, 1931, p. 507[LE **uiSj.** · Ibid., p 50%

\obis, \encrabiles Fratres, curas anxitudintsque **aJrï** mus Nostras; ac vobis prompte **alacritcr^^^'.** bus, feliciter contingat, ut ad novam melloremoue tot strenuorum apostolorum animi eriganlur/^g

Satis vobis cognita et perspecta sunt tempora. profecto difficiliora, quibus quidem nunc in Africa ife rumque Ecclesia sacras suas inter ethnicos legatione wL movere contendit. Re quidem vera plcraeque recioa» u-n gravibus rei socialis, oeconomicae et politicae Immutati nibus obnoxiae sunt, ut ex eis futuri temporis currai ea xima ex parte pendere videatur, ac praetereundum a» est eventus ad nationum communitatem pertinentes, cm saepe saepius in singulorum populorum vitam rediSt, non semper sapientissimis civitatum moderatoribus facultatem concedere, ut cives adducant ad eos cultioris vita· progressus, quos germana postulat populorum prosperius. Ecclesia autem, cum per omnem suae historiae decunua iam tot Nationem ortum incrementumque spectaverit, tacere non potest, quin perdiligentem consideralionem h eos populos intendat, quos civilis libertatis iura iam adipiscentes cernat. Ac Nosmet Ipsi pluries hortamenta adhibuimus ut Nationes, ad quas res spectabat, nectam ingrederentur viam, et quidem sincero pacis studio mutuique rcrum aestimatione ductae. «Itaque, ut se res bibet —sic unas affati sumus—, illis populis iusta dvilisque libertas, quae magis magisque tempore adaugeatur, haal denegetur, cidemquc nullum impedimentum afferatur»; altéras vero monuimus ut «gratias de suae dignitatis accessione Europae persolverent; cuius nisi rerum omnium auctoritas apud eos valeret, eaedem caeco nationis suae amCliflcandae amore in maximam veteris disciplinae pcrtnrationem ruere et in servitutem adduci pos/sent»1. Nunc Z dum gemina illa hortamenta iterum inculcamus, flagrantissimis Nostris in optatis est, ut in Africa terra tandem animorum concilietur fructuosa illa virium omnium concordia, quae utrimque praeiudicatas opiniones offemionesque excludat; quae pericula et angustias immoderati·: patriae caritatis exsuperet; quae denique cum illis populis, quibus naturales opes affluunt futuraque tempora amdeat, praestantissima Christiani cultus beneficia communicas valeat, quae tantam utilitatem gentibus ceterarum continentium terrarum iam attulerunt.

Haud equidem ignoramus pluribus in Africae plagis turbulenta a «materialismi» athei asseclis disseminari genuina, qui civium studia commovent, mutuam diversarum gentium invidiam sollicitant, ac miseras quasdam rerum condiciones detorquent ad fallendum indicium inani commodi specie, aut ad concitandas seditiose mentes. Quit Nostra sollicitudo est, ut Africae populi auctiorem usque germanamque cum civilem tum Christianam prosperitatem adipiscantur, iisdem cupimus admovere gravia monita, quae de hac re ad catholicos universos lam alias sollemniter habuimus; ac placet paterna prosequi gratulatione Sacros illos Antistites, qui ovibus sibi creditis firmiter ac non semel a falsorum pastorum periculis praecaverunt.

Cum tamen Dei osores suas insidias ac molimina ad continentem hanc terram alacri data opera convertant, aliae occurrunt gravesque difficultates, quibus Evangelii propagatio in quibusdam Africae regionibus praepeditur. Vobis sane haud Ignotae sunt eorum religiosae vitae rationes, qui, quamvis Dei cultum profiteri contendant, multorum tamen animos ad aliam viam facile trahunt et allidunt, quae lesu Christi non est, cunctarum gentium Servatoris. Noster communis Patris animus ad cordatos homines universos patet; verumtamen,/ cum cius in terris vices gera- 251
mus, qui Via, Veritas ac Vita est, summa cum aegritudine eiusmodi rerum condiciones non considerare non possumus. Quod quidem pluribus ex causis proficiscitur, quae sunt plerumque reccntioris historiae eventus; ad id autem nonnihil valuit ipsa agendi ratio quarumdam Nationum, quae gloriantur annalium suorum fastos Christiana luce splendere. Est igitur cur de rei catholicae fortunis in Africa haud levibus anxietatibus teneamur; itemque est cur omnes Ecclesiae filii persentiant sc officio obstringi misslonalibus efficaciorc opera opitulandi, ct quidem tempore opportuno, ut salutiferae veritatis nuntium «nigrae», uti aiunt, Africae afferatur, in qua circiter octingenties quinquagies centena milia hominum idolorum cultui adhuc famulantur.

1 praeterea horum dictorum gravitatem etiam praeub,cfuc animadvertitur, eventuum cursus, qui profecto sacrorum Antistites praecipuosque Africae catholicos viros nunlmc fugit. Dum popufi novas viaTno-

• .4. Λ. S , XLVIH, 1956. p. 40.

vasque rationes aggredi nituntur, ac nonnulli plus nimio allici udentur fallaciis Illius civilis cultus, quem technicum vocant, sanctissimum Ecclesiae officium est nsdem populis, quantum fieri possit, praestanlissima vitae suae suaeque doctrinae beneficia impertire, cx quibus novus proficiscatur socialis ordo Christianis principiis innixus. Quaelibet cunctatio, vel mora, periculorum plena est. Africani enim homines, cum, ad cultiorem vitam quod attinet, postremis hisce decenniis eo progressi sint, quod Occidentales Europae populi nonnisi post plura saecula permcnint, facilius moventur atque excitantur, cum artium disciplinis instituuntur sive thcoreticis sive rerum usui adbibitis; inde fit ut iidem ad mentis habitum eorum, qui omnia ad materiam relerunt, procliviores prolabantur. Hinc rtnun condicio interdum Induci potest difficulter sanabilis, quae, successu temporis, incremento fidei sive in singulorum animis sive in societate haud mediocriter officiat, hm nunc igitur sacris Pastoribus opitulari necessc est, ut
2U quam primum eorum / apostolicus labor succrescentibus temporum necessitatibus opportune respondeat.

Verum auxilia el adiumenta, quae in praesens sacris expeditionibus suppeditantur, nimio minora fere ubicumque sunt, quam ut congruenter operi explendo satisfaciant. Quae quidem rerum inopia, etsi, pro dolor, non tantummodo ad Africam pertineat, Africam tamen, ob peculiarissima huius continentis temporum adiuncta, magis quam ceteras mlssionalium regiones videtur afficere. Hac de ausa opportunum omnino ducimus, Venerabiles Fratres, quaedam de hoc genere quaestionis vobis paulo fusius exponere. Ut exemplis utamur, mlssionalium stationes recens conditae, quarum aetas interdum vix unius vel alterius decennii spatium explet, nonnisi post longum tempus valido deri ex loci incolis delecti auxilio uti poterunt; huc accedit sacrorum operariorum paucitas, qui, in tanta locorum immensitate dispersi, ubi non raro etiam acatholicaram sectarum administri suas proferunt doctrinas, non omnino valent, ubi opus est, advocatam operam praestare. Hic quadraginta sacerdotes inter fere decies centena milia incolarum desudant, quorum tantum viginti quinque milia catholicam fidem profitentur. Illic quinquaginta sacri administri commorantur, ubi vicies centena milia hominum incolunt, cum sexaginta milia catholicorum, qui inibi numerantur, fere totas ad se conversas missionalium vires plane requirant. Hanc autem numerorum notationem non curare catholicus vir omnino non potest; nam per viginti apostolicos viros, ceterorum auxilio missos in regiones Illas, fieri potest ut illuc Crucis vexillum hodie inferri liceat, quo cras fortasse, postquam alii, qui operarii Christi non sunt, eum apostolatus campum excoluerint, vera fides aditum iam habere nequeat. Praeterea ad sacras expeditiones plene explicandas haud satis est Evangelium nuntiare; praesentes Africae sociales atque politicae rationes prorsus expostulant, ut ex christifidelium multitudine, recens ad Evangelium traducta, quam primum delecta etiam viro-
233 rum catholicorum cohors instruatur ac pa/retur. Quantopere igitur mlssionalium numerum adaugere necesse est, ot iisdem hanc quoque exquisitiorem singulorum cultionem atque educationem congruentur absolvant. Haec autem paucorum apostolicorum virorum incommoda in immensum fere semper aggravat externarum rerum necessitas, quae egestatem interdum attingit. Quis congruam auxiliorum copiam Illis recens conditis Missionibus generose suppeditabit, quibus cacdein instanter indigent, cum plerumque in regionibus egenlissimis silae sint, quae valde aptae sunt nd Evangelii causam provehendam? Vehementer dolet apostolicus vir se tot rebus egere, cum sibi plurima explenda munera incumbant; non quidem admirationem, sed nuxilia potius exquirit, quibus, ubi adhuc copia datur, novas inibi valeat mlssionalis laboris stationes ac sedes constituere.

Ad Missiones autem pridem conditas quod attinet, quarum christifidelium frequentia et Christianae vitae fervor suavissimo Nos perfundunt solacio, mlssionalis operis condiciones, etsi valde differunt, haud minores tamen prae κ ferunt anxitudinum causas. Imprimis illic quoque paucorum operariorum acerbissima conquestio est. Revera, qui In Illis territoriis Dioecesibus aut Vicariatibus Apostolids praesunt, officio tenentur, nulla mora interposita, ea omnia apostolatus opera ct incepta excitandi, sine quibus res catholica provehi plcneque explicari nullo modo potat; quae sunt: collegia ac scholae variis christifidelium ordinibus Christiana disciplina instituendis; instituta de re tociali, quorum ope praecipui catholici viri secundum Evanidi! praecepta civitatis bono deserviant; catholicorum denique scripta omne genus fusius in vulgus «minanda; itemque quidquid spectat ud inventa, quibus homines Inter sé ^mmunlc^ quibusque doctrinae evulgantur, quandoquidem neminem la qu

intersit vulgi opinionem ad se trahere recteque conformare. Quod autem praecipuum est, sedula cura est conferenda ad Actionis Catholicae agmina, quo magis magisque eorum gliscat apostolatus ardor; ac pariter re/ligiosis nostrae 234
aetatis necessitatibus liberalibusque doctorum hominum studiis est consulendum, quibus nisi ubere copia veritatis pabulum suppeditetur, timendum est, ne aliunde extra Ecclesiae saepta alimoniam exquirant. Verum, ut variis hisce muneribus pastoralis sacrorum Antistitum navitas par evadat, iidem indigent non modo amplioribus opibus, sed etiam ac praesertim idoneis adiutoribus ad haec varia ministeria suscipienda, eo sane difficiliora quo magis peculiaribus hominum coetibus sunt accommodanda. Id genus apostolicorum virorum agmina instruere ac parare haud facile negotium est, nec brevis temporis; eorumque copia saepe deesL Hinc eo magis urget haec necessitas, ne tot lectissimorum Ingeniorum excultlor portio male desistat ad Catholicam Ecclesiam fidenter intueri. Qoamobrem hanc nactl opportunitatem maximas gestit animus Noster grates persolvere Religiosis Sodalitatibus, sacerdotibus omnibus ac laicis apostolatus operibus addictis, qui de horum temporum gravitate plane persuasi, auxiliatriccm operam suam, non quaesitam interdum, praestiterunt et praestant. Haec omnia incepta et opera, quae Ecclesiae permulta iam commoda pepererunt, una cum omnium se devovendi alacritate, salutarium fructuum spem faciunt quidem amplissimam; cui procul dubio hac In re apostolid laboris campus patet latissime.

At in quibusdam territoriis alia occurrit difficultas; siquidem exitus prosper Evangelii praedicationis requirit ut, successu temporis, apostolicorum virorum numerus congruenti ratione augeatur; quod nisi fit, felices fidei progressus grave in discrimen adducantur necesse est. Quam ad rem crebrius in dies undique ab Institutis Misslonallbus apostolid viri efflagitantur; ea tamen ob imminutum novorum sodalium numerum omnibus simul hisce petitionibus satisfacere non valent. Probe nostis. Venerabiles Fratres, in Africa adauctae christifidelium multitudini auctum pariter et congruenter sacrorum administrorum numerum non respondere. Frequentior quidem in dies illic crescit Clerus ex incolis delectus; at sacerdotes illi serius / 235
tantummodo recte poterunt in suis dioecesibus plenam populi sui aliquando gubernationem suscipere, et quidem semper auxilium praebentibus missionalibus advenis, qui eos ad fidem adduxerunt. In praesens recentioribus hisce christifidelium communitatibus integrum non est, ut gravissimis huius aetatis adiunctis per se ipsae pares exsistant.

Quamobrem, si diffidles has rerum condiciones perspectas habeant, numquid sacris Missionibus opitulandi officium non persentiant plurimi illi ex Nostris filiis, qui nec de fidei dono a patribus accepto, nec de salutis adiumentis, quibus afluunt, debitas Deo grates curant persolvere?

II

Hic, quem vobis, Venerabiles Fratres, summatim descripsimus perfungendi apostolatus status manifesto declarat in Africa iam non agi dc quaestionibus contractioris ambitus et ad nonnulla dumtaxat loca pertinentibus, quas gradatim expediri licet, nulla habita ratione cum iis, quae universam Christiani orbis communitatem attingunt. Cum olirn «Ecclesiae vita, quae aspectabilis est, in veteres Europae regiones vigorem suum praecipue exsereret, unde... in cas affluebat oras, quae terrarum orbis peripheria nuncupari poterant; nunc contra prae sc fert quodammodo mutuam permutationem vitae viriumque inter omnia membra Corporis Mystici Christi» >·. Quae Ecclesiae Catholicae in Africa contingunt, non ad eam tantum continentem terram pertinent, sed ad alios quoque populos, qui extra cius fines commorantur. Quapropter ab omnibus Ecclesiae 8artibus, Apostolica Sede impellente, fraterna auxilia prociscantur oportet, quibus catholicorum necessitatibus subveniatur.

Non frustra igitur accidit, ut ad A'os, Venerabile» Fratres, Nosmet convertamus hac volvente tam magnae gravitatis hora / ad latius Ecclesiae fines proferendos quod al- 236
tinet. «Quemadmodum in mortali concretione nostra cum membrum dolet, cetera omnia condolescunt; et quae sana sunt aegrotantibus suppetias veniunt: ita in Ecclesia singula membra non sibi unice vivunt, sed aliis quoque opitulantur, atque omnia sibi invicem adiutricem operam praestant, cum nd mutuam consolationem, tum ad amplio, rem usque aedificationem totius Corporis» n. Iamvero notu ne reapse Episcopi «eminentIoni universalis Ecclesiae menu

‘· A. Λ. XXXV I!I, p. *» Ear. Litt.

bra habendi sunt, ut qui singulari prorsus nexu iunguntur cum divino totius Corporis Capite, atque adeo iure vocantur partes membrorum Domini primae?»ls. De his magis quam de ceteris asseverari potest, Christum, Mystici Corporis caput, «... requirere membra sua:... primo quidem, quatenus lesu Christi persona a Summo geritur Pontifice, qui ne pastoralis officii onere obruatur, alios non paucos in sollicitudinis suae partes vocare debet»Ia. .-Vetissime igitur cum Christo coniundi eiusque in terra Vicario, vos. Venerabiles Fratres, flagrantis caritatis afflatu commoti, participare studete sollicitudinem illam omnium ecclesiarum u, quae Nostros aggravat umeros15. Vosmet, quos caritas Christi urget, penitus adstringi Nobiscum gravissimo officio sentiatis, dilatandi scilicet Evangelii el toto terrarum orbe Ecclesiae condendae; atque operam dare ne desieritis, ut inter clerum ct fideles late diffundantur spiritus precum et mutuae ferendae opis studia, secundum mensuram caritatis Christi. «Extende —ait S. Augustinus— caritatem per totum orbem, si vis Christum amare, quia membra Christi per orbem iacent»1·.

Procul dubio uni Petro Apostolo eiusque Successoribus, Romanis nempe Pontificibus, lesus Christus gregis sui
237 unlversita/tem concredidit: «Pasce agnos meos, pasce oves meas· XT. Quodsi unusquisque Episcopus portionis tantum gregis sibi commissae sacer pastor est, tamen qua legitimus Apostolorum successor ex Dei institutione et praecepto apostolici muneris Ecclesiae una cum Episcopis sponsor fit, secundum illa verba, quae Christus ad Apostolos fecit: «Sicut misit me Pater, ct ego mitto vos»Is. Haec quae «omnes gentes... usque ad consummationem sacculi»l> amplectitur missio, cum Apostoli de mortali vita decesserunt, minime decidit; Immo in Episcopis, communionem cum lesu Christi Vicario habentibus, adhuc perseverat. In his, namque, qui peculiari nomine «missi» appellantur, nempe Domini Apostoli, plenitudo apostolicae dignitatis residet, «quae est praecipua ln Ecclesia», uti S. Thomas Aquinas testatur1.. Ex eorum pectoribus tandem ille apostolatus ignis, a lesu Christo in terras illatus, inflammet oportet omnium Nostrorum filiorum pectora atque ad missionalem Ecclesiae operam per totum terrarum orbem nova excitet studia.

Praeterea huiusmodi universarum Ecclesiae necessitatum prospicientia vera ratione viventis Ecclesiae catholicam naturam ostendit, «Mlsslonalis operae afflatus —ita Nos ollm elocuti sumus— et catholici spiritus unum et idem sunt. Catholicam esse, praecipua Ecclesiae nota est, ita ut Christianus homo addictus ct adstrictus Ecclesiae minime sit, nisi pariter sit addictus et adstrictus christifidelium universitati, atque adeo percupiat ut eadem ubicumque gentium radices agat et florescat» 21. Nihil ab lesu Christi Ecclesia tam alienum est quam divisio; nihil eius vitae lam obest, quam si eius membra vel in segregem solitudinem diffugiant, vel ln se ipsi plus aequo convertantur, vel denique quomodocumque privatas proprii coetus utilitates unice curent; haec studia sane efficiunt ut
233 pe/cullaris quaedam Christiana sodalitas, quaecumque sit, introrsus se colligat. «Omnium nationum, omnium populorum, aeque ac singulorum hominum parens», nostra nempe sancta Mater Ecclesia, «nusquam terrarum extranea est; ipsamet vivit aut saltem natura sua ln omnibus populis vivere debet»ss. Rursus —hoc asseverare opus est— nihil cx iis quae ad Ecclesiam, Matrem nostram pertinent, singulis Christianis alienum est, neque esse debet: quemadmodum eorum fides, fides est universae Ecclesiae, corumque supernaluralis vita propria totius Ecclesiae est. Ita solacia, angustiae Ecclesiae, corundem erunt solacia et angustiae; ilemque Ecclesiae prospectus atque proposita, quae universa complectuntur, suetae eorum Christianae vitae prospectus conslllaque erunt. Tunc sponte fiet, ut Romanorum Pontificum adhortationes, quae magnis respondent apostolicis muneribus in toto orbe explendis, eorum In animo plane vereque catholico resonent vcluti hortationes prae omnibus libentissime excipiendae ac summa cum gravitate summnque cum instantia perpendendae.

III

Cum Inde ab originibus sancta Ecclesia ad divinum verbum usquequaque propagandum natura sua compellatur, eadem ad officium suum obeundum, cui deesse nescii, numquam destitit a suis tiliis triplicem opem expetere: nempe preces, adiumenta, et a nonnullis etiam sui ipsorum donum. In praesens quoque sacrac expeditiones m, praesertim quae ad Africam pertinent, a catholico trina huiusmodi auxilia exposcunt.

Imprimis igitur optamus, Venerabiles Fratres, ut hv ad rem effusiores et flagrantiores Deo admoveantur w». ces. Vobis opera danda est, ut enixae ac sine Interndw-.'* a sacerdotibus vestris et a vestris christifidelibus tiones fiant ad sanctissimam hanc causam agendam. 0> portune chrlstifideles edo/cendo et de Ecclesiae vitali^ a nuntios rite referendo, huic, quod supra diximus, prtaa studio quasi alimentum quoddam suppeditabitur, ad quidem fundendas preces animi acrius exstimubbunter certis liturgici anni temporibus, quae ad sacras fovendas provehendasque expeditiones aptiora videntur. Ad tempora potissimum pertinere putamus Sacrum Advnj. tum, quo humani generis exspectatio de Servatore litur et salutis provida praeparatio recensetur, Epipharia» festum, quod hominibus ortam pandit salutem; Pentecoste denique, qua. Paracleti Spiritu flante, condita Ecclesia lebratur.

Praecelle.ntissima autem precatio est ca, quae a Chnr.o lesu, Sacerdote Summo, Deo Patri cotidie ad aras adbibitur, dum sanctissimum renovatur Redemptionis sacrificium. Quamobrem hac praesertim aetate nostra, ex ça permultis in locis futura Ecclesiae Incrementa fortasse pendent, quam plurima Eucharistica Sacrificia Deo pn sacris Missionibus offerantur; id ipsum concinit cum optatis Domini, qui Ecclesiam suam diligit, eamque vult pe? universum orbem florescere ac dilatari. Etsi privata: christifidelium petitiones prorsus legitimae habendae mt, expedit tamen in eorum memoriam revocare, quorsus imprimis ac necessario spectet ipsa altaris Sacrificii celebratio; quod quidem Canon latinae Missae ita declarat: «in primis... pro Ecclesia tua sancta catholica, quam pacificare, custodire, adunare et regere digneris toto orbe terrarum». Haec sitissima Ecclesiae consilia fideles penita percipient, si animo reputaverint doctrinam a Nobis per Encyclicas Litteras *Mediator Dei* traditam, per quas docuimus quodlibet Eucharisticum Sacrificium habendum esse actionem Ecclesiae nomine peractam, quia «altaris administer personam Christi utpote Capitis gerit, membrorum omnium nomine offerentis» 53. Quae cum ita sint, Ecclesia omnis per Christum aeterno Patri oblationem suam sanctam exhibet <pro totius mundi salute». Quidni igitur christifidelium precationes in eodem Sacrificio u m cum / Summo Pontifice, Sacris Antistitibus atque Ecclesia 2* universa Deo studiosius usque admoveantur, ad implorandam novam Spiritus Sancti gratiarum copiam, ob quam «profusis gaudiis totus in orbe lerrarum mundus exsultat!»

Magis magisque igitur, Venerabiles Fratres, impensis ad Deum adhibete preces. Curas cogitallonesque conferre ne desistatis ad tot populos, plane innumeris spiritualibus angustiis detentos, quippe qui vel tam longe a veritatis tramite adhuc aberrent, vel subsidiorum ad perseverandum tanta inopia laborent. Christo conluncti coram Paire Caelesti adstate supplices, ac per vos iterum iterumque ad eum Illa ascendat precatio, quae omni aetate apostolicorum virorum propria fuit, utpote quam Apostoli adhibuerint primi: «sanctificetur nomen tuum, Liat voluntas tua sicut in caelo et in terra»! Tum enim Del honore einsque amplificandae gloriae studio unice ducimur, cum vehementer cupimus, ut ipsius regnum, quod est regnum iustitiae, amoris et pacis, in universo terrarum orbe tandem instauretur. Hoc autem divinae gloriae studium, si cum flagranti erga fratres caritate iungatur, nonne proprii verique nominis sacras promovendi Missiones alacritas censenda est? Ita enim apostolici adiuvantur operarii, qui Dei praeconum partes iu primis sustinent.

Numquid praeterea ex sincero animo ea pro sacris fovendis Missionibus proficisci potest ad Deum adhibiti oratio, quae, pro uniuscuiusque facultate, caritatis opera veluti comites non habeat? Ad rem quod attinet exploratam plane habemus, ac magis quam ceteri, effusam Filiorum Nostrorum liberalitatem, ut plurima et pulcherrimi testimonia Nobis continenter declarant. Hisce generosis spiritibus profecto debentur mirifica rei mlsslonalis incrementa, quae a primordiis volventis huius saeculi habita sunt. Quamobrem grata cupimus hoc loco prosequi vocibus catholicarum Missionum inceptis sollertem operam navant caritateque alitam; Itemque peculiari laude honestare / volumus eos omnes, qui. Pontificiis Operibus Mis- 2U sionallbus addicti, nobilissimum illuti, etsi interdum lngratum, susceperunt onus, stipes nempe Ecclesiae nomine ı miogan.Vi, quasi mendici effecti pro recentloribus sacrarum Missionum fidelium communitatibus, in quibus Ec-

A. A S,, XXXV. p. too (LE t75Q“ fUcL. p. ix x. u Ibid., p jxj. ‘‘Cfr *It Ctr..* XI, iS. ‘‘Cfr // O., V, 4. ’· ln *Ep. Imnu ad Parthm,* Tr. X. n. fc *P. L·* . XXXV, 2060. »’ fam., XXI. x6-lS. ‘‘ Ioasm , XX, «I. *· Μαγτη., XXVUI. ·■ *Eipca.* v» *Ep. *4 R*i.,* cap. I, lêcL I, I L P>er’KV», i$6j, XΠ1, 4 ri Duc <›› *t Rdlica^uatei* J» Sim SanltU Pw *XII,* VIII, p.)>S. ·· *A. A. S.t* XXXVIII, P «$· “ .4. .1. S.. XXXIX, I947. p.

ctaia tantam suam gloriam sunmquc spcni collocatam iubet. Dilectis hisce (illis gratulamur ex animo, tiuemadmodum gratias quoque maximas helc libet iis ftûm omnibus, qui apud S. Consilium Fidei Propagandae iberem operam suam praestant, quandoquidem ipsis, pneeunte dilecto Filio Nostro Cardinali Praefecto, magnae une molis negotium est concreditum, rem nempe missio-Mlemin amplissimis continentibus terris provehendi.

\t apostolici muneris conscientia ducti, fateri compellimur, Venerabiles Fratres, longe adhuc abesse ut subsidia vestra, quae libentisslmo sane animo excepimus, innumeris mlsslonalis operis necessitatibus plene satisfaciant. Cotidie Soi instanter appellant ct sollicitant Evangelii praecones, quos acerbe angunt vel Ecclesiae bonum promovendum, vel removenda incommoda, vel aedificia excitanda, quibus omnino opus est, vel denique apostolatus varia opera condenda. Qua de causa vehementi animi aegritudine afficimur, cum omnibus hisce iustlssimis expostulationibus minime Nobis respondere fas sit, uti oportet, sed tantum exparte et rationc non satis idonea. Exemplo sit hac de re Pontificium Opus a S. Petro Apostolo. Amplissima profecto ab hoc Instituto subsidia in catholicarum Missionum regiones mittuntur; at sacerdotii candidati, Deo favente, in illis territoriis quotannis numero augescunt, atque adeo uberiora usque expostulant adiumenta. Numquid iuvenes, qui providentis Dei consilio in praesens ad sacerdotalia munera vocari videntur, pro auxilii accepti paucitate, minore numero admittantur? Numquid a Seminariis tot adulescentes —qui sacerdotium alacri animo affectant suique optimam spem faciunt— ob pecuniae angustias excludere tas est, ut alicubi contigisse Nobis nuntiatum est? Absit
2Û ut catholici homines,qui, uti par/est, maximi pendant officiorum suorum gravitatem, renuant peculiaria onera ultro suscipere ad hisce necessitatibus subveniendum.

Non angustias temporum ignoramus; non difficultates, quibus veteres Europae ct Americae dioeceses affectae sunt et afflictae. Sed si res ad numeros revocetur, facile intellegatur paupertatem, qua unae laborent, quasi commodum aestimari posse, si conferatur cum condicione tristissima in qua aliae versentur. Ceterum hacc perperam inter se comparantur, quandoquidem minus his refert rationes inire, quam chrlstifideles omnes, quemadmodum auspicata occasione oblata olim iam fecimus, cohortari. ‹ut sub signis christianac abstinentiae et devovendi se studii, ultra quod morales leges praescribunt, volentes militent, pro uniuscuiusque propriis viribus, prout Dei gratia exstimulat, prout munus, quod exercetur, concedit... Quae quis subtraxerit vanitati— hoc etiam addidimus— impendat caritati, et Ecclesiae et pauperum necessitatibus rmsencors occurrat» *4. Quam multa autem et egregia opera sacer aliquis missionalis, qui, rerum inopia circumventas, in apostolico exercendo munere retardatur, patrare posset pecunia, quam christifidelis quivis in fluxa oblectamenta haud raro impendit' Oportet ergo singulos Ecclesiae ullos, singulas familias, singulos Christianorum coetus, ad hoc quod attinet, diligenter in se ipsos inquirere. Itaque, illud memoria recolentes: hoc est «gratiam Domini nostri lesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis» 2\ nonnihil eorum, quae supersunt, atque interdum etiam eorum, quae necessaria sunt, erogate! Ac mementote in vestra liberalitate posita esse incrementa, quibus religionis fines latius propagentur,- atque novam speciem induturum esse terrarum orbem, si triumphaverit caritas.

Cum Ecclesia in /Vfricae regionibus, sicut aliis in plagis
M mis.sionali opere excolendis, Evangelii egeat praeconibus, iterum vos, Venerabiles Fratres, appellamus, rogantes ut omni, qua possitis, ope studiosi sitis adiutores eorum, qui, divino vocati instinctu, sive sacerdotes sunt, sive religiosi, live religiosae, ad mlssionalia capessenda munia asciscantur.

Vestrum est Imprimis, quemadmodum supra diximus, christifidelium animos ita confirmare ac talem iis inicere sollertiam, ut Ecclesiae totius sollicitudines participent, ‹ libentius aures praebeant Domino, sive olim sive per hominum aetates omnes, imperanti: «Egredere de terra toa et de cognatione tua, ct de domo patris tui et veni in terram, quam monstrabo tibi» Quodsi homines ad stadia huiusmodi vere catholica in domestico convictu, in scholis, in paroeciis, in sodalitatibus ab Acctione Catholica aliisque in piis coetibus, informati fuerint, non est dubium quin Ecclesiae subsidio mittant ministros, quibus haec indiget ad verbum divinum inter m disseminandum. Nec praetereundum est hunc animorum ad rem missionalcm ardorem, in studii, quo tatam, pignus esse novi religionis pietatisque stua q

m A A.S. XLH. *95°· P 7*7. VUl. *

caedem inflammentur. Fieri autem non poterit ut christifidelium pereat communitas quae filios filiasque Ecclesiae donet. Si ergo vita supematuralis caritate efficitur, atque se devovendi studio augetur, non immerito affirmari licet vitam catholicam nationis cuiuslibet perpendendam esse oneribus, quae ipsa pro opere missionali ultro suscipit ac sustinet.

Non autem satis est curare ut propensae sint ad hoc negotium hominum voluntates, cum multo maiora postulentur. Plures enim sunt dioeceses, quibus, Deo favente, talis suppetit sacrorum administrorum copia, ut nullum detrimentum accipiant, si aliquorum sacerdotum iacturam forte faciant. Ad eas praesertim paterna cum animi sollicitudine Evangelii illam convertimus sententiam: quod superest date pauperibus 27. At / cogitatio convolat Nostra 244
item ad Fratres Nostros Episcopos, qui angore afficiuntur, cum magis magisque sacerdotii vel religiosae vitae candidatos formidulose videant rarescere, et ovium sibi creditarum spiritualibus necessitatibus obvenire nequeant. Eorum anxietates participamus eosdemque, quemadmodum S. Paulus Corinthios, alloquimur: «Non ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio; sed ex aequalitate» îs. Attamen dioeceses, quae huiusmodi inopia laborant, ne excludant a se supplicem vocem, quae dissitis sacris expeditionibus invocat opem. Viduae obolus a Domino profertur in exemplum imitandum; si pauper dioecesis alteram dioecesim pauperem iuvat, minime potest contingere, ut ca inde indigcntlor fiat, cum Deus se libcralitate vinci non patiatur.

Quo autem efficacius expediantur multiplices quaestiones, quae ad Evangelii praeconum conquisitionem et delectum pertinent, singulorum nisus minime suppetunt. Dc iis quaestionibus in coetibus pertractate, Venerabiles Fratres, et ad easdem solvendas utimini illis institutis, si qua sint, quae intra cuiusque vestrum Nationis ambitum missionibus provehendis operam praestant. Hoc modo facilius erit aliis alia adlcere instrumenta, quibus adulescentium voluntates ad sacras expeditiones divinitus inclinatae efficacius excitentur, et leviora evadant commissa vobis munera, quae in solidum vos communi Ecclesiae provehendo bono adstringunt. In dioecesibus vestris enixe fovete Missionalem Cleri Sodalitatem, quae a Decessoribus Nostris tam saepe et a Nobismet ipsis commendata est. Iam ad fastigium Pontificii Operis eam eveximus, ita ut nemini liceat in dubium revocare sive bonam aestimationem, qua Nos eam prosequimur, sive fructuum exspectationem, quos ex eius incrementis prospicimus. Arcte igitur coalescant conatus, qui ab Ecclesiae Pastoribus et ab iis, qui pro credito munere sacris Missionibus vacant, eliciuntur, cum maxime ex concordia prosperi rerum eventus pendeant. In memoriam hic placet revo/care Praesides Pon- 245
tificiorum Operum Missionalium cuiusvis Nationis; quorum navitati favebitis, Dioecesana Consilia eorundem Operum studio et auctoritate vestra prosequendo. In memoriam etiam reducimus Moderatores illorum Institutorum, optime de re meritorum, quos Apostolica Sedes appellare non desistit, ut sacrarum expeditionum instantioribus necessitatibus prospiciant, quique nequeunt Evangelii praeconum numerum adaugere, nisi Ordinarii locorum eorum industriam benevolenti animo sustineant. Operam date, ut mutua consensione veri nominis utilitates, quae intento animo perpendendae sunt, concilientur. Hae si In praesentia trahi in diversum interdum videantur, quidni omnia satis valida fidei alacritate iterum considerentur, supernatural! unitatis et catholicitatis Ecclesiae causa ob mentis oculos proposita?

Eodem animi affectu, qui fratema consensione operam cum aliis sociat ct sui commodum neglegit, in id incumbite, ut Africae ct Asiae juvenibus, qui prosequendorum studiorum causa ad tempus vestris in dioecesibus degunt, spiritualis cura Impertiatur. lidem, a necessitudinibus socialibus patriae suae avulsi, saepe multas ob causas apud gentes, quae eos excipiunt, haud salis catholicorum societatem frequentant. Hanc ob rem in discrimen adduci potest eorum Christianae vivendi ratio, cuni verae novi humanitatis cultus virtutes et laudes, quas inquirunt, eos adhuc lateant, itemque «matcriallsmi» placita vehementer eos trahant atque atheorum sodalicia eorum fiduciam sibi allicere contendant. Quantum, sive ad praesentia sive ad futura quod attinet, hoc intersit, vos minime fugit. Quapropter Missionalium Episcoporum sollicitudinibus permoti, nonnullos idoneos piosque sacerdotes huic apostolatus formae addicere ne dubitetis.

Alia opitulandi ratio, onerosior sane, quae ab aliqulbu* sacris Antistitibus invecta est, eo efficitur, quod ii. licet gravamen sentiant, sinunt hunc illunive sacerdotem r dloe-
"Cfr. Ite. XI, 4Î. ··// c^., viti, tj

ccsi abire et certo temporis spatio Africae locorum Ordi-
246 nariis opem *Item.* Id enim quam maxime ad hoc confert, ut nempe sapienter et considerate illic sacerdotalis ministerii novae ac peculiares formae constabiliantur, itemque ut dioecesani cleri sacra et profana docendi munera suppleantur, quibus illi non suppetunt. Ad haec opportuna et frugifera perficienda incepta libenter adhortationes Nostras admovemus. Si haec prudenter parata et subinde in rem adducta fuerint, catholicae Ecclesiae in Africa hac aetate, quae difficultatibus ct spe referta est, sumini momenti utilitates afferentur.

Adiumentum denique quod missionalibus dioecesibus hodie praebetur, aliam quoque viam ac rationem suscipit, quae Nobis oblectamentum inicit, et digna sane est, quae vobis, antequam his Litteris finem facimus, proponatur. Actuosum est munus, quod laici, sub Ecclesiae signis militantes, plerumque in Institutis catholicis sive ad singulas Nationes sive ad totum orbem pertinentibus operam suam navantes, pro recens exortis Christianis communitatibus acceptant. Huiusmodi opis collatio poscit sane alienis commodis debitum studium, moderationem, prudentiam: at multopere prodest illis dioecesibus instantia novorum apostolicorum munerum pressis. Hi laid sub Christi vexillo militantes, et plane obsequentes Episcopo, qui in sc apostolatus summam recipit, prorsus cum catholicis Africae, qui fraterna huiusmodi auxilia aeque pendunt, consentientes, utiliter exhibent recens constitutis dioecesibus experientiae usum iamdiu sibi comparatum, sive ad Actionem Catholicam ct actionem socialem, sive etiam ad alia peculiaris apostolatus genera quod attinet. Praeterea — quod haud minoris utilitatis est — ii citiorem faciliorem-que reddunt coniunctlonem singulorum catholicorum Institutorum suae Nationis cum illis eiusdem generis innumeris, quae ad omnes pertinent Nationes. His omnibus egregiam operam in Ecclesiae commodum utilitatemque
247 impensam libenti animo/ gratulamur.

IV

Dum ergo pro sacris Africae Missionibus gravem instantis hortationis Nostrae vocem attollimus, animus Noster, ut vos probe intellegitis, Venerabiles Fratres, oblivione non capitur eorum filiorum, qui aliis in continentibus terris ad Ecclesiae profectum se conferunt. Hos omnes Nos diligimus, imprimis autem qui in extremis Orientis plagis acerbiora patiuntur. Quodsi singularis status Africae has scribendi Encyclicas Litteras occasionem dedit, nolumus tamen his finem facere, quin universas catholicae Ecclesiae sacras expeditiones postremo oculis Nostris complectamur.

Vobis, Venerabiles Fratres, quorum pastorali curae regiones illae, ubi recens Evangelii semen iactum est, sunt concreditae, quique multo cum labore conditis aut constabilitis novas Ecclesiae communitates, volumus hae Litterae non solum paternae Nostrae sollicitudinis pignus afferant, sed etiam testimonium, quo innotescat universam a lesu Christo conditam societatem, ob amplitudinem et difficultatem munerum vobis creditorum acriter expergefactam, vobis quam maxime adesse ut operam vestram precibus, adiumentis optimorumque filiorum suorum ministerio luvet. Quid interest, vos ab arce catholici nominis tanta locorum longinquitate separari? Nonne Ecclesiae cordi propinquiores illi ex eius filiis sunt, qui virtute praepollent et asperiora sustinent? Vobis etiam, Evangelii praecones, sacerdotes ex singulis regionibus delecti, religiosi ct religiosae sodales, sacrorum alumni, catcchlstae, laici militantes sub Evangelii signis, vobis denique omnibus, lesu Christi religionis satores, qui per terrarum orbem dissiti cl ignoti estis. Nostri grati ct fidentis animi testimonium proferimus. Firmiter in opere incohato perstate, gloriantes vos Ecclesiae servire, eius voci oboedire, eius afflatu et spiritibus magis magisque moveri ac vinculis fraternae caritatis coniungi. Quantum, dilecti filii, solacii
218 vobis affertur et quam/ certae victoriae pignus affulget, cum cogitatis obscurum ct pacificum certamen, quod pro Ecclesia ipsi certatis, non esse tantummodo vestrum aut aetatis vestrae aut vestri populi certamen, sed perpetuum Ecclesiae universae proelium, quod strenue gerendum omnes cius filii suscipiant oportet, cum Deo, et fratribus acceptum referre debeant fidei donum sacro baptismate datum.

«Sl cvangeliravero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi Incumbit; vae enim mihi est, sl non evangelizavero» n. Quidni haec vehementia monita ud Nos reteramus, ad lesu Christi nempe Vicarium, qui ex apostolico munere constituitur «praedicator ct apostolus... doctor gentiun b fide et veritate?»30. Dum Igitur catholicis Missionibus p. minum patrocinium S. Francise! Xaverii et S. Teresh· ab Infante lesu, tutelam omnium Sanctorum Martyrem et praesentissimum matemumque Deiparae Mariae Vlrp. nis Apostolorum Reginae praesidium invocamus, No& placet Ecclesiae Iterare victricia illa verba divini Conditoris sui: *Duc in altum 31.*

Atque interea fore confisi ut hisce hortamentis Nortrii catholicorum omnium actuosa voluntas ita respondeat, ot, divina aspirante gratia, sacrae eiusmodi expeditiones ad ultimos usque terrarum orbis terminos Christianae vwiü· tls virtutisque lubar, una cum civilis ipsius cultus incremento, afferre queant, paternae benevolentiae Nostrae testem ct caelestium munerum pignus, Apostolicam Benedictionem vobis singulis, Venerabiles Fratres, grtgHms- que vestris, ac nominatim universis Evangelii praeconlbw, qui tantopere Nobis cordi sunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxi mensis Aprili.·· in Festo Resurrectionis D. N, lesu Christi, anno mdcccclhi Pontificatus Nostri undevicesimo.—Pius Pp. XII.

«·/ *Tim*, II, 7 " Lee., V, 4.

2651

1957 APR 25.-SC STUD., DECR. AAS 49 (1957) 63M40

Catholica studiorum universitas «lovanium» in urbe **LEOPOLDOPOLITANA (LÉOPOLDVILLE) AFRICANAE CONGOLENSIS DITIONIS CANONICE ERIGITUR, INCLUSA SACHAE THEOLOGLAE FACULTATE**

Afrorum amplissimas regiones Catholica Ecclesia maten» amore constanter prosecuta est, quo citius pleniusque ad temporalem aetemamque salutem rite disponerentur, ad Veritatem in primis immutabilem amplectendam quae ad veram Vitam viam aperit, neque umquam / assiduam solllci- 01
tudinem relaxavit erga vastam illam continentem terrea tot populis florentem ad omnes uno ovili sub uno Pastore congregandos. Quamobrem Belgarum Episcopi, praeeunti Emïncntissimo P. Domino losepho Ernesto S. R. E. Cardinali Van Rocy, Archiepiscopo Mechlinlensi, cum vide- rent «regiones quae iam albae sunt ad messem», post triginta fere annos praelimlnarium laborum ad scholas tum medicas tum agricolas ac negotiatorias condendas, impellente ac moderante Catholica studiorum Universitate Lovaniensi, providenti consilio a. D. mcml alliorum studiorum domicilium in ditionis Congolensis Leopoldopolltana metropoli instaurandum deliberaverunt. Spatiosis itaque Athenaei aedibus ingenti molitione a fundamentis excitatis, a. D. MCMLiv praelectiones annoque mcmlv examina ad academicos gradus assequendos inchoata sunt, sollemni Regni Belgarum agnitione tandem accedente. Ad culmen autem toti operi imponendum, studiorum Universitati quae •Lovanium» nuncupatur ac quattuor Facultatibus constat (Philosophiae nempe Litterarumque, Medicinae, Scientiarum Socialium ac .Administrativarum Disciplinarum) necnon Agronomiae Instituto, instantissimis precibus laudati Eiîri P. D. Cardinalis Archicplscopi Mcchllniensis libenter obsecundans. Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus canonicam erectionem ad normam can. 1376 C. L C. concedendam statuit, simulque Theologicam Facultatem erigendam decrevit ad normam articuli 1 Constitutionis Apostolicae *Deus scientiarum Dominus* (LE 1030], universi Athenaei «Statutis» tum generalibus tum Facultati Theologicae propriis (ad praescripta eiusdem Apostolicae Constitutionis plane accommodatis), scite lectis atque probatis. Quapropter eadem Sacra Congregatio, auctoritate a SS. D. N. Pio Div. Prov. Pp. XII sibi peculiariter tributa, ad gloriam Dei O. M., Sanctae Ecclesiae decus animarumque salutem *Catholicam Studiorum Universitatem «Loivintum»* quae in Leopoldopolitana Africae civitate lectissimos iuvenes religione ac bonis artibus imbuit altioribusque doctrinis *constituit erigit* atque In perpetuum *erectam declarat* cum omnibus facultatibus ac Institutis nunc ipsi inclusis, quibus praeponit *Theologia' Facultatem* ad mentem propriorum Statutorum Inde a vertente anno instaurandam, agnitis iuribus, honoribus et privilegiis quae ad huiusmodi Athenaea in universa Ecdesla de more pertinent, ac insuper iubet ut omnia ad effectum adducantur quae memorata Statuta tum de coetu ad regimen adminlstrationemquc definiunt tum de magistrorum

ilumnorumque of/ticiis praclliP„unl:l'cl''il'' 'X?nnuluV]™
110 «nandis; contrariis quibuslibet nullatenus obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Callisti, d. xxv m. Apnlis, in Festo S. Marci Evangelistae, a. D. mcmlvii.–I. Card. Pulsrdo, Ep. Albanen., *Praef.* C. Conialonleri, Arehlep. Nicopolitan., *a Secretis.*

2652

1957 APR 30.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.·

CIRCA MODUM DECLARANDI NULLITATEM SECUNDI MATRIMONII, STANTE DUBIO POSITIVO ET INSOLUBILI DE VALIDITATE PRIMI MATRIMONII

Dubium—**A woman petitioned the Tribunal of the Diocese cf Worcester to annul ncr marriage on the grounds of Ligamen. She married a man who presented himself as a Catholic, but whose baptismal record could not be found. He was bipliied conditionally prior to the marriage, which took place in the Church in another diocese—not Worcester.**

The couple moved lo the Midwest, and the husband was ■nested for failure to register for the draft. During the trial which convicted him as a draft-doger, the F. B. I. discovered the man was a bigamist who used at least seven aliases. His tint marriage was in San Francisco in 1933—there is no record of any divorce. Then in 1936 he married in Carson City, Nevada, using an alias. This lasted six weeks—the girl divorced him. In 1933, he married another girl in Corsicana, Texas—a divorce followed In 1910. In June, 1940, he married a girl at University City, Missouri, but this marriage was annulled in September, 1940, because on May 13, 1940, he had married a girl nt \uma, Arizona. In each of the above marriages he used a different alias. Records of these marriages were obtained by the Tribunal.

On January 31,1942, he married the petitioner in the Church, failing to mention his marital escapades prior to that date.

The investigation made by the Tribunal of the Diocese of Worcester failed lo disclose the present whereabouts of any of the wives of the defendant, lheir religion, or marital status at the time of their marriage. In view of this lack of evidence, and since it was impossible to find the defendant or to know his true religious status prior to 1942. the Sacred Congregation of the Holy Office was asked to give a decision.

8?ly 0,f,Ce resPonded on April 30. 1957, rrou ao. **zy/2-3bm:**

Ad rem notum Excellentiae Tuae Rcvmae fncio hac in causa procedendum esse ad normam interpretationis Pontificiae Commissionis authenticae interpretationis Codicis Iuris ??? u quae._od dubiurn: stante positivo et insolubili ΪλΓΓ ? priral matrimonii, invalidum, vi can. 1014, declarari debeat secundum matrimonium» respondit ■fGnnalivc, dummodo causa definlntur ad ordinarium tramitem iuris.

Alter a solemn process, the Court of First Instance declared iΛι marriage invalid on grounds of Ligamen. Case is now in process in the Court of Second Instance.

PrOt· N· 2972›'Se »"»« summarium Jurist 17

2653

1957 MAI 3.-SC SACRAMENT., NORMAE. PART.·

CIRCA CELEBRATIONEM MATRIMONII EMIGRANTIUM ITALICORUM IN HELVETIA

Matrimonio di emigranti in Svizzera

Roma, 3 maggio 1957.

Reriho Padre, **A risconto della Sua pregiata n. 1-24000 del 24 aprile c. o., questa S. Congregazione osserva quanto segue rebtivamente ai matrimoni degli emigrati Italian! in Svizzera:**

1) La sanzionc di cui all'art. 2 della Istruzione di questa S. C del 1 **luglio 1929 (A. A. S., vol. XXI, pag. 351 e segg.), [LE914), si applica solamente a carico degli sposi cattollci che dopo il concordato osano** *in Italia* **contraire civilmente.**

Can. 288—Patriarchae habere debent Synodum perm·nenter constitutam quae eos iuvet in maioris mocall negotiis expediendis quaestionibusque definiendis qo* patriarchatum respiciunt.

Can 289—§ 1. Svnodus permanens constat Patrii; cha praeside et quatuor Episcopis ad quinquennium nominatis.

§ 2. Horum Episcoporum duo ex residentialibus esse debent, designati ex ordine, ratione antiquioris episcopalis ordinationis./

9 3. 1.° Ceterorum Episcoporum alter a Patriarcha libere nominatur, alter ab Episcopis Patriarchae sublectis ud normam canonum eligitur. Hi Episcopi, exacto quinquennio, ad idem officium iterum assumi possunt;

2.® Eodem tempore ac modo, designetur Episcopus qui sodalem Synodi permanentis, a Patriarcha nominatun vel ab Episcopis electum, impeditem substituat.

§ 4. Synodi permanentis sodales esse non possunt Il de quibus in can. 109, § 1.

Can. 290—§ 1. Si Patriarcha impediatur quominus Synodo permanenti intersit, Synodi sessionibus prawt, firmo iure particulari, antiquior episcopali ordinatione inter Episcopos Synodi sodales, redintegrato quinario numero per Episcopum substitutum a Patriarcha ad normam can. 289, § 3, n. 2, designatum.

§ 2. 1.® Quoties Episcopus Synodi permanentis sodalis impeditur quominus sessionibus Synodi intersit, substituitur, si sit ex duobus Episcopis de quibus in can. 28?. § 2, Episcopus immediate ex ordine sequens; si sit ex ceterl^duobus, substituitur Episcopus de quo in an. 289, § 3, n. 2;

2.® Si cum Episcopus, Synodi sodalis, a Patriarcha vel ab Episcopis electus, tum eius substitutus impediantur quominus intéressé possint Synodi sessioni, ct urgeat negotii definitio, idem Episcopus suffragium mittat ad Patriarcham per litteras, aperiendas in Synodi sessione.

§ 3. Quoties Synodus permanens definire debet negotium quod personam alicuius Episcopi Synodi sodalis vel eius eparchiam tangat, hic quidem audiendus est, sed in Synodo ei substituatur alius Episcopus ad normam f 1

Can. 291—§ 1. Munus secretarii Synodi permanentis gerit unus cx Episcopis synodalibus ab eadem Synodo designatus; acta autem ses'sionum praeses et omnes Synodi sodales subscribere debent.

§ 2. Patriarchae est presbyterum qui archivi Synodi

XII-XIV; «ect. III, cap. I, art. III, IV, xx); Syn. Libanen. MaxoniUrasx, a 1736, pars II, cap. II. :r. cap III, j; Syn. Zanwtcn. Ruthenorum. a ttw. tiL HI. I II; Syu. Sctarlcn. Syrorum, a. xS33, cap. V. art. III, 4, V-\T, cap. VII, art. III, 6. 6).

Di curia r^ruirckali.—Syn. Lib.meji. Maronitarum, a. 1736, par» III, exp VI, 6.

Can. 2«.—Syn. ConaUnüncpoUtan. IV, a. 869. can. 26; S. C. de Prw. Fide, 35 un. 1830. dub. 10. - Syn. Libanen. Maxonitamm, a. X73S, pan IV. **C4p. VII, 8.**

Can. I j — • Tbrophihx» AJexaadrixv, caa. ta

permanentis curam suscipiat eligere, eumque a munere amovere.

Qn. 292—Svnodus permanens negotia decidit per suffragia quae debent esse secreta.

Can. 293—A decretis Synodi permanentis, extra ordinem Judiciarium datis, circa ea quae eidem iure reservantur datur recursus cum effectu dcvolutivo ad Sedem
523 Apostolicam./

Can. 294—Si quod negotium, ad Synodi permanentis competentiam pertinens, definiendum sit dum celebratur patriarchalis Synodus vel habetur Synodus electionum, negotii decisio Synodo permanenti reservatur.

Can. 295—Synodus permanens convocari debet ter in anno, statis temporibus, ct quoties expedienda sunt negotia ad quae peragenda ius requirit consensum vel consilium Synodi.

Can. 296—Ubi, ob aliquam gravem causam, Synodus pennenens constitui non possit, causa perdurante, constituitur, Sede Apostolica praemonita. Consilium patriarchak quod Synodi permanentis vices in omnibus suppleat.

Can. 297—§ 1. Consilium patriarchate constat:

1.· Ex Episcopo residential!, ordinatione episcopali antiquiore inter Episcopos a Patriarcha dependentes;

2.0 Ex Episcopo ad normam canonum ab Episcopis residentlaiibus electo.

§ 2. Exacto quinquennio, pro Episcopo ratione antiquioris ordinationis episcopalis designato substituitur Episcopus residentialis ex ordine immediate sequens; Episcopus autem electus ab Episcopis residentialibus, ab iisdem ab idem officium iterum assumi potest.

Can. 298—§ 1. In curia patriarchal! constitui debet ad normam iuris tribunal patriarchate, a tribunali eparchiae Patriarchae propriae distinctum.

j 2. Tribunal patriarchale proprios iudiccs, promotorem iustitiae et vinculi defensorem habeat, atque instructum sit auditoribus, notariis, aliisque necessariis ministris.

J 3. ludicibus, auditoribus atque promotore iustitiae exceptis, ceteri in § 2 recensiti iidem esse possunt in tribunali patriarchali et eparchiali.

Can. 299—§ 1. Pro administratione bonorum patriarchates, in curia patriarchali speciali Officium ab illo Officio distinctum quod administrationem bonorum eparchiae Patriarchae propriae curat, constituendum est, constans oeconomo, ratiocinatore ct aliis necessariis ministris.

j 1 1.· Oeconomus patriarchalis Officio administrations Immediate praeest et bona patriarchatus ad normam
524 canonum administrat;/

2.· Oeconomi patriarchalis munus clerico fideli, diligenti. probatae vitae atque in administrandis bonis temporalibus experto committatur; iis autem qui cum Patriarcha consanguinitate vel affinitate usque ad quartum gradum inclusive coniunctl sint valide conferri non potest;

3.· Idem de consensu Synodi permanentis nominatur et amovetur a Patriarcha, a quo pendet in munere exercendo;

4.0 Munus oeconomi patriarchalis cumulari potest, de consensu Synodi permanentis, cum munere oeconomi eparchiae Patriarchae propriae.

f 3. Oeconomus patriarchalis rationem administrations Synodo permanenti quotannis ct quoties ab ipso petitur In scriptis reddere debet; Synodus autem per duos saltem synodales Episcopos, rationes ab oeconomo exhibitas examinat, arcam recognoscit, convenientes Inspectiones bonorum, documentorum, nominum, inopinato etiam, exsequitur seu exsequendas iubet. et diligenter conservationi, tutelae, incremento patrimonii patriarchalis providet.

Can. 300—§ 1. In curia patriarchali constituatur a Patriarcha, audita Synodo permanenti, cancellarius patriarchalis, qui sit presbyter omni exceptione maior.

f 2. Cancellarius patriarchalis cancellariae et archivo patriarchatus praeest, atque ex munere primus patriarchatus notarius constituitur.

} 3. Patriarcha cancellarii adlutorem vicescrue gerentem nominare potest, qui ipse quoque notarii officio fungitur.

Can. 301—§ 1. Ad normam can. 440 Patriarcha,praeter cancellarium eiusque vices gerentem, alios notarios pro toto patriarchate constituere valet.

5 2. Notariis patriarchalibus applicentur canones 4
441.

Can. 302—Constituendum est a Patriarcha consilium scu ut aiunt commissio de re liturgica, ad recognoscendos et imprimendos libros liturgicos, ad nonnam can. 279, § 2, et ad ea pertractanda quae Liturgiam spectant.

Can. 303—Patriarcha, audita Synodo permanenti, aliquos theologos ac iurisperitos nominare potest consultores patriarchates ex sacerdotibus utriusque cleri, doctrina et prudentia insignes, qui operam suam praestent ad enodandas quaestiones difficiliores iis committendas./ 525

Can. 304—In curia patriarchali archivum patriarchatus, ad normam can. 442 sqq. diligenter instruendum, ordinandum ac conservandum est.

Can. 305—Expensae curiae patriarchalis exsolvantur cx bonis quibus uti ad hunc finem potest Patriarcha; si haec non sufficiant, singulae eparchiae, pro mensura a Synodo patriarchali dc qua in can. 340, § 1 definienda, ad illa praestanda concurrant.

Art. V—*De sede patriarchali vacante vel impedita*

Can. 306—Sedes patriarchalis vacat ad normam can. 468. § 1.

Can. 307—Vacante sede patriarchali, administratio patriarchatus, nisi Sedes Apostolica Administratorem nominandum consuerit, transit, salvo iure particulari, ad Episcopum ordinatione episcopali antiquiorem inter eos qui officium cum residentia in curia patriarchali obtinent.

Can. 308—Administratoris patriarchatus est:

1.° Vacationis nuncium statim Sedi Apostolicae omnibusque ac singulis patriarchatus Episcopis, etiam titularibus, ceterisque locorum Hierarchis, exceptis Syncellis, communicare;

2.° Peculiares normas quas, pro diversis adiunctls, in quibus vacatio locum habuit, ius commune vel particulare aut Sedis Apostolicae si qua detur instructio praescribit, accurate exsequi seu ab aliis exsequendas curare:

3.° Patres Synodi ad normam can. 221 convocare, ac cetera omnia, 'ad Synodum de Patriarchae electione necessaria, diligenter ac~fideliter disponere./ 526

Can. 309—Administrator patriarchatus sede vacante, eparchia Patriarchae propria et in aliis patriarchatus locis ubi eparchiae vel exarchiac constitutae non sunt, iisdem iuribus gaudet ct officiis tenetur quibus Administrator eparchiae vacantis.

Can. 310—§ 1. Nisi aliud cx natura rei vel ex luris praescripto constet:

1.° Ad Administratorem patriarchatus, sede vacante, transit ordinaria Patriarchae iurisdlctio in spiritualibus ct in temporalibus, firmo can. 311;

2.° Administrator exsequi potest rescripta Sedis Apostolicae quae Patriarchae remissa sint, ac regulariter ad ipsum quoque pertinent facultates habituales Patriarchae a Sede Apostolica concessae.

§ 2. Administrator patriarchatus sede vacante nihil innovet.

Can. 311—§ 1. A competentia Administratoris patriarchatus sede vacante excluduntur ca omnia quae agi non possunt nisi consentientibus vel auditis Episcopis In Synodo patriarchali vel Synodo electionum congregatis.

§ 2. Administrator patriarchatus sede vacante non potest Patriarchae Syncelios, etsi charactere episcopali careant. ab officio amovere vel alio transferre.

§ 3. Idem non gaudet privilegiis dc quibus ln canonibus 283, 285.

Can. 312—Administrator patriarchatus sede vacante praecedit Metropolitis. Archlepiscopis. Episcopis ceterisque patriarchatus Hierarchis. non autem In Ipsa Synodo de electione Patriarchae.

Can. 313—Novus Patriarcha ab Administratore patriarchatus rationem ipsius administration^ exigere debet.

Can, 31-f—*ξ 1.* Impedita, ad normam can. 4G7, sede patriarchali:

Can J02.—Syn. Armen. a. xçii. 61 i. 61$; Sp. A'rvu*iria Optonru a. x$<>5, wct. Π. cap. I. Art. I. o; Syn. Libaarx MArooiUruau ⁋ p.»r» I. tap. Ill, S; pAr» l il, cap VI. r. Syn. Sciarfra. Syiunaa» a. t·». up. HI. art. HI. 7. 3'.
Con. jO4—Syn Curthacincn . a. 419. can £9.
2>r wJz /ktfnorrkx.'* rd *w/VJ.U.~*Syn. AJ-randnn. Opteevm. a. wet HI. cap If. art. I. *Dt* wfar t«cc/K*tz. Syn. Dbanrn M^niuran, 4. »736, HI. cap. VI. 7; Syn. Scurfs Svtvr;r.i. t. iMt cap. VHI, art. *I, Dr tarmtia Sthi* /ka/narrXa?**.
Ca b. 30A———— *XIII,* btL ap. i 17^0. f t S C. Jc PMe jtebr. 10 un. . Sm. Aituett. a. t»ti. »!
C>a. 307 —P)tx* IX. htt ap· KstrrtvnM.

1.° Ad cparchlae Patriarchae propriae regimen quod attinet, servetur praescriptum eiusdem can. 467;

2.° Universi patriarchatus regimen esto penes Episcopum rcsidcntialem Patriarchae subicctum, ordine praecedentiae primum, nisi Patriarcha alium Episcopum vel etiam presbyterum ex praestantioribus, rcrum adiunctis ita sua-
527 dentibus, designaverit;/

3.° Si Patriarcha in casus de quibus in can. 467, § 4 inciderit, primus ordine praecedentiae inter Episcopos Patriarchae subiectos ad Sedem Apostolicam illico recurrat ut ipsa provideat.

§ 2. De Episcopo vel presbytero de quo in § 1, n. 2, senetur praescriptum can. 310', 311.

§ 3. Qui regimen suscepit, Sedem Apostolicam quamprimum moneat dc sede impedita et de assumpto regimine.

Caput VU—De Archicpiscopis ccterisque Metropolitis

Can. 315—Provinciae ecclesiasticae praeest Métropolite, quae dignitas coniuncta est cum sede episcopali determinata vel agnita a Romano Pontifice aut ab Oecumcnica Synodo.

Can. 316—Restitutio sedium metropolitanarum vel exercitii iurium et officiorum Metropolitarum in patriarchatibus resenatur Patriarchae de consensu Episcoporum in Synodo patriarchal! vel in Synodo electionum congregatorum, salva Sedis /Xpostolicae confirmatione.

Can. 317—Mctropolita commemorandus est ab Hierarchis suae provinciae in divina Liturgia ccterisque divinis officiis ad nonnam legum Hturgicarum.

Can. 318—Salvo praescripto can. 321, 339, Métropolite in propria cparchia easdem obligationes eademque iura
528 habet quae Episcopus in sua./

Can. 319—Metropolitae a Patriarcha dependentis, in suae provinciae eparchils, praeter alia qua iure communi ei tribuuntur, est:

1.® Episcopos suae provinciae intra tempus in can. 396, § 1, num. 1 determinatum ordinare, eosque inthronizarc;

2.® Vigilare ut fides et disciplina ecclesiastica accurate serventur, ac de abusibus certiorem facere Patriarcham;

3.® A fundatoribus ad beneficia praesentatos instituere, sl comprovincialis Hlerarcha intra tempus iure statutum, iusto impedimento non detentus, id facere omiserit, temque oeconomum eparchiac comprovincialis nominare, si huius Hierarcha, monitus, eum nominare neglexerit;

4.® Canonicam visitationem peragere, causa prius a Patriarcha probata, si eam Hierarcha neglexerit; tempore autem visitationis potest praedicaro, confessiones audire, de vita et honestate clericorum inquirere, clericos infamia notatos Hierarchis ipsorum, ut eos puniant, denuntiare, notoria delicta, notorias vel manifestas offensas tum sibi tum suis forte Illatas, lustis poenis, censuris non exclusis, punire;

5.® In omnibus ecclesiis, etiam exemptis. Hierarcha loci praemonito, sl ecclesia sit cathedralis, peragere pontificalia, uti Episcopus in proprio territorio, populo benedicere, non autem alia exercere quae iurisdictioncm requirant; item in ecclesia stauropegiaca, de licentia saltem praesumpta Patriarchae;

6.° Indulgentias ducentorum dierum, sieutl in pria cparchia, concedere.

Can. 320—§ 1. Metropolitae extra patriarchate!, ·· I cparchlis suae provinciae, praeter alia qua lurc coourai ei tribuuntur, est:

1.° Supplere negligentiam collegii consultores ey. I chialium, si intra praescriptum tempus Admlnistntem sedis vacantis non elegerit; |

2.° Vigilare ut fides ac disciplina ecclesiastica kos- I rate serventur, ac de abusibus Romanum Pontifiera certiorem facere, firmo praescripto n. 5;/ I

3.° Canonicam visitationem peragere, causa pries tb Apostolica Sede probata, si eam Hlerarcha neglexerit, firmo praescripto n. 5; tempore autem visitationis, point ea de quibus in can. 319, n. 4 facere; \

4.® Quae in can. 319, nn. 1, 3, 5, 6, recenseatur, praestare;

5.° In archiepiscopatu, de abusibus de quibus fe num. 2, certiorem facere Archlepiscopum et ab eodem approbationem causae de qua in n. 3 obtinere.

§ 2. 1.® Metropolitae, non sublecto Patriarchae vtl Archiepiscopo, insuper competit Summi Pontificis acta tua pro sua provincia tum pro Orientali vel pro universa Ecclesia data, nisi Sedes Apostolica directo providerit. Episcopis aliisve ad quos pertinet communicare; et praescriptorum quae in his actis continentur fidelem exsecutionem curare; I

2.® Eidem applicantur praescripta can. 249, J 1. n. 1, 259, § 3, et, auditis provinciae Episcopis, can. 279, fl

Can. 321—§ i. Mctropolita extra patriarchatus obiigatione tenetur, intra tres menses ab episcopali ordinalior vel, si iam ordinatus fuerit, a provisione canonica in Consistorio, per se vel per procuratorem, a Romano Pontifice pallium, quod est signum potestatis metropolitanae, petendi. |

§ 2. Ante pallii impositionem, Mctropolita nequii Synodum celebrare et Episcopos ordinare.

§ 3. Métropolite uti potest pallio intra quamlibet ecclesiam etiam exemptam suae provinciae in peragendi! pontificalibus, diebus statutis; nullatenus vero extra provinciam, etsi Hierarchae loci consensus accedat.

Can. 322—Pallium quod Romanus Pontifex alicui sedi episcopali in perpetuum, vel alicui Episcopo confert honoris causa, nec iurisdictioncm nec titulum archlemscopalem vel metropolitanum secumfert, nisi in Apostolicis Litteris aliud caveatur. /

Can. 323—Episcopi qui nulli Patriarchae. Archiepiscopo vel Metropolitae subiiciuntur, Exarchi cum lerriton? proprio, et Exarchi apostolici, aliquem viciniorem Metropolitani, praevia Sedis Apostolicae approbatione, designent, cui stabiliter iura ct obligationes competant qw? Metropolitae ita designato iure communi tribuuntur.

Can. 324.—Inter Metropolitas excellit Archiépiscopal, quae dignitas coniuncta est cum sede metropolitans, exln patriarchatus sita, determinata vel agnita a Romano Pontifice aut a Synodo Occumenica.

Can. 325—§ 1. Archlepiscopum Romanas Pontifex libere nominat aut legitime electum confirmat atque praeficit peculiari ecclesiae.

§ 2. In electione Archiepiscopi serventur praescripta

Can. 315.—Syn. ConstantlnopollUn. IV, a. 869. can. χ7· - Canone* ApovtoJorwn, 34; Syn. Antiocrn., a. 341, can. q. · Syn. Mar Isaac! Chaldaeorum, a. 41η, can. ıB Syn. prov. AJbn-IulieD. ri Façaraûcn. Rumenorum, a. 1871, Ut II, rap. III, x; Syn. Zamo*t*xx. Ruthenorum, a. 1720, lilt V*.

Can. ji6.~Syn. Alexandria. Coptarum, a. 1898. sect. Ill, cap. I, art. IV. Dr ***ûtritdttitw;*** Syn. Libanen. MaroniUrum. a. 1736. pari III, cap IV, 14; Syn. Sciarfexu Syrorum, a. xM8, cap. VII, art. IV, Dr mrtro-

Can. 317.—Syn. CcnstanUnopobtan IV, a. 869, can. to; Benedictus XIV', ep. encyti. t mart. 1756, I ***32.*** · Syn. prov. Albaduhen. rt Fagara4en. R-xmenoram, a 1872. tit. H, cap. Ill, 1; Syn. Leopolkn. Ruthenorum, a. l-lqx, nt!. Ml, cap. II. 4.

Can. >t8.—Syn. Nicaen II, a. 787, can. xi.

Can. 319.—Syn. Akxandrin. Coptorum, a. 1898, tret. Ill, cap. I, art. IV', ***Dt mdrofiAüai iitfiUüîiou:*** Syn. Sciaxten. Syrorum, a. x888, cap. VII, art. IV, Dr MdrofdiJa

i.·—Syn. Nfcatn. I, a. 325, can. 6; S Xy>tm HI. litL Si çuanïu··» ***ku***- 8 ini. 4)3; S. Leo M. Utt X3»an. 444. - Syn. Libanen. MtroeûUrum, a. 1736, pax* III, cap. IV, ***17;*** Syn. prov. Alba-Iuhen. et FiupuaMm. Rumenorum, a. X872, ÜL II, cap. Ill, 3.

1 ■- Syn. AnbnrLm.. a. 34X, can. q. - Syn. prov. AlbaluUcn. et Fagaraikn Rwncran, n 1J73, Ut. II. cap. Ill, & Syn. Zamo»Ua. Ruthenorum, a i7ja, UL V.

4 '—Syn. ConiUattnopotitau. IV, 3. S69, ran. 19. - Syn. Cartha<mrn. a. 4>9. can. $6. · Syn. prov. Alba-Iuarn at Faffaraskn. Rumenorum, a. t>7i. Ut. II, cap. Ill, 6.

Can. 320, 5 x, r.*—Syn. prov. Alba-Iulien. et Fajardo. Rmacwrr:. a. xS72, tiL II. cap. Ill, 5, Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720. bl V.

§ x, 2.*—Syn. Antiochcn., a. 341. can. 9. - Syn. prov. Albi-IuEt*. rt Fajtarasien. Romencrum, a. 1872, tit II, cap. Ill, 6; Syn. Zasottcn. R> tbenoram, a. 1720, tit. V.

Can. 320 11, 3.«—Syn. Constantinopolitan. IV, a. 869, ran. w.-Syn. Cartbapneu.. a. 4x9. can. 56. - Syn. prov. Alba-IuHcn. et Fagaxadrn. Rs»·noruni, a. 1872, tit. Il, cap. Ill, 6.

I J, 4.·—Syn. Nicaeo. I, a. 325, can. 6; S. Xystns TH, Bit ***Si kumanis,*** 8 IuL 435; S. Leo M , lilt. Onwiuw .piidcm, ***13*** ian. 444; QeottJ VIII. const. ***Dcc^t fawum PtmUfictm,*** 23 febr. 1596, § r, Pius Vll.co&t ap. ***In*** Mnit-rru.'it ***Ecchsxiu,*** 22 febr. 1807.

§ x, 5·®—Vide fontes a<! nn. 2, 3.

I 2. z.·—Canones Apostolorum, n. 34; Syn. Antiocheo., a. 341,02.*, x x; Syn. Cartha^inrn., a. 419. can 29. - Syn. prov. Alba-IuUen. et Fi^L-iv-e. Rumenorun. a. X872, lit. II. cap. Ill, ***1*** et 3; a. 1900, tit II, cap. II. | X.

321.—Syn. Constantinopolitan. IV, a. 869, can. 37. - Syn. Ltbmn. Marnnitarum, a. X736, par* III, cap. VI, 7. XXIII; Syn. pros·. ARu-kiea. et F.t<ara»icn. Rumen·<um. a. r.872, lit. II, cap. III, 7. Syn. Lecpstea. Ruthenorum, a. 1891, üt. VII. cap. II, 4.

i 3 —Syn. Constantinopobtan. IV, a. 869. can. 37.

Can. 324.—Syn. Carthacinrn., a. 4x9, can. ***17.***

325 '·—Innocenüix» III, litt. ***Rtx*** 35 febc.

ay («hr. 2596, f 3. - Syn. TraJUn,

1'i.-Innocenüus HI. UtL ***AJ kanernn*** £W. a. 1204: Utt. ***1*** xm

can. 221-239 de electione Patriarchae, (inno praescripto I 3.

I 3. L· Synodum pro electione Archiepiscopi convocat primus, ordine praecedentiae, Mctropolita vel, si in archiepiscopatu provinciae non sint, primus Episcopus;

2. Ad electi, etsi sit Episcopus, proclamationem et inthronizatlonem procedere non licet nisi post confirmationem Summi Pontificis.

Can. 326— f 1. Ad Archlepiscopum, praeter ea quae ei ut Metropolitae in sua provincia competunt ad normam can. 320, in universo archiepiscopatus territorio spectat:

1.· Episcoporum sui archiepiscopatus electionem moderari servato praescripto can. 251-255. Ubi vero Episcoporum nominatio Romano Pontifici reservatur, Archiepiscopo competit, coopcrantibus, ad normam instructionum Apostolicae Sedis, archiepiscopatus Episcopis, idonearum personarum nomina Romano Pontifici proponere; /

2.® Metropolitas intra tempus can. 396, § 1, η. 1 determinatum ordinare, cosque Inthronizare;

1® Invigilare ut Metropolitae fidem et disciplinam ecclesiasticam integre custodiant et custodiri curent a clero et populo, ac dc abusibus Romanum Pontificem certiorem facere. Itemque Metropolitas in implendis officiis négligentes monere, monitisque non obtemperantes, eidem Romano Pontifici denuntiare;

4.® Devolutlvo iure negligentiam Metropolitarum supplere quod attinet ad ea dc quibus in can. 319, n. 3, 32Ú, J 1, n. 3, necnon nominare Administratorem sedis metropolitanae vacantis, si intra praescriptum tempus collegium consultorum eparchialium cum non elegerit;

5.° Litteras encyclicas mittere ad omnes territorii Hierarchas, qui curare debent ut eaedem publice legantur et exponantur,

6.® Legum in Synodo archiépiscopal! latarum, firmo can. 350, § 1, promulgationem sedulo curare;

7.® Leges Synodi archiépiscopalis, donec futura Synodus rem diremerit, authentice cum consensu Synodi permanentis, interpretari;

8.® Singulis annis, iis exceptis in quibus celebratur Synodus archiepiscopatus, loci Hierarchas aut totius archiepiscopatus aut alicuius provinciae vel regionis, ad habendas collationes, convocare, ita tamen ut, altero in casu, saltem intra quinquennium nemo non sit convocatus;

9.® Ab impedimentis matrimonialibus quae Patriarchae iure communi18 removere possunt, dispensare;

10.® Ea peragere de quibus in can. 319, nn. 5, 6;

11.® Vacante aliqua sede mctropolita, iura exercere et officia implere de quibus in can. 320, § 1, in universa provincia;

12.® Recursus recipere in casibus in quibus canones recursas ad Patriarcham admittunt.

I 2. Nisi aliud ex natura rei vel iure constet, Archicpiscopus potest valide exercere potestatem suam in archiepiscopatu tantum.

Can. 327—§ 1. Nisi aliter iure particulari statutum sit, (|uae can. 248, § 1, Patriarchae, in Synodo patriarchal! vel Synodo electionum, tribuuntur, ea'competunt etiam Archiepiscopo in Synodo archiepiscopatus vel Synodo electionum; decisiones autem de negotiis singulis publici iuris
332 fleri /non possunt nec ad effectum duci nisi post obtentam confirmationem Sedis Apostolicae.

} 2. 1.® Archicpiscopus habeat Synodum permanenter constitutam vel Consilium de quibus servari debent praescripta can. 288-297 de Synodo permanenti vel de Consilio patriarchal!;

® Archicpiscopus cum Synodo permanenti ca dumtaxat praestare valet quae iurê expresse statuuntur.

Can. 328—Archicpiscopus, de consensu Synodi perma* nentis, exarchiam erigere, eiusdem fines immutare, supprimere potest, certiore facta quamprimum Apostolica Sede.

Can. 329—Quae canonibus 242, 244, 258, 259, J§ 2, 3, 269, 273, 275, 279, 298, 299, 302, 305, de Patriarcha praescribuntur, serventur etiam de Archiepiscopo.

Can. 330 — § 1. Archiepiscopus obligatione tenetur crmmemorandi Rcminum Pontificem in divina Liturgia ccterisque divinis officiis et curandi ut eadem obligatio ad nonnam legum liturgicarum ab omnibus Metropolitis, Episcopis ccterisque Hierarchis ct clericis sui territorii impicatur.

§ 2. Metropolitae, Episcopi ceterique Hierarchae totius archiepiscopatus debent Archiepiscopum commemorare in divina Liturgia ceterisque divinis officiis post Romanum Pontificem.

Can. 331—Archicpiscopus apocrisiarium apud Sedem Apostolicam habere potest, designandum audita Synodo permanenti ct praevio consensu Sedis Apostolicae.

Can. 332—Archiepiscopus in archiepiscopatu gaudet privilegio quod in can. 283, nn. 1, 6 Patriarchae tribuitur.

Can. 333—.Archiepiscopus ipso iure privilegio fruitur Praelati assistentis solio pontificio./ 5

Can. 334—Archicpiscopus, si usus ferat, uti potest supcrcamelaucio albo.

Can. 335—§ 1. Archiepiscopo aequiparatur Catholicus qui titulo Patriarchae non gaudet.

§ 2. Archiepiscopo aequiparatur Mctropolita qui titulo et dignitate Maphriani potitur, firmis officiis quae ab eiusmet subiectionc potestati Patriarchae profluunt et exclusis iuribus de quibus in can. 331, 334, aliisque quae pallium respiciunt.

Can. 336—Vacante archiepiscopatu, ad primum, ordine praecedentiae, Metropolitani, vel si in archiepiscopatu Metropolitae non sint, ad primum Episcopum spectat ea peragere quae in can. 308 Administratori patriarchatus sede vacante tribuuntur.

Can. 337—§ 1. Quae canonibus 310-314 de Administratione patriarchatus sede vacante vel impedita, statuuntur, serventur etiam de Administratore archiepbcopatus sede vacante vel impedita.

§ 2. Administrator archiepiscopatus sede vacante vel impedita, in locis ubi cparchlae vel exarchlac constitutae non sunt, iuribus gaudet ct officiis tenetur quibus Administrator eparchiac vacantis.

§ 3. De Administratore eparchiac propriae Archicpiscopi servetur praescriptum can. 467 et 469.

Can. 338—Episcopis titulo Archiepiscopi vel Metropolitae honoris causa auctis, nullum exinde ius competit praeter praerogativam honoris ct ius praecedentiae.

Can. 339—§ 1. Archicpiscopus praecedit ceteris Metropolitis, Mctropolita qui praeest provinciae praecedit sive Metropolitae sive Archiepiscopo honoris causa; hic Episcopo, firmo can. 414./

§ 2. Inter Metropolitas qui non praesunt provinciis et zXrchicpiscopos honoris causa praecedit qui prius ad sedem metropolitanam sive archieplscopalcm promotus est; si eodem tempore promoti sint, antiquior ordinatione episcopali; si eodem tempore ordinationem receperint, senior aetate.

Caput YÏП—De Synodis patriarchal!bus, archleplacopalibus provincialibus, plurium rituum vel plurium provinciarum

Can. 340—§ L Episcopi ceterique Hierarchae, Patriarchae vel .Archiepiscopo sublecti, conveniunt in Synodum patriarchalcm vel archicplscopalcm. Hunc Synodum Patriarcha vel Archiepiscopus convocat eique praeest;

Stt. Cw a. 1204; Innocentius IV, const, ap. ***Novii Hk, 20*** dec. «51; i C de Prop. Fide, 9 inn. 1642. - Syn. Trullan., a- 691, can. 39.

Cia. 3x6 i x, x.·—Syn. Nicaea. I, a. 325, can. 6; Syn. Epbesin., a. 43X, can 8; Syn. Chakrdonen., a. 451, can. 35; Syn. Nicaen. II, a. 787, ran. a, 3; Gcxeos VIII. const- ***Dcc/t Rortanum Pontificem,*** 33 (ebr. 1596- - Syn. Ar.Boeben., a. 341, can. x6 et 19. - Syn. prov. .Alba-Iulien. et Farirasxeo. Ssseaorcni, a. 1872. tiL II, cap. Ill, 3; Syn. Zaxrxeten. Rntben^ruro, a. x^o, tit. V.

Caa. «6 f r, 2.*—Syn. Lropoliea .Ruthenorum, a. 1891, tir. VII. cap. II. 3-j 3.·—Syn. prov. Alba-IuEen. et Fa^arasicn. Rumcoonan, a. Wx, UL II, cap. Ill, 6.

1 x, 4.·—Syn. prov. Alba-Iulien. et Fa^arasien. Rumenorum. a. XB73»

"L LIMr-cn. Maronitarum, a. Uh - £

«Cfr. Prcs XII. bit. apext Crrfr» ***aihUi*** M®1» ''«J·00 dat"·

33 febr. km? [LE 30391. can. 33, f 3.

Can. 3^9—S. C. de Prop. Fide, UtL (ad Metrop. Alba-Iulirn. et Far·· rasieo.), ***22*** mart. tS8x, a. j,—**Syn. Antiochen^ a jqx, can. tx**; Syn. Cartfpnnm, a. 4x9, eau. ré. 29. • **Syn. prov. Alba-Iulien. et Farasien. Rumencrum. a** xSjx. tit VI. cap. VI; a. X9«\ tit. II, cap. **II.** f t.

Can. xjo 5 a.—Syn. IV. x Mq. can ta. · Syn. Ixopobro. Ratbenorwr. ·. «891. tit VII. e*p. II. 4.

Can. 3J7. I 3.—Syn. Zarr-xua. RclSrnorran. 4. xrro. UL V.

Can. 3J9—Syn Chak^Srwn.. a. 431, can it. - Syn Knarx. a. tir», 3î9; Syn prov. AIba-Iub*n. et l'irara<i*n. Run.**icran, 4. iSyx. t:t II. cap. HI. x.

— S. Victor, tttt a c 1» ·.»* -
Syn Libanen SUronitwmx. a. par» Ill. rap IV,

corn. a. text, 1S3, >.·, κχχ
Va^wnaô, χι<; Syn. A>ι*η

idemque, audita Synodo permanenti» locum celebrationis designat.

§ 2. Episcopi ceterique Hierarchae provinciae ecclesiasticae extra patriarchatus et archiepiscopatus constituti, conveniunt in Synodum provincialem. Hanc Synodum Metropolita Patriarchae vel Archicpiscopo non sublectus convocat, locum eiusmet celebrationis, auditis omnibus qui assistere debent cum suffragio deliberativo, intra provinciae territorium, designat, eique praecst.

§ 3. Episcopi ceterique Hierarchae plurium rituum in Synodum convenire possunt, obtenta licentia a Romano Pontifice qui locum celebrationis Synodi determinat, et suum Legatum designat ad Synodum convocandum eique praesidendum.

§ 4. Episcopi ceterique Hierarchae plurium provinciarum Patriarchae vel Archiepiscopo non subiectarum in Synodum convenire possunt, designato a Romano Pontifice Legato, qui Synodum convocat eique praecst.

§ 5. In loco celebrationis Synodorum de quibus in 1, 2, 4 designando, nisi obstet iustum impedimentum, pa-
535 trlarchalis vel metropolitana ecclesia anteferatur./

Can. 341—§ 1. Cuilibet Synodo assistere debent cum suffragio deliberativo, praeter praesidem, Episcopi residentiales, qui sui loco mittere possunt Coadiutorcm vel Auxiliarem, Episcopi titulares, apostolici eparchiarum Administratores, Exarchi, Administratores sedium vacantium.

§ 2. Alii cx utroque clero viri ad Synodos convocati suffragio tantum consultivo gaudent, nisi Praesidi Consociationis monasticae et Praesidi Confoederationis monasticae Sedes Apostolica vel, secreto scrutinio. Patres Synodi deliberativum suffragium expresse concesserint.

Can. 342—Praeter eos dc quibus in can. 341, § 1, vocari debent:

1.· Ad Synodum patriarchalcm. Praeses Consociationis Confoederationum monasticarum. Praeses Confoederationis monasticae et supremi aliarum Religionum clericalium Moderatores;

2.® Ad Synodum archiepiscopalcm et provincialem, ii dc quibus In n. 1, Superiores monasteriorum sui iuris, salvo iure particulari, ceterique Superiores maiores Religionum clericalium qui in territorio resideant et consultores eparchiales omnis eparchiae cuius Hierarcha ad normam can. 341, § 1, Synodo interesse debet, qui mittant ad Synodum duos cx consultoribus collcgialiter designatos.

Can. 313—Synodis interesse non possunt ii de quibus In can. 109, § 1.

Can. 344—Synodus patriarchalls, archîepiscopalis et provincialis celebrentur quoties Patriarcha vel Archiepiscopus, consentiente Synodo permanenti, aut Metropolita, consentientibus Episcopis comprovincialibus, id nccessa-
535 rium iudicavcrit et vicesimo saltem quoque anno. /

Can. 315—§ 1. Sliusto detineantur impedimento quominus Synodo intéressé possint:

1.° Omnes qui suffragio deliberativo potioni® η?, tant procuratorem ct impedimentum probent;

2 ° Ii de quibus in can. 342 debent Impedimsaba Synodo notura facere; ct, exceptis deputatis SnsaltaS eparchialium, procuratorem, sui loco, ad Svnodom r· tere possunt.

§ 2. Procurator sl fuerit unus ex Patribus quibus eu suffragium deliberativum, duplici suffragio non gudetil non fuerit, habet suffragium dumtaxat consullivum.

Can. 316—Cuilibet Synodo ad validitatem interesse debet pars absolute maior Patrum suffragio delibtnlin fruentium.

Can. 317—§ 1. 1.® In qualibet Synodo praeses «kterminat ordinem servandum in quaestionibus examinandis, habito, si de provinciali agatur, Patrum consensu;

2.® Singuli Patres propositis miaestionibus pouatl alias addere, a Synodi praeside, auditis Episcopis ordha praecedentiae prioribus, antea probatas.

§ 2. Quamlibet Synodum, praeses, obtento, si non U Romani Pontificis Legatus, Patrum consensu, aperit, transfert, prorogat, absolvit. /

Can. 348—Qualibet Synodo inchoata, nemini eorumqii intéressé debent, licet discedere, nisi iustam ob causia a praeside Synodi, si sit Romani Pontificis Legatas, vel a Synodo ipsa, probatam.

Can. 319—Patres in Synodo congregati studiose Inquirant ac decernant quae ad fidei incrementum, ad moderandos mores, ad corrigendos abusus, ad controversiis componendas, ad unam candemque disciplinam semadam vel inducendam, opportuna fore pro suo cniasqut territorio videantur.

Can. 350—§ 1. Absoluta Synodo, praeses acta et decreta omnia ad Sedem Apostolicam transmittat, nec eadem antea promulgentur, quam ab eadem recognita fuerint; interim vero omnes qui in Synodo partem habuerunt, secretum de actis et negotiis pertractatis servare debent: ipsimet autem Synodi Patres designent et modum promulgationis decretorum et tempus quo decreta promulgata obligare incipiant.

§ 2. Decreta Svnodorum promulgata obligant, in $» cuiusque territorio universo, nec Hierarchae locorum ab iisdem dispensare possunt, nisi in casibus singularibus el iusta de causa. / SM

Can. 351—§ 1. Metropolita Patriarchae vel Archiepiscopo non sublectus, coque deficiente. Episcopus ordb? praecedentiae in provincia primus, curet ut Hierarchy focorum quoties necessitas vel utilitas postulaverit, el semel saltem in anno, apud Metropolitani aliumve Episcopum comprovincialem conveniant, ut collatis consiliis rideant quaenam in eparchiis agenda sint ut bonum religionis promoveatur, caque praeparent de quibus in futura Synodo provinciali sit agendum.

§ 2. Expedit ut etiam residentiales Episcopi, licet honoris causa titulo Archieplscopl donentur, nulli Pilriar-

drin. Ccptoruxu. a. 1878, lecL III, cap. I, art. HI. IV, xofc cap. V, I: Syn. SHufex Syrorum, x xS83, cap. VII. art III, 6, ι6χ cap. IX. art. IV, Synodix.

I 2.—Syn. Nkaen. I, a. 315, can. 4 ct 6; Syn. ChileHonea., a. 451, cm. 192 Syn. Con'Untinopolitxn. IV. a. 869 can. 17. - Syn. Antiochen., x 34X, can. 16, ra, Syn. Carthaçmea., a. 4x9, can. 76, 83, 94; Syn. TruJUn., x 691, can. 8. · Syn. pro*. Alba-1uli*u ct Fa^araskx Ruracnorum. a. 1871, tit. II, cap. III. y. lit III, cap. Ill; Syn. prov. Kobnoro. Ruthmorum. a. 1626, lit. XIV.

I 4.—Syn. Carthajpncn., x 419, can. 98.

Can. 341.—Syu. ConstiutmopoliUn. IV, x 869, can. *XT.* S. Leo M, Utt Owuu* X3 Lin. 444. - Syn. Alexandrin. Coptorum. x 1893, sect 111, cap V, 1I-V; Syn. prov. Alba-Iuliea. ct Figarasiea. Rumroorum, a. 1871, tit HI, Syn. Sdarfen. Syrorum, x 1888, cap. VH, art III, 6, 16).

I x.—Syn. Carthaçînen., x 419, can. 21, 79, 80. x:3. - Syn. Armco., a. 19«L *2x7.*

Can. J4J. x.·—Syn. Constantinopoh Un. IV, a. 869, can. 17. - Syn. Car-Ibipnci.. x 4x9, can. 79.

j.·—Syn. Quic^iwn.. x 45b can. *ιγ,* Syn. Constantmopohton. IV, ®. 869 can. 17; Clemros XIII. litt. ap. *In* namo apodolafui, 15 inn. 1765; S. C. d* Prop Fide, lilt (xl Ep. Mxjno-VarxJisrn. R imcn.), 23 sept. 1871, η. 1. - Syn. Lv>Iken.. x 347-58«. can. 40; Sya. Cartha^mcn., a. 419, can. 79.

Can. 344—Syn· Nfcaen. I. x 335. can. 5; Syn. Chaleednncn., a. 451, can. 19; Syn. Niearo. II. x 787. can. 6, Syx ComUntinopollUn. IV, x can. 17; Urtunaa VIII, comt. Sa/TOMn.'/»*» 12 mart 1623; S.C Prop. Fide, IftAtr. 9 ang. 1760. n. IV; (G G.), 8 iuL X774. n. 1. - Cannam Apottoiornm. 37; Syn. Antfoebex, a. 341, can. ra, Syn. Cirtha^iucn., X 419, can. si, 55; Syn. Trillm., a. 69», c«. 3. - Syn. Armen., a. 19s ioo, 5.·. lie Sya. Mar. huct ChUdnonrn. x 410, can. Syn. A.-xuilrin. a. 1898, wet III. cap. V, XIV; Syn. Libanum KUronitansn, x f7jA. pan III, cap. IV. 29; cip. VI, j, 12, Svu. Alba-toHen. et Fagar*4«a Runcâarasx a. 187a, tit. (II; cap HI. IBM, cap IX, «t IV, 6.

Col 30.~-Sra ChakMnnrn, ·. 451. ran. T9. - Syn Lv>tr-n. a. 347-38«. can. «», Syn. Carth»cn*n., a 417. can. 77, Syn. TrulUx, a *fyx.* can. 8. ·

Syn. .Arm.-n . x x7rx. 217. aaS; Syx pro·/. Alba-Itiliea. et F*prw» Ra-aenorum. x 187a, lit. Ill, op. III.

ClXL 3*7—S. Theodorus Studita, Ep. I, 28.

I x. x.·—Syn. Armen., a. X9*L Syn. prov. Alba Idka, et uprisen. Ruranonim, x 1872, tit III, op. III.

5 x.—Syn. prov. Albi-Iuhen. et Faginsien. Rum^nonm, a. x>7X tit. III, cap. HI.

Can. 348.—Syn. prov. Albi-Iuhen. et Fagarasicn. Rumenorso. x l=7*. ÜL III. cap. III.

Can. 347.—Syn. Nicaea. I. a. 325, on. 5; Syn. Comtantinopaltxa. I. *· 38X, can. x Syn. Chalcnloncn.. a. 451, can. *17, 1%* Syn. Nicaea. II. x 7W» can. &, Syn. ConstantiaopnhUn. 1V\ x 869, can. ιβ Leo XIII, rp.

xs, ion. X901; S. C. de Prop. Fide (C. P.), instr, (ad Polooiae Naatmi, 3X miii χOχτ; (C. P), 7 iun. 1638, n. 2; decr. 20 iuL 1760, ad 6; Ia»tr. 9 :76o·, litt (xl Ep. Façoraden. et Alba-Iulien.), xa iul. 1867, n. x.-Carono ApostoJorum. 37*. Syn. Antiochcn., x 341, can. αo Syn. Laodiren. a. 34M31 can. 40; Syn. Cartha^inen.. x 4:9, can. 36, 61, 98. xod; Syn. TniiUa, x69L can. 8, 25; S. BiUlins M., can. 47. - Syn. Armen., x X9ix, 223; Syn. Uhissx Maronitoruxn, 1. 1736. pars III, cap. IV, 27; Syn. prov. AlSa-IJyh d Fa<riras>n_ Kunvnorum, a. 1872, tit. Ill, op. Ill; Syn. Zim-xten.

noram, x 1720, tit IV.

Can 350.—Benedicttis XIII, 1HL ap. *offinmm,* rç RL 17:4: Benedictus XIV, btt ap. Smfafam χ $cpt 174:; Pk» IX. const, ap. *Conmimm kumtHuit,* 4 id. iul. 1867. n. 5; S. C. de Prop. F^. litt. (xl Ep. Pxnraslex ct Alba-Iulicn.), xj InL 1867, II Htt (ad Ep. « \ aradloen. Romen.), 23 sept i87x, n. 2. - Syn. .Armen,, x 19x1, 234; Ut .X.II, op Unicom, *Dt* huiur *Connlii* Syn. prov. ADalullex et F Rhenorum, x 1872. tit III, op- III; Sro. Zxn>.t^ Ruthenorum, a. 1720. tit. V; tit. IX. 7

r> 1 x* Rre^urius M., litt Susrepfi *rtgiminist* mense malo x 575: •rrarf/r·* pcrrcRii.; b NtcoUus I, litt. *x8 aurt S6r.*

2’.’^“ ÏÏL Δρl v/xii’ll lug· ,s”· ·STn-

chie vel Metropolitae sublecti, Exarchi qui praesunt territorio proprio ct Exarchi apostolici, etsi diversi sint ritus, una cum ederis in eodem territorio Hierarchis collationibus de quibus in § 1 Interveniant.

f 3. Idem Hierarchae congregati sedem proximi conventus designent.

Coput IX—Dc Administratoribus apostolicis

Can. 352—Eparvhlae canonice erectae regimen, sive plena vacante sede, aliquando Summus Pontifex ob graves et speciales causas Administratori apostolico vel in perpetuum vel ad tempus committit.

Can. 353—§ 1. Quilibet Administrator apostolicus, sl datus fuerit eparchiae, sede plena, adminlstrationem sui officii init, ostendens litteras suae nominationis tum Episcopo, sl hic sit mentis consiliique compos et in eparchia renetur, tum etiam collegio consultorum eparchlalium, ad normam ran. 397, § 3.

f 2. Si sedes fuerit vacans vel sl Episcopus non sit mentis consiliique compos, aut in eparchia non moretur, Administrator apostolicus adminlstrationem sui officii init ad instar Episcopi secundum can. 397, § 3, cauto tamen ut litteras suae nominationis antea Patriarchae vel Archlepiscopo ostendat, nisi Sedes Apostolica Patriarcham vel Arehieplscopum ipsa de eius nominatione monuerit.

Can. 35-1—lura, officia ac privilegia Administratoris apostolici desumantur ex litteris suae nominationis, vel, nisi in Iisdem aliud caveatur expresse, ex praescripto ca-
533 nonum qui sequuntur. /

Can. 355—§ 1. 1.° Administrator apostolicus permanenter constitutus iisdem iuribus et honoribus fruitur, lisdemquc obligationibus tenetur, quibus Episcopus residentlalis;

2.® Quod attinet ad Syncclli constitutionem, serventur praescripta can. 432-437.

j 2. Si ad tempus datus sit:

1.· Eadem iura et officia habet quae Administrator sedis vacantis; sed, sede plena, potest eparchiam visitare ad normam iuris; nec tenetur obligatione applicandae divinae Liturgiae pro populo, quae Episcopum gravat;

2.· Ad honorifica privilegia quod attinet, valet praescriptum can. 387; sed Episcopo qui, ad aliam sedem translatus, prioris retinet administratloncm. In hac quoque omnia Episcoporum residentialium honorifica privilegia competunt. r

Can. 356 — § 1. Si Administrator apostolicus eparchiae, sede plena, praeficiatur, iurisdictio Episcopi eiusque Syneelli suspenditur.

§ 2. Quamquam autem Administrator apostolicus Episcopi auctoritati non subest, non debet tamen se immiscere causis Episcopum ipsum spectantibus, neque In eius Syncellum processum instruere aut animadvertere ob acta praeteritae administrationis.

Can. 357—Si impedita fuerit iurisdictio Administratoris apostolici aut si idem Administrator defecerit, Sedes Apostolica statim moneatur; ct interim, si sedes vacet aut sit Impedita, valent praescripta can. 467 sqq.; secus Episcopus eparchiam regit, nisi Nedes Apostolica aliud praestituerit.

Can. 358—§ 1. Administratoris apostolici iurisdictio Romani Pontificis aut Episcopi obitu non cessat.

I 2. Cessat vero cum Episcopus eparchiae vacantis adminlstrationem legitime inierit ad normam can. 397, § 3.

Can. 359—Si contingat ut Administrator apostolicus» detur ipsi patriarchatui vel archiepiscopatui, sede vacante* 2d tempus aut, gravissima de causa, permanentor vel sede plena tum ad tempus tum permancnler:

1.® Administrator datus patriarchatui vel archlepiscopatni sui officii adminlstrationem init litteras nomi-
no nationis ostendens Patriarchae / vel Archiep!scopo, et Synodo permanenti, nisi sedes fuerit vacans aut Patriarcha vel Archiepiscopus non sit mentis consiliique compos aut In patriarchalu vel archleplscopatu non commoretur, quibus in casibus litteras ostendit Synodo permanenti et collegio consultorum eparchiae propriae Patriarchae vel Archiepiscopi; . r5.'

2.® De inita administrat Ione notarius Synodi permanentis Instrumentum conficiat in actis asservandum.

Can. 360—Administrator apostolicus idV/rin' non autem privilegiis, fruitur ^^emque (|ntùs sit gitur quibus Patriarcha vel *secus, Ad-* permanenter patriarchatui vel archleplscopa »

ministrator datus patriarchatui iuribus gaudet et obligationibus tenetur de quibus in can. 309-312; datus autem archiepiscopatui, servare debet praescriptum can. 337.

Can. 361—Quae de Administratore apostolico eparchiae dato can. 356-358 statuuntur, applicentur Administratori apostolico patriarchatum vel archiepiscopatum regenti.

Caput X—De Exarchis

Art. I—*De Exarchis qui extra patriarchalus praesunt territorio proprio*

Can. 362—§ 1. Exarchiam cum territorio proprio erigere vel restituere, Immutarc vel supprimere competit uni Sedi Apostolicae.

§ 2. Exarchus superior monasterii sui iuris qui praeest territorio proprio, separato ab omni eparchia, cum clero et populo, regitur iure particulari, eoque deficiente, praescriptis canonum qui sequuntur.

Can. 363—§ 1. Exarchus superior monasterii sui iuris qui praeest territorio proprio nominatur a Romano Pontifice, salvo iure electionis aut praesentationis, si cui legitime competat; quo in casu eius confirmatio vel institutio spectat ad Romanum Pontificem.

§ 2. Ut quis idoneus habeatur ad hanc dignitatem, iisdem qualitatibus ornatus esse debet, quas ius in Episcopis requirit./

§ 3. Ut valeat electio requiritur pars suffragiorum absolute maior, demptis suffragiis nullis, firmo particulari iure quod maiorem suffragiorum numerum exigat.

Can. 364—§ 1. 1.° Exarchus superior monasterii sui iuris, qui praeest territorio proprio, in regimen suae exarchiae ne se ingerat antequam ciusmet inierit administrationem ad normam can. 397, § 3;

2.» Intra tres menses a receptis litteris apostolicis, nisi lusto detineatur impedimento, benedictionem seu chlrothesiam ad normam iuris17 recipere debet.

§ 2. Idem Exarchus eandem potestatem ordinariam easdemque obligationes cum iisdem sanctionibus habet ac Episcopus residcntlalis In propria eparchia.

§ 3. Perdurante munere et Intra sui territorii fines, etsi charactere episcopali careat:

1.° Sacramentum chrismatis separatim a baptismo conferre potest;

2.° Salva facultate iure communi 2S statuta conferendi ordines minores propriis subditis religiosis, conferre Item potest ordines minores tum propriis subditis saccularibus, tum aliis qui litteras dimissorias Iure requisitas exibeant, dummodo benedictionem de qua in | 1, n. 2 receperit. Ordinatio extra hos fines ab eodem peracta irrita est;

3.» Benedictiones Episcopis reservatas, sl quae in suo ritu sint, impertire potest ct Indulgentias centum dierum concedere;

4.° Ritus perficere valet qui usum sacri chrismatis requirunt, nisi in propria disciplina Praelatis charactere episcopali carentibus id prohibeatur.

§ 4. Quod attinet ad Syncclli constitutionem, serventur praescripta can. 432-137.

Can 365—§ 1. Cum vacat exarchia, quam regit Superior monasterii sui iuris, regimen transit, usque ad noyj Superioris constitutionem, ad illum qui interim monasterii regimen legitime suscipit.

§ 2. Eadem exarchia Impedita, servetur praescriptum can. 467./

Aut. n—*De Exarchis qui praesunt territorio non proprio*

I—De Exarchis apostolicis

Can. 366—$ 1. Exarchi apostolici praesunt nomine Romani Pontificis territorio Patriarchae vel Archiepiscopo non sublecto, ubl propter exiguum fidelh m numercm allainve gravem causam eparchiae non sunt constitutae.

f 2. Sedi Apostolicae reservatur nominatio Exarchi apostolici.

G*n. 364 f r—L<x» XIII. UtL ip. xo faa. IUc S. Portai. Ap-. ***decr. :o*** id- 1*4>, β. II-

4 nudi X9JO, *xt. I.

«'Cfr. I*nr* XII. litt jjx mL ***t durii.*** MtX» datAC. 5 frbe. (LE ta*)], c*a. »74, f 1.
«· Ib. ran. 174 f «.

§ 3. Exarchus apostolicus administrationcni init cxarchiae, decretum nominationis per se vel per procuratorem ostendens el qui exarchiam regit ad normam can. 381.

Can. 367 1. Exarchi apostolici iisdem iuribus et facultatibus in suo territorio gaudent, quae in propriis eparchlis competunt Episcopis'residentialibus, nisi quid lure exceptum vel a Scde Apostolica reservatum fuerit.

§ 2. Etiam il qui caractère episcopali carent, perdurante munere et intra sui territorii fines:

1.» Iuribus et facultatibus gaudent de quibus in can. 364, § 3. nn. 1, 3, 4;

2.° Possunt ordines minores conferre tum suis subditis tum aliis qui litteras dimissorias iure requisitas exhibeant, dummodo benedictionem, sl eam ad normam iuris vel legum liturgicarum recipere debent, receperint, firmo iuris particularis praescripto quod benedictionem ad llceitatem tantum requirat.

§ 3. Quod attinet ad Syncelli constitutionem, serventur praescripta can. 432-437.

Can. 368—Presbyteri aliive clerici, etsi religiosi exempti, sacrum ministerium sine licentia Exarchi apostolici
543 exercere ne audeanL/

Can. 369 — § 1. Exarchus apostolicus a Patriarcha presbyteros idoneos expetere potest, qui curam spiritualem fidelium suscipere valeant. Patriarcha autem, quoad eius fieri potest, petitioni Exarchi satisfacere curet.

5 2. Presbyteri a Patriarcha, obtenta approbatione Sedis Apostolicae, in exarchiam missi, sive ad tempus sive in perpetuum, exarchiae addicti habentur ilque in omnibus subesse debent potestati Exarchi apostolici.

Can. 370—§ 1, Religiosi, ctiam exempti, exarchiae addicti, subilciuntur Exarchi apostolici iurisdictioni, visitationi ct correctioni in iis quae pertinent ad exarchiae regimen, curam animarum, sacramentorum administrationem, scholarum directionem, oblationes intuitu exarchiae factas, exsecutionem piarum voluntatum in favorem eiusdem exarchiae.

5 2. Quamvis Exarchis apostolicis nullo modo liceat, praeter casus in iure praevisos, se in disciplinam religiosam ingerere quae a Superiore religioso dependet, sl tamen circa ea, de quibus in 5 1, conflictus oriatur inter mandatum Exarchi et mandatum Superioris, prius praevalere debet, salvo iure recursus ad Sedem Apostollcam et salvis peculiaribus statutis et conventionibus a Sede Apostolica probatis.

Can. 371—Deficientibus presbyteris e clero saeculari, Exarchi apostolici possunt, audito eorum Superiore, cogere religiosos, ctiam exemptos, exarchiae addictos, ad animarum curam exercendam, salvis peculiaribus statutis el conventionibus a Sede Apostolica probatis.

Can. 372—SI qua dissidia in iis quae ad curam animarum pertinent, sive inter singulos clericos vel religiosos, sive inter eosdem aliosque quoslibet, sive inter diversas Religiones forte oriantur, ea quamprimum componere curent Exarchi apostolici, ct sl opus fuerit, eas dirimant, integro tamen iure recursus ad Apostollcam Sedem.

Can. 373—§ 1. Religiosi a propriis Superioribus missi, etsi exarchiae addicti, exarchiam, legitima obtenta licentia, relinquere, etiam In perpetuum, possunt, atque ab ipsa ex gravi causa ab Exarcho apostolico dimitti vel a proprio Superiore substitui, collatls, si casus ferat, inter Exarchum apostollcum et Superiorem religiosum consiliis, et ratione habita boni exarchiae, religionis ct religiosi.

111. In casu autem publici scandali vel gravissimi
544 damni inunl/ncntls possunt ipsi, audito suo Consilio, ct si agatur de religiosis, praemonito, quantum fieri potest. Superiore, subditum clericum vel religiosum statim removere;

Can. 374 — § 1. Exarchi apostolici commorentur in exarchia, n qua sine gravi et urgenti causa, nisi per breve tempus, iis abesse non licet, inconsulta Sede Apostolica.

I 2. Regionem sibi concreditam, quandocumquc opus est, debent Ipsi per sc vel, si legitime Impediti fuerint, praedicatio per alium visitarc eaque omnia in visitatione expendero, quae nd fidem, bonos mores, sacramentorum admlnislratlonem, praedicationem verbi Del. festorum observantiam, cultum divinum, Iuventutis Institutionem, disciplinam ecclesiasticam attinent.

Can S. Po*n>!. Ap. decr. so in!. 1743, η. II.
I r.—Syn. Nkxcn. II, a. *7*7,* r*n. 14.
Can S C. da Prop Fide (C. P.), *7* mill 1631. n. 1.
Cia- V4 I ». S C. pr » feed Orient, derr. r mari- ***192η.*** art 4. v, drer.
14 iljg, «rt. 4, 5.

Can. 375—Exarchi apostolic! obligatione tenentnr cra Limina beatorum Apostolorum Petri et Pauli visitait eadem prorsus lege, qua Episcopi residentiales ad nonnan can. 407: cui tamen obligationi, si quid graviter obsut no per sc Ipsi eam expleant, satisfacere possunt per curatorem etiam in Urbe degentem.

Can. 376—§ 1. Ad normam can. 405, Exarchi apo$vr lici tenentur obligatione Sedi Apostolicae exhibendi plenam accuratamque relationem dc suo quisque officio, deque omnibus quaccumque ad statum exarthii* ad clericos, ad religiosos, ad populi disciplinam, ad sch7 larum frequentiam, ad fidelium denique ipsorum cerae commissorum salutem quavis ratione pertineant: quie rt- latio subscripta esse debet tum ab ipso Exarcho aportô- Uco tum ab uno saltem cx consiliariis de quibus In canone 377.

§ 2. Exarchi apostolic!, si iis commissa est cura fidelium. diversi ritus ad normam can. 22, §| 2-1, debent praeterea singulis annis ad Patriarchas et Archieplscopos quorum fideles suae curae commissi sunt, relationem mittere dc statu personali ct religioso eorundem fidelium./ &

Can. 377—Exarchi apostolic! constituant consilium ex antiquioribus et prudentioribus presbyteris sibi subdills non minus quam tribus, quorum sententiam, saltem pe epistolam, audiant in gravioribus et difficilioribus negotiis.

Can. 378—Prout siverit opportunitas, Exarchi apostolici presbyteros saltem praecipuos tum religiosos tum saeculares proprii territorii congregent saltem semel in anno ut possint ex singulorum experientia et consilio deducere quae sint ordinanda perfectius.

Can. 379—Legibus quae de archivo constituendo Episcopis praescribuntur, Exarchi apostolici, habita locorum personarumque ratione, aeque tenentur.

Can. 380—§ 1. Optandum ut Exarchi apostolici intersint Synodis a Patriarcha vel ab Archicpiscopo eiusdem ritus convocatis, ad normam can. 340, § 1, 344.

J 2. Quae dc Conventu eparchiali can. 422-428 praescribuntur, applicentur, nisi obstet rei natura, Conventui exarchiae, excepta lege de Conventu decimo saltem quoque anno celebrando.

Can. 381—Divinam Liturgiam pro populo sibi commisso applicare debent saltem decies in anno in praecipuu sollemnitatibus.

Can. 382—Exarchi apostolici, quibus cura fideliam diversi ritus ad normam can. 22, §§ 2-4 commissa est, invigilent ut singuli coetus lus proprium liturgicum ac disciplinare accurate servent.

Can. 383—Studiosissime curent Exarchi apostolici, onerata graviter eorum conscientia, ut ex suis fidellbas sea incolis suae regionis probati clerici rite instituantur ac sacerdotio initientur. / 5

Can. 384—§ 1. Exarchus apostolicus, ubi primum in territorium suum advenerit, idoneum presbyterum saecularem vel religiosum designet Pro-Exarchum.

J 2. Pro-Exarchus nullam habet, vivente Exarcho, potestatem, nisi quae fuerit ab eodem sibi commissa.

§ 3. Pro-Exarchus regimen exarchiae assumere, donec a Sede Apostolica aliter fuerit provisum, debet et in hoc officio permanere:

1.° Resoluto quovis modo Exarchi iure;

2." Deficiente Syncello Exarchi vel presbytero ab hoc designato ad nonnam can. 467, § 1;

3.° Exarcho Impedito ad normam clt. can. 467, j 2.

§ 4. Pro-Exarchus qui regimen exarchiae susceperit, statim designet idoneum presbyterum, qui sibi, ut in § 3, in officio succedat.

§ 5. Si forte contingat ut nemo adsit ad normam fi 1. 4, designatus ad seniorem in exarchia, is, nempe, qui sit praesens in territorio ct suas destinationis litteras in eodem prius exhibuerit, interim ipso iure regimen exarchiae transit: ct Inter plures aeque seniores antiquior presbyterail ordinatione.

Can. 385—§ 1. Ille ad quem Exarchiae cura devenerit ad normam can. 38 4, debet quamprimum certiorem facere Apostollcam Sedem.

375-—S. C. de Prop Fide - Pro Negotiis Ritus Orientalis -, decr. :Sau* 191J. art. 9; dAcr, 17 aUg. X9l4i $. 5 c. pro Orient, decr. I mart 19^9, art. q: .leer. 34 mail 1950, art. 9.
. χ 3*6. S. C. pm EccL Orient, decr. r mart. 1909, art. g: deer. 24 mau 1730. art. 9.
j ' \ *!:?§*rt* I>rOp‘ Flde ‘ Pr° Xc^oüis Ritas Orientalis -, deer. iS
tgyo^lrt? 3a?5 'PII> EceL Orieat– x mart. 1929. art. sr, decr. ***14 a****

‹ 2. Interim uti potest omnibus facultatibus sive ordinariis ad normam can. 367, sive delegatis, quibus Exarans pollebat» nisi eidem commissae fuerint rationc personae eiusque qualitatum.

Can, 386—Qui exarchiae ad certum tempus praepositus «i debet in regimine cum omnibus facultatibus sibi concessis permanere, licet definitum tempus fuerit praeterlapsum, donec successor sul officii ad nonnam canonum inierit idministrationem.

Can. 387—f 1· Exarchis charactere episcopali auctis, privilegia honorifica competunt quae lus concedit Episcopis tituiaribus; si autem charactere episcopali careant, habent tantum, durante munere ct in proprio territorio, insignia et privilegia primi, iuxta praescripta proprii ritus, tituli praelatitii seu primae dignitatis praclatitiac post Episcopum.

J 2. Benedictionem, si iure particulari In huius dlgninatis collatione praescribitur, intra tres menses recipere
547 debent./

2—De Exarchis patriarch allbus ct arch (episcopalibus

Can. 388—§ 1. Exarchi patriarchates constituuntur in palriarchatibus, archiépiscopales in archicpiscopatlbus, in lodsin quibus propter exigtum numerum fidelium aliamve gravem causam eparchiae constitutae non sunt, et territorium nomine Patriarchae vel Archiepiscopi regunt.

i 2. Exarchi patriarchales et archiépiscopales nominantur a Patriarcha vel Archiepiscopo audita Synodo permanenti, a quibus autem ab officio amoveri nequeunt nisi de consensu Synodi permanentis.

Can. 389—Exarchus patriarchalis vel archiepiscopalis adnunistralionem init sui territorii litteras Patriarchae vel Archiepiscopi ostendens, per sc vel per procuratorem, ei qui territorium regit.

Can. 390—Exarchi patriarchales et archiépiscopales det-ent quinto quoque anno plenam et accuratam scriptam relationem ad Patriarcham vel ad Archiepiscopum de statu religioso et temporali exarchiae mittere.

de Exarchis apostolicis can. 367, 371, 3/2 (integro iure recursus ad Patriarcham), 374, § 1 (salvo iure Patriarchae vel Archiepiscopi concedendi Exarcho praescriptam licentiam), 374, § 2, 377-379, 380, § 2, 381, - u »rfonst>tuta sunt, serventur etiam de Exarchis patriar-
›4§ dialibus et archicpiscopatlbus. /

PARS II

DE POTESTATE EPISCOPALI DEQUE IIS QUI EAM PARTICIPANT

Caput I—Dc Episcopis

Can. 392—§ 1. Episcopi sunt Apostolorum successores atque ex divina institutione peculiaribus ecclesiis praeficiuntur, quas cum potestate ordinaria regunt sub auctoritate Romani Pontificis.

j 2. Eos Romanus Pontifex libere nominat, aut legitime electos confirmat.

Can. 393—Antequam quis in Episcopum assumatur, constare debet, secundum modum, a Sede Apostolica vel a lore particulari ab eadem probato, determinatum, cum esse Idoneum.

Can. 391—§ 1. Ut quis idoneus habeatur, debet esse:

1. Legitimis natalibus praeditus, non autem legltimatus etiam per suhsequens matrimonium;

2.° Vinculo matrimoniali non ligatus;

3.° Annos natus saltem triginta;

4.° A quinquennio saltem in presbyteratus ordine constitutus; / 549

5.° Bonis moribus, pietate, animarum zelo, prudentia, ceterisquc dotibus praeditus, quae ipsum aptum efficiant ad gubernandam cparchiam de qua agitur;

6.° Doctor vel saltem prolyta in sacra theologia aut iure canonico renuntiatus ab Athenaeo aliquo vel Instituto studiorum a Scde Apostolica probatis, vel saltem earundem disciplinarum vere peritus; quod si ad Religionem aliquam pertineat, a suis Superioribus maioribus vel similem titulum vel saltem verae peritiae testimonium habeat.

§ 2. Etiam electus vel quoquo modo ab illis designatus, qui privilegio a Sede Apostolica concesso vel agnito eligendi aut designandi gaudent, debet memoratis qualitatibus pollere.

§ 3. ludicare definitive num quis idoneus sit, ad Apostolicam Sedem unice pertinet.

Can. 395—§ 1. Cuilibet ad episcopatum promovendo, etiam electo, vel, ex concessione Romani Pontificis sive in concordatis sive alia ratione facta, designato, necessaria est canonica provisio, qua Episcopus vacantis cparchiae constituitur, quaeque ab uno Romano Pontifice datur, firmo praescripto can. 256, n. 2.

§ 2. Candidatus, ante canonicam provisionem, praeter fidei professionem, iusiurandum fidelitatis erga Sedem Apostollcam edat secundum formulam ab Apostolica Sede probatam, firmo praescripto can. 260, § 1, n. 2, e.

Can. 396—§ 1. 1.° Nisi legitimo impedimento prohibeatur, promotus ad episcopatum debet, intra tres menses a receptis apostolicis litteris, ordinationem episcopalem recipere, et intra quatuor ad suam eparchiam pergere.

2. In patriarchatibus, promotus ad episcopatum debet, nisi legitimo impedimento prohibeatur, intra bimestre ab electione, ordinationem episcopalem petere, ct intra . quatuor ad suam cparchiam pergere./

§ 2. Recepta episcopali ordinatione, Episcopus:

1.° Episcopalem iurisdlctionem et ius percipiendi reditus mensae seu domus episcopalis obtinet;

2.° Indulgentias centum dierum in suae iurisdictionis locis concedere potest.

§ 3. Si promotus sit episcopali ordinatione iam auctus, iura inde a provisione canonica habet de quibus in f 2.

Can. 397—$ 1. Episcopi residcntiales sunt ordinarii ct immediati pastores in cparchiis sibi commissis.

§ 2. In regimen tamen cparchiae neque per sc neque per alios, nec ullo titulo sese ingerant, nisi prius eiusdem eparchiae administrationem canonice inierint; sed si ante suam ad episcopatum designationem administratores cparchiae vacantis, vicarii iudidales, vel oeconomi fuerint renuntiati. haec officia etiam post designationem retinere et exercere possunt.

ξ 3. Canonicam eparchiae administrationem Ineunt Episcopi residcntialcs in ipsa eparchia per se vel per pro-

---

Caa. 337.—Syn. IJbonen. MaroniUrum, a. 1736, pars Π, cap. XIV', 48.
Can 388.—Syn. Armen, a. 19x1, 196; Syn. Sciorfen. Syrorum, a. x883. αρ. V, art. XIII. § 9 n. 3. 6).
Caa. 39!.—Syn. Nicaeo. II, a. 7S7, can. 14 - Syn. Armen . ·. 1911, ***l9&; Sdiifes.*** Syrorum, ***a.*** 1SS8, cap. V, art. XIII, 5 9 n. 3. 6), S}; cap. X: cap. XI. art. II. De ***ct Fmodrula.*** .
Dt —Syn. Armen., a. xqxx, tit- Π. cap. VI, ***Dc Eρi**ρ*χ;*** Syn. pror. Alba-lulien. et Fa^arasxen. Rumcnorun», x 1871, tiL II, cap. I»,

Can 392 5 r.—Syn. Trident, ses. XXIII. Λ <**.'·'. «· Vatican, «55. IV. ***c.*** III, ***raivxnt*** ***Ramant*** XIII. ep. eacycL Sain ***V)*** tan ***!896.*** · Canon»

Can. 394--S Leo M., litt ***QuarJa*** Syn. Mar. Isaac! Chaldaeorum, x 410. Syn'

L Xiv. instr ***E^***

Syn. Sfeen Annencrum, a. x--<6 — * tÿ pArs III. cap. IV, 3, lé; «7* ρκ, II. cap. XIII. pars III. ^^L c^. m. a.
Syn Leopr-Zien. Ruthenorum. a. 1891, WL ri». r·

$ i 2®—S. Leo M.. litt ***Quanta fmirrmiaJi,*** a, 41^ «Nam r·"»: S C. dc Prop. Fide, decK ***22*** w-pt. xSéa; imtr. 3: ml 1901, η. 8. · Canones Aρχιoioran, 4cç Syn. Tnillan., a. 691. can. Ia. 48- - Syn. Akaandnn. Copcnrwn, >. 1893. sect. II, cap. III, art. VII. j II; Syn. pnnr. Alba-InL^ rt Rumcnorum. a. 1S7L tit. V, exp. VII. 1. c>. Syn. ScUrfen. Synxma. a 1888, cap. V, art. XIII, J ro. n. 4: «p. VI. art VfI, 1.
I Xf 3.0—Sjm. Consuntinopotaon IV. a K-9. 5- · Syu. S« irteo. Syrorum, a. xSSS, cap. V. art XIII, f xo, n 4.
f îf 4.·—pius IX, alloc. ***n*** U* ru<. ***I2*** tai. 1867: *C«m - Syn. Laodicen-, a. 347-jS:. can. ***ir.*** Syn. Carthayinen.. a. on. can. u Syn. Libanen. Marvnitansn. a. X7jé» pars III, cap. IV, i, Syn Soarfen Syrorum, a_ 1888, cap V. art. XIII. | xo, n. 4.
On 374 j r, 5.·—Syn Nicaea. II, a. 7B7. can ***tz*** S. HorrondM, btt. ***Dt labent tui,*** 3 dec. 519. - Syn Anoco-, a. 19x1,147
f a.—Syn. Libanen. .MaronUxrum. .v 1736, pars HI, <-«p IV*. 16.
Can. 395 J X-—Syn- ConsUstlnopniitui IV, a. 56q, can. it ; bmocrnilQ» IV, const, ap ZmXu frù-n.·»*». 6 kl .aar. 1143.
J 5.—Syn. AxtMiL, a. 19«!, 343; Syn. Alexandrin. Coptonxm. > ic9^ sect. Π. cap. III. art. VII. f ♦ If; wt. HI. cap. II, art II. 13, Syn. Scitrfro. Syrorum, a. i8S5> cap V', art XIII. | 3 η. x. II.
Can 396.—Syn. Antioebett, a. 541. cac. Syn TndLn, a. <->x, can. j7. - Syn. Libanen Mxmnitaturn. ■. 1736, par* III, cap IV, xy Syn. >narfen. Syronnu. a. 1888. cap. IX. art II. 5
I X—Canorxs Apc^tolrmu*. j*; Syn. Antr<b-?n , a J4J, y.m. 17.· Syn. Armen, a. X9tx ML
Can. 306 j ***3.*** !.♦—Syn. Arrsru^ a χ<>η. ait Syn Alejundrm. Cv?to. nra. a. 1*98, «erL III. cap. IV. an. !. VI
Can J97 I f—Syn Vatican. IV. e. Ill, ***Dt tri ft*** ****”" - Canrm« AposuSon», n M. yj Sy* AatkxWn, bynxum, a. xSM. cap L\. art ***\tD<*** r

curatorem apostolicas vel patriarchates litteras coetui consultorum eparchialium ostendentes, praesente cancellario curiae, qui reni in acta referat.

Can. 398—Ipsi Episcopi personam sustinent eparchiae et mensae domusve episcopalis in omnibus negotiis iuridicis ad ipsas spectantibus, ad normam canonum.

Can. 399—§ 1. Ius ipsis ct officium est gubernandi eparchiam tum in spiritualibus tum in temporalibus cum potestate legislativa, iudiciaria, exsecutivn ad normam canonum exercenda.

5 2. Leges episcopales statim a promulgatione obligare incipiunt, nisi aliud in ipsis caveatur; modus autem promulgationis ab ipsomet Episcopo determinatur. /

551

Can. 400—§ 1. Summopere studeant ut puritas fidei ac morum in clero ct populo conservetur, ut fidelibus, praecipue pueris ac rudibus, pabulum doctrinae Christianae praebeatur, ut in scholis puerorum ac iuvenum institutio secundum catholicae religionis principia tradatur.

§ 2. Observantiam legum ecclesiasticarum Episcopi urgeant.

§ 3. Advigilent ne abusus in ecclesiasticam disciplinam irrepant, praesertim circa administrationem sacramentorum et sacramcntalium, cultum Dei ct Sanctorum, praedicationem verbi Dei, sacras indulgentias, exsecutionem piarum voluntatum.

Can. 401—Episcopi curare debent:

1.« Ut in propria cathedrall celebretur saltem pars Officii divini, etiam quotidie, ubi usus ferat, iuxta legitimas cuiusque ritus consuetudines:

2.® Item ut In qualibet civitate saltem in una vel altera ecclesia et saltem diebus dominicis ct testis atque praecipuis sollemnitatibus sanctorum ad normam kalendarii proprii, carumque pervigiliis, sollemniter officia divina celebrentur, hisque ex munere assistant parochus vel rector aliique ecclesiae administri. Ad ceteros vero civitatis presbyteros et clericos quod attinet, serventur prae-
552 scripta luris particularis. /

Can. 402—J 1. Episcopus in tota eparchia, nc exemptis quidem locis exceptis, potest pontificalia exercere; non vero extra eparchiam sine expresso vel saltem rationabiliter praesumpto consensu Hierarchae loci, ct si agatur de ecclesia exempta, de consensu Superioris.

5 2. In ecclesia stauropcgiaca idem potest Episcopus, de licentia saltem praesumpta Patriarchae.

Can. 403—$ 1. Etiamsi Episcopi Coadiutorem habeant, tenentur ipsi lege residentiac in eparchia.

§ 2. Praeterquam causa visitationis Sacronim Llmjnum, vel ad normam iuris particularis, Patriarchae Srnodorum, quibus intéressé debent, vel civilis officii wl ecclesiis legitime adiuncli, abesse possunt aequa de anu non ultra duos vel summum tres menses intra annum, ure continuos sive intermissos, dummodo cautum sil ne α ipsorum absentia eparchia quidquam detrimenti apii quod tamen tempus coniungi nequit sive cum tendre sibi concesso occasione suae promotionis, vel vUIUtGh Sacrorum Liminum, vel assistentiae Synodo, sive cum tempore vacationum anni subsequentis.'

§ 3. Ab ecclesiae cathcdrali nc absint a pervigilio Nativitatis ad Epiphaniam, tempore Magnae Quadrigatat ac diebus Resurrectionis Domini et Pentecostes, nisi ά gravi ct urgenti causa.

§ 4. Si ultra sex menses cx eparchia illegitime abfuerint:

1.° Episcopum Patriarchae sublectum, Patriaicba, congruis etiam poenis, si res terat, ad instaurandam reddentiam cogat; Episcopum Archiepiscopo sublectum, Archicplscopus Sedi Apostolicae denuntiet;/ Φ

2.° Archiepiscopum, primus, ordine praccedentiic. Metropolita vel, si non habeatur in archicplscopatu,primti Episcopus comprovincialis Sedi Apostolicae denuntiet;

3.° Extra patriarchatus et archiepiscopatus. Métropolitain, primus, online praecedentiae. Episcopus residens Sedi Apostolicae denuntiet; Episcopum Metropolitae sublectum, Metropolita; Episcopum nulli Metropolitae sublectum vel Exarchum aposloiicum, Metropolita ad normam can. 323 designatus.

Can. 404—§ 1. Debent quoque, a recepta ordination» episcopali, vel, si promotus sit ca iam auctus, a provisione canonica, omni exiguitatis redituum excusatione aut alh quavis exceptione remota, divinam Llturgiam omnibus dominicis aliisque festis de praecepto pro populo sibi commisso applicare, salvo iure particulari praescribente ct divina Liturgia saltem quatuordccics In anno applicetur.

§ 2. Episcopus divinam Llturgiam pro populo diebus supra indicatis per se ipse applicare debet; si ab eius celebratione legitime impediatur, statis diebus applicet per alium; si ne id quidem praestare possit, quamprimum vel per se ipse vel per alium applicet alia die.

§ 3. Licet Episcopus duas vel plures eparchias aeque principaliter unitas regat aut, praeter propriam eparchiam, aliam vel alias in administrationem habeat, obligationi tamen satisfacit per celebrationem et applicationem unius divinae Liturgiae pro universo populo sibi commisso.

§ 4. Episcopus, qui obligationi de qua in superioribus paraghaphls non satisfecerit, quamprimum pro populo tot applicet Liturglas, quot omisit.

Can. 405—§ 1. Omnes Episcopi, etiam Patriarchae sublecti, debent singulis quinquenniis relationem Summo Pontifici facere super statu eparchiae sibi commissae secundum formulam ab Apostolica Sede datam; peculiari mentione facta de catechetlca institutione.

§ 2. Episcopi Patriarchae subtecti debent singulis qnin-

Can. 399 | t.—Syn. Trident., scts. VI, ***de re/.,*** c. ⨯ 9m. XIII, ***de ref.,*** c. x. - Canone* AporfokJrum, 34, ***yr»*** Syn. Antiochea., a. ѡ, con. 9. - Syn. MaronxUrum. a. 1736, pan III, rap. IV. 29; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. cap. IX, art. V, ***De pctcsUde*** rcrurxçti.·' innluj m ***centre.***

Can. 400.—Syn. Zaxrâtea. Ruthenorum, a. 1720, tiL IV.

I X.—Syn. Nkaen. II, a. 787. actx> VII. ***dehndvo de*** aacni tmapmMu; Syn. Tridentin., scs*. XIV, ***de ref.,*** prooemium; vess. XXV, ***de pwrffioria; di iwc^vcme, veuerdione et rrliquiu Ssnclarwa, et*** «derif S. Léo M., litL ***Leetifaa-.eruni*** mr, xo mart. 454: Pins IX, litt. Urri-t» erprimcrc, 15 xSyx S. Pitn X, litt- encycL ***Paieendi,*** 8 *epL 190η S. C. S Off., 1j nie. X&25, i 5; S. C. de Prop. Fide, d*cr. 13 apr. 1807. η. I, III. XV. · Syn. Anara., a. 1912, 349, 365; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. X89B, sccL III, tap. III, art. I, I, 3, II, 3; Syn. Libatrn. Maronilaruni, a. 1736, pur» II, cap. XIV, jx; purs UI, cap. I, 14; Syn. pew. Alba-IuUcn. ct Façarasien. Rumexy-rtni, a. ***1172,*** tit. VI, cap. IX; Syn. Zamoslen. Ruthenorum a. 1720 th VI; Syn. ScUrfcn. Svrcnun, x 18-88, cap. IX, art. 1, 10 et 22; cap. XIX, art. II.

I &. UiMuT» M.. «n. i.

I 3.—Syn. Nicaea. II, a. 757, actio VII ***definitio*** ir went t«4fi«n8ur; Syn. Tridentin, «et*. XIV, ***de rtf.,*** prooccxinm; sesa. XXIV, ***de*** f-j/jfaiznz rfr inwcaHonr, ***reneriti-.eie ri relictui San&rum, ft racrit imaginihee;*** S. Leo M., ***huii/icatmenl me,*** xo mart. 454; Gregorius XVI. ep. encycl. ***Inter*** <rawwimii, 3 febr. ιιρ(j 5; S. Pi·» X, Utt encycl. ***Paseenii,*** 8 iept 1907; S. C. S. Oft, 13 nuit. x6xj, i 5; deer. 5 au<. 1745· - Syn. Cartha^inen., a. 410. can. 86. - Syn. Annm.. a. 1911, 349; Syn. Alexandrin. Copiorum, a. 1898. «ecL 111. cap. III, art. I, I, 3, II, 3; Syn. labancn. Maronltarum, a. «7A P>r* IL cap. XIV, 51; pin III, cap. I, 14; Syn. pew. AlbaTuIxn. ct F*K-*r«<n. Rumennrum, a. 1673, tit. VI, cap. IX; Syn. Zamorten. Kuthc-aonxm. a. X7JO, tit. VI; Syn. Sebrfen. Syrorum, a. xB88, cap. V, art. V, B, I xo. V,

Cao. <ot.— S C. de Prep. Fide, Htt. 4 tat x8}J. u- X·—Syn. Laodicen^ ■- 347-381, cam xS. - Syn. Annen.. a. mix, 74»; Syn. Libanm. MarouiUrum, ·· X7J6, ραπ III, cap. Ill, 3, X; cap. IV, x; pir* IV, cap. V, 3-, Syn. Lcopo-Ikn. Rctbrrxwn, a. têqx, tiL IV, cap III, 3; tiL Vll, cap. VI, 3; Syn. ZanuHten Ruthcnoruir, a. :;:o, tit. X; Syn. Sciarfen. Syrorum, x 1W8, cap. Hl, art VI.

Can. 403 —S. C. de Prop. Fid*, rp. ct inrtr. (ad Ep. Exxm*o*em), a. 17S4.

I X.

J 1.—Syn. Libinrn. MarotuLuunJ, a. 1736, pan HI. cap IV, 34.

Can. 403—*» C de Prop. F»de. deer, xj apr. 1607, η. V. - Syn. .Annen., a. 1911, Λι

I X^hyn. CocnlanîitzpobUa. IV, a. 869, can r«r. Syn. relent., v-i. V|, ***de rtf,*** r x; XXlil, ***de rtt ,*** c. r. Paulus V, blL up. ***Er(a*** 3farsmu-31 oel. 1619, lkn*chetua XIV, UtL ap. vra. Freirrt, 6 mart. 1754; Ph« IX, alloc. ***Cum ex hœ vita,*** 12 iul. 1867: «C»·* «*«·; S C de Prop. Fuie. ***21*** mort. 1625, η. 13·' S?ll- Antochcn^ a. 341. con. in Syn. Sordiren., a. 343, e-in. 3. - Syn. Alexandrin. Copiorum., a. xSo8, Mrt. Ill, cap. III, art II, ***De residendi;*** Syn. Lihanrn. Maronitirsx x. 1736. par» II, cap. XIV, 24; pan III, cap. IV, 3, 29; Syn. Bdccrkxn. Mironitanxra, a. 2790, s. ***C;*** Syn. Z-uuostm. Rather.onnu, a. 2720. tit V*t Syn. Sciarf· n. Syrorum, a. 288.8, cap. IX. arL II, ***De raiirolu.***

f 3.—Syn. Ccn«untxrzpuhun. IV, a. 869, can. 19. - Syn. a. 343, can. 3. 14. - Syn. Alt xondri2L, Coptorum, a. 1898, f*cL III, ap. III, irL II. ***De oilifjlv.ne rettden.ii;*** Syn. Libancn. MaroaiUrum, a it j\ pan II, cap. XIV. 14; pin III, cap. IV', 3, 29; Syn. Zamoslzn. Rcthwrea, a. 27=0. til. VI; Syn. Sclartcn. Syrerum, a. 18SS, cap. IX, art. II, Dr rru-***derju.***

J 3.—Syn. Carth-xcinm., a. 429. can. 74. · Syn. Alexandrin. CopCcrxx. a. 1B98, wxt. UI, cap. III, art. II, ***De cHijfaiieme residendi;*** Syn. ***Zxxoft'Z-*** Kuthcnrranj. a. 1720, tiL VI; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. i85S» cap. IX, art. II, ***De midentia.***

§ 4—Syn. pre-v. Alba-1 alien, et Façarosien. Ruxr.cnocujn, a. xS/L tiL II, cap. HI, 5; Syn. Sctarfco. Syrenim, a. 2888, cap. VII, art. III, 6, Λ*.

Can. 404.—S. C. de Prop. Fide (C. GJ, 23 mart X863, A. x; ttL «-cycl. (ad I> e.· «Ln Ajp pro Orient.). 8 nov. 2882. - Syn. Annen-, x WI. 253; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 2898, secL III, cap. III, art I. II. II Syn. LiLxinrn. Maronltarum. a. 2736. pars III, cap. IV, 19; Syn. Lrop^jro-Rulh' norum, a. 1892, tit. IV, cap. II, 2; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. rS$3, cap. IX, art. I, 13.

I I.—Syn. Trident., sen. XXIII, de ret, e. x; Loo XIII, UtL ap. /■ roprm. to Itm. 1882; S. C de Prop. Fidr, UtL (ad Mctrop. Alba-Icbm. ct Fajuraiicn-J. 30 inn. 1885.

J 3.—Leo XIII. htt. ap. ***In tuprema,*** 20 iun. iSSa.

Can. 405.—Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 2898, secL III, cap. I, art. lag 111.

S x.—Pim IX. cp. encycl ***A^antiestmus,*** 8 apr. 1862. · Syn. Arcyx, L 1911. iS9i Syn. pew. Alba-InUen. ct Fa^oraxien. Rumenorum, a. 2S7L tit. II. cap. IV. 3.

Î a **—Syn. Annru., >. 1911, -<3.**

qwnnlis relationem de statu suae eparchiae proprio Pa-
u| triarvhae quoque facere. /

I 3. Quinquennia sunt fixa et communia, atque comralAnlur a die 1 ianuarii 1954; in primo qulenquennii anno exhibere debent Episcopi Europae, in secundo Ep scopi Asiae, in tertio Episcopi Africae et in quarto Episcopi iliorum locorum.

i 4. Si annus ad exhibendam relationem assignatus Indderil ex toto vel ex parte in primum biennium ab inito epircbbe regimine, Episcopus eo casu a conficienda et exhibenda relatione abstinere potest.

Can. 406—Episcopi, latini quoque ritus. Sacram ContnpUouem pro Ecclesia Orientali doceant, occasione rcmlools quinquennalis, de statu ct necessitatibus coetuum flddium diversi orientalis ritus in suo territorio commonnlium et Hierarcha sui ritus carentium.

Cut 107—Omnes et singuli Episcopi eo anno quo rcUlioncm exhibere debent, ad Urbem, beatorum Apostokmm Petri ct Pauli sepulcra veneraturi, accedant ct Romano Pontifici sc sistant.

Can. 408—Episcopus debet praedictae obligationi satisfacere per se vel per Coadiutorcm vel Auxiliarem si q&m habeat, nut, ex lustis causis a Sede Apostolica probandis, per idoneum presbyterum qui in eiusdem Episcopi eparchia resideat.

Can. 409—§ L Ad sanam et orthodoxam doctrinam conservandam, bonos mores tuendos, pravos corrigendos, picem, innocentiam, pietatem et disciplinam In populo et *citro* promovendam cetcraque pro adiunctis ad bonum religionis constituenda, debent Episcopi visitare quotannis eparchiam vel ex toto vel ex parte, ita ut saltem singulis quinquenniis universam vel ipsi per se vel, si fuerint légitimé impediti, per Syncellum afiumve visitent.

f 2. Integrum est Episcopo presbyteros duos ex proprio clero, quos maluerit, sibi adscisccre visitationis coiw nitrt atque adiutores. /

Can. 410—} 1. Ordinariae episcopali visitationi obnoxiae sunt personae, res ac loca pia, quamvis exempta, quae intra eparchiae ambitum continentur, nisi probari poscit specialem a visitatione exemptionem fuisse ipsis ab Apostolica Sede vel ad normam can. 263, concessam.

12. Religiosos autem exemptos Episcopus visitare potest in casibus tantum in iure expressis.

Can. 411—Visitator, in iis quae obiectum et finem visitationis respiciunt, debet paterna forma procedere, firmo iore recurrendi contra eius praecepta ac decreta; in aliis vero causis, etiam tempore visitationis, Episcopus ad normam iuris procedat necesse est.

Can. 412—Studeant Episcopi debita cum diligentia, sine Inutilibus tamen moris, pastoralem visitationem absolvere; caveant nc superfluis sumptibus cuiquam graves onerosive sint, neve, ratione visitationis, ipsi aut quisquam suorum, pro $e suisvc dona quodvis genus petant aut accipiant, reprobata quavis contraria consuetudine; circa vero victum sibi sulsquc ministrandum vel procurationes et expensas itineris, servetur legitima locorum consuetudo.

Can. 113—Episcopus loci commemorari debet a clericis in divina Liturgia ceterisque divinis officiis ad normam legum liturgicarum. *I* 556

Can. 414—§ 1. **In suo territorio Episcopus praecedit** omnibus Metropolitis et Archicpiscopis honoris causa, CCterisque Episcopis, non autem Cardinalibus, Legatis pontificiis, Patriarchis, Archicpiscopis de quibus in can. 324 ct proprio Metropolitae.

§ 2. Extra territorium serventur normae traditae in can. 37, sed in patriarchatlbus, nisi aliter ferat ius particulare, praecedentia inter Episcopos eiusdem gradus regitur ordine sedium episcopalium.

Can. 415—§ 1. Episcopi titulares nullam possunt exercere potestatem in sua eparchia, cuius ne administrationem quidem ineunt.

§ 2. Decet ex caritate, citra tamen obligationem, ut aliquando divinum Sacrificium pro sua eparchia applicent.

Can. 416—A recepta ordinatione episcopali Episcopi sive residentialcs sive titulares, praeter alia privilegia quae suis in titulis recensentur, fruuntur privilegiis de quibus in can. 1S5, § 1, nn. 8-12; nec non n. 2 etiam quod spectat ad censuras Hierarchae loci reservatas; n. 3, cum consensu saltem praesumpto Hierarchae loci; nn. 5, 6 ratione semper habita proprii ritus./ 557

Caput II—De Coadiutoribus et .Auxiliaribus Episcoporum

Can. 417—§ 1. Romani Pontificis est Episcopo Coadiutorem vel Auxiliarem constituere, salvo praescripto can. 248, § 1, n. 4, can. 327, § 1.

§ 2. Coadiutor datur Episcopo cura iure successionis; Auxiliaris autem sine iure successionis.

Can. 418—§ 1. 1.° lura Coadiutoris desumantur ex litteris quibus constituitur, datis a Sede Apostolica, firmo praescripto n. 2;

2. lura Coadiutoris constituti ad normam can. 248, § 1, n. 4, can. 327, § 1 determinat Patriarcha vel Archiepiscopus, audita Synodo permanenti.

§ 2. Nisi aliud in his litteris caveatur, Coadiutor qui datur Episcopo prorsus inhabili, habet omnia iura ct officia episcopalia; ceteri tantum possunt quantum Episcopus iisdem commiserit.

§ 3. Quae Coadiutor potest et vult exercere, Episcopus habitualiter alii nc deleget.

§ 4. Coadiutor, iusto impedimento non detentus, debet, ouoties fuerit a Coadiuto requisitus, pontificalia ct alias Iunctiones obire, quas Episcopus ipse peragere deberet.

Can. 419—§ I. Coadiutor ct Auxiliaris, ut canonicam sui officii adrainistrationcni ineant, necesse est litteras apostolicas vel patriarchalcs ostendant Episcopo.

§ 2. Coadiutor debet praeterea easdem ostendere coetui consultorum eparchialium, praesente cancellario curiae, qui rem in acta referat.

§ 3. Si Episcopus eum in statum inciderit ut eliciendi actus humani sit impos, praetermisso praescripto f 1, solum praescriptum § 2 a (Joadiutorc et Auxiliari servetur.

Can. 420—Coadiutor ct Auxiliaris obligatione tenentur, sicut Episcopus, residendi in eparchia, e qua, extra tempus vacationum, ad nonnam can. 403, j 2, ipsis non licet, nisi ad breve tempus. Coadiuto permittente, discedere. / 55S

Can. 421—§ 1. Coadiutor, vacante sede episcopali,

Cta. 405 H j, 4.—Syn. Armcn., a. 19x1, 259.

Cxx 407.—S. C. de Prop. Fide, 12 nov. 1696, o. 7 ad I. - Syn. Armen., xSyn. - Alexandrin. Coptorum, a. x393, sect. III, cap. I, art. II, III.

4^·—S. C. de Prop. Fide (C. G.J, 8 iul· ***1774,*** n. x.—Syn. Armen., a.

I i —Caaor.es Apostolorxnn, 84- - Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, Wt HI, cap. Ill, art. Ill, ***Di vinlationé dioecmoi;*** Syn. Libanen. M.iroxu-lc·j=ı, x 1736, pars III. cap. IV, 2, =5; Syn. Ainz-Tr.uca. GraccoMelchi-***urss,*** a. iSjj, can. 2X ρτ Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. VI; Sya. Lecpcù-n. Ruthenorum, a. 1891, tit VII, cap. III, 2; Syn. Sciarfen. iyrrrm. a. cap. IX, art. HI. ***Dc I'isilalionc paxloraii.***

Cia. 41a—Syn. Armen., a. 19x1. 254; Syn. Libanen. Marc.mtarum, a. 1756, ραπ III, cap. IV, 28; Syn. Zamosten. Rutbenoruxxj, a. 1720, tit. VI; Syn. Scurlea. Syrorum, a. 1BS8, cap. IX, art. III. ***De viiiiaiitme pailcvali.***

i r Crnoces Apostolorum. 84.—Syn. Alexandrin. Coptonxxn, a. 1898, nxt III. cap. Ill, art. HI, ***Dc risitaiwne dioccnecu;*** Syn. Ain-Traxcn. Graecoikkktarmi, a. xSjs, can. ax pr. SÆ

Caa. 41x.—Canones Apostolorum, 84· - Syn. Armen., a. 19xx, 336; Syn. Coptorum, a. xS^S. szcL HI, cap. HI. art. III, De :-nr ***hxuiicz;*** Srn. Libanm. Maronitanna. . X/3^· par* 111, cap. Iv, -yu. Air Tnxen. Gneco-MekhiUrum, a. 1Ô35. „ iv'4⁀' Lrtbaxrim, a. ***1720,*** tit. VI; Syn. Sciarfen-Syrorun, a. x8$8, cap. IX. art.

Apmtotorom. 84. - Syn. ***Ann*n.,***

Sys Alexandrin. Coptorum, a. xS/8, sect- * yj jy Syn. Libanen Maromtarum, ·. ***iV.Syx*** Ain-Traxea. GraecoMtzbUarum a- SyÀvum. Z iW, ccsUn. Rctbr-.i^uw, a :7-'0. t»L M. Syn. IX, art. HI. ***De*** n.iUru-w cin. 10; Bencdktus XIV,

Syn AWawlnn. Copiorum, *- 1

Syn. prov. Alba-Iulta. ef Fagarawen. Ruirroorum. a. ilyx. UL II. cap IV, 3: Syn. ScUrfen. Syrcnirx. a. rS88, c*|>. LX, tot. VI. t.

Can. 4x4.—Svn. Akxandnn. Coptorum. ». sect III, cap. III. «t IV. ***3.*** x; Syn. prov. AHu-Iulim. et Fa^arasien. K«χ»·πηε, a. 1872. ut II, cap. IV, 3.

j i,—SL C. de Prcp. Fnk. 13 iul· 162$. n. »7. - Cancoes Apostotoren, 34: Syn. Antiochea., a. 34X. can. 9.

Can. 415 j r.—Syn. TrulUa.. a. 6qx. can- 37· · Syn. AJ-xandrin. Coptorum. a. 1S98, sect. III. cap. HI, art. V. /V n;abn}*j ***a Icnbw;*** Syn. ScUrien. Syrorum. a i&W. cap V. art. XIII. f 3. d. 1, VIII; cap. X, ***Dc*** taarettfc xr« ***tMarihU.***

f 4.—Leo XIII. litt. ap. Z* to ta. xMt, f xct * ~ ~ FWe. hic. 13 ane 1842; S. Ptaft. Ap, dacr. ro iul· JQ42; η. II. - Sy a. 691, can. iα . Syn. Armen. a. 1911. 514. 643 ri; Syn. Alexandria. Lcyeoner. a. «ecL II, cap III. aH VIL « 6, 3. V-VHI; K<t- III, cap III. Art I, II. 4. in. cap HU art IV, ***De*** ***finrikgitt:*** Syn. Ubanea. VUromtaxvm. a 1736, par> Ill, cap IV. 3: 24: Syn. Axu-rtwu. Grafts Mrk bitvuxn, a ıi-jj. cxa. 11; S»n. prtn·. AKu luhm. ct Fatfaravm. Rumcnon-rn. a x»7/. tit II. cap IV 1 Syn. Sctaxta. Syn-nxp a. xMd, cap VI. art. VIII. 3. l*. cap Ml. irt' I x. ix; cap. IX. art. V, ***3,*** art VI. ***ÌH*** taonta Mhtrpu ç; cap. X. ***ΓH*** ***k.-^crjrtu*** v»

D/ CaWiatata ***d*** AtudimhM Sva. K}rxan·,. v G-o-toron, «. «»»S, WJ. III rap. HI. ,,t V. ***tu*** ***À***λ^.I. ton*eu; Syn. Scorteo. Syrcvura, a. 1MJ, cap, ⨯.

statim evadit Episcopus eparchiae, pro qua fuerat constitutus, dummodo adnùnistrationcm legitime inierit, ad normam can. 419.

§ 2. Cum Episcopi officio exspirat Auxiliaris officium, nisi aliud in litteris constitutionis caveatur.

Caput III—Dc Conventu cparchiali

Can. 422—§ 1. In singulis eparchiis convocandus est decimo saltem quoque anno eparchialls Conventus, in quo de iis tantum agendum quae ad particulares cleri populique eparchiae necessitates vel utilitates referuntur.

§ 2. Si Episcopus plures eparchias aeque principaliter unitas regat, aut unam habeat pro titulo, alteram aliasve in perpetuam admlnistrationem, huic legi satisfacit unum tantum Conventum ex omnibus eparchiis convocando.

§ 3. Ob singularia eparchiae adiuncta, Patriarcha, nisi iuris particularis praescriptum obstet, Episcopos a praescripto § 1 dispensare potest.

§ 4. Laudandus est mos iuxta quem Episcopus suos clericos quotannis congregat, ut cx singulorum experientia ct consilio videat quae in eparchia agenda sint ad bonum religionis promovendum.

Can. 423—§ 1. Conventum eparchialem indicit cique praeest Episcopus, non autem Administrator eparchiae vacantis nec Syncellus sine mandato speciali.

J 2. Habendus est in ecclesia cathedrali, nisi aliud rationabilis causa suadeat.

Can. 421—§ 1. Ad Conventum, laicis exclusis, convocandi sunt cumque adire debent:

® Syncellus;

2.® Consultores eparchiales;

559 3.· Rector Seminarii eparchialls saltem maioris;/

4.® Protopresbyter!;

5.® Parochi civitatis in qua Conventus celebratur;

6.® Ex unoquoque protopresbyteratu unus saltem parochus ab omnibus eligendus inibi curam animarum actu habentibus, qui ad tempus absentiae vicarium substitutum sibi sufficere debet ad normam can. 506, § 4;

7.® Superior monasterii sui iuris et unus e Superioribus cuiusque Religionis clericalis qui in eparchia commorentur, designatus a Superiore maiore, nisi ipse in eparchia resideat et intéresse ipse maluerit;

8.® Alii clerici qui iure particulari designentur.

5 2. Episcopus, si opportunum iudicaverit, potest ad Conventum vocare alios quoque et etiam omnes parochos, Superiores religiosos, imo et singulos suae eparchiae saeculares presbyteros, lis tamen exceptis qui necessarii sunt ne in paroeciis animarum cura desit; invitati autem ius suffragii in omnibus habent, sicut ceteri, nisi Episcopus in invitatione aliud expresse caverit.

Can. 425—§ 1. Iis qui Conventum adire debent, si legitimo impedimento detineantur, non licet mittere procuratorem qui eorum nomine Conventui intersit; sed Episcopum de impedimento certiorem faciant.

§ 2. Négligentes Episcopus potest iustis poenis compellere ct punire, nisi de religiosis exemptis agatur qui parochi non sint.

Can. 426—§ 1. Episcopus, si id ipsi expedire videatur, opportuno antequam habeatur Conventus tempore, unam vel plures, c clero civitatis ct eparchiae *commissiones* nominet, seu coetus virorum qui res In Conventu tractandas parent.

I 2. Ante Conventus sessiones Episcopus omnibus qui convocati sunt ct convenerunt, decretorum schema tradendum curet.

Can. 427—Propositae quaestiones omnes, praesidente vel per se vel per alium Episcopo, liberae adstantium disceptationi in sessionibus praeparatoriis subiiciantur.

Can. 128—Unicus est in Conventu cparchiali legislator Episcopus, ceteris suffragium tantum consullivum habentibus; unus ipse subscribit constitutionibus quae in Conventu datae sunt; quae, si in Conventu promulgentur, eo Ipso obligare Incipiunt, nlsl aliud expresse caveatur. /

Z

Dr ûwnJn *tptrtktali.*—Syn. Anr.cn., a. 1911, ***2&r,*** Syn. Labanen. Maronitarrn. a. ijjS, pan III. cap. IV. ****r,*** Syn. piw. AΠχι-luben. et Fa^amien. R'irrx-i'zTum. λ 187», tit HI. cap. IV, Dr ***Synniit DvMcctaxii:*** Syn. Z·-wntrn. ». 1710, tit- VI; Syn. Lropoben. Ruthenorum, a. •91. tit. XIV; Syn. ScUrfan. Svronnn, a 1888, cap IX, art. I. 4*. art. IV, 7.

Can. 424 f 1, 4.*—Svn. prov. Alba-Ialien. et Fararauen. Rornenorum, a. :87t. til. II, cap. VIII, Il. 6.

I 1. 6*. 7.·—Syn. prov. AUM-Iuben. et Fa^arasien. Risnroorum, a. 1871. Ut. II, cap. IX. 7

Ca x <il.—Syn. Scitften. Syrorun. a. 1M8, cap. IX. art V. a.

Caput IV—Dc curia cparchiali

Gan. 429—5 1. Curia eparchialls constat Hlis penoû quae Episcopo alnve, qui, loco Episcopi eparchlam real opem praestant in regimine totius eparchiae.

§ 2. Quare ad cam pertinent: Syncellus, oeconome ratiocinator, vicarius Judicialis, cancellarius, promotorh stillae, defensor vinculi, eparchiales iudices ct examinatores, parochi consultores, auditores, notarii, cursores et apparitores.

§ 3. Haec officia, necessitate exigente vel opportunitate suadente, cumulari possunt, nlsl rei natura aut lut obstet, cum aliis, haud exclusis iis quibus cura animarum est adnexa.

Can. 43Ù—§ 1. Nominatio eorum qui praedicta officia vel munera exercent, scripto consignetur, ad normam canonis 101.

§ 2. Nominati vero debent:

1.® In manibus Episcopi iusiurandum praestare de officio vel munere fideliter exercendo, sine ulla personarum acceptione;

2.® Negotia ad se spectantia sub auctoritate Episcopi tractare ad normam iuris;

3.® Secretum servare intra fines ct secundum modum a iure vel ab Episcopo determinatum.

Can. 431—§ 1. Praeter Officiales de quibus in can. 429, § 2, Episcopus, necessitate vel utilitate eparchhe exigente, alios quoque officiorum titulares, etiam permanentor, in curia constituere potest de quibus valet praescriptum can. 430, § 2.

§ 2. Episcopus secretum ab Officialibus, ad actum quoque constitutis, etiam sub fide iurisiurandl, prout opportunum censucrit. exigere valet. /

Art. I—*De Syncello el oeconomo*

Can. 432—§ 1. Quoties rectum eparchiae regimen id exigat, constituendus est ab Episcopo Synccllus, qui ipsum potestate ordinaria in toto territorio adiuvet.

§ 2. Synccllus libere ab Episcopo nominatur, qui eus potest ad' nutum removere.

§ 3. Unus tantum constituatur, nisi amplitudo eparchiae vel alia rationabilis causa plures exigat; sed, Syncello absente vel impedito, Episcopus alium constituer* potest qui eius vices suppleat.

§ 4. 1.® Si in aliqua dioecesi ritus latinl adsint communitates fidelium ritus orientalis, constituatur Syncellus qui de iis curam suscipiat; qui, si fieri potest, sit et Ipse ritus orientalis, secus, sacerdos latini ritus, idoneus ac rerum orientalium bene doctus, assumatur;

® Idem Syncellus erga baptizatos acatholicos rituum orientalium effusa caritate et prudenti utatur zelo·

Can. 433—5 L Synccllus sit sacerdos coelebs e clero saeculari, annos natus non minus triginta, in thcoloçu aut iure canonico doctor vel prolyta, vel saltem earum disciplinarum vere peritus, sana doctrina, probitate, prudentia ac rerum gerendarum experientia commendatus.

§ 2. SyncelH officium ne committatur Episcopi consanguineis praesertim usque ad tertium gradum inclusive, aut, exclusa necessitate, parocho ceterisque curam animarum habentibus.

§ 3. Non prohibetur Episcopus Syncellum ex alia eparchia assumere. /

Can. 434—§ 1. 1.® Nisi lex aliud caveat, ad Syncellum. in tota eparchia eadem pertinet potestas iurisdictionis»

Dt Curia t^ardtiali.—Syn. Araen., a. Iβιτ, tiL II, cap. VTI, Dr5r»w» ***Dvxcrzana;*** cap. X. Dr ***cAcîcrii Cunae Mtnüiris;*** Syn. prov. AΛvIιώ»- et Façarasien. Rumenorum, a. 1882, tiL II, secL III, cap. II.

çuj ***Krfcrmîn Consistorii fi Tnbunahttrrt.***

Dr SynctUa.—Syn. Armen., a. xçix, ***372.*** *274^* tiL II, cap. VIII, Dr Ficario ***Generali Vicc*^rrmiibus;*** Syn. Alexandrin. Ccptoram, a χφ. *ecL III, cap. IV', art. I, ***Dr Vicario Genmli;*** Syn Libaaea. Marcniunsa.*. 1736, pars III, cap. III, j; Syn. prov. Alha-Ialien. ct Fanraskn. Ruzea> ryn, a. 1872. tiL II. cap. VI, ***De vicaria*** ç/Xi-rahêas ***Epùcopcrw d it*** kkjnu ***CapüulanUa;*** Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1710, tit VU; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XIII, I 9, n. 3.

* 1. 432·—S. C. de Prop. Fide, 29 dec. 1812. - Syn. Sciarfen. St rec**ex** a. cap. XI, De ***officia*** l'ûanï ***Gmcralà,*** CAorrpùeppi, hnù-tti rf PktrocJu.

f 1П· ‘‘. ?

Syu IV>- *- >>

I * Prop- FHe. d**cr. x m.ui 1897, n. 3.

tt a'. Ut,l5J7 IS xjin Fatam

(Tiiod attinet ad spiritualia ac temporalia, quae Episcopo, Sexceptis quae Episcopus sibi reservaverit, vel quae ex itat requirant speciale Episcopi mandatum;

2.· Svncllus agit ordinaria potestate etiam in iis oiue^x speciali mandato agit; quo non obtento, actus ad qocm kx huiusmodi mandatum requirit est nullus.

j 2. Nisi aliud expresse cautum fuerit, Syncellus exsequi potest rescripta apostolica vel patrlarchalia quae Epi-Jvpo vel praecedenti rectori eparchiae remissa sint, ac regulariter ad Ipsum quoque pertinent facultates habituale Hierarchae foci concessae.

Can. 435—J 1. Syncellus praecipua acta curiae ad Episcopum referat, ipsumnue certiorem faciat dc iis quae gab aut gerenda sint ad tuendam in clero et populo disciplinam.

f 2. Caveat ne suis potestatibus utatur contra mentem et voluntatem sui Episcopi, firmo praescripto § 3.

j 3. Gratia a Syncello denegata et postea, nulla facta huius denegalionis'mentione, ab Episcopo impetrata, invilida est; gratia autem ab Episcopo denegata nequit valide, etiam facta denegationis mentione, a Syncello, non consentiente Episcopo, impetrari.

Can. 436—§ 1. Praesente etiam Episcopo, Syncllus publice privatimque ius habet ut praecedat omnibus clericis, quacumque dignitate vel officio praeditis, etsi collegiahter agentibus vel procedentibus, nisi clericus charactere episcopali praefulgeat ct Syncellus eodem careat.

J 2. Si Syncellus sit Episcopus, omnia honorifica privilegia Episcoporum titularium oblinet; secus durante munere habet privilegia et insignia primae post episcopalem dignitatis.

Can. 437—*j* 1. Exspirat Syncelli iurisdictio per ipsius renuntiationem ad normam can. 126-133, aut revocationem ei ab Episcopo intimatam, aut sedis episcopalis vacationem firmo praescripto can. 469; suspenditur vero suspensa episcopali iurisdictione.

J 2. Non exspirat autem morte Patriarchae iurisdictio SjTJcelil in eparchia Patriarchae propria constituti; qui tamen lege tenetur, sede vacante, nihil innovandi. /

Can. 43$—§ 1. Pro administratlone bonorum ecclesiasticorum, quorum proprietas est penes ipsam eparchiam, constituendum est in curia eparchiali Officium quod constat oeconomo, ad nonnam can. 429, § 2, ratiocinatore et aliis necessariis ministris.

j 2. 1.· Oeconomus iis qualitatibus praeditus sit oportet quae in oeconomo patriarchal! requiruntur ad normam can. 299, § 2, n. 2;

2.° Oeconomo, si res ferat, socius vel auxiliaris, unus vel plures, etiam laici, dari possunt.

I 3. Oeconomi est, sub Episcopi potestate, bona eparcnlae administrare, bonorum ecclesiasticorum administration! in tota eparchia invigilare, eorum conservationi, tutelae et incremento providere, administratorum loculum negJigentiam supplere et bona quae administratore, iure designato, carent, per se administrare.

f 4. Oeconomus rationem administrationis Episcopo quotannis ct quoties ab ipso petitur redderc debet. Episcopus, adseito uno saltem consultore eparchiali, rationes ab oeconomo exhibitas examinat, arcam recognoscit, convenientes inspectiones bonorum, documentorum, nominum, inopinato etiam, exsequitur scu exsequendas lubet.

Art. II—*De cancellario aliisque notariis et archivo episcopali*

Can. 439—5 1. In qualibet curia constituatur ab Episcopo cancellarius qui sit presbyter, cuius praecipuum munns sit acta curiae In archivo custodire, ordine chronologico disponere et de iisdem indicis tabulam conficere.

f 2. Poscente necessitate, vice-canccllarius seu vlce-tabnlarius constitui potest in eius auxilium.

} 3. Cancellarius est eo ipso notarius.

Caa. 456 J a.—Syn. Alexandria. Coptorœn, a. 189«. seri. II. cap. III, art.

Chnkedonen., x 45L
cas. x:. - Theophilus Akxandrin.. can. iα - byn. Mar.
l 4x0, can. 15; Syn. Libancn. SUronitarum, a. 1736, pars III. cap l . .
4 IV, -T. Syn- pnr.·· Alba-Iulxcn. et Fa^ara^n. x xMx,
tit Π, xect IV, cap. I. VI. Syn. Scurfen.
I x—Syn. Zani^ten. Rutbecoruin. x XWJJJrYy
Spina, xYsSS. cap. XIII. art. VII, Dr Zarr.owtm. Ru-
D/ — Svn Armen. x X9«, 3mW
tbrecro. a. 1720» tit VIII. - «ar* HI. cap. V, x
ClX 439-Syn. Libanen. MaromUnxxn, x ›

Can. 410—§ 1. Episcopus praeter cancellarium potest alios quoque notarios constituere, quorum scriptura aut subscriptio publicam fidem facit./

§ 2. Udem constitui possunt aut ad quaelibet acta, aut ad acta judicialia dumtaxat, aut ad acta tantummodo certae causae vel negotii conficienda.

§ 3. Si clerici desint, possunt e laicis assumi; sed notarius in criminalibus clericorum causis debet esse sacerdos.

§ 4. Cancellarius aliique notarii debent esse integrae famae ct omni exceptione maiores.

§ 5. Cancellarius aliique notarii possunt removeri aut suspendi ab eo qui illos constituit aut ab eius successore aut Superiore, non autem ab administratore eparchiae vacantis, nisi de consensu consultorum eparchialium.

Can. 441—§ 1. Officium notariorum est:

1.° Conscribere acta seu instrumenta circa dispositiones. obligationes, citationes et intimationes iudiciales, decreta, sententias aliave circa quae eorum opera requlritur;

2.® In scriptis fideliter redigere quae geruntur eaque cum significatione loci, dici, mensis et anni subsignare;

3.° Acta vel instrumenta legitime petenti ex regesto, servatis servandis, exhibere et eorum exemplaria cum autographo conformia declarare.

§ 2. Conscribere acta nequit notarius nisi in territorio illius Episcopi a quo est electus aut circa negotium ad quod est legitime constitutus.

Can. 412—§ 1. Episcopi in loco tuto ac commodo archivum seu tabularium eparchiale constituant, in quo instrumenta et scripturae, quae ad negotia eparchiae tum spiritualia tum temporalia spectant, apte dispositae ct diligenter clausae custodiantur.

§ 2. Omni diligentia ac sollicitudine conficiatur inventarium seu catalogus documentorum quae in archivo continentur cum brevi singularum scripturarum synopsi.

Can. 443—§ 1. Quotannis, primo bimestri, inventario seu catalogo illae scripturae adjungantur, quae anno praecedenti confectae vel alias neglectae fuerunt. /

§ 2. Episcopi sedulo inquirant chartas ct scripturas forte alio distractas atque dispersas; ct quaelibet necessaria remedia adhibeant ut caedem scrupturae archivo restituantur.

Can. 444—§ 1. Archivum clausum sit oportet nec ulli illud ingredi liceat sine licentia aut solius Episcopi aut Syncelli simul et cancellarii.

§ 2. Unus cancellarius illius elavem habeat.

Can. 445—§ 1. Ex archivo non licet efferre scripturas sine Episcopi vel Syncelli licentia eaedemque quamprimum, semper tamen intra triduum, in suum locum referantur. Unius autem Episcopi est prorogare hoc tempus, quae tamen prorogatio moderate concedatur.

§ 2. Qui aliquam scripturam cx archivo effert, syngrapham sua manu signatam, hoc ipsum significantem, cancellario tradat.

Can. 446—§ 1. Habeant praeterea Episcopi aliud archivum secretum vel saltem in communi archivo armarium seu scrinium omnino clausum et obseratum, quod de loco amoveri nequeat. In co scripturae secreto servandae cautissime custodiantur; sed singulis annis quamprimum comburantur documenta causarum criminalium In materia morum, quarum rei vita cesserint vel qune n decennio sententia condcmnatorla absolutae sunt, retento, hoc altero in casu, facti brevi summario cum textu sententiae definitivae.

§ 2. Etiam huius secreti archivi vel armarii Inventarium seu catalogus conficiatur ad normam can. 442, § *1.*

§ 3. Hoc archivum vel armarium duabus clavibus inter se diversis aperiatur, quarum altera apud Episcopum vel Administratorem apostolicum, altera apud Syncellum vel. eo deficiente, curiae cancellarium asservetur.

§ 4. Episcopus vel Administrator apostolicus. repetita

Can. 440 (x.—Syn. Arorn. a. xçxx, 313. Syn. LiNuxn Mtiwtftansee. a. 1736. HI. cap. V, 2.
Can. 440 i a.—Syn. Amm, a- 19»». 313.

Can. 442 f x.—Syn. a. x?xx, 484. Syn. Uh-int*. MraU* Unnu, x xyj6, para HI. cap. IV. 37, cap. V, a; Syn. ScUrt»a. Smuni jl xRM, cap. IX. art. I. xfr, art VII, S.
Can. 444.—'Syx Libanrc. Mircnitarunr, a. lyjA par· lit, can. V 10
f I.—Syn. Artnca. χ χι. 384.
Can. 445—Syn. lâhanen. MaroeUanun. a. 173*, par› III. rap V. 0

altera clave, ipse solus, nemine adstante, archivum vel armarium secretum, ubi opus fuerit, aperire et inspicere
566 potest, quod deinde utraque clavi iterum claudatur. /

Can. 447—Statim atque eparchiae administrationem legitime inierit, Episcopus sacerdotem nominet, qui, sede vacante aut impedita, elavem secreti tabularii scu armarii quae apud Episcopum erat, assumat.

Can. 448—§ 1. Nisi Administrator apostolicus eparchiae datus fuerit:

1.° Sede impedita ad normam can. 4G7, § 1, sacerdos de quo in can. 447, si quidem regimen eparchiae sit penes sacerdotem ab Episcopo designatum, elavem huic sacerdoti remittat; si penes Syncellum, eam ipse retineat;

2.® Sede vero vacante aut impedita ad normam can. 467, 5 2, sacerdos de quo in can. 447 elavem remittat ei qui eparchiam regit statim post eius designationem; Syncellus autem vel cancellarius aliam elavem a sc retentam remittere eodem tempore debet primo consultori eparchlali.

§ 2. Antequam claves iis, quibus tradendae sunt ad nonnam § 1, remissae fuerint, Syncellus vel cancellarius ct sacerdos de quo in can. 477, tabularium vel armarium sigillis curiae obsignent.

Can 449—§ 1. Tabularium vel armarium nunquam aperiatur nec sigilla ab eo removeantur, nisi urgente necessitate ct ab ipso Administratore eparchiae vacantis coram duobus eparchialibus consultoribus, qui evigilent ne qua scriptura e tabulario auferatur; solus autem Administrator documenta in tabulario asservata potest, iisdem consultoribus adstanlibus, inspicere, nunquam tamen auferre. Archivum autem, post inspectionem, iterum sigillis obsignetur.

§ 2. Advenienti novo Episcopo, si sigilla remota fuerint et tabularium aut armarium apertum. Administrator eparchiae vacantis rationem reddat urgentis necessitatis, qua ad hoc motus fuerit.

Can. 450—§ 1. Curent Episcopi ut archivorum quoque ecclesiarum cathedralium, paroecialium, ac confraternitatum ct piorum locorum inventaria seu catalogi conficiantur duobus exemplaribus, quorum altcrum in proprio archivo, alterum in archivo episcopali servetur.

§ 2. Documenta originalia cx praedictis archivis ne ef-
567 ferantur, nisi ad normam can. 445. /

Can. 451—§ 1. Documenta quae in paroeciarum et curiarum archivis sub secreto servanda non sunt, is cuius intersit potest, praevia licentia competentis auctoritatis ecclesiasticae. Inspicere; itemque postulare ut sua impensa sibi legitimum eorum exemplar exscribatur ct tradatur.

J 2. Cancellarii autem curiarum, parochi, aliique archivorum custodes, in communicandis documentis ct eorum exemplaribus describendis tradendisque, regulas servent a legitima auctoritate ecclesiastica datas, et in casibus dubiis loci Hicrarcham consulant.

Art. III—*Dc examinatoribus eparchialibus et parochis consultoribus*

Can. 452—§ 1. 1.® In quavis eparchla habeantur examinatores eparchlales et parochi consultores qui omnes in Conventu eparchiali constituantur, propositi ab Episcopo, a Conventu approbati, salvo lure particulari disponente ut officium examinatorum cparchiallum et parochorum consultorum a sodalibus Consistorii episcopalis adimpleatur,

2. Ad officium examinatoris eparchlalls ct parochi consultoris designari potest presbyter etiam alius eparchiae, de consensu tamen sui Hierarchae.

5 2. Tot eligantur quot Episcopus prudenti suo iudicio necessarios iudicavcrit, non tamen Infra quatuor, nec ultra duodecim.

Can. 453—J 1. Examinatoribus ct parochis consultoribus medio tempore inter unum et alium eparchialem Conventum demortuis vel ulla ratione ab officio cessantibus, alios Episcopus substituat auditis consultoribus eparchlallbus.

i 2. Hacc norma servetur etiam in examinatoribus ct parochis consultoribus constituendis quoties eparchialLs Conventus non habeatur.

Casi. ***Kmra.,*** a. i?ti.
C'a. 44S \ i, t.*—Syn Arn.m, sl tçti, 322.
Cu l 430 I x.—Syn. Lbiom. SUmniUrum, a. 1736, pin HI, cap III,

Ut ... —Syn. Araen., a. x^tf. jaj-
Can. 45*·—S. C. 0* Prop Fide (C G.), S ini. 1774, n. 4*

Can. 451—§ 1. Examinatores el parochi consultem sive in eparchiali Conventu sive extra eum constituti, ώα decem annos a suscepto officio vel etiam prius, advtnbru novo eparchiali Conventu, eodem cadunt; poscunt Un*· negotium iam coeptum ad exitum perducere ct, scrrxth ** de iure servandis, denuo constitui.

§ 2. Qui loco examinatorum ac parochorum consultonun deficientium constituantur, in officio persistunt ductaxat quousque perstitissent li quibus substituti fuemt

Can. 455—Removeri ab Episcopo possunt gravi ά causa et auditis, nisi contrarium opportunum ipse duxett, eparchialibus consultoribus.

Can. 456. — § 1. Examinatores eparchlales opera» suam diligenter navent praesertim experimentis habeaiu ad provisionem beneficiorum paroecialium nec non processibus iure particulari praescriptis uti processus de nmotione vel translatione parochorum, dc clericis non residentibus.

§ 2. Quod autem attinet ad experimenta habenda ad clericorum ordinationem ct approbationem presbyterorca qui petunt facultatem excipiendi sacramenlales confessiones aut sacras contiones habendi, et ad examina de quibas In can. 66, integrum est Episcopo vel examinatorum epirchlalium vel aliorum opera uti.

Can. 457—Idem potest esse examinator et parochus consultor, non autem in eadem causa.

Caput V—De consultoribus eparchialibus

Can. 458—§ 1. 1.° In omnibus eparchlis, etiam ln triarchatibus constitutis, nominentur ab Episcopo, finr.o can. 460, consultores eparchlales qui sint presbyteri pietate, moribus, doctrina ac prudentia commendati, quique Episcopum consilio et auxilio adiuvent In regenda eparchia;

2.® Ad officium consultoris eparchlalls designari possunt religiosi, si necessitas id requirat, et cum consensu Patriarchae.

§ 2. Collegio consultorum eparchlallum tus et officium quoque est, quoties Patriarchae non competit, vacante sede aut Impedita, Episcopi vices in eparchiae regimine C(supplendi ad normam can. 469./

Can. 459—§ 1. Episcopus obligatione tenetur consultorum eparchlallum consensum vel consilium, ad nonnam canonum, exquirendi.

§ 2. Patriarcha in regimine propriae eparchiae consilium consultorum eparchialium audiat necesse est, quoties ius statuit Hicrarcham loci eorum consilio vel consensu indigere. Concordibus vero consultorum suffragiis Patriarcha multum deferat, nec ab iisdem, sine praevalenti rationc, suo iudicio aestimanda, discedat.

Can. 460—Inter consultores eparchlales ipso iure numerantur oeconomus et primus presbyter in ecclesia cathcdrali; ceteros consultores nominat Episcopus, (inno praescripto can. 462.

Can. 461—§ 1. Consultores eparchlales numero sint saltem sex; in eparchils ubi pauci sint presbyteri, satis sunt quatuor; iidemque omnes in civitate episcopali vel in locis vicinioribus commorentur.

J 2. Antequam officium huiusmodi suscipiant, Indurandum interponant de officio fideliter exsequendo sine ulla acceptione personarum.

Can. 462—§ 1. Officium consultorum est ad decennium.

§ 2. Exacto decennio. Episcopus vel alios ln eorum locum substituat, vel eosdem ad aliud decennium confirmet; quod idem servetur singulis decenniis.

§ 3. Deficiente, quavis de causa, aliquo consultore Intra decennium, Episcopus auditis, nisi aliter opportunum duxerit, ceteris consultoribus, alium substituat, qui ln officio maneat usque ad expictum idem decennium.

§ 4. Si forte decennium excidat vacante sede episcopali, consultores in officio maneant usque ad accessum novi Episcopi, qui intra sex menses ab inita eparchiae admlnlstratione providere debet ad normam huius canonis.

§ 5. Si, sede vacante, aliquis consultor moriatur vel renuntiet, Administrator eparchiae vacantis dc consensu aliorum consultorum, alium nominet, qui tamen, ut offido, sede plena, fungatur. Indiget novi Episcopi confirmatione.

Can. 463—Durante munere, Episcopus consultores ne removeat, nisi ob iustam causam ct auditis, nisi contrarium opportunum duxerit, ceteris consultoribus./

Can. 464—§ 1. Collegii consultorum eparchialium vi-

Can. 456.—-Syn. Libanen MaroniUrum, a. 1736, pars II, cap. XIV. A i x-—S. C. de Prop. Fîdr - Pro Negotiis Ritas Onmtalh -, deer. 17 *AKζ.* 1QX4. 8.

§ 2 —Syn Zamosten. Ruthenoram, a. 1720, tiL III. § 7; Syn. Scùrim. Syrçrum. a. iSM, cap. V, art. XIII, R a. 3-

Can. 464. Syn. prov. Alba-Iuhcn. et Fagarasien. Raxnenonsn, a. xS/J.

cw in omnibus supplet Capitulum canonicorum ecclesiae cathedralls, ubi hoc constitutum est; quare quae can°nes jd gubernationem eparchiae, sive sede plena § Vihmiit' oediU aut vacante, consultoribus eparchialibus tribuunt, « etiam de Capitulo cathedral! intclllgenda sunt.

f 1 Capituli cathedralls praeterea est sollemniorem cultum Deo in ecclesia cathedral! exhibere.

Can. 465—} 1. Capitulorum Institutio seu erectio, innovatio ac suppressio Sedi Apostollcae reservatur.

f 2. !.· Dignitatum erectio necnon primae dignitatis collatio Sedi Apostolicae reservantur;

2. Ad Episcopum vero pertinet, audito Capitulo, conferre omnia et singula beneficia ac canonicalus in ecclesia cathedrali, reprobata quavis contraria consuetudine et revùcato quolibet contrario privilegio, sed firma contriria fundationis lego ct praescripto iuris de beneficiis Sedi Apostolicae reservatis.

f 3. Capitula, ubi vigent, reguntur iure particulari.

Can. 466—§ 1. Sl ecclesia cathedralls simul sit paroeci-ilis, relationes iuridlcac inter Capitulum, si habeatur, et parochum reguntur nonnis quae sequuntur, nisi aliud ferat aut Sedis Apostolicae indultum aut particularis conventio in erectione paroeciae inita et ab Episcopo legitime probata.

f 2. Ad parochum spectat:

1.· Applicare divinam Liturgiam pro populo et, debito tempore, praedicare ac Christianam doctrinam fideles edocere;

2.0 Custodire libros paroeciales et ex Iis attestationes extrahere;

3.· Functiones paroeciales peragere de quibus in can 503. Iusta funebria, in ecclesia ad normam iuris peragenda, persolvere ad Capitulum pertinet dumtaxat si de funere agatur alicuius dignitatis, vel canonici, etiam ho-
571 norarii tantum, vel beneficiarii;/

4.· Alias functiones non stricte paroeciales peragere quae in paroeciis fieri solent, modo ne impediatur chorale servitium, nec Capitulum easdem functiones peragat;

5.0 Eleemosynas in bonum paroecianorum colligere easdem directe vel indirecte oblatas recipere, administrare el secundum offerentium voluntatem distribuere.

§ 3. Ad Capitulum spectat:

1.0 Custodire divinam Eucharistiam; sed altera ta bernacuil seu columbae clavis apud parochum servari debet

2.° Invigilare ut in functionibus a parocho in capltu lin ecclesia peragendis leges liturgicae observentur;

3.0 Ecclesiae curam habere ciusque bona administrare cum piis legatis.

I t Nec parochus capitulares nec Capitulum paroecia-les functiones ct muncra impediat; exorto autem conflictu, quaestionem dirimat Episcopus, qui in primis curare debet ut catechetica Instructio ct Evangelii explicatio hora fidelibus commodiore semper habeatur.

f 5. Non solum Capitulum impedire nequit parochum in exercenda paroeciali cura, sed insuper sciant capitulares se ex caritate teneri, maxime si designati coadiutores desint, ut eidem adiutricem operam navent, secundum modum ab Episcopo determinandum.

Caput VI—De Sede impedita aut vacante ac de Administratore eparchiae vacantis

Can. 467—} 1. 1.® Sede per Episcopi captivitatem, relegationem. exilium, aut inhabilltatem ita impedita, ut ne per litteras quidem cum subditis communicare ipse possit, eparchiae regiman, nisi aliter providerit Sedes Apostoliea, esto penes Episcopi Syncellum vel alium Idoneum sacerdotem ab Episcopo designatum, cui ipso iure competunt potestas, iura et officia Syncelli;

Potest in casu Episcopus, gravi de causa, plures designare, qui sibi invicem in officio succedant.

f 2, 1.® His deficientibus, vel, uti supra dictum est, impeditis, collegium consultorum eparchlallum Administra-

tl Π, '1? v. *Dl* *lift* *CapitvU* Sytu LxopcWiea. Ro
tiL Ii.

“ 22:

F» IX. «XMt *te*. «ItÏÏ'tSiStâF** lulU
ώπ-M, 16 nor. iSjj. n 6: bulU *A4* laL n- ,
dwi Ckrirti. *nov* xiSj: htL 7? 'V *tttt Φ I**
I . : .-ρ,-η IX. coast. *p. '***. 13
12 îuL î^»4. η· χ·

torem ad normam can. 470, § 1, constituat, firmo can. 249 § 1, n. 4;

2.° Hacc norma servetur etiam cum Syncellus vel sacerdos ab Episcopo designatus, quavis dc causa, eparchiae regimen assumere non potuit;

3.° Administratori de quo in nn. 1, 2 competit potestas Administratoris eparchiae vacantis. / 572

§ 3. Qui cparchiam regendam suscepit, quamprimum Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali et Patriarcham vel Archiepiscopum moneat de sede impedita ac de assumpto officio.

§ 4. Si Episcopus in excommunicationem, interdictum vel suspensionem inciderit:

1.° In patriarchatibus, ipse Patriarcha interim provideat et Sedem Apostolicam certiorem faciat;

2.° In archiepiscopatibus, Archiepiscopus Sedem Apostolicam de re edoceat; quod si de ipso Archiepiscopo agatur, primus, ordine praecedentiae, Metropolita vel, si in archiepiscopatu Metropolitae non sint, primus Episcopus idem praestet;

3.° Extra archiepiscopatus, Metropolita et, si de ipso agatur, primus inter Episcopos comprovinciales Sedem Apostolicam certiorem faciat;

4.0 Quod si agatur de Episcopo nulli Metropolitae subiecto vel de Exarcho cum territorio proprio aut de Exarcho apostolico, Metropolita ad normam can. 323 designatus, obligatione rem deferendi ad Sedem Apostolicam tenetur.

Can. 468—§ 1. Sedes episcopalis vacat Episcopi morte, expressa renuntiatione a Romano Pontifice acceptata, firmo praescripto can. 248, § 1, n. 3, postquam renuntianti significata est acceptatio, tacita renuntiatione ad normam can. 130, translatione ac privatione Episcopo intimata.

§ 2. Excepta collatione beneficiorum aut officiorum ecclesiasticorum, omnia vim habent quae gesta sunt a Syncello usque dum hic certam de obitu vel de tacita renuntiatione Episcopi notitiam habuerit, vel ab Episcopo aut a Syncello usque dum authenticum de memoratis actibus pontificiis vel patriarchalibus nuncium ad eosdem pervenerit, et salvo can. 469.

§ 3. Ab authentico translationis nuncio Episcopus intra quatuor menses debet novam cparchiam petere ciusdemque administrationem inire ad nonnam can. 396, 397. A die initac administrationis, prior eparchia plene vacat; interim vero in eadem Episcopus:

Ꝑ. Administratoris eparchiae vacantis potestatem obtinet lisdemque obligationibus tenetur, cessante qualibet Syncelli potestate;

2.0 Honorifica Episcoporum residentialium privilegia conservat;

3. Ius habet ad congruam retributionem ad nonnam can. 479, n. 1. /

Can. 469—Sedo vacante, quoties non adfuerit Administrator apostolicus vel aliter a Sede Apostolica provisum non fuerit, regimen eparchiae transit, in patriarchatibus, salvo iure particulari, ad Patriarcham; Syncellus tamen in munere perdurat donec Administrator, a Patriarcha ad normam can. 249, § 1, n. 4 nominatus, officii sui administrationem ineat: extra patriarchatus, ad coetum consultorum cparchialium.

Can. 470—§ 1. Coetus consultorum cparchialium. sede vacante, intra octo dies ab accepta notitia vacationis, debet Administratorem qui loco sui cparchiam regat eligere.

§ 2. Si intra praescriptum tempus Administratorem, quavis de causa, non elegerit, designatio devolvitur in patriarchatibus. ad Patriarcham ad normam can. 249, f I. n. 3; extra patriarchalus, ad Métropolitain; si autem ecclesiae ipsa metropolltana fuerit vacans vel metropolitana simul et comprovincialis vacaverint, ad Arrhlepiscopum, si provincia eidem sublidatur; secus, ad Episcopum comprovincialem residentem ordine praecedentia·* primum. Si vero de Ipsa archiépiscopall eparchia agatur, designatio

Gxn. «SS.—S. Dimuai. HtL ftenrrir 3. jSc. . Syn. SeUrtea. Syronm, · xSSS. cap. VIIJ. art. *III. Dt* MOfthj rfwx/pa*·» ·**■

f 1.—-S. fultas. litL Δ/r» *hOtTM.* a. 341: cS» trito». ———— Apwtolorum. rc Syn. Sartkefe, a. 343. can. 1; &. Orillu* .Mwiilnn , t - Stu Afra-ifelnx Coptoruiu. a. 1A9S, III, cuçk Π. ait. |I(Sjm. Sciartnx. Synmyn. a xiSi. <Λρ ιχ, it H 6- tv ' * 30 C*U '· * irteo. Sy er.®, a cap. VIII. art IV. Amen , a r^ix, Sy- Scurfs Smran, 4 t<M, C3XX › 111« art. Ili. C-m. 470 I 1. Syn. Rnttaocvoni, a. 1S91, Ut. VII. rap. 11, 3.

devolvitur ad primum Métropolitain vel, si in archiepiscopatu non habeantur Metropolitae, ad primum Episcopum comprovincialem. Idem servetur sl electio Administratoris fuerit nulla oh defectum formae.

5 3. Vacante cparchia nulli Patriarchae, Archiepiscopo vel Metropolitae sublecta, si collegium consultorum eparchialium intra octo dies Administratorem non elegerit, hunc Metropolita ad normam can. 323 designatus constituat

§ 4. Consultores cparchlales quamprimum dc morte Episcopi, atque ab iisdem electus in Administratorem de sua electione, Sedem Apostolicam certiorem faciant.

Can. 471—§ 1. Administratorem eparchiae vacantis eligere debet coetus consultorum cparchialium per actum colleglalem ad normam can. 102-121, salvis peculiaribus huius capitis normis, et ad eius validitatem requiritur pars suffragiorum absolute maior demptis suffragiis nullis.

J 2. Eadem persona non potest in Administratorem et oeconomum designari, reprobata contraria consuetu-
574 dîne. /

Can. 472—§ 1. Ad Administratoris eparchiae vacantis officium designari valide non potest sacerdos vinculo matrimoniali adstrictus, nec qui tricesimum aetatis annum non expleverit, vel ad eandem vacantem sedem fuerit electus, nominatus vel praesentatus.

5 2. Administrator eparchiae vacantis sit praeterea in theologia aut iure canonico doctor vel prolyta aut saltem earundem disciplinarum vere peritus, in eoque morum integritas, pietas, sana doctrina cum prudentiae laude conspirent.

§ 3. Si praescriptae § 1 condiciones posthabitae fuerint, applicetur praescriptum can. 470, § 2. Actus autem illius qui a collegio consultorum electus fuerat, ipso iure sunt nulli.

Can. 473—5 1. Sede vacante, firmis iuris praescriptis circa quosdam actus prohibitos, ordinaria Episcopi iurisdictio in spiritualibus ct temporalibus transit, ante designationem Administratoris eparchiae vacantis, ad Patriarcham. salvo iure particulari, extra patriarchatus, ad coetum consultorum eparchialium; Administratore autem designato, ad Ipsum eadem Episcopi potestas devolvitur.

§ 2. Quare coetus consultorum cparchialium et postea Administrator eparchiae vacantis omnia possunt quae enumerantur can. 434, § 2.

Can. 474—5 1· Sede vacante nihil innovetur.

§ 2. 1.® Administratori et consultoribus eparchialibus non licet agere quicquam quod vel eparchiae vel episcopalibus iuribus praejudicium aliquod afferre possit;

2.® Tum Administrator et consultores eparchiales tum alii omnes, clerici vel lalcl, prohibentur curiae episcopalis documenta quaelibet subtrahere vel destruere vel celare vel Immutare.

Can. 475—In Administratore constituendo nullam sibi lurisdlctlonls partem nec Patriarcha nec collegium consultorum eparchialium retinere potest, nec gerendo officio
575 tempus praefinire allasve restrictiones praestituere. /

Can. 476—5 1. Administrator eparchiae vacantis a Patriarcha designatus, postquam fidei professionem coram Patriarcha emiserit, iurlsdictionem obtinet, non exercendam tamen nisi postquam litteras patriarchales suae designationis consultoribus eparchialibus ostenderit; curet tamen easdem litteras quamprimum clero totius eparchiae notas facere.

§ 2. Administrator sedis vacantis a coetu consultorum eparchialium electus, edita fidei professione, statim Jurisdictionem oblinet, neque indiget cuiusquam confirmatione.

Can. 477—Quae In can. 436 de Syncello praescripta sunt, eadem de Administratore quoque dicta intelligantur.

Can. 478—Administrator obligatione tenetur residendi in eparchla et applicandae divinae Liturgiae pro populo ad nonnam can. 403, 404.

Can. 479—Nlsl aliter fuerit legitime provisum:

® Administratorius habet ad congruam rctributionem. in Synodo patriarchatus, archlcpiscopatus vel provinciae aut, iure particulari ita ferente, a Patriarcha de consensu Synodi permanentis, designatam aut recepta consuetudine concedi solitam, desumendam ex reditibus domus scu mensae episcopalis aut ex aliis emolumentis;

2.® Cetera emolumenta ad Episcopum spectantia, quo tempore sedes episcopalis vacaverit, futuro Episcopo pro eparchiae necessitatibus reserventur, servatis praescriptis iuris particularis quae modum quo emolumenta erogari debeant, definiant.

Can. 480 — § 1. Administratoris eparchiae vacantis electi a coetu consulturum cparchialium ad nonnam can. 469 remotio Sedi Apostolicae reservatur; renuntiatio authentica forma ad normam can. 128 est exhibenda eidem coetui, a quo tamen eam acceptari nccessc non est; novi autem Administratoris constitutio post prioris renuntiationem, obitum vel remotionem ad ipsos consultores cparchiales pertinet, facienda ad normam can. 470./ 575

§ 2. Cessat praeterea Administratoris officium per initam a novo Episcopo eparchiae adminlstrationcm ad normam can. 397, § 3.

Can. 481—§ 1. L® Oeconomus munus suum impleit sub auctoritate Administratoris eparchiae vacantis;

2.® Ad ipsum oeconomum devolvitur administratio eorum bonorum quae, ob sedis vacationem, administratorem non habent, nisi Patriarcha aut coetus consultorum cparchialium aliter providerint.

§ 2. 1.® Oeconomi, sedc vacante, remotio reservatur Sedi Apostolicae, firmo praescripto n. 2;

2.® In patriarchatibus, remotio de qua in n. 1, reservatur Patriarchae;

3.® Renuntiatio authentica forma est exhibenda Patriarchae aut coetui consultorum cparchialium. Ut renuntiatio Patriarchae exhibita valeat, acceptetur oportet ab eodem audita Synodo permanenti.

§ 3. Resoluto quovis modo iure oeconomi, novi electio vel nominatio pertinet ad Patriarcham de consensu Episcoporum officium in curia cum residentia habentium, aut ad coetum consultorum eparchialium, per partem suffragiorum absolute maiorem.

§ 4. Quae Patriarchae paragraphis praecedentibus tribuuntur, eidem eatenus competunt quatenus el competit nominatio Administratoris eparchiae vacantis.

§ 5. Oeconomus novo Episcopo rationem reddere debet suae administrationis, qua reddita, nlsl ab eodem confirmetur, a munere cessat.

Can. 482—§ 1. Novus Episcopus a consultoribus eparchialibus aut ab Administratore, ab oeconomo et ab aliis Officialibus, qui, sede vacante, fuerunt constituti, rationem exigere debet officiorum, lurisdlctlonls, administrationis muncrisve ipsorum cuiuslibet, et in eos animadvertere, qui in suo officio scu administrallone deliquerint, etiamsi, redditis rationibus, collegium consultorum eparchialium per se vel per alios absolutionem aut liberationem iis concesserit.

§ 2. lidem rationem reddant novo Episcopo scripturarum ad ecclesiam pertinentium, si quae ad ipsos pervenerint. /

Caput \TI—De Prot©presbyteris

Can. 483.—Protopresbyter est presbyter qui regioni, de qua In can. 161. § 1, ab Episcopo praeficitur.

Can. 484.—§ 1. Ad officium protopresbyter! Episcopus eligat presbyterum quem idoneum indicaverit, praesertim inter rectores ecclesiarum paroccialium.

§ 2. Protopresbyter ad nutum Episcopi amoveri potest.

z.·—Syn. Chalccdoncu., a. 451, can. 25.

Can. 4S0 I x.—Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 18SS, cap. VIII, art. III.

Can. 4SX.—Syn. Cbakedonen., x 451, can. 23. - Syn. Lxbanen. Marotutarum, a. 1736, para HI, cap. IV, 27.

§ X.—Syn. Ubanen. Maronitarum, a. 1736, pars III, cap. IV, ry, Syn. Lmpolien. Ruthenorum, a. 1891, tit. VII, cap. II. 5.

Can 451—Syn. Armen., a. xqii, 312; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. x8*>8, mxL III, cap. II, art. HI, 4; Syn. Zamoiten. Ruthenorum, a. 17«\

5 j.—Syn. Sciarfen. Syrorum, a. xSSS, cap. VIII, art. III.

Dt Proiafreibyteris^-Sya. Anüochen., a. j4x, can. xo. - Syn. Annen., X 1Q11· 27T· Ut. II, cap. IX, ***De Chortpiuo^t;*** Syn. Alexandrin, Coptorum. X X898, vect. III, cap. IV, art. II, De Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, par» HI. cap. III, x. 3; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fxrarasàen. Ru menormn. x ***IS72.*** tit. П, cap. VH, Dr l'ûariu fam; cap. VIII. Dr ProtopreiHtrrit ***ft de .UiKwitrai.wib*? Ojfiiii ProtofiitvJii;*** Syn.

172Λ· 1iI IX: Lropolxen. RuUxncrwn, x

Λ ni pr' Syrorum, a. χβM3. cap. V. art. XIII.

«p. XI. art. Il, ***De C*''***

fin 485—4 L Protopresbyter©, praeter facultates mwl tribuit Sive Synodus patriarchalis vel provincialis ?ve Episcopus cum'in Conventu cparchiali tum extra Eventum ius et officium est invigilandi potissimum:

1.» Num clerici suae regionis vitam ducant ad norrumanonuinsuisque officiis diligenter satisfaciant, praekrtim circa residendae legem, divini verbi praedicationem, impertiendam pueris atque adultis catechesim et obligatijem Infirmis assistendi;

2,· Num decreta lata ab Episcopo In sacra visitatione curculioni mandentur;

3.· Num debitae cautelae circa materiam Sacrificii fttfbiristici adhibeantur;

4,· Num decor et nitor ecclesiarum et sacrae supelItctUij» maxime in custodia divinae Eucharistiae ct in di-
53 vteae Liturgiae celebratione, ac/curate servetur; sacrae tactiones secundum normas liturgicas celebrentur; bona ctdestatlca diligenter administrentur, adnexaque illis onere, in primis Liturglarum, rite impleantur; recte conscribantur et asserventur libri paroccialcs.

J 2. De iis omnibus ut fiat certior, protopresbyter debet, statutis ab Episcopo temporibus, suae regionis paroecias visitare.

I 3. Pertinet etiam ad protopresbyterum, statim atque audierit aliquem suae regionis parochum graviter aegrotae, operam dare ne spiritualibus ac materialibus auxiliis Iwnestoque funere, cum decesserit, careat; et curare ne, eo aegrotante vel decedente, libri, documenta, sacra supellex aliaque quae ad ecclesiam pertinent, depereant aut isportcntur.

Can. 486—J L Protopresbyter debet, diebus ab Episcopo designatis, convocare presbyteros propriae regionis ad collationes de quibus in can. 67 iisdemque praeesse; chi vero plures habeantur huiusmodi coetus in variis suae regionis locis, invigilare ut rite celebrentur.

j 2. Si non sit parochus, debet residere in territorio protopresbyteratus vel alio in loco non valde distanti secundum nonnas ab Episcopo definiendas.

Can. 487—Protopresbyter saltem semel in anno rationem reddere debet Episcopo proprii protopresbyteratus, exponens non solum quae per annum bene gesta sint, sed etiam quae mala obrepserint, quae scandala exorta sint, pae remedia ad ea reparanda adhibita et quidquid agendum existimet ad ea radicitus exstirpanda.

Can. 48S—J 1. Protopresbyter sigillum habeat sui officii proprium.

f 2. Praecedit omnibus parochis aliisque presbyteris
Π suae regionis. / r J

Caput VIR—De Parochis

Can. 489—§ 1. Parochus est presbyter cui paroecia colhta est in titulum cum cura animarum sub Episcopi auctoritate exercenda.

f 2. Etiamsi paroecia unita fuerit domui religiosae vel alii personae morali, parochus debet constitui ad curam animarum exercendam.

| 3. Parochis aequlparantur cum omnibus iuribus ct obligationibus paroecialibus ct parochorum nomine in iure veniunt:

® Quasl-parochi, qui quasi-paroecias regunt de quibas in can. 160, § 3; et quilibet alii presbyteri quibus cura animarum instar parochorum in determinato territorio stabiliter commissa est;

Ca 435 5 i.—Syn. Libanen. Ruthenorum, a. 1736, pars III, cap. III, <. VI; Sya. prov. AlbaJulien. et Fa^arasien. Rumenorum, a. 1872, tiL VIL 'i? I; L 1900. tiL III, cap. III; Syn. Zamosten. Ruthenorum, x 1720, tiL »Π. f *r, 2, 7,* 8; tit. VI; Syn. Leopolkn. Ruthenorum, a. x8çr, tit. II, cap, U UL IV, cap. VIII, xj. 15; tiL VII, cap. VI, 6.

J x, x.·—Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. X; tiL XV'.

j x, 3.·—Syn. Zamoitcn. Ruthenorum, a. 1720. UL III, § 4.

j x, 4.·—Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736· P313 HL WP· HL 2» VI; Sya. prov. Alba-Iuften. et Fagarasicn. Rumcnorum, a. 1900, tiL III, up. I, x,13 *d};* cap. II, r. Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, f 4-Cxa. 4S5 1 2.—Syn. Libanen. MaromUrum, x î73$» pars ΠI. cap. III, 4. VI; Syn. Lopobcn. Ruthenorum, a. 189X, tiL VU, cap. III, 2.

Cxx 487.—-Syn. Leopohen. Ruthenorum, a. xSqr, UL VII. «P-HLJ; Syn. Armen., a. içxr, UL II, cap. XL IV â/nderihu; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. III, C3P- , - , Λ *Pmko;* Syn. prov. Alba-Iulien. et C^a-ai II, cap. IX. Dr Faroe*:., *Par^rum* mHw »r *C*p*<ilaw.* UL IV, cap. II; *Syn.* m, p/AtrocÀo. 1720, ÜL X; Syn- Sciarfen. Syrorum. a. :8S3 up- . _ UbJmen.

Can. 4B9 J T.—Syn. Lacxhcen.. a ' Lcopohm· Kutbcnoruxn. a. MktniUrxm, *. 1736, pars III, cap. HL 2; byn. Lcopo *l*)l,* ÜL Vll, cap. VI, r. - IIf cap. XIV, 15. I Syn. Libanen. Marooltanxxn, a. x73 · P"5

2.° Vicarii paroccialcs, si plena potestate paroecia!i sint praediti.

§ 4. De militum cappellanis sive maioribus sive minoribus, serventur peculiaria Sedis Apostolicae praescripta, firmo can. 2G0, § 4.

Can. 490—§ 1. 1.° Sine induito Sedis Apostolicae paroecia personae morali, quod ad spiritualia et temporalia, uniri valide non potest, firmo praescripto can. 260, § 3;

2.° Hac unione paroecia realiter et in perpetuum personae morali unitur; quae si sit religiosa, paroecia fit religiosa. Non admittitur tamen ut ipsamet persona moralis sit parochus;

3.° Patrimonium paroeciae ita personae morali unitae, ad administrationem quod attinet, distinctum servetur a patrimonio ipsius personae moralis.

§ 2. Non admittitur unio paroeciae cum persona morali quod ad temporalia tantum.

Can. 491—§ 1. Episcopus committere potest paroeciam alicui domui religiosae precario tantum./ 530

§ 2. Ex hac precaria commissione paroecia non fit religiosa, sed saccularis remanet, ct, ex rationabili causa, tum Episcopus commissionem revocare, tum Superior competens paroeciae renuntiare, potest, servatis clausulis conventioni adiectis.

Can. 492—Praescripta canonum de paroecia domui religiosae quod ad spiritualia et temporalia unita intelligenda sunt, nisi rei natura aut legis textus contextusque obstet, etiam de paroecia religiosis precario concredita.

Can. 493—Ut presbyter parochus nominari possit, oportet sit bonis moribus, doctrina, animarum zelo, prudentia, ceterisque virtutibus ac qualitatibus praeditus, quae ad vacantem paroeciam cum laude gubernandam iure tum communi tum particulari requiruntur.

Can. 494—§ 1. Qui paroeciae administrandae praeficiuntur uti proprii eiusdem rectores, stabiles in ea esse debent; quod tamen non impedit quominus omnes ab ea removeri queant ad normam iuris.

§ 2. At non omnes parochi eandem obtinent stabilitatem; qui maiore gaudent, inamovibiles; qui minore, amovibiles appellari solent.

§ 3. Paroeciae inamovibiles nequeunt amovibiles reddi sine consensu Sedis .Apostolicae, firmo praescripto can. 260, § 1, n. 2. /; amovibiles possunt ab Episcopo, auditis consultoribus eparchialibus, non autem ab Administratore sedis vacantis, inamovibiles declarari; novae quae erigantur, sint inamovibiles, nisi Episcopus, prudenti suo arbitrio, ob peculiaria adiuncta quae ad loca vel personas attineant, auditis consultoribus, magis expedire decreverit eas esse amovibiles.

§ 4. Quasi-parocciae sunt omnes amovibiles.

§ 5. Parochi autem, ad religiosam familiam pertinentes, sunt semper, ratione personae, amovibiles ad nutum tam Episcopi, monito Superiore, quam Superioris, monito Episcopo, aequo iure, non requisito alterius consensu; neuter autem tenetur ut alteri causam iudlcli sui aperiat aut probet, salvo recursu ad Apostolicam Sedem et praescripto can. 260, §2./

Can. 495—Hicrarchae loci paroecias aut quasi-paroecias quae, iudicio Patriarchae cum consensu Synodi permanentis, sufficientem dotem non habent, conferre possunt ad nutum. Curent tamen Hdem Hlerarchae ut quamprimum his paroeciis vel quasl-paroeclis congrua dos provideatur.

Can. 496—§ 1. Ius nominandi et instituendi parochos competit Episcopo, reprobata contraria consuetudine ct revocato quolibet contrario privilegio, excepto privilegio praesentationis, si cui legitime competat, et firmo luris praescripto de beneficiis Sedis Apostolicae reservatis.

§ 2. Sede vacante aut impedita ad normam can. 467, ad .Administratorem aliumve qui eparchiam regat, pertinet:

mail I9JO, art. xS. · Syn. Annrn.. x «9:1, 35« Syn. prov. Alba-Iuixa et Ruincnoruni, ju 1872. tit. II, cap IX. i Syn. Sciarfen. Srrxum. a. iSM, cap. XI. art. III, 5, X.

f 4-—S. C. pro Ecct Orient, decr. cj nov. 194c, *rL 13.

5 5·—S. C. de Prop. Fide (C. G), 13 mari XS39.

Coa. 495 —Syn. Ubouea. Moronxumxn, a. 1736. p<r» III, cap HI. >. III, cap. IV. αχ; Syn. prov. AlbaJuhen. et Fxtaradca Rixmrnonjm. a xS?x. tiL IV, cap. III; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. i$S8. cap. V. art XIII i β η. y cap. XII, 7.

,βiΓüi'ΐΛïïiΓ P"v· Artu ,ul^ « H™™. ·. in, 1; °* u·m

1.® Vicarios paroeciales constituere ad normam can. 513-517;

2.® Acceptare praesentationem ad paroeciam vacantem, et institutionem praesentato concedere;

3.° Paroecias liberae collationis conferre, si sedes ab anno saltem vacaverit vel impedita fuerit.

Can. 497—Ad paroecias domui religiosae unitas Superior, cui ex statutis id competit, presbyterum suae Religionis praesentat Episcopo; qui eidem servato praescripto can. 500, § 2, institutionem concedit.

Can. 498—Quasi-parochos e clero saeculari proprius loci Hierarcha nominat, audito, nisi contrarium opportunum duxerit, consilio de quo in can. 377.

Can. 499—Vacanti paroeciae curet Episcopus providere ad normam can. 97, nisi peculiaria locorum ac personarum adiuncta, prudenti Episcopi iudicio, collationem tituli paroecialis differendam suadeant. /

582

Can. 500—§ 1. Episcopus, graviter onerata eius con, scientia, obligatione tenetur vacantem paroeciam illi conferendi, quem magis Idoneum ad eam regendam habuerit-sine ulla personarum acceptione.

§ 2. In hoc iudicio ratio haberi debet non solum doctrinae, sed etiam earum omnium qualitatum, quae ad paroeciam vacantem rite regendam requiruntur.

§ 3. Quare Episcopus:

1.® Ne omittat documenta, sl qua sint, ex curiae tabulario desumere quae clericum nominandum respiciunt ct notitias, secretas quoque, si opportunum indicaverit, prudenter exquirere etiam ex locis extra eparchiam;

2.® Prae oculis habeat praescriptum can. 66, § 2;

3.® Clericum examini super doctrina coram sc et examinatoribus eparchiallbus sublidat; a quo, auditis iisdem examinatoribus, potc.st dispensare, sl agatur de presbytero doctrina theologica praestante. Periculum semel factum pro prima paroecia sufficit si translatio fiat proponente ac suadente Episcopo; renovandum vero est si translatio flat ad instantiam parochi, nisi Episcopus auditis examinatoribus synodalibus iudicet Idoneitatem adhuc perdurare eamque esse sufficientem ad novam paroeciam. Examini sublidendus non est parochus remotus a paroecia qui transfertur ad aliam paroeciam, neque parochus qui ex officio transfertur ad aliam paroeciam.

5 4. In regionibus in quibus paroeciarum provisio fit per concursum, haec forma retineatur, nisi agatur de prima provisione novae erectae paroeciae.

Can. 501—} 1. Parochus ad normam can. 98 unam tantum pro titulo paroeciam habeat, nisi de paroeciis agatur aeque principaliter unitis.

5 2. 1.® In eadem paroecia unus tantum debet esse parochus;

®® Curent locorum Hierarchae ut vigentes in praesens contra praescriptum n. 1 consuetudines prudenter submoveantur.

Can. 502—Curam animarum parochus obtinet n provisione canonica, quam tamen eidem exercere non licet nisi
â83 inita, ad normam iuris particularis, / paroeciae administratlone. Antequam adminlstrationem ineat aut in ineunda adminlstratione, fidei professionem edere debet ad normam iuris particularis.

Can. 503—Functiones parocho reservatae, nisi aliud iure communi vel particulari caveatur, sunt:

1.® Conferre sacramentum baptismi cum omnibus praescriptis ritibus ct caeremoniis, ct, una cum baptismo, sacramentum chrismatis;

2.® Nisi aliud iure statuatur·, in periculo mortis constitutas sacramento unctionis infirmorum roborare et divinam Eucharistiam tamquam Viaticum ad infirmo» d.. Inlfpin1?- HaSU κιπι™ nccessltalis› vel si accedat llcenlii saltem rationabiliter praesumpta parochi vel Hierarchy potest^US qU1 'bel sacerdos haec sacramenta ministrari

3.° Sacras ordinationes et ineundas nuplbs desaa. tiare, matrimoniis assistere, sponsalitiam et nuptialem benedictionem impertiri;

4.® lusta funebria persolvere;

5.® Domibus, statutis diebus ad nonnam libroren liturgicorum, benedicere;

6.® Aquae sollemni ritu dic festo Epiphaniae alio\t legitime determinato benedicere;

7.® Publicam processionem extra ecclesiam ducere, inde a singulis ecclesiis intra territorium paroeciae silû, etsi filiales non sint ct proprium rectorem nabeant, fimo tamen praescripto can. 522;

8.® Benedictiones extra ecclesiam cum pompa ac sollemnitate impertiri, allasque benedictiones largiri el certas preces persolvere, iuxta diversorum rituum legitimis consuetudines. /

Can. 504—§ 1. Ius est parocho ad praestationes quis ei tribuit legitima consuetudo vel ad normam iuris communis *°, taxatio.

§ 2. Potiores exigens, ad restitutionem tenetur.

§ 3. Licet paroecialc aliquod officium ab alio fuerit expletum, praestationes tamen parocho cedunt, nisi dc contraria offerentium voluntate certo constet circa summam quae laxam excedit.

§ 4. Gratuitum ministerium praestet parochus iis qui solvendo pares non sunt.

Can. 505—§ 1. Parochus ratione officii debet curai animarum exercere in omnes suos parocclanos, qui non sint legitime excepti.

§ 2. Potest Episcopus iusta et gravi de causa religiosis familias et pias domos, quae in paroeciae territorio sint et a iure non exemptae, a parochi cura subducere.

Can. 506—§ 1. Parochus obligatione tenetur residendi in domo paroeciall prope suam ecclesiam; potest tamea Episcopus iusta de causa permittere ut alibi commoretur, dummodo domus ab ecclesia paroeciall non ita distet ut paroeciallum perfunctio munerum aliquid inde detnmctu capiat.

§ 2. Eidem abesse permittitur per quadraginta di« Intra annum, sive continuos sive intermissos, nisi gratis causa, iudicio ipsius Episcopi, vel diuturniorem absentiam requirat vel breviorem tantum permittat. / . 5SS

§ 3. Dies quibus parochus recollection! spirituali vacat ad nonnam can. 62, § 1, non computantur, semel in anno, in vacationibus, de quibus in § 2.

§ 4. Sive continuum sive intermissum sit vacationum tempus, cum absentia ultra hebdomadam est duratura, parochus, praeter legitimam causam, habere debet Episcopi scriptam licentiam et vicarium substitutum sui

Caa 4V>.—Syn. Armen., a. :91t. 162.
Can 500 —Syn. prov. Alba-lubea. et Fa^aruiea. Rumeaorum. a. 1S73, tit IV. t<p. IV.
II ». ». y—Syn. Armen, ». xqxx, 363.
I 4 —Syn. IxsopMils-m. Ruibenorum, a. xSçx, tit. IX, cap. IV.
Can. -Syn. Libanen. MaronH.irim, a. 1736. part III . can. HI 2, III.
i t.—Syn. LÜMue'i Maronitarum. a. 1736. par* II. cap. XIV, 33; Syn. Z-unovtcn. Rulbtttnnra, a. f7»o, tit. Ill, | 7; Syn. Sciarfm. Syrorum, 1. tM3. cap. XI. art. 111,4. 5, V
Can V>J.—Syn. lUrotutanxm, a. 1736, pxr* HI, rap. Ill, 2 X; Svn. Xauxnten. Rjstheanram, 1. 1720. Irt Hl; Syn. Sciarien. Syrorum, x liU. rip XI, art. Ill, S rap. XII. 3.
I ·—Svn. Alex at*vm. Copieront, a. HL cap IV, art. IV. | », VII, j Syn. prov Alba-lui· · «t FatarWen Ruin'n mm, a. 187», tit. II <aP IX i .
··*-—»yn. Ain-Trae··!. Graren-M·»** hitarnn», a. 1833. can. 3 pr, n. 1. Sy» pr ,v. Aft» l*ilkn-ct F«< «neten. Rumenorum, a 1871. til II, cap. IX. t.
'•£tr. Pr 5 Xlt, Utt, data». 0 Ubf. *993 [LF.
PcntyiMm .tpoUciicii *LitSait.* Motu Proprio tan 48.

3.·—Syn. pror. Alba-IuUcn. ct Fi?irasien. Rumenorum, ft.. i|7t, bt. 11, cap. IX, i; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1838, cap. V.* art. V III. 5, II 5,. 6.·—Syn. Libanen- Marorütaium, a. 1736, R5 HL cap· HI. I
7.·—S. C. de Prop. Fkle, decr. 6 oct. 1863. E, e.
8.·—Syn. Libanen. Maronitarum, a. x7j6, pars HL cap. lu, 3, VU Syn. prov. Alba-luHen. et Fajçarasm. Rumenorum, a. 1S73, tit. II. cap. IX. z
Can. 504.—S. C. de Prop. Fide, decr. 6 oct. 1863. E. e. - Syn. Lïhiscz. Maronitarum. a. 1736. par*. II, cap. L 7·
§ x.—Svn. Alexandrin- Coptoruxn* a. tBçS, sect. II. exp. III· Art. L *·<. VIII; sect III, cap. IV, art. IV. J r. VII. fr, Syn. Lropobem Ruthraora. I 189:. tit. IX. cap. II, 5; Syn. Sciarien. Syrorum, a. 1888, cap V. art. I. $
5 3.—Syn. Armen., α. χφχχ, 357; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. tM. tret II. cap. III, art. 1, X2, VIII; Syn. Lcopolien. Ruthenorum, a. 1S9X, til IX, cap. II. 5; Syn. Sciarien. Syrorum, a. x883, cap. V, art. I, £ cap. XI. art. III, 5. VIII.
1 3.—S. C. de Prop. Fide, instr, (ad Det Ap. Aegypti), 30 ape. x^:: <Una roU inaxwi. - Svn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. HI. tap. IV, J x, VII, 6.
1 4-—Syn Lcopolien. Ruthenorum, a. xSox, tit. IX, cap. II, 3.
506.—Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. HI. cap. IV, art.
I x.—Syn. Alexandrin. C pforum. a. 189Λ, vet II, cap. HI. art-1, xr. VI; Syn. Ain-Traxrn. Graeco-Melchit-arura, a. 1835. can. 14: Syn. LEbaoeo. Maroxuunim. a. 1736, par» II. cap. XIV, 15; pars III, cap. III. 2, II: Syn. Zani'Xtrn. Ruthrnorum, a. 1730. tit. HI; Syn. Lropolxn. Ruthenorœn, x. iSox» tit. VII, cap. VI, 6; Syn. Sciarien. Syrorum, a. x888, cap. V. art. I, ... ' 2 "7?,yQ- 4!>4orn· Maronitanim. a. X736, par» H. cap. XIV, xj; pan 111. cap. ill, a, II.
4' î;~STn- ^Trnxen. Graeco-MekhiUrum. a. XS33. can. III* M^rmuurom a. 1736. pars II. tap. XIV, 15; pan III.
·■ ‘‘«· **s’’
.u'1C,rQ Lil!

ka rtlinauere ab eodem Episcopo probandum; quod si unx-hus sit religiosus, indiget practcrea consensu Supencds et substitutus tum ab Episcopo tum a Superiore

i 5 Si parochus repentina et gravi dc causa discedere dirae ultra hebdomadam cogatur abesse, quamprimum per litteras Episcopum commonefaciat, ei indicans causam diictssGS ct presbyterum supplentem, eiusque stet manditis.

i 6. Etiamsi brevior futura sit absentia, parochus debel: fidelium necessitatibus providere, praesertim si id peciliirù adiuncta postulent.

Cm. 507—5 L Applicandae divinae Llturgiae pro popsio obligatione tenentur parochus et quasl-parochus ornatas dominicis alilsque restis dc praecepto, salvo iure pirtkuhri praescribente ut divina Liturgla saltem decies a inno, in praecipuis sollemnitatibus applicetur.

|1 Parochus qui plures forte paroecias aeque principaliter unitas regat aut, praeter propriam paroeciam, aliam vd alias in adminlstrationem habeat, obligationi satisfacit per celebrationem ct applicationem unius divinae Llturgiae pro universo populo sibi commisso.

j 3. Episcopus iusta dc causa permittere potest ut parochus divinam Liturgiam pro populo alia die applicet atqw ea qua iure adstringitur.

f 4. Parochus divinam Liturgiam pro populo applicandxa celebret in ecclesia parocciali, nisi rerum adiuncta di-
5« rhim Liturgiam alibi celebrandam exigant aut suadeant. /

I 5. Legitime absens parochus potest divinam Liturgia pro populo applicare vel ipse per sc in loco in quo t, vel per presbyterum qui eius vices gerat in paroecia.

Cm. 508—5 L Debet parochus officia divina celebrare, administrare sacramenta fidelibus, quoties legitime peint, verbum Dei populo nuntiare, suas oves cognoscere rt errantes prudenter corrigere, pauperes ac miseros paterna caritate complecti, maximam curam adhibere in othdica puerorum institutione.

I 2. Diebus dominicis et festis, praeter divinam Liturua, saltem partem officii, iuxta sui ritus praescripta et normas ab Hierarcha loci datas, celebret per se aut per cooperatores,

f 3. .Monendi sunt fideles ut frequenter ad suas paroedales ecclesias accedant ibique divinis officiis intersint d verbum Dei audiant.

Can. 509—j 1. Sedula cura ct effusa caritate debet parochus aegrotos in sua paroecia, maxime vero morti proximos, adiuvare, eos sollicite sacramentis reficiendo eonunque animas Deo commendando.

J 2. Parocho aliive sacerdoti qui infirmis assistat, facultis est iis concedendi benedictionem apostolicam cum Indulgentia plenaria in articulo mortis, secundum formam â probatis liturgicis libris traditam, quam benedictionem impertiri ne omittat.

Can. 510—Parochus diligenter advigilet ne quid contra Cdem ac mores in sua paroecia, praesertim in scholis pu-

J 6.—Syn. Lropoben. Ruthenorum, a. xSçx, tit VII, cap. VI, 6.

Cxx 507.—S. C de Prop. Fide (C. G.), 23 mart. 1863, n- x*. litt. encycL d Mrploi App. pro Orient.). 8 nov. 1882.

j r—Syn. Trident, sess. XXIII, *dc rcf.t* c. x; Leo XIII, litt. ap. *In* 10 ra. xSSr, S. C. de Prop. Fide (ad Patriarcham ChaMeorum Trcthron Hindi). 5 apr. 1760; 16 aux 1784, dub. 31. - Syn. prov. Alba-Jafej. rt FxçiriM. Ramenonim, a. 1872, tit. V, cap. IV; a. 1900, tit III-αρ. 1.12; Syn. Leopocen. Ruthenorum, a. 1891, tit. IV, cap. II, x; tit. VII, αρ VI, 2.

I 4—Syn. prov. Alba-IuUcn. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1900, tit III, cap. 1. xx.

Gn- S'? i 5-—Syn. prov. Alba-1alien. et Fagararien. Rumenorum, a. *W* ùL III, cap. 1, 12; Syn. Leopolicn. Ruthenorum, a. 1891, tit. IV, op. II, r.

Cai jo8 5 x.—Syn. Sardiccn., a. 343, can. 5; Syn. Carthaginen . a. 419. cm. 7!. - Syn. Libanen. Maronitarum, x X736» pars III, cap. HI. 2, I, XI. Sys. Aώ-Traren. Graeco-Mekhitarum, 1835, can. 22; Syn. Leopolien- Rurzra, a. iSçr, tit VII, cap. VI. 3. 5; tit. IX, cap. II, 9.

I 3—S. G de Prop. Fide, 4 maii 1705; instr, (ad DcL Ap. Aegypti), K *φ. lS&2.*

Co. 507.—Syn. Armen., a. 191 x, 303.

I x.—Syx Alexandrin. Coptorum. a. 1898, sect. II, cap. III. art. VI, X, Syx Libxnex Maronitarum, a. 1736, pars. II, cap. I, C cap- Vni.ia; IX, *Dtmd risÜiîionc infirmorum;* pars III, cap. Ill, 2. XI: .U-Traxm. Graeco-MekJutarum, a. x»35, can. 5. n. S Syn. krheacra, a. 1720. tiL III. 5 fr. Syn. LropoEex Ruthenorum. x xW. ta. VU, cap. VI, 3; Syn Sciarfen. Syrorum, a. 1883, cap. V, art. IX, ™ *ufrunn* ritd '

I 2—Syn. Libanen. Maronitarum. a. 1736. II, capJA, 3·

Gx 5x0.—Si U. Ill, cap. II, X tit IX, cap.

Cox 51x.—S. W. x XII.

blicis el privatis, tradatur, et opera fidei, caritatis ac pietatis foveat aut instituat./ 587

Can. 511—§ 1. Habeat parochus libros paroeciales, Idest librum baptizatorum, chrismatis sacramento unctorum, sponsalium, matrimoniorum, defunctorum; etiam librum de statu animarum accurate conficere pro viribus curet; et omnes hos libros, secundum usum ab Ecclesia probatum vel a proprio Episcopo praescriptum, conscribat ac diligenter asservet.

§ 2. In libro baptizatorum adnotetur quoque, praeter collationem sacramenti chrismatis, si baptizatus matrimonium contraxerit, nisi res sit de matrimonio conscientiae M, aut subdiaconatum susceperit, vel professionem maiorem emiserit, ritum mutaverit, eaeque adnotationes in documenta recepti baptismi semper referantur.

§ 3. In fine cuiuslibet anni parochus authenticum exemplar librorum paroecialium ad curiam episcopalem transmittat, excepto libro de statu animarum.

§ 4. Parochus cui ad normam can. 22, §§ 2-5 cura commissa est fidelium diversi ritus, debet eorumdem Hierarchae notulam singulis annis tradere, additis opportunis notitiis de eorum statu.

§ 5. Paroeciali utatur sigillo habeatque tabularium, seu archivum, in quo memorati libri custodiantur una cum Episcoporum epistolis, aliisque documentis, necessitatis vel utilitatis causa servandis; auae omnia, ab Episcopo vel eius delegato visitationis vel alio opportuno tempore, inspicienda, religiose caveat ne ad extraneorum manus perveniant.

Can. 512—Parochus ecclesiae cathedralis praecedit omnibus aliis cparchiae parochis./ 588

Caput IX—Dc vicariis parocclalibus

Can. 513—Vacante paroecia:

1.° Episcopus in ea quamprimum constituat idoneum vicarium administratorem, de consensu Superioris, si de religioso agatur, qui eam tempore vacationis regat, assignata eidem parte fruetnum pro congrua sustentatione;

2.° Ante vicarii administratoris constitutionem, paroeciae regimen, nisi aliter provisum fuerit, assumat interim vicarius cooperator; si plures vicarii sint, primus; si omnes aequales, munere antiquior; si vicarii desint, parochus vicinior; si tandem agatur de paroecia domui religiosae unita, Superior domus, cui ecclesia est adnexa; Episcopus autem tempestive determinet quaenam paroecia cuique paroeciae vicinior habenda sit;

3.® Qui paroeciae regimen ad nonnam n. 2, assumpsit, debet Episcopum de paroeciae vacatione statim certiorem facere.

Can. 514—§ L Vicarius administrator iisdem iuribus gaudet iisdemque officiis adstringitur, ac parochus, in iis quae ad animarum curam spectant; nihil tamen ipsi agere in paroecia licet, quod praciudlciuin afferre possit iuribus parochi aut beneficii paroecialis.

§ 2. Vicarius administrator novo parocho vel administratori successori coram protopresbytero vel alio presbytero ab Episcopo designato tradat elavem archivi et inventarium libronim ac documentorum alianimque rerum quae ad paroeciam pertinent, et rationem reddat accepti ct expensi tempore administratlonis.

Can. 515—Vicarius substitutus qui constituitur ad normam can. 506, 6$ 4-5 vel in casu recursus iure admissi et interpositi a parocho a paroecia remoto, locum parochi tenet in omnibus quae ad curam animarum spectant, nisi Episcopus vel parochus aliquid exceperint. / 539

$ I.—Benedict™ XIV, oettst *14 M** 174K S C. de I'τνρ. Fide. decr. 6 ocL 1863. G *a.* - Syn. Alexandrin K 1893. s*cL II. cap. HI, axt- VI. De VI; «rt. VIII. 4 x. 7, VI. sect. HI. cap. IV. art. IV. f 2, III; Syx Serpi Patriarchae, tS ./pt. XJ-A can. 1; Svn. Libanen. Moroaitarom. n 173«* II. cap. XL g XH. »cr. par* III, cap. III. V; Syn. Zanxetm. Ktilbenorum. *. xyro. Ut IIL $ x; Syn. Lccpolien. Ruthenorum, a. xS?». Ut. VII. cap \'I. *T,* 5rn. Sovfeo. Syronra. ·. <3M. exp. V. art. XI. 6; art. XV, f x, n. 1, X

f *a.*—Syn. Serpi Patriarch*». x3 *<ρi ISA c XIV; Sy-». L bar-n. Moroni tarum, a 1736. pan III, cap. III. ⅄. V; Syn. Zambien. Rufcet» ruin, a. X720, tit III. f x.

I 3.—Syn. Ub-vnen. Maronitarum. a. xyyS, pars II, c«P· XIL »·

j 4-—S· C. de Prop. Fid*, tlccr. 6 oct. 1863, C. a. · Srn Libanen. Mironltanun. a. 1736, pan III, cap. III. a, V.

Dr vicem* Syn. Leopchen. Ruthexxxucn, a. xSçi, Ut. VI. cap. VII, i.

Can. 5«.V 2.*-—Syn. Armen.. a. xgxt. 332; Sm pror. Alba lebm. rt Fa^xradrn Rumenoram. a. 1872. tit. Π, çap VIII, U, 5.

hlL aÎXMt Crtbruc α^.αζ mat, Mota Ploprio dat w. fr-br. 194Q (LE ro-'j). eon A

Can. 516—§ 1. Nisi aliter provisum sit vei in singulis casibus opportune provideatur:

1.· Parocho saeculari qui ob senectutem, mentis vitium, imperitiam, caecitatem aliamve permanentem causam suis muniis rite obeundis impar evaserit, Episcopus det vicarium adiutorem, qui suppleat eius vicem, assignata eidem congrua fructuum portione;

2.® Si vero agatur de parocho religioso, servetur praescriptum can. 494, § 5.

§ 2. Adiutori, si in omnibus suppleat parochi vicem, iura omnia et officia competunt parochorum propria, excepta divinae Liturgiae applicatione pro populo quae parochum gravat; sl vero suppleat ex parte dumtaxat, eius lura et obligationes desumantur ex litteris nominationis.

§ 3. Si parochus sit sui compos, adiutor operani suam praestare debet sub eiusdem auctoritate secundum Episcopi litteras.

§ 4. Quod sl per vicarium adiutorem bono animarum provideri nequeat, locus est parochi amotioni ad normam iuris.

Can. 517—§ 1. Si parochus propter populi multitudinem aliasve causas nequeat, iudlcio Episcopi, solus convenientem curam gerere paroeciae, eidem detur unus vel plures vicarii cooperatores, quibus congrua remuneratio assignetur.

§ 2. Vicarii cooperatores constitui possunt sive pro universa paroecia, sive pro determinata paroeciae parte.

5 3. Vicarios cooperatores e clero saeculari nominat Episcopus, audito, nisi aliter prudenter indicaverit, parocho.

§ 4. Vicarios cooperatores religiosos Superior cui id ex statutis competit, audito, nisi contrarium opportunum duxerit, parocho, praesentat Episcopo, cuius est eosdem approbare.

§ 5. Vicarius cooperator obligatione tenetur in paroecia residendi secundum eparchiales leges vel legitimas consuetudines aut Episcopi praescriptum; imo prudenter curet Episcopus, ad nonnam can. 75, ut in eadem paroeclall
590 domo commoretur. /

§ 6. Eius iura et obligationes ex legibus eparchialibus, ex litteris Episcopi et ex ipsius parochi commissione desumantur: sed, nisi aliud expresse caveatur, ipse debet ratione officii parochi vlccm supplere cumque adluvare in universo paroeciali ministerio, excepta applicatione divinae Liturgiae pro populo. Ratione autem officii facultate assistendi matrimoniis non gaudet.

} 7. Subest parocho, qui cum paterno instruat ac dirigat in cura animarum, el invigilet ct saltem quotannis ad Episcopum dc eodem referat.

§ 8. Si nec per vicarios cooperatores spirituali fidelium bono consuli rite queat, Episcopus provideat paroeciam dividendo aut cius territorium dismembrando.

Can. 518—§ 1. Vicarii paroeclales de quibus in can. 513-517, si religiosi sint, amoveri possunt ad normam can. 494, § 5; secus ad nutum Episcopi aut Administratoris eparchiae vacantis, non autem Syncelli sine mandato speciali.

•{d praeclarissima et Immortalia Francisci ln rem Christianam Mérita..., relut quidam cumulus hic Ordo Tertius accessit, t quidem nihil melius magnitudinem el vim illustrat eius, llnrabat, ardoris ln propaganda usque quaque gloria lesu Ofini. Nam ex sollicita consideratione malorum, quibus Ecdesii tam laborabat, incredibili voluntate aggressus renovare ddHslianam legent omnia, cum duplicem familiam Franciscus, eub *fratrum, alteram sororum condidisiet, qui, sollemnibus* I *ntii nuncupatis. Crucis humilitatem sequerentur, nec posset essesdaustris accipere, auos undique ad ipsum eius disciplinae ajiidilas adduceret, consilium cepit ut in media saeculi agita·tixie riventibus daret Christianae assequendae perfectionis faculktes; ordinemque veri nominis instituit tertiariorum, non eum* Mitem, *ut duas priores, votorum religione obstrictum, sed slmlll enatum et morum simplicitate el studio pacnllentiae. Ita quod itilltis umquam regularis familiae parens excogltaral, ut rell-*ffoium *vivendi genus rem communem faceret, hic et invenit pians et effecit, Deo dante, felicissime·.* (Benedictus Pp. XV. *Sacra Propediem,* 6 /an. 1921, *Acta Ap. Sedis,* 1921, *pag.* 34).

CAPUT

DE PARTE CONSTITUTIVA TERTII ORDINIS

Trr. I—De *nahtra ct fine Tertii Ordinis*

Art. 1. Tertius Ordo saecularis Sancti Francisci est associatio christifidelium qui in sacculo, sub moderatione Ordinis Franciscalis et secundum eiusdem spiritum, ad Christianam perfectionem contendere nituntur, modo saeculari vitae consentaneo, secundum Regulam a Seraphico Patre Francisco pro ipsis propositam ct ab Apostoli» Sede approbatam atque interpretatam (cf. can. 702, § 1).

Art. 2. Vita tertiariorum franciscalium haec est: Sanctum Evangelium D. N. lesu Christi exemplari modo in saeculo observare; vi professionis coram Ecclesia factae, per sanctificationem sui et proximi gloriam Dci quaerere; assidua sanctae Regulae observantia in suo statu tum individual! cum sociali paenitentiam fideliter excolere.

Art. 3. Cum haec vita non perficiatur nisi in unione Corporis Christi Mystici, in quo tertiarii per suam professionem intimo modo inter se coniunguntur, sodales, in caritate evangelica consociati, spiritum familiarem in sua sodalitate necnon in toto Ordine studiose foveant, sicque veram communitatem se exhibeant.

Art 4. Tertii Ordinis est, velut fermenti evangelicae **Conis** In inundo positi, vitam Christianam in Ecclesia et roborare, atque verae sanctitatis exemplar ceteris exponendo Regnum Christi sustinere et dilatare.

Art. 5. Ideo tertiarii, ad vitam evangelicam et vere apostolicam instructi et formati, in vita sua cotidiana Patrem Seraphlcum imitentur, qui se amicum Christi non reputabat nisi animas foveret quas Ipse redemit.

Art. 6. Tertius Ordo, propter suam vitam perfectionis et apostolatum, omnibus diversis condicionibus vitae saecularis respondere potest. Quapropter, praeter communes partes sodalitatis, alii quoque speciales circuli intra ipsam formari possunt, salva semper indole familiari Ordinis.

Art. 7. Testibus Summis Pontificibus, valde salutare est etiam clericis in Tertium Ordinem cooptari. Ideo Superiores ceterique religiosi omni ope atque opera in hunc finem niti debent; praeterea, ubi fieri potest, Commissarii sodalitates pro clericis, casque etiam in seminariis dloccesanis, instituant.

.Art. 8. Quoniam in Tertio Ordine exstant sodales vel votis privatis vel promissionibus Deo consecrati, iidem, iuxta nonnas particulares, in circulos colligi possunt, quo certius virtute proficiant ct numero crescant, atque in vita sodalitatis fermentum evangelicum efficacius agant.

Art. 9. Cum Tertius Ordo etiam ad matrimonium sanctificandum institutus sit, nam ct primi tertiarii coniuges erant, perutile erit, ubi sodales sat multi inveniuntur, instituere et excolere circulos pro conluglbus ac nupturientibus.

Art. 10. Cum sanctificationi propriae et proximi magnopere prosit aegritudines de manu Dei libenter accipere 2d exemplum Christi eiusque Sanctorum, casque in *«nlone* cum cruciatibus Domini perferre, Commissarii curent, u commode fieri potest, ut tertiarii aegroti in circulos consocientur; scriptis periodicis atque s-isitationlbus «« ζ’?Γ tentur ut dolores et vitae aerumnas P7l(.^."oc^di<< Ordinisque offerant, aegritudines clln ᵓ P‘ sibi acqui-«Wtfaeant, atque sic thesauros gratiae et meriti sim acq rant.

Tit. II—*De cooptaitone*

Art. 11. Cum Tertium Ordinem sanctitate potius quam numero in dies augeri oporteat, diligenter inquirendum est num adspirantes, iuxta condiciones quae a Regula et his Constitutionibus requiruntur, sint habiles ad Ordinem ingrediendum.

Idonei sunt qui, gratia divina vocati, speciali modo· Deo In mundo se dedicare velint, secundum scilicet spiritum Sancti Francisci Deo placere, atque Ecclesiae humanaeque societati inservire.

Art. 12. Adspirantes laid, antequam ad novitiatum admittantur, saltem per tres menses qua postulantes probentur. Clerici vero saeculares et illi qui ex aliis associationibus franclscalibus proveniant, vel qui aliis rationibus satis instructi habeantur, vel qui tamquam sodales solitarii cooptentur, ad novitiatum statim admitti possunt.

Postulantes de doctrina Christiana, de vita S. P. N. Francisci, ac de Tertio Ordine summatim instruantur, atque sic praeparati ad habitum recipiendum accedant.

Tit. Ill—*De tirocinio*

Art. 13. Iuxta Regulam ad novitiatum invalide admittuntur qui quattuordecim annorum aetatem nondum expleverint: requiritur enim ut adspirantes talis aetatis sint ut de forma vitae spiritualis sibi eligenda iudicium satis grave et prudens ferre possint.

Insuper, iure communi invalide admittuntur: 1) qui vinculo professionis religiosae obstringantur (can. 704, § 1); 2) qui alii Tertio Ordini adscripti, nullum indultum utrique adhaerendi obtinuerint (can. 705); 3) acatholici et sectae damnatae adscripti aut censura notorie irretiti, et in genere publici peccatores (can. 693, § 1).

Art. 14. Praeterea, illicite admittuntur: mulieres nuptae, nescio vel invito viro, nisi iudicio moderatoris conscientiae ipsarum vel sodalitatis Directoris secus faciendum videatur; qui propria culpa aere alieno gravati, eidem solvendo impares sint; qui non sint benevolo placidoque animo, sed ad discordiam, loquacitatem, detractionem^ calumniam, aut ad insolitas devotionis formas sint proclives.

Art. 15. Qui idonei reperti fuerint, ad novitiatum sodalitatis a Directore cum consilio Discretorii admittantur.

Art. 16. Postulantes in novitiatum recipiuntur per habitus vestitionem, quae consistit ln susceptione scapularis et cinguli benedicti, iuxta formam ln Caeremonlali Ordinis praescriptam.

Insuper, si novitli in sodalitatem cooptandi sunt, ad validitatem requiritur ut eorum nomina in eiusdem albo· inscribantur (can. 694, § 2), salvo praescripto art. 34 de tertiariis solitariis.

Art. 17. Tertiarii in vita cotidiana sub vestimentis suis scapulare parvum quocumque decenti modo gestent; item cingulum, quod est franciscalis vitae insigne atque praeclarum paenitentiac ac perseverantiae monitum.

Tamen cingulum ct scapulare ex rationabili causa ad breve tempus deponi possunt.

Director autem ex iusta causa in singulis casibus ab eorum usu dispensare potest, vel ea commutare In numisma ex metallo confectum atque piam imaginem D. N. lesu Christi vel B. V. Mariae vel S. P. N. Francisci proferens.

Eadem facultas quoad singulas sodalitates Superioribus Maioribus Ordinis Franciscalis competit, dummodo causae, a Directore et Discretorio sodalitatis in scriptis propositae, sint vere sufficientes.

Laudabilis Ordinis consuetudo est habitum vel magnum scapulare inter sacras functiones induere.

Art. 18. Tempore vestitlonls singulis tertiariis novitlis tradatur tessera cum debitis adnotatlonibus, ab eo qui ritum peregit subscripta.

Art. 19. Novitiatus per Integrum annum Iuxta Regulam protrahatur.

Art. 20. Cum finis novitiatus sit novitios Ita praeparare ut postea, omnino conscii suarum obligationum, professione Deo se dedicent, solida institutione tam theoretic» quam practica de vita Christiana ct franclscali plene informentur.

Si quis novitius instructionibus ordinariis Intéressé nequit, Director una cum Miulstro dc eo secus cavere debet, nisi aliis rationibus cum satis in doctrina franclscali perfectum esse constet.

Art 21. Novitli dc Sancto D. N. lesu Christi Evangello, de vita ct spiritu S. P. N. Francisci. de Tertii Ordinis tn-

dole, fine ct historia, dc Sanctae Regulae harumque Constitutionum praescriptis sedulo edoceantur.

Perdiscant quibus modis in spiritu pacnitentiac Christianae medio in mundo vivere valeant, necnon in diversis vitae condicionibus munera sua explere, ct opera religionis, caritatis, ct apostolatus exercere.

Art. 22. Novitii omnibus privilegiis et gratiis tum Terlii Ordinis in genere tum sodalitatis cui adscript! sunt iruuntur.

In periculo mortis novitius ad professionem admitti potest, et ita professus iisdem privilegiis fruitur quibus ceteri professi; si vero convalescat, professio vim habere desinit, ct expleto tempore probationis erit facienda.

Art. 23. Sub finem novitiatus Director, si opportunum videatur, doctrinam animumque novitiorum probet, ct consilium Discretorii exquirat num digni sint qui ad professionem admittantur.

Si quis novitius propria negligcntla maiori parti instructionum non interfuerit, vel remanente dubio num sit dignus et idoneus, novitiatus protrahatur, sed non ultra sex menses.

SI vero, expleto anno novitiatus, novitius propria negligentia Intra biennium professionem non emiserit» novitiatus repetendus est, si in Ordinem cooptari velit.

Quod ad tertiarios solitarios attinet, serventur art. 33 et 34.

Tit. IV—*De professione*

Art. 24. Professio In Tertio Ordine est actus religiosus sollemnis quo christlfidells, gratia divina excitatus, Deo se dedicat, promittens Sanctum D. N. lesu Christi Evangelium in saeculo observare, vivendo secundum mandata Dei et Regulam S. P. N. Franciscl, atque ad Visitatoris vel Superioris placitum satisfacere pro transgressionibus contra Regulam vel contra has Constitutiones commissis.

Professio, Igitur, est particularis renovatio promissionum baptismatis, et sui ipsius consecratio, qua christifldelis in saeculo vivens peculiaria media ad plenam vitam evangellcam consequendam adhibere promittit, sicquc D. N. lesu Christo arctiori vinculo se coniungit, magnaeque Familiae Franclscalis fit membrum. Qua de causa tertiarii suam sanctam professionem per totam vitam magni faciant.

ArL 25.—Ad validitatem professionis requiritur ut qui cam emissuri sint: 1) aetatem quindecim annorum habeant 2) novltlatum ad nonnam harum Constitutionum rite expleverint; 3) professionem coram legitimo Superiore vel alio debita facultate munito libere et expresse emittant.

Professio iuxta formam in Caeremonia!i praescriptam, peragatur, et In albo sodalitatis adnotetur, salvo art. 34 de tertiariis solitariis.

Art. 26. Quo professionem maiori cum fructu ac fervore emittant, novitii ad eam sese bene disponant, praemissis, sl fieri potest, exercitiis spiritualibus.

Art. 27. Ritus professionis, ad nonnam Caeremonialis, magna cum sollemnitate celebretur, ubi commode fieri potest, Missae sacrificio coniungatur.

Haec caeremonia non nimis frequenter fiat, ne assiduitate vilescat, immo ut ii qui professionem emittant et omnes qui adsint pietatis incrementum de ea hauriant.

Ritus professionis sicut et vestltionls etiam lingua vernacula peragi potest.

Art. 28. Tempore professionis tessera, de qua in art. 18, debitis adnotationibus compleatur.

Art. 29. Quia Dominus Noster in Evangelio admonet: •Nemo *mittens manum suam ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei· (Lc.* 9, G2), studeant fratres ct sorores, utpote qui stabilem vivendi formam in sacculo amplexi sint, in sancto proposito magis magisque confirmari. Quapropter eis suadetur ut saepe professionem pia mente renovent, saltem privatim. publice vero in anniversario professionis S. P. N. Franciscl (die 16 aprilis) atque tempore exercitiorum spiritualium.

Tit. V—*De tertiariis non congregatis seu solitariis*

Art. 30. Tertiarius non congregatus seu solitarius appellatur qui ob Iusta* et rationabiles causas nulli sodalitati adsrrihl potest; vel qui ob defectum inscriptionis Invalide In aliquam sodalitatem cooptatus est. dummodo receptus sil a sacerdote qui facultatem habuerit recipiendi etiam tertiarios solitarios.

Art. 31. Superiores omnes, quin requiratur consensus Ordinarii loci, tertiarios solitarios recipere possunt (can. 7(»3, t 2r. ceteri vero, solummodo sl debitam facultatem a competente Superiore impetrarunt.

Quae facultas sacerdotibus Ordini Franciscall extra*, prudenti de causa concedi potest, firmo semper mJ. scripto art. 34. p c

Art. 32. Tertiarii solitarii novitiatus ad normam harum Constitutionum perficere debent. Practcrea, de ipsis opus est sollicita cura, nc ad professionem minus parati accedant neve dein spiritum franciscalcm paulatim amllUnt. Immo' cum eis desint illae crebriores instructiones quae in vilitatibus ad formationem spiritualem tertiariorum traduntur, cis plenior institutio, meliori quo fieri potest modo, danda est.

Art. 33. Rite completo anno novitiatus, Superior, sl opportunum videatur, per se vel per alium sacerdotem eorum doctrinam animumque probet, et sl idonei reperti fuerint ad professionem admittantur.

Art. 34. Quamvis ad validitatem non requiratur ut sodales solitarii in albo Ordinis Inscribantur, id Umen valde opportunum est, ut scilicet de actibus vestitlonls et professionis clare constet (cf. can. 694, § 2). Quare, sacerdos qui huiusmodi vestitloncm peragit vel professionem excipit respectivum Commissarium provincialem quamprimum certiorem faciat, adnotando cognomen, nomen ct domicilium sodalis, necnon diem, mensem ct annum vestitioris vel respective professionis. Quas adnotationes Commissarius in albo ad hoc destinato inscribet.

Art. 35. Valde suadetur ut quisque tertiarius solitarius consuetudinem cum Commissario provinciali vel cum eo qui Ordini ipsum adseripsit colat; ut alicui commentario franciscall subscribat; ut sollemnioribus functionibus apud proximam sodalitatem, data occasione, intersit, ac visitationi saltem triennali una cum eadem se sublidat; ut de rationibus suae vitae franclscalis et apostolicae ad Coramlssarium provincialem aliquando referat.

Art. 36. Commissarius provincialis tertiariis solitariis circulares litteras saltem bis in anno mittat, eosque Interdum per diem integrum congregare studeat.

Art. 37. Sodales solitarii illis iuribus et privilegiis iruuntur quae singulis tertiariis, non vero quae in sodalitates cooptatis, competunt.

Art. 38. SI tertiarius solitarius ad aliquam sodalitatem admitti velit, sufficit ut ab eadem acceptetur et in eiusdem albo inscribatur.

CAPUT II

DE DISCIPLINA VIVENDI

•O quam beati et benedicti sunt illi qui Dominum diliiud, et laciunt sicut dicit ipse Dominus in Euangelio: 'diliges Dow; num Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et proximum tuum sicut leipsum·. Diligamus igitur Deum et adoresuu eum puro corde et pura menle... et dicamus ei laudes et orationes die ac node... Faciamus insuper /rudus dignos paemtentioe. Et diligamus proximos sicut nosmetipsos» (S. P. N. Franciscvs, Episi. I ad universos Christianos).

Tιτ. I—*De. perfectione Christiana secundum spiritum /ranciscalem*

Art. 39. Tertius Ordo, quamvis non sit coetus hominum iam perfectorum, est imprimis schola Christianae perfectionis Integrae, informata genuino spiritu franciscall. Ad hoc institutus est. ut sinceris eorum desideriis, qui in mundo remanere debeant sed de mundo esse nolebant, plene satisfaceret. Itaque Tertius Ordo eiusmodi vult homines, qui perfectionis in suo quisque statu persequendae desiderio flagrent (Pius Pp. XII, *AUoc. ad tertiarios,* 1 iulii 1956, *Acta Ap. Sedis,* 1956, p. 573-577).

Art. 40. Tertiarii prae primis meditentur ct ad effectum adducant illud duplex Christi mandatum: *'Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem simile est huic: diliges proximum tuum sicut teipsum·* (Matt., 22, 37-39).

Art. 41.—Cum Christus sit via. veritas, et vita (Ioanx., 14, 6), tertiariis intime persuasum sit sc vi baptismatis et sanctae professionis debere conformes fieri Christo crucifixo, eiusque Evangelium tamquam normam vitae sectari. Nam ad Evangelium perfectiori modo observandum Regula S. P. X. Franciscl est data. Sic sodales medio in mundo nn v cl sPirilu imbuantur (Pros Pp. XII, *AUoc. ad tertiarios,* 20 sept. 1945).

Art. 42. Quia caritas tam Deum et homines miam homines Inter se coniungit, Iuxta illud D. N lèsi] cS •*Rogo... ut omnes unum sint,, sicut tu Pater h m , sU* in Te, u, e, *ipu ln notlls u',%*

tetiiril ceteros ut Hilos Dei atque fratres ct sorores Chr - oi Domini habeant. Singulos maxima cum mentis et cordis benevolentia et affabilitate tractent; eorum virtutes lauikut, vilia cum misericordia celent, secundum illud Apostoli· Utter *alterius onera portale, et sic adimplebitis legem Orislh (Gal.,* 6, 2).

Art. 43. Quo facilius amorem Dei et caritatem erga proximum exerceant, sodales exempla Christi sectentur, qui de selpso dixit: ‹*Filius hominis non venit ministrari ministrare, et dare animam suam redemptionem pro esiUir*» (Matt., 20, 28). Praeterea, imitantes Seraphicum Patrem Franclscum, satagant non sibi tantum vivere sed et iliis proficere, atque Regnum Christi verbo ct opere dilatare. Dissidia ct discordias, ubi inveniant, componere rtadeant, et spiritum caritatis et pacis renovare ac promovere summopere curent.

Art. 44. Spiritu submissionis ducti, tertiarii beneficia Crtalionis, incarnationis et Redemptionis tamquam eximia dona Dei grato laetoquc animo prosequantur; rebus vero huius mundi cum timore Domini utantur, ponentes semetipsos sub iugo servitutis ct obsequii Dei, coercendo ctmpe concupiscentiam camis, concupiscentiam oculorum et superbiam vitae (cf. i Ioann., 2, 16). Semper mente tenera! se per baptismum et sanctam professionem cum Christo mortuos esse, atque in novitate vitae ambulare oportere, viventes Deo in Christo lesu Domino nostro (d. *Rom.,* 6, 3-11).

Art 45. Summo studio diligant et venerentur Sanctam Romanam Ecclesiam cui soli Christus thesauros veritatis et sanctificationis concredidit. Grato igitur animo, filiali sublectione et sincero obsequio prosequantur Summum Pontificem, Christi in terris Vicarium, necnon Episcopos, Superiores Regulares, Parochos, ceterosque animarum pastores. Diligant, honorent ac reverentur sacerdotes Ecclesiae, qui, ut ait Seraphicus Pater, sanctissimum Corpus et Sanguinem Christi conficiunt et aliis administrant.

Art. 46. Spiritu paupertatis imbuti, sodales, quamquam de necessitatibus suis lam praesentibus quam futuris prudenter providere possunt» tamen cor suum a rebus huius radi abstrahere studeant. Meminerint se eatenus fore Seraphici Patriarchae filios, quatenus huiusmodi mortificationis spiritum foveant.

Art. 47. Caveant igitur ne in bonis acquirendis temporalibus eisque fruendo ullum peccatum admittant, sed potius ea cum proximo libenter communicent, memores Deum omnes res temporales, ipsaque bona privata, sibi largitum esse non tantum in commodum proprium sed ct h bonam administrationem usumque socialem. Praeterea, de bonis suis, iustitia et caritate servata, tempore opportuno testentur.

Art. 48. Cum labor cotidianus sit optimum ac continuum paenitenliae exercitium necnon Christianae laetitae comes, tertiarii se exhibeant in labore indefessos, fideles et diligentes, omnia in honorem et gloriam Del facientes. Ita necessaria vitae sibi acquirent, otium vitabunt, aptitudir.es naturales optime exercebunt et perficient, atque praeclara caritatis opera exsequi valebunt.

Art. 49. Tertiarii in cultu habituque omnem vanitaUtem evitent, eamque teneant quae singulos decet simplicitatis, modestiae et honestatis regulam. In cibo potuque frugalitatem in Regula iniunctam observent, ilemieiunia ib Ecclesia et a Regula praescripta.

.Art. 50. Procacioribus choreis ludisve scenicis aut dnematographicls seu televisivis, item comessationibus kdnlo abstineant. Quod ad choreas in genere attinet, tertiarii diligentissime servent in sua quisque regione normas ib Ecclesia latas, ne umquam de ipsis scandalum oriatur. Immo, quo melius spiritum paenitentiae exerceant et recollectionem foveant, laudabiliter choreis et mundanis ipectaculis se penitus abstineant.

Art. 51. Eximiam castitatis virtutem amantes, sodales carpus suum allorumque sanctum habeant, et praecepta Christiana in hac materia secundum uniuscuiusque statum vitae observent.

innupti statum continentiae seu virginitatis magni faciant ct illibate servent; sponsi ad sanctum matrimonium ineundum se caste praeparent; nupti dc recepto sacramento gratias sibi hauriant ad prolem bene suscipiendam ct edurandam, statumque coniugalem fideliter, sancte ct caste custodiendum.

Art. 52. Maxima laude digni sunt tertiarii qui, vias Domini experti, ct suadente conscientiae moderatore, unam aiterumve votum privatum emittant.

v* Trrtlarii ouo melius alii alios agnoscant et adstringantur. Insigne fmnciscale cxtemum gestent, ubi prudenter id fieri potest. Suadendum est etiam ut unum idemque insigne ubique terrarum feratur. Item verbis franciscalibus *Pax ct Bonum,* vel alio modo religioso iuxta morem cuiusque regionis, mutuo se salutent.

Tit. II—*De divino officio, aliisque pietatis operibus*

Art. 54. Euntes per mundum, sodales In omnibus rebus cum gaudio et gratiarum actione vestigia Dei contemplentur; eius gloriam semper et ubique celebrent, praecones Magni Regis ad exemplum Seraphici Patris sese exhibentes. Insigniori modo, sacras functiones participando, Deum in unione cum Christo eiusque Ecclesia glorificent.

Art. 55. Omni qua par est cura dies dominicos et festos habeant sacros. Functionibus in Regula hisque Constitutionibus commendatis diligenter intersint, aliisque sacris ritibus praesertim quae in ecclesiis paroecialibus et franciscalibus celebrantur.

Art. 56.—Illa unio cum Christo, in fidelibus per baptismum effecta, renovatur et augetur per participationem Sacrificii Eucharistici. Ideo tertiarii amore erga augustissimum Corporis et Sanguinis D. N. lesu Christi Sacramentum flagrent, verbis Seraphici Patris obsecundantes: *•Deprecor omnes vos, fratres, cum osculo pedum et ea caritate, qua possum, ut omnem reverentiam et omnem honorem, quantumcumque poteritis, exhibeatis sanctissimo corpori et sanguini Domini nostri lesu Christi, in quo quae in caelis et auae in terris sunt, pacificata sunt et reconciliata (Coi.,* 1, 20) *omnipotenti Deo· (Epist. ad Cap. GenJ.*

Art. 57. Tertiarii sacrosancto Missae sacrificio cotidie, quantum possunt, interesse nitantur, et ad Sacram Synaxim frequenter et devote accedere. Impediti autem communionem spiritualem peragere curent. Ita aut re aut spiritu cum Christo Eucharistico conjunct!, cotidianam viam securi ingrediantur.

ArL 58. Domos Dei, sive magnas et sumptuosas, sive parvulas et pauperculas, summopere venerentur, easque data occasione libenter visitent, atque ibi hisce Seraphici Patris verbis Christum adorent: tAdoramus *Te, sanctissime Domine lesu Christe, hic et ad omnes ecclesias tuas quae sunt in toto mundo, et benediciums Tibi, quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum».* Sir per participationem Eucharistiae se sentiant et profiteantur membra Corporis Christi Mystici, cuius unitatis signum, fulcimentum, et perfectio est hoc augustissimum Sacramentum.

Ari. 59. Officium fideliter, attente, ac devote persolvant, scilicet vel Horas canonicas, vel officium parvum prouti in diversis formis pro fratribus et sororibus laids concessum est ab Ecclesia, vel officium parvum B. V. Mariae, vel precationem Dominicam una cum Salutatione Angelica et *Gloria Patri* duodecies in dies singulos.

Quae preces, si commode fieri potest, diversis dici spatiis ad modum Horarum canonicarum persolvant. Laude dignum est eas communiter et coram sanctissimo Sacramento recitare.

Praedictas preces, praeter Horas canonicas, lingua vernacula recitare licet.

Art. 60. Sacerdotes tertiarii, ad nonnam art. 167, Missali ct Breviario Romano-Scraphico uti possunt. Eis pariter commendatur ut cotidie, absoluto divino officio, aliquam antiphonam seu responsorium et orationem in honorem S. P. N. Franciscl recitent.

Art. 61. Tertiarii ad normam Regulae singulis mensibus, Immo saepius, ad sacramcntalem confessionem accedant et, quoad facultas ferat, probatum conscientiae moderatorem habeant. Praeterea, propriam conscientiam cotidie excutiant, et corrigant.

Art. 62. Singulis diebus, quatenus fieri potest, praesertim diebus dominicis ct festis, tertiarii per aliquantum temporis orationi mentali aut lectioni spirituali vacent. Maxime versentur In Sacra Scriptura, praecipue In Sancto Evangclio, necnon in vita S. P. N. Franciscl cetcrorumque Seraphici Ordinis Sanctorum.

Item, supremos Christi cruciatus per piam Viae Cnicis exercitationem recolant. Imprimis tempore Quadragesimae singulisque feriis sextis.

Art. 63. Tertiarii, etiam nui aliis piis associationibus adscript! sunt, coetus sodalitatis menstruos a Regula praescriptos summo studio frequentent.

Mane, quantum fleri potest, celebretur Missa, cum homilia et communione generali sodalium. Hori» pomeri- ηΓη XΛT. J'.'· coclu ᵓ ,al' modo «»t: recitati, pracibt» initio dicendis ad nonnam Caerrmonlalis, Director cm»-

S I

tionem ascetico-franciscalcm audientium captui accommodatam habeat; deinde res gestas gerendasque nuntiet; denique precibus in fine recitatis, coetum claudat, si fieri potest, benedictione sanctissimi Sacramenti.

Data opportunitate ante finem coetus, oblationes sodalium, in pauperes et alios pios usus erogandae, colligantur.

Art. 64. Directore aliove sacerdote absente coctus menstrui ita habeantur, ut Minister ciusve vicem gerens orationes rituales aliasque preces loco et tempori idoneas una cum sodalibus recitet; partem Regulae harumve Constitutionum vel vitae Scraphici Patris allusve Sancti Ordinis legat; animadversiones occurrentes faciat; diem ct horam proximi coctus nuntiet; oblationes colligat, ac preces in fine dicendas recitet.

ArL 65. Optimum medium ad studium perfectionis renovandum est recollcctio menstrua, pro viribus a tertiariis sive in sodalitatibus sive privatim peragenda.

Art 66, Valde commendatur ut in singulis sodalitatibus exercitia spiritualia indolis franciscalis, quae *aperta* vocantur, quotannis habeantur. Unusquisque autem sodalis singulis saltem trienniis exercitiis *clausis* vacare curet.

Art. 67. Qui conventus maioris momenti ineant, ne omittant studiosae suae in Romanum Pontificem atque in Ordinis Ministros Generales observantiae significationem transmittere (S. Pius X, *Tertium Franciscalium Ordinem,* 8 sepL 1912, *Acta Ap. Sedis,* 1912, p. 585 s.).

Art. 68. Singulae sodalitates quotannis mense ianuario vel lunio sollemnem consecrationem Sacratissimo Cordi lesu, mense autem malo vel decembri Immaculato Cordi B. V. Mariae, luxta probatas formulas publice peragant vel renovent.

Art. 69. Tertiarii Beatissimam Virginem Matrem Icsu tenero ac filiali amore diligant, eamque utpote Reginam et Patronam Ordinis singulari devotione ac veneratione prosequantur.

Art. 70. Item, peculiari devotione venerentur ct imitentur S. loseph. Beatissimae Virginis Sponsum, necnon S. P. N. Franclscum, S. Matrem Claram, ac Patronos Tertii Ordinis, nempe S. Ludovicum Regem et S. Elisabeth Hungariae. Eorum dies festos sollemniter celebrent.

Trr. III—*De vita familiari et sociali*

Art. 71. Spiritus franclscalis apprime idoneus est ad res familiares et sociales bene ordinandas ct conservandas. Tertiarii praeprimis familiam christianan deligentissime foveant; ab ea enim salus Ecclesiae ct humanae societatis maxime dependet.

Imitantes Igitur sanctam Familiam Nazarethanam, proprium finem et sanctitatem matrimonii familiaeque Christianae servare, virtutes domesticas exercere, onera etiam numerosae prolis cum amore Dei suscipere, ac ceteros honestare spirituque sacrificii antecedere studeant.

Art. 72. Vitam familiarem, etsi tenuioris condicionis, maxima cura amoenam iucundamque reddant. Domus supellex, quantum fieri potest, indolem franclscalem prac se ferat. Cnrlsti crucifixi imago, S. P. N. Francisco carissima, in conclavibus ct cubiculis principem locum occupet.

Vita domestica precibus matutinis ct vespertinis nccnon oratione ad mensam cotidie sanctificetur. Valde commendatur lectio Novi Testamenti vel vitae alicuius Sancti, recitatio B. M. V. Rosarii vel Coronae franciscalis, et consecratio familiae Ssmls Cordibus lesu et Mariae, singulis annis renovanda.

Art. 73. Ad mentem Regulae, libros, diaria, imagines, transmissiones sive radiophonicas sive telcvlsivas, unde pernicies virtuti metuatur, domi suae ne permittant, ct ab eorum usu cos qui in potestate sua sunt prudenter arceant. E contrario, omnia quae vitam familiarem piam atque iucundam reddere valeant pro posse diffunaant.

Art. 74. lustitiam tum commutatlvam cum dlstribuUvam, tum legalem cum socialem, tertiarii sedulo observent ct tueantur, ct cum caritate prudenter componant. Aere alieno solvendo, aequo pro rebus commercii operibusque conductis pretio dando et accipiendo, spiritu parsimoniae alendo, pace Inter homines diversarum classium provehenda, humiliore hominum classe elevanda mcdlaque classe peculiari modo sustinenda et fovenda, labore etiam rustico vel manuali colendo, frntres et sorores diligentissime sc exhibeant vere Christianos et franelscalcs.

Art. 75. Ideo Litteral Encyclical *Rerum Novarum et Quadragesimo Anno* cetcraquc documenta pontificia quae de argumentis socialibus pollticlsquc tractant tertiarii sedulo addiscant, eorumque principia in vita sua efficere omnino nitantur.

Attamen sodalitates Tertii Ordinis, qua tales, a rationibus civilibus aut mere oeconomicis politidsque κ abstineant. In actione sociali prosequenda instructiones el normas .Apostolicae Sedis et Ordinariorum accuratissime servent (S. Pius Pp. X, *Tertium Franciscalium Ordinem,* 8 sept. 1912, *Acta Ap. Sedis,* 1912, p. 585).

Art. 76. Bene vero in votis Ecclesiae est ut singuli tertiarii sua formatione spirituali, exemplo ct opera in vitam socialem ac politicam emendandam se impendant. Nam Tertius Ordo valde aptus est ad rationes locupletium et egenorum conciliandas, «hoc *fixo et persuaso, non wm dignitaîe paupertatem; divitem misericordem et magnificum, pauperem sua sorte industriaque contentum esse oportere; cumque neuter sit ad haec commutabilia bona natus; allai patientia, alteri liberalitate in caelum esse veniendum»* (Leo Pp. XIII, *Auspicato,* 17 sept. 1882).

Tir. IV—*De operibus apostolatus*

Art. 77. Tertius Ordo est agmen selectum in pacifico exercitu laicorum semper ordinatum ad Regnum Christi tuendum totumque per orbem dilatandum. Ergo tertiariorum est prae ceteris, vestigiis Seraphici Patris Inhaerentes, Ecclesiam defendere, sustentare, nova vita donare (Pius Pp. XII, *Allocutio ad tertiarios,* 1 iul. 1956, *Acia Ap. Sedis,* p. 577).

Art. 78. Tertiarii igitur, tamquam Magni Regis praecones, in proximorum salutem operibus caritatis et apostolatus sese impendant. In Fide Catholica provehenda, In Ecclesia Romanoque Pontifice defendendo strenue elaborent.

Illis potissimum operibus et munlis se dedant, quae Ordini Franciscali magis propria sunt, uti, v. g. Missiones, Opus Vocationum religiosarum, etc., vel quae ab aliis praetermittuntur.

Art. 79. Omnes, tam Superiores quam subditi, exemplum a Seraphico Patre sumentes» qui obviis et obviantibus semper devotissime pacem nuntiabat, de discordiis componendis summo studio parique prudentia curent. Quam maxime Invigilent ut inter sodales cuiusque FranciscalIs Familiae fraterna concordia caritasque serventur.

Publicae celebrationes, uti peregrinationes, congressus, maiora sollemnia, necnon opera pietatis et apostolatus, quantum fieri potest, communi consilio indicant et exsequantur.

Art. 80. Ne sodalitates Tertii Ordinis umquam evadant mere devotionis associationes, commendatur ut singulae, quoad facultas ferat, peculiare quoddam opus apostolatus promoveant. Idem fiat in singulis provinciis.

ArL 81. Ad mentem Summorum Pontificum, Directores et sodales militiae seraphicae satagant ut opera quae In respectivls nationibus, regionibus, dioecesibus, vel paroeciis a Superioribus ecclesiasticis facienda proponantur, et praesertim apostolatum Actionis Catholicae, sociatis viribus foveant et exerceant. Semper cum ceteris piis associationibus, maxime paroecialibus pacem concordiamque servent.

ArL 82. Gratiam suae ad Tertium Ordinem vocationis Deo ct Ecclesiae referentes, sodales eidem Ordini promovendo pro viribus operam dare studeant. In singulis sodalitatibus unus vel plures designentur qui ex officio eum prudenti zelo, inter viros potissimum et iuvenes, provehant et diffundant.

Curent porro Commissarii ct Directores ut pueri puellaeque numero semper frequentiores inde etiam a teneris annis propriae associationi franciscali, tamquam seminario adspirantium ad Tertium Ordinem, adscrlbantur.

Art. 83. Enixe commendatur ut libri et commentaria periodica de vita spirituque Tertii Ordinis tractantia edantur ac late apud sodales divulgentur. Quod, ubi condiciones secundae sunt, de communi consilio quattuor Familiarum Regularium ac iuxta normas a Superioribus approbatas efficiatur.

Sodales autem litteras franciscales non modo parent et legant ipsi, sed apud Ordini extraneos, quantum possunt, sedulo diffundant. Sic in cordibus suis spiritum franciscalem assidue nutrient. Tertium Ordinem aliis notum facient, et laudabilem bonarum litterarum apostolatum

omncs gravissimam illam
V nU cls PH PP‘ XI1 obtestationem, tertiarios
franciscales alloqucntls: *'Accingimini et vos, dilecti filii.*

lia robis irae lesus petit per me, suum \ icarium· Accurrite Lw, *labili ferte saeculo opem! Sustentate*
(Piis Pp. XII. *Allocutio ad tertianos,* 1 iul. 19o6, *Acta .{p. Sedis* 1956, p. 577).

Tjt y—*De infirmis et delimetis*

Ari. 85. Tertiarii aegroti, debiles, senes, vel qualibet ioTinnitatc affecti, res adversas aequo animo, immo cum betltii frandscali, ferant, tamquam Christi patientis socii. ViUe incommoda una cum toto Christi Corpore Mystico id expianda peccata propria et huius saeculi caelesti Patri offerant. Pro omnibus beneficiis collatis gratias Deo referant

Art 86. Ad praeclara Seraphici Patris exempla, et ad sortium Regulae, sodales aegrotis ct infirmis maximam exhibeant compassionem, multainque pro eorum necessitatibus sollicitudinem. Quatenus fieri potest, Infirmari! in sodalitatibus constituantur huius rei periti ad normam ut 145.

Insuper, fratres et sorores omnes, praecipue vero Minister et Discreti, fraterna caritate aegrotos invisant ct solentur, ac, si egestate laborant, eorum necessitatibus, quantum possunt, provideant.

Art. 87. lidcm, iubente Regula, in morbo ancipiti constitutos hortentur et suaviler moneant ul de receptione aeramentorum tempestive curent. Hoc salutare ministerium tertiarii etiam erga ceteros fideles adimpleant.

Art. 88. Normae, quas Regula de exsequiis sodalium ic de precibus ad eorum caeleste solatium recitandis praescribit.iuxta locorum consuetudines adamussim, serventur. Praeter communia pro tertiariis defunctis iniuncta suffragia, Missae sacrificium, pro omnibus uniuscuiusque sodalitatis sociis defunctis applicandum, mense novembri celebretur.

Art. 89. Tertiarii laudabiliter iubeant se habitu magno indutos sepeliri.

CAPUT III

DE REGIMINE TERTII ORDINIS

•Vokfal Seraphicus Paler Franciscus Ministros affabiles use minoribus, ct benevolentia placidos... Volebat moderatos in pnrceplis, propitios in offensis, ferre magis promptos quam nprre iniurias, hostes vitiis, medicos vitiosis. Tales denique nlfbaJ, quorum v ta caeleris esset speculum disciplinae. Hos Ismen colebat omni honore praeveniri et diligi, sicut qui pondus pvtarenl (ct. Matt. 20, 12) *sollicitudinum et laborum. Summis eu pnumiis apud Deum dignos esse dicebat qui tali forma talitege creditas sibi animas gubernarent** (Thomas Cel, Ula II, *pars II, cap. CXL, n.* 187).

Trr. I—*De regimine in genere*

Art. 90. Tertius Ordo Franciscalis, cuius natura iam in art. 1 definitur, est communitas omnium sodalium et sodalitatum, quae ab Ecclesia quattuor Seraphicis Familiis Regularibus, ad suum finem attingendum et ad verum spiritum seraphicum servandum ac fovendum, est commissa.

Art. 91 Ordo iure communi (can. 702, § 2) in sodalitates (vulgo congregationes scu fraternitates) dividitur. Iure autem proprio dividitur in districtus, provincias, nationes et Obcdientias, quae nempe regimen respectivae Familiae Regularis sequuntur.

Art. 92. Sodalitas est persona moralis, cuius est curam omnium sodalium habere necnon unionem spiritualem fovere cum ceteris Tertii Ordinis partibus, cum Familiis Franciscalibus Regularibus, maxime vero cum Ecclesia.

Art. 93. Ad sodalitatem organice erigendam necessario requiruntur;

1. saltem tres professi (can. 100, § 2);
2. consensus Ordinarii loci scripto datus (can. 686);
3. documentum erectionis signatum a competente Saperiore illius Familiae a qua pendet sodalitas (can. 687; d can. 100, J 1);
4. album in quo nomina tertiariorum inscribantur
5. ecclesia vel oratorium vel altare ubi sodalitas

CaltT nominatio Directoris et Ministri cum
torio, sicut a iure et ab his Constitutionibus pracscril itur
(C0mn« sodaBtaturn'erectlones
rectorum cum Commissar*) provinciali vcl uism
rant communicandae.

Art. 94. Regimen Tertii Ordinis, secundum eius peculiarem naturam, distinguitur in *externum,* quod Ecclesiae ct quattuor Familiis Franciscalibus Regularibus competit, ct *internum,* quod ipsis tertiariis a iure damandatur.

Tit. II—*De regimine externo*

Art. 95. Romanus Pontifex, qui est omnium christifidelium atque associationum in Ecdesia Magister ct Rector, peculiari ratione iuxta mentem S. P. N. Francise! est Supremus Moderator Tertii Ordinis totiusque Familiae Franciscalis. Ipsi propterea tamquam Christi Vicario in terris tertiarii omnes reverentiam et obsequium maximum exhibeant atque absolutam profiteantur obedientiam.

Art. 96. Ordinarius loci, cui omnes tertiarii obedientiam et reverentiam debent, ad normarn sacrorum canonum ius habet:

1. concedendi licentiam sodalitatem organicam in sua dioecesi erigendi (can. 686, § 3; 703, § 2);
2. visitandi ecclesias vel oratoria vel altaria quae sunt m proprietate Tertii Ordinis:
3. inspiciendi libros administrationis, ct exigendi rationem bonorum temporalium onerumque Missarum sodalitatis ipsius (can. 691, § 1);
4. concedendi facultatem habitum in publicis sacris functionibus deferendi (can. 703, § 3);
5. dimittendi tertiarios (can. 696, § 3), et supprimendi sodalitates gravi de causa (can. 699, § 1).

Art. 97. Iuxta Constitutiones Romanorum Pontificum Tertius Ordo, quod ad directionem spiritualem et disciplinam internam attinet, subest Superioribus trium Familiarum Primi Ordinis et Tertii Ordinis Regularis.

Art. 98. Superiores Tertii Ordinis in his Constitutionibus sunt: 1. Superior Generalis, ubique terrarum; 2. SuI)erior provincialis, in ambitu suae provinciae; 3. Superior ocalis, in suo districtu.

Delegati autem habituales sunt Commissarii generales, nationales» provinciales et districtuales. Ipsi, in actu tantum visitationis vel in coetibus tertiariorum, Superioribus localibus praecedunt.

ArL 99. Supradicti Superiores, quisque in ambitu suae iurisdictionis, possunt per sc vel per suos Delegatos, praehabito consensu Ordinarii loci, sodalitates erigere, etiam extra ecclesias Ordinis, easque dirigere per se vcl per Directores ad normam art. 111 et 112 nominatos.

Sacerdotes autem saeculares vcl alius religionis Directores nominari nequeunt, nisi audito Ordinario loci vcl rcspectivo competente Superiore religioso.

Art. 100. lidem Superiores possunt suas facultates vel ex toto vel ex parte delegare. Eas tamen sacerdotibus saecularibus vcl alius religionis ne delegent, si in loco commorationis habitualis corumdem sodalitas Tertii Ordinis iam exsistat, vel alius sacerdos eisdem facultatibus antecedenter sit instructus. Sacerdos ad erigendam sodalitatem delegatus praescripta art. 93 ad amussim servet.

Art. 101. Facultas erigendi ct dirigendi sodalitatem ob una Familia Regulari concessa non valet ad erectionem vel directionem sodalitatis ab alia Familia dependentis.

Art. 102. Sodalitas erecta ab aliquo Episcopo vel sacerdote vi delegationis subest illi Familiae Regulari a qua Episcopus vel sacerdos delegationem accepit. Quapropter sodalitatem erigens respectIvum Commissariuin de peracta erectione certiorem facerc debet ad normam art. 93.

Art. 103. Sodalitas ab una Familia Regulari erecta nequit, inconsultis vel invitis Superioribus eiusdem Familiae, valide ad aliam Familiam transire. Quod etiam valet si Director sodalitatis cx alia Familia assumptus fuerit *(S. C. Bel.,* 6 dec. 1911 ad 1).

Art. 104. Si vero singuli tertiarii ex qualibet rationabili causa ad aliam sodalitatem, etiam altus Obcdlentiae, h
transire velint, sufficit ut ab eadem acceptentur ct Directorem prioris sodalitatis certiorem faciant *(S. C. Bel.,* 4 mart. 1903).

Art. 105. Superiores quattuor Familiarum Regularium de solito moderantur Tertium Ordinem per Coinmlssario* generales, nationales, provinciales, ct districtuales. necnon per Directores locales.

Art. 106. Quo magis fideles uberrimos fructus vitae franciscalis participent ac Tertius Ordo cxspectationi Sanctae Matris Ecclesiae plenius respondeat. Superiores. Commissarii ct Directores maxime curent ut ln<c per sua territoria late propagetur.

..n."*"®8 Praclcrca religiosi cuiusque Familiae Francis calls, praecipue vero divini verbi praecones. Illum magni

faciant ac foveant inter fidèles qui ad profundiorem vitam spiritualem adspirent.

Art. 107. Commlssarius generalis pro Tertio Ordine a Ministro Generali de consilio sui Definitorii nominatur, et potestate delegata sub dependentia ipsius Ministri Generalis suum munus exercet. Ad cum spectat praesertim:

1. Commissarios nationales et provinciales quoad Tertii Ordinis vitam spiritualem actioncmque apostolicam dirigere, atque eos apud se convocare, de consensu sui Ministri Generalis;

2. notitias et experientias unius nationis vel provinciae cum ceteris communicare;

3. studia maioris momenti Tertium Ordinem respicientia suscipere vel provehere» et actionem concordem cum aliis Obcdientiis Franciscalibus, Tertiis Ordinibus, ceterisque piis associationibus ac operibus promovere;

4. de statu Tertii Ordinis in provinciis et nationibus ad suum Definitorium Generale singulis annis referre.

Art. 108. Commlssarius nationalis a Ministro Generali de consilio sui Definitorii, auditis Commlssario generali ac Ministris provincialibus rcspectlvae nationis, nominatur ubi necessitas id exigit. Eius vero munus determinatur normis peculiaribus, quae a Ministris provincialibus respectivae nationis condi possunt cum approbatione Ministri Generalis.

Art. 109. Commissarius provincialis a Ministro provinciali de consilio sui Definitorii nominatur, et potestate delegata sub dependentia ipsius Ministri provincialis suum munus exercet. Ad eum spectat;

1. Commissariis districtualibus ac Directoribus localibus operam adiutricem praestare;

2. Directoribus et Officialibus sodalitatum media ad formationem spiritualem et technicam providere;

3. omnes sodalitates sive per se sive per alium ad nonnam harum Constitutionum visitare (art. 116-119);

4. sollicitam curam de tertiariis solitariis (art. 34-36) circulisque tertiariorum aegrotorum habere (art. 10);

5. conventus, sive generales sive particulares, intra fines provinciae Indicere elsque praesidere;

6. peregrinationes ct opera apostolatus caritatisque maioris momenti, toti provinciae vel pluribus dlstrictibus communia, promovere ct moderari;

7. actionem concordem cum ceteris Obedientiis Franciscalibus» Tertiis Ordinibus, aliisque piis associationibus ac operibus fovere;

8. quotannis ad Ministrum provincialem el ad Commissoriam generalem, necnon ad Commissarium natlonalem si exsistit, relationem Tertii Ordinis mittere.

Ari. 110. Commlssarius distrlctualls a Ministro provinciali, audito Commlssario provinciali, nominatur, ac districtum suum secundum normas a Superioribus latas moderatur.

Art. 111. Director seu Moderator localis, qui iuxta normas unicuique Familiae Franciscall proprias constituitur, peritia, studio, pietate, prudentia, et sollicitudine pastorali pollere debet. Ei omnes sodales obedientiam et reverentiam in spiritu S. P. N. Francisci praestare debent.

Art. 112. Salvo praescripto art. 99, Statuta peculiaria cuiusque Familiae Regularis nominationem Directorum extra ecclesias franciscales constitutarum pressius determinare possunt.

Art. 113. Directoris munera haec sunt praesertim:

1. postulantes ad habitum, novitlos ad professionem dc consilio sui Discretorii admittere;

2. praedictos tum ad habitum tum ad professionem luxta Caeremoninle recipere;

3. coetibus menstruis sodalitatis ct consessibus Discretorii praesidere;

4. curare ut Discreti ct Officiales propriis muneribus sedulo incumbant;

5. diebus statutis benedictionem papalem et absolutionem generalem impertiri;

6. Iusta de causa ab aliquo Regulae vel Constitutionum praecepto cum singulis dispensare.

7. libros sodalitatis et adminlstrationis necnon onerum adimpletionem Inspicere, quin tamen In rebus oeconomicis sese immisceat, salvis praescriptis art. 131 ct 144;

8. electioni Discretorii praesidere si haec extra tempus visitationis teneatur (cf. art. 117, n. 8).

Art. 111. Director est potius paler quam iudex suae sodalitatis. Quapropter vitam spiritualem et progressum singulorum sodalium ct totius sodalitatis sollicite ct actuose promovere debet. A se maxime pendere profectum sodalitati! conscius sit oportet, el dc munere cnnnnisso sibi rationem Deo reddendam rssc.

Art. 115. Visitatores ex officio, praeter Superiores Regulares, sunt: Commissarius generalis in toto Ordine, nationalis in sua natione, provincialis ln sua provincia, districtualis in suo districtu.

Commissarius generalis autem vel nationalis in aliqua provincia visitationem no faciat, nisi praemonito eiusdem Ministro provinciali.

Art. 116. Visitatio cuiusque sodalitatis, quantum facultas ferat, quotannis ad normam Regulae, sin mina* singulis trienniis, peragatur. Cum experientia constet vitam Tertii Ordinis eiusque fructus spirituales a visitatione rite peracta potissimum pendere, Superiores summo studio curent ut visitatio sive per se sive per suos Commissarios regulariter flat, idque nec festinanter nec obiter, sed adhibita magna sollicitudine ac diligentia servatis praescriptis Caeremonialis Ordinis.

Art. 117. In visitatione Visitator iuxta Statuta particularia cuiusque Familiae designatus ius ct officium habet:

1. convocandi Discretorium et sodalitatem, atque singulos etiam tertiarios si opportunum videatur, ad res Tertii Ordinis tractandas;

2. inquirendi num Regula ct Constitutiones observentur; num sodalitas operibus apostolatus ct caritatis incumbat; num studium perfectionis evangelicae atque concordia ct pax vigeant;

3. ' inspiciendi libros ct alba tum sodalitatis cum Discretorii;

4. a praescriptis Regulae et Constitutionum dispensandi eademve commutandi, iusta de causa.

5. sodales cl Officiales delinquentes aut négligentes, si casus ferat, corrigendi ct monendi, atque incorregibiles ad normam art. 147-151 dimittendi;

6. omnibus tertiariis iuxta tenorem emissae professionis pro transgressionibus paenltentlas salutares imponendi;

7. absolutionem generalem vel benedictionem papalem impertiendi;

8. electioni Discretorii in visitatione triennali praesidendi, nisi iusta de causa electio alio tempore fiat.

Art. 118. In iocis ubi proprii religiosi desint, Superiores competentes officium Visitatoris sacerdotes saeculares vel religiosos, numquam vero lalcos, designare possunt.

Art. 119. Visitator, necessitate vel utilitate suadente, etiam Parochum ct Ordinarium loci adeat, eorumque mentem de ipsa sodalitate et de tertiariis exploret.

Tit. 111—*De regimine inferno*

Art. 120. Regimen internum sodalitatis qua personae moralis In tertio Ordine spectat ad Discretorium sodalitatis, quod Ministro et Discretis constat, et quod insimul constituit Consilium Directoris.

Discreti sint saltem quattuor ad officia necessaria implenda (cf. art. 136); plures autem, pro numero sodalium, eligi possunt.

Art. 121. Ad Instar Discretorii sodiditatls etiam Discretoria districtualia, provincialia, nationalia, et generalia, ad nonnam Statutorum particularium cuiusque Familiae, institui possunt. Quae Discretoria constabunt respective Commlssario cum aliquibus tertiariis, ad normam praedictorum Statutorum designatis.

Insuper, ln campo inter-obcdientali consimilia Discretoria, ubi opportunum videatur, institui possunt. Quae Discretoria constabunt respectivis Commissoriis quattuor Regularium Familiarium cum uno saltem culusque Obedientiae tertiario. Ex his tertiariis unus quotannis eligatur Praesidens, cuius erit, per sc vel per alium, totius Tertii Ordinis personam gerere intra suum ambitum, nempe. Praesidens provincialis in sua provincia, nationalis ln sua natione, generalis ubique terrarum.

I—D c Discretorio Sodalitatis

Art. 122. In novae sodalitatis erectione Discretorium, iuxta Caeremoniale Ordinis, ab eo qui sodalitatem erigit nominatur, consulto Directore iam nominato. In aliis casibus Discretorium eligendum est ab ipsis professis tertiariis in unum convocatis et a iure non impeditis.

Art. 123. Soli rcspectlvae sodalitatis professi voce activa ct passiva gaudent. Qui, trina monitione non obstante, vitam sodalitatis participare neglexerit, voce activa ct passiva ipso facto caret; item suspensus iuxta art. 148, et ii qui ex alia causa voce activa el passiva privati sunL

Art. 124. Comitia uno saltem mense ante diem indictum per litteras vel alio modo a Praeside electionis convocanda sunt. Electiones fieri debent secundum ius f' ran IG'i;· * praesentes Constitutiones legit|masque consuetu<llnes.

185“

Art. 125. Quo electiones faciliores reddantur, hic procedendi modus commendatur:

Praeses in schedulis, electoribus opportune traikfidis. proponat tres candidatos ad officium Ministri, ^candidatos ad officium Discreti iuxta numerum in ïïmii'.uesodalitate necessarium vel convenientem, inter Inierantur etiam nomina candidatorum ad officium Mnlstri proposita.

Pbst singula nomina spatium relinquatur, in quo alia aondM prolubUu substituere vocalibus licet.

Electiones fieri possunt unico scrutinio pro omnibus embris Discretorii, vel distinctis scrutiniis pro Ministro rt Discretis.

2. Duo scrutatores a Praeside nominentur, qui, de secreto servando admoniti, schedulas iam distributas, a shgulis vocalibus selectione candidatorum facta, in urnam immissas extrahant, et una cum Praeside insplciant et samerent, atque suffragia valida uniuscuiusque candidati computent.

Computatione suffragiorum facta. Praeses palam annuntiet quot suffragia unusquisque retulerit. Qui partem relative maiorem suffragiorum validorum obtinuerit electus bibeatur. Si vero places candidati aequalem suffragiorum cumenun retulerint, senior professione, ct in paritate professionis aetate maior, electus habeatur.

Sl quis sibi suffragium dederit et dc hoc constiterit, electus ne habeatur, et voce activa et passiva hac vice careaL

Art. 126. Omnis electio confirmatione Praesidis comitiorum indiget.

Art. 127. Expleto triennio, idem Minister iterum eligi potest. Pro tertio triennio immediato confirmatione Comm.ssarii provincialis, pro quarto et ulteriore triennio confirmatione Ministri provincialis indiget.

Dtotti ad plura succcsiva triennia denuo eligi possunt, tipedit tamen ut tertia saltem pars Discretorii post sexennium novis Discretis sufficiatur.

Art. 128. Si Ministro durante munere mori contigerit, h eius locum usque ad finem triennii Vice Minister succedat, iuxta praescriptum art. 141. et alius Vice Minister a Discretorio quamprimum eligatur.

n?Va ,elcctl° Cienda est a Discretorio quoties ffiatDSaTtU5 quacumque de causa durante triennio

Art. 129. Discreti eligantur qui sint graves, prudentes. bowflKt& Del et ,Ordlnls studiosi, quique imprimis wm aestimatione apud omnes gaudeant.

.Art. 130. Semel saltem in mense, secundum nraescrinh]bcatur Discretorii consessus, cEi

nî Or'. Vel, e.° abscnte« Minister aut Vice Minister aut Discretus professione senior

Omnes Discreti qui legitime impediti non sunt intéressé enentur, nec consessus haberi potest nisi maior Dlscretoni pars. Directore non computato, adsit.

Art 131. Slnffuli Discreti voce consultlva vel deliberativa, prout casus ferat, fruuntur. et maior pars suffragiorum praevalet. In paritate autem suffraciorum, ille suffragium decisivum habet qui praecst. Si Praeses suo suffragio *dec s* yo uti noluerit, negotium iudicio Commisuni provincialis subiici potest, salvo iure ulterius recurrendi an Ministrum provincialem.

SI Director consessui Discretorii non interfuerit, huius decidoncs eius approbatione indigent. Electiones autem absente Directore vel Visitatore fieri nequeunt.

Art. 132. Ab omnibus Discretis secretum servandum «t de omnibus quae in consessibus tractantur, ne dissensiones oriantur neve libertas Discretorum manifestandi vj.un sententiam minuatur.

Art. 133. Ad Discretorium spectat:

1. perfectionem evangellcnm sodalium promovere, et omnia subsidia ad hunc finem opportuna suggerere;

2. fraternae dilectionis vincula Inter sodales sodalltatesque fovere, ct opera caritatis ac apostolatus provehere, ut omnes tertiarii se vere exhibeant praecones caritatis D. .V lesu Christi et S. P. N. Francisci in Ecclesia et in societate civili:

3. postulantes ad habitum, novitlos ad professionem, praemissa discussione, admittere ad nonnam art. 113, n. 1. servatis vero praescriptis art. 13, 14 ct -3;

“Tertiarios solitarios vel «alia sodalitate provelentes In sodalitatem sua"}tf|2?i?uni post tres monitiones,

7. dimissionem i^orrigibi *v*l ™ ^*ncrc;*

et sodalium delinquentium, D

8. officia Discretis vel aliis tertiariis ad nonnam art. 137 et 138 conferre;

9. libros sodalitatis inspicere et approbare;

10. curare ut singuli Officiales munus suum bene adimpleant;

11. relationem annuam Superioribus exhibendam conficere.

Art. 134. Negotia graviora in unico consensu plerumque non definienda sunt, et suffragia secreta sunt ferenda.

Art. 135. Ubi numerus sodalium suadet, duae sodalitates vel duae partes formari possunt, aJtera virorum, altera mulierum. His in casibus duplex etiam Discretorium instituatur. In rebus vero communis utilitatis, et praesertim ad Indolem familiarem colendam, ambae sodalitates aut partes vel ambo Discretoria insimul coadunentur.

11—De variis Sodalitatis officiis

Art. 136. Varia officia in sodalitate habentur, sicut In Recula provisum est.

Officiales primarii, qui in qualibet sodalitate necessario inveniuntur, sunt: Minister, Vice Minister, Magister novitlorum et postulantium, Secretarius, aerarii Custos. Insuper, secundum necessitatem vel utilitatem, alii Officiales constitui possunt, e. g. Infirmarii, Bibliothccarius etc.

Ubi opportunitas suadeat, nominentur etiam delegati circulorum et diversorum operum de quibus in art. 6-10.

Art. 137. Praeter Ministrum, in ipsis comitiis electum, ceteri Officiales in primo consessu Discretorii post electionem, proponente Praeside, a Discretorio instituantur.

Art. 138. Officia primaria solis Discretis, cetera autem etiam aliis tertiariis conferri possunt. Si quis Officialis durante munere quacumque de causa deficiat, institutio successoris usque ad finem triennii ad Discretorium spectat.

Art. 139. Meminerint Officiales munera sibi concredita potius laboris esse quam honoris.

Art. 140. Minister, qui servais omnium sodalium esse debet, prout ipsum nomen denotat, est primus Officialis sodalitatis. Munus habet:

1. consessus Discretorii sodalitalisque coetus una cum Directore convocandi et dirigendi;

2. personam sodalitatis ad extra gerendi;

3. vitam spiritualem et disciplinam tertiariorum, imprimis Officialium, una cum Directore tuendi et fovendi:

4. per se vel per alios Officiales quotannis ad sodalitatem referendi de vita interna et externa, seu de statu morali et oeconomico sodalitatis, necnon de operibus npostolatus et caritatis;

5. invigilandi ut sodales pauperes adjuventur, infirmi visitentur, et in periculo mortis constituti ad sacramenta tempestive suscipienda suaviter moneantur; ut tertiarii de morte alicuius sodalis certiores fiant, et iniuncta suffragia peragantur.

6. visitationem a Commlssario provinciali vel dlstrictuali suo tempore una coni suffragia peragantur;

6. visitationem a Commlssario provinciali vel districtuali suo tempore una cum Directore petendi.

Art. 141. Vice Minister Ministrum in casu infirmitatis aut alius impedimenti supplet, et in demortui officium succedit usque nd finem triennii. Vice Minister omnibus Discretorii consessibus assistat ct Ministrum adluvct.

Vice Ministro quacumque de causa deficiente, alius eligatur ad normam art. 138.

Art. 142. Secretarius libros sodalitatis conscribere et tabularium custodire debet. Adnotet in albo ad hoc destinato cognomen, nomen, et domicilium sodalium; item diem, mensem, et annum vestJtionis. professionis, mortis vel discessus a sodalitate.

Insuper, diligenter acta consessuum Discretorii, comitiorum et electionum describat; annales conficiat; res notatu digniores diariis publicis inserere curet; et praesertim ad Commissarium provincialem mittat, cuius est elusmodi notitias ad Commissarium generalem referre.

Acta et respective documenta diligenter custodiat, et tabulario bene ordinato adiungat. Item praesto sit Iussa et monita Directoris vel Ministri cum sodalibus communicare.

Art. 143. Magister novitlorum ct postulantium alumnos suos ad normam art. 20 et 21 instituat, et suo bono exemplo ac Regulae observantia Illis praeeat. Suae curae commissos semel saltem in mense convocet ad instructionem sub moderamine Directoris recipiendam.

Magistri munus est maximi momenti, cum a spirituali novitlorum profectu incrementum sodalitati*, et ab eorum oscitantia regressus Ipsius pendeant.

Una cum Directore doctrinam et animum novitiorum ante professionem probet ad normam art. 23.

Si alicui novitiorum vel postulantium aegrotari contingat, Magister sine mora Ministrum et Infirmarium moneat.

z\rt. 144. Custos aerarii oblationes sodalitati facta diligenter custodiat, indicando in proprio libro diem, mensem, et annum quo eleemosyna sibi data est, necnon nomen dantis vel colligentis.

Consentiente Discretorio eleemosynas sodalibus aliisque indigentibus distribuat, res ad sodalitatem vel ad divini cultus decorem necessarias cum diligentia provideat, atque respcctivas expensas in libro ut supra adnotet.

Ter In anno Discretorio, semclque in anno coetui sodalitatis, de sua bonorum administratione rationem reddat, praevia inspectione librorum et capsae facta a duobus saltem revlsoribus a Discretorio nominatis.

Art. 145. Infirmarius unus vel plures instituantur, prout necessitas vel utilitas postulet, eisque singulis pars civitatis aut oppidi assignetur, ubi caritatis officia sodalibus aegrotis praestent.

Si infirmariis sunt plores, unus cx eis Infirmarius Maior instituatur, cui de omnibus tertiariis aegrotis cura erit. Ipse etiam invigilabit ut Infirmarii adiutores suum munus solerter adimpleant.

Art 146. Quod attinet ad delegatos circulorum et diversorum operum, de quibus in art. 6-10, Statuta particularia tum pro singulis nationibus tum pro diversis circulis confecta et a Superioribus approbata consulantur.

Tit. IV—*De correctionibus et poenis*

Art. 147. Visitatores, Directores et Ministri ad meliorem vitam ducere studeant errantes. Tamen in mente verba et exempla S. P. N. Francise! habentes, semper cum caritate et prudentia agant; numquam vero aspera verba vel nimium rigorem adhibeant.

Art. 148. Director prima et secunda vice sodales errantes paterne moneat, tertia vice e coetibus sodalitatis, dc consilio Discretorii, ad tempus suspendat. Si vero post tertiam monitionem non resipiscant, de consensu Discretorii a sodalitate dimittantur. Nomina tertiariorum dimissorum cum Commissario provinciali vel districtuali communicentur.

Art. 149. Quod si scandalum propter delictum alicuius sodalis in sodalitate oriatur ct periculum sit In mora, Director delinquentem statim dimittere potest, sed Commissarium provincialem quam primum certiorem faciat.

Art. 150. Dimissio ab ipso Tertio Ordine ad Commissarium provincialem et generalem spectat.

Art. 151. Poena suspensionis ct dimissionis in scriptis imponenda est, et In albo sodalitatis atque in actis Discretorii adnotanda.

Sl dimissi petant ut denuo Ordini adseribantur, admitti nequeunt nisi a Commissario provinciali vel generali, idque post diuturnum tempus, scandalo remoto, ac novitiatu Iterato.

Art. 152. Qui a Catholica Fide defecerit, vel associationi a Sancta Sede damnatae nomen dederit, vel censura notorie Irretitus sit, vel tamquam publicus peccator vivat, ob Ordine dimittendus est, praevia monitione (can 696, § 2; ct. can. 693. § 1).

Qui vero lustlllam socialem notorie non servaverit, praesertim erga famulos et operarios, Commissario provinciali deferri debet Indicandus.

Art. 153. Tertiarii qui, licet ter admoniti» per tres annos obligationes Tertio Ordini proprias adimplere recusaverint, α Commissario provinciali, adiunctls locorum ct temporum perspectis, ab Ordine dimittantur.

Art. 151. Suspensi aut dimissi a sodalitate lis solis gratiis ct privilegiis fruuntur quae tertiariis solitariis competunt, ct manent obstricti obligationibus Regulae et Constitutionum uti solitarii.

Dimissi autem ab Ordine omnibus gratiis ct privilegiis privantur, et manent soluti ab omnibus praescriptis Regulae et Constitutionum.

CAPUT IV

DE IURIBUS ET PRIVILEGIIS

Art. 155. Tertiarii sub cruce propria nut vexillo collealAliter procedentes omnibus aliis associationibus, etiam confraternitiitlbui Ssrtil Sacramenti, praecedunt, dummodo ipsi sint habitu magno vel saltem franclscall cingulo

K 1-nV1 ealliaCoqu°.quc associationes sine habitu Incedot (can. /01, § 1, 2). Si autem tertiarii alio tantum instautantur, ceterae associationes habitu indutae eis praecedunt (can. 701, § 3).

Art. 156. Inter varias tertiariorum sodalitates illa praecedit quae est in pacifica quasl-possesslone praecedentiae; et si de hoc non constat, illa quae prior in loco ubi quaestio oritur instituta est (can. 106, n. 5). Cum controversi ex bono et aequo a respeclivis Ordinirilj Regularibus solvantur.

Art. 157. Omnes de praecedentia contravenias Inter Tertium Ordinem et alias ecclesiasticas associationes Ordinarius loci in casibus urgentloribus dirimit, remota appellatione in suspenslvo, sed sine praeiudiclo luris uniuscuiusque: scilicet, si casus urgens occurrit, Ordinarius lori suo decreto rem componere potest, elque standum est; pars autem, quae se gravatam putat, lus habet ad Sanctam Sedem recurrendi, sed tantum in devolutlvo (can. 106, n. 6).

Art. 158. Privilegia, indulta el gratias, quas Pia Mater Ecclesia sodalibus Tertii Ordinis largiri dignata est, omnes magni faciant.

Art. 159. Ut indulgentiis Ordini concessis truantur, tertiarii scapulare et cingulum de more portare debent, firmo praescripto art. 17.

Art. 160. Ex concessione S. Pii Pp. X, plena communicatio indulgentiarum et fructuum spiritualium inter Primum, Secundum, ct Tertium Ordinem Franciscaltm viget. Hac mutua communicatione perfrui possunt In perpetuum quotquot sub Patriarchae Scraphicl Sancti Francise! vexillo militant ad quemcumque Ordinem vel Ordinum Familiam pertineant» *(Sodalium e Tertio Ordine, 5* mail 1909).

Insuper, cum Tertius Ordo unus sit, quamvis quattuor Familiis Franciscalibus ab Ecclesia commissus, privilegia omnia ct indulta, itemque indulgentiae et cuiuscumque generis gratiae, quae pro tertiariis ab una Familia Regulari dependentibus, conceduntur, pro toto Tertio Ordine concessa intelliguntur.

Art. 161. Sodales qui in locis habitant ub! neque adest ecclesia vel oratorium franciscale, neque erecta est sodalitas Tertii Ordinis, omnes Indulgentias Ordinis in ecclesia paroeciali aut filiali lucrari possunt *(S. R.* C., 31 ian. 1893).

Item possunt tertiarii, qui In locis habitant ubi nulla sodalitas Tertii Ordinis erecta est. bis in anno loco benedictionis papalls absolutionem generalem recipere *(S.* C. Jnd., 31 maii 1893).

Art. 162. Tertiarii qui in seminariis, collegiis, nosocomiis, hospitiis etc. degunt, si ecclesias paroccldes vel franciscales facile adire nequeunt, indulgentias Ordinis in oratorio domus, etsi semi-publlco tantum, lucrari possunt *(S. C. Ind.,* 18 iul. 1902; 22 mart 1905; 8 aug. 1906).

Art. 163. Sodales qui morbo delinentur vel convalescunt, nec commode domo egredi queunt, possunt, recitatis quinquies *Pater, Ave,* atque adiuncto saltem uno *Pater, Ave* et *Gloria* ad intentionem Summi Pontificis, omnes indulgentias ecclesiis franciscalibus vel Tertio Ordini adnexas lucrari *(Breve Leonis Pp. XIII, T* sept. 1901).

Iidem tertiarii absolutionem generalem recipere, et etiam omnes plenarias indulgentias pro determinatis diebus concessas lucrari valent quacumque dic infra octiduum festi cui absolutio vel plenaria indulgentia est assignata, ceteris adimpletis condicionibus *(S. C. Ind.,* 13 aug. 1901).

Art. 164. Directores Tertii Ordinis qui eidem adscrlbi nequeunt, eo quod vota in aliqua religione nuncuparunt aut alii Tertio Ordini sunt adscript!, participes esse valent, durante munere, omnium indulgentiarum aliarumque gratiarum, quibus sodalitas quam regunt frultur *(S. Paen.,* 13 dec. 1928).

Art. 165. Sacerdos absolutionem generalem Impertiens, ipse quoque eadem frultur *(S. C. Ind.,* 1 febr. 1905).

Religiosi qui adsunt in ecclesia vel oratorio ub! tertiariis saecularibus absolutio sub formula *Intret oratio* datur, ea frui possunt, si illo die eam sub formula *Ne reminiscaris* recipere nequeunt, atque vice versa *(S. R.* C., 7 iun. 1919).

'J6· ,,MJLssa aPpHcata pro anima uniuscuiusque sodalis Tertii Ordinis sive in menstruo coetu mortem nn^S«tq,iCn»C' 5ivc ln coctu ad hoc ipsum indicto, legi

Straphicae a qua pendent fS. ff. C., 2 maii 1880; 15 apr.

Missam celebrantes in oratorio privato etiam Mlssale itsptctfae Familiae Franciscalls adhibere possunt *(S.K.* C., 15apr. 1904). In *Confiteor* eis semper licet nomen S. P. N. Friocisci adiungere.

Si lo recitando Breviario calendarium seraphicum adhibent, die sabbato Missam votivam Immaculatae Conceptionis B. M. V. legere possunt, dummodo in oratorio ponto celebrent, ct servatis normis liturgicis *(S. JL C.,* 9 dee. 1903; 22 mart. 1905). t t n

Sicerdotes autem tertiarii, qui Missali et Breviario RoBino utuntur, possunt in praecipuis festis franciscalibus Muli et Breviario Romano-Seraphico sese conformare.

Art. 158. Sacerdotes e Tertio Ordine ter in hebdomada Ifldnito altaris privilégiât! fruuntur, nisi simile indultum lam aliunde habeant (Leo Pp. Xiii, *Misericors Del Filius;* indolium non revocatum Decreto S. Paen. Ap. dici 20 nurt. 1933).

CAPUT V

DE CONSTITUTIONIBUS

Art 169. Hae Constitutiones, quae ad pleniorem professionis et Regulae observantiam latae sunt, ad culpam non adstringunt, nisi alias iure divino, naturali, vel ecclesiastico obligent.

Art. 170. Si quae dubia de sensu vel de praescriptis hirum Constitutionum occurrant, ad Ministros Generales vel ad eorum Delegatos recurrendum est, quibus competit interpretationem practicam dare.

Art 171. Quo certius dubia ct difficultates tollantur, et Tertius Ordo hodiernis temporibus magis accommodetur, omnes dispositiones quae antea vigebant ct quae cum praesentibus non congruunt, his Constitutionibus abrogantur.

.Art 172. Si tamen pro diversitate locorum et temporum necessarium vel utile rideatur, Superioribus competentibus Statuta particularia condere licet, dummodo his Constitutionibus non sint contraria. Quae Statuta, necnon omnes normae particulares condendae quae passim in his Constitutionibus referuntur, approbatione respectivi Ministri Generalis indigent.

Praeterea, valde commendatur ut omnia eiusmodi Statuta communi consilio quattuor Familiarum Regularium condantur, quo efficacius unitati et concordiae totius Tertii Ordinis consulatur.

Art. 173. Meminerint Visitatores, Directores, Ministri, Officiales et sodales profectum Tertii Ordinis et perfectionem evangelicam sodalium maxime pendere a fideli Constitutionum observantia.

uQuicnmqiie haec observaverint, (n caelo repleantur benedicitor aliluim i Patris caelestis, et in terra repleandur benedictione dlledi Filii sui, cum sanctisimo Spiritu Paraclico et omnibus I *irtutibus caelorum et omnibus Sanctis. Et ego, frater Franriscus, fvwulas vester et servus quantumeunque possum, confirmo vobis intus el foris istam sanctissimam benedictionem. Arnen"* (Testamentum S. P. N. Francisci).

Explicit textus Constitutionum

• Pro!. *N.* 02116'57: AOFM 76 (1957) 315-337.

2689

1957 SEP 7.-SC CONS., DECR. AAS 49 (1957) 940-943

BELGII

Decretum de erectione vicariatus castrensis **IN BELGIO**

Lectissimis militum turmis Romani Pontifices paterna semper cura consulere, harumque spirituali bono iugiter invigilantes, ex Suprema, qua pollent, auctoritate, inspectis rerum, temporum ac locorum momentis, ea sanxerunt cruae in eorundem militum animarum salutem cessura Domino Judicarunt.

Hac sane mente adducti, felicis Pin< pp T\' tum S Pius PP. X» tum tandem ocneaicius ditarunt.

Equidem Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XII, omnium, qui adsunt et qui futuri sunt, Belgicorum militum maiori spirituali utilitati prospiciens, precibus ab Emo P. D. losepho Emesto S. R. E. Cardinali van Rocy, Archiepiscopo Mechliniensl, consultis Episcopis suffraganeis, porrectis, erectionem Vicariatus Castrensis Belgii enixe postulante, praehabito favorabili voto Exc. P. D. Ephrem Forni, Achiepiscopi titularis Damitani et in Belgio Nuntii Apostolici, benigne dignatus est annuere.

Quapropter, de consilio infrascripti Cardinalis S. Congregationis Consistorialis Secretarii, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de plenitudine Apostolicae potestatis, praesenti Consistorial! Decreto Vicariatum Castrensem Belgii erigit ac constituit./ 911

Hac ratione erectus Vicariatus Castrensis constabit: Vicario Castrensi, pro-Vicario seu Cappellano Maiore, et Cappelianis militum seu minoribus.

Sedes Vicariatus Castrensis eiusque Curiae —ad instar dioecesanae constitutae— Bruxeliis erit.

Vicarii Castrensis munus et officium Archiepiscopo pro tempore Mechliniensl, nunc et in posterum, per peculiare S. Congregationis Consistorialis Decretum deferetur, qui utramque proinde cumulabit Jurisdictionem.

Vicarius Castrensis iurisdictlonem habebit personalem, ordinariam tum fori interni tum fori externi, specialem et cumulativam cum iurisdictione Ordinariorum locorum ad normam Instructionis De Vicariis Castrensibus *Sollemne semper* a S. Congregatione Consistorial! die 23 mensis Aprilis anni 1951 [LE 2208] editae.

In stativis autem castris et in locis militibus reservatis primo et principaliter Vicarius Castrensis iurisdictlonem exercebit, secundario, quoties, scilicet. Vicarius Castrensis eiusque cappellani absint vel desint, semper autem iure proprio, Ordinarius loci atque parochus, initis —quatenus fas erit— consiliis cum A'icario Castrensi.

lurisdictionl Vicarii Castrensis obnoxii erunt:

1. Sacerdotes utriusque cleri qui muneri cappellani militum pro copiis Belgicis habitualiter deputantur, vel non habitualiter sed tempore quo opem praestant;
2. Universi Christifideles qui in copiis terrestribus, aereis, maritimis et a publica tutela, vulgo gendarmes-rijkswachters, stipendia faciunt;
3. Fideles pariter, sive alicui Religioni adscript! sive non, qui ob contractum aut famulatum copiis habitualiter addicti sunt;
4. Familiae eorum qui sub nn. 2 et 3 recensentur, liberi scilicet, uxores, famuli, propinqui et necessarii, quae extra patrium territorium ipsos comitantur.

Pro-Vicarium ct cappeilanos —servatis servandis— Vicarius Castrensis nominat, cuius ordinariae potestati, durante munere, omnino subiacebunt. Quoad ecclesiasticam disciplinam tamen, militum cappellani potestati quoque Ordinarii loci in quo versari contingat obnoxii erunt, cui, in casibus urgentioribus ct quoties Vicarius Castrensis providere non poterit, fas erit in eos animadvertere etiam canonicis sanctionibus, sl casus ferat, et monito confcstim Vicario Castrensi, *f*

Quod ad militum cappcllanos religiosos attinet, adamusslin servetur Instructio *De cappelianis militum religiosis a S.* Congregatione negotiis Religiosorum sodalium praeposita die 2 mensis Februarii anni 1955 edita [LE2L8].

Pro-Vicarius seu Cappellanus Maior muneribus adstrinfetur officiis quae —congrua congruis referendo— Codex uris Canonici officio Vicarii Generalis adnectit.

Militum vero cappellani animarum sibi commissarum curam gerent muneribus et obligationibus parochorum ad normam memoratae Instructionis *De Vicanis Castrensibus.*

Militum cappellani valide et licite audire possunt confessiones quorumlibet ad sc accedentium in locis militibus reservatis.

Ad matrimonium quod attinet subditorum Vicariatus Castrensis, districte senetur praescriptum canonis 1097. 5 2 C. I. C., id est «pro regula habeatur ut matrimonium coram sponsae parocho celebretur, nisi iusta causa excuset» et accurate expleantur actus qui, ad normam iuris communis, celebrationem matrimonii praecedere ct subsequi debent.

Causas subditorum Vicariatus Castrensis Belgii, sive contentiosas inter ipsos, sive criminales, tribunal metropolitanum archidioecesis Melchllnicnsis In prima instantia, diocccsanum Gandavensc In altera instantia pertractabit.

Vicarius Castrensis Relationem de statu Vicariatus Castrensis singulis trienniis Apostolicae Sedi exhibebit, quaesitis respondens iuxta ea quae in *Formula Servanda* praescribuntur a S. Congregatione Consistorial! die 20 mensis Octobris anni 1956 statuta (LE 2603],

Vacante officio Vicarii Castrensis, nisi Sancta Sedes aliter providerit, regimen Vicariatus Castrensis, usque dum novus Archlepiscopus Mechliniensls sedis possessionem ceperit, penes pro-Vicarium esto.

Qui autem Vicariatus Castrensis regimen tunc susceperit omnes et solas facultates habebit quae —congrua congruis referendo— Vicario Capitulari competunt, ciusdemque obligationibus obnoxius erit. Ipsius praesertim erit de assumpto numere S. Congregationem Consistorialem monere ab eaque instructiones impetrare.

Ad haec exsecutioni mandanda Sanctitas Sua memoratum Exc. P. D. Ephrem Forni deputare dignata est, necessarias et opportunas ei tribuens facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in
943 ecclesiastica dignitate constitutum, onere Imposito ad/ S. Congregationem Consistorialem quam primum transmittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edi lusslt Consistoriale Decretum perinde valiturum ac sl Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae fuissent.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 7 mensis Septembris, anno 1957.—Fn. A. L Card. Piazza, Ep. Sabincm. et Mandelen., *a Secretis.* losephus Ferretto, *Adsessor.*

Adn. A PUGLIESE in ME 83 (19Ξ3) 214-321 ot in ΑραΠ. 31 QS63) 24-31.

2690

1957 SEP 8.-PIUS XΠ, ENCYCL. AAS 49 (1957) 765-805

LITTERAE ENCYCLICAE

Ad venerabiles fratres patriarcuas, primates, ar- **CHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES'.**

De re cinematographies, radiophonies ac televisifica.

PIUS PP. XΠ

VENERABILES FRATRES
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Miranda prorsus technlcae artis inventa, quibus nostrorum temporum homines gloriantur, quamquam ex humano Ingenio laboreque oriuntur, dona sunt tamen Del Creatoris nostri, ex quo omnia opera bona procedunt: «non enim solum protulit creaturam, verum etiam prolatam tuetur et fovet» x.

Ex quibus Inventis alia hominum vires potentiamque adaugent atque multiplicant; alia eorum vitae condiciones meliores efficiunt; alia denique, cum animum potissimum resplclant, vel per se, vel per artificiosas Imagines ac voces multitudines Ipsas attingunt, et cum iisdem cuiusvis generis nuntios, cogitata ct praecepta facilitate summa communicant, quibus veluti mentis pabulo enutriantur
766 per requietis etiam ac relaxationis horas. /

Ad quae postrema Inventa quod attinet, maximum aetate hac nostra incrementum acceperunt clnematographlcae, radlophonlcae ac televlsificae artes.

Quas quidem artes, vixdum in usum invectae sunt, non modo summo eum gaudio Ecclesia excepit, sed materna etiam cura solllcitudlncque vigilanti, eo consilio permota, ut filios <uos, progredientis aetatis iter ingressos, a periculis omnibus tueretur.

Haec cura evigilans ex Ipso a Divino Redemptore accepto munere oritur, quandoquidem, ut patet omnibus, hae novi generis artes multum multumque conferunt ad peculiarem singulorum unlversaeque hominum communitatis cogitandi agendlque modum.

Aliud praeterea est, cur Ecclesia elusmodi causam e re sua potissimum consideret: Ipsa enim, ratione omnino pntiore quam ceteri omnes, nuntium debet singulis hominibus impertire: hoc est nuntium aeternae salutis; nuntium Incomparabilis ubertatis et potentiae: nuntium denique, quem omnes homines, cuiusvis gentis et cuiusvis aetatis, accipiant atque amplectantur necesse est. secundum Illud

«S Ioa·, Cïiri, D# *c&Ur** P. *G.t* 48, 810

e hl,nm:i *5Uhl °™nium anctorum minimo d,U ,in.,,eenllbns evangelizare InveUaabOts di\itias Christi, et illuminare omnes quae sit dhw-nutlo sacramenti absconditi a saeculis In Deo, qui omnia creavit»l

Nihil igitur mirum est si ii, qui suprema Ecclesiae auctoritate fruuntur, hanc gravis ponderis causam w consilio pertractarunt, ut sempiternae eorum saluti prospicerent, qui non sunt «corruptibilibus auro vel argento redempti..., sed pretioso sanguine quasi agni Immaculati Christi»3; et quaestiones omnes diligenter perpenderunt, quas res cinernatographlcae, radlophonlcae ac telcvblfkae Christianis hodie proponerent.

Plus quam viginti anni elapsi sunt, ex quo Deceswr Noster /fel. rec. Pius XI. <mlra sane ope marconhna» M usus, primum mdlophonlcum nuntium «ad omnes gentes ct ad omnem creaturam» edidit4.

Atque post paucos annos idem Decessor Noster mirabilem illam Epistulam Encycllcam, cui a verbis initium est *Vigilanti cura*s. ad Venerabiles Fratres Archleplscopos et Episcopos Foederatarum Americae Septemtrlonalis Civitatum misit; qua quidem Epistula, de clnematographicis spectaculis praecepta sapientlsslma impertiens, praesentibus necessitatibus consentanea, haec inter alia edixit: «Pernecessarium est ac penitus urget id providere atque efficere, ut quidquid ex Del munere progrediens aetas in humanas disciplinas ac vel in ipsas technlcae industriae artes Invexerit, ita divinae gloriae, animarum saluti et lesu Christi propagando regno reapse Inserviat, ut omnes, quemadmodum Ecclesia nos precari lubet, «sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus aeterna» ·.

Ac Nosmet ipsi, per Summi Pontificatus Nostri decursum, saepe, occasione data, hac eadem de re egimus, non modo Sacris Pastoribus, sed variis etiam Actionis Catholicae sodalitatibus, chrlstlanisque educatoribus opportunas impertientes normas. Ac libenter praeterea eos coram admisimus, qui pro peculiari, quo funguntur, munere, vel cinematographicam, vel radiophonicam, vel televislflcam artem exercent; iisdemque, postquam ob miranda harum artium horumque artificum progressionem factam. Nostram patefecimus admirationem, sua cuiusque, quibus tenentur, officia significavimus; itemque magna promerita, quae adepti sunt, pericula, in quae facile Incidere possunt, atque altissima illa proposita, quae eorum mentes illumlnare eorumque regere voluntates debent. /

Nobis etiam, ut nostis, curae fuit hac in Romana Curia peculiare Consilium 7 constituere, cuius ex credito munere esset varias de re clnematographlca, radiophonica ac televislfica quaestiones diligenter perpendere ad catholicam fidem ct Christianos mores quod attinet; a quo Consilio et Episcopi et ii omnes, quorum res est, opportunas normas exquirere possunt.

Persaepe Nos Ipsi hodiernis hisce mirandisque opibus utimur, quibus facilius possimus gregem universum cum Supremo Pastore coniungere; ita quidem, ut vox Nostra terrae marisque spatium ac vel turbidos animorum fluctus secura tutaque supervolans, mentes hominum attingere possit In easque salutariter Influere, proutl summi apostolatus munus. Nobis creditum atque hodie quasi in immensum adauctum, a Nobis postulat ®.

Cum autem noscamus et Nostras et proximi Decessoris Nostri fel. rec. Pii XI hac de re adhortationes haud parum co contulisse, ut cincmatographicae, radlophonlcae ac televislficae artos homines revocare contenderent ad suam ipsorum animi perfectionem assequendam, atque adeo ad Del promovendam gloriam, id magnum Nobis solacium affert.

Etenim studiosa vigilantique cura vestra. Venerabiles Fratres, Incepta ct opera inita sunt, quibus Id genus apostolatus non modo in singulis dioecesibus singulisque Nationibus promoveretur, sed populos etiam amplecteretur universos, collatls viribus consiliisque.

Haud pauci publicae rei moderatores, itemque Π, qui vel ingenuis artibus vel mercandis rebus dant operam, et eorum quoque plurimi, qui vel catholici vel acatholici, Id genus spectaculis Intersunt, probitatem suam hac in causa gravissima comprobarunt, id non sine labore nec sine rerum iactura enitentes, ut non modo mala pericula vitarentur, sed sacro/sancta etiam Dei iussa flerent, atque humanae personae dignitas in tuto poneretur. 7S

1 Pdj h 1|·χ · * 'Punicum nuntium Qwi «rcaw.
: *v' 4 5'* XXIII· «93«. W «S- * Eptu. Enc.
[LE imil . /Hi. pm. .m ?«■'// ΓΙ'Λ W
Mail a. Lbitn^n.A' S*TOO HoGandfae. d. 19
1930 UaNuu: di s. S. χ/Λ χι{

Mümen, pro dolor, sententiam illam Apostoli gentium Minare deEemus: «Non omnes oboediunt Evangello»› . rteflhn hac quoque in re non desunt, qui Ecetesine m g'– rttrium neque intellegant neque agnoscant, immo et,nm cal omni ope aversentur iis sunt, ut nostis, qui vel inordtata lucri cupidine moventur, vel erroribus decepti, humanae naturae dignitatem libertatemque non aequo low ponunt, vel denique de liberalibus cuiusvis genens irtibus sententiam amplectuntur a veritate alienam.

Quamvis horum agendi ratio aegritudine animum oppkat Nostrum, haud possumus tamen officio Nostro deesse i rtctoque deflectere Itinere, fore confisi, ut verba illa. qui« Divino Redemptori Nostro eius inimici dixerunt, Xobls quoque tribuantur: «Scimus quia verax es, et viam Del in veritate doces, et non est tibi cura de aliquo»10.

E progressionibus mirandis prorsus, quas nostris hisce diebus technlcae disciplinae, ad cinematographlcam, radiopbonicam ct televisificam artem quod attinet, fecerunt, ut maximae utilitates, ita maxima quoque pericula oriri possunt

Hae enim novae opes novaque instrumenta, quae fere omnibus ad manum sunt, vim exserunt in animos potentissinum. cum idcirco quod eos luce collustrare possunt, nobilitate evehere, pulchritudine decorare: tum ex eo etiam awd eos tenebrarum obscuratione foedare, depravatione dehonestare, effrenatisque subicere queunt motibus, prouti eiusmodi spectacula res aut pravas aut honestas nostris sensibus proponuntll.

Quemadmodum superiore saeculo, cum progrediens ars ledmlca. ad ea, quae quaestus causa tractantur, pertinens, Πi id'saepenumero effecit, ut machinae in usum inductae, quae hominibus servire debent, eos potius in servitutem terumnoso cum detrimento redigerent, ita pariter hodie increscentia eiusdem technlcae artis incrementa, ad imagines, ad sonos, ad cogitata propaganda quod attinet, nisi suavi iugo legis Christi subiclantur 12, innumerabilium nilorum fons esse possunt, quae eo vel gravia evadunt, cum non modo materiae, sed animi etiam vires misere subigantur, atque adeo humana inventa salutaribus illis utilitatibus priventur, quas ex providentis Dei consilio primum quaerere oportet w.

Quapropter, cum gravem elusmodi causam maiore cotidie paterni animi Nostri sollicitudine prosecuti simus, cumque salutares consideraverimus fructus, qui —ad cinematographica spectacula quod pertinet— ex Encvclica Epistula, quae *Vigilanti cura* inscribitur, per plus quam decennia duo iam orti sunt, Nos precibus studiosorum concedentes, cupimus per Encyclicas has Litteras normas et praecepta impertire, quae ad radiophonicas etiam auditiones atque ad tclevisioncm attineant.

Postquam igitur instantes supplicationes Deo admovimus, ac Deiparae Virginis auxilium impetravimus, vos, \enerablles Fratres, quorum pastoralem sollertemque curam perspectam habemus, eo consilio compellamus, ut non modo Christiana hac de re doctrina in plena luce ponatur, sed ut etiam opportuna suscipiantur proposita et incepta: ideoque omni ope, qua possumus, vos commonere cupimus, ut grex, unicuique vestrum creditus, adversus quoslibet errores quaelibetque detrimenta muniatur, qune memoratarum artium usus In Christianae vitae mores, non sine gravi discrimine, inducere possit./

Antequam dc singulis quaestionibus agimus, qune ad has artes 1res pertinent, nd cinematographlcam dicimus, radiophonicam, et televisificam —novimus enim unamquamque earum ad mentis anlmlque cultum fovendum peculiares causas solvendas proponere cum In liberalium, tam in technicarum et oeconomicarum disciplinarum campo— opportunum ducimus ea breviter enucleare principia, quae ad bona, hominum communitati et singulis ciribus destinata, quam latissime fleri possit, propaganda pertineant.

Deus, cum summum sit bonum, nullo non tempore sua munera hominibus largitur, quos peculiari cura caritateque prosequitur; e quibus quidem muneribus alia ad animum, alia vero ad terrenae hnlus vitae usum spectant: snntque haec, ut patet, prioribus 5ublecta_,e°dc"}JruXP°, modo, quo corpus menti subigatur *oportet,* antequam ipsum per beatificam visionem communicet, per

vvir]] Cfr. Sermo *d cuJteres
pir 75. · *R̈v·** X. i6 Mλττη. XXII, Ionii, a. 1953:
dnecutneraphk^ arti» ex ÏUlia R«nae m^th XI, 30. ‘‘Cfr.
A. A. 54 vol- XLVn, T953. W– 5<M· C d 5 Mail. ·. >9*0 n «nnib-.n
S^adradtopborü^ S. S. *XIIt*
XUiOttbas Roaue habitas ZHutxn < ***R*tt*''***W***

Fidem caritatemque coniungitur, quae «diffusa est In cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis» u.

Ac praeterea, cum propriae perfectionis imaginem in homine cernere percupiat 15, huius etiam supernae largitionis cum voluit fieri participem, atque eum, horum bonorum nuntium, largitorem dispensatoremque ceteris fratribus universaeque hominum communitati factum, cum sua ipsius opera consociavit. Homo enim, ex sua ipsius natura, inde a primaeva aetate, signorum ope quae e rebus corporeis quaesita ad perfectiorem cntidle formam redigere conatus est, sua spiritualia bona cum ceteris communicare assuevit. Ex antiquissimorum igitur temporum imaginibus scriptisque ad technicas usque huius aetatis nostrae artes, instrumenta omnia quibus homines inter se coniunguntur ad excelsum illum finem contendant opor-/ 772
tet, ut homines nempe Dei administri hac in re quodam modo evadant.

Quamobrem, ut hoc providentis Dei consilium tutius et efficacius in hominibus effectum detur, Apostolica auctoritate Nostra «Sanctum Gabrielem Archangelum, qui mortalium generi... exoptatum detulit humanae Redemptionis nuntium, caelestem apud Deum Patronum» per Apostolicas Litteras 18 constituimus earum artium, quibus homines electrica vi possunt tum verba ad absentes quam celerrime transcribere, tum ex locis valde longinquis inter se colloqui, tum nuntius per aethereas undas mittere, tum denique res et eventus, etsi iidem procul commorantur, per imagines ante oculos relatas praesentes conspicere 17. Mens enim Nobis erat, cum hunc caelestem elegimus Patronum. ut ii omnes, quorum In manibus benefica eiusmodi instrumenta sunt posita, quibus licet inaestimabiles Dei thesauros inter homines propagare, veluti bona semina, quae veritatis bonitatisque fructus referrent, mentem cuiusque suam ad crediti muneris nobilitatem converterent.

Considerantibus enim Nobis excelsa illa proposita, ad quae technlcae nobilesque hae artes destinantur, haec obversatur quaestio: cur nempe eaedem interdum fiunt vitiorum opes ac veluti semitae? «Unde ergo habet zizania?» 18.

Omnia profecto mala, quae rectis morum normis opponuntur. non ex Deo oriri possunt, qui perfectum absolutumque bonum est, non ex ipsis technicis artibus, quae eius pretiosa sunt dona, sed ex eo tantum, quod homo, cum sit libera voluntate praeditus, iisdem donis abuti possit, prava nempe facinora perpetrando propagandoque, atque adeo cum tenebrarum principe Deique Inimico se consociando: «Inimicus homo hoc fecit»*·./ 7/3

Quamobrem id postulat vera hominum libertas, ut lis omnibus utamur opibus casque cum ceteris communicemus, quae ad virtutem nostraeque naturae perfectionem conferre possint.

Ecclesia autem, cum salutiferae doctrinae magistra sit, eaque omnia habeat, quae ad sanctitatem adipiscendam necessaria sunt. Inviolabili iure fruitur ea impertiendi, quae sibi ex divino mandato concredita sunt. Cui sacrosancto iurl officium eorum respondeat oportet, qui publicam rem moderantur; Ita quidem, ut etiam ad has artes, quibus veritatem virtutemque propaget, ei aditus patere debeat.

Qui vero Ecclesiae sinceri actuoslque filii sunt, cum inaestimabile Redemptionis donum agnoscant, id efficere pro viribus lubentur, ut eadem technicis hisce Inventis uti possit, quatenus ad animorum sanctitatem conferanL

Quae tamen Ecclesiae iura asseverantibus ac vindicantibus Nobis voluntas non est civili societati ius negare earundem artium ope cos nuntios casque doctrinas propagandi. quae reapse ad commune humanae consortionis bonum vel necessaria vel utilia sint.

Ac praeterea singulis etiam civibus fas esto, perspectis tamen opportunis renim adiunctls ac sartis semper tectisque communis boni principiis, pro facultate conferre ad suum ipsorum ceterorunique mentis anlmlque cultum hisce artibus ditandum ampliflcnndumque.

.Attamen christlnnae doctrinae potiorique harum artium fini contrarium est eorum placitum atque propositum, qui hisce Inventis uti velint tantummodo ad rvs politicas fovendas propagandasque, vel ad res oeconomicas provehendas; atque adeo nobilem hanc causam quasi negotium commcrclumquc considerent.

Parique modo illud eorum commentum probari nequit, qui libertatem quidquid effingendi propagandique asse-

vol XΠ. 54. ‘‘Bh V.j. ‘‘ Cfr. Matt». V. <«. ‘‘ Ut» 4
’’ Iwwrt, . .4. .4 S . VOL XLV. Wt.
JX6. *· Ma it h *XIU,* »· Mλγγη. Xlif/iâ

verant ac vindicant» quamvis plena in luce sit positum,
774 quae quantaque/ animis corporibusque detrimenta elapsis annis hisce ex principiis sint orta; non enim de recta Ubertate agitur, de qua supra diximus, sed de effrena potius licentia quidquid, nulla cautione habita, cum ceteris communicandi, etiamsi contra rectos sit mores et in grave periculum cedere possit animorum.

lamvero Ecclesia, quae omnia fovet ac provehit, quae revera ad omandos ditandosque animos pertinent —est enim humanarum disciplinarum ingenuarumque artium patrona et altrix— haud permittere potest, ut ea principia eaeque normae violentur, quae hominem ad Deum, supremum finem, dirigant ac moderentur. Nemo igitur miretur, sl hac etiam in re, quae multas cautiones habeat oportet, considerate circumspecteque agat secundum illud Apostoli: «Omnia autem pronate: quod bonum est, tenete. Ad omni specie mala abstinete vos·2°.

Quapropter ii procul dubio improbandi sunt, qui profiteantur et asseverent illam etiam harum rerum propagationem esse fovendam efferendamque, quae praeceptis de re morali officiat et adversetur, modo si ad ingenuarum technlearumque artium leges conformetur. «Utique liberales artes —quod, breviter edisserendo, quinto exacto saeculo ab Angelici morte, In audientium memoriam revocavimus— id per se non postulant, ut ad ethicum vel religiosum munus dirigantur. Verumtamcn si humanarum artium forma, sive verbis, sive sonis, sive imaginibus efficta, fallacibus, vacuis et turbidis adaequetur modis, qui divini Creatoris consilio non conformentur; quin immo, si mentem, si animum non ad nobiles sensus excitet, sed ad pravas potius cupiditates libidinesque concipiendas moveat, tum homines allicere potest saltem ob novitatem, quae non semper vi virtuteque pollet, vel ob exiguam eam veritatis partem, quae ex qualibet rc elucet; sed tamen eiusmodi ars ex nobili suo gradu decedet, a primario ac necessario principio suo longe aberrabit, atque adeo non
775 universalis, non perennis/ esse poterit, quemadmodum hominum animus, ad quem dirigitur» «.

Ii, qui publicam rem moderantur, procul dubio gravi tenentur officio novis etiam hisce artibus consulendi vigilanter; neque solummodo debent politicis hac de re prospicere rationibus, sed publicis quoque moribus, quandoquidem tutum eorum fundamentum in naturali lege inititur, quae ut divinum testatur eloquium, scripta est In cordibus nostris 22.

Hanc evigilantem Civitatis moderatorum curam haud asseverari potest inluste singulorum opprimere civium libertatem, cum non privatam eorum personam respiclat, sed universam potius hominum consortionem, cum qua hae artes communicantur.

«Haud ignoramus —quod Iam occasione data diximus— vulgatam esse nostrae aetatis hominum opinionem, qui interpositae auctoritatis publicae impatientes sunt» praeoptandas esse etiam In re cautiones, quae ab ipsa potius communitate edantur»n; attamen hac normae cautionesque, quae ab eis profiscantur, qui pro suscepto munere has artes exercent, minime debent gravissimum eorum officium aversari, qui publica actoritate praesunt, quamquam laudabiliter possunt eorum actioni occurrere, atque etiam mala praevertere, quae rectis moribus facile nocere queant.

Hac de causa, ut proximus Decessor Noster. Ita Nosmet Ipsi libenter eos dilaudavimus, qui. pro credito hac in causa munere, opportunas ediderunt cautiones et normas, nihil tamen praeludlcatum habentes ad publicas auctoritates quod attinet. Putamus enim tum solummodo has novas artes ad rectam eorum animi conformationem, qui
77C Hsdem utuntur, facilius et aptius/ conferre posse, sl Ecclesia, si Civitas, si 11 ellam, qui id genus munera obeunt, collatis Inter se recto ordine viribus, ad optatum assequendum finem adlutricem sibe invicem operam praebeant, quodsi contra nullisquc dc rc morali cautionibus habitis, per pronum liberumque iter prodibunt, verum ponuli cultum procul dubio minuent eiusque inores pessumdabunt.

Inter varias technicus artes, quae cogitata hominum propagant, Illae hodie peculiarem locum occupant, ut diximus, quae cum auribus unaque simul cum oculis, per voces nempe imaginesque, omne genus nuntios quam latissime communicant.

Hic imagines vocesque propagandi modus, ad res etiam spirituales quod spectat, aptissimus est naturae hominum, secundum Aquinatis sententiam: «Est autem naturale homini, ut per sensibilia ad intelligibllia veniat; quia omnis nostra cognitio a sensu initium habet» n. Quin immo ridendi facultas, cum nobilior et dignior sit ceteris sensibus 25, facilius ad spiritualium rerum cognitionem conducit.

Quamobrem praecipuae tres technicae artes, quibus auribus voces, oculis autem rerum Imagines cx longinquo proponuntur, hoc est cinematographica, radiophonlca ac televisifica ars, non ad homines tantummodo recreandos rclaxandosque pertinent, quamvis non pauci hoc solum requirant auditores spcctatorcsque, sed ad ea potissimum propaganda, quae cum ad animi culturam, ad virtutemque alendam attineant, non parum possunt ad civilem nostrorum temporum societatem recte instituendam conformandamque conferre.

Faciliore modo, quam scripta typis edita, Id proferto hae technicae artes efficere possunt, ut homines nempe inter se communicent sibique sociam praestent operam; quod quidem cum ad civilem omnium gentium cultum fovendum per se spectet. Catholica Ecclesia, quae ex sibi credito mandato uni/versam hominum consortionem am- ih
plectitur, ad veri nominis propaganda provehendaque bona convertere pcrcupit.

Atqui eo primum spectent oportet cinemalographlae, radiophonicae, televisifleae artes: ut scilicet veritati virtutique inserviant.

Veritati autem propagandae ea ratione inserviant, ut vincula Inter populos artiora cotidie flant; ut lidem mutua rerum aestimatione se intellegant; ut in quovis rerum discrimine se adluvent; ut denique inter publicae rei moderatores singulosque cives adiutrix intercedat opera.

Veritati inservire non modo postulat» ut omnes ab errore, a mendacio, a fraude omnino abstineant, sed ut etiam ea omnia devitent, quae vel falsam, vel mancam, vel alicui parti obnoxiam fovere possunt vivendi agendique rationem.

Imprimis autem veritates, Deo revelante traditae, ut res sacrae inviolabilesque habeantur. Quin imno, cur ad hoc potissimum non contendant hae nobiles artes, ut nempe Dei eiusque Filii lesu Christi doctrinam propagent, «christianamque fidem illam mentibus inculcent, quae una potest hominum multitudinibus supernam praebere vim, qua adiutae sereno animo virtuteque consentanea queant superare discrimina, angores vero tolerare praesentis huius aetatis nostrae»? *.

Ac praeterea non modo veritati Inserviant hae novae artes oportet, sed morali etiam humanae vitae perfectioni. Quod quidem tribus hisce modis, de quibus scripturi sumus, conferre enitantur hoc est datis nuntiis, impertitis praeceptis, praebitisque spectaculis.

Cuiusvis rei notitia, etiamsi nihil aliud nisi veritatem reapse referat, aliquam tamen rationem in se habet, quae ad hominum pertinet aliquo modo conformandos mores. «Quae ratio, ad humanos mores attinens, numquam est neglegenda; nam quivis nuntius mentis ludlcium provocat ac voluntatem movet./ Nuntiator, qui suo munere fungatur 77
digne, neminem suis dictis opprimat, sed conetur potius relatas facturas, vel perpetrata crimina aptiore quo potest modo intellegere et explicare; quod tamen eadem excusare vel probare minime significat, sed innuere remedia ac praestare lenimenta, atque adeo ad animorum restituendam probitatem aliquid conferre»17.

Quae supra scripsimus, maiorem procul dubio vim habent, cum de praeceptis impertiendis agitur; quam quidem causam didascalicae taeniolae cinematographicae, radiophonicae auditiones, ac televisifica spectacula magnopere adiuvant ac provehunt, non modo ad eos quod attinet, qui adhuc iuventute florent, sed ad eos etiam, qui ad virilem iam aetatem pervenerunt. Verumtamcn cavendum omnino est, ne haec impertita praecepta Ecclesiae doctrinae ac sacrosanctis cius iuribus obstent, vel recto educandae proli muneri In domestico convictu officiant atque adversentur.

Parique modo fore sperandum est, ut novae hae propagationis artes, sive a privatis exercentur civibus, sive e nutu pendent publicae rei moderatorum, varias ne impertiant doctrinas reticito Dei nomine eiusque divina lege ignorata.

Attamen, pro dolor, non ignoramus in quibusdam Natlo-

·· / Ttor V, jt-jj. ‘‘Cfr S*nx». quinto rxeunte «xrculo ab Ac<elici obkr*, in A*dibu* Vetkxni» habitu» d. w Aprili», â. 1955* A. A. S., XLV1I. ıoi}. PM· «9!-·«)>; Utt F.nc. 5fwnc<w S-xo-ar, d. rj Drccmbnt. a *A* AS-, wL X1Λ'III, 1956. p. 10 [LE 2541] ’’ Cfr. ***Ram.*** ri, 1$ *· Srnno >1 erttovw ci&^matoçxaphirac ex ItâKa R'ni*» mrunxït'x. 'I 11 Ivfiil. a. 105V ***A. A. S.,*** vol XLV1I, 1955, PM· 505· ** S. Thom., Summi. ***Tirol.*** Ιοlαο ■· C»r r 3 ?Decanlxi«. ** Radioptonicae Sodetatfe Itafiae' v T, PM- 209. ‘ ****''***01** * S. S. Pio XZJ. Sermo ud Saucuum Socktata ConsiHum pebkis

rbas in aulbas communism! athei commenta dominantur, be tKhnlcae artes, quae aures oculosquc ex ,0MIη(ï«θ Xgunt, in scholis etiam eo spectare, ut Γ(i,^|θη^ u*cùm ex animis radicitus evellant. Quod auidem qui irtrna mente atque a praejudicatis opinionibus libera coasideret, facere non potest quin videat adulescentium iavenumque conscientiam, divina veritate orbatam, novo tedoane modo opprimi, cum veritatem illam divinitus patefactam il cognoscere nequeant, quae, ut Redemptor wster asseverat, nos liberat atque adeo hac callida
73 nUonc novam haberi adversus religionem insectationem./

Nos autem vehementer cupimus, Venerabiles Fratres, ut Lwteehnica instrumenta, quibus e longinquo aures ocu-Ijque facilitate summa suavique delectatione attinguntur, in id potissimum adhibeantur, ut pleniore animi cultura, nt cognitionibus ad sua cuiusque obeunda munera necessariis, «atque potissimum Christianis principiis homines conformentur; quibus principiis neglectis, nulla, ne in rcbos auidem humanis, veri nominis progressio haberi potest»». Optamus igitur eos omnes praeceptores educatcrwque debitis honestare laudibus, qui sive cinematographies imaginibus, sive radiophonicis auditionibus, sive lelevisificis spectaculis ad nobilissimam eiusmodi contendunt metam.

.Animadvertendum praeterea est, praeterquam editis nuntiis et impertitis praeceptis, spectaculis etiam haud pannn posse has novas artes ad verum hominum conferre Eoam

Id genus enim spectacula plerumque aliquid habent, quod non solum ad delectandos homines et ad eis praebendas rerum notitias pertinet, sed ad animos etiam instituendos. Iure igitur meritoque a Decessore Nostro fel. rec. PioXIcinematographica theatra «veluti rerum scholae»30 appellata sunt; scholae enim idcirco dici possunt, quod id genus spectationibus scaenica actio adiungitur, in qua vividae illae species, quae versatilis lucis motu effinguntur, cum congruentibus vocibus musicisque concentibus non sine magna fascinatione ita copulantur, ut non modo intellegentiam ceterasque facultates, sed totum etiam hominem attingant, eumque sibi quadam ratione coniungant, ii secum quasi rapiant ad effictam rem participandam.

W Cinematographicae, radiophonicae ac tclevisificae artes,/ quamquam varia spectationum genera, iam diu in usum inducta, quodam modo amplectuntur, novum tamen unaquaeque artificium exprimit, atque adeo novum spectaculi genus, quod non paucis destinatur sclectisque spcctatonbm, sed hominum multitudinibus, qui aetate, vitae ordine animique cultura inter se differunt.

Ut autem, hisce in rerum condicionibus, eiusmodi spectacula id, ad quod pertinere debent, assequi queant, ne-est, ut spectatorum mentes animique tam recte lastituantur atque educentur, ut non modo propriam nniculque arti formam Intellegant, sed ut recta potissimum conscientia hac in re ducantur; ita ut varia elementa, quae cmematographicum vel televisificum album conspicienda proponit, vel quae ex megaphonio eduntur, mature considerare ct iudicare queant, non autem, ut saepenumero contingit, eorum vi fascinationcquc allidantur et incomposite rapiantur.

Sl haec animorum institutio et conformatio desit, quae Christianae doctrinae lumine collustretur, tum nec honesta oblectamenta, quae dis omnibus, quotquot negotiis vitaeque sollicitudinibus detineantur, necessaria prorsus esse nemo est qui non videat»31, neque mentis culturae profectus in tuto posita esse possunt.

Sanae huius spectatorum educationis necessitatem catholici laudabili consilio perpenderunt postremis praesertim hisce annis; ac non pauca sunt instituta atque incepta, quae eo contendunt, ut iuvenes et adulti satius aptiusque velint horum spectaculorum utilitatem et pericula perspicere attenteque considerare. Hoc tamen causam numquam praebeat spectacula frequentandi, quae rectis officiant moribus; quin immo ad ea tantum indicanda ac deligenda conducere debet, quae cum Ecclesiae praeceptis congruant
*1 ad religionis morumque normas/ quod spectat, ct quae praescriptis obtemperent ab Ecclesiasticis hac dc re Officiis impertitis.

Haec Incepta, si, ut omnino confidimus, principiis rectisque animi culturae normis Nos non modo probamus, sed commendamus etiam, atque

orfiaxndis sanius, d. *24* Aprilis, I956 ••CfrÎ

ÜS S. Pω XII, vol XVIII. W X37. ' *d. 11*

XoattM ***ndioç&nnKUi*** urcetis inauguratur

AprCs. a. J953 babitu». cum SutiO E ' Fia ImK rura. d. 29 Itmd,

A A. S.. vol XLV. 195J. W·*** ·« Ep^Enc. «*·

1. 193& ***A. A. S*** vol. XXVIII,

adeo cupimus, ut inducantur In cuiusvis ordinis scholas, in Actionis Catholicae sodalitates et in paroeciales coetus.

Recta eiusmodi spectatorum institutio atque educatio ex una parte id efficiet, ut pericula minuantur, quibus mores pessumdari queant; ex altcra vero ut Christiani possint, per novas, quas adipiscentur cognitiones, animum ad supernas veritates meditandas erigere.

Peculiari autem modo exoptamus eos divini verbi praecones hac etiam de causa dilaudare, qui, cum sint conscii se officio teneri morum integritatem servandi incolumen eorum populorum, quos suis laboribus excolunt et ad viam veritatis traducunt, clnematographicis etiam, radiophonicis et tclevisificis artibus recto modo in hanc causam utuntur; atque adeo quas utilitates, quae inventa, reapse salutifera, nostra induxerit aetas, cum iisdem communicant. Cupimus igitur, ut eorum operae eorumque conatibus ii praesertim obsecundent, qui vel in Ecclesia vel in civili societate auctoritate pollent.

Animadvertendum tamen est hac in moderanda causa rectam, de qua locuti sumus, spectatorum institutionem educationemque non omnino sufficere. Necesse enim est, ut singula spectacula ad peculiarem cuiusvis aetatis ratiocinandi gradum, sentiendi vim, animi fascinationem, morumque condicionem apta atque accommodata sint.

Id quidem idcirco summam suscipit gravitatem, quod, cum radiophonicae auditiones ac televisifica praesertim spectacula intra ipsos domesticos parietes facillime habeantur, repagula subvertere minantur, quibus sana prolis educatio in tuto poni necesse est, usque dum adulescens aetas necessariam virtutem adipiscatur, qua victrix possit saeculi tempestates superare./ Quam ad rem, tribus abhinc 782
annis, haec Italiae Episcopis scribebamus; «Cum non horreamus, si Intento recogitemus animo, per televisificas spectationes etiam in domestico convictu omnes posse venenatum illum aerem imbibere, qui «materialism!» placita sapit, qui fatuitatem et omne genus voluptates cupidinesque eodem modo spirat, quo in clnematographicis auditoriis saepe saepius contingit?55.

Haud ea ignoramus incepta, quae non modo ii, qui publica fruuntur auctoritate, sed privati etiam coetus provexerunt, quorum est iuventutis educationi dare operam; Incepta dicimus, ac proposita, quibus eo contenditur, ut adulescentes a spectaculis pro facultate abstrahantur, quae eorum aetati consentanea non sint, et quae saepius non sine gravi discrimine frequentantur. Quidquid laudabili hac dc causa agitur, Nos valde probamus; animadvertatur tamen oportet magis quam physiologicas ct psychologicas perturbationes, quae inde evenire queant, pericula praecavenda esse, quae ad iuvenum mores attineant; pericula, quae nisi opportuno tempore praevertantur ac prohibeantur, ad ipsius humanae societatis detrimentum et ruinam multum conferre possunt.

Iuvenes Nobis carissimos hac de causa paterno adhortamur animo, fore confisi, ut, cum de spectaculis agitur, in quibus eorum innocentia periclitari possit, eorum temperantia prudentiaque Christiana eniteant. Grave cis officium est innatum illud effrenumque quidquid videndi audiendique studium compescere ac moderari: ac liberum animum ab immodicis terrenisque voluptatibus servare, et ad superna dirigere.

Ecclesia, cum probe noscat ex novis hisce artibus» quae directo oculos auresque attingunt, plurima bona plurimaque mala ac pericula, prout! iisdem utantur homines, oriri posse, suo munere hac etiam in re perfungi cupit; quod perse non ad variam/ animi culturam pertinet, sed adreli- -S3
gionem potissimum et ad mores regendos moderandosque

Quo aptius et facilius huic obeundo muneri prospiceretur, Decessor Noster Iram. mem. Pius XI asseveravit atque edixit «prorsus necessarium esse Episcopos stabile pro tota Natione inspectionis Officium constituere, cuius [esset j honestas imaginum series promovere, ceteras autem Indicato more generarim distribuere, ac denique editum ab se ludlcium sacerdotibus ct christlfidellbus significare» ac praeterea catholicorum omnia Incepta de re cinematographica ad probum finem dirigi necesse esse.

In nonnullis autem Nationibus Episcopi, has normas prae oculis habentes, huius generis Officia constituerunt non modo ad rem cinematographlcam quod attinet, sed ad radlophonicam etiam ac tclevislflcam.

lamvero Nos mature considerantes spirituales utilitates.

aS4· MCfr. A^Jm u Ho de trbvreon*. d. 1 fauatriL ·. **itu**

A. A. S., vol XLIV. a. tQ34, si (LE 340*1 M Cfr S?rn>o ad

torexdoctatev etealIkw CoasocMtioax «3 «nmbm

Artis théorise, d. 9 M irtit. k. 193% Jubitut

vol XLV III. 1950, jug, **ai.** ‘‘ Ep. Eae. cwa. **£ rjliaa.**

quae ex hisce technicis artibus oriri possunt, itemque necessitatem Christianorum morum integritatem tutandi, quam id genus spectationes facile in discrimen adducere possunt» cupimus, ut in singulis Nationibus, si eiusmodi Officia nondum habeantur, nulla interposita mora constituantur quam primum; eademque viris, harum artium usu constituantur quam primum; eademque viris, harum artium usu peritis, concredantur, quos aliquis sacerdos moderetur ab Episcopis delectus.

Vos hortamur praeterea, Venerabiles Fratres, ut in singulis Nationibus haec virorum Officia, sive ad rem cinematographicam, sive ad radiophonicam, sive denique ad televislficam pertinent, vel ab uno codemquc Consilio pendeant, vel saltem adiutricem invicem operam praestent; itemque hortamur, ut christifidelcs, ii praesertim, qui in Actionis Catholicae agminibus militant, debito modo edo-
7S4 ceantur, Ita ut necessitatem perci/piant communem efficacemque operam hisce Officiis praestandi libenter.

Et quandoquidem quaestiones hac de re non paucae haud facile queunt in singulis Nationibus enodari ac solvi, perutile profecto erit, si haec singula Officia ad magnas illas ex omnibus Nationibus Consociationes pertinebunt, quas Apostolica haec Sedes, re mature considerata, iam probavit.

Haud dubitamus autem vos. Venerabiles Fratres, ex iis, quae ad obtemperandum hisce normis, non sine labore et incommodo, feceritis, uberes prodituros esse salutaresquc fructus: quod tamen facilius aptlusque evenit, si peculiaria praescripta, quae de re cinematographica separatim ac de re radiophonica et televislfica per Encyclicas has Litteras edituri sumus, ad effectum diligenter deducantur.

II

Clnematographeum, quod sexagintn circiter abhinc annis in usum invectum est, hodie maximis est instrumentis annumerandum, quibus cogitata et Inventa nostrorum temporum propagari queunt.

De variis cius'processibus deque eius fascinatoria vi, occasione data, lam verba fecimus'5. Ex hoc eius incremento, ad pellicularum series praesertim quod spectat, quae peculiarem narrationem imaginibus et vocibus expressam vivido quodam modo repraesentant, magna sucrevlt et negotiosa ars, cui sociam operam praestant non modo artifices, opifices et technici, sed coetus etiam de re oeconomica: quandoquidem singuli cives haud facile possunt tam gravem atque implexam operam exsequi. Quamobrem, ut clnematographeum nobile exsistat instrumentum, quo homines salutariter educentur, ad excelsa erigantur, ac meliores revera fiant omnino neccsse est. ut il singuli universi, de quibus supra diximus, recta animati conscientia voluntateque adiutricem sibi invicem navitatem praestent, qua probandae taeniolarum cinematographel series effingantur ac propagentur.

Iis omnibus, qui ad cinematographica spectacula vigilem mentem animumque convertunt, iam huius causae gravitatem non semel patefecimus, cos adhortantes ad earum praesertim imaginum series procurandas, quae ad tam nobilem pulchritudinis speciem pertineant, ut quodam modo sanae educationis munus onire queant

Diligenti vobis curae sit. Venerabiles Fratres, ut per peculiaria Nationis vestrae Officia, quae auctoritate vestra moderanda sunt, et de quibus supra scripsimus, variis civium ordinibus, quorum res Interest, nuntii, res spectandae, consilia ct nonnae impertiantur, quibus, pro variis tcmpnrum locorumque adlunctis, nobilissima haec causa, quae tantopere animorum bono consulere potest, pro facultate provehatur.

Ob hanc rem <pccullarla ordine conficiantur typisque edantur rationaria seu elenchi, in quibus quam saepissime clnematographlrae pelliculae distribute... ita proponantur ut omnium in notitiam venire possint»''; idque flat a proborum virorum Consilio, quod a memorato Nationis cuiusque vestrae Officio pendent; qui profecto viri doctrina ac rerum prudentia eniteant, cum de singulis clnematographicis taeniolis Indicium ferre debeant, ad Christianorum morum nonnas quod attinet.

Huius Consilii sodales, cum rem tanti momenti tractare hc decernere debeant, quae cum Christiana vivendi ratione lam >rte conlungltur, cumque probe noscant oporteat peculiarem /eam vim, quae cx clnematographlcls spectaculis exseritur, variam quidem pro variis spectatorum condicionibus, etiam atque etiam adhortamur; ut opw tuno harum disciplinarum studio ac precationi sancti* diu multumque vacent. *n* *i*

Quotiescumque ii debent clncmatographlcae rei seriun ad rectos mores quod spectat, iudicarc, nonnas intento animo secum recogitent, iam pluries a Nobls, occasion· data, impertitas; cum praesertim verba fecimus dccinematographeo ad excelsam pulchritudinis educationisque speciem evecto, de argumentis, quae ad religionem attinent, itemque de malorum facinorum repraesentatione, quit numquam neglegat, numquam offendat oportet homkrii dignitatem, domestici convictus verecundiam, vitae sanctitatem, lesu Christi Ecclesiam, ac civilem humanamqu· consortionem.

Meminerint praeterea munus ipsis concreditum singulis cinematographicas Imaginum series quoad mores ludicandl ad id potissimum spectare, ut hominum mentes publice, ut oportet. Illuminentur; ita ut omnes inducantur ad normas et principia illa de re morali magni habenda, sine quibus recta animorum cultura verique nominis civilis cultus ne intellegi quidem potest. Quamobrem improbanda sine dubio eorum agendi ratio est, qui, nimis indulgentes, eas pellicularum series admittunt, quae, quamvis technica arte praestent, rectos tamen offendunt mores; vel. quamvis legibus moralibus specie saltem obtemperare videantur, aliquid tamen habent, quod catholicae Fidei adversatur.

Si autem clare aperteque significaverint, quas omnes, quas iuvenes, quas adulti imaginum series visere possint; quae vero in morum discrimen spectantes inducere queant; ct quae denique omnino pravae ac detrimentosae sint, tum singuli facile poterunt lis tantum spectaculis intéressé, α quibus eorum animi «laetiores, liberiores melioresque exibunt·'®; eaque vitare, /quae eis damno esse possint, eo profecto graviori, quod pravarum rerum negotiatoribus emolumento, ceteris autem malo exemplo erunt. 3«

Opportunas animadversiones iterantes, quas Decessor Noster fel. rec. Pius XI per Encyclicam Epistulam4· edidit, cui a verbis *Viqilanti cura* initium est, optamus vehementer, ut chrlstlfldeles, quotiescumque fieri potest, non modo hac de causa diligenter moneantur, sed gravi etiam obtemperent officio sese certiores faciendi de sententiis ln re cinematographica ab Ecclesiastica Auctoritate latis, elsdemque fideliter obsequendi. In hanc rem Episcopi, sl opportunum duxerint, peculiarem per annum diem festum praestituere poterunt, quo christIfideles de peculiaribus ipsorum officiis, ad spectacula, praesertim cinematographica, quod attinet, sedulo edoceantur, et ad adhibendas Deo supplices preces hac de causa moneantur.

Ut autem omnes facile queant has sententias noscere, Hsdemque obtemperare, neccsse est, ut hae normae breviter explicatae opportuno edantur tempore, ct quam latissime propagentur.

Quam ad rem multuin possunt catholici ludorum clnematographicorum critici, qui rationem moralem eorundem ln sua debent luce collocare, talia Indicia propugnantes, quibus praecaveatur, ne ad «rvlatlvlsmum moralem·, quem dicunt, descendatur aut legitimus turbetur ordo, quo minora subduntur maioribus.

Perverse igitur agunt diariorum et commentariorum, quae catholica appellantur, scriptores, sl, de spectaculis hulusmodi tractantes, lectores non edocent, quid de ils quoad mores sit sentiendum.

Officii autem conscientia non solum spectatores tenentur, ?[ul, quotiescumque aditus tesseram emunt, quasi suffragia e/rentes, tolles clnematographeum honestum aut inhonestum eligunt, sed etiam, idque magis, qui auditoria dnematographlca exercent atque pelliculas distribuunt. | ·

Haud ignoramus quantis difficultatibus eorum, qui clnematographea exercent, opera hac aetate obstruatur plures ob causas atque etiam eo quod res televisifica tot aucta est incrementis. Tamen difficilibus hisce In rerum adlunctis meminerint ilii oportet conscientia sc vetari ludos edere cinematographicos, qui Fidei bonisque moribus adversentur, vel contractus inire, quibus spectacula huiusmodi cogantur praebere. Quoniam vero multis in regionibus Udem sese obligaverunt, ne ullo pacto cinematographicas Imaginum series proponerent, quae perniciosae essent vel T/Λ0: ›conridlmu'· ut tam egregium inceptum in mes ornis terrarum partes pervadat neu ullus vir calho-

λ 19}* 4 4. S , rr»t XI.V111. 195Λ, ρα<. jf»i. 11 Cfr. Srcno*1 clnrmutr <r>-.* «tu* ex lulk Rnrrzv· cocMCr*raU'«. d at lunii, *. 1955 4 4 S . vel XLVll. »9S<. $01*501 MCtr. Sernto ad clnen>a!«xr*· w «♦.* cultore·, d. »S OttobrM, »1 I9S5. Kom» e«*nrrrr»tn5: 4. 4 S , •nt XI.VU. ?4< St/ ''Cfr. Sermon*! d. zi lunii et 1S (ktobnv a. i9U bUMtu IIU , pm· VH-toJ r* St6 v|. ·· F.p. Eue Wf'lMtt we, «t.

3 'XJ.Λ ™ ■· Cfr.

less cinematocrapheum exercens dubitet tam frugifera Usque salutaria sequi consilia.

Ικl etiam vehementer moneamus oportet, ne locus Jar nuntiis laudativis mercatoriis, quae insidias parent «i lurch sint, licet praeconia huiusmodi. ut interdum /reiit ad honestas taeniolas cinematographicas pertineant. hWs dicere possit, quanta detrimenta imagines huiusmodi nimis, praesertim luvenillbus, afferant, quot cogitationes j-speras ac pravas excitent voluptates, quantum conferant U*corrumpendos populi mores, non sine discrimine proceri status ipsius rei publicae?·4l.

h auditoriis ergo cinematograph icis, Ecclesiae auctonliti obnoxiis, quandoquidem fidelibus ac maxime iuTtstuti spectacula praebenda sunt rectae institutioni apta itque locorum condicionibus honesta, liquet non nisi eos hdos edi licere, qui. ad mores quod attinet, nullo modo possint improbari.

Sacrorum Antistites, huiusmodi auditoriis, etiam relideserum exemptorum, ad quae vulgo patet aditus, sedulo nvÿhntes, viros ecclesiasticos, in quos rei onus recidit, idaoneanl» /ut fideliter accuratcque normas de his propositas servent neve suae utilitatis nimis sint studiosi, si rdint ministerii huius partes implere, quod Apostolicae maximae curae est. Magnopere etiam suademus, ut, qui auditoriis hisce catholicis sunt praefecti, in collegia raêant —quemadmodum nonnullis in regionibus non sine issensn et probatione Nostra factum est— quo efficacius, praecepta et invitamenta Officiorum singulis in Nationibus cvostitutonim ad usum deducentes, communia commoda ralionesque tueantur.

Adhortationes vero, quas auditoria cinematographica exercentibus adhibuimus, ad distributores quoque volunns pertinere, qui, cum in pelliculas ipsas conficiendas suis sumptibus interdum operam conferant, maiorem sane bibent copiam, atque adeo graviore obstringuntur officio, honesta cinematographica spectacula promovendi. Distribntio enim nullo modo technica quaedam muneris functio, uti dicunt, existimari debet, cum taeniolae cinematographkae —ut saepius iam monuimus— non solum merces aestimandae sint, sed etiam, idque potius, ingenii alimenhnn habendae ct quasi palaestra animorum morumque vulgi. Itaque distributores locatoresque eodem modo meriüet onera participant, prout a cinematographicls ludis bonum aliquid proficiscitur aut malum.

Cum igitur agatur de re cinematographica melioribus conformanda rationibus, non modicum est conscientiae onkium, quo actores scaenici obligantur; qui quidem, memores dignitatis suae ut homines ct artis periti, noverint iibinon licere operam suam ad spectaculorum partes commodare vel cam sociare ad imaginum series exprimendas, quae bonis moribus adversantur. Actor vero quivis, ingenio el artificio nominis famam adeptus, ea, qua floret, unde Ita uti debet, ut vulgi animos ad ea erigat, quae egregia sint et praeclara; memincritquc suum esse imprimis •t* u v'ia Pr'va^a ceteris virtute in exemplum praelucere, v rure enim, artis peritos olim allocuti, asseveravi/mus: «Neminem fugit coram spectatorum multitudine, in vos intento, anhelante, plaudente, fremente, animos vestros uhementius concitari atque gaudio et excelsitate quadam perfundi»«

Quodsi haec iure meriloque aliquem sentire dici queat» tomen non efficitur, ut scaenicis Christianis eas liceat n consessa accipere animi declarationes, quae cuiusdam quisl idololatriae similes sint, cum hic quoque obtineat, çuod ait Servator: «Sic luceat lux vestra coram hominibus: ot videant opera vestra bona, ct glorificent Patrem vestrum, qui ln cadis est»u.

Maximum vero officii onus —quamquam ratione diversa— In pellicularum auctores atque scaenici apparatus artifices recidit. Tanti oneris conscientia egregiis eorum Inceptis non obest, sed potius animos debet confirmare eorum, qui, bona praediti voluntate, pecuniis pollent aut ingenii dotibus ad huiusmodi imaginum series efficiendas aptis.

Saepe etiam accidit, ut taeniolarum cinematograph Icarum auctores ct scaenici apparatus artifices propter artis rationes et necessitates ac simul religionis morumque praecepta difficultate non levi afficiantur; tunc, imaginum series exprimitur vel dum efficitur, expetendum est iudiciurn sapiensque ut bono spirituali spectatorum atque ipsius operis portée

4 » ... -W: A. A.E X–

H XII v-rrrz) «d Urb* r ⁿ ##

tatam <te 5 Martii :c57 habitu* < r ••Ctr.

«Clr arnica 1945 y.

wifP J. S S. P* X//. vol-

tioni provideatur. Hi ergo consulere non dubitent Officium Catholicum rei cinematographicae praepositum, ad quod pertinet quodque libenter iis aderit, etiam negotii huius curam, si oportuerit, viro ecclesiastico huius rei perito, cautione adhibita, delegando.

Neque fiet, ut propter fiduciam, quam in Ecclesia collocarunt, auctoritas et gratia eorum imminuantur; «Fides enim, omne In aevum, praesidium erit humanae personae»14, atque / in ipsis operibus artificiosis exigendis humana per- 791
sona luce doctrinae Christianae rectaque morum ratione locupletatur et perficitur.

Tamen viris ecclesiasticis fas non est operam adiutricem auctoribus imaginum cinematographicorum praebere sine peculiari Moderatorum suorum mandato, cum, ut perspicuum est, ad bene suadendum hac in re necessaria sit artis praestantia eximia et non vulgaris institutio, quarum indicium singulorum arbitrio permitti non potest.

Catholicos ergo taeniolarum cinematographicarum auctores et scaenici apparatus artifices paterno monemus animo, ne imaginum series fieri sinant, quae Fidei moribusque Christianis repugnent; si autem, quod Deus avertat, hoc evenerit, Episcoporum est eos admonere et, sl opus fuerit, opportunis plectere sanctionibus.

Persuasum autem est Nobis, ut res cinematographica ad optimam atque perfectam formam educantur, nihil esse efficacius quam conformationem ad Christianae legis praecepta eorum, qui in efficiendis hisce pelliculis operam collocant.

Quarum effectores, si ad fontes, unde superna munera permanant, accedant, si doctrinam perdiscant Evangelicam, si cognoverint, quae Ecclesia dc veritate vitae, de beatitudlne et virtute, de dolore et peccato, de corpore et anima, dc re sociali et studiis hominum tradit praecepta, novas deprehendent praeclarasque rationes, quas ineant, et ad opera egregia et perennia condenda novo quodam instinctu excitari se sentient.

Oportet ergo promoveantur augeanturque ea incepta ct exercitationes, quibus illorum animi vita alatur et incrementis confirmetur; plurimum vero hac in re Christianae institutioni iuvenum tribuendum est, qui ad artem cinematographicam profitendam se componunt. / 792

Peculiaribus hisce de re cinematographica praeceptionibus finem imponentes, publicae rei Moderatores cohortamur, ne ullo pacto opem praebeant ad efficiendas aut in vulgus edendas pelliculas cinematographicas deteriores, et probabiles apparandos» praesertim qui Juventuti destinantur, auxiliatores exsistant. Quoniam tot tantique pro populi educatione sustinentur sumptus, eo etiam mentem intendant, ut tanti momenti negotium, quod in ipsa quoque institutione versatur, recta expediatur ratione.

Cum voro quibusdam in regionibus atque etiam in exhibitionibus, ad omnes pertinentibus Nationes, praemiis, ad hoc ipsum propositis, eae non immerito afficiantur pelliculae, quae co commentiantur, quod ad institutionem valent nnimique vitam, fore confidimus, ut boni cordatique homines omnes, monitis Nostris obsecuti, allaborent, ne taeniolis cinematographicls, laude dignis, communis plausus et probatio, quasi praemium, desint.

III

Nec minus diligenter exponere volumus Vobis, Venerabiles Fratres, qua urgeamur sollicitudine circa aliud Instrumentum ad nuntios dimittendos aptum ct eadem, qua clnematographeum· invectum aetate, radiophonlum dicimus.

Quamquam tot tantisque subsidiis scaenicis ct |»crvommodis locorum rerumque adiunctls. quibus cincmatographeum fruitur, non est praeditum, radiophonlum tamen alias habet utilitates, quarum non omnes adhuc quaeritatae sunt.

«Illius enim —quemadmodum societatis cuiusdam radiophonicae sodalibus ct administris diximus— haec est condicio, ut a locorum tempvrisque adlunctis quasi dissociatum sit et immune, quae cetera omnia praepediunt ct retardant instrumenta, quibns homines Inter sc communicant. Volucri enim quasi cursu multo ociore quam undae sonorae motu, dtissi'mum ut lucis fluxus» fines om- 79 ⁸
nes momento temporis transgrc<llen«. nuntios perfert, qui el crediti sunt» <s.

Novis inventis ad perfectionem paene absolution<-mque

apprUatum. H- h». . c j p w Um Λ» io Aorwti. a. ÎOJ«. 4? 4 V wk

perductum, radiophonium artibus technicis eximias affert utilitates, cum etiam machinae eiusmodi radiante vi ad praestituta loca sine gubernatore dirigantur. Nos autem non immerito arbitramur praeclarissimum munus, quo radiophonium spectare debeat, hoc esse: mentes hominum illuminare et erudire, eorumque ingenia et animos ad superna et Incorporalia magis magisque erigere.

Intima autem animi humani studia eo pertinent, ut quis licet domesticis contineatur parietibus, alios audiat homines, eventus cognoscat, qui procul fiunt, et socialis vitae rationem et ingenii cultum participet.

Nihil mirum igitur, si permultae domus celerrime fuerint undisonis scriniis instructae, quibus efficitur, ut inde quasi quaedam arcana fenestella pateat in orbem terrarum, qua alu noctuque actuosa vita hominum diversi cultus ingenii, diversi sermonis et generis attingatur, hoc fit per innumerabiles radiophonicas transmissiones certa ratione propositas, quibus comprehenduntur novi eventus, colloquia, sermones, res ad cognoscendum utiles et iucundae, artificia, cantus, modi musici.

Ut enim non ita pridem sumus elocuti, «quanto beneficio fruuntur, quantoque officii onere devinciuntur homines, qui nunc sunt, ct quam mutata sunt tempora antiqua, quibus disciplina veritatis, praeceptum fraterni amoris, sempiternae beatitatis promissa ad homines lente perveniebant per Apostolos, asperas semitas, ut aetate illa vetusta, terentes, cum nostris diebus nuntius divinus eodem momento ad decies ac pluries centena milia hominum
794 perferri possit»4®./

Expedit ergo christifideies hoc beneficio, aetate nostra inducto, uti, atque muneribus, ad doctrinam, ad animi relaxationem, ad artem ipsumque verbum divinum spectantibus, quae ipsis per radiophonicas undas obveniunt, quasi locupletari, cum ita scientiam queant incrementis augere ac vcluti animi fines propagare.

Neminem ergo latet, quantum ad recte Instituendos homines possint honestae vocum sonorumque radiophonicae transmissiones; tamen ex usu instrumenti huiusce onus oritur conscientiae, quemadmodum in artibus technicis ceteris, cum ad patrandum bonum aut malum possit adhiberi. Ad radiophonicam igitur artem trasferri queunt haec, quae in divinis litteris scripta sunt, verba: «In ipsa benedicimus Deum et Patrem: et in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio»47.

Quivis undisonam auscultans capsellam praecipuo tenetur officio radiophonicas transmissiones certa ratione propositas diligenter accurateque seligendi; hae enim non sinantur tumultuarie in domos pervadere sed, quemadmodum amicus conscie prudenterque vocatur, ita iis eodem concedatur aditus. Nequiter autem agat, qui amicorum, ad larem suum inducendorum, non habeat delectum. Itaque radiophonicae, quae eo admittantur, vocum sonorumque transmissiones huiusmodi sint oportet, ut veritatem et bonum suadeant, ut familiae sodales non avertant a conscientiae officiis implendis, sive haec ad singulos spectent sive ad hominum societatem, sed ut eos confirment ad eadem rite exsequenda ac, si de adulescentibus agatur puerisque, nullum afferant detrimentum, quin etiam salubrem parentum et magistrorum disciplinam adiuvent ct producant.

Officia Catholica rei radiophonicae singulis in Nationibus praeposita studeant, catholicis diariis et commentariis
795 ut sub/sl(llisusa,christindeles dc huiusmodi transmissionum natura et ratione antea certiores facere. Haec vero monita ante danda non omnibus in locis fieri poterunt ac saepe non nisi quoddam erunt indicium, quod nonnullae huiusmodi radiophonicae acroases ante haud facile cognosci possunt.

Pastores gregum chrlstifideles moneant divina lege vetari radiophonicas vocum sonorumque audiri transmissiones, quae Fidei aut moribus sint perniciosae, eosque, quibus juventutis cura commissa est, cohortentur, ut invigilent eisque religionem Inklant quoad usum instrumenti radiophonie! domi collocuti.

Episcoporum praeterea est chrlstifideles appellare, ut ab iis caveant stationibus radiophonlcis, quas constet doctrinae capita Christianae Fidei contraria propugnare.

Alterum officium, nuo ndiophonli auditores obligantur, eo pertinet, ut lis, qui pro munere huiusmodi transmissionibus praesunt, optata sua iustasque reprehensiones signi-

XXwdrx *e* ***Ji*** S. S. ***XII,*** vol. VÏ, 209. *· Cfr. Nuntius txhopbotdr·« «1 «n» qui inwfu*rxnt teruo <*ncri!i conventui de commnaaeittoattas inter <nr*s K rubonrt, vobente inno 3 rulk> uWrwphu inwu. hibtlo: ***A. A*** S , vol. XLVII, 1955, pAg. 736. •'lie. III. >to. ''Cfr S*nno Pii XII d.) Otobris. a. «947 quin-iua-

?jbH.?atio ex Ψ∫* natura rei radiophonla· manifesto profiscitur, quae huiusmodi est, ut facile rath quaedam singularis, non mutua, exsistat, scilicet ea. αιη non nisi transmittens attingat audientem.

Cum, qui nostra aetate invaluerunt, modi vulgi opinionem explorandi, adeo ut cognoscatur, quantum studii apud audientes singulae radiophonicae transmissiones accedant, sine dubio utiles sint iis, qui acroases moderantur radiophonicas, tamen contingere potest, ut populi piamus plus minus vehemens levibus ac fluxis causis sit tribuendus vel impulsionibus rectae rationi minus consentaneis, ita ut indicium huiusmodi haberi nequeat pro certa agendi norma.

Quae cum ita sint, auditores radlophonll pro viribus operam dare debent, ut in vulgo opinio obtineat prudens, qua, debitis servatis modis, hae transmissiones, prout res postulat, probentur, confirmentur, reprehendantur, quaque fiat, ut radiopho/nica ars, quae pro munere in hominum th institutione versatur, «serviat veritati, bonis moribus, justitiae, amori·4S.

Hacc ad effectum deducere omnium est sodalitatum catholicarum, quae christlfidelium commodis hac In re strenue consulere studeant, lis autem in regionibus, ubl rerum locorumque adiuncta id suadeant, ad hoc Ipsum institui poterunt societates auditorum spectatorumque, Officiis rei cincmatographicae, radiophonicae et televisificae singulis In Nationibus praepositis, obnoxiae.

Noverint denique radiophonil auditores obligatione se teneri acroases promovendi honestas, ac maxime eas, quibus animi ad Deum erigantur. Nonne christifideIα, praesertim ii. qui radiophonii commoda cotidiano usu experiuntur, alacres se praebeant ad huiusmodi transmissiones provehendas, maxime hac aetate, qua per aêrias undas doctrinae falsae et perversae disseminantur, qua Instrumentis perturbantibus in aethere quasi quoddam «vallum ferreum·, ad sonos quod attinet, effectum est, eo quidem consilio, ne veritati, quae «materialism! athei» evertat imperium, pateat aditus, hac dicimus aetate, qua pluries centena milia hominum Evangelil nuntium quasi illucescentem auroram adhuc praestolantur et aegroti above modo praepediti anxie exoptant, ut communitatis Christianae preces et Eucharistici Sacrificii ritum aliqua ratione participent?

Haud equidem ignoramus quantum variis in regionibus impensum sit laboris et impendatur, ut acroases catholicae in radiophonicis stationibus augeantur. Multi sane exstiterunt homines ecclesiastici et laid hac in re antesignani, qui acri studio effecerunt, ut sacris transmissionibus radiophonicis is daretur locus, qui religioni convenit, quae potior est quam res humanae universae.

Interea autem, dum intento animo consideramus, quanto/pere radiophonies ars sacri ministerii causae prodesse 73« queat, dumque illo urgemur Divini Redemptoris mandato: «Euntes in mundum universum praedicate Evangelium omni creaturae»<9, facere non possumus quin vos, \enerabiles Fratres, paterne adhortemur, ut id genus de re catholica auditiones, pro varia uniuscuiusque loci necessitate atque facultate, magis magisque promovere ac perficere studeatis.

Cum vero summa, qua par est, dignitate llturgicos ritus, catholicas veritates, res atque eventus Ecclesiae marconianae artis ope proponere, praeter debitam vigilantiam, multum profecto ingenii, multum peritiae quoque expostulet, necessarium omnino est, ut sive sacerdotes sive laid, qui ad hanc tanti momenti navitatem destinentur, recta consentaneaque ratione instituantur.

Quam ad rem sane expedit, ut apud Nationes, in quibus catholici reccntioribus huius artis instrumentis utuntur eorumque diuturno usu ceteris praestant, opportuna per certum tempus dc hac re habeantur studia exercitationesque, quorum ope ex aliis etiam Nationibus candidati illam valeant adipisci peritiam, quae requiritur, ut radiophonicae de re religiosa transmissiones ad optima ingenuae artis praescripta technicorumque rationes redigantur.

Ipsis Nationis Officiis curae erit Intra suae cuiusque dicionis fines varia religiosarum auditionum genera promovere caque apte inter se ordinare atque componere; eadem praeterea quantum fieri poterit, ceterarum radiophonlcarum stationum moderatoribus adiutricem nrnestabum operam, sedula adhibitu vigilantia, ne In eiusmodi neum"nCS qUK rrcpat· h°nestati morum minus consenta-

Quod attinet autem ad ecclesiasticos viros, etiam ex

vol. XI, pog. «»iU>Cw XVI. I5.

nfiriosonun sodalitatibus exemptis, qui suam navant -'Y'iπι apud radiophonicas vel tclcvisificas stationes, <4 Eriscvporum erit op/portunas impertire normas, quas coquendi cura variis Nationis Officiis demandabitur.

peculiari modo perplacet catholicarum radiophonicarum lUÜonum Moderatoribus et administris hortamenta Noto adhibere. Difficultates sane innumerae hac in re sub«sdae Nobis plane innotescunt; fore tamen confidimus, it Udem hoc apostolatus opus, quod Nos tantopere pending strenuo animo ac viribus inter se collatis prosequi pergant.

Ad Nos quod attinet, amplificandam pcrficicndamquc «ravimus Radiophonicam Vaticanam Stationem, optime de re catholica meritam, cuius incepta, saluberrima sane -quemadmodum Hollandiae christifidelibus amplissima Irrute praestantibus asseveravimus— «flagrantissimis votis summisque lotius catholici orbis necessitatibus» apprime respondenti0.

Praeterea grata prosequi voluntate percupimus universos probos radiophonicarum transmissionum auctores ac noderatores ob rcctain Ecclesiae necessitatum aestimatiocem. quam ex iisdem plures testati sunt, sive Dei propagando verbo libenter opportuna tempora assignantes, sive necessaria artis adiumenta suppeditantes. Ii quidem hoc acendi modo mercedem profecto participant apostolico operi propriam, etsi per acthereas undas exercetur, prouti Christus Dominus pollicitus est: «Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet» 5l.

Hisce temporibus radiophonicae acroases, artificio praecellentes, postulant, ut ad genuina artis principia conformentur, carum igitur auctores omnesque, qui iisdem parandis vel efficiendis dant operam, uberis doctrinae praesidio instructi sint oportet. Quamobrem eos etiam, ut iam dermatographicae artis cultores, enixe compellamus, ut materiae copiam, quae ex am/plissimo Christianae humanitatis penu sufficitur, in rem suam convertant. Denique sacrorum Antistites in publicae rei moderatorum memoriam revocent, ad eorum officium pertinere sedula, qua par est, diligentia in tuto ponere propagandas de re catholica auditiones, peculiari dierum festorum habita ratione ac spiritalium necessitatum, quibus chrlstifideles cotidie prenentur.

IV

Reliquum est, Venerabiles Fratres, ut breviter de televisione quoque vobiscum agamus, quae quidem per Pontificatus Nostri decursum in quibusdam Nationibus mira suscepit incrementa, in aliis autem pedetemptim iam in asum inducitur.

Invalescentem huius artis consuetudinem, quae procul dubio in humani generis fastis magni ponderis est eventus, studioso animo, alacri spe gravibusque affecti sollicitudinibus prosecuti sumus, atque dum ex una parte inde ab initio saluberrimam cius vim novasque obortas utilitates extulimus, ex altera vero pericula ac male utentium intemperantiam prospeximus atque indicavimus.

Television! plura sunt cum cincmatographica arte communia, quandoquidem cius spectationes ipsam vitae actionem agitationemque oculis exhibent; haud raro enim cinématographie! ludi eidem materiam praebent. Praeterea ipsam ***quoque*** indolem atque vim radiophonicae artis propriam quodammodo participat, quippe quae potius quam in theatris, intra domesticos parietes ad homines convertatur.

Supervacaneum ducimus hoc loco Nostra iterare monita, quae dc cinematographicis ludis deque radlophonicis transmissionibus iam habuimus; de officiis scilicet, ouibus hac In re spectatores, auditores, auctores necnon publicae rei Moderatores tenentur. Neque est, cur iterum commemoremus curam atque diligentiam necessario adhibendam, ut varia religiosarum spectationum genera rite parentur Kü atque promoveantur. /

Compertum habemus, quam sedulo studio creberrima spectatorum multitudo res catholicas per telcvisionem relatas conspiciat. Liquet omnino Eucharisticum Sacrificium televlsionis ope participare —uti paucos ante annos, ad radiophonium quod attinet, declaravimus non idem esse ac Divino Sacrificio coram adesse, ut diebus festis praecipitur. Uberrimi tamen fructus << HtunMçiS prodeuntes ritibus per telcvisionem ob oculos P^P^1^5· quos quidem ad roborandam Fidem sanctitudinemqu fovendam ii omnes percipere possunt, quibus alio modo participandi copia deest, Nobis plane suadent, ut spectationes huiusmodi etiam atque etiam commendemus.

In singulis Nationibus Episcoporum erit de televisificarum rei religiosae transmissionum opportunitate indicare, easdemque constituto Officio efficiendas concredere, quod quidem, ut in rebus similibus, vigilem navabit operam ad notitias propagandas, ad auditorum animos cuneandos et ad omnia ordinanda et componenda, modo quidem Christianis moribus consentaneo.

Televisio autem praeter id, quod cum duobus ad res evulgandas artis inventis, de quibus iam diximus, commune habet, sua quoque pollet vi suaque efficacitate. Televisificae enim artis ope efficitur, ut longinquos eventus auribus oculisque subiectos eodem puncto temporis, quo contingant, spectatores conspiciant, atque ita allidantur, ut quasi praesentes eosdem participent; ipsa autem intima domesticae vitae consuetudine eiusmodi propinquitas valde adaugetur.

Peculiaris haec oblectandi vis, qua inter sacra familiae penetralia televisio pollet, permagni quidem facienda est, quippe quae plurimum conferat ad religiosam vitam, ad humanitatem atque ad mores eorum, ex quibus familia constat, filiorum / praesertim, quos recentioris huiusce in- SOI ventI fascinatio procul dubio afficiet ac tenebit. Quodsi illud: «Modicum fermentum totam massam corrumpit* M veritati omnino respondet, atque in adulescentibus vita corporis, quodam contagionis germine infecta, impedire potest, quominus ad plenam virium maturitatem perveniat, multo magis pravum aliquod educationis elementum religiosae vitae nervos valet elidere, ac debitam morum conformationem remorari. Ceterum quis ignorat saepissime pueros extra domum morbi vim repentem vitare posse, latentem intra domum effugere non posse?

Domestici convictus sanctitatem quoquo modo in discrimen adducere nefas est; Ecclesia igitur, prout eius ius et officium postulant, omnibus viribus semper contendit, ne pravis televisificis spectationibus sacra eiusmodi limina ullo pacto violentur.

Cum televisio inter cetera hoc quoque salutiferum sane commodum pariat, ut minores ac maiores natu domi facilius remaneant, ea profecto plurimum valet ad amoris fideique vinculum intra saepta domestica roborandum, dummodo nihil proferat, quod iisdem fidei et casti amoris virtutibus minus consentiat.

Haud tamen desunt, qui sanctissima hacc postulata ad rem posse deduci, saltem in praesens, omnino negent. Dictitant, enim, fidem spectatoribus datam haudquaquam sinere, ut ulla ex parte vacuum abeat tempus televisificis transmissionibus assignatum; praeterea necessitatem plura spectationum genera in proptu semper habendi cogere, ut interdum spectacula exhibeantur initio ad publicum theatrum tantummodo destinata; tclcsisionem denique non ad iuvenes tantum sed ad provectae etiam aetatis homines pertinere. Haud infitiamur hac In re difficultates profecto occurrere; earundem tamen solutio minime in posterum remittenda est, cum huius artis usus, / non antea prudent is Siu consilii frenis temperatus, gravissima detrimenta singulis civibus atque hominum communitati iam attulent; quae quidem aequo aestimari usque adhuc difficulter possunt.

Ut autem harum difficultatum enodatio cum Increbrescente rei tclevisificae usu in singulis Nationibus pan gressu procedat, primo loco apparandis variis spectationibus Impensissima opera danda est, quae quidem ethicis, psychologicis necnon technicis televlsionis rationibus respondeat.

Quamobrem catholicos viros eruditione, doctrina, optimarum artium scientia praestantes atque imprimis clerum atque Ordinum vel Congregationum religiosossodales— paterno animo adhortamur, ut ad hanc novam artem mentem convertant sociamque conferant navitatem suam; ita quidem, ut quae praeteritae aetates ac veri nominis firogressus ad excolendum animum bona protulerint, eadem n televlsionis commodum utilitatemque redundent.

Praeterea necesse est, ut, qui In effingendis televlsionis taeniolis moderatorum partes agunt, non modo sarta tecta servari religionis honestatIsquc principia curent, verum periculum etiam diligenter attendant, in quod forte adduci possint iuvenes, qui spectaculis Intersint ad provectae aetatis homines pertinentibus. Quod attinet ad spectaculorum cognatum genus, quae in cinématographe! et In publicis theatris exhibentur, apud plerasque excultas Nationes opportunis cautionibus provisum est, consulto atque in communis boni tutelam, ut iuvenes ab Inhonestis ludicris arceantur. Nemo autem est qui non videat, telcvisionem

•'Cfr. Sermo od HolUndiae catholicos. d. 19 Maii.

quoque, immo multo magis, sedulae vigilantiae commodis atque praesidiis indigere. Si vero contingat, quod penes quasdam Nationes laudabiliter exclusum est, ut alicubi televisificae transmissiones spectacula admittant adulescentibus prohibita, tunc saltem certae cautiones sunt omnino necessariae.

Perperam tamen aliquis putaverit egregia proposita
803 ree tamque offici conscientiam eorum, qui id genus artem exercent, satis valere ad bona omnia eruenda, quae ex mira illa parvi telcvisifici albi arte profluant, aut ad quaevis pericula removenda.

Hac enim in re prudentia ac vigil eorum cura, qui televisificis scriniis utuntur, prorsus expostulantur. Rectus in televisione adhibenda modus, prudens ad spectandum filiorum aestimatio, ac denique ab eis, quae minus addeceant, filiorum exclusio: haec omnia totidem sunt officia, quibus parentes atque omnes, in quos educandi munus incumbit, graviter onerantur.

Haud equidem ignoramus, ea praesertim, quae postremo loco monuimus, graves interdum difficultates et gravia Incommoda gignere posse; siquidem impertiendae educationis conscientia parentes haud raro iubeblt proli exemplo prneessc, atque etiam cum suo ipsorum gravamine se a quibusdam allicientibus spectationibus abstinere. At quis nimio gravius putet onus, quod parentibus praecipitur, cum maximum liberorum bonum in discrimen vocatur?

Quae cum ita sint, «urget quam maxime necessitas —quemadmodum iam Italiae Episcopis scripto asseravimus— ut catholicorum conscientia de televisions usu ad sana Christianae religionis principia conformetur» adeo quidem, ut non errori, non vitiorum illecebris eiusmodi ars inserviat, sed «ad homines erudiendos, instituendos, et ad meliorem statum revocandos»si subsidium potius evadat.

Hisce Litteris finem facere non possumus, Venerabiles Fratres, quin in memoriam vestram redigamus, quanti momenti sint partes sacerdoti concreditae, ut in ceteris
801 apostolatus / campis, etiam in hoc Ecclesiae necessario opere, quod evulgandarum rerum inventa respicit, cura promovenda, tum in usum adhibenda.

Is nempe quaestiones universas pernoscat oportet, quae in re cinematographica, radiophonica atque televisifica christifidelium animis proponuntur. «Sacerdos, cui animorum cura demandata est —ita Nos in oratione habita ad participantes Conventum per hebdomadam actum de ministerio sacro in Italia ad huius aetatis rationem instituendo— scire potest ac debet, quidquid nostrae aetatis studiis, liberalibus artibus atque technicae progressibus profertur, quod quidem ad supremum hominis finem eiusque religiosam vitam ac mores attineat» *·. Hisce adiumentis recte uti addiscat, quotiescumque, pro prudenti ecclesiasticae auctoritatis iudicio, id postulant concrediti sibi ministerii indoles aut necessitas frequentiori animorum multitudini opitulandi. Denique, si a sacerdote eaedem artes in ipsius utilitatem adhibeantur, eius prudentia, temperantia, necnon recta officiorum conscientia in exemplum christlfidelibus omnibus refulgeant.

Placuit has, quibus profecto et vos ipsi afficimini, Venerabiles Fratres, curas sollicitudinesquc aperire Nostras, de gravibus, quae Christianorum Fidei moribusque Instare possunt periculis, si validissima eiusmodi ad audiendum et ad spectandum artis inventa ad pravos usus ab hominibus detorqueantur.

Haud tamen omisimus commoda quoque utilitatesque indicare, quae hodierna eiusmodi instrumenta valent afferre. Quam ad rem, praelucentibus Christianae Fidei legisque naturalis praeceptis, principia illustravimus, ad quorum nonnas regi atque conformari nccesse est, tum eorum actionem, qui haec ad res evulgandas instrumenta moderantur, tum hominum conscientiam, qui Iisdem utuntur. Atque ob Id Ipsum, ut nempe hacc Dei Providentis
805 munera animorum bonum procurent, vos / paterne adhortati sumus, non solum ad vigilem agendam curam, sed actuosam etiam vestram operam auctoritatemque interponendam. Nam ad cuiusque Nationis id genus Officia, quae hac data quoque occasione vobis commendamus, non solum pertinet munus servandi atque tuendi, sed potissimum moderandi, ordinandi atque iuvandl permulta educationis incepta, quae In variis Nationibus inita sunt, ut per hanc tam arduam tamque Immensam artium provinciam Iunge lateque Christiani spiritus propagentur.

Quandoquidem autem hanc Dei causam triumphaturam firmiter confidimus, minime dubitamus quin Nostra haec praescripta ac mandata —quae quidem ad rem diligenter deducenda Pontificio Consilio de re cinematographies radlophonica et televislfica committimus— nova aposté latus studia excitare valeant in hoc campo, qui tam laetam tamque uberem segetem pollicetur.

Hac spe suffulti, quam vestra pastoralis alacritas Nobis sane exploratissima valde confirmat, Apostolicam Benedictionem, caelestium gratiarum conciliatricem, vobis, Venerabiles Fratres, itemque clero populoque unicuique vestrum concreditis, iis nomlnatim, qui ad vota ac mandata Nostra adimplenda actuosam conferent operam, effusa caritate impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vui mensis Septembris, in Festo Nativitatis Beatae Mariae Virginis, anno mdccccl vii, Pontificatus Nostri undevicesimo. — PIUS PP. XII.

d f Unuwl A, 1754: 4.4. S., v-J. XLVÎ, l?M. “ Cfr S*-rrr.n de cnr»i uUviwxm momrflti), d. «t Uetobne A 1^55*· 4. 4. *S.,* vol. XLVIt, jrtf· *777* MCft d 14 Septembri» » 1956 habiti»: 4. 4 S., mi XIΛIII, tot*. fMr 7^7.

2691

1957 SEP 8.-SC CONS., DECR. AAS 49 (1957) 970-973

CIVITATUM FOEDERATARUM AMERICAE SEPTENTRIONALIS

Decretum de erectione vicariatus castrensis in STATIBUS FOEDERATIS AMERICAS SEPTENTRIONALIS

Mysticam Petri naviculam tantis undique procellis agitatam, firmiter tamen iugiterque stantem, de plenitudine Apostolicae potestatis moderantes, Romani Pontifices nihil praetermittunt quominus Christifideles per salutis semitam tuto ambulantes confirmentur.

Siquidem in Civitatibus Foederatis Americae Septentrionalis fideles, qui militiam capessunt atque illos qui copiis quomodolibet addicuntur, sacrorum Antistitum et sacerdotum ope, multis abhinc annis. Catholica Ecclesia sedulo, vigili, paterno prosequitur obtutu.

Hoc vero ministerium, quo normis sacrorum canonum aptius aptiusque componatur et quo iidem fideles privilegiis ac solaciis, Vicariatuum Castrensium propriis, uberius ditentur, Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XII, praehabito favorabili voto Exc. P, D. loannls Hamleti Cicognani, Archleplscopi titularis Laodicensis in Phrygia et in Civitatibus Foederatis Americae Septentrionalis Delegati Apostolid, preces Emi P. D. Frandsci S. R. E. Cardinalis Spellman, Archlepiscopl Neo-Eboracensis et Vicarii Castrensis, erectionem Vicariatus Castrensis enixe postulantis, benigne dignatus est excipere.

Quapropter, de consilio infrascripti Cardinalis Sacrae Congregationis Consistorialis Secretarii, suppleto quatenus opus sit eorum Interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto, Vicariatum Castrensem Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis erigit atque constituit.

Hac ratione erectus Vicariatus Castrensis constabit: Vicario Castrensi, Auxiliaribus Episcopis quos Apostolica Sedes constituere de/crevcrit, cappelianis delegatis seu 9.1
maioribus, ubi necesse constitutis, necnon militum cappellanis delegatis seu maioribus.

Sedes huius Vicariatus Castrensis eiusque Curiae —dioecesanae instar constitutae— Neo-Eboraci ponetur.

Vicarii Castrensis munus Archiepiscopo pro tempore Neo-EboracensI nunc et in futurum per peculiare S. Congregationis Consistorialis Decretum deferetur, qui utramque proinde cumulabit iurlsdictlonem.

Vicarius Castrensis Iurisdlctione pollebit personali, ordinaria tum fori interni tum fori externi, speciali et cumulatlva cum iurisdlctione Ordinariorum locorum ad normam Instructionis Dc Vicariis Castrensibus *Sollemne semper* a S. Congregatione Consistoriali die 23 mensis Aprilis anni 1951 [LE 2208) editae.

In stativis nutem castris et in lods militibus reservatis primo ct principaliter Vicarius Castrensis iurisdictioncm exercebit, secundario, quoties, scilicet, Vicarius Castrensis eiusque cappellani absint vel desint, semper vero iure proprio. Ordinarius loci atque parochus, initis —quatenus fas erit— consiliis cum Vicario Castrensi.

Iurisdictioni Vicarii Castrensis subdentur:

n» Λ11 Slacert‹JStcs saeculares et regulares qui ad munus **aerf**l <’η. llιηl pri? cophs Clvltatum Foederatarum noTh d>Hun^ortr,°^lls habltuaHter vocantur, vel etiam non habitunllter, sed tempore quo opem praestant;

1 Sacerdotes cappellani valetudinariorum. vulgo iftimas Administration Hospitals and Domicilier es»,

1 Universi Christifideles: qui In copiis terrestribus, et maritimis actu stipendia faciunt; qui, modo minuri hutnictl. ad easdem copias quomodolibct pertinent; ni lindem, legibus pro ipsis copiis latis adstringuntor;

4. Fideles qui sub vexillis copiarum vulgo: «Coast Gard», «National Guard», «Air National Guard», «Civil Air Patro!» militant, dummodo vitam communem, modo cilitiri. apnt;

5. Familiae eorum qui sub n. 3 recensentur, id est: omn, liberi, famuli, propinqui et necessarii, qui in patrio territorio cura iisdem habitualiter cohabitant vel extra pitdam Ipsos quomodolibet comitantur; familia pariter catholica militis etsi acatholici, quae in iisdem versatur liiandis;

6. Omnes utriusque sexus fideles, sive alicui Helipad adscript! sive non, qui nosocomiis, scholis militaribus, *Π* Mxalls valetudinariis/seu «Veterans Administration Hospitals and Domicillaries» addicuntur, ibique commorutw;

7. Omnes utriusque sexus fideles qui in copiarum ratioribus vel In domibus a Gubernio civili copiis militasque familiis reservatis cohabitant;

Com vero in Dicione Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis, praesertim in dissitis locis, militum quaedin stationes ad instar pagorum efformatae sint, ubi demos, quas cum sua quisque familia milites inhabitant, eamque Ordinarius loci spirituali animarum curae per jamchom aut missionarium aut quemlibet alium sacerdotem providere ibi non possit et illuc sine gravi incomDodo accedere nequeat, indulget Sanctitas Sua ut iurisdktioni personali Vicarii Castrensis omnes et singuli in praedictis pagis commorantes sublidantur usque dum praedicta adiuncta perseverent, certiore facto Ordinario kd in peculiaribus casibus.

Cappellanos omnes sive maiores sive minores, servatis krvandis, Vicarius Castrensis nominat, cuius ordinariae potestati —durante munere— omnino subiacebunt. Quoad ttderiasUcam disciplinam tamen, militum cappellani poIdtati quoque Ordinarii loci in quo versari contingant cporii erunt, cui, in casibus urgentioribus et quoties \Kanus Castrensis providere non poterit, fas erit in eos animadvertere etiam canonicis sanctionibus, si casus feηζ et monito confestim Vicario Castrensi.

Quod ad militum cappellanos religiosos attinet, adamusBEi servetur Instructio *De cappelianis militum religiosis* i S. Congregatione negotiis Religiosorum sodalium praeposite die 2 mensis Februarii anni 1955 [LE 2478] edita.

Auxiliares Vicariatus Castrensis muneribus et officiis ?anturCntUr ‹^UibuS Auxiliarcs Episcoporum Codice I. C.

Cappelianis delegatis scu maioribus, ad subditos rite regendos ipsorum curae concreditos, munia conferuntur ‹pae —congrua congruis referendo— officio Vicarii Generalis Codex I. C. adnectit.

Militum vero cappellani animarum sibi commissarum cmn gerent muneribus el obligationibus parochorum ad ::rma Instructionis *De Vicariis Castrensibus* quam supra memoravimus.

Episcopi Auxiliares atque cappellani maiores ct minores, valide et licite, audire possunt confessiones quorumlibet M ad se accendentium in locis militibus reservatis./

Ad matrimonium quod attinet subditorum Vicariatus Castrensis, districte servetur praescriptum canonis 1097, f 2 C. L C., id est «pro regula habeatur ut matrimonium ceram sponsae parocho celebretur, nisi iusta causa excuset» et accurate expleantur actus qui, ad normam iuris commanis, celebrationem matrimonii praecedere et subsequi debent.

Causas subditorum Vicariatus Castrensis Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis, sive contentiosas inter ipsos, sive criminales Tribunal metropolitanum archidloccesls Neo-Eboracensis in prima instantia, metropolitanum archidioecesls Philadclphlensis in altera Instantia pertractabit.

Vicarias Castrensis Relationem de statu itrensls singulis trienniis Apostolicae Sedi exhibebit, quaeillis respondens iuxta ea quae in praescribuntur a S. Congregatione Consistoriali di - sensis Octobris anni 1956 statuta [LE 2603].

Vacante officio Vicarii aliter providerit, regimen oracÎnsis sedis possesdnm novus ArchIcPISC0pu* m aut sl defuerit, penes staem ceperit— penes Auxiliarem, aut cappellanum maiorem seu delegatum, ad nonnam canonis 106, 3.® C. I. C., seniorem esto.

Qui autem Vicariatus Castrensis regimen tunc susceperit omnes et solas facultates habebit quae —congrua congruis referendo— Vicario Capitulari competunt, eiusdemque obligationibus obnoxius erit. Ipsius praesertim erit de assumpto munere S. Congregationem Consistoriaiem monere ab eaque instructiones impetrare.

Ad haec exsecutioni mandanda Sanctitas Sua memoratum Exc. P. D. loannem Hamletum Cicognani deputare dignata est, necessarias et opportunas ei tribuens facultates etiam subdelegandi ad effectum dc quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et onere imposito ad S. Congregationem Consistorialem quamprimum transmitendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edi lussit Consistoriale Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae fuissent.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis die vin Septembris mcmlvii in Nativitate Beatae Mariae Virginis.—Fr. A. I. Card. Piazza, Ep. Sabinen. et Mandelen., *a Secretis.* losephus Ferretto, *Adsessor.*

Adn. A. PUGLIESE in ME 83 (1958) 228-235 et in ApoU. 31 (1958) 35-45.

2692

1957 SEP 28.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

Matrimonium non est impediendum in casu vasecto- **MIAE BILATERALIS**

A certains Ordinaires s'inquiétant de l'attitude à avoir à l'égard des stérilisés, le Saint-Office vient derechef de répondre: *Jn casu oasectomiae bilateralii matrimonium, ad mentem can.* 1068 § 2, *non esse impediendum.*

*** Nonnullis Ordinariia locorum iuxta summarium traditum a L'Armé canonique 5 (1957) 241. Adn. CH. LEFEBVRE in L'Auné canonique 5 (1957) 240-241.**

2693

1957 OCT 15.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

Solvitur matrimonium initum inter partem acatholicam **DUBIE BAPTIZATAM ET PARTEM NON BAPTiZATAM**

25 Sept. 1957.

Preces—*Beatissime Pater,* Ordinarius Multanensis In Pakistan, ad pedes S. V. provolutus, humiliter exponit quod sequitur K. anno circiter 1948, nupsit quandam puellam N. Tempore matrimonii K. erat in secta protestantica dubie baptizatus ct N. erat pagana. Matrimonium propter defectum aetatis puellae, fuit primum celebratum coram ministro mahumedano et dcinuc post aliquos menses fuit reiteratum coram ministro protestantico. In matrimonio vixerunt circiter 18 menses, sed postea N. domum deseruit et cum quodam mahumedano, aufugit. K., qui catholicam fidem amplectare cupit et inter cathecumenos adnumeratur, matrimonium inire desiderat cum catholica puella R. Obstat vero vinculum primi matrimonii pro quo solvendo ipse humillime postulat ut in casu, matrimonii scilicet inter non baptizatam et dubie baptizatum, usus Privilegii Paulin! licere possit. K. pro receptione in Ecclesia Catholica est paratus, attamen recipietur ct Baptismum conditlonatum ei dabitur post receptionem solutionis ipsius casus matrimonii. Et Deus...».

Rbsp.—Suprema S. Cong. S. Officii, dle 15 oct. 1957, responsum dedit: *affirmative.* Ssihus D. H. D. Pius divina Providentia Papa XII... adnuere dignatus est pro gratia».

• Ordinario Multacensi. Prot N. 2717m.S7: A. ABATE. Lo aciogUmento dei vincolo conjugale, ed. II Roma 196-5, p. 121 neta 10. Adn. A. ABATE op. ot loc. cit.

2694

1957 OCT 17.-SC RELIG., RESPONSUM. PART*

Solvitur dubium circa effhctus aggregation» ad **ORDINEM FRATRUM MINORUM ILLARUM CONGREGATIONUM QUAE REGULAM TERTII ORDINIS FRANC1SCAL1S NON PROFITENTUR**

Romae, dio 17 Octobri» 1937

Reverendissime Pater, Honori mihi duco solutionem tequentls dubii cum Patcmilale Tua Revcrendbsima communicare.

—. v; 'Wdf

D. Num aggregatio ad Ordinem Fratrum Minorum illarum Congregationum, quae Regulam Tertii Ordinis Francisealis non profitentur, ex Apostolico Induito concessa, sccumferat participationem omnium indulgentiarum et Ç-atiarum spiritualium, quibus fruuntur Congregationes ertil Ordinis eandem aggregationem consecutae?

R. *Alfirmaiine.*

Quae dum significo Paternitati Tuae Reverendissimae, Tibi fausta omnia adprecor a Domino, ac permaneo Eidem Paternitati Tuae Reverendissimae addictissimus.—Valerius Card. Valeri, *Praef.* P. Arc. Larraona, Secr.

• Procuratori Generali O. F. M.. Prot. N. 3831/57: AOFM 76 0957) 349-3S0.

2695

1957 OCT 22.-SC CONCILII, RESPONSUM. PART.*

Solvitur dubium circa vestes chorales et absentiam
A CHORO RELATE AD DISTRIBUTIONES

Ex *epistula Erill Card. P. Ciriaci d.* **22** *Oct.* **1957** *ad Ordinarium Tiburtinum:*

«...Non si possono considerare assenti in cotesto Capitolo cattcdrale, agli effetti delle dlstribuzioni, Il Vicario Generale ed I Camerieri Segreti soprannumerari o d'Onore se sovrappongono sulla veste paonazza o nera filettata la vestre coral© con il flocco violaceo, a mente degli articoli 18 e 34 delle Costiturioni Capitolari e secondo ruso vigente in cotesto Capitolo».

II tenore dei citati articoli è il seguenle:

Art. **18.—NelTinvcmo... 1'abito corale per i canonici consiste nel roccbetto e cappa blanca, per i bénéficiât! nel rocchctto senza maniche e cappa grigia. Nel)'estate... i canonici indossano il roccbetto e la cotta griccia, i bénéficiât! la sola cotta griccia.**

Art. 34.—I Canonic! per dlstintivo del loro grado hanno Il collare vialaceo concesso, altre all'abito corale a norma del-Γarticolo 18.

D'allronde nel blglletto di nomina della Segreteria di Sialo al n. **7** *delle islruzionl si legge:*

«...Facendo essi (I Camerieri Segreti soprannumerari o di Onore) parte di qualche capitolo... possono... indossare in Coro e In ogni altro atto o funzlone capitolare la veste paonazza con relativa fascia, sovrapponendo I distlntivi propri del Capitolo, purchè le Costituzioni o 1'abito coralc del Capitolo stesso non lo impediscano.

• Ordinario Tiburdno iuxta gummarium traditum a Forfice munus 33 (I8S8) 129. Adn. Perfice munus in loc. dt.

2696

1957 OCT 28.-SC CONS., DECR. AAS 50 (1958) 224-225

COLUMBLAE

Decretum de normarum conventus episcoporum
COLUMBIAE ADPROBATIONE

Ad recte moderandos Episcoporum Columbianae Reipublicac periodicos Conventus, Apostolica Sedes libenti animo Normas, seu, vulgo, «Estatutos de la Conferencia Episcopal de Colombia», ab universae Reipublicae Antistitibus statutas, ad experimentum recognoscere et adprobare nonnullis abhinc annis decrevit.

Cum vero praefatae Normae —opportunis allatis mutationibus— ad memoratos Conventus proficue celebrandos
225 aptae lugiter evaserint,/ Eihus ac Revriius P. D. Chrysantus S. R. E. Cardinalis Luque, Archiepiscopus Bogotensis, ccterinuc Columbine Exemi Archicpiscopi et Episcopi humiliter expostulaverunt ut easdem, prout infra edicuntur, Apostolica Sedes adprobare dignaretur ac Immutabiles redderet.

Ssihus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XII, praehabito favorabili voto Exc. P. D. Pauli Bertoli, Archiepiscopl titularis Nicomediensis et in Columbia Nuntii Apostolici. ratus ex unitis Pastorum viribus uberiores pietatis et religionis fructus in animarum commodum posse colligi, porrectis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter, dc consilio infrascrlptl Cardinalis S. Congytgatlnnis Conshtoriidis Secretarii, Nonnas dc Conventus Episcoporum in Columbia regimine scu «Estatutos de la Conference Episcopal de Colombia» quae infra referuntur, praesenti Consistorial i Decreto ad nutum Sanctae Sedis adprobat ratasque habet.

Omissis

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Roma, ex Aedibus Sacrae Congregationis Cmsistorialis dic 23 Octobris 1957.—Fr. A. I. Card. Puzu, Ep. Sabincn. et Mandelen., *a Secretis.* losephus Ferretto, *Adsessor.*

2697

1957 OCT 24.-SC RITUUM, DECR. AAS 49 (195ɳ 1045

URBIS ET ORBIS

Formula benedictionis stationis radiophonicae ad
PROBATUR

Sacra Rituum Congregatio, vigore peculiarium facultatum sibi a Sanctissimo Domino nostro Pio Divina Providentia Papa XII tributarum, formulam benedictionis stationis radiophonicae, prouti in adiecto prostat exemplari, adprobavit, eamque in Rituali Romano inserendam mandavit. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Dic 24 Octobris anno 1957.—C. Card. Cicognani, Pπκ/· H. Dante, *Substitutus.*

Adn. Vida textam Formula© Benediction.il apud AAS 49 (1357) 1043-1045.

2698

1957 OCT 27.-SC STUDIOR., EPIST. AAS (1958) 292-295

Epistula ad excellentissimos locorum ordinarios:
DE LATINA LINGUA RITE EXCOLENDA

Excellentissime Domine, Latinam excolere linguam eandemque diligere sacrorum alumni per saeculorum decursum iustis probatisque institutis edocti sunt. Minime enim Te praeterire censemus —utpote sacrae tuae inventae rectam educationem pro viribus prosequentem— quantopere Instent Ecclesiae praecepta, ut ad Sacerdotium contendentes cum generatim humanis litteris tum praesertim Latino sermone sedulo imbuantur. Probe enim novimus hanc linguam esse Sacerdotis insigniter propriam, qua is uti iubetur cum Sacra exsequitur Christi vicem gerens apud Deum; non est dubium igitur quin ipsius muneris gratia ille non modo huius sermonis gnarus esse debeat, verum etiam peritus quam qui maxime.

At nostra aetate vulgata est opinio viros ecclesiasticos haud Ita optimis artibus esse eruditos, quibus decessores anteactis temporibus omnium aestimationem sibi comparabant; quin etiam, saepe ac passim dici audimus non deesse sacerdote-s sacris ordinibus recenter auctos, qui, ad Latinam linguam quod attinet, tanta inscitia laborent, ut eam non modo expedite loqui aut scribere inoffensis grammaticae legibus, sed etiam vel facillimum Latinitatis auctorem intclligere nequeant.

Quae sit huiusmodi rei causa, plane omnibus patebit, qui paulo perpenderint quomodo alumni nostri in praesens instituantur. Fatendum quidem est ln nostris quoque Seminariis Latinae linguae studium multum esse imminutum, atque sacra Ephebea haud raro inclitam studiorum laudem amisisse, qua, litterarum cultum cum boni virtutisque amore egregie componendo, exemplo auctoritateaue viguerunt: pro dolor! aetas / haec nostra nihil aliud vel pluris 2W facere vel avidius cupcrc videtur, quam commoda vitae utilitatesque, atque non sine contemptu aspernari quod politicorum artium et litterarum navitatem pulchritudlnemque redoleat.

Ne quis existimet nos plus diceje quam patiatur veritis, cum de Latinae linguae defectione in Seminariis nostris querimur, satis fuerit In medium quaedam proferre exempla quae huic Sacrac Congregationi comperta sunt. Etenim per Visitatores Apostolicos, qui nuper In singulis Nationibus de ratione studiorum penitius investigaverunt, factum est. ut de hac re tristissima nancisceremur testimonia. Quin imo non defuerunt qui, ingravescente malo commoti, sua sponte animum nostrum in negotium tanti momentl converterent, omnes Ipso quo funguntur munere nde digni ct omni exceptione maiores, hoc est Universitatum studiorum Praesides, Seminariorum Moderatores f ' ncc n?n aU<Iul viri laici haud parvae auctori-
tatis Impcnsequc de Ecclesiae bono solliciti.

At nos moverunt praesertim plurimorum Ep scoporum l-krventus qui fuse et iisdem fere verbis damna denuntiant Mehe obventura, nisi opportuna aptaque remedia adbibuntur Afflictam Latinae linguae sortem conquesti, rfulgnorantiam potissimum deplorant, eo <*PJ°d. de* O«. nostrorum Ephebeorum alumni disciplinas philo-«nhkas ct theologicas minus colere videantur vel leviter tiituin attingere. Nam Latinum sermonem nisi sacrorum domni optime c&lleunt —id quoque Excrîii Praesules iure n*ritoque affirmant— Sanctorum Patrum scripta, Conci- definitiones cdlctaque, Summorum Pontificum docmaenU, Theologorum sententiae, uno verbo, uberrima totius Traditionis monumenta divitias suas eis aperire non pesant

Quapropter Sacra haec Congregatio tot tantlquc pondais invitationes, quae undique ad eam pervenerunt, reeperenon dubitavit; atque tam utilem simul ct acceptam K facturam omnibus confisa, ut in libellum colligerentur decrevit documenta aliqua, quae Summi Pontifices nostro tempori propiores ad rem quod attinet luculentissime dederant. Qui enim hoc parvum volumen evolverit, facile amet quanta argumentorum vi Latina lingua nostris Mutescentibus proponatur omni diligentia ct cura perdijctoda. Summos Pontifices loquentes induximus, ut omnibaj id quos pertinet, sine ulla ambiguitate pateat quid fidendum sit, ut quae eorum voce Ecclesia ipsa iubet,
S4 :d effectum studiosissime deducere non pigeat.·/

Quo plenius vero propositum assequamur, operae pretium est exponere quaenam sint remedia adhibenda, malo curando consentanea; quae sane ita deligenda sunt, sint pauca quidem numero, sed efficacitate validissima.

I.—Dubitari non potest quin ad linguam Latinam in pnstinum florem vigoremque restituendam, primum locum obtineat accurata *selectio Magistrorum.* Perspicuum est enim nullum huius disciplinae profectum esse sperandum usque dum magistri haudquaquam idonei huic operi addicti ierint. Nam Visitatores Apostolici communi sententia aarmant ex hoc potissimum prodire valde dolenda consectum, quod scilicet huic disciplinae tradendae saepe ?fP**1QS** praeponantur haud pares. Curent igitur vnllnani, ut discipulos doctis praeceptoribus solummodo committant, is in primis qui, cum altius ac diligentius apnd Universitate studiorum in litteris elaboraverint, sint nstitnendi doccndique periti: qui si desint, omni contentione eos parare enitantur.

P·—Ad Latinum autem sermonem facilius penitiusque ^ininarii alumni inde a primis navandis litterarum studiis huius linguae rudimentis Instituantur C5t' vero institutionis *methodus* accurate seligatur oportet: quomodo scilicet tironibus haec disciplina sit mpertienda, ut eam colant, diligant ac diligendo optime discant.

Sunt qui, severiorem sententiam secuti, nimis et tempons ct curae philologicls pervestigationibus tribuant at-(PC doctissimis quidem ac paene infinitis clucubrationibus
™ discipulorum mentes referciant: quid/ mirum, si tantam doctnnne congeriem oscitanter accipiunt, alumni atque fastidiant?

Alii contra, quibusdam recentloribus Instituendi praeceptis indulgendo, censent discipulis, paucis dicendi scribendlque legibus acceptis, quam primum in lectionem optimorum Latinitatis Auctorum esse incumbendum. Quo fit, ut discentes, necessariis rudimentis haud instructi, omne genus difficultatibus prohibeantur, quominus quae legant recte interpretari valeant; quamobrem crebro accidit, ut pueri, vanis infructuosisque inceptis fatigati, animo ita deficiant, ut desperent se id quod conantur assequi posse.

Cum omne, quod finem et modum excedat, semper noceat, medium iter tenere debemus: apta igitur et efficax illa nobis videtur alumnorum institutio, quae —opera congruenter impensa grammaticae regulis verborumque constructioni ediscendis— crebris exercitationibus ad difficultates evincendas et ad scriptores recte interpretandos gradalim perducat.

Qui vero *Auctores* deligendi? Antiquitatis Romanae unis scriptoribus haud contentos nos esse oportet, sed etiam magni aestimandi sunt totius Latinitatis Auctores, qui tum incorrupta verborum integritate concinnaque oratione, tum dicendi genere ad aurea aetatis magistros iure accesserint. Latinus enim sermo numquam ita iacuit, ut aliquando cultores egregios non invenerit non minus elegantia quam doctrina conspicuos. Ex omnis aetatis igitur viris litteratis exemplum simul et incitamentum capiant discipuli, qui hac ratione certis innixam argumentis hanc detegent veritatem: linguam Latinam non esse mortuum quiddam vel exsangue saeculorum pulvere contectum ideoque ad vitae disciplinam prorsus inutile, sed instrumentum atque sapientiae humanitatisque vehiculum, quibus, Ecclesia duce et magistra, noster civilis cultus effectus et conformatus est: eam igitur iure meritoque firmam etiam hodie servare vim et efficacitatem.

III.—Postremo unum nobis valde commendandum restat, ut scilicet ad linguam discendam iusta alumnis concedatur facultas: ut enim eius praecepta et usum calleant —cum praesertim haud parvae obstent difficultates— multum temporis et laboris requiritur. Quid igitur dicendum de illis studiorum rationibus (quas in quibusdam Seminariis vigere comperimus), quibus tam paucae numero horae praelectionum linguae Latinae studio tribuuntur? Quidam excusationem afferunt, quod maioribus necessitatibus cedere cogantur: aiunt enim alumnos,/ nisi ratio- 296
nem studiorum a civili potestate praestitutam sequantur, gradus academicos publice probatos acquirere non posse. Quae tamen excusatio probari nequit. Nam Ecclesia ad sacrorum alumnos rite instituendos cum suos peculiares habeat ac prosequatur fines, suis quoque utitur legibus, quibus nullo pacto se abdicare potest; ceterum esse Seminaria, in quibus tirones et latine discant ct gradus academicos sibi comparent, omnibus compertum est.

Haec Tecum communicanda putavimus: eaque sane tanti momenti et auctoritatis esse videntur, ut Tuas mereantur curas sollicitudinesque quam maximas. Pro certo quidem habemus, omnia in Tuo Seminario ita dispositum iri, ut ad has nonnas hortationesque alacriter conformentur.

Qua freti spe, optima quaeque Tibi ex animo ominamur ac plurimam in Domino salutem dicimus.

Datum Roma, cx Aedibus Sancti Callisti, d. xxvn m. Octobris, in festo D. N. lesu Christi Regis, n. D. mcmlvh .— I. Card. Pizzardo, *Praef.* C. Confalonieri, *a Secretis.*

Adn. J. M. MIRia CpR 38 (1959) 94-111: L PARISELLA in ME 63 (1958) 253-261; Seminarium 10 (1957) 199-202.

2699

1957 OCT 28.-SC PROP. FIDE, RESPONSUM. PART.·

Decretum s. c. de seminariis d. **12** iuu **1957** «de ratione **QUA DIMISSI E SEMINARIIS DENUO ADMITTI POSSINT» NON APPLICATUR IN TERRITORIIS A S. C. DE PROP. FEDE DEFBNDENTIDUS**

Mil Lord Archbishop, Regarding the report N. 754-57 sent by Your Excellency asking, in the name of the Most Reverend Ordinaries of Your Apostolic Delegation if the Decree published bv the S. C. of Seminaries and Universities under date 12 July, 1957. applies also to the territories under the jurisdiction of the S. C. dc Propaganda Fide.

The question was discussed at the meeting of the Sacred Congregation held on October 25. The decision ssas that the abone-mentioned Decree docs not oblige In the territories depending on Propaganda.

I willingly take advantage of this occasion to express lo you sentiments of cordial appreciation and remain Your Excellency's Devoted Servant in our LoihL—P. Card. Fumasoni Biondi. *Perfect.* P. Siglsmondi, *Secretary.*

LDî2e/?iCmAPr>r0,lcC> Auiralart^; The AststraUaUn Cethobc ! ◆ corn Jo IX

•Qoo uberiora de Latinae linguae studio et usu argumenta Excelleatisexb Ordinariis suppeditaret, sacra Congregatio de Seminariis Studiorumque Usirenjtilibtts, duo quoque opuscula ad eos misit, quibus tituhis: I. Summm ***PüKlifùum cum lc humMiorilnu litteris tum praesertim Jte Latina bnpta dccummia praecipua;*** II. ***II Latino lingua viva nella Chiaa,*** in quo riri praedari docte ac dilucide rem proponunt.

Ad Suumorum autem Pontificum documenta quod attinet, baec quae FÇ^atur albta wint; Pros IX, EpisL EncycL ***Singulari quidem, 17 martU*** 110 ***(Ency.indion Clericorum,*** n. 338): —Leo XIII, EpisL ***Plane quidem, tOTZiu*** tSJj ***(Ench. Cler.*** nn. 461-465)*. EpisL Encyd. ***Depuis Ujeun,*** 5 sept. ***iVn (Enck. Cler.*** nn. 593-596); —Pius X, Epi»l- s- G ***nenter une, 1*** raid 1908 ***(Ench. Cler.*** no. 820-83J): EpisL 8 dec 1910 ***(Eue*. Cter.*** n 849}; EpisL***/ôtre teitre,*** xo mid 191J iSéiç- BtxiorcTus XV, Litt. S. C. de Semin, ct ***Stud. V . Epi, L Sscrs Conerefaiio,*** 9 octobris 1921 ***(Ench Cter.*** n. XIM) Sfc 443); Ap. ***Officiorum ommum, 1*** lugusti 1922 c2r! n. IIS9) Epet Ap. ***Unigenitus Dei Fihus, 19*** ***Cter. an. xw Dei.*** 20 [Lt 582 ÇM P.

[LE 6T5h -Pivs XU, 23 srpt««. X947/Λ-Λ··*· 39 (»9471 544 1)(LE îq 6i 1. y * septem- ***£ W (A. A*** 5. 43 (W 1 737h brâ 1957 ***(A. A. S.*** 49 (X957) 845-849)·

2700

1957 NOV l.-PIUS XII, CONST. AP. AAS 49 (1957) 1051-1056

IUBILARIS INDULGENTIA IIS CONCEDITUR QUI MASSABIELENSEM SPECUM PROPE LAPURDUM, A DIE XI MENSIS FEBRUARII ANNI MCMLVIII AD DIEM INTEGRUM XI EIUSDEM MENSIS INSEQUENTIS ANNI MCMLIX, PIE STATISQUE CONDICIONIBUS INVISERINT

PIUS PP. XII

Servus servorum Dei· Ad perpetuam rei memoriam

Primo exacto sacculo, ex quo Deipara Virgo Maria, omnis labis ab origine expers, in Lapurdensl specu se conspiciendam dedit, pro Nostra erga eam studiosissima pietate cupimus, ut quotquot ubique gentium catholico censentur nomine hunc eventum digne concelebrent. Nulla autem magis frugifera ratione id fieri posse ducimus, quam si excelsas Summae Del Parentis virtutes in exemplum intueri ac pro viribus imitari omnes enitantur. Ad hoc conferent piae peregrinationes, quibus procul dubio undique terrarum christifideles, vel singuli, vel turmatim, per proximum iubllarem annum Lapurdum petent; ibique, nullo habito stirpis Nationlsve discrimine, sed illo Christiano foedere coniuncti, quod eadem impensa fide eademque actuosa caritate foveatur, incensas supplicationes ad Deum
1052 fundent, validissimo interposito Immaculatae Vir/ginls patrocinio; ad hoc itidem conferet —quod pro certo habemus— peculiare Consilium iam constitutum, cui praeest Venerabilis Frater Noster Eugenlus Tisscrant, Episcopus Ostiensis, Portuensis et Sanctae Rufinae, Sacrique Collegii Decanus; conferent Conventus duo, Mariologicus alter, alter vero Marianus, qui proximo Septembri mense, ut Nobis perlatum est, celebrabuntur, et conferent denique quae in singulis etiam catholici orbis partibus hac de causa habebuntur celebrationes et ad Deum Divinique Redemptoris Genetricem piae admovebuntur preces. Cupimus enim vehementer —quod ceteroquin in Encycllca Epistula, die II superioris mensis Iulii data attigimus, cui a verbis initium est «Le *pèlerinage de Lourdes· (A.* A. S., vol XXXXIX, 1957, pp. 606, 614, 617) —ut non solum Lapurdi, ad venerandae imaginis Immaculatae Virginis pedes sacculares commemorationes celebrentur, sed ubicumque etiam caelestis Mater nostra amantlssima colitur, ac praesertim ubicumque, vel In urbibus, vel in oppidis, vel in remotissimis pagis et viculis, templa ad cius honorem Deo Optimo Maximo dicata sunt. Ita siquidem eveniet —quod sperandum implorandumque est— ut excelsa Beatae Virginis Mariae dignitas ob oculos omnium in sua luce ponatur, ut pietas erga eam foveatur cotidie magis, et ut Christianorum mores, quibus tam acriter hodie insidiantur malorum discrimina, privatim ct publice reflorescant, sintque ceteris, qui a veritate ct a virtute aberraverint, exemplo et incitamento.

Quemadmodum autem quinque et viginti ante annos, cum eiusdem generis celebrationes haberentur. Decessor Noster fel. rec. Pius XI ad Tarbienscm ct Lapurdensem Episcopum scribens asseveravit (cfr. Epist. *Quod tam alacri; A.* A. S., vol. XXVII, 1935, pag. 5) nullo aptiore modo, nullo digniore posse christifldeles sollemnia eiusmodi agere, quam si, Paenitentiae Sacramento rite expiati, ad Divinam Eucharistiam incensa pietate accederent, et Calvariae Sacrificium, incruento modo cotidie perennatum,
1053 salutariter participarent, ita Nos/ quoque eadem hortamenta paterna voluntate Impertimus. Eucharistia enim est Christianae vitae quasi centrum et ratio maxima, quippe cum ex ea uberius supernae vires divinaeque gratiae in animos profluant nostros, quibus adiuli possimus ct praesentis saeculi pericula evincerc, ct futuri aevi gaudiis aliquando potiri. Eucharistiae Sacramentum ct Augustum Altaris Sacritieium. cum eiusmodi sint munera, quibus non solum malus quidquam humana cogitatione efUngi non possit, sed quae etiam infinitam ipsius Christi videantur explevisse caritatem, exhausisse misericordiam (cfr. *ibidem),* actuosum efflclentemque umorem nostrum postulant; talem dicimus amorem, qui voluntatem, qui agendi rationem, qui totum vitae nostrae cursum sustineat utque conformet. Ac praeterea nihil acceptius dulcissimae Matri nostrae Mariae per saecularem horum sollemnium annum agere possumus. quam si hos Divinae Redemptionis thesauros participantes, cotidie artius cum 1'nigena Filio suo conlungamur. qui unus mortalibus omnibus «via, veritas el vita· *(lo.* XIV, 6) csL

Quandoquidem autem Beata Virgo Maria, cum In I.apurdenti specu Innocmtlsslmne csndtdacque puellae se conspiciendam dedit, non modo ad pias fundendas preces cam ct per eam omnes adhortata est, sed ad Christianae etiam paenitentiae incommoda ultro llbenterque fereafc idcirco cupimus, ut ad propria cctcrorumque peccata expianda, per saecularis huius anni decursum, Christiani omnes non solum animos intendant suos ad debitam suarum cupiditatum refrenationem dominationemque, sed ad aliquas etiam —quantum fieri possit— vitae austeritate nsperitatesque voluntarie suscipiendas. Ceteram memlnerint omnes haec prima et necessaria paenitentiae open omnibus toleranda esse: labores videlicet, dolores, atque molestias, quae mortalium omnium vitam comitantur. Sed hos labores, has rerum angustias aegritudinesque ita Christiani patiantur, ut ca omnia, quae operosa, quae incomoda ac vel tristissima sint, quasi mystici sacrificii hosths Deo offerant,/ Hac agendi ratione non modo Eum, ob tua ceterorumque admissa offensum, recte propitiabunt, non 5
modo caelestia ab Eo impetrabunt munera ac sobria, sed ea etiam, quae animum angunt, leviora fient secundum suavissimam illam Divini Redemptoris sententiam: «Venite ad me omnes qui laboratis ct onerati estis, et ego reficiam vos... et invenietis requiem animabas vestris» *(Maith.* XI, 28-29/.

Placet autem peculiaria munero ac privilegia iis impertire, qui per proximum iubllarem annum ad Lapurdensem specum pie se conferent, ibique normis, quae infra daturi sumus, volentes obtemperabunt. Hoc est, Apostolica auctoritate Nostra indulgemus et concedimus, ut omnes et singuli utriusque sexus christifideles, qui rite per Paenitentiae Sacramentum expiati et sacra Synaxi refecti Massabielensem specum prope Lapurdum, anno qui decurret a die anniversaria manifestationis Deiparae Virginis Mariae. Id est undecima mensis Februarii proximi anni mdcccglviii usque ad Integram diem undecimam eiusdem mensis insequcntls anni mdcccclix, pie visitaverint Ibique preces ad mentem Nostram effuderint, Plenariam Indulgentiam Iubllarem semel tantum lucrari valeant, die ab iisdem christifldelibus ad libitum eligendo. Mens autem Nostra haec est: a Deo nempe misericordissimo imploretur ut qui a Christiana veritate aberraverint, quae una potest lucem mentibus, pacem animis impertire, quam primum ad eam redeant eamque volentes amplectantur; ut qui peccatis onerati sub daemonis servitute miserrime rneeant, suas labes abluant et ad frugem rectam restituantur; ut boni omnes ad perfectiorem usque sanctitatem perveniant; ut concordia et pax inter cives, Inter populos plena redintegretur ac vigeat quam maxime; ut denique Catholica Ecclesia ubique gentium debita suo muneri obeundo libertate fruatur, quo aptius et expeditius possit et sempiternae hominum saluti prospicere, et operam suam ad communem verique nominis prosperitatem conciliandam provehendamque conferre./ 1Φ

Quo autem facilius christifldeles caelestium horum munerum participes fieri queant, Episcopo Tarbicnsi et Lapurdcnsl facultatem facimus aliquos in propria dioecesi prcsbvteros saeculares vel cuiusvis Ordinis, Congregationis, Instituti Religiosi, ad Sacramentales Confessiones christifidelium excipiendos deputandi, qui eosdem christifldeles, rite dispositos, a censuris et casibus Sedi Apostolicae reservatis absolvere valeant, in foro tamen conscientiae ct in Sacramcntali Confessione tantum; imposita praeterea cuilibet, pro prudenti consilio, congrua et salutari pacaitenlia. Huiusmodi vero censurarum absolutio in foro externo iisdem christifldelibus non suffragabitur. Excipiuntur tamen ex his amplissimis facultatibus censurae sive Romano Pontifici personaliter, sive specialissimo modo Sedi .Apostolicae reservatae, quae solum ad praescriptum can. 2254 Codicis Iuris Canonici absolvi possunt; sive etiam censura, de qua in can. 2388, § 1, Sanctae Sedi reservata ad normam Decreti *Lex sacri coelibatus* per Sacram Paenitentiariam editi die xvin mensis Aprilis anni mdcccc-xxxvi *(A.* A. S.. vol. XXVIII, 1936, pp. 242-243) [LE 1332); itemque ad normam Declarationis ab eadem Sacra Pacnitentioria datae die iv mensis Maii anni mdccccxxxvii *(A.* A. S., vol XXIX, 1937, pp. 283-284) [LE 1333]; vi cuius Decreti et Declarationis haec censura in casu speciali, de quo agitur, Ita Sacrae Paenitentiariae reservatur ut nemo umquam, excepto mortis periculo, ab ea absolvere possit nc vi quidem can. 2254.

Praeterea chrislifidclcs, qui aliqua censura nominatim fuerint affecti, vel ut tales publice renuntiati, tamdiu nequeunt hoc beneficio frui, quamdiu in foro externo non satisfecerint, prout cx iure requiritur. Si tamen contumaciam in foro interno sincere deposuerint, et rite dispositos P01®·™111» remoto scandalo, in foro Sa-
lm il ad finem dumtaxat lucrandi
il.trc m Indulgentiam, de qua supra, cum onere se su-

bjcrndl quamprimum etiam in foro extemo ad tramitem laris.,·

Qaae autem hisce Litteris Apostolica auctoritate a Nob s dtmta sunt, ea omnia rata et valida esse volumusi et lubeaas, contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam pe-«liari mentione dignis.

Earum vero exemplis nut excerptis, etiamsi prelo impressis, nunu tamen alicuius tabellionis publici subscriptis K iliillo alicuius in ecclesiastica auctoritate constituti nimllis. eandem volumus haberi fidem, quae haberetur praesentibus, si essent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum die prima mensis Novembris, In Festo omnium Sanctorum, anno Domini rdlltslmo nongentesimo quinquagesimo septimo, Pontifiatas Nostri undevicesimo.—Pius PP. XII.

2701

1957 NOV 4.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART

CONCEDITUR DOCUMENTUM LIBERTATIS VIRO IN DUBIO TALIDI USOS PRIVILEGII PAULINI CONSTITUTO, UT NOVAS NUPTIAS INIRE POSSIT CUM PARTE CATHOLICA

In another case of the Pauline Privilege submitted by the same Ordinary, the petitioner had originally requested permission to use the Privilege in 1930. At that time a Judge Delegate of the Curia of Boston had recommended that the

hkr, in 1954, he attempted marriage with a Catholic woman.

The Bishop of Fall River asked whether he might allow the we of the Pauline Privilege to the petitioner on the basis of the original judgment of the Judge Delegate of Boston, In spite cf the fact that there was no evidence of any interpellations

presented again. F ‹‹

The following is the dispositive part of the Holy Office's reply, in which the dispensation from the original marriage wis concede to the petitioner:

Dispensationis Matrimonii

Actii maturo examini sublectis, expletlsque omnibus in ojq eiDlendis, die 4 novembris 1957 quaestio proposita est in lue Suprema S. Congregatione, quae ad dubium: <Ad concham praestandum sit Ssmo ut concedatur dfto J W «^mentum libertatis Ita ut Ipse coram Ecclesia valide et Ulle novas nuptias inire valeat cum catholica,» re iuxta certas ibtutas regulas discussa, respondendum decrevit: *Affirmative:*

Rivina Providentia Papa XII. Feria VI die 8 novembris 1957, de omnibus habita relatione bcJgae Kfouere dignatus est pro gratia Iuxta supra relatum

In praesenti concessione includitur quoque, quatenus opus dispensatio ab impedimento criminis, de quo in can.

Ordinario Riverormensi iuxta sunrr*arlum Jurist 19 (1959) 390

2702

1957 NOV 21.-SC CONS., NORM. AAS 50 (1958) 375-383

Leges operis apostolatus maris,
AUCTORITATE PII DIVINA PROVIDENTIA PP. XII CONDITAE

r.—Opus Apostolatus Maris, ad spirituale, morale ac wdale maritimorum commodum primo in urbe Glasguensi In finibus Scotorum anno mcmxx constitutum, ab Apostolica Sede, Pio XI Summo Pontifice, adprobatum, iussu Pii Papae XII, Sacrae Congregationis Consistorialls moderamine fniitur ac potitur (Const. Ap. *Exsul Familia,* Ut. pr., A. A. S., XLTV, p. 674) (LE 2304].

i.—Nomine maritimorum, dc quibus hic agitur, veniunt Il omnes qui nauticam vel piscatoriam artem exercentes sive gubernandi sive inserviendi causa io navibus vitam iadter ducere coguntur ac proinde nonnisi raro et difficilius communi parochi cura frui valent, vel portibus addicuntur maritima itinera adparaturl./

j,—} 1. Apud eandem Sacram Con®*,s.to^a'ecL£?apwaiionem institutus est peculiaris coetus rfatus Generails Internationale, ad moderand up Apostolatus Maris. écrit Ad-

Hulus Secretariatus moderamen, uti p sessor Sacrae Consistorlalls Congregationis; Delegatus vero ad opera de emigratione secretarii munere fungitur.

§ 2. In Secretariatum autem cooptari poterunt:

1.o Viri Illi ecclesiastici qui in unaquaque dicione seu natione Directores huiusmodi operis ab Episcopis eliguntur;

2.0 Ceteri sacerdotes, qui, de eodem opere provehendo bene meriti, digno laudis testimonio sint cohonestandi *(Ibidem,* tit. ait p. 695s.).

4.—E viris ecclesiasticis in Secretariatum Generalem Intcrnationalcm Apostolatus Maris cooptatis, a praefata Congregatione unus in Prornotorem Internationalera eligitur. alter vero in Secretarium Executivum deputatur.

5·—4 1. Iuxta normas ab Apostolica Sede nuper traditas, In unaquaque natione seu dicione specialis coetus vel Commissio Episcopalis constituatur, cuius erit Opus Apostolatus Maris in eadem promovere, fovere ac moderari.

§ 2. Si qua in natione huiusmodi Commissio Episcopalis statui nequit, unus saltem ab Episcopis deputetur. Praesul dioecesis praesertim, si fieri potest, cuius sedes aut maior territorii pars ad oras maritimas patere contingit, qui in Opus Apostolatus Maris provehendum studiose incumbat.

6.—Episcopalis Commissio, aut Praesul, qui Promotoris nomine peculiariter est deputatus, sacerdotem de quo in n. 3, § 2, 1.o, Sacrae Congregationi Consistoriali praesentare tenetur, ut eadem Sacra Congregatio illum adprobare, adprobatuinque in officium Directoris Apostolatus Maris pro universa natione seu dicione de sua auctoritate confirmare valeat.

7.^-5 L Legitime assumpti in officium Cappellani Operis Apostolatus Maris iis censentur sacerdotes, qui ab Ordinariis praesentat!, a Sacra Congregatione Consistoriali, peculiari obtento Rescripto, adprobati et nominati sunt *(Normae et Facultates pro sacerdotibus in spiritualem maritimorum curam incumbentibus,* II, 3) (LE 2425]./ 377

§ 2. Nuntii, Internuntii ct Delegati Apostolici, congrua facultate a Sacra Congregatione Consistoriali pro suis territoriis aucti, sacerdotes a proprio Ordinario praesentatos ad officium Cappellani Operis Apostolatus Maris per peculiare rescriptum adprobare et nominare valent, ita ut Udem, iuxta normas iussu Summi Pontificis Pii Pp. XII die 2 Aprilis mcmliv editas *(A·* .4. 5. XXXXVT, pp. 248-252) [LE 2425], licite ct valide officium suum exercere queant.

8.—Sacerdotibus In officium sive Cappellani sive Directoris Operis Apostolatus Maris legitime assumptis eadem valent, congrua congruis referendo, quae de Cappellanis navigantium eorumque Directoribus praecipiuntur fn Constitutione Apostolica *Exsul Familia,* tit. ait., capite III *(Normae et Facultates,* II. 4).

9.—Cappellani Operis Apostolatus Maris eorumque Directores suo munere funguntur sub moderamine Sacrae Congregationis Consistorlalls per Delegatum ad opera de emigratione *(Exsul Familia,* art. 11).

10.—Munus Cappellani Operis Apostolatus Maris officlumquc Directoris excardinationem non parit nullamque dat exemptionem sive a proprio Ordinario aut Superiore regulari, sive ab Ordinario loci in quo cappcllanum versari contingat *(Exsul Familia,* art. 18, § 2).

11.—Directores Cappellanorum Operis Apostolatus Moris nullam lurisdictionem sive territorialem sive personalem, vi muneris, exceptis tamen iis quae in/ra recensentur, exercere valebunt.

13.—ius et officium Directoris est potissimum:

1.° Rationes inire cum suae nationis Episcopis de iis omnibus, quae spirituale maritimorum bonum respiefant.

2.® Cappellanos Operis Apostolatus .Viaris, salvo Ordinariorum iure, moderari *(Exsul Familia,* Ibidem 20)./ 373

3.® Omnia pararo et sedulo Invigilare ut sacerdotibus iter maritimum arripientibus, etsi cappellanus desit et navis oratorio legitime erecto rareat, praesto omnia sint ad sacrosanctum Missae Sacrificium iuxta liturgicas leges celebrandum.

14.—Debet igitur Director Operis Apostolatus Maris Inquirere:

1.» Num cappellani vitam ducant ad normas sacrorum canonum suisque officiis diligenter satisfaciant;

£.· Num Udem decreta a Sacra Congregatione Con-

seu oratoriorum et sacrae suppellectilis, maxime in custodia

Sanctissimi Sacramenti et in Missae celebratione, accurate serventur;

4.® Num sacrae functiones secundum praescripta legum liturgicarum et decretorum Sacrae Rituum Congregationis celebrentur, num bona ecclesiastica diligenter administrentur adnexaque illi onera, in primis Missarum, rite impleantur, num, tandem, recte conscribantur libri paroeciales de quibus infra *(Exsul Familia,* ibidem, 21).

14.—Quo haec omnia satius exequi valeat Director, sedes Apostolatus Maris, potissimum quas a Stella Maris appellant, portus et naves frequenter invisere satagat.

15.—Director de consensu Commissionis Episcopalis vel Promotoris Natlonalis, universae nationis cappellanos pro temporum adiunctis convocare poterit, praesertim ut una simul exercitiis spiritualibus vacent vel collationibus de aptioribus ministerii sui rationibus ineundis.

16.—§ 1. Semel saltem in anno rationem de Cappellanorum vita necnon de statu sedium Apostolatus Maris Commissioni Episcopali vel Promotori National! fideliter reddat, exponatque non solum quae intra annum bene gesta sint, sed ctiam quae mala forte obrepserint, quae remedia ad ea reparanda sint adhibita et quidquid agendum
379 videatur ad Operis Apostolatus Maris incrementum./

§ 2. Quam relationem, Praeses Commissionis Episcopalis vel Prornotor Nationalis suo examini subiiciat, quid ipse sentiat coram Domino edicat et ad Sacram Congregationem Consistorialem transmittat.

17.—§ 1. Nulli sacerdoti spiritualis maritimorum cura committatur nisi ad peculiare hoc munus cum laude obeundum congrue institutus fuerit idoneusque agnitus.

Sit igitur Cappellanus Apostolatus Maris vitae integritate, animarum zelo, prudentia, doctrina, sermonum peritia commendatus, prospera valetudine fruens, maritimorum curae, quantum fieri potest unice addictus.

§ 2. Qui huic muneri addicuntur stabiles quantum liceat in eo constituantur, quod tamen non impedit quominus rationabilem ob causam ab eo removeri queant.

18.—Cappellani Operis Apostolatus Maris in curam spiritualem maritimorum Incumbunt sub iurisdictione Ordinarii loci.

19.—Proprium est Cappcllanorum Operis Apostolatus Maris curam animarum gerere, excepta re matrimoniali.

20.—Cappellani firmo praescripto can. 883 C. I. C., peculiaribus nonnis ac facultatibus a Sacra Congregatione Consistorialis instruuntur, prout infra.

21.—Cappellanus Apostolatus Maris ex officio tenetur sive in domibus quae a Stella Maris nuncupantur, sive in nauticis academlis, sive tandem in nosocomiis pro maritimis spiritualem gerere curam.

Aegrotos autem maritimos etsi in ceteris hospitalibus degentes, effusa caritate pariter prosequatur.

22.—Virorum et mulierum, ex coetibus Actionis Catho* llcae praeprlmls selectorum, mentes effingere studebit et mores ut idonei efficiantur sollertesque in apostolatu adiu-
380 tores./

33.—Quantum fleri potest domorum a Stella Maris oeconomicam ne assumat cappellanus administrationem, quam tamen viro provido, idoneo et boni testimonii gerendam committet cum onere ratloncm reddendi Consilio, cuius ipsernet praeses erit.

34.—Si quavis de causa, itinere maritimo perdurante, cappellanus navigantium afuerit, maritimorum ct navigantium cura ad Cappcllanum Apostolatus Maris spectabit.

Ideoque —haud immemor se maritimis utique deputatum— omnibus dominicis cctcrisque festis diebus de praecepto alteram in navigantium et alteram in maritimorum commodum celebrabit Missam; haec autem hora convenienti, congruo dccentique loco litetur, opportune cum navis rectore seu praetecto Initis consiliis.

24.—Cappellani Apostolatus Maris tenentur quoque obligatione conficiendi baptizatorum. confirmatorum et mortuorum libros, cosque Directori tradendi in archivo custodiendos.

26.—De huiusmodi libris custodiendis et de authentico eorumdem exemplari ad Curiam transmittendo. Sacra Congregatio Consistorialis statuit:

1.· ut authenticum exemplar librarum baptizatorum, confirmatarum ct mortuorum a Cappellanis Apostolatus Maris conscriptorum, ad Curiam transmittatur dioecesis, in qua Directoris officium est constitutum;

2.« ut unius Directoris iit hulusmodi exemplaria a se exarata ad Curiam transmittere;

3.· nt eiusdem Directoris sit de numera eorum, qui

a Cappellanis Apostolatus Maris confirmati mn» *i*
facultatis de qua infra sub n. 29,1.·, ct dc r I
tamquam ministris exstraordinariis ir I
gendo adhibita, quolibet anno sub I

ad Ordinarium memoratae dioecesis mittere rtlallontm?

4.® ut adamussim servatis hac de re sacrorum α nonum normis,/ dc actis in libris conscriptis quamprim^ v etiam parochus domicilii eorum dc quibus in libris a * rectore certior fiat;

5.° ut Director Nationalis suo utatur sigillo, hibtatque tabularium seu archivum in quo memorati libri custodiantur una cum Sacrae Congregationis Consistoriis et Episcoporum epistolis aliisque documentis, nectssihis vel utilitatis causa, servandis;

1. De praecipuis Actionibus liturgicis in quibus Musica sacra adhibetur

A) De Missa

a) *Principia quaedam generalia circa fidelium partiel· pationem*

22. Missa natura sua postulat, ut omnes adstantes, secundum modum sibi proprium, eidem participent.

a) Quae quidem participatio praeprimis *interna* esse debet, nimirum / pia animi attentione et cordis affectibus 633
exercitata, qua fideles una čum Summo Sacerdote arctissime conlungantur... atque una cum Ipso et per Ipsum [Sacrificium^ offerant, unaque cum Eo se devoveant»7.

b) Adstantlum vero participatio plenior evadit, sl Internae attentioni *externa* accedat participatio, actibus scilicet externis manifestata, uti corporis positione (genuflectendo, stando, sedendo), gestibus ritualibus, maxime vero responsionibus, precationibus et cantu.

De hac participatione Summus Pontifex Pius XII, ln Litteris encycllcis de sacra Liturgia *Mediator Dei,* generaliori modo liaec collaudando habet:

«Ii laudibus exornandi sunt, qui efficere contendunt, ut Llturgia externo etiam modo actio sacra fiat, quam reapse adstantes omnes communicent. Id quidem non una ratione contingere potest; cum nimirum universus populus, ex sacrorum rituum normis, vel sacerdotis verbis recto servato ordine respondet, vel cantus edit, qui cum variis Sacrificii partibus congruant, vel utrumque facit, yel denique cum in Sacris solemnibus alternas lesu Christi admi-nistri precibus dat voces unaque simul liturgica cantica concinit» ®.

Harmonicam hanc participationem pontificia intendunt documenta, cum de «participatione actuosa» agunt9, cuius praecipuum exemplar habetur in sacerdote celebrante eiusque ministris, qui, debita pietate interna atque rubricarum et caeremoniarum exacta observantia, altari deserviunt.

c) Perfecta demum participatio actuosa obtinetur, quando *sacramentalis* quoque participatio accedit, per quam scilicet «fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramental! etiam Eucharistiae perceptione communicant, quo ad eos sanctissimi huius Sacrificii fructus uberior proveniat»10.

d) Cum vero conscia et actuosa fidelium participatio absque eorum sufficienti Institutione obtineri non possit, in memoriam revocare iuvat sapientem illam a Tridentinls Patribus conditam legem, qua praescribitur: «Mandat sancta Synodus pastoribus et singulis animarum curam gerentibus, ut frequenter Inter Missarum celebrationem
[id est In homllia/ post Evangelium, seu «cum catechesis 639
plebi Christianae traditur»), vel per se vel per alios, ex his quae in Missa leguntur, aliquid exponant, atque inter cetera sanctissimi huius Sacrificii mysterium aliquod declarent, diebus praesertim dominicis et festis»n.

23. Varios autem modos, quibus fideles sacrosancto Missae Sacrificio actuose participare possunt, Ita oportet moderari, ut periculum cuiusvis abusus amoveatur, et praecipuus eiusdem participationis finis obtineatur, plenior scilicet Del cultus et fidelium aedificatio.

b) *De fidelium participatione in Missis in cantu*

24. Forma nobilior eucharisticae celebrationis habetur In *Missa solemni* in qua caeremoniarum, ministrorum, atque Musicae sacrae cumulata soiemnltas, divinorum mystenorum magnificentiam patefacit, et adstantium mentes ad piam corundem mysteriorum contemplationem conducit.

x6. 17 [LE 2541]. ' Littera»· encyclicae ***Mediator Dei,*** diei 20 Novcahris X947: ***A A. S. y)*** (XQ47) 553 (LE 1963]. · ***A. A. S.*** 39 (1947) 560 (LE > Lstterae y. h a- ***Mediator Dei.' A. A. S.*** 39 (1947) 5JO5V-J· (^nc- TnJ- Sess. 22. cap. 6. Cfr. etiam Litteras encychcas ***lildtL·*** f.?· ťy A , 59 («9471 565): «Valde opportunum est, quod ceteroquin l.Uurçla statuit, populum ad sacram accedere Synaxim, postquam sacer-

Litu.ae n-y Ucae MatUttr ***latras ditricina: A. A. S.*** 48 (X956) 17 (LE

Aihlbntum nrolndc. ut fideles hanc celebrationis forrim ea quasar est aestimatione prosequantur, congrue ddea participando, prouti Infra exponitur.

25 In Missa itaque solemni, actuosa fidelium participatio tribus gradibus perfici potest:

a) Primus gradus habetur, cum omnes fideles *respondS liturgica* cantando reddunt: *Anien; Et cum spiritu tuo; Ghria libi, Domine; Habemus ad Dominum; Dignum et izsbun est; Sed libera nos a malo; Deo gratias.* Omni cura >dhborandum est, ut fideles omnes, ubique terrarum, haec rwponsa liturgica in cantu reddere valeant.

b) Secundus gradus habetur, cum omnes fideles pirtes quoque ex *Ordinario Missae* decantant, scilicet: *Xpie, eleison; Gloria in excelsis Deo; Credo; Sanctus-iaedictus; Agnus Dei.* Adnitendum sane, ut fideles easdem juries ex Ordinario Missae, simplicioribus praesertim gre-priinls modulis, decantare sciant. Si omnes vero partes cantari nequeant, nihil prohibet quominus faciliores, uti *tyrie, eleison; Sanctus-Benedictus; A anus Del,* seligantur a fidelibus omnibus decantandae, *Gloria in excelsis Deo* vero et *Credo* a «schola cantorum».

Ceterum curandum est, ut ubicumque terrarum sequentes fadliores gregorlani moduli a fidelibus addiscantur: *Kyrie, deison; Sanctus-Benedictus,* et *Agnus Dei* iuxta num. XVI M Graduâlls romani; *Gloria / in excelsis Deo* una cum *Ite, nissa est - Deo gratias,* iuxta num. XV; *Credo* autem Iuxta num. I vel Ill. Hac sane via illud maxime optabile obtineri potest, ut Christifideles, ubicumque terrarum, communem Fidem in actuosa participatione sacrosancto Missae Sacrificio, communi quoque laetoque concentu manifestare valeant 12.

e) Tertius denique gradus habetur, si omnes adstantes ita sint in cantu gregoriano exercitati, ut partes quoque ex *Proprio Missae* cantare valeant. Quae quidem plena ln cantu participatio urgenda est praesertim in communitatibus religiosis et in seminariis.

26. Magni quoque facienda est *Missa cantata,* quae, etsi saens ministris et plena caerimoniarum magnificentia areat, decoratur tamen cantus et Musicae sacrae venu-state. *

Optandum est, ut dominicis et diebus festis, Missa paroeculis vel principalis sit in cantu. P

Quae vero de fidelium participatione in Missa solemni s:;?enore numero dicta sunt, eadem prorsus valent etiam pro Missa cantata.

sunb In Missis in cantu» haec insuper animadvertenda

a) Sl sacerdos cum ministris introitum facit in ecclesiam per viam longiorem, nil prohibet quominus, decantata *antiphona ad Introitum cum suo versu,* plures alii eiusdem psalmi versus cantentur; quo in casu, post singulos vel binos versus repeti potest antiphona, et, quando celebrans ante altare advenerit, abrupto psalmo, si opus sit, cantatur *Gloria Pain,* et ultimo repetitur antiphona.

b) Post antiphonam ad Offertorium canere licet antiquos gregorianos modulos illorum versuum, qui olim post antiphonam decantabantur.

Si vero antiphona ad Offertorium a quodam psalmo desumpta sit, licet alios eiusdem psalmi versus decantare; quo in casu, post singulos vel binos versus psalmi, repeti potest antiphona, et, Offertorio expleto, psalmus clauditur cum *Gloria Patri,* et repetitur antiphona. Si vero antiphona e psalmo non sit desumpta, seligi potest alius psalmus solemnitatl congruens. Cani tamen potest, expleta antiphona ad Offertorium, etiam aliqua cantiuncula latina, quae tamen huic Missae parti congruat, nec protrahatur ultra *Secretam.*

e) Antiphona ad Communionem per se canenda est dum sacerdos celebrans Ssmum Sacramentum sumit. Sl autem fideles communicandi / sint, canius eiusdem antiphonae inchoetur dum sacerdos sacram Communionem distribuit. Si eadem antiphona ad Communionem e quodam psalmo desumpta sit, licet alios eiusdem psalmi versus decantare; quo in casu, post singulos vel binos versus, repeti potest antiphona, et. Communione expleta, psalmus clauditur cum *Gloria Patri,* ct repetitur antiphona. Si vero antiphona non sit dc psalmo, seligi potest psalmus solemnilati et actioni liturgicae congruens.

Expleta autem antiphona ad Communionem, PJ^^er-Um si fidelium Communio diu Prot™h*,V[' *. Γ0へへι aliam cantiunculam latinam, sacrae action· congruam decantare. Communionem accessuri, ter

Fideles praeterea ad sacram Commu

w]. ■ Litterae d>cycU<« ”

Domine, non sum dignus, una cum sacerdote celebrante, recitare possunt.

d) Sanctus et *Benedicius,* si modulis gregorianls decantentur, continue canendi sunt, secus vero, *Benedictus* post Consecrationem ponantur.

e) Dum Consecratio peragitur, omnis cantus cessare debet, et, ubi consuetudo viget, etiam sonus organi et cuiusvis musici instrumenti.

I) Consecratione peracta, nisi *Benedictus* adhuc sit canendus, sacrum suadetur silentium usque ad *Paler noster.*

g) Dum sacerdos celebrans in fine Missae fidelibus benedicit, organum sileat; sacerdos autem celebrans verba Benedictionis ita pronuntiare debet, ut ab omnibus fidelibus Intellegi possint.

c) *De Jidelium participatione in Missis lectis*

28. Sedulo curandum est, ut fideles, «non tamquam extranei vel muti spectatores»13 Missae quoque lectae intersint, sed illam praestent participationem, quae a tanto mysterio requiritur, et quae uberrimos affert fructus.

29. Primus autem modus, quo fideles Missae lectae participare possunt, habetur, cum singuli, *propria industria,* participationem praestant, sive internam, piam scilicet ad potiores Missae partes attentionem, sive externam, iuxta varias regionum probatas consuetudines.

Ii potissimum in hac re laude digni sunt, qui parvum missale, proprio captui accommodatum, prae manibus habentes, una cum sacerdote, eisdem Ecclesiae verbis comprecantur. Cum vero non omnes aeque idonei sint ad ritus ac formulas liturgicas recte intellegendas, ct cum praeterea/ animorum necessitates non eaedem in omnibus 642
sint, neque in singulis semper eaedem permaneant, his alia vel aptior vel facilior participationis ratio occurrit, scilicet «lesu Christi mysteria pie meditando, vel alia peragendo pietatis exercitia aliasque fundendo preces, quae, etsi forma a sacris ritibus differunt, natura tamen sua cum iisdem congruunt»14.

Notandum insuper, quod si alicubi, inter Missam lectam, mos vigeat organum sonandi, quin fideles sive communibus precibus, sive cantu Missae participent, reprobandus est usus, organum, harmonium, aut aliud musicum instrumentum quasi *sine intermissione* sonandi. Haec igitur instrumenta sileant: *a)* Post ingressum sacerdotis celebrantis ad altare, usque ad Offertorium; *b)* A primis versiculis ante Praefationem usque ad *Sanctus* inclusive; *c) Ubi* consuetudo viget, a Consecratione usque ad *Pater noster; d)* Ab oratione dominica usque ad *Agnus Dei* inclusive; ad confessionem ante Communionem fidelium; dum dicitur *Postcommunio* ct datur Benedictio in fine Missae.

30. Secundus participationis modus habetur, cum fideles Sacrificio eucharistico participant, *communes* precationes et cantus proferendo. Providendum, ut et precationes et cantus singulis Missae partibus apprime congruant, firmo tamen praescripto n. 14 c.

31. Tertius denique isque plenior modus obtinetur, cum fideles sacerdoti celebranti *liturgicc respondent,* quasi cum illo «dialogando», et *partes sibi proprias clara coce dicendo.*

Quatuor vero gradus plenioris huius participationis distingui possunt:

a) Primus gradus, si fideles sacerdoti celebranti faciliora responsa liturgica reddunt, scilicet: *Arnen; Et cum spiritu tuo; Deo gratias; Gloria tibi, Domine; Laus tibi, Christe; Habemus ad Dominum; Dignum et iustum est; Sed libera nos a malo;*

b) Secundus gradus, si fideles partes insuper proferunt, quae *a ministrante,* iuxta rubricas, snnt dicendae; et, si sacra Communio Intra Missam distribuitur, confessionem quoque dicunt et ter *Domine, non sum dignus;*

c) Tertius gradus, si fideles partes quoque ex *Ordinario Missae,!* scilicet: *Gloria ln excelsis Deo; Credo; San-* 643
ctus-Benedictus; Agnus Dei, una cum sacerdote celebrante recitant;

d) Quartus denique gradus, sl fideles partes quoque ad *Proorlum Missae* pertinentes: *introitum; Graduate; Offertorium; Communionem,* una cum sacerdote celebrante proferunt. Hic ultimus gradus a selectis tantum cultioribus coetibus bene institutis, digne prauti decet, adhiberi potest.

32. In Missis lectis totum *Pater noster,* cum apta sit et antiqua precatio ad Communionem, a fidelibus una cum

LLBc454,h ApcttoBc» bm* rtU/w, cfiri JO Oer
A. A. S. ai (1919) «o (l e ». Liîtrw enryvxAe .Va/mî.»

Kr

sacerdote celebrante recitari potest, lingua vero latina tantum, et addito ab omnibus *Amen,* exclusa quavis recitatione in lingua vulgari.

33. In Missis lectis cantus populares religiosi a fidelibus cantari possunt, servata tamen hac lege, ut singulis Missae partibus plane congruant (cfr. n. 14 *b).*

34. Sacerdos celebrans, potissimum si aula ecclesiae magna sit ct populus frequentior, ea omnia, quae secundum rubricas *clara voce* nuntiare debet, adeo elata voce dicat, ut omnes fideles sacram actionem opportune et commode sequi possint.

d) *De Missa *convcntuali*, ouae etiam Missa <în choro* appellatur*

35. Inter actiones liturglcas, quae peculiari dignitate excellunt, merito computanda est Missa «conventual!s· seu dn choro», illa scilicet quae ab lis, qui per Ecclesiae leges choro adstringuntur, in coniunctlone cum Officio divino quotidie celebranda est.

Missa enim una cum Officio divino summam totius Christiani cultus constituit, seu plenam illam laudem, quae omnipotenti Deo, externa quoque et publica solemnitate, quotidie tribuitur.

Cum autem plena haec publica et collegialls divini cultus oblatio in omnibus ecclesiis quotidie perfici nequeat, ideo ab iis, qui lege «chori» ad hoc deputati sunt, quasi *vicaria vice* peragitur; quod maxime valet de ecclesiis cathedrallbus relate ad universam dloeceslm.

Omnes proinde celebrationes «in choro» peculiari decore ct solemnitate, id est, cantu et Musica sacra exornatae, ordinarie peragi debent.

36. Missa igitur conventualls *per se* solemnls esse debet, vel saltem cantata.

Ubl vero per leges particulares aut per peculiaria Indulta
644 a solem/nitate Missae «in choro» dispensatum fuit, id saltem omnino evitetur, ne inter Missam conventualcm Horae canonicae recitentur. Praestat e contra, ut Missa conventualis *lecta* ea forma peragantur, quae n. 31 proponitur, secluso tamen quovis vernaculae linguae usu.

37. Ad Missam conventualcm quod attinet, hacc insuper serventur.

a) Singulis diebus una tantum dicenda est Missa conventualls, quae cum Officio in choro recitato concordare debet, nisi aliter a rubricis dispositum fuerit *(Additiones et Variationes In rubricis Missalls,* tit. I, η. 4). Obligatio tamen alias Missas in choro celebrandi, ex piis fundationibus vel alia legitima causa, firma manet.

b) Missa conventualls sequitur normas Missae in cantu vel lectae.

c) Missa conventualls dicenda est post Tertiam, nisi communitatis moderator, gravi de causa, eam post Sextam vel Nonam dicendam esse ccnsuerit.

d) Missae conventuales «extra chorum», hucusque a rubricis quandoque praescriptae, supprimuntur.

e) *De adslstentia sacerdotum sacrosancto Missae sacrificio deque Missis quas isynchronlzatas* vocant*

38. Praemisso quod concclebratlo sacramentalls in Ecclesia latina casibus limitatur a iure statutis; Responso deinde Supremae S. Congregationis S. Officii diei 23 Mali 1957 ll In mentem revocato, quo Invalida declaratur coneelebratlo Missae sacrificii ex parte sacerdotum, qui, etsi vestibus sacris induti el quavis intentione ducti, verba consecrationis non proferunt: non est prohibitum, ut, pluribus sacerdotibus, occasione Congressuum, simul convenientibus, «unus tantum sacrum peragat, alii vero (sive omnes sive plurimi) huic uni sacro intersint In eoque sacram tynaxim e manu celebrantis sumant», dummodo «hoc ex Iusta et rationabili causa flat, neque Episcopus ad fidelium admirationem vitandam aliud statuerit», et huic modo agendi ne subsit error a Summo Pontifice Pio XII memoratus quod scilicet celebratio unius Missae, cui centum sacerdotes ple ndsistunt, aequlvalenl celebrationi centum
645 Mistarum ex parte centum sacerdotum '·./

39. Prohibentur vero sic dictae «Missae synchronlzatae·» ilbir scilicet Missae hoc peculiari mndo celebratae, quod duo vel plures sacerdotes, In uno vel pluribus altaribus, ita simultanée Missam celebrant, ut omnes actiones et omnia verba uno eodemque tempore et peragantur et proferantur, adhibitis quoque, praesertim sl numerus ucerdotum ita celebrantium magnus sit, modernis quibusdam instrumentis quibus absoluta haec uniformitas seu «synchronizatio» facilius obtineatur.

4. *A.* S *9 (»M?> (LE Iφ6)1· ·· 4. *A. S. w* (X957) J7O [LE »·Oî AlWutkw Summi PoctWkÜ PU XII »d ΓΛo* PP Cordimlr» »*1» Evrftot Sxraraa ^ntKtitn, dM i No-mnKrh 1954 *(A. A S.* ❹S lr»Ml (LE m*). ·* *1 ** T-d Con tui tntenMtfamaU de Li» irrla PMttxdi, tMtui luüHlo. lutedocnint. diei u Septembri* 1956

3H55

B) De Officio Divino

40. Officium divinum absolvitur aut «in choro», aut «in communi», aut «a solo».

Dicitur autem «in choro», si Officium divinum absolvitur a communitate, per leges ecclesiasticas ad chorum obligata; «in communi» vero, si idem fit a communitate, quae ad chorum non est adstrlcta.

Officium vero divinum, quovis modo absolvatur, sive «in choro», sive «in communi», sive «a solo», sl ab illis peragatur qui per leges ecclesiasticas ad officium persolvendum deputati sunt, semper habendus est uti actus cultui *publici,* nomine Ecclesiae Deo redditi.

41. Officium divinum natura sua Ita est constitutum, ut mutuis altemisque vocibus persolvatur, Immo nonnullae partes per se postulant ut cantu peragantur.

42. His itaque statutis, absolutio Officii divini «In choro», retineatur et foveatur, absolutio vero «in communi», sicut etiam cantus alicuius saltem Officii partis, secundum locorum, temporum et personarum opportunitatem, enixe commendatur. l

43. Psalmorum recitatio «in choro» vel <ln communi», sive flat In modulatione gregorlana, sive sine cantu, gravis sit atque conveniens, servata apta tonorum ratione, congruentis vocis mora, et plena vocum concordantia.

44. Si psalmi, qui in hora canonica occurrant, cantandi sint, partim saltem gregorianis modulis cantari debent, vel alternis psalmis, vel alternis versibus eiusdem psalmi.

45. Prisca et veneranda consuetudo. Vesperas in dominicis festivis diebus una cum populo, ad normam rubricarum decantandi, ubi viget servetur; ubi non est, quantum fleri potest, Inducatur, aliquoties saltem In annoj W

Adnltantur insuper locorum Ordinarii ne, occasion- Missae vespertinae. Vesperarum cantus diebus domlnlde et festivis desuescat. Missae enim vespertinae, quas Ordls narius loci permittere potest «si bonum spirituale notabilis partis christlfidelium id postulet»lT, detrimento esse non debent actionibus Hturgicls piisque exercitiis, quibus populus Christianus dies festivos sanctificare consuevit.

Quapropter mos cantandi Vesperas aut pia alia exercitia celebrandi cum Benedictione eucharistica, ubi viget, retinendus est, etiamsi Missa vespertina celebretur.

46. In seminariis autem clericorum, sive saecularium sive religiosorum, saepius Officii divini saltem aliqua pars In communi peragatur, et. quantum possibile est, in canto; diebus autem dominicis et festivis Vesperae saltem canendae sunt (cfr. can. 1367, 3.°).

C) De Benedictione eucharistica

47. Benedicito eucharistica est vera actio liturgies proinde fieri debet prouti in *Rituali Romano,* tit. X, cap. V, n. 5, describitur.

Sicubl vero ex traditione immemorabili alius vfgeat modus eucharisticum Benedictionem impertiendi, hic modus de licentia Ordinarii conservari potest: suadetur tamen prudenter romanum morem Benedictionis eucharisticae promovere.

M. *A. S.* 4S B956I 7x6 717) (LE 15991. ‘’Constitutio Apxtolica CàH- ***?"".*. tntwrii 1953 <1. .4. S. 45 fi95J l Ù14 fLE «jo·; *A* π « Oflkli cuad«n diri

-<· *A. S.* 4$

2. Dc quibusdam generibus Musicae sacrae

A) De Polyphonia sacra

48. Opera auctorum polyphoniae sacrae, cum antiquorum. tum recentiorum, iri actiones liturglcas ne inducantur, nisi prius certe constiterit, ea ita esse composita vel aptata, ut nonnis et monitis in Litteris encyclicls *Musicae sacrae disciplina* 18 ad rem traditis, reapse respondeant. In dubio consulatur Commissio dioecesana de Musica sacra.

49. Prisca hulusce artis monumenta, quae adhuc in archivis lacent, diligenter investigentur, de eorum conser-

ntione sl opus sit. opportune provideatur, coru5l5U« editione, sivepcrilicae, sive ad usum liturgicum aptae, a H7 peritis parentur./

B) De Musica sacra moderna

W. Musicae sacrae modernae opera in actionibus II-turgldsne adhibeantur, nisi iuxta leges liturglcas ct ipsius artis Musicae sacrae concinnata sint, ad mentem Litterarum encyclicarum *Musicae sacrae disciplina* 19. Qua de re ludidum feret Commissio dioecesana dc Musica sacra.

C) De cantu populari religioso

51. Cantus popularis religiosus summopere commendandus ct provehendus est; eius enim ope vita Christiana Ètu religioso perfunditur mentesque fidelium ad supei elevantur.

Huiusmodi autem cantus popularis religiosus proprium habet locum in omnibus, sive publicis sive familiaribus vitae Christianae solemnitatibus, vel etiam inter diuturnos vitae quotidianae labores, nobiliorem vero partem obtinet ia omnibus piis exercitiis, sive extra sive Inira ecclesiam peragendis; quandoque demum in ipsis actionibus liturarls admittitur, iuxta normas superius nn. 13-15 traditas.

51 Ut autem religiosa cantica popularia finem suum attingant, «ad catholicae Fidei doctrinam plene conformentur oportet, eam recte proponant et explicent, lingua utantur plana et modulatione simplici, a tumida et Inani verborum profluentia immunin sint, ac denique etsi brevia sunt et facilia, quandam prae se ferant religiosam dignitatem et gravitatem·20. Quae praescripta ut serventur, locorum Ordinarii sedula cura caveant.

53. Commendatur igitur omnibus quorum intéresse potest, ut cantiones populares religiosae, antiquioris quoque aetatis, quae scripto aut viva voce traditae sunt, opportune colligantur, et, locorum Ordinariis approbantibus, ad fidelium usum edantur.

D) De Musica religiosa

54. Magni quoque illa musica aestimanda est et opportune excolenda, quae etsi in actionibus liturgicis propter peculiarem suam indolem admitti nequit, eo tamen tendit ot in audientibus religiosos affectus producat ipsamque religionem foveat, Ideoque musica *religiosa* lure meritoque nuncupatur./

55.Sede propria ad opera musica religiosa disponenda sunt auditoria ad concentus musicos destinata, vel aulae spectaculis aut conventibus constitutae, non vero ecclesiae, cultui Del sacrae.

Sicubi vero auditorium musicum vel alia aula conveniens non exstet et nihilominus concentum musicae religiosae dlelibus utilitatem spiritualem afferre posse existimetur Ordinarias loci concentum huiusmodi in aliqua ecclesia permittere potest, servatis tamen quae sequuntur.

a) Pro quolibet concentu Instituendo requiritur elosdem Ordinarii loci licentia in scriptis;

b) Ad hanc licentiam obtinendam praecedat oportet petitio scripta, in qua significentur: tempus concentus, operum argumenta, nomina magistrorum (organici ct magistri chori) atque artificum;

c) Ordinarius loci licentiam nc concedat, nisi, audito voto Commissionis dioecesanae de Musica sacra et consilio aliorum forte virorum in re peritorum, plane sibi constet opera proponenda non modo genuina arte praestare, sed sincera quoque Christiana pietate; necnon j>crsonas, quae concentum exsecuturae sint, qualitatibus pollere, dc quibus nn. 97 et 98.

d) Ssrhum Sacramentum, opportuniore tempore ab ecclesia auferatur et in sacello nuodarn vel etiam In sacristie decenter reponatur; sin minus, auditores moneantur, Ssmum Sacramentum In ecclesia praesens esse, et rector ecclesiae diligenter curet, ut eidem Sacramento nulla obveniat irreverentia:

e) Si scidulae ad aditum emendae sint, aut libelli concentus distribuendi, hacc omnia extra aulam ecclesiae

f) Musici, cantores ct auditores ita se gerant bilique *more* vestiantur, ut eam gravitatem prae se ferant, quae loci sacri sanctitatem omnino decet-

g) Pro rerum *^n?dkHo "e*euX-*

p.· —— M ..... —

ristlca, eo sane proposito, ut spiritualis mentium elevatio quam concentus promovere Intendit, sacra actione quasi coronetur.

3. De libris cantus liturgie!

56.Libri cantus liturgie! Ecclesiae Romanae hucusque typice editi sunt: *Graduate Romanum,* cum *Ordinario Missae. Antiphonale Romanum* pro Horis diurnis.*fOfficium* 649
De/unctorum, Maioris hebdomadae et *Nativitatis D. N. lesu Christi.*

57.Sancta Sedes, in omnes cantilenas gregorianas. quae in libris Hturgicls Ecclesiae romanae ab ipsa approbatis continentur, omnia sibi vindicat proprietatis el usus lura.

58. Decretum S. Rituum Congregationis, de 11 mensis Augusti anni 1905 datum, seu «Instructio circa editionem et approbationem librorum cantum liturgicum gregorianum continentium» 31 necnon subsequens «Declaratio circa editionem et approbationem librorum canium liturgicum gregorianum continentium», diei 14 mensis Februarii anni 1906 aa, alterumquc Decretum, die 24 mensis Februarii anni 1911 editum ac quibusdam quaestionibus particularibus circa approbationem librorum cantus «Proprium· alicuius dioecesis vel religiosae familiae vim suam retinent.

Quae autem eadem S. Rituum Congregatio, die 10 Augusti anni 1946 statuit «De facultate edendi libros Iiturgicos» *4, valent quoque pro libris cantus liturgici.

59. Cantus ergo gregorianus *authenticus* ille est, qui in editionibus «typicis» vaticanis exhibetur, vel a S. Rituum Congregatione' pro aliqua ecclesia particulari aut familia religiosa approbatus est, et propterva ab editoribus, debita facultate munitis, in omnibus, cantilena scilicet et textu, ad amussim transumendus est.

Signa autem, quae *rythmica* dicuntur, privata auctori·tate in cantura gregorianum inducta, permittuntur, dummodo integra servetur notularura vis ct ratio, quae in vaticanis libris cantus liturgici inveniuntur.

4. De instrumentis musicis et de campants

A) Principia quaedam oeneralia

60. Circa usum instrumentorum musicorum in sacra Llturgia haec recolantur principia:

a) Attenta sacrae Llturglae natura, sanctitate ac dignitate, cuiuscumque Instrumenti musici usus per se quam maxime perfectus esse/ deberet. Melius erit proinde 630
concentum instrumentorum (sive unius organi, sive aliorum instrumentorum) penitus omittere, quam Indecore peragere; ct generatim melius erit aliquid, etsi, circumscriptum, bene agere, quum ampliora moliri, quibus explendis apta media deficiant.

b) Ratio deinde habenda est differentiae, quae *sacram* inter et *profanam* musicam intercedit. Dantor enim instrumenta musica, quae natura sua ct origine - uti organum classicum— ad Musicam sacram directe ordinantur; vel alia, quae ad usum liturgicum facile aptantur, ut quaedam instrumenta, quae nervis et areu constant; alia e contra exstant instrumenta, quae, communi Iudiclo·adeo profanae musicae propria existimantur, ut sacro usui aptari omnino nequeant.

c) Denique ea tantum musica Instrumenta In sacra Llturgia admittuntur, quae personali artificis actione tractantur, non nutem quae modo mechanico seu automatico.

B) Dr. ORGANO CLASSIC*? ET INSTRUMF.N 11% SIMILIHt 5

61. Ih-aecipuurn illudque solenine instrumentum musicum liturgicum Ecclesiae Htinae fuit et manet organum classicum, seu tubulatum.

62. Organum servitio liturgico destinatum, etsi parvum, ad artis nonnam sit confectum, lisque vocibus instructum. quae sacro usui conveniunt; prius quam in usum deducatur, rite sit benedictum; ct qua res sacra, omni diligentia custodiatur.

63. Praeter organum classicum, usus quoqu? Admittitur Illius instrumenti, quod «harmonium» vocant; hae quidem condicione, ut vocum qualllatr et sonitu· atnnll'H dine sacro usui respondeat.

n fWe.
. * C

64. Illud vero adsimulatum organum, quod «electrophonicum» vocant, inter actiones liturgicas ad tempus tolerari potest, cum opes non suppetant ad organum tubulatum, etsi parvum, comparandum. In singulis tamen casibus accedat oportet explicita Ordinarii loci licentia. Hic autem consulat prius Commissionem dioccesanam dc Musica sacra aliosve in hac re viros peritos, qui ea omnia suadere studeant, quae tale instrumentum ad usum sacrum magis accommodatum reddant.

65. Modulatores instrumentorum, de quibus nn. 61-64, sufficienter peritos esse oportet in arte sonandi, sive ad sacros cantus aut musicorum concentus comitandos, sive ad organum solum belle modulandum; quin immo, cum
651 saepe saepius necesse sit, Inter actiones liturgicas/ sonos «ex temporel reddere, qui variis momentis eiusdem actionis congruant, in legibus, quae organo et Musicae sacrae in genere praesunt, scientia ct experientia versati esse debent.

lidem modulatores instrumenta sibi concredita religiose custodire studeant. Quoties autem organo in sacris functionibus assident, conscii sibi sint de parte activa quam exercent ad gloriam Dei et In fidelium aedificationem.

66. Organi modulatio, sive actiones liturgicas prosequatur, sive pia exercitia, diligenti cura aptanda est temporis vel diei liturgici qualitati, ipsorumque rituum ct exercitiorum naturae, necnon singulis eorum partibus.

67. Nisi antiqua consuetudo vel peculiaris aliqua ratio, ab Ordinario loci comprobanda, aliud suadeat, organum collocetur in proximitate altaris maioris, loco magis opportuno, at semper ita, ut cantores vel musici in suggestu consistentes, a fidelibus in aula ecclesiae adunatis conspici nequeant.

C) De Musick sacra instrumental!

68. In actionibus lilurglcis, diebus praesertim solcmnioribus, alia quoque instrumenta musica —in primis illa, quorum chordae parvo fricata arcu sonant—, praeter organum adhiberi possunt, una cum organo vel sine, in musico concentu aut ad cantum comitandum, legibus tamen stricte servatis quae ex principiis, supra propositis (n. 60), promanant, quaeque sunt: *a)* Ut agatur de instrumentis musicis, quae usui sacro revera aptari possunt; *b)* Sonitus horum instrumentorum tali modo et gravitate, ac quasi religiosa castitate eliciatur, ut omnis profanae musicae clangor evitetur et fidelium pietas foveatur, *c)* Concentus magister, organicus et artifices, usum instrumentorum et leges Musicae sacrae bene calleant.

69. Locorum Ordinarii, ope praesertim Commissionis dloecesanae de Musica sacra, sedulo invigilent, ut haec dc usu instrumentorum in sacra Liturgia praescripta reapse serventur, nec omittant, si casus ferat, peculiares de hac re tradere normas, conditionibus ct probatis consuetudi-
652 nibus aptatas./

D) De instrumentis musicis et de machinis «AUTOMATICIS»

70. Instrumenta musica quae, ex communi iudicio et usu, profanae tantum musicae conveniunt, ab omni actione llturgica et a piis exercitiis omnino arceantur.

71. Usus instrumentorum ct machinarum «automaticarum», uti sunt: autoorganum, grammophonium, radiophonium, dictaphonium seu magnetophonium, et alia eiusdem generis, in actionibus llturgicis et piis exercitiis sive intra sive extra ecclesiam peragendis, absolute vetatur, etsi agatur tantum dc sacris sermonibus vel Musica sacra transmittenda, vel de cantoribus aut fidelibus in cantu substituendis aut etiam sustentandis.

His tamen machinis uti licet, etiam in ecclesiis, sed extra actiones liturgicas et pia exercitia, cum agitur de audienda voce Summi Pontificis, Ordinarii loci, vel nilorum oratorum sacrorum; vel etiam ad fideles in doctrina Christiana vel in cantu sacro aut religioso populari instituendos; denique ad populi cantum dirigendum ct sustentandum In processionibus extra ecclesiam peragendis.

72. Instrumentis autem, quae «amplificatores» dicuntur, utl licet In actionibus ciuoquc lilurglcis et piis exercitiis, sl agatur dc amplificanda viva voce sacerdotis celebrantis aut «commentatoris» vel aliorum, qui, Iuxta rubricas vel ex mandato rectoris ecclesiae, vocem edere possint.

73. Usus machinarum pro imaginibus proiclendls, prarsertlm vero carum quas «clnematographlcas» vocant, sive pmlectioncs «mutae» sint sive «sonorae», in ecclesiis, quacumque de causa quamvis pia, religiosa aut benefica, strictissime vetatur.

Caveatur insuper ne, in aulis ad conventus et praesertim ad spectacula prope ecclesiam, vel, alio loco deficiente, subter ecclesiam exstruendis vel aptandis, aditus ex ipsis aulis ad ipsam ecclesiam pateat, neve strepitus ex iis proveniens sanctitatem et silentium loci sacri ullo modo perturbet.

E) De sacris actionibus ope radiopiioniae et TELEVISIONS diffundendis

74. Ad actiones liturgicas vel pia exercitia, quae cum intra tum extra ecclesiam peraguntur, ope radiophonlae vel televisionis diffundenda, expressa requiritur Ordinarii loci licentia; quam ipse ne concedat, nisi prius sibi constet:! &3

a) Cantum et Musicam sacram, legibus sive llturgicis sive Musicae sacrae apprime respondere;

b) Insuper, sl agatur de diffusione tclevisiflca, omnes, qui in functione sacra partem habent, ita bene instructos esse, ut celebratio mbricls plane conformis ct omnino digna evadat.

Hanc licentiam modo habituali Ordinarius loci concedere potest pro transmissionibus regulariter ex eadem ecclesia perficiendis, si, omnibus perpensis, sibi constet omnia quae requiruntur diligenter servari.

75. Machinae ad diffusionem tclcvlslficam perficiendam, quantum fieri potest, in presbyterium ne inducantur, numquam vero ita prope altare collocentur, ut sacris ritibus impedimento sint.

Operatores insuper his machinis addicti illa gravitate se gerant, quae locum ct ritum sacrum deceat, et pietatem adstantium minime perturbet, iis praesertim momentis, quae summam devotionem postulant.

76. Quae superiore articulo statuuntur, servanda sunt etiam ab illis artificibus, quos «photographos» vocant: et quidem maiore cum diligentia, attenta facilitate qua se et machinas quocumque transferre possunt.

77. Singuli ecclesiarum rectores curent, ut praescripta, de quibus nn. 75-76, fideliter serventur; locorum autem Ordinarii ne omittant accuratiores tradere normas, quas rerum adiuncta forte exigant.

78. Cum radiophonies transmissio natura sua postulet, ut auditores illam sine Interruptione sequi possint, in Missa radiophonice diffusa iuvat, ut sacerdos celebrans, praesertim si aliquis Missae «commentatori desit, verba illa, quae, vi rubricarum *submissa voce* recitanda sunt, «voce *tantisper* elevata» pronuntiet; item ea quae *clara* voce dicenda sunt, «altius» proferat ut audientes totam Missam commode sequi possint.

79. Iuvat denique ut, ante transmissionem sanctae Missae ope radiophonlae vel television!*, auditores vel spectatores moneantur, talem Missae auditionem vel visionem, ad satisfaciendum praecepto de Sacro audiendo, non sufficere./ w

E) De tempore quo instrumentorum musicorum sonus prohibetur

80. Quoniam organi et magis quoque aliorum instrumentorum sonus *ornamentum* constituit sacrae Liturgiae, usus idcirco eorundem instrumentorum temperandus est secundum gradum laetitiae, qua singuli dies vel tempora liturgica distinguuntur.

81. In omnibus ergo actionibus liturgicls, excepta tantum Benedictione eucharistica, sonus organi omniumque instrumentorum musicorum prohibetur:

a) Tempore Adventus, id est a primis Vesperis dominicae primae Adventus usque ad Nonam vigiliae Nativitatis Domini;

b) Tempore Quadragesimae et Passionis, id est a Matutino feriae quartae Cinerum usque ad hymnum *Gloria in excelsis Deo* In Missa solemni Vigiliae paschalis;

c) Feriis et sabbato quatuor temporum Septembris, si Officium et Missa de iis fiant;

d) In omnibus Officiis et Missis defunctorum.

82. Sonus aliorum instrumentorum, praeter sonum organi, prohibetur insuper In dominicis in Septuagesima, Sexagesima ct Quinquagesima ferilsquc has dominicas sequentibus.

83. Pro diebus tamen temporibusque ut supra prohibitis, sequentes statuuntur exceptiones:

... *Organi et aliorum instrumentorum sonus* permit, titur diebus festis de praecepto et feriatis (exceptis domi<

..Md npcnon festis patroni principalis loci, tituli vel an-Svtnarii dedicationis ecclesiae propriae et tituli aut fundatoris familiae religiosae; vel si solemnitas aliqua extraordiwria occurrat;

b) Organi tantum aut *harmonii sonus* permittitur in dominicis tertia Adventus et quarta Quadragesimae; ttcnon feria quinta infra Hebdomadam sanctam in Missa chrismatis, et ab initio Missae solemnis vespertinae in «Onn Domini» usque ad finem hymni *Gloria in excelsis Dn;*

c) Item organi tantum aut harmonii sonus permit·literfn Missa ct in Vesperis, solummodo ad cantum sustentandum.

Ordinarii locorum has prohibitiones vel permissiones, secundum probatas locorum aut regionum consuetudines, pressius determinare possunt./

81. Per totum Triduum sacrum, idest a media nocte qua Incipit feria quinta in Cena Domini usque ad hymnum Gforia *in excelsis Deo* in Missa solemni Vigiliae paschalis, organum et harmonium omnino taceant, et ne ad cantum quidem sustentandum adhibeantur, salvis exceptionibus, quae supra, n. 83 *b,* statuuntur.

Sonus porro organi ct harmonii hoc triduo prohibetur, sine ulla exceptione, et non obstante quacumque contraria consuetudine, etiam in piis exercitiis.

85. Ne omittant ecclesiarum rectores, vel quorum interest, rationem illius liturgici silentii fidelibus debite explicare, neque obliviscantur curam adhibere, ut iisdem diebus vel temporibus ceterae quoque praescriptiones liturgicae *de altaribus non ornandis* pariter observentur.

G) De campanis

86. Perantiquum ac probatissimum campanarum usum in Ecclesia latina, omnes, quorum interest, religiose servare tenentur.

87. Campanae ad ecclesiarum usum ne adhibeantur, nisi prius solemniter consecratae vel saltem benedictae fuerint; ex tunc autem ut res sacrae debita serventur cura

88. Probatae consuetudines ac diversi modi campanas pulsandi, iuxta distinctos eiusdem sonitus fines, omni cura retineantur; neque omittant locorum Ordinarii traditas usualesque huius rei normas colligere, vel, ubi desint, praescribere.

89. Innovationes, quae ad id tendunt, ut campanae ipsae pleniorem edant sonum, vel ut earum pulsatio facilior evadat, ab Ordinariis locorum, audito peritorum voto, admitti possunt; in dubio autem, res huic S. Rituum Congregationi proponatur.

90. Praeter diversos consuetos et probatos modos sacras campanas pulsandi, de quibus supra n. 88, peculiares alicubi exstant apparatus plurium campanularum in ipsa turri campanaria appensarum quibus variae eduntur cantilenae ct concentus. Talis campanularum ludus, qui communiter «carillon» appellatur (gcrmanice «Glockenspiel»), a quovis usu liturgico omnino excluditur. Campanulac autem ad talem usum destinatae, nec consecrari possunt, nec benedici iuxta solemnem Pontificalis Romani ritum, sed simplici tantummodo benedictione./

91. Totis vnribus adnitendum est ut omnes ecclesiae» oratoria publica et scmipublica, saltem una vel duabus, etsi panus, campanis sint instructa; districte vero prohibetur, loco sacrarum campanarum, adhibere qualencumque machinam vel instrumentum, ad campanaruin sonum mechanice vel automatice imitandum vel amplificandum; licet tamen huiusmodi machinis vel instrumentis uti, si, iuxta superius statuta, ad modum «carillon» adhibeantur.

92. Ceterum praescripta can. 1169, 1185, ct 612 Codicis Iuris Canonici ad amussim serventur.

5. De personis quae in Musica sacra et sacra Liturgia praecipuas partes habent

93. *Sacerdos celebrans* toti actioni liturgicae praeest. Ceteri omnes actioni liturgicae modo sibi proprio participant. Proinde:

a) Clerici qui modo et forma a rubricis statutis, scu qua clerici, actioni liturgicae Intersunt,

S^viTdin^s^assumptionis !n statum clericalem.

b) Laid autem participationem liturglcam actuosam praestant, et quidem vi characteris baptismalis, quo fit, ut in sacrosancto quoque Missae Sacrificio, pro modo suo divinam victimam Deo Patri cum sacerdote offerant

c) Lalci vero masculini sexus, sive pueri sint, sive iuvenes aut viri, cum a competente auctoritate ecclesiastica ad ministerium altaris vel ad Musicam sacram exsequendam deputantur, si tale officium modo et forma a rubricis statutis peragant, *servitium ministeriale directum* quidem, sed *delegatum,* exercent, ea tamen condicione, si de cantu agatur, ut «chorum» seu «scholam cantorum» constituant.

94. Sacerdos celebrans et ministri sacri, praeter accuratam rubricarum observantiam, nitantur oportet, partes in cantu proferendas, recte, distincte et belle, quantum possunt absolvere.

95. Quotiescumque ad actionem liturglcam celebrandam, personarum delectus fieri potest, praestat ut ii praeferantur, qui in cantu excellen/tiores esse noscuntur; 657
praesertim si agatur de actionibus llturgicis solemnioribus, et de iis quae aut cantum difficiliorem exigant, aut radiophonice vel televisive transmittantur.

96. Actuosa fidelium participatio, praesertim sanctae Missae et quibusdam llturgicis actionibus magis implicatis, facilius obtineri poterit, si aliquis «commentator» interveniat, qui, momento opportuno paucisque verbis, ritus ipsos, aut sacerdotis celebrantis vel sacrorum ministrorum precationes aut lectiones interpretetur, et externam fidelium participationem, eorum scilicet responsiones, precationes ct cantus, moderetur. Huiusmodi commentator admitti potest, servatis normis quae sequuntur.

a) Convenit, ut munus commentatoris n sacerdote vel saltem a clerico absolvatur; his deficientibus, viro lalco committi potest, Christianis moribus commendato et de munere bene edocto. Mulieres vero numquam officio commentatoris fungi possunt; hoc unum permittitur, ut in casu necessitatis, mulier cantum aut precationes fidelium quasi ducat.

b) Commentator, si sacerdos sit aut clericus, cotta sit indutus, et in presbyterio vel ad cancello consistat, aut in ambone vel pulpito; si vero sit laicus, sistat coram fidelibus, opportuniore loco, sed extra presbyterium, vel pulpitum.

c) Explicationes et monitiones, a commentatore tradendae, scripto sint praeparatae, paucae, sobrietate perspicuae, tempore opportuno ct voce moderata prolatae; orationibus sacerdotis celebrantis numouam superponantur; uno verbo: ita disponantur, ut fidelium pietati adiumento sint, non nocumento.

d) In moderandis fidelium precationibus, meminerit commentator praescriptorum, de quibus supra n. 14 c,

e) In locis ubi Sancta Sedes vulgarem Epistulae et Evangelii lectionem, post cantatum textum latinum permiserit, nequit commentator, pro huiusmodi proclamatione, se celebranti, diacono, subdiacono vel lectori substituere (cfr. n. 16 c>.

f) Commentator sacerdotis celebrantis rationem habeat et sacram actionem ita comitetur, ut haec nec retardari debeat nec Interrumpi, adeo ut tota actio liturgica harmonica evadat, digna ac pia.

97. Omnes, qui in Musica sacra partem habent, ut sunt musicorum modulorum inventores, organici, chori magistri, cantores, aut etiam/ artifices musici, ante omnia, 633
quippe qui sacrae Liturgiae directe vel Indirecte participent, ceteris fidelibus vitae Christianae exemplo praecellant.

98. Idem, praeter memoratam fidei morumque Christianorum praecellentiam, pro eorum condicione ct liturgica participatione, In sacra Liturgia ac Musica sacra, maiore vel minore institutione ornati esse debent. Et quidem:

a) Auctores seu Musicae sacrae compositores, sal completam possideant ipsius sacrae Liturgiae scientiam, sub respectu historico, dogmatico seu doctrinali, practice scu rubrical!; linguam quoque latinum calleant; in legibus denique artis Musicae sacrae simul ac profanae, el In historia musicae, profunde sint Instituti.

b) Organic! quoque atque *chori manstri* «at amplam habeant sacrae Liturgiae scientiam et linguae Intinae sufficientem cognitionem: denique propria quisque arte adeo sint Instituti, ut officium suum digne et competenter exercere valeant.

c) Cantoribus ellam, sive pueri sint sive adulti, talis, pro eorum captu, praebeatur actionum liturgicarum et

textuum quos canere debent, cognitio, ut ipsum cantum ea mentis intelligentia et cordis affectu possint promere, Siem requirit servitutis eorum «rationabile obsequium». doceantur quoque, latina verba recte et distincte pronuntiare. Rectores ecclesiarum, vel quorum interest, sedulo invigilent, ut in loco, ubi cantores in ecclesia sistunt, bonus ordo et sincera regnet devotio.

d) Artifices denique musici, Musicam sacram exsecuturi, non solum proprio quisque instrumento ad regulas artis sint experti, sed eius usum ad sacrac quoque Musicae leges bene aptare sciant, atque rerum liturgicarum, tali cognitione sint instructi, ut externum artis exercitium cum devota pietate congrue valeant coniungere.

99. Valde optandum, ut ecclesiae cathédrales, et saltem ecclesiae paroeciales vel aliae maioris momenti, proprium habeant et stabilem «chorum» musicum seu «scholam cantorum·, quae verum servitium ministeriale praestare possit ad normam articuli 93 *a* et *c.*

100. Sicubi vero talis chorus musicus constitui nequit, permittitur ut constituatur chorus fidelium, sive «mixtus», sive mulierum aut puellarum tantum. Huiusmodi vero chorus in proprio collocetur loco, extra presbyterium seu
659 extra cancellos posito; viri autem a mulieribus/ vel puellis scorsim consistant, quolibet sedulo vitato inconvenienti. Neque omittant locorum Ordinarii, hac de re praecisas edere normas, de quarum observantia rectores ecclesiarum respondere debeantse.

101. Optantum ac suadendum est ut organici, chori magistri, cantores, artifices musici aliique servitio ecclesiae addicti, pietatis ac religionis studio operam suam pro amore Dei reddant, nullo interveniente stipendio. Quod si eandem operam gratis praestare nequeant, iuslitia aeque ac caritas postulant ut superiores ecclesiastici, iuxta varias ac probatas locorum consuetudines, servatis quoque legum civilium ordinationibus, iustam ipsis tribuant mcrcedem.

102. Convenit porro, ut locorum Ordinarii, audito quoque Commissionis de Musica sacra consilio, tabellam edant, in qua stipendium diversis personis superiore articulo nominatis tribuendum, pro universa dioecesi statuatur.

103. Oportet denique, ut pro iisdem personis ea omnia accurate dlsnonantur, quae ad sic dictam «praevidentiam socialem» referuntur, servatis legibus civilibus, si exsistant, vel, his deficientibus, normis ab iisdem Ordinariis opportune edendis.

6. Dc Musica sacra et sacra Liturgla excolenda

A) De cleri et populi generali in musica sacra ET SACRA LITURGIA INSTITUTIONE

104. Musica sacra arctissime cum Liturgia connectltur, cantus vero sacer integre ad ipsam Liturgiam pertinet (n. 21); cantus denique religiosus popularis amplissime in fUis exercitiis adhibetur, quandoque etiam in actionibus iturglcls (n. 19). Hinc facile evincitur, institutionem de Musica sacra deque sacra Liturgia separari non posse, utramque ad vitam Christianam pertinere, mensura sane diversa, Iuxta varios clericorum et fidelium status et ordines.

Omnes propterea quandam saltem institutionem de sacra Liturgia deque Musica sacra, proprio statui congruentem, adipiscantur oportet.

105. Naturalis eaque primigenia Christianae educationis schola est ipsa *familia Christiana,* ln qua pueruli sensim
βββ ducuntur ad fidem chri/stianam cognoscendam et exercendam. Adnltcndum igitur, ut parvuli, pro eorum aetate et ratione, piis exercitiis ct actionibus quoque liturgicis, praesertim Sacrificio Missae, participare addiscant, ct canium popularem religiosum. In familia et in ecclesia, cognoscere ct adamare Incipiant (cfr. *supra,* nn. 9, 51-53).

106. In *scholis* deinde, quae *primariae* aut *dementares* appellari solent, haec serventur.

a) SI a catholicis regantur ct proprias sequi possint ordinationes, providendum est, ut pueri in scholis ipsis cantus populares ct sacros plenius addiscant, praecipue vero, eorum captu, penitius instituantur, ac simpliciores cantilenas gregorianus decantare incipiant.

b) Si vero agatur de scholis publicis, legibus civilibus sublectis, studeant locorum Ordinarii aptas dare nonnas quibus necessariae puerorum in sacra Liturgia et ln canlii sacro educationi provideatur.

107. Quae de scholis primariis seu elcmentaribus statuuntur, magis adhuc urgenda sunt ln *scholis mediis* seu *secundariis,* ut alunt, quibus adulescentes maturitatem illam consequi deberent, quae ad vitam socialem et religiosam recte ducendam requiritur.

